SVMMA SVMMARVM

SVMMAE
SYLVESTRINÆ.
QVAE SVMMA SVMMARVM MERITO NVNCVPATVR
Pars Secunda.

A REVER. PATRE SYLVESTRO PRIERATE,
absolutissimo Theologo, ex sacra Prædicatorum familia,
Sacri Palatij Magistro dignissimo, edita:

NOVIS ADDITIONIBVS EX SACRO CONC. TRID.
& Bullis Summorum Pontificum, necnon Compendijs Priuileg.
in fine singularum partium appositis.

Cum Origine etiam omnium Religionum institutorum.

REV. D. LAZARO DE LANCELLOTTIS
Presbytero Veronense de Minerbio, Auctore.

Necnon de quarta Funeralium Tractatus R. P. F. Archangeli Caratiæ, Ord. Præd. addito.
Cum Indice omnium dictionum, & Titulorum vtrique Parti apposito.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDCXII.
Apud Ioannem Guerilium.

TABVLA DOCTORVM SACRAE THEOLOGIAE ET VTRIVSQVE IVRIS.

Hac in Summa allegatorum, nomina continens.

In sacra scriptura, seu Theologia.

ALBERTVS Magnus ord. prædic.
Alexander de Ales, ord.min.
Alexander Lombardus de Alexandria, ordin.minor.
Ambr. Doc.eccl. Sanctus.
Anselmus Cantuariensis Archid. Sanctus.
Auguft. Doc.eccl. Sanctus.
Aureolus S. Petrus de Aureola, ord.min.

In iure Canonico, vel Ciuili.

Abbas.
Alanus.
Albericus de Rosate.
Albertus Papiensis.
Alexander de Imo.
Alex. Neuo Vicentinus.
Andr. Barbatias Siculus.
Angelus de Perusio.
Ang. Aretinus de Aretio.
Antonius de Butrio.
Archidiaconus.
Azo.

Summistæ.

Aluarus ord.minorum.
Arch.Flo.ord min.
Astensis, ord. minorum.
Augustinus de Anchona.

In Theologia.

Beda.
Bernardus Sanctus.
Bonauentura ordin.min. S.

In vtroque iure.

Baldus de Perusio.
Bart de Saxo Ferrato.
Bernardus glossator decretalium.
Bartholomæus Brixiensis.
Bartholomæus Cæpolla Veronensis.
Bona gratia.
Butrigarius.s.Iac.Butrig.

Summistæ.

Bernardinus de Senis, ordinis min. Sanctus.
Bertrandus Card.ord.min.
Bulgarus Doct.

In Theologia.

Cassianus.
Cyprianus martyr.

In vtroque iure.

Calderinus.s. Io. Calderini.
Cardinalis.s.Franciscus de Zabarellis.
Cynus.
Collectarius.
Compostellanus, cui nomen Bernar.
Clarus ord.min. summista.

In Theologia.

Damascenus.
Dionysius de Perusio.
Dynus Doc.vtriusque iuris.
Domin.de S.Geor.Cano.

Summistæ.

Directorium iuris.s.Petrus de Casuale, ord.min.

In Theologia.

Egidius Bonon.ord.Here.
Franciscus de Mayronis. ord. minorum.
Franc.de Ampulis ord. min.

In vtroque iure.

Federicus de Senis.
Florianus de S.Petro de Bononia.
Franciscus de Zab. qui allegatur Cardinalis.
Franciscus Vercellensis.
Franciscus de Ramponibus.
Franciscus de Albertatijs.
Franciscus Tigri de Pisis.
Franc.de Aretio seu Are.
Fulgosius.s.Raph. Fulgo.

In Theologia.

Gilbertus.
Gregorius Doct.eccl.S.
Gulielmus de Mara, ord.min.

In vtroque Iure.

Gabriel de Osseletis, Mutinensi.
Garsias.
Goffredus.
Gaspar de Calderinis.
Geminianus, i. Dominicus de S.Geminiano.
Gerardus de Senis.
Gratianus compilator Decr.
Guido de Suzaria.
Guido, episcopus Cõcordiẽsis
Gulielmus de Cuneo.
Gulielmus Naason.
Guliel.de Mõte Laudano qui allegatur Laudunus.
Gulielmus Durandi, qui facit Speculũ, & allegatur Spec.

Summistæ.

Gerardus Obdonis ord. min.
Gregorius de Arimino.
Gualdensis.
Gualterius episcopus Pictauiẽsis, ord.min.

In Theologia.

Henricus de Gandauo.
Hieronymus Doc.Eccl.S.
Hugo de S.Victore.

In vtroque iure.

Henricus Boyc.
Hermanus, magnus Legista.
Hostiensis Lumen iuris. ca.
Hugo glossator Decreti.
Hugo Vercellensis.
Hugolinus de la fontana, glossator iuris ciuilis.

TABVLA DOCTORVM.

In Theologia.

Ioannes Scoti ord. mi. qui allegatur, Scotus.
Isidorus, Sanctus.
Ioan Siculus, ord. min.
Ioannes de Neapoli, ord. prædicat.
Ioannes de Ripolis.

In utroque iure.

Iacobus Butrigarij, qui allegatur Butrigarius.
Iacobus Lotharius.
Iacobus de Belui.
Iacobus de Rauenna.
Iacobus de Arena.
Innoc. Papa, splendor Canonistarum.
Ioannes Theutonicus, glossator Decreti.
Ioannes Fauentinus.
Ioannes de Faucona.
Ioannes de Deo, Hispanus.
Ioannes Monachi, Cardinalis glossator Sexti.
Ioannes Andreæ, irradiator iuris Canonici.
Ioannes de Anania.
Ioan. Plagiarius, de Senis.
Ioannes de monte Merlo.
Io. de S. Georg. Bonon.
Ioannes Calderini, qui allegatur, Calderinus.
Ioannes de Imola, qui allegatur, Imola.
Ioannes de Lignano.
Ioannes de Platea Bonon.
Ioannes Antonij de S. Georg. nunc episcopus Alexandrinus Mediolan.

Summistæ.

Iac. de Laude, ord. min.
Ioannes de Saxonia, ord. min.
Ioannes de Anchona.
Ioannes ordinis præd. author Summæ confessorum.

In Theologia.

Landulphus, ord. min.

In utroque iuris.

Lapus de Castilione, abbas.
Laudunus, f. Gulielm. de monte Lauduno.
Laurentius de Pinu.
Laurentius de Rodulphis, Florentinus.
Ludouicus de Roma. Doc.
Lucas de Grasiis.

In Theologia.

Magister Sententiarum, f. Petrus Lombardus, princeps Theol.

In utroque iure.

Martinus Silmani.
Marsilius Mantigellis de Bononia.
Matthæus Romanus.
Matthæus de Mathesoliis.

In Theologia.

Nicolaus de Lyra, ord. min. totius Bibliæ subtilissimus expositor.

In utroque iure.

Nicolaus Siculus abbas, qui allegatur Panormitanus, vel Pan.
Nicolaus de Neapoli.
Nicolaus de Matharellis.

In utroque iure.

Odoardus.
Odofredus.
Odoardus de Ponte, Legista.
Oldradus de Laude Canonici qui multa fecit consi.

In Theologia.

Petrus de Tharantasio, ordin. prædic.
Petrus Aureolus, ord. min.
Petrus de Palude, ord. præd.

In utroque iure.

Paulus de Castro.
Paulus de Leazariis,
Petrus de Bellapertica.
Petrus Heliæ.
Petrus de Stagno.
Petrus de Ancha.
Pileus.
Philippus de Perusio.
Placentinus.
Petrus Casuel, qui allegatur, Directorium, vt sup.

In Theologia.

Rabanus.
Richardus de Mediauilla, ord. min.
Rich. Anglicus. ord. min.
Richardus de S. Victore.

In utroque iure.

Raynerius de Forliuio.
Raphael Fulgosius.
Rizardus de Malumbra.
Rofredus Beneuentanus.

Summistæ.

Raymundus, ordinis prædicatorum, pœnitentiarius Gregorii Noni.
Rodonensis, nomine Gulielm. glossator Raymundi, ordi. præd.
Rogerius Doc. iuris ciuilis.

In Theologia.

Scotus, f. Io. Scoti, ord. min.

In utroque iure.

Salic. Doc. nomine Rich.
Stephanus Prouincialis.
Signorolus de Hermodeis.

Summistæ.

Speculator f. Gu. Durandi.
Summa confessorum, ordin. prædic.

In Theologia.

Thomas de Aquino, ord. prædic. San.
Tancredus, Doc iuris can.

In Theologia.

Vgo de castro nouo. ord. min.
Vbaldus de perusio.
Vbertus de Bobio.
Vincentius, ordinis prædicatorum, Doctor.
Vldericus.
Zenzelinus, Doc. iuris can.
Zabarella. f. Franciscus de Zabarellis.

FINIS.

INDEX
OMNIVM DICTIONVM
SEV TITVLORVM.
Qui in hac Secunda Parte tractantur.

Maiori

Pignus

Stu-

FINIS.

DE IACTTANTIA.

1 *Iactantia, cuius finitio hic luculente traditur, tum verbis, tum factis constat, at quæ in verbis consistit proprie: quæ factis, & improprie dicitur.*

2 *Iactantia, quæ, & vanitatis & cupiditatis filia esse dicitur, modis peccatum mortale efficitur tribus.*

1 IACTANTIA, † secundum S. Tho. 2.2.q.122. a iactando dicta, est vitium, quo quis se effert super id, quod in eo est, vel homines in eo esse opinantur, ad similitudinem eorum quæ volumus iactare, quæ. s. leuamus in altum, & consistit propriè in dictis: improprie vero in factis: sicut cum quis se effert testibus & alijs pompis, & ex superbia oritur sicut ex causa motiua, secundum eundem ibi aliquando ex vanitate, sicut ex fine, aut ex inani gloria, s. frequentius: aliquando etiam finaliter procedit ex cupiditate acquirendi diuitias vnde & a Greg. ponitur filia vtriusq.

2 ET † vt dicit, est peccatum mortale tribus modis. Primo, quando est contra gloriã Dei; sicut dicit Tyrus, Ezech. 28. Deus ego sum. Et multi se iactant de peccatis mortalibus. Secũdo, qñ est contra honorem, aut charitatem proximi, s. in notabile præiudicium. Tertio, qñ procedit ex superbia quæ sit mortale peccatum, vel ex inani gloria mortali; adde aut generaliter ex quocunque mortali fine.

DE IEIVNIO, & Abstinentia.

1 *Ieiunium ab ieiunio intestino dictum, quandoq. improprie & secundum spiritum, quandoq. proprie assumitur & ad corporis macerationem refertur.*

2 *Ieiunium, iuxta triplicem legis, s. naturæ veteris & humanæ differentiam, tripartitum est, ad ieiunandi autem causas relatum, bipartitum, sicuti etiam cũ ad ciborum delectum refertur.*

3 *Ieiunium naturæ, item & ecclesiæ quidnam sit, clare ostenditur, quorum autem vsus aut esus id ipsum dissoluat, subinde traditur. Definitio autem ab Isidoro tradita, qualiter suppleri perfici, ac intelligi debeat, ibidem habetur quib. Gofredi finitio ieiunij ad idem subijcitur.*

4 *Ieiunium an sub præceptum ecclesiæ, consilium, aut prohibitionem, & quibus diebus cadat. Ieiunium autem ad peccati emendationem expectatam aut satisfactionem relatum ad legis naturæ præcepta temporis autem, ac ieiunandi rationis diffinitio, ad iuris positiui dispositionem pertinet. At in quibus scriptura nihil certi statuit in his populi mos, Dei mos est.*

5 *Quibus temporibus ex ecclesiæ præscripto ieiunare quis obstringi dicatur, & an ieiunium peruigilij Pentecost. & quod exultationis dicitur, sit de præcepto. Et quid de eo, quod in aduentu Dominico fieri solet, ac pariter Rogationum tempore.*

6 *Ieiunare diebus Dominicis, an sit peccatum.*

7 *Consuetudo num ad statutis diebus ieiunandum quem obliget, aut eundem a ieiunio excuset, & soluat. Et an ad non indigenas, & transmeantes, aut ibidem inhabitandi causã considentes, porrigatur. Et quid de consuetudine laicorum num clericos liget.*

8 *Consuetudo in his, quæ in dicta sunt, ieiunijs, nihil potest. Et id quatenus accipiendum, ex Panor. cuius limitationes vicissim ab auctore limitantur.*

9 *Ieiunij integritas in quibus consistat, & quæ ratione ieiunandum, aut quo modo respectu vnicæ comestionis ieiunium perfringatur. Et num lectores, aut seruitijs præstandis destinati, prægustantes, aut propter instantem necessitatem a mensa secedentes mox regressuri ieiunium ob repetitam comestionem infringere dicantur. Et quid de eo qui aut vinum, aut ceruisiam sub noctem, aut mane bibit, aut electuaria delectationis causa comedit.*

10 *Comessatio serotina, si quando id facere expediat quibus constare debet.*

11 *Ieiunium quo ad edendi horam definitam, qualiter obseruandum sit, vbi dies artificialis primũ in duodecim horas deinde in quatuor partium dimensionẽ diducetur.*

12 *Ieiunanti quęnam ad comestionem hora definita sit. Et qui horam præuenit num peccato se alliget, nu. 13. Et quid si differatur. nu. 14.*

15 *Ieiunanti carnium esus interdictus. Et quid de ouis, lacte, caseo, & similibus. In his autem ad consuetudinem, quæ lex in hoc habetur, maxime spectandum.*

16 *Ouorum ac caseorum quibus vsus est concessus, an lardi quoque vsus concessus intelligatur. Et quid de Britonibus qui butyro vesci consueuerunt.*

17 *A ieiunio, qui ætate, labore, aliave causa rationabili soluti sunt, a carnibus, lacticinijs, & ouis ex voluptate tempore Quadragesimæ sibi ipsis non temperantes, ad mortem peccant. Quot locum habet & in alijs ecclesię ieiunijs.*

18 *Præceptum ieiunij quamnam ætatem liget. Et ibi quod auricularis sacerdotis, aut Prælati in subditos arbitrio committendum, num quis ex habitudine ad ieiunium potens sit.*

19 *Ieiunia ex præcepto indicta, num transferri, redimi, aut commutari ex superioris permissione, dispensatione ve, aut sine ea possint. Et an alius a Papa soluere ac dispensare queat. Et quid de his quæ ex voto suscepta sunt. Et ibidem regula super solutione ieiunij. num. 20.*

21 *Obligati ad eccleſia ieiunium, ſi citra canonis ſolutionem illud violent, num mortaliter, & quoties peccent.* Et *quid ſi de ieiunio non cogitans illud infregerit num certe, quod dici reliquum eſt ſi ieiunarit, noxa eximetur.*

22 *Ieiunij infractor, an alio die ieiunare teneatur. Et num quoties, quo die ieiunium violarit, comedet, toties noxius fiet.*

23 *A ieiunio quinam liberi ac immunes ſint. Et quæ cauſæ excuſationem præſtant, vſque ad nu. 27.*

24 *Peregrinatio non neceſſaria a ieiunando non liberat nec excuſantur operarum ſuarum locatores, qui hac lege conducti ſunt, ſi ieiunium non obſeruent. Et ibidem circa artifices & operarios Eugenij Papæ, circa ieiuniorum non obſeruationem modificatio.*

25 *Fœmina quanquam a votiuis & voluntarijs ieiunijs, maritis ipſis renitentibus, excuſationem mereantur, non tamen æque in his quæ ab eccleſia indicta ſunt, niſi euitandi ac depellendi ſcandali cauſa maritis audientes ſint.*

26 *Prędicatio non neceſſaria a ieiunio prædicātē nō eximit. Et an qui ex ve grandi maceratione & corporis attenuatione ad opera ex officio debita impotens redditur peccet.*

27 *Carnes die Veneris comeſſe, ſine infirmitatis aut aliæ iuſta ratione peccatum eſt. Et quid ſi eodem die Natales Dominici occurrant. Et quid ſi quis votireus eſt, de non eodem die carnibus edendis, an certe in Domini natalibus veſci citra ſolutionem poſſit. Et qui vouit oua non comeſſe, an & carnes quoque non eſſe vouiſſe intelligendus ſit.*

28 *In Francia ac Catalonia die Sabbati carnib. veſci ex conſuetudine ac vſu receptum eſt, & qui alio ſe transferunt, vbi is mos receptus non ſit, ſi veſcantur peccant. Et qui eo commigrant, vbi id receptum eſt, veſcentes peccati participes non fiunt, quamlibet apud ſe id receptum non ſit.*

1 IEIVNIVM † ſm Pan. in rub. de ob. ieiu. dicitur a quodam inteſtino ſic vocato, eo ꝙ vt plurimum vacuum ſit & exinanitum. Et ſumitur qnq; improprie & ſpiritualiter, & ſic eſt abſtinentia a vitijs, ſm illud Iſa. 58. Nōne hoc eſt ieiuniū ꝙ eligi ſ diſſolue colligationes impietatis, &c. & propriè ſiue corporaliter, & ſic eſt ſubtractio vel priuatio cibi ac potus. Ieiunium autem propriè eſt multiplex.

2 ¶ Nam ſi diuidatur ſm leges, quibus indicitur: eſt triplex. Primum, eſt ieiuniū legis naturalis, quod eſt quoddā generale, id eſt, ſubtractio cibi ac potus, non habens determinatum modum, vel diem, vel horam comedendi, vel cibi quantitatem, ſed ſecundū quod ratio dictat ad carnem domandam. Secundum, eſt legis veteris, in qua erat ceremoniale præceptū ieiunandi certis diebus, ex cauſis quas ponit Hier. diſt. 76. ca. ieiunium. ad quod modo non tenemur: quia ceremonialia ceſſauerunt. Tertium, eſt legis humanæ, de quo infra per totum. Si vero diuidatur ſm cauſas ieiunandi, ſic eſt duplex, vt dicitur 2. 2. q. 147. & 4. diſt. q. 3. art. 1. q. 2. ſ. luctus id eſt, cum amaritudine peccatorum & præſentis vitæ, & exultationis, quę duo ſic intelligo, vt ieiuniū luctus ſit ad ſatisfaciendum pro peccatis præteritis, vel ad cauendum futura. Ieiuniū verò exultationis ſit ad mentem in diuina leuandam. Si vero diuidatur ſecundum modos abſtinendi a cibis, ſic etiam eſt duplex. ſ. naturæ & eccleſiæ, 2. 2. q. 147. & 4. diſt. 8. q. 1. ar. 4.

3 EST † autem ieiunium naturæ, quo quis ieiunus dicitur ante cibum ſumptum illa die, etiamſi poſtea pluries comeſturus ſit: qđ quia dicitur ex priuatione cibi præaſſumpti, ideo quælibet cibi ſumptio hoc ieiunium ſoluit. Ieiunium verò eccleſiæ eſt, quo dicitur quis ieiunās ſm modum ab eccleſia inſtitutum ad carnis afflictionem, quod quidem manet etiā poſt vnicam comeſtionem, nec ſoluitur, niſi per ſecundam ſumptionem illorum, quæ in cibum & refectionem de ſe conſueuerūt aſſumi, ideoque ea quę ꝑꝑ alios cibos accipi cōſueuerunt, vel digerēdos ſicut electuaria, vel deducendos per membra, ſicut potus vini aut aquæ, hoc ieiunium non ſoluunt, q̃uis nutriāt aliquo modo, hæc ex illo. Et ſic patet ſecundum mentem eius, qūo ieiunium eccleſiæ debeat diffiniri & gloſſari, vel perfici diffinitio Iſidori, dicētis, ꝙ ieiunium eſt parſimonia victus abſtinentiaq; ciborum: ꝗa. ſ. addendum eſt, ſm ordinationē vel conſuetudinem eccleſiæ, id eſt, ſemel tm̃ in die naturali ſumendo cibū per modum cibi: & ſatis concordat Pan. vbi ſup. & ſimiliter Gof. dicens, ꝙ eſt ſubtractio prandij, & poſt cœnā cuiuslibet cibi priuatio vſque in diem ſequentem, & abſtinentia a carnibus & trahentibus ſeminalē originem ab ipſis, vt a lacte, caſeo & ouis quæ diffinitio elicitur ex diſt. 4. c. denique, & recitatur ac declaratur a Pan. vbi ſup. Pro quo ēt aduerte primo, ꝙ ſm Greg. prandium in hora nona apud antiquos vocabatur cœna, quia. ſ. nulla cibatio ſequebatur, & ſecundò ꝙ abſtinētia a carnibus & reliquis competit ſolum ieiunio quadrageſimali, aliis autem ieiuniis ſecūdum conſuetudinem regionis, quod Iſidorus notauit in parſimonia ciborum.

4 PRIMO † verò quæritur, vtrum, & qn̄ ſiue quibus diebus ieiuniū cadat ſub prœcepto eccleſiæ,

clesiæ, vel sub consilio, vel sub prohibitione. Et dicit S.Th.2.2.q.147.ꝙ ieiunium inquantū pertinet ad necessitatē correctionis peccati, vel satisfactionis in pœnitentia, vel ād eleuationē mētis in spiritualia, sic in cōi cadit sub p̄cepto legis naturæ: sed d̄terminatio t̄pis, & modi ieiunandi cadit sub p̄cepto iuris positiui, quia ab ecclesia sic statutū est, s. vt aliquib. dieb. fideles ieiunent, quod patet. Primo, q̄a dr̄ dist.11. ꝙ in his reb. in quibus nihil certū Scriptura statuit, mos populi, mos Dei: nec refert, vtrum voluntas principis verbis, aut factis declaret. ff. de le. l. de q̄b. vñ obligat rationabilis & p̄scripta cōsuetudo, d.2.c.illud. & c.illa. Secundo quia hoc vr̄ expresse præcipi, de consec. dist.3. non liceat. & c. non oportet. & c. placuit. & dist.5. quadragesima.

5 †Qvibvs aūt diebus ex mandato ecclesię quis teneatur ieiunare, dico ꝙ infrascriptis. Primo ī Quadragesima tota, exceptis dñicis dieb. de consec. dis.5. quadragesima & de cōsec. di.3. non liceat. Secūdo, in quatuor t̄pib. di.76. statuimus de quibus in hoc versu, Vult crux, Lucias, cinis, & chrismata dia, Vt ieiunetur quarta seq. feria. i. ieiunium quatuor tēporū celebretur prima quarta feria, q̄ sequit̄ festum S. Crucis de mense Septemb. & festū S. Lucię, & Cinerum, & Pentecosten. Tertio, in vigilia Pentecostes. vt not. di.76. c. de ieiunio. Et licet Gra. eadem dist. in §. necessario. teneat ꝙ sit: de consilio, verius tñ est, quod sit de præcepto, secundum Io. gl. ibi in d. §. & allegat d.c. de ieiunio. Sed ego primo, ꝙ non est de præcepto ex iure canonico scripto, vt tenet Gra. quia sec. S.Th.2.2.q.147. artic.5. ad tertium. ieiunium exultationis non est in p̄cepto ecclesiæ, & tale est nō solum quod est in vigilia Pentecostes: sed & quod euenit intra octauas eiusdem, vt idem dicit in 4. di.15. q.3. ar.3. q.1. ad quintum. Dico secundo, ꝙ est de pręcepto, vt dicit Io. non ex ratione eius: sed propter generalem consuetudinem fidelium. Quartò in vigilia natiuitatis Domini nostri Iesu Christi: extra eod. c.1. Quinto in vigilia Assumptionis B. Mariæ, vt in d.c.1. nō autem in vigilia Natiuitatis eiusdem secundum Pet. de Palud. & communiter doct. licet Arch. in 2. parte, tit.6. dubitet. Sextò, in vigilia. Ioannis Baptistæ & Laurentij, & Omniū Sanctorum ex generali ecclesiæ consuetudine, secundum Inn. & communiter Doct. licet nullo iure inueniatur expressum. Septimò, in omnibus vigilijs duodecim Apostolorū, præter vigiliam Philippi & Iacobi, ac Ioannis Euangelistæ. extra eo consilium nostrū, & sunt hæ, s. Sancti Matthiæ, de qua sup. Bisextus, Petri, Pauli, Iacobi, Bartolomæi, Simonis, & Iudæ, Andræ, & Thomæ. Dicit tamē Pet. de Pal. ꝙ vigilię Bartolomæi, Iacobi, & Matthiæ est de præcepto, solum vbi est consuetudo: sed primum est tutius, communius & magis iuridicum. Si tamen prædictarum vigiliarum aliqua in Dominica euenerit, sabbato præcedenti ieiunando est, extra eo. c.1. & 2. Ex consilio autem, & nō de præcepto ecclesiæ, ieiunium indicitur in Aduentu Domini, secundum communem opinionē doctorum, de quo in c. consilium, extra eo. & in rogationibus. de quo in ca. rogationes, de consecra. dis.3. & quarta, ac sexta feria, vt in c. ieiunia. ea. distin. & in omnibus sabbatis, vt in c. sabbato. ead. dis.

6 †Ex prohibitione verò ecclesiæ quis ieiunare non debet in die dominico. de consecr. di.5. Quadragesima. vbi dies dominicales subtrahuntur ab obseruantia ieiunij quadragesimalis, & a fortiori in alijs temporibus, & dis.30. si quis presbyter. Vnde S.Thom. in 4. dist.15. & 2.2.q.147. dicit, quod qui ea die ieiunaret quasi agens contra consuetudinem populi Christiani, vel ex superstitione, peccaret: quod intelligo de ieiunāte ad afflictionē, q̄a ieiunium luctus, non licet tempore lætitiæ, id est tempore Paschali, vel in Dominica, vt dicit 2.2. vbi sup. Secus si quis ieiunaret sine scandalo ieiunio exultationis, quia non peccaret, & idem si ieiunaret ad sanitatē, vel studium, vel ad mortificationem corporis, quæ differri non potest propter præsentem carnis petulantiam, vel huiusmodi.

7 †Secvndo quæritur, quando quis circa ieiuniū obligetur, vel deobligetur, seu excusetur ex consuetudine? Et dico duo. Primum. Secundum Pet. de Pal. in 4. dist.15. ad ieiunia consuetudinaria ipsa consuetudo ligat, ēt si scriptura non dicat. arg. c. in his rebus. distin.11. vnde si in aliqua diæcesi consueuit certo die ieiunari, tenentur ieiunare illi de dięcesi, siue indigenæ, sicut & si eps ieiunium indiceret. Alienigenæ verò si veniūt aīo habitādi, ex tunc ligātur ieiunio cōsuetudinario, sicut & scripto. Si aūt transeant solū, non ligantur cōsuetudinib. & statutis terrę, licet in comedendo cauere debeant a scandalo, q̄a si esca fratrē meum, & c. arg di.12. illa. Secūdū Arc. tamen, consuetudo laicorum non ligat clericos, nec clericorum seculariū religiosos, q̄a distincti sunt modi abstinētiæ inter hos tres

ſtatus, & plures abſtinentias habent clerici, quam laici, & religioſi, quam clerici ſæculares. Vnde non oportet, ꝙ ad eorum ieiunia ligentur, quorum etiam conſuetudinib. a ſuis ieiunijs non abſoluuntur ſecundum regulã iuris. Quem non honoro, nec onero.

8 †SECVNDVM. Vbi ieiuniũ eſt iure ſtatutũ. Hoſ. in c. 2. extra, eo, dicit, ꝙ in ieiunijs ſolẽnib. i. per eccleſiã indictis, nihil p̃t facere cõſuetudo, qđ Pan. verũ limitat: primò quantũ ad ieiuniũ tollendũ ex toto ſine cã rõnabili, ſecus quantũ ad interpretationem qualiter ſit explendũ, puta quoad cibos, horã, collationẽ, & hmõi; quia conſuetudo eſt optima legũ interpres. Et ſecundò, niſi Papa ſciret, & toleraret. vnde in d. c. 2. facit magnũ feſtũ de quadã gl. ibi dicente, ꝙ cõſuetudo eſt ieiuniorũ relaxatiua. Ego verò primã limitationẽ approbo, & ſimiliter ſecundã, concurrentib. duob. Primò ꝙ Papa toleret ſine reclamatione, ſecus vbi reclamaret, ꝑ p̃dicatores: ſicut vbiq. facit de ieiunio Quadrag. qđ a minori parte fideliũ ſeruatur, & tñ cõſuetudo non excuſat. Secundò, ꝙ conſuetudo talis ſit apud timoratos, & non eos qui non ieiunãt, credẽtes tñ, & ſcientes ſe ieiunio obligatos, quia non eſt conſuetudo, ſed corruptela. Vñ ſecundum Arch. excuſantur indigenæ terrę, vbi viri timorati non ieiunant in vigilijs Iacobi, Bartholomæi, & Matthię non aũt, ſi nõ ieiunent ribaldi, & ſimiliter excuſantur a ieiunio ſuæ terræ alienigenæ, aliò ſe transferẽtes aĩo habitandi, non aũt ſi tranſeant ſolũ, ſicut nec ad illius terræ ieiunia ligantur.

9 †TERTIO, cũ de integritate iunij, ſec. Ric. in 4. tria ſint, ſ. comeſtio vnica, determinata hora comedẽdi, & abſtinentia a carnib. ouis, & lacticinijs in Quadrageſima, quæritur qualiter ſit ieiunandum, vel frangatur ieiunium quantum ad vnitatem comeſtionis? Et dico multa. Primum. Circa iſtud varia fuit Doct. opinio; nam aliqui dicunt nullo iure caueri, ꝙ ſemel tm̃ in die ieiunij comedatur & cõſequẽter licere pluries ĩ die comedere ſine fractione ieiunij, modò fiat ex cauſa rationabili, & ſecundum conſuetudinem eorum quib. conuiuitur: quam opinionẽ ſequitur Pan. in rub. de obſer. ieiu. quia inquit, cum nõ habeamus ius ſpecificum, recurrendum eſt ad conſuetudinem loci, & facit c. vtinam. diſt. 79. ex quo infert ad collationẽ ſerotinã, vt inf. p. 3. Pro hac opinione facit, quod notat Inn. in d. rub. ꝙ prandere pluries in die eſt contra conſuetudinem approbatã eccleſiæ, & ſic vr̃ ſentire, ꝙ nõ ſit contra ius ſpecificũ, & idem ibi dicit: ꝙ Ciſtercienſes licitè ſtatuerunt, ꝙ ſeruitores in die ieiunij aliquid ſumãt, ſ. añ prãdiũ, item ꝙ ſeruientes dñis faciẽdo credentiã, ieiunium nõ ſoluunt. Alij vero dñt, ꝙ geminata comeſtio ieiuniũ ſoluit: quia eccleſię vniuerſalis cõſuetudo, q̃ pro lege habenda eſt, ſic obtinuit, vt ſemel tm̃ comedatur: quã opinionẽ ſequitur Gof. & cõiter Theologi ĩ 4. diſ. 15. ꝓ hac facit, ꝙ fideles cõiter pluries in die bibunt ſine conſcĩa frangendi ieiuniũ, non aũt pluries comedunt. S. Th. aũt has opiniones concordat, dicens, ꝙ ieiunium ſoluit, ſi comedatur pluries per modum cibi, nõ autem ſi per modum medicinæ, i. ad reparandũ ne potus noceat, vt Arch. docte, & eleganter exponit. Igitur nõ frangũt ieiunium ꝑꝑ pluralitatem comeſtionum: qui comedunt in ordine ad potum, vt inf. par. 3. nec lectores, aut ſeruitores p̃guſtantes, aut qui ſurgunt a menſa propter inſtantem neceſſitatem denuo regreſſuri vt prãdeant, quia tota eſt vna comeſtio, & vna menſa, ſecundum Rod. ſ. propter continuum exercitium circa prandium, vel ex intentione interrumpentis, nec facientes credentiã quo ad carnes in Quadrageſima, quia hoc non eſt per modum cibi, nec qui mane, vel ſero bibit vinum, vel ceruiſiã, aut comedit electuaria delectationis cauſa, ſecũdũ Rich quia. ſ. hoc non fit per modum cibi, nec ſecundum Pet. de Pal. qui non propter famẽ, aut voluptatem, ſed timore deficiendi p̃ anxietate, in die ieiunij ficus, vel porrectã, vel aliquid hmõi prælibaret ante horam comeſtionis, quaſi per modum medicinæ. Frangit verũ ieiunium quicunq; aliquid comeſtibile, vel potabile ſumeret extra prandium in fraudem, i. ad ſubleuandam non quidem debilitatem, ſed famem, vt ponit Arc. quia iſte ex ſua intentione pluries cibatur, ſumendo aliquid per modũ cibi. Secundũ. Licet potus aliquo modo nutriat, tñ ſecundum S. Th. quia magis ſumitur ad corporis alterationẽ, & digeſtionem ciborum, q̃ ad nutrimentum: licitum eſt ieiunantibus pluries intra diem vnã potare, licet immoderantia: circa hoc poſſit eſſe peccatum, & meritũ ieiunij perdere. Et idem dicit Petr. de Pal. ſ. ꝙ potus ieiuniũ non ſoluit, ſiue poſt, ſiue ante prandium, niſi fiat in fraudem. i. ad ſubleuandã famem. Et idem Alber. Pet. & Richar. dicentes de bono, & æquo magis abſtinendum eſſe a potu vini, ceruiſiæ, & huiuſmodi in mane, quam in ſerò, quia tunc vt plurimum nocet ſtomacho ie-

iuno. Et ſi vt iſti dicunt, licitus eſt mane potus etiam vini, ſine fraude, licitum et aliquid ſumere pro ſtramento potus ne obſit; modo ceſſet oīs fraus circa intētionem, & indiſcretio circa quantitatem. Et hoc expreſſe tenet S. Th. in 4. diſt. 15. in qu. de ieiunio. ar. 4. q. licet non loquatur de pane, & fructibus vel herbis, quæ cōiter veniunt in cibum hominis, ſed de electuariis & huiuſmodi medicinalibus.

10 TERTIVM † de collatione ſerotina generaliter ſciendum eſt, ꝙ quædam ſunt, quæ nec ſumuntur, nec ſunt ordinata principaliter ad nutriendū, licet nutriant aliqualiter, vt potus etiam vini, & electuaria, & aliæ medicinæ, & hmōi, de quibus intelligitur, ꝙ ex ſenſualitate ſumpta nō frangunt ieiuniū, quædam verò ſunt ordinata principaliter ad nutriendum, q̄ in cibum ſumi conſueuerunt, vt panis, & ſm Pet. de Pal. & fructus & herbæ principaliter panis. De primis ergo & de ſecūdis excepto pane, nō eſt dubiū, ꝙ licitè de ſero ſumuntur cauſa medicinæ. i. ne noceat potus, licet non per modum cibi. Sed & ſi nō ſumatur per modum medicinæ, ſm Arch. piè interpretandum eſt ratione conſuetudinis, quæ ea de cauſa videatur introducta, quod etiam ſentit Pan. q̄a conſuetudini ſtandum eſt, ex quo ius non eſt in oppoſitum, ꝙ ſm eos limitatur, niſi fiat exceſſus in quantitate vltra conſuetum, vel niſi fiat fraude. i. ſtudioſè ad nutriendum contra famen. Secus ſi ſtante quantitate cōſueta fiat ad alium rationabilē finem, puta ad dormiendum, ad ſuſtentandum naturam, aut vocem conſeruandam, & hmōi, imò & ſi ex ſenſualitate, imò ex ratione famis ſm mentem Pan. quia ſufficit non exire terminos conſuetudinis. vnde dicit Dire. ſecundum quoſdam poſſe ſtatui, vt in ieiunio eccleſiæ bis comederetur, ſed parum. De pane tñ dicit Arch. ꝙ eius bucella ieiunium ſoluit. Sed ex S. Th. & Petr. de Pal. & alijs doct. præcipuis, hæc diſtinctio panis ab alijs, quæ veniunt in cibum hominis haberi non poteſt niſi de congruo. Vnde q̄a circa hoc legem aliam præter conſuetudinē non habemus, dico; quod vbi eſt conſuetudo, licite ſumitur panis, ſi aliud non habetur, vel ſi habetur, illud ſtomacho nocet, vel non reparat ſufficienter contra potum. Imo etiam licet eo caſu vbi eſt conſuetudo de non ſumendo panem, quia in foro conſcientiæ conſuetudo nō obligat, niſi inquantū legiſlator intendit, vt patet ex dictis ſupra, Conſuetudo, §. 13. qui non intendit vt ſine pane bibas, q̄n ſine pane potus, quo indiges, obeſſet, vt quia fructus non habes, vel ſi habes, non habes ſtomachum fructibus opportunum.

11 QVARTO † quæritur, qualiter ieiunandū ſit quantum ad horam comedendi? Et dico multa. Primum. Dies artificialis ſecundum Aſtrologos, habet duodecim horas inæquales, quarum extrema ſunt ortus & occaſus Solis, medium vero ad quod ſexta terminatur, eſt punctus meridiei. Totam autem diem artificialem partimur in quatuor partes æquales, quarum duæ ſunt ante meridiē, & duæ poſt; & quarum quælibet continet horas tres, ex quo fit vt horas numeremus per triplicitates ideſt accipiendo extrema illarū quatuor partium, & dicendo, tertia, ſexta, nona, & duodecima. Et ſic factum eſt vt primum trium horarum ſpatiū poſt meridiem dicatur hora nona, & aliud immediatè præcedens dicatur hora ſexta, ita quòd hora ſexta finitur in pūcto meridiei, & ibi incipit nona.

12 SECVNDVM † in iure ſcripto nulla hora eſt determinata comedendi in die ieiunij, niſi hora veſperorum tempore quadrageſimali, vt de conſecr. diſt. 1. ſolent. & per Pan. in rub. de ob. ieiu. vnde in hoc conſuetudo eſt lex & ſtatutum eccleſiæ, & hoc ſecundum omnes eſt, vt hora nona comedatur. Sed quia hora nona dicitur, & in prin. & in fi. S. Th. in 4. diſt. 15. q. 3. videtur velle, quod in omni ieiunio prandēdum ſit hora nona cōpleta, i. hora tertia poſt meridiem, quod Petr. de Pal. verum dicit quo ad ieiunium quadrageſimale tantum, quo ad alia vero dicit licitum eſſe prandere in principio nonæ. i. in meridie, ſed quia hic lex eſt conſuetudo, conſuetudini ſtandum eſt populi Dei in omni ieiunio, vt in meridie, non per abſtrolabium, ſed groſſo modo computato comedatur. diſt. 11. in his.

13 TERTIVM † præuenire notabiliter horam comedendi ex cauſa rationabili, ſecundū Inn. in rub. de obſer. ieiu. nō eſt peccatum, & ſic dicit habere intelligi ca. ſolent, de conſecr. di. 1. quod intelligo verum in his qui ſunt obligati ieiunare, ſi interueniat ſuperioris poſſibilis haberi commodè diſpenſatio. Sine cauſa vero rationabili præuenire horam etiam per notabile ſpatium. Sūm. Ang. dicit eſſe veniale tm̄, allegans. §. alias ea demum. 25. diſt. in vbi dicit Ang. ꝙ ſi quis corpore ſanus alijs ieiunantibus prandere voluerit, ſcilicet ante horā, eſt peccatum veniale: Sed vt dicit ibi gl. Auguſtini, loquitur de ieiunijs voluntarijs, non de neceſſariis. Vnde ſecundum Petr. de Palud. eſt mortale. Et idem dicit glo. in d. §. alias, & videtur

detur esse tex.in d.c. solent, quod licet ſm d. Sum.loquatur de consilio,tñ hoc nec certum est,nec probabile.Potest tñ ſm Pet.de Pal.circa horam dispensari propter debilitatem,vel lectionem,vel iter,aut alias pias causas.

14 Qvartvm † tardare ieiunium post nonã q̃tumcunque tardetur,non est peccatum,ſm oẽs Doc. nisi fieret ex aliqua superstitione.

15 Qvinto † quæritur, qualiter sit ieiunandum quantum ad abstinentiam carnium,& huiusmodi?Et dico multa.Primum. Esus carnium in omni ecclesiastico ieiunio interdictꝰ est,& illud frãgit,ſm oẽs Doct. esus verò ouorum,& lacticinorũ interdictus est in Quadragesima,vt dist.4.denique non autem in aliis ieiuniis,ſm Pet.de Pal.& S.Tho.& cõiter docto. nisi consuetudo hoc habeat, q̃ vbique seruãdam in ieiuniis,dicit Aug.Ambr. & Hierony.dist.12.illa & dist.76.vtinam vnde iu oĩbus ieiuniis,præter Quadragesimam,ista comedi possunt,vbi consuetudo est, ꝙ commendatur.Vnde ſm Pet.de Pal.is cui iniũctum est ieiunare simpliciter,non tenetur nisi a carnibus abstinere.Sed & si alicubi sit consuetudo quòd non comedantur.Sum.Ang. non putat frangi ieiunium si comedantur, non ex gulositate,sed ex causa rationabili. Sed quia consuetudo in his est lex,dico,quòd ex hoc ieiunium frangitur, nec excusatur comedens a mortali,nisi sit excusatur ieiunium frangens de quo infra.§.9.

16 Secvndvm.† Tenet Host.in Sum.eod.titu. quod cuicunque conceditur vsus ouorum & casei,concessus intelligitur vsus saginimis siue laridi,argum.presbyter dist.82.& ibi glo. & idem Panor.in cap.consuluit de Iudæ.licet tunc non sit licitum vti carnibus, quia quasi mutando formam videtur rei substãtia immutata.Tertium.Secundum Petr.de Pal. Britones comedentes in Quadragesima butyrũ, videntur excusari,quia in illis partibus, in q̃bus ecclesia dispensare potest,sciendo, & dissimulando dispensat, si tamen ita dissimulat, ꝙ nec punit excommunicatione, nec prohibet verbo,alioquin cum ad correctionem teneatur,participaret in crimine.Vnde fornicationem simplicem etsi non puniat, prædicat tamen esse illicitam.Vnde cum ecclesia sileat nec eis prohibeat,nec prædicet eos malefacere,etsi aliud priuilegium non habeant, excusantur,hæc ex illo.

17 Qvartvm † Secundum Arch. qui excusatur a ieiunio propter ætatem vel laborem, vel aliam causam rationabilem, & potest in Quadragesima vti quadragesimalibus cibis, & vtitur carne, lacticiniis vel ouis ex voluptate,vel incuria,mortaliter peccat, & idem dicit de quocunque comedente carnes in aliis ieiuniis ecclesiæ.

18 Sexto † quæritur,qñ,id est, qua ætate ex præcepto sit ieiunãdum?Et dico duo,quantũ s.ad iuuẽtutem,& senectutem.Primum. Qua ætate incipiat,vis obligari ieiunio.Ioã.Andr. Inn.super ca.consilium,de obseruantia ieiuniorum multas recitat opi. in nulla se firmãs. Opinio autem Inn.in rub.de obser.ieiun.est, ꝙ teneãtur omnes sanæ mentis doli capaces: potentes ieiunare:cum peccare possint, peccata deflerre.de delic.puer.c.1.& idem videt̃ tenere.Supp. tanquam totius contra Ros. & Sum.Ange. Sed veritas & communis opinio est quàm ponit S.Tho.& Petr.de Pal. & Arc. ꝙ post finem tertii septennii,idest,post 21.annum, quia licet antea teneatur quis carnem subiugare spiritui,non tamen per hoc mediũ propter indigentes multo cibo ad nutrimẽtum & augmentum.Nec tamen est simile secundum Petr.de indigentibus multo cibo ad generationem, quia diebus ieiunii coniuges abstinere debent a coitu,& semel in anno sufficit fœcundare,& cum ieiunio plus abundat semen,quam sit necesse.Quia tamen circa illud tempus quidam aliis sunt fortiores,secundum eundem Pet.de Pal. relinquitur arbitrio cõfessoris, & consilio medici ne ieiunare vel nõ,& in religionibus descriptioni p̃latorum ſm Veru. Professi tñ regulam, in qua præceptum est in aliquibus diebus ieiunare,ad hoc obligantur ante dictam ætatem. Secundum. In senibus nullum tp̃s ab aliquo determinatũ est,in quo ab obligatione ieiunii absoluant̃: vnde excusari possunt eo modo quo infirmi & debiles,de quibus est eadem ratio,ſm Inn. & Asten.ratione verò senectuti. tantum non excusantur, si sunt ad ieiunium fortes. Rich. tamen in 4.dicit,non obligari nimium senes, idest, decrepitos, q̃a p̃p debilitatem caloris indigent crebrò refici, cuiusmodi sunt regulariter,qui septuagesimum annum compleuerunt,ſm medicos,& glo. in proœmio 6. ad quod facit illud psalmi,Anni nostri ĩ ipsis 70. annis.Et l.fi.C.qui ætate.lib.10.iuncta l.1.§.fi. ff.de decu.vbi maio.70.annis excusatur a mũneribus personalibus,& a fortiori a ieiunio, quod est maximum onus.

19 Septimvm † quæritur,vtrum ieiunia,quæ sunt de p̃cepto, transferri possint aut redimi vel cõmutari cũ dispẽsatione vel sine? Et di-

co mul-

co multa. Primũ. Ieiunia ab ecclesia pręcepta de die in diẽ trãsferri pñt ex cã, ſm Inn. in d. rub. ſicut ſi factũ accidit ſcđa feria, vigilia ieiunatur in ſabbato, & non in dñica, extra e c. 1. & ita pari rõne ſi vigilia accidat in feſto ſolẽni, ppeius venerationẽ pt priori die ieiuniũ explicari, ſicut in Francia, vbi ſunt eccleſiæ S. Quintini, vigilia oium SS. ieiunatur die pcedenti: ꝙ Pan. in d. rub. limitat, modo fiat auctoritate epi: arg. c. 2. de obſer. ieiu. in fi. Scđm Quantum ad redemptionem ieiuniorum eccleſiæ Inn. & Pan. in d. rub. tenent, ꝙ aliqs citra Papam diſpenſare non poteſt, niſi cauſa ſit in debente ieiunare: & ex cauſa autem pt eps diſpenſare, & in bonum aliud compenſare, & cauſa ſatis ſufficiens eſt debilitas pſonæ ex defectu naturæ vel exteriori pueniẽs exercitio: imò ſm Arch. eſt ẽt vtilitas publica: puta bona & neceſſaria prędicatio, vel diſcurſus pp neceſſitatem vel vtilitatem eccľę. Quã ieiunij commutationem Sum. Roſ. intelligit non poſſe fieri propria auctoritate, qđ verũ eſt vbi dubiũ eſſet an cã excuſaret à ieiunio necne: ſecus vbi eſſet manifeſtum, vt inf. §. 9. in ieiunijs aũt ad q̃ quis ſe voto obligauit, diſpenſare põt eps, ẽt ſine cã exiſtente in vouẽte, modo illud, in ꝙ fit cõmutatio, ſit melius, id eſt, acceptus Deo, vt in c. 1. de vot. Quæ vero imponuntur in pęnitentia, redimi poſſunt auctoritate ſuperioris, vel etiam æqualis confeſſoris: de quo ſup. Confeſſio. 1. §. 27.

20 TERTIVM † quantum ad diſpenſationem ſuper ſolutione ieiunij, talis regula ſeruanda vr̃ ex mente omnium Doctorum. Si certũ eſt ꝙ quis ieiunare non poſſit, ex cauſæ euidentia, pt quis ieiuniũ propria auctoritate dimittere, ſm Veru. & oẽs. Si verò ſit dubium, conſulendus eſt vir bonus & peritus, puta, medicus aut confeſſor, vel alius. Et ſi iudicio eius cauſa eſt euidens, iterum poteſt quis propria auctoritate dimittere, ſm mentem eiuſdẽ Veru. quia eo caſu cauſa eſt euidens: ſi verò ipſe ſit dubius, oportet adire ſuperiorem, id eſt, epm, vel proprium ſacerdotem, qui declarare poteſt auctoritatiuè diſpenſando in dubio Limita tñ totã regulam ceſſante ſcandalo, q̃a etiam cauſa extante euidente in ſe, vel aliquibus, ſi inde aliqui ſcandalizarentur, petenda eſſet diſpenſatio. Quartum. Superior a quo in ieiunio eccleſiæ huiuſmodi diſpenſatio petẽda eſt, ſm Hoſt. in c. conſilium, eo. titu. eſt epiſcopus, nec ſufficit licentia ſimplicis ſacerdotis, etiam ex iuſta cauſa, niſi ſumma neceſſitas immineat, ita ꝙ ſine periculo ad epiſcopum recurſus haberi non poſſit. Rod. autem ſentire videtur, ꝙ hoc poſſit proprius ſacerdos, q̃ eſt iudex ordinarius conſcientiæ, quia dicit ꝙ arbitrio boni viri potius, quam per doctrinam generalem limitandum eſt pro quanta neceſſitate ieiunium ſit ſoluendum. S. Th. aũt in 4. diſt. 15. tenet, quòd ſacerdos poteſt diſpẽſare, & prælatus in religione: adde vero tu, ꝙ medicus poteſt declarare, & ſimiliter quantum ad carnes comedendas diebus prohibitis: peccat tamen medicus ſine cauſa rationabili, vel ſaltem dubia ſecundum Arch. talia mandans: arg. 23. q. 1. quid culpatur.

21 OCTAVO † quæritur, vtrum obligati ad ieiuniũ eccleſiæ, & illud ſine diſpenſatione ſoluẽtes peccent mortaliter, & quoties? Et dico multa. Primum. Secũdum Car. in cle. 1. de obſer. ieiun. frãgens ieiunium eccleſiæ ad quòd tenetur, non peccat mortaliter, niſi ex contẽptu vel inobedientia hoc faciat, puta quia nõ vult ſe ſubijcere præcepto, & dicit hoc tenere Arch. in §. alias ea demum. diſtin. 25. qui tamen ibi recitat Ioan. de Fan. hoc tenentem. Et iſtam opinionem ſequitur Sum. Ang. contra Roſ. & Suppl. addens, vel nec ex conſuetudine, vt inf. inobedientia. S. Thom. verò dicit, quod peccat mortaliter, qui hoc facit ex cõtemptu, vel ſic, quod impediatur finis quẽ intendit legiſlator: non autem qui ex cauſa rationabili, & intendit ſm Arch. illud quòd ſentit Pet. de Pal. & gl. in d. §. alias, & communis opinio, ſ. ꝙ hoc non eſt mortale, niſi ex cõtemptu, vel ſcienter ſine cauſa rationabili vera vel æſtimata: vnde ſm Pe. de Pal. ſi hoc fiat ex cauſa ſufficienti, non eſt peccatum ſi ex cã non ſufficienti, ſed ſupple, quæ credatur ſufficiens, eſt veniale, vt legentes Inſtituta in completorio, ſi ſine cauſa, eſt mortale, ſi aduertit eſſe diem ieiunii. Secundum. Secundum Pet. de Pal. qui mane comedit, de ieiunio non aduertens: ſi quidem ſcire tenebatur quod eſſet ieiunium, non excuſatur a fractione eius, nec tamen eadem die ieiunare tenetur, cum iam ſit, inquit, obligatus ad ieiunandum in alia, & ſi non liceret ſibi plus comedere animum grauaretur: nec cum toto hoc eſſet ieiuniũ propter nimiam anticipationem: ſed ſi non tenebatur ſcire, non reputatur fractio ieiunii, vnde ac ſi eſſet ieiunus, poteſt illa die ieiunare, comedendo ſua hora pro prandio, quia ieiunium homini indictum non ſoluitur niſi per actum humanum, qui requirit intentionem & deliberationem veram vel præſumptam hæc ex illo, ſed vide particula ſequenti.

22 Tertivm † qui non ieiunat vna die, licet videatur ad ieiunium teneri in alia, per Pet. de Pal. & tex. in c. 1. de obser. ieiu. tamen dico oppositum, per c. 2. eo. tit. vbi ieiunium frangentibus nō imponitur, vt alio die ieiunent. ad quod facit quod no. Inn. in c. 1. de cele. miss. de eo qui officiū dimisit, q̄ illud resumere nō tenetur: quasi sit seruitus cuiuscunque diei. Nā si teneor pstare operas certo tempore, & impedior, non sum obligatus alio tempore, quia non sunt eędem operę, sed variantur ex tempore, vt est tex. not. in l. si non sortem. §. libertus, ff. de cond. ind. & si relinquitur mihi vsusfructus per biēnium proximè futurū, & impedior: non possem petere vsumfructum alterius biennij, quia non est idem vsufructus, l. si vsusfructus mihi, ff. de vsufr. & redi. & hab. & tex. in c. 1. debet intelligi de trāslatione facienda ex causa propter solennitatē. Quartum. Fractor ieiunij pro qualibet vice qua comedit in die ieiunij vltra vnā vicem, peccat mortaliter, secundum Ioā. de Neapo. in quolib. quia istud præceptum reducitur ad negatiua, s. ne comedas nisi semel: quod verum esset, si nouo contemptum. sēper comederet. alias autem verius & cōius est dictum. Duran. in 4. quod tantum semel peccat mortaliter, aliter obligaretur ad impossibile, q̄a ex quo semel ieiunium fregit, illa die ieiunare non potest in Quadragesima: tamen secus vbi ieiunare potest, alia die, vnde quot dies quis omittit, tot peccata committit.

23 Nono † quæritur quæ sint personæ excusatæ, vel causæ rationabiles excusantes in ieiunio? Et dico multa. Primū. Ad cognoscendū quis possit & teneatur, vel non possit, siue non teneatur ieiunare, accipienda est regulis, & maximè quæ ex S. Th. in 4. colligitur, talis. s. ꝙ quilibet pōt & debet conseruare sibi vitam, & robur necessarium ad ea, quæ sibi incūbunt facienda necessario pro vita vel offō vel societate conuiuentium, vel respū eorū quæ facere potest meliora ieiunio: intelligēdo tñ primò, ꝙ incumbere dr̄ necessario aliquid, & qñ alias esset notabile damnum vel incommodum, & secundo intelligendo de officio & societate, quam quis relinquere non potest sine periculo vel incommodo, vt quia forte incideret in latrones, si solus esset, vel quia vix posset viuere, si officiū desereret vt cursor vel laborator, & hmōi, & tertio, ꝙ in oībus dubijs circa prædicta standum est arbitrio boni viri, vt dictum est sup. §. 7. p. 3. Secundum. Iuxta mentem S. Th. 2. 2. q. 147. & 4. dist. 15. peregrinantes, aut multū laborantes, quibus necessitas imminet tunc faciendi magnas dietas, vel multum laborandi, si volunt se & suos sustentare, vel nō incurrere notabile detrimentum sui status, & cum labore, vel itinere nō pñt obseruare ieiuniū excusantur: alias si possent vtraq; facere commode tenētur ieiunare, & similiter si possunt iter differre, & subtrahere, vel minuere laborem, ita ut possint ieiunare sine detrimento sui status.

24 Et † addit Pet. de Pal. quod si peregrinatio non est necessaria, peccat illum aggrediens indiscrete. i. eo tempore quo ieiunandū est: ea tamē aggressa licet incompossibile ieiunium frāgere: sicut licet infirmo ex sua culpa, durāte infirmitate. Addit etiam S. Thom. quod nolentes conducere operarios, nisi ieiunium frāgāt, nō sunt immunes a culpa, nisi forte sit cā necessaria quæ festinationē operis exposcat: item quod ex parte operantis, intentio maioris lucri non necessarij non excusat. Adde ꝙ Eugenius IIII. anno M CCCCXL. circa hoc fecit magnā modificationē, indulgens ꝙ artifices laboriosa opera exercētes, & rustici, siue diuites sint siue pauperes, non teneant ad ieiuniū sub præcepto, ut refert Su. Ro. & alias a uiris doctis audiui. Quod autē de laboratorib. dixit S. Th. intellige etiam de itinerantib. cā lucri. Tertium. Cursores, si hoc exigit suū currere præteritū vel futurū, excusantur a ieiunio, & hoc secundum Pet. de Pal. nō solū si sine tali officio viuere non possent quia tūc excusaret paupertas: sed etiā si aliter possent viuere, sed non æquè bene, quia aliud est de illis qui ad certum diem se locant, qui non debent, se locare, nisi tunc possent ieiunare, si alias habent unde uiuat: aliud de eo q̄ locat se ad totū annū, & ad totale seruitium, quia si exciperet ꝙ nūquā dieb. ieiunij itineraret non inueniret receptorem. Quartū. Excusantur etiam pauperes, qui sufficientem cibū p vna refectione hr̄e nō pñt, & similiter qñ propter præcedentē inediā ieiuniū nūc ferre nō pñt, secundum S. Th. 2. 2. vbi su. sub quo et ſm Arch. videtur posse cōprehendi illos, qui nec pñt parare, uec hñt parates necessaria ad ieiunium. Quintum. Excusantur similiter ſm Veruec. prægnantes & lactantes, si debilitas eas impediat, vel si ex hoc timetur de periculo earum, aut aborsu vel defectu alimēti pueri: imò ieiunium debent dimittere. Sextum. Excusantur etiam infirmi & debiles, qui si necessarium cibum vna vice sumerent, obesset, pro quo tamen statur arbitrio boni viri, se cun-

cundum Arc. ¶ Septimum, excusantur etiam senes, & paruuli, vt sup. dictum est. §. 6.

25 †Octavvm. Excusan͂t ét vxores, sec. Inn. & Pa. in rub. de ob. ieiu. contradicentib. viris, quo ad ieiunia votiua, seu voluntaria, 33. q. vlt. manifestum: nõ aũt quo ad indicta ab ecclesia, quia magis vicario Dei obediendum est, q̃ maritis iniustè præcipientib. 11. q. 5. Iulianus, nisi inter ipsas, & maritos scandalum oriretur: puta verbera, blasphemiæ, odia notabilia, quia tunc saltem ex licentia sacerdotis poterunt frangere, arg. c. vt constituere͂t. dis 50. in fi. quia præceptum iuris positiui nõ obligat aliquem cum scandalo. vt in ca. 2. de no. oper. nun. & c. nihil. de præscr.

26 †Nonvm. Excusantur ét p̄dicatores, si eorũ p̄dicatio sit necessaria ex officio, puta ex obedientia, vt patet ex dicta maxima, vel ét si non sit necessaria ex officio, sed tñ sit necessaria ex carentia prædicantium, aut magna siue excellenti vtilitate, quia ieiunium alia opera meliora non impedit, dicente S. Th. in 4. ꝙ si abstinentia sit tanta, ꝙ homo ab operibus vtilioribus impedia͂t, q̃uis ad ea de necessitate non tenea͂t, indiscretũ est ieiuniũ, etsi nõ illicitũ. Et in 5. quolib. ar. 18. dicit, ꝙ si quis in tm̃ virtutem naturæ debilitat per ieiunium, & alia hmõi, ꝙ nõ sufficiat debita opera exequi: puta prædicator prædicare, doctor docere, cantor cantare, & sic de alijs, absq; dubio peccat. hæc ille: qui loquitur de prædicã tibus, & docentibus ex debito. Si aũt aliquis voluntariè prædicet. i. non missus: aut iõ missus, quia vult mitti, & sua prædicatio non sit necessaria, quia alij sunt qui æquè bene possunt supplere, vel melius, non video qũo sit tutus, si ieiunium frangat, quia non est necessitas, vnde talis debet alijs operibus vacare.

27 †Decimo generaliter quęritur, quid iuris de abstinentijs alijs a ieiunio? Et dico multa. Primũ. Comedere carnes sexta feria sine cã infirmitatis, est mortale, de consecr. dist. 3. de esu carnium, quod tñ fallit si sit dies natiuitatis Dñi, quia tunc licitè ab oĩb. comeduntur, nisi ab his, qui voto, vel regulari obseruãtia ad non comedendum tenerentur de obseru. ieiu. c. fin. & multo magis qñ natale est in die sabbathi. Ex quibus elici potest, primo, ꝙ die festo non solum spiritualiter, sed ét corporaliter possumus honestè lætari in cibis, & vestib. ad solẽnitatem diei. Et secundò, ꝙ prælatus in religione potens dispẽsare in esu carnium, potest cum suo subito dispensare feria sexta, si sit natale, quia cum ibi sint duæ prohibitiones, s. ecclesiæ, & religionis, sublata prima per ecclesiam stat solum secunda, sup q̃ potest prælatus. Nec obstat, ꝙ ecclesia cũ istis non dispensat, quia verum est, quantum ad obligationem voti, & religionis; non quoad obligationem ecclesiæ, vnde si cũ tali fiat dispẽsatio in voto, iam poterit comedere carnes, si deinde natale veniat in feria sexta. Secundum. Qui vouit non comedere oua in feria sexta, si sit dies natalis Domini, nõ potest secundum aliquos comedere carnes, quia abstinentia ouorum includit abstinentiam carnium, non econuerso. Vnde qui vouit abstinere ab ouis, etiam vouit abstinere a carnibus. Ego distinguo, qa si habitualiter intendebat se eo casu velle priuare carnib. vt quia si hoc memoriæ occurrisset, hoc deliberasset, non potest comedere. Si verò intendebat se non priuare potest, quia tm̃ obligatur, quantum intendebat. Si verò non sci͂t discernere vtrũ sic, vel sic non comederet, non propter dictã rationem, quæ potius est ad oppositum, quia priuans se minus dilecto, non priuat se dilecto magis, sed ideo, quia in dubijs tenẽda est via securior: de spõs. iuuenis, sed quia hoc nõ est necessarium, sed sufficit eligere tutã: ideo contrafaciens non esset iudicandus de mortali, nisi fortè ratione erroneæ conscientiæ.

28 †Tertivm. Comedere carnes sabbatho, vbi non est consuetũ, est mortale. de consec. dist. 5. quia dies, non autem vbi est consuetudo comedendi, vt in Francia, Catalonia, & alijs partib. quia stabitur consuetudini. di. 12. illa autem. & idem Pan. in c. 2. extra eo. Ad c. autem sabbatho. de consec. di. 5. dic, ꝙ loqui͂t de consilio, sicut cauetur de die Mercurij, & idem de cap. quia dies, de consec. di. 3. de quo vide gl. in c. de esu. de consec. di. 3. in quo hr̃, ꝙ ibi de esu carnium dicitur, incipere diem a termino cænæ, est consilium, secundum Dir. autem incipit a media nocte præcedente vigiliam, & durat vsque ad aliam mediam noctem sequentem. Quartum. Qui carnes die sabbathi in suis partibus comedere consueuerunt, comedẽdo in partibus alijs, vbi hoc non est consuetum, secundum Dir. peccant, d. c. quia dies, 12. dist. illa a contrario sensu, quia qui de patria vbi hoc non est consuetũ veniunt ad illam vbi hoc est consuetum animo habitandi, scilicet totaliter comedendo non peccãt, nisi abstringantur voto, vel abstinentia regulari. extra eo. c. fi. Multa etiam pertinentia ad abstinentiam a carnibus, habes infra Religio per totum.

DE

DE IGNORANTIA.

1 *Ignorantia, quæ proprie scientiæ priuatio est, nonnunquam & nescientia, & error latius sumpto verbo, dicitur. Et ea quoque tripertita est.*

2 *Quæ proprie ignorantia dicitur, eadem quoque intra genera deducitur. Aut enim bona, aut mala, aut neutro modo, & indifferens est.*

3 *Ignorantia mala multiplex quoque dicitur, idque tum ex parte rei ignoratæ, tũ ex parte actus, quem ignorans elicit, aut ignorat, & deniq. ex parte ignorantis. Et vnaquæque secundum ius, aut factum circa quæ versatur, multifariam secernitur. Et ibi clare quid vnumquodque.*

4 *Ignorantiæ primo, secundo, ac tertio modis acceptæ, qui sint effectus.*

5 *Ignorantia ex parte ignorantis, multiplex est differentia, cuius partes identidem, diuisiones ac sub diuisiones recipiunt, Quibus etiam alia quoq. species additur, quæ prauæ electionis dicitur, ex qua malus omnis ignorans censetur. Dicitur autem propriè ex causa peccati veniens inconsideratio.*

6 *Scire quisque ea tenetur, sine quorum cognitione actum ex officio aut præcepto debitum nemo recte exercere potest. Vnde quæ fidei sunt, & iuris vniuersalia præcepta, scire omnis homo tenetur, quo ad alia vero quisque singulatim, quæ ad officium, vel statum suum pertinent, scire debet. Et quid de præceptis ecclesiæ, & de horum intellectio.*

7 *Ignorantiam peccati causam esse posse, non tamen quamlibet. Ea autem peccati causa esse dicitur, quæ scientiam actus peccati prohibitoriam tollit.*

8 *Ignorantia non quæuis peccatum est, sed ea, quæ eorum est quæ quis scire tenetur. Nec ignorans quouis tempore actus peccat, sed tum demum cum scientiam acquirendi tempus est.*

9 *Ignorantiam quantum ad legem diuinam pertinet, quatenus excusare dicatur. Et quæ sint in hoc consideranda.*

10 *Ignorantia non excusat a peccato in parte illud minuendo. Et ibidem quòd illa sola peccatum minuere potest, quæ peccati est ratio ea tamen a peccato ex toto non excusat, quoniam eatenus voluntariũ peccatum minuit, quatenus voluntarium quoque minuit. Quæ si voluntarium non minuat, nec peccatum quoque minuet. Quot modis autem ignorantia peccatum minuens contingere possit, hic aperta traditur.*

11 *Ignorantia facti a iuris pœna in anima foro quatenus ac quomodo excuset, aut id minime, eleganti distinctione planum facit. Et qui diligentiam circa factum adhibet, si quid præter agentis propositũ contingat, imputari ipsi non debet.*

12 *Ignorantia iuris, quomodo a pœna eiusdem iuris in animæ foro excuset, aut contra.*

13 *Ignorans summi Pontificis constitutionem ex negligentia, an si contra illam faciet, excusetur a culpa, abs qua excusatur si sufficienti impedimento districtus illam scire nequiuerit. Et q. vult ignorantiam ad deuitandam pœnam probare, audiendus est. Quod limitat, nisi sint prælati, officiales, et medici, & hmõi, qui ea exercere habent, quorum ignorantia notabile damnum proximo illatura est.*

14 *Ignorantia in humano iudicio siue foro contentioso, qualiter a pœna excuset. Et qui agit contra, aut Dei, aut naturæ legem, pœnam legis positiuæ annexam ignorans, ex hmõi ignorantia eam effugit.*

15 *Sententijs per statuta ordinariorum, an ignorantes ligentur. Et ibidem huius declaratio, & limitatio. Et subinde si Papæ generalis constitutio, aut statutum factum damnatum includat, qui contra facit regulariter ab ignorantiam non excusatur.*

16 *Mulieres ac monachi ob ignorantia iuris excusationem minime habent quando ipsius iuris quotannis in locis vbi agunt, publicatio fit. Et ibidem argumentum a contrario sensu apud Canonistas non perpetuum esse.*

17 *Scoti fundamentum, quo Summa Rosella aduersus Ang. Sum. vsa est, conuellitur. Et subinde, qualiter regula, quã habet, quòd facti, non iuris ignorantia excuset, intelligi debeat.*

18 *Constitutio generalis vel prouincialis, vbi in contrafacientib. dolum expressim, aut tacite requirit in ignorantibus locum non habet, quoniam ab eius pœna excusantur, quamquam factum damnatum huiusmodi constitutio contineat.*

19 *Constitutionem, aut statutum dolum expresse requirere, aut tacite, qualiter intelligatur. Et quid si ignorãs in leui, aut leuissima fuerit culpa qualiter tum puniatur criminaliter ne, an ciuiliter.*

20 *Iuris ignorantiam quo ad fructuum consecutionẽ bonam fidem non adimere. Et huius ibidem limitatio. Legis autem, aut iuris ignorantia post tempus abs quo ligare occœpit, non præsumitur.*

21 *Conclusiones decisiuæ ex his, quæ de ignorantiã dictæ sint, quæ nam colligantur. Et ibidem de his, qui aduersus extrauagan. Pauli, ambitiose committunt.*

1 IGNORANTIA † licet proprie sit priuatio sciæ tñ large qñq. sumit pro nescientia, q̃ negationem sciæ importat, quæ & in lapide & in angelis, secundum Theologos, & in natura hoīs integra quo ad aliquid esse potest, quandoq; etiam large sumitur per errores, s. habitu scientiæ falsæ: Vnde consueuit dici, quòd ignorantia est triplex. Prima scilicet negationis, qua scientia negatur, nec tamen aptitudo sciendi ponitur. Secunda priuationis, qua scientia negatur, & aptitudo sciendi poni-

ponitur. Tertia prauæ dispositionis, quæ ponit errorem scientiæ rectæ contrarium.

2 SED † nunc intendimus de ignorantia proprie, quę est priuationis: & est ꝓprie priuatio sciētiæ possibilis adipisci. Et hæc in gñe est triplex: q̄dā .s. bona, quia .s. ignorātur ea, q̄ scita, esse possent occasio peccati. ut dist. 28. quamuis quædam vero mala, qua .s. quis ignorat, q̄ scire tenet: alia nec bona, nec mala, qua .s. q̄s ignorat, quæ scire neque expedit, neque tenetur, sicut sunt locutiones, & particularia facta hoīum ad se nullo modo pertinentium, puta loquentium in India. Sed nunc intendimus de ignorātia mala. Et hæc si distinguatur, ex parte rei ignoratæ est duplex; quia quædā ē ignorantia iuris, qua .s. ignoratur aliquod ius; ut si nescio me posse succedere cognato meo decedenti. ff. de iu. & fac. ignor. l. 1. quæ ignorantia diuiditur, sicut & ius ignoratum: quod ē multiplex .s. naturale, diuinum, humanum, tā ciuile, q̄ canonicum, & municipale. Quædā vero est ignorātia facti: vt si nesciā illud decessisse, qui mihi cognatus est, vel aliquid simile. quæ ignorantia diuiditur sicut & factum, quod est multiplex .s. factum necessarium ad salutē, vt ꝙ Christus sit passus: & necessarium ad officium, ut in presbytero manuum impositio: & factū propriū ac alienum. Si vero distinguatur ex parte actus, quē ignorans elicit, uel imperat, est triplex, .s. antecedens & concomitās & sequens, quā distinctionem vide diffuse 12. q. 6. ar. 8. Vbi S. Tho. dicit, ꝙ ignorātia ad actū uolūtaris se habet concomitanter, quando est de eo qđ agitur: & tñ si sciretur, nihilominus ageretur, sicut si volēs occidere hostem, occidat illum, credens se occidere seruum. Si vero se habet consequenter inquantum ipsa est voluntaria, vel quia volūtas in ipsam fertur uolens ignorare; quo casu ignorātia est affectata: vel quia nō curat scire ꝙ scire pōt & dēt; sic. n. non agere, & nō velle voluntarium dr̄: vt cum quis actu non considerat quod considerare pōt, & dēt, quæ est ignorantia malæ electionis ex habitu, vel passione proueniēs: siue quia notitia, quam debet hr̄e, acq̄rere non curat: q̄uo ignorantia vniuersalium iuris dr̄ voluntaria, quasi per negligentiā ꝓueniēs. Antecedenter vero se habet, quando non est voluntaria, & tamen est causa volendi, quod alias homo non vellet: sicut cum quis ignorat aliquam circunstantiam actus quam scire non tenebatur; & ex hoc aliquid facit, quod non faceret si sciret: puta cum adhibita diligētia proijciens sagittam interficit transeuntē, nesciens aliquem transire.

4 IGNORANTIA † igitur primo modo nō inducit ad volendum, sed accidit simul aliquod esse factum & ignoratum: & nō facit inuolūtarium: quia nihil cāt repugnās uoluntati, sed facit volūtarium, quia ignoratum non potest esse volitum. Secundo autem modo non cāt inuolūtarium simpliciter, quia est volūtaria: sed secundum, quid inquantum præcedit motum voluntatis ad aliquid agendum, qui non esset scientia præsente. Tertio autem modo causat inuoluntarium simpliciter. hæc ex illo.

5 SI † vero distinguatur ex parte ignorātis, sic est valde multiplex secūdum diuersos gradus negligentiæ, & culpæ, in sciendo ea quæ sunt iuris, aut facti. Nam q̄dam est ignorantia affectata illa, .s. qua quis nō vult scire, quod tenetur, sed placet ipsum nescire vt liberius peccet, conscientia non repugnante. Quædā vero nō est affectata, & ista est duplex: quia quędam est inuincibilis .i. humano studio insuperabilis: siue q̄a nullo modo superari potest, vt ea quæ est in pueris & amentibus: siue quia superari potest, sed cum maxima difficultate, vt in sensu debilibus. Vnde secundum Veruec. dubitans & consulens viros doctos falsè consulentes, laborat ignorantia inuincibili. Quędā autem est uincibilis. Et ista est duplex: quia quædam est crassa, & supina, quæ de mente Doct. est illa, qua quis scienda non scit ex negligentia lata, siue latæ culpæ: vt quia nō scit publica & manifesta, quæ omnes sciunt, ad similitudinem hominis crassi, & supini qui nō uidet etiam posita coram. Quædam vero non supina. Et ista est duplex: quia quædam est improbabilis, qua scilicet q̄s ignorat probabiles, id est id quod oēs, vel maior pars ciuiū scit, ff. de iuris, & fact. ign. l. regula, §. sed facit. Quædā vero est probabilis, qua scilicet quis ignorat improbabile, vt est illud quod omnes, uel maior pars ignorat. Et ista de mente Doct. videtur etiam distinguenda, quia aliquando ex leui, aliquando ex leuissima, aut nūlla procedit addiscendi negligentia. Præter oēs tamen recitatas ignorātias, est ignorantia prauę electionis, secundum quam omnis malus dicitur ignorans, tertio. Et hi, qua scilicet id quod in uniuersali scitur esse malū, in particulari creditur bonum: sicut qui fornicatur, fornicationem, quam alias scit esse peccatum, & malum, hic & nunc credit bonum: sed hæc non est ignorantia proprie, sed inconsideratio veniens ex causa peccati, id est ex habitu, vel passione, vel aliquo simili prohibente rationem

nem a consideratione actuali.

6 PRIMO † vero quærit, q̃ sint illa quæ quisq; scire tenetur? Et dicit S.Tho.2.2.q.76.art.2.ꝙ quisq; tenetur scire illa, sine quorum scientia actum debitum exercere recte non potest: vnde omnes tenētur scire ea quæ sunt fidei, & vniuersalia iuris præcepta, singuli vero ea quę ad eorum statum, vel officium pertinent, non autem theoremata geometriæ, vel particularia contingentia, nisi in casu. hæc ille. Sed intellige ꝙ quisque tenetur scire ea, quæ sunt fidei eo modo quod sup Fides, §.3. dictum est, & vniuersalia iuris præcepta, i. decalogū quātum, s. ad substantiam, ut sciatur ꝙ furtum est peccatum, & huiusmodi, non autem quātum ad ordinem. Quātum autem ad præcepta ecclesiæ quisque tenetur scire solum ea, quæ nō potest sine lata neglıgētia ignorare, vt ꝙ clericus non sit cedendus, & huiusmodi: pro leui autem non tenetur quis de mortali regulariter de quo uide sup. Culpa. §.2. & 3.

7 SECVNDO † quæritur vtrū ignorantia possit esse causa peccati? Et dicit S Th.2.2.q.76. ar.1.ꝙ sit, per accidens, sicut remouens prohibens: quia est priuatio scientiæ perficientis rōnem, quæ prohibet actum peccati, inquantū dirigit actus humanos: & hoc siue sit ignorantia vniuersalis principijs, ut ꝙ pater nō sit occidendus siue particularis circumstantię: ut ꝙ hic sit pater: quia secundū vtrāq; sciam rō est actus directiua. Igitur nō quælibet ignorātia est cā peccati: sed illa tm̄, q̃ tollit sn̄iam prohibentē actū peccati: vn̄ ille cuius voluntas sic est disposita ꝙ non ꝓhiberetur ab actu parricidij, ēt si patrē agnosceret, ignorātia patris non est causa peccati; sed cōcomitanter se habet ad peccatū, ideo ꝙ talis nō peccat ꝑpter ignorantiam, sed ignorās.3.Ethic. hæc ex illo

8 TERTIO † quæritur, vtrum ignorantia sit peccatum? Et dicit S.Th. ibid. art.2. quod nulla ignorātia inuincibilis in studio insuperabilis, est peccatum, quia non est volūtaria: nec imputatur ad negligentiam, si quis nesciat qđ scire nō potest: similiter nec ignorantia vincibilis si sit eorum quæ quis scire non tenetur est peccatum: sed solum si sit eorum; quę quis scire tenetur: quia quicunque negligit habere vel facere, quod facere, vel habere tenet, peccat peccato omissionis: vnde talis ignorantia est peccatū rōne negligentiæ, licet priuatio ipsa scientiæ secundū se non sit peccatū Nec tamen ignorās quolibet tp̄e peccat actu; sed qn̄ tp̄s est acquirendi scientiam, q̃ non habet sicut in alijs peccatis ommissionis, solo illo tempore homo actu peccat: pro quo obligat præceptum affirmatiuum.

9 QVARTO † quæritur, vtrum ignorantia excuset a peccato ex toto? Et dico hic aduertendum esse, quod hic, & quæstione sequenti non quæritur de excusatione a peccato in ordine ad leges humanas: secundum quas interdum excusatus non excusat & reus nō condē nat, sed in ordine ad legē diuinā & forum cōscientię, ad quē intellectum intelligo respōdere S.Th.2.2. vbi sup. art.3. sic virtualiter dicentē, ignorātia, quæ nō est cā actus peccati, iuxta dicta superius in principio huius tituli, non excusat a peccato: quia non causat inuoluntarium, vt quælibet ignorantia consequēs vel concomitans actum peccati: quæ vero est cā actus, de se habet quod excuset a peccato, de cuius ratione est esse voluntarium, quia ipsa causat inuoluntarium. Sed tamen ex duob. contingere pōt, quòd non totaliter excuset a peccato. Primo ex parte rei ignoratæ quia. s. aliquid ignoratur, quod scitum retraheret a peccato, & tn̄ aliquid scitur, per quod cognoscitur illud esse actum peccati: sicut si quis percutiat patrē, ignorans esse patrē, & sciens esse hominē: quod sufficit ad rōnem peccati: vnde licet ꝑ ꝑ ignorantiam peccet, non tn̄ totaliter excusatur a peccato: quia adhuc remanet ei cognitio peccati. Secundo ex parte ipsius ignorantiæ: quia. s. ipsa est voluntaria: vel directe, sicut cum quis studiose vult nescire: vel indirecte, sicut cum quis ꝑꝑ laborem vel alias occupationes negligit addiscere illud quo retraheretur a peccato, & quod scire tenetur & pōt: quia talis negligentia facit ignorantiam esse voluntariā & peccatum modo sit eorum quæ quis scire tenetur & potest. Si verò sit talis ignorantia, quæ omnino sit inuolūtaria, siue quia est inuincibilis, siue quia est eius quod quis scire nō tenetur, omnino a peccato excuset. hæc ex illo: vide etiam. §. seq. vide inf. Prædicator. §.7.

10 QVINTO † quæritur, vtrum ignorantia excusat a peccato in parte diminuendo illud? Et dicit S.Thom.2.2. vbi sup. art.4. sic illa sola ignorātia potest minuere peccatū, quę & est rō peccati, & tn̄ a peccato non excusat ex toto: quia ignorantia voluntarium peccatum in tantum minuit, inquantum minuit voluntariū: & si voluntariū non minuit, nullo modo minuit peccatum. Vnde ignorantia totaliter a peccato excusans illud non minuit, sed omnino aufert, quia totaliter aufert uoluntarium, quæ verò non excusat peccatum, sed concor-

Concomitatur peccatum, nec minuit, nec ad auget. Talem autem ignorantiam, quæ potest minuere peccatum, contingit quãdoque esse per se, & directe voluntariam, sicut cum quis spõte nescit, vt liberius peccet, & tũc augere vr̃ voluntarium peccatum, quia ex intentione voluntatis ad peccandum prouenit, ꝙ velit quis subire ignorantiæ damnum ꝑp libertatem peccandi. Quandoque vero est volũtaria indirecte, vel per accidens, puta cum quis non vult in studio laborare, ex quo seqtur illum esse ignorantem, vel cum quis vult immoderate vinum potare, ex quo seqtur eum inebriari, & discretione carere, & tũc minuit voluntarium, & consequenter peccatũ: Cum enim aliquid nõ cognoscitur esse peccatũ, dici non potest, ꝙ voluntas per se, & directe feratur in peccatum, sed per accidens, vnde est ibi contemptus minor, & consequenter minus peccatum, hæc ex illo. Ex quibus omnibus breuiter colligẽdum est, quomodo ignorantia excuset in foro conscientiæ in ordine ad legem Dei. Si enim ignorantia tanta est, ꝙ auferat rationem voluntarij, vt inuincibilis in infante & furioso, excusat a toto, nisi ex sua culpa incurrisset, quo casu, secundum aliquos, excusat solum a tanto, quod intelligit, quasi tunc fiat peccatum, sed q̃a quod fit, addit accidentalem grauitatem peccato, vt su. Ebrietas, §. 4. dictum est. Et idem dicit ſm S. Tho. in quoli. de eo qui habet sufficiens impedimentum propter quod scire non potuit, sicut qui fuit in carcere, vel tetris, ad quas constitutio papæ non peruenit, contra eam faciẽdo, non peccat. Si vero omnino priuat ratione voluntarij, sic si est ignorãtia cõmissionis, qua .s. quis vult non scire, nec excusat, nec alleuiat. Si verò est omissionis, qua .s. quis negligit scire, q̃ tenet, & satis faciliter scire potuisset, sic secũdum Card. excusat a tanto, sed non a mortali, si est circa præcepta legis diuinæ, aut naturalis. 24. q. 1. si quis dederit, & dis. 26. qui ea, quod intelligo, quando negligentia est lata, vt quia est contra contenta in dictis legibus expresse, & non subtiliter reductiue. Si vero sit circa præcepta a iure positiuo, excusat etiam a culpa mortali, vbi non est crassa, siue cum negligentia lata, & etiam aliter iuxta dicenda inf. Inobedientia. Et secundum prædicta intellige quod dicitur 6. q. 1. quæro. & 24. q. 1. schisma, & 22. q. 7. quemadmodum, & 18. q. 1. ex his.

11 Sexto † quæritur, quomodo ignorantia facti excuset, vel non excuset a pœna iuris in foro animæ? Et dico, quod secundum Decretistas in ordine ad canones põtificales. di. 50. de his, & extra de homi. sicut dignum distinguitur sic. Aut quis in facto, quod agit, dat operã rei licitæ, aut illicitæ. Si illicitæ, vt quia solatiatur ludo periculoso, vnde mors, aut mutilatio sequitur, imputatur ei quo ad peccatũ intellige vt puniendũ canonice, & nõ quo ad Deum, nisi iuxta prædicta priori, §. & quo ad irregularitatem, & generaliter pęnã iudicialem: & similiter si secus sagittam aut lapidẽ iaciat, quia dat operam rei illicitæ. vnde Lamech cæcus, non excusat ab homicidio Cain quem suus puer feram iudicauerat. Et quod de maiori dictum est, dici potest de minori, q̃ est doli capax, si det operam rei illicitæ, de delict. pue. c. vlti. Si vero dat operã rei licitæ, non adhibuit diligentiã debitã, aut non. Si nõ adhibuit, non excusatur a peccato, licet malum sequens, fiat contra eius voluntatem, puta si quis proijciat tegulas de tecto non clamans, nec aliter signum faciens, & hominem interficiat, imputatur illi quo ad peccatum, & pœnam iudicialẽ, sed intellige quo ad peccatum in ordine ad canonicam punitionem, & non aliter, alioquin quod tegulas proiecerat, tot cõmitteret homicidia, cum illud peccatum non consistat in ipsa occisione, sed in proiectione, alioquin si quis post proiectionem, & ante occisionem occideretur, adhuc post mortem committeret peccatum nouũ homicidij. Si vero diligentiam adhibuit, non imputatur illi quod præter intentionem sequitur. distinct. 50. sæpe. & 15. quæst. 1. si quis non iratus, vnde & Iacob, cognoscens, non vxorem loco vxoris, idest Liam loco Rachelis excusatur.

12 Septimo † quæritur, quomodo excuset vel non excuset a pœna iuris in foro animæ ignorantia iuris ipsius? Et dico quod aliquando aliquis non est irregularis, vel excommunicatus iuris præsumptione in foro contentioso, qui tamen istas pœnas incurrit in veritate, vt quando delictum, propter quod inferũtur, probari non potest, aliquando vero est econtrario, vt si delictum falso, vel male probetur. Loquendo ergo secundum veritatem, & in foro animæ, dico, quod faciens aliquid ex ignorantia, quod nõ est contra legẽ Dei, vel naturæ, credens illud nulla lege fore ꝓhibitum, cum tamẽ sit prohibitum, si talia ignorantia non est affectata, nec crassa, puta quia laborat pro viribus scire necessaria sibi, vt quia si est mulier, rusticus, mercator, vel huius-

hmōi,libenter vadit ad prędicationē,& alia
loca,vbi talia declarantur,& facit, ꝙ cōiter
faciūt alij de ſua qualitate. Si vero eſt religio
ſus,libēter ſtudet,& interrogat,& hmōi,ex-
cuſat ab oī pęna ēt excōicationis in iure po
ſita,& ab oī culpa,per tex.clarū, in ca.fi.qui
mat.accuſ.poſ.& per rōnem c. cognoſcētes.
de conſt.& facit l.fi.ff.de decr.ab ord.fac.

[13] †Et quod dicit S.Th.in 1.quol.artic.19.ꝙ
ignorans conſtitutionem ſummi Pōtificis ex
negligētia,non excuſatur a culpa, agēdo cō
tra illam: a qua excuſatur ſi habuit ſufficiens
impedimentum ſciendi:puta,ſi fuit in carce-
re,vel in terris,ad quas conſtitutio non per-
uenit,vel hmōi.Et rō eſt,quia ignorantia,qñ
eſt cā act⁹,niſi ipſa ſit peccatū,excuſat a pec
cato : quia cauſat inuoluntariū . Iura verò q̄
vident innuere contrariū,fundant ſe ſup prę
ſumptione,vt euidenter colligit gl. in l.1. C.
de interd.matr.approbata per Doc.ibi. & ī l.
fi.ff.de rit.nup.& in l.qui contra.C.de inceſt.
& inutil.nup.& adhuc magis apertè colligit
ex his,quę no.in d.c.cognoſcentes.vbi deter
minatur ꝙ volens probare ignorantiā ad eui
tandam pœnam,audiendus eſt . Fallit qđ di-
ctum eſt in prælatis,officialib.medicis,& hu-
iuſmodi artificibus,qui exercere hñt aliqua,
ex quib.notabile dānum proximo ex igno-
rantia inferri poſſet,quia officia talia nō de-
bent aſſumere,niſi ſint ad talia exercēda ſuf
ficienter inſtructi,aliter eis imputatur.Si aūt
ignorantia ſit affectata,non euitat pœnā,qa
in dolo eſt.Similiter nec ſi ſit craſſa,vel ſupi
na,puta,qa neſcit quod ſciunt cōiter oēs ſuę
condōnis,vt quia illud prædicat,ſed ipſe nū-
quā vult ſermones audire, nec intereſſe cu-
rat vbi talia declarātur , cum tñ cōmode poſ
ſet,vt in c.vt animarum.de conſt.lib.6.Si ve-
rò id,quod ex ignorantia facit,eſt contra le-
gē Dei,vel naturæ,diſtinguo: quia aut eſt de
his quæ quilibet ſcire tenetur tanq̄ neceſſa-
ria ad ſalutem:& ſic nullus excuſatur,quia fa
ciens quod in ſe eſt ad ſciendum,ſemꝑ ſcit ēt
ſi oporteret Deum reuelare.Si verò eſt de a-
lijs iterum diſtinguo,quia aut expreſſum, &
explicitum eſt in eis, & ſic ignorantia nō ex-
cuſat a mortali.16.q.1. ſi cupis,quia talia qui
libet ſcit , cum ſint de naturali inſtinctu, niſi
ſit lata negligentia:vel ſaltem dubitat, & in-
quirere tenet ante factū, nec a pœna illi de-
bita iure poſitiuo excuſatur,ſec.Sco.in 4.di.
6.& facit quod no.gl.in cle.eos. de conſang.
& affi.& l.venia.C.de in ius voc. & §.fi.1.q.4.
quod quantum ad pęnam iuris poſitiui,limi-
ta vt dictum eſt ſup. Excommunicatio 10.§.
3.Si verò non eſt explicitum : ſed reducibile
maxime cum ſubtilitate: ſic credo excuſari,
& a pęna,& a culpa eos,qui ſunt ignorantes
nō affectate, nec craſſe, quia durum eſt eum
peccare mortaliter , qui illicitum contractū
admittit ignoranter, propter rei ſubtilitatē,
credens licitum fore, & facit.15.quæſt.1.me
rito. & ca.fin.37.diſt.ſi autem dubitarent,ſe-
cus eſſet.

[14] †Octavo quæritur, qūo ignorantia ex-
cuſet a pęna in humano iudicio, ſeu foro cō
tentioſo?Et dico multa. Primum.Ignorātia,
quæ eſt ſine oī culpa,euitat oēm pœnam le-
gis.& hoc tenet Pan.in cap.cognoſcentes.de
conſt. dicens hoc probari per tex. clarum in
c.cum in tua.qui matr. accuſ.poſ. & pro hoc
facit d.c.cognoſcentes.in princ.ibi,rem quæ
culpa caret,in damnum vocari non cōuenit.
Et ex hoc infertur a Sum.Roſ. cōtra Ang.ꝙ
ſciens ſe agere cōtra legem Dei, vel naturæ:
vt occidens hominem, vel cedens clericum,
& ignorās annexam pœnam legis poſitiuæ,
puta irregularitatis,& excommunicationis,
nihilominus eam incurrit , quia eſt in culpa,
& ita tenet gl.in c.a nobis.el 1.de ſent. excō.
& Scot.in 4.diſt.6.Sed hoc limita vt ſup. Ex-
communicatio 2.notab.3.& Excommunica-
tio,10.§.3.& hic inf.par.3.

[15] †Secundum. Sententijs per ſtatuta quo-
rumcunq; ordinariorum non ligantur igno
rantes,niſi ignorantia craſſa fuerit, vel ſupi-
na,vt probat per c.vt animarum.de conſt.li.
6.quod ſecundum gl. ibi verum eſt, ēt ſi talia
ſtatuta ordinariorum puniant factum alias
damnatū:& pro hoc vr̄ text.ibi, quia ſtatutū
excōicabat fures, & tñ non ligat ignorātes ,
q̄q̄ factum ſit damnatū,& hoc tenet:licet gl.
in d ca.a nobis contrarium teneat dicens, ꝙ
ignorantes non excuſantur, ſi puniant factū
alias damnatum , quia ſcire debebant factū
eſſe damnatum, & ſic allegare non pñt igno
rantiam.& idem Bar.& Legiſtę,in l.cunctos
populos, C.de ſum.Trin. Tertium,ſecūdum
aliquos aliter eſt de ſtatuto, vel conſtōne ge
nerali Papæ,quam de ſtatutis ordinariorum,
quia ſi includit factum damnatum,regulari-
ter non excuſantur ignorantes : vt probat ꝑ
d.c.vt animarum, a contrario ſenſu: & tenet
ibi Io.And.in glo.in verbo,ſtatuta: dicens,ꝙ
de generalibus ſtatutis canonum, vel legum
non loquitur,quæ ab omnibus ſciri, & cuſto
diri debent:ſed vt patuit ſu.Excōicatio.10.§.
3.ſi loquamur de fctō dānato a lege poſitiua
excu-

excuſantur ignorantes,niſi eſſet ignorãtia affectata,quæ ſciẽtiæ ęquipollet,aut craſſa,vel ſupina. Si vero loquamur de facto dãnato lege diuina,aut naturali,ſunt opiniones cõtrariæ,quas,vt ibi dictũ eſt,Sum.Ang.nititur cõcordare,vt ligentur,ſi ignorãtia ſit craſſa ſeu latæ culpæ,non autẽ ſi leuis, dicens virtualiter ſic. Aut loquimur de excõicationibus illatis iure cõi,vel per extrauagantes, aut quæcunque ſtatuta,ſuper facto diuinæ lege damnato, quæ cõiter in diœceſibus prædicantur & ſciuntur, vt eſt illa de non contrahendo in gradu prohibito, de non verberando clericum, & huiuſmodi & ſic ligantur ignorãtes, quia lata culpa eſt ignorare,quod ſciunt omnes ſuæ conditionis:quia ſi eccleſias & prædicationes adiret, nõ ignoraret, & ſic limito tenẽtes quod ligantur. Aut loquimur de his, quæ communiter in diœceſibus nõ publicantur nec ſciuntur, & ſic non ligatur ignorans, niſi ſit perſona,cui non liceat ignorare,& ſic limito tenentes,quod non ligantur.

16 Et † iſta ſolutio eſt de mente Archid.in 3.p.tit.25.c.33.in fi.poſt do.Ant.de But.dicentem in lectura,quod mulieres & monachi ab ignorantia iuris non excuſantur, vbi iuris oĩ anno ſit publicatio in locis vbi ſunt, alias excuſantur,vt in l.cum indebita.ff.de proba. Et rõ eſt , quia quantitas pœnæ proportionari dẽt quantitati culpę,de pœn.felicis.lib.6.talis aũt legem diuinã offendit, non aũt canonis conditorem,cum canonem ignoret, & ſine oĩ culpa, ſ.lata, quam canon requirit,vnde puniri debet ſolum pœna legis diuinę,nõ pęna legis humanæ,quam non contẽnit,quia data ignorantia ceſſat contẽptus, ſecundum do.Ant.in d.c.a nobis, & facit c.ſi. qui matr. acc.poſ.& quod no.Inn.& Doct. in c.ſi vero.el 2.de ſen.excõ.vbi ab excõicatione qui clericum percuſſit ignorans illum eſſe clericum, licet factum illud ſit diuina lege damnatum. Sed Sum.Roſ. male & inualide nititur euertere dictã ſolutionẽ. Primo, inquit, quia nullo iure,probatur,ſed dico, quod probatur ſufficienter,vt patuit, nec oportet in tali materia hr̃e demonſtrationes. Secundo,quia eſt cõtra d.c.vt animarũ,quod loquitur de ſtatutis ordinariorũ, & conſequenter a cõtrario ſenſu non loquitur de ſtatutis ſummi põtificis. Sed dico argumentũ a contrario ſenſu non ſemper valere,ſecundum Decretiſtas,nec probat̃ quod hic valeat,vbi rõ d.c.ſ.,vt aĩarũ periculis obuietur æque militat in Papa, & magis: quia eius ſtatutum plures ligat, & minus publicatur tertio,quia ſuperflue in d.c.vt aĩarũ poneretur,ordinariorum, ſed ſuffeciſſet dicere,quorumcunque.Sed dico,quod neceſſario addidit ordinariorum, ad differentiam ſtatutorũ quæ faciũt cõitates,quæ aĩam per ſpũales pęnas non ligãt,& non dixit,quorumcunque ordinariorũ locorũ,cuiuſmodi ſunt epĩ, ſecundum gl.in d.c.vt animarum,ſed quorũcunque ordinariorum ſimpliciter,ut includeretur etiam Papa, qui eſt omnium ordinariorũ ordinarius, licet iſte hoc neget ſine valida probatione. Quarto,quia ſolicitans diuina,ſicut & cæteri homines ſuæ conditionis, ſi eo ignorante publicetur ſtatutum contra factũ damnatum,in quod ille incidit,non caſurus ſi talem excõicationem ſciuiſſet,ſecundum iſtã diſtinctionem erit excõicatus, quia ſm̃ iſtos, inq̃t, ad incidẽdum duo req̃runtur,ſ.factum damnatum,& publicatio ſtatuti,& rurſus nõ erit excõicatus ſecundũ iſtos,q̃a eſt extra omnem culpam ignorantiæ. Sed dico,quod non erit excõicatus, ſi nõ eſt in lata culpa neſciendi, nec illa duo ſufficiunt ſecundum iſtam opinionem,ſed requiritur publicatio talis, quam oẽs,aut fere omnes ſciũt, puta quæ ſit frequẽter,aut taliter,ut ſine lata culpa ignorari non poſſit. Et ideo dico idem eſſe de ſtatutis ſummi Pontificis,maxime ſi non includerẽt factũ damnatum,ita quod ignorãs nõ affectate aut craſſe vel ſupine euadit pęnas legis: quæ.ſ.infliguntur pro culpa, licet non eas,quæ ex ipſo facto infliguntur,ut irregularitas.

17 Et † per hoc euacuatur fundamentũ Scoti,quod dicta Sum. Roſ. habet pro Achille ad impugnandum Sum.Ange.Et ad regulam,q̃d ignorantia facti, nõ iuris excuſat,& alia iura idem dicentia,dico quod intelligũtur in foro cõtentioſo,q̃n ignorantia eſt craſſa, vel ſupina,vel quãdo eſt leuis, ſed non probatur quã ignorãtiæ probationem in dubio iura admittunt,ut in d.c.cum in tua,quomodo autem admittatur,uide infra.Lex.§.7.

18 Qvartvm. † Vbi conſtitutio generalis vel prouincialis,& hmõi,requirat dolum expreſſe vel tacite, non habet locum in ignorãte:ſed a pœna eius excuſantur ignorantes,licet talis conſtitutio includat factum damnatum,quod probatur per cap.ſi quis ſuadente. 17.q.4.iuncto d.c.ſi vero,& idem Panor.in d.c.cognoſcentes dicens, quod licet talis fuerit in lata culpa, nõ tamẽ incidit ſn̄iam, licet pro modo culpę aliter ſit puniendus.Ad hoc facit quod no.Inno.in cle.eos,de conſang.& affin. dicens,quod cum ille tex.dicat,ſi quis ſciẽter

con-

contraxerit, non comprehendit casum igno rantiæ, etiam si caderet in latam culpam: quia dicendo scienter, vr̃ dolum requirere licet: gl. ibi contrarium innuat. Et idem scd̃m Panor. ibi est dicendum in casibus, in quibus lata cul pa non æquiparat dolo, si pœna sit corporis afflictiua. ut in l. 1 actionib. ff. de in li. iu. & ple ne per Bar. in l. ꝙ Nerua, ff. depo. Si vero sumus extra dictos casus; tunc ignorans lata cul pa punitur, sicut si dolose fecisset: quia regula riter lata culpa, æquiparatur dolo, ff. de re. iu. l. magna negligentia. & in d. l. quod Nerua.

19 QVINTVM. † Dr̃ aũt requiri dolus, secundũ Pan. vbi su. expresse, quãdo verba statuti hoc important. tacite vero, quando punit actum, qui fit in personam alterius: puta si dicat statu tũ, quicunq; percusserit clericum, vel alium, puniatur tali pœna: quia iniuria non põt esse sine dolo. 15. q. 1. c. 1. Sextum. Si vero ignorãs fuit in leui, aut leuissima culpa tenet Cy. in l. si quis non dicam, C. de episcop. & cleric. & in l. data opera. C. qui accus. non poss. quod non punit criminaliter, sed ciuiliter: puta, ad resar ctionem damni, secundum modum culpæ, & alleg. bonum tex. in l. qui ædes, ff. de incẽ. rui. nau. gl. & Bar. tenent contrariũ in l. respicien dum, ff. de pœn. quod ẽt do. Ant. sequitur. sed Pan. pro concordia distinguit: quia prima opi nio est vera, vbi ciuiliter puniri põt, quia leuis culpa leuiter est punienda, de accus. cum dile cti. & iste est casus d. l. qui ædes. Secũda vero, vbi non potest puniri ciuiliter, ut quia nõ de dit damnum, sed aliter uenit contra legẽ. hæc ex illo. Sed aduerte, ꝙ etiã si talis punitur cri minaliter, non tamen pœna statuti, sed arbi traria: quia si statutum non habet aliquando locum in lata culpa, vt dictum est, multo mi nus in leui, aut leuissima.

20 SEPTIMVM. † Ignorãtia iuris non tollit bo nam fidem quo ad faciendum fructus suos, tex. est in l. sed & si lege. §. scire. ff. de pet. hær. quod limita, nisi sit affectata, vel crassa. Octa uum ignorantia autem legis, aut iuris nõ præ sumitur post tempus, in quo lex incipit ligare, de quo inf. lex. §. 7.

21 NONO † quæritur, q̃ conclusiones qõnũ de cisiue sequantur ex præmissis? Et dico multa. Primum. Exigentes augmenta noua pedagio rum a laicis, puta in quintum, uel aliquid tale, ignorantes sñiam excommunicationis proba biliter, idest non crasse, non incidunt, maxi me quia factum non est damnatum: secus si a clericis: quia talis ignorantia non potest esse sine lata negligentia. Secundum. Qui intrant monasteria monialum Prædicatorum & Minorum, contra sñiam excõicationis Papalem vel quarumcunq; monialium contra sñias excõicationis a diæcesanis aliqñ latas ignorantes probabiliter censuras, non incidunt si intrant bona intentione; quia factum non est damnatum: nec si mala intentione contra sen tentias diœcesanorum, licet factum sit damna tum: imo nec contra sñiam Papæ, vt patet ex dictis: licet Sum. Ros. sentiat contrarium. Ad uerte tñ ꝙ de hoc dubitans laborat ignoran tia crassa: quia diligens homo in cauẽdo cen suras, tunc interim caueret donec inquiret. Tertium. Idẽ dico de excõicatione Papali in extrau. quæ incipit, ambitiose, contra alienã tes res ecclesiasticas, siue facientes pactũ, per quod earum dñium transferatur: aut conce dentes, hypothecantes, infeudãtes, vel in em phyteusim concedentes, aut locãtes in casib. a iure non expressis, exceptis fructibus & bo nis, quæ seruando seruari non possunt, & con tra taliter alienata recipientes, & est episcopa lis, licet alicubi non fuerit admissa. Sic etiam de multis alijs dici potest, quæ sine lata negli gentia ignorantur.

DE ILLEGITIMIS FILIIS, PRÆcipue quantum ad promotionem.

1 *Illegitimi quot, ac quibus de causis, a promotione ad ordines abarceantur. Et an ad dignitates saltem sæculares promoueri queant.*

2 *Illegitimi ad ordines per ignorantiam promoti, an excusentur, & quid de promotoribus. Et quid si promotus conscientiam habeat, quod legitimus non sit.*

3 *Filij Sacerdotum ex iustis nuptijs, ante sacerdotium initiis nati, in ijsdem ecclesiis, ubi, & patres, & his quoque uiuentibus, non modo promoueri possunt, sed & ad dignitates, & canonicatus accersi possunt, si modo illa patres non tenuerint.*

4 *Filius patri si in ecclesiastico beneficio ex dispensatione succedat, eidem quoque deinceps frater succedere potest. Et quid si prior frater de facto duntaxat obtinuerat.*

5 *Natus ex illegitimo concubitu, an ex eo, quod pater deinde eandem in uxorem duxerit, uelut legitimus de iure communi ad ordines promoueri queat. Et an ad episcopatum acciri possit.*

6 *Presbyter si filium ex uxore legitima, cum qua ante promotionem contraxerat genuerit, an filius legitimus censendus sit.*

7 *Illegitimus a quo legitimari possit. Et ibidem quod a Papa & Epõ ad qua tum legitimari censeatur.*

8 *Dispensatio circa illegitimos, quid conferat. Et ibi distinctio, quod aut monasteriũ ingreditur, aut in sæculo permanet qui dispensationem obtinuit.*

ILLE-

1 ILLEGITIMVS † filius, idest non de legitimo matrimonio natus, quis, & quotuplex sit, & quomodo succedat in bonis, dictum est su. Filius, quo vero legitimetur, inf. legitimus: nunc autem de eo agimus in ordine ad promotionem ad ordines ecclesiasticos, q.b. omnes illegitimi, siue manzeres, siue spurij, siue nothi, siue naturales arcentur prohibiti ordinari, de elect. innotuit. qui fil. sint legit. c. per venerabilem. Causa autem prohibitionis est primo dignitas clericalis, quæ huiusmodi vilibus cōferri non debet, de exces. præl. c. inter dilectos, in secularibus tamen dignitatibus tales non semper prohibentur. ff. de decur. l. spurij, & l. generaliter, §. spurios. & vbi præfert illegitimus legitimo competitori. Secundo, detestatio criminis paterni. de hære. vergentis. Tertio, quia solēt tales imitatores esse criminis paterni. 6. q. 1. si quis cum militibus.

2 PRIMO † vero quæritur, quid iuris, si fuerint per ignorantiam promoti? Et dicit Host. quòd probabilis ignorantia omnes excusat, s. promotores. arg. C. de test. l. 1. & ff. de of. pt. l. 3. ipse illegitimus, si veritatem nouit in conspectu Dei, credit quantūcunq; sit occultum de tempo. ord. c. fin. si aūt nihil scit, excusatus est? Et licet in hoc ſm eundem Host. prima facie credendū sit matr. de prob. per tuas, & de præsump. afferte. & c. literas. §. 1. illi tū credere non cogitur. arg. C. de testam. l. nec professio. Si tamen conscientiam habet, dispensationem impetret, quam hoc casu satis facile debet obtinere. De hoc sup. adulterium. §. 2.

3 SECVNDO † quæritur, quid de filijs sacerdotē, quos susceperūt ex legitima vxore ante ordinē sacrum? Et dicit Ray. tales iure cōi ꝓmoueri posse ad omnes ordines & dignitates nisi in illa ecclesia, in qua patres eorū immediate fuerint ꝑlati vel canonici: vbi non possunt canonicari, vel promoueri, qđ intellige ad easdem dignitates & ꝑbendas, quas patres eorum tenuerunt: ad alias autē in eadem ecclesia potuerunt canonicari & promoueri, ēt viuentibus eorum patribus, in ecclesia in officio suo manētibus. de fil. presby. ad hoc. & c. ad extirpandas, & cap. ad abolendam. Et idē Host. Bern. & Gof. qui addit, quod cum pater habuit personatū, aut perpetuam vicariā in aliqua ecclesia, filius immediatè ipsum vel ipsam hr̄e non pōt. d. c. ad extirpandas, & c. quoniam. eo. tit. Item si pater habuit personatū, filius non ꝑt hr̄e vicariam, nec econuerso, ca. Michael. & c. cōstitutus. de fil. ꝑsby. intelligēdo istud ecōuerso, ꝙ pater habuit vicariā, filius personatum immediatè habere non potest d. c. constitutus.

4 ET † ratio est, quia perpetuus vicarius curam habet ecclesiæ, cuius vicarius existit. de offi. vica. ex parte, ꝙ si filius dispensatiue succedat patri, frater istius bene poterit postea succedere patri, ſm Host. quia in hoc patri immediatè non succedit: secus si primus frater habuisset ecclesiam solum de facto, quia secūdus succedere non poterit. Quomodo autem hæc prohibitio extendatur ad nepotes, vide supra Beneficium 3. §. 6. & 7.

5 TERTIO † quæritur, an natus de coitu illegitimo possit de iure communi tanquam legitimus promoueri, si pater deinde matrē duxerit in vxorē? Et dico, ꝙ si t̄pe cōceptus poterat eam habere in vxorem, & postea duxit legitimatus est filius, & ad omnes actus legitimos admittetur, etiam ad hæreditatem, ſm Ray. ēt si post natiuitatē filij mater nupserit alteri, quo mortuo contraxit cū isto: vel ecōuerso pater duxit aliā, qua mortua cōtraxit cum ista. Secus autem si t̄pe conceptus nō poterat esse matrimonium inter illos: qa tunc licet sublato impedimento duxerit illam, nō legitimatus est filius, ext. qui fil. sint legi. cap. tanta in auth. quib mo. na. effi. legit. col. 6. circa prin. Conc. Gof. & Ho. & Ray. qui addit ꝙ id quod dictum est, talē legitimatum esse quo ad omnes actus legitimos, fallit in ep̄atu, ad quem promoueri non poterit absque dispensatione Papæ, vt patet ſm vnā lect. ext. de elec. innotuit. & idē recitant Gofr. & Host. sed magis approbant, ꝙ ēt in hoc casu dispensatione nō egeat in fauorē prolis. ext. q́ fil. sint leg. ex tenore: qui mat. acc. pos. videntur in fi.

6 QVARTO † quæritur, quid si presbyter filium generet ex vxore legitima, cū qua contraxit dum erat laicus, vel in minoribus nunquid filius erit legitimus? Et distinguit Host. quia si inuita vel ignorante vxore fuit ꝓmotus, talis fauore prolis erit legitimus: si vero ea cōsentiēte, non erit legitimus. 32. di. seriatim. Et sic ſm hanc distinctionem concordat opiniones Ray. & Gofr. quæ videntur contrariæ. Idem dic si ea sciente & non contradicente. dist. 54. si seruus sciente. Vide etiam glo. in c. ministri. 81. dist. quæ dicit quòd si vir post suam ordinationem cognoscat vxorem cum qua votum emisit, committit incestum, & filij erunt legitimi.

7 QVINTO † quæritur, quis dispensare possit cum illegitimo, vt ꝓmoueatur? Et dico, ꝙ episcopus quantū ad ordines minores & bn̄fi

ciũ sine cura, aliter non, nec ad dignitates seu personatus, nisi Papa: de fil. presb. c. is qui. li. 6 vbi etiã patet, ꝙ si per Papã fuerit cum tali dispensatum, vt possit beneficiũ curatum obtinere, intelligitur solum de vno. Et si ab episcopo fiat dispensatio, non extenditur nisi ad ea quæ potest. Si vero fiat a Papa promoueri poterit ad parochialem ecclesiam: non ad ꝑsonatum vel rectoriam, ad quam per electionem procedi consueuit. de præb. cap. vlt. Concor. Ray. Goffr. & Host. sed in his similib. vide supra Beneficium. 3. §. 7. & seq.

8 SEXTO † quæritur, quæ dispensatio est circa illegitimos. Et dicit Rayn. quòd si monasterium intrant, & de iure cõi possent ad oẽs ordines promoueri. di. 56. §. 1. extra, de fil. ꝑsby. c. 1. quia religionis ingressus tollit irregularitatem, sicut & ingratitudinem. 19. q. vlt. c. nõ liceat ad prælationem tñ promoueri nõ possunt absq; dispẽsatione Papæ. d. ca. 1. imò ẽm Pet. de Pal. in 4. illegitimus ẽt ingressus religionem, curam animarũ iure ordinario siue per electionẽ, siue per commissionem habere non potest, & intelligit etiam per dispensationẽ epi: secus Papæ: Si verò remanet in seculo, nec ad ordines, nec ad prælaturam possunt absque dispensatione promoueri, sed circa eos qñque adhibetur dispensatio magna. s. vt ordinentur & instituantur in ecclesijs alijs a paterna, si sunt filij presbyteri, aliter vero quibuscunque ecclesijs arg. extra, de fil. presby. c. præsentium: aliquando maior, s. vt etiã in paterna, aliquo tamen medio: extra eo. ex transmissa aliquando maxima, vt. s. in paterna, nullo medio. extra eo. c. ex tua.

DE IMAGINIBVS.

1 *Imagines ideo depicta habentur, vt qui literas non nouerint, discant in eis, quid sequendum & imitandum sit. Et qua veneratione colenda sint.*

2 *Imagines Sanctorum ob cessationem a diuinis, & excommunicationem in terram prosternere, lapidibus obruere, aut spinis subijcere non licet.*

3 *Christi imago non sub agni figura depingi, sed sub humana licet.*

4 *Pictura agni in pręcursoris Ioannis manu, num tolleranda sit. Et qualiter agnina illa effigies Christum repræsentet.*

5 *Crucis signum tumulis, qui pedibus teruntur, num insculpere fas sit.*

1 IMAGINES † Sanctorum, ẽm Gregor. de cõsecr. distinct. 4. perlatum, depinguntur, vt idiotæ qui literas nesciũt, legant in eis, quod sequi debeant. ¶ Quæritur verò quid iuris de eis? Et dico multa. ¶ Primum Imagines Sanctorum sunt adorandæ dulia, quæ solam reuerentiam exhibet, secundum gl. in c. venerabiles, de conse. dist. 3. non autem latria. Vnde violandæ non sunt. de consecr. dist. 3. planum cum duobus c. seq.

2 SECVNDVM † non licet autem eas in aggrauationem cessationis, aut excommunicationis in terram prosternere, lapidibus obruere, aut spinis supponere, vel huiusmodi: quia id fieri destrictè prohibetur in c. si canonici. de offic. ord. lib. 6.

3 TERTIVM. † Imago Christi sub forma agni pingenda non est, sed in forma humana, aut in c. sextã, sanctam synodum, de consec. di. 3. quia præsente veritate, debẽt cessare figuræ, vbi dicit gl. quòd hoc credit ideo dici, quia in cruce agnus solus depingebatur: vnde, inqt, non est prohibitũ depingere Christũ in spem humana, & sub ipso agnum, sed solum pingere Christum in agno. † Imo ibi videtur prohiberi pictura agni in manu ꝑcursoris. Sed con-

4 suetudo contrarium obtinuit, & seruanda videtur, vbi Christus non exhibetur adorandus, i. vbique extra crucem: quia nõ pingitur vt imago ducẽs in illum repræsentatiuè, quæ adoratur, sed vt figura ducens in illum arguitiue, quæ non adoratur.

5 QVARTVM. † Signum crucis in silice, aut marmore humi positis sculpere non licet. C. nemi. lice. sig. sal. l. vnica. & videtur esse præceptum: quia vult hoc puniri pœna grauissima, vbi gl. forte mortis ex quo patet quantũ repræhensibiles sint qui sepulturis in humo positis imprimunt cruces.

DE IMMVNITATE seu libertate ecclesiæ ꝗ in se, & quo ad loca, res, & personas.

1 *Immunitas, qua alio quoque nomine Emunitas dicitur quorum munium ac officiorum vocationem priuationemque notet. Et ibidem eius authore Gofr. finitio.*

2 *Immunitatis beneficio quanam loca donata sint.*

3 *Immunitas ecclesiastica quo ad cœmeteriorum & sacra ipsius Basilica ambitum, quatenus pateat, & ad qua, vt qua in ipsis agantur, efficacia sint, aut id minime porrigatur, ad num. 8. vsque.*

4 *Dispositionem odiosam de quasi contractu conceptã, ad contractum purum non porrigi, nec contra. Et ibidem quid de statuto cauente, mulierem citra definitam iuris solemnitatem contrahere non posse, an eum adire ipsi hereditatem fas sit.*

5 *Flagitium mortale esse, ea in sacris locis exerceri, qua orationum munia ac functiones, quo tempore fieri debent, interpellare ac impedire possunt, alia vero non item.*

In

6 *In sacris Basilicis quinam sepeliri queant. Et an probabilis sit mos, quo qui fidelium nomine continentur, ipsis hodie conduntur.*

7 *Ecclesia instar arcis, castri, aut propugnaculi extrui nõ dẽt: sed nec in ea pugna fieri, aut ludi, aut quæ diuinæ domus decorem labefaciant, exerceri: venditiones autum contrahi num ibid. fas sit. & quid de funalium, cereorum distractione hic quoque perstringitur.*

8 *Ecclesiastica immunitas, quantum ad res ecclesiasticas iuraq; pertinet, quatenus se offerat. Vbi de colonorum emigratione, relictis ecclesiæ factis donationibus, citra insinuationem dominij in ecclesiam translatione, emptione, & lucratiua descriptione, vbi quid lucratiua descriptio.*

9 *Laicorum statuta in res ecclesiasticas vim non habent. Et num id perpetuo verum.*

10 *Statuto dictante testamentũ inutile esse quod non intra menses sex insinuatum fuerit, num corruet testamentum, quo clericus hæres constitutus sit, si non intra idem tempus insinuatum fuerit.*

11 *Prælatos indictiones, canones, exactiones, tallias, vt vulgus loquitur, nouosque census ecclesiæ imponere, aut huius generis functiones augere non posse, nec grauamen alioqui inijcere. Archiepiscopis tamen atque episcopis nonnulla quandoque licent, de quibus hic, sed & inferioribus quoque rectoribus, si modo id necessitas exigat.*

12 *Rector ecclesiæ si qua ob negligentiam non acquisierit, aut res ecclesiæ præscribi, aut vsucapi passus sit, nam ipsi ecclesiæ obnoxius fiat. Et an deperditorũ, aut num quæsitorum cum quæsitis compensatio admittatur.*

13 *Aduersus ecclesiam Prælato destitutam non currit præscriptio, quamlibet antistes superior supersit, qui pro ea agere queat. Et sub hac, an res ecclesiæ absque solemnitate vendi, aut de his iudex secularis cognoscere ac iudicare possit.*

14 *Pia loca ecclesiæ iurisdictioni & tutelæ subsunt & qui in ea offendit, sacrilegus est, non tamen quisquis in clericorum bona impegerit, nulla in personam vi illata.*

15 *Relicta vel in minus rite facto testamẽto ecclesiis, vel pijs locis valere. Et ibidem an ecclesia eiusq; possessiones pro alienis debitis obligari possint. Et quid de illa obligante, regalia vsurpante, & de ecclesia ex laici collatione tenente. Et an ornamenta eccl. in vsum secularium conuerti possint. Et demum, quorum iure fruisci eccl. dicatur.*

16 *Ecclesiæ immunitas quo ad personarum ecclesiast. prærogatiuam quatenus vires protendat. Et an quod clerici ad iudicem laicum pertrahi nequeãt id ipsis priuilegium sit, an vero aliud spectet. Et ibidem quibus aut obnoxij fiant, aut eximantur munerib. Et sub hac, quid de L. neminem. C. de sacros. eccl.*

17 *Clerici de vniuersitate non habentur, nec in ea vocem habent. Cæterum quæ munera ordinaria, aut extraordinaria dicantur, sub finem remittit.*

18 *Clerici, an ciuitatum aut municipiorum custodiã non nisi necessitas aliud suadeat, adstringuntur ad bellum subeundum non coguntur, etiamsi de terra sancta agatur.*

19 *Ecclesiæ immunitas, quo ad personarum, rerum & prædiorum simul ac promiscue inspectorum priuilegium & libertatem, quorsum distendatur. Et ibidem munera patrimonialia duplicia esse, tribusq; modis iudici, de quibus sigillatim. Et an Italia hodie tributis obnoxia sit. Et sub hac de munerib. sordidis ac mistis.*

20 *Ecclesia ad pontium ac viarum instructionem murorum fontium, ac puteorum ædificationem, & refectionem, num teneatur. Et ibidem quid de dispositione Legis, ad instructionem similesque. Et qualiter intelligendum sit cap. 1. de no. ope. nun. disponente, quod legib. standum sit, vni canoni contrarium non inducit.*

21 *Possessio si qua hospitalitatem et albergum debeat, & ad ecclesiam deinde perueniat, num ad idẽ quoque ecclesia compelletur. Et quid si quis in ecclesiæ in recognitionem beneficiorum a se collatorum hospitium retinuerit, an debeatur. Et quid si denegetur, an violenter ingredi possit. Et quid si iurisdictionem in ecclesia habeat.*

22 *Ecclesia ac clerici, an gabellis, & vectigalibus pro rebus suis alio transuectis obnoxij sint. Et quid de frumento, vino, & similibus. Et item quid si consules vino, aut carnibus imponunt gabellam, num ad eas teneantur.*

1 IMMVNITAS, † quasi non munitas, importat negationem munium, id est officiorũ, vel onerũ, a quibus ecclesiæ sunt immunes; vt extra, eod. ecclesiæ, vel importat negationem munerum sordidorum, s. quæ ecclesia non subit, vt calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & similium: & alio nomine dicitur Emunitas, quasi ext. munia, vel munera libertas. Est tamen immunitas ecclesiæ, secundũ Gof. in Sum. eo. tit. libertas concessa ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, & reb. ad eas spectantibus, vel est priuilegium ecclesiasticæ libertatis, vel personarum, aut rerum ad eam pertinentium. Vnde ecclesiastica immunitas, & libertas sunt idem.

2 † PRIMO, verò quæritur, q̃ sunt loca ecclesiastica immunitate gaudẽtia? Et dico multa. ¶ Primum. Non solũ ecclesia cõsecrata ecclesiastica gaudet immunitate, sed ẽt non consecrata, intellige fundata authoritate Ponti-

ficis primarium lapidem imponentis,ẽt ſi nõ
fuerint ibi celebrata diuina, ſec.Hoſt.q̃ ſequi
tur Pan.in c.eccleſia.eo.tit.vbi vr̃ tex.Et mo
uetur,quia palatium Epiſcopi gaudet hac im
munitate.17.quæſt.4. id conſtituimus & con
ſequenter multo fortius eccleſia: ẽt facit q̃a
oĩa priuilegia conceſſa eccleſijs,extendũtur
ad hoſpitalia, epiſcopi authoritate fundata,
in l.omnia priuilegia.C.de epiſ.& cler. Item
quod de proximo faciendum eſt hr̃ pro iam
facto,vel non tantum.in prin.ff.de excu. tut.
& in l.pen.ff.de teſt.mil. Hanc opin.tenet.Io.
de Li.poſt Lau.in clem.1. de pœniten.& re-
miſ.Car.& Inn.& Rayn.vide infra Loca. §.4.
¶ Secundum eccleſia quoquę interdicta ſimi
liter gaudet,ſecundum Gofred. & Vinc.arg.
d.cap.eccleſia & ſequuntur communiter Do
ctor. & idem dic de cœmeterio licet in ali-
quibus caſibus non ſit idem iudicium, quod
de eccleſ.ſicut dictum eſt ſupra Cœmeteriũ.
in prin.¶Tertiũ.Et ſimiliter hoſpitale & pri-
uata oratoria ſi ſunt epiſcopi authoritate
fundata, ſecundum mentem Gof.& facit qđ
ipſe no.in c.fi.de eccle.ædi.& tenet Lau.in d.
cle.1. placet Pan.in d.c.eccleſia.per d.l.om-
nia.aliàs nõ, quia quod eſt hodie oratorium,
cras erit camera poſſibiliter.

3 †SECVNDO quæritur, ad quæ ſe extendat
immunitas eccleſiaſtica quãtum ad eccleſiã,
& cæmeteria? Et dico,ꝙ ad multa. ¶ Primò,
quia in eis retractanda non ſunt placita ſæcu
laria,eccleſiaſtica tamen poſſunt.vt in c.1.de
immu.eccl.& ca.cum eccleſia.& omnis pro-
ceſſus ac ſnĩa iudicis ſæcularis,data in ea nul
la eſt ipſo iure.eo.ti.decet.li.6. maxime ſnĩas
ſanguinis,quę ibi ſub anathemate fieri prohi
betur.in d.c.cum eccl. quod de alia ſanguine
limita,niſi ſit data per viam voluntariæ iuriſ
dictionis,quia ſic tenet ſec.Pan.in d.c.cum ec
cleſia, & ſimiliter tenet de cauſis eccleſiaſti-
cis.ar.c.qua frõte.de app.& ſimiliter ſnĩa da-
ta in domo eccleſiæ,ſec.Pan.licet fieri nõ de
beat, quia cum d.conſtitutio ſit pœnalis, nõ
dẽt extendi.Et intelligit,ꝙ in domo eccleſiæ
iudex ſęcularis ius reddere non debet,ꝙ pro
pria authoritate,quaſi ex iure publico eligit
ibi manſionem: ſecus vbi haberet illam do-
mum conductam ab eccleſia,vel gratis con-
ceſsã.Põt tñ aliquis in eccľa doctorari,ſecũ-
dum Io.And.in c.decet,eo.tit.lib.6. & placet
Pan.in d.c.cum eccleſia.Tenent ẽt cõtractus
ibi facti,licet ſit peccatum, ſecun.Pan.in d.c.
cũ eccleſia.poſt gl.in d.c.decet.quia illud ca.
decet,cum ſit pœnale,& loquať ſolũ de ſtre-
pitu iudiciorũ, ad cõtractus extendi nõ dẽt.

4 †Ex quo aduerte,ꝙ diſpoſitio odioſa con
cepta ſuper quaſi contractu, non extenditur
ad contractum purum. Nam in iudicio quaſi
cõtrahimus.l.3.§.idem ſcribit. ff.de pec. Nec
concepta ſuper contractu puro extenditur,
ad quaſi contractum,ſecundum Bart.in l.mo
re.ff.de acq.hær.vbi vult,ꝙ ſi ſtatutum pro-
hibet mulierem contrahere ſine certa ſolem
nitate, nihilominus hæreditatem poteſt adi-
re:quia tunc non verè contrahit, cum debi-
toribus hæreditarijs:ad quod vide quod legi
tur in apud Iulianum. ff.quib. ex cau. in poſ.
eatur.§.vlt.& pen. ¶Secundum ſe extẽdit ad
hoc, quod non debent in ea, vel cęmeterio
fieri conclamationes,ſeditiones,impetus vni
uerſitatem, & quantumlibet ſocietatem con
tentiones, publica parlamenta, negationes,
præcipue nundinarum & fori,vt in ca.decet.
eo.tit.lib.6.Poſſent tñ ſecundũ Io.And.ibi fie
ri parlamenta & ſocietates pro actu pieta-
tis,aut ſpiritualitatis.vt refert Pa.in d.c. cum
eccleſia. Non tamen eſt peccatum mortale,
quolibet prędictorũ, quia text.in d.c.decet,
ꝙ ordinarij locorum hæc faciant obſeruari,
ſuadenda ſuadeant, interdicta compeſcant.

5 †Ex quibus concludi poteſt,ꝙ mortale eſt
exercere ibi ea, quæ orationẽ tp̄e debito im
pedirent,alia non:niſi ex ſe ſint mala,vel ha-
beant ex ſe maximam irreuerentiã,vt ſpectã
tia ad ſanguinem, quæ ſub anathemate ꝓhi-
bẽtur,& pollutiones, etiam alias illicitæ ꝑ ꝑ
maximam fœditatem, & furta quę ex ſe sũt
mala, & maximam irreuerentiam continent
diuinorum, vel niſi quis faceret ex contem-
ptu,& ſic intellige.c.vlt.& pen.diſt.42.

6 †TERTIO quia in eccleſia ſepeliri non de-
bent,niſi ep̃i,vel abbates,vel digni p̄sbyteri,
aut laici fideles. 13.q.2. nullus, quod intelli-
gunt aliqui de laicis facientib. miracula vir-
tute fidei.Hoſt. verò de quolibet fideli ĩdi-
gnitate conſtituto, vt Comite,Rege, Impe-
ratore.gl.verò de quolibet fideli Chriſtiano,
niſi alias deceſſerit immortali, vel in tornea
mẽtis,vel eccľa ſit interdicta, & ſic ſecũdum
eã excludiť gentilis.Sed opi.gloſ.q̃ hodie ſer
uať,de iure ñ placet: q̃a ibi cũ tex. diſtinguat
de ſepultura infra, & iuxta eccleſiã,gẽtilis ſe
pelire poſſet iuxta, i.in cęmeterio,placet ve
rò opi.Hoſ. & opi.prima ſic ĩtellecta, vt fide
les dicanť a fidelitate p̄cipua, q̃ ad Deum &
hoĩes ſeruarũt:maximè ſi ad gr̃am miraculo
rũ attigerũt.Poſſunt ergo in eccleſia ſepeliri
perſonæ dignę,aut dignitate eccleſiaſtica,vľ
munda-

mundana, aut dignitate virtutis excellentis:
hoc tamen hodie non seruatur, & male, quia
de iure ciuili nullus debet in ecclesia sepeli-
ri, vt no. Alber. in l. nemo apostolorum. C. de
sacros. eccl. & Azo. in Sum.

7 QVARTO, † non debet ecclesia incastella-
ri, nec in propugnaculũ ædificari, ꝯm Inno. &
Ray. vt inde bellum fiat contra hostes, vel vt
ibi recipiantur bellum facientes, nisi iusta ne
cessitate, & ꝯm Host. authoritate epi: si com-
modè haberi potest, de cust. euch. relinqui, s.
vt boni viri etiam laici defendantur a malis,
puta piratis hæreticis, vel paganis, & eadem
rõne malis Christianis: & hoc cõiter tenent
Doct. ꝯm Pan. in d. c. cum ecclesia. ¶ Quintò
intra ecclesiã, vel cœmeterium non debẽt su-
pellectilia poni, vel hospitalarij in illa iacere
vel cõuiuari, nisi ꝑꝑ hostiles incursus, & alias
necessitates, quibus cessantibus ad pristina lo
ca reportentur, alias vr̃ mortale in hoc casu,
& in priori, vt in d. c. relinqui & dist. 42. c. vlt.
pen. & antepen. nisi excessus esset modicus.
De venditione tñ candelarum in ecclesia, vr̃
tenere Sum. Ang. ꝙ indistinctè sit tolerabilis,
non obstante, ꝙ dominus eiecit de templo vẽ
dentes, quia ibi fiebant pacta, & multa per-
turbantia cultum diuinum, quod non est hic,
secus de alia negotiatione, sed Sum. Ros. cum
Arch. dicit hoc licere, si fiat principaliter ad
satisfaciendum fidelium deuotioni, non autẽ
si fiat principaliter ad lucrum imo illud dan-
dum est pauperibus de consilio, & sic tene,
quia ibi est prohibita negotiatio, vnde laici,
qui ad lucrum & negationem huiusmodi ven
dunt, stant extra ecclesiam. ¶ Sexto, in eccle-
sia, vel cœmeterio nulla debet fieri violentia
aut aliquis inde violenter extrahi, aut eius cõ
finia frangi. 17. q. 4. sicut antiquitus, nec ea,
quæ in ea posita sunt, per vim, aut furtum au
ferri, aliter sacrilegium est, ea. qu. quisquis in-
uentus, & sic est mortale, vt ibi patet. De im-
munitate tamen ecclesiæ, quo ad illã confu-
giẽtes, agetur specialiter infra immunitas. 4.
¶ Septimo, ecclesia non dẽt in seculare habi-
taculum, aut vsum seculariũ conuerti. de cõ-
secr. di. 1. ligna. & quinque ca. sequentibus. de
reli. do. c. ad hæc. ¶ Octauo, ludi theatrales, cũ
laruis & similibus inhonestis in ecclesia fieri
nõ possunt, de vita & honest. cler. cum deco-
rẽ. Secus de honestis ducentibus ad deuotio-
nem, vt repræsentare præsepe Domini, Hæro
dem & Magos vel huiusmodi, arg. de consec.
dist. 2. semel, & dist. 4. quæris, quasi in fin.

3 TERTIO † quæritur, ad quæ se extẽdat im-
munitas ecclesiastica quantum ad res eccle-
siasticas, & ecclesiastica iura? Et dico, quòd ad
multa. ¶ Primo, quia rustici nõ possunt eccle
siæ rura deserere, & alio se transferre, extra
eo. cap. 3. quod intellige, ꝯm glo. ibi de adstri-
ctis glebæ, & qui sint, vide sup. Colonus. ¶ Se
cũdo, ꝗa quilibet potest regulariter suam rẽ
ecclesiæ relinquere. l. generali. & l. iubemus.
C. de sacros. eccl. & ẽt donare inter viuos sine
insinuatione in infinitum. l. illud ibidem, & in
auth. de non alien. reb. eccl. §. si minus, quam
uis gl. in d. §. teneat contrarium, quia primum
est verius, vt sup. Donatio. 1. §. 16. ¶ Tertio, ꝗa
transfertur dñium rei in ecclesias solo pacto
i. sola nuda promissione, cum in alijs sit neces
saria traditio. l. vt inter diuinum. C. de sacros.
eccl. in gl. quod Alber. idem sequitur, & idem
est, ꝯm Rodo. quando datur aliquid ecclesia-
sticæ personæ intuitu ecclesiæ, & idem, vt pa-
tet in d. l. circa hospitalia, & concessa in redẽ
ptionem captiuorum, sed intellige de promis
sione facta homini, non Deo, vt in voto, inf.
Votum. 2. §. 19. Votum. 4. §. 7. In emptione tñ
requiritur solutio pretij, vel fides de eo, ali-
ter dominium non acquiretur, secundum gl.
prædictam. ¶ Quarto, ꝗa quicquid emptũ fue
rit de pecunia ecclesiæ, reuerti debet ad ec-
clesiã. 12. q. 2. apostolicos, & q. 5. fixum, & hoc
siue nomine ecclesiæ emptum sit, siue nõ: de
pecu. cle. c. 1. & c. inquirendum. ¶ Quinto, ꝗa
nec ecclesia, nec monasteria, vel hospitalia
tenentur ad lucratiuam descriptionem, vt in
§. sancimus. 23. q. 8. Est autem lucratiua descri
ptio quarta pars bonorum, quæ a curialibus
relinquebatur, quam fiscus vendicat exceptis
relictis curialibus, & ꝯ eorum coniunctis, de
quo habes. C. qui. & a qui. quarta pars. l. 1. &
2. C. de impo. lucra descri. l. vnica.

9 SEXTO, † quia laicorum statuta non habẽt
locum super rebus ecclesiæ, de reb. eccl. non
alien. c. fi. inf. Statutum. §. 2. quod quidã verũ
limitant, nisi Papa tale statutũ approbaret, de
constit. ecclesia S. Mariæ, in gl. quod verũ pu
to, ꝯm Bal. ibi, qñ expresse, & nominatim ap-
probatur a Papa: secus si generaliter appro-
baret statuta, quia per talem approbationem
contra ecclesiam non valerent, cum sint con
tra ecclesiasticam libertatẽ, & sic tene, & vi-
de eundẽ Bal. in c. 1. per quos fiat inuestit. &
inf. eo. tit. §. 6. & 7. Imo, ꝯm aliquos dictum pri
uilegium extenditur ad res patrimoniales cle
ricorum. & ita tenet glo. in c. ecclesia S. Ma-
riæ, de constit. & in cap. fina. de vita & hone.
cle. & in c. ex literis, de pign. & 15. q. 1. c. simi-
liter.

liter,& est et gl.fin.apud Legistas,secundum
Fran.Tigr.in l.fi.§.patrimoniorum,in verbo,
Pontifex.ff.de mul. & ho. Sed in contrarium
faciunt,quæ dico inf.Præscriptio.§.7.part.6.
Statuta autẽ laicorum impedientia quocũq;
modo liberam facultatem donãdi ecclesiis,
aut pro anima,s̃m Pan.in ca.relatum.el 1.de
testa nõ valent,vt no.in l.1.C.de sacros.eccl.
sicut & s̃m Io.And.c.fin.de immu.eccl.lib.6.
non obstante statuto,quod prohibet forensi
bus, seu non suppositis iurisdictioni, potest
donari ecclesiæ:quia inferior auferre nõ po-
test priuilegium superioris.

10 Et † s̃m Bal.in auth.cassa. C.de sacros.ec-
cle.si cauetur statuto,ꝙ non valet testamen-
tum,nisi intra sex menses insinuetur: si cleri-
cus sit hæres,& non insinuet, non fit testamẽ
tum nullũ, q̃a statutum nõ adstringit clericũ
nec à fortiori ecclesiam,si fuisset instituta.Et
ex his infert Pan.ibi, ꝙ quãuis statutũ cauea-
tur,ꝙ mulier donare non possit ecclesiæ, seu
ad piam causam,seu testari,& se obligare ec-
clæ,vel ad pias cãs, sine p̄ntia duorũ agnato-
rum:tamen hoc poterit sine hac solẽnitate,
q̃a talia relicta determinari debent s̃m cano
nes,& non s̃m leges, vel statuta,quæ sũt pars
iuris ciuilis.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.
& idem tenet dom.Ant.in d.c.relatum,& per
Bar.in l.1.C.de Sum.trin.Sed Bal. in c.eccle-
sia Sanctæ Mariæ,& c.quæ in ecclesiarum de
const. tenet valere statutum,si disponat de re
immobili.Sed contra eum est c.fi.de reb.ec-
cle.non alien. & ibi Imo. & bene possunt tñ
laici s̃m Io.de Imo.in d.c.fi.statuere sup̄ mor
tuariis in his,quæ non applicantur ecclesiæ,
& addit Pan ibi,aut concernunt diuinum cul
tum,vel refrigerium animæ:quia cũ hæc sint
annexa iuri spirituali,non valeret puta,quia
non dentur nisi tot cerei,vel non inuitentur,
nisi tot clerici,vnde solum valet in concernẽ
tibus pompas mundanas,quæ sunt potius cõ
solationes viuorum, q̃ mortuorum suffragia
nec ecclesia talia approbat.13.qu.2.quã præ-
posterum.Et quia secundum Bal.in l.1.C.de
Lati.liber.tol.equi ducti ad sepulturam mili
tis,& arma debent remanere apud clericos,
vel fratres sepelientes, quasi sequela cadaue-
ris,ar.l.medico.§.fin.ff.de au.& argen.lega.
ideo non valeret statutum laicorum, vide e-
tiam de his tit.seq ferè per totum.

11 Septimo,† quia nec etiam prælati, aut ec
clesiasticæ personæ possent ecclesiis tallias,
vel ex actiones,aut nouos census imponere,
aut veteres augere, aut alio modo grauare,
de quo sup.Gabella.2.§.1. Possunt tñ archie-
piscopi,& ep̄i,s̃m Pan.in c.cum apostolus,de
censi. exigere a clericis obuentionem eis cõ
cessam in d.c.cũ apostolus,aliud non de quo
inf.Visitatio.§.5.quam tñ ab oratoriis. & lo-
cis religiosis,etiam ratione visitationis exige
re nequeunt,de censib.c.vlt. & ibi Pan. Pos-
sent etiam compellere ad charitatiuum subsi
diũ,si rationabilis, & manifesta causa subsit,
vt si volunt ire Romam pro communi vtilita
te,& huiusmodi, potest et rector ecclesiæ p̄
sua necessitate obligare rẽ ecclesiæ, puta q̃a
est infirmus,vel indigens indumentis, s̃m Io.
And.in c.ex præsentium.de pig. Adde & pro
necessitate ecclesiæ.de sol.cap.1.& successor
tenebitur.Et cum eo communiter transeunt
Doct.Sed Panor.in d.c.ex præsentium distin-
guit,dicens hoc verum esse,si ecclesia sit po-
tens,licet ipse morte præuentus non soluerit
secus si a principio,vel ex post facto ecclesia
sit impotens.Ibi vide si placet.

12 Octavo,† quia vt not.Pan.in d.c.ex præ
sentium.de pig.si rector ecclesiæ potuit ec-
clæ aliq̃d acquirere,& non fecit,vel ob negli
gentiam passus est rem ecclesiæ præscribi, te
netur ipsi ecclesiæ, pro quo habes tex.cũ gl.
12.q.4.c.fin.ad instar tutoris,qui ad hoc tene
tur,vt in l.quicquid.C.arbitrium tut.& sic pa
tet,quod et tenetur de leui culpa,si non labo
rat vt acquirat ecclesiæ,vt in d.l.quicquid,&
in d.cap.fi.quod nõ intelligas quasi teneatur
laborare personaliter,aut ex doctrina,vel ar
tificio acquirere ecclesiæ,sed cum solicitudi-
ne agendo, & promouendo res ecclesiæ, ex
qua solicitudine acquisitum est ecclesiæ. Vn-
de licet s̃m Pet.de Anch.in c.consensus, de re
bus eccle.non alien. fieri possit compensatio
cum perditis ex eius negligentia,& ex eiusdi
ligentia acquisitis,qui allegat l.eum quæritur
ff.de admi.tut.& l.Caius.vbi Bald.eum sequi-
tur.ff.de vsur.tamen ex tali solicitudine acq̃-
situm in recompensationem dari non potest
cum sit ecclesiæ.Sed dictum Pet.intelligitur
de acquisitio sibi per exercitium, vel aliter,
de quo sup.Clericus.4 §.6.

13 Nono,† quia ecclesia carẽti proprio præ-
lato p̄scriptio nõ currit, licet superior p̄latus
possit agere pro ea,s̃m Inn.in c.olim.el 1.de
resti.spol.& tex.est in c.1.de reb.eccl.nõ alie.
lib.6.licet Bar.dubitauerit,arg.l.2.ff.de aqua
plu.¶ Decimò,quia res ecclesiæ sine certa so-
lemnitate alienari nõ possunt,de qua sup.A-
lienatio.Vndecimo, quia de rebus ecclesia-
sticis,& etiam patrimonialibus clericorum,
aut

aut de causis spiritualibus Iudex secularis nõ
potest iudicare, de quo sup. excom. 9. §. 5.

14 † Dvodecimo, quia loca pia sunt sub ec-
clesiæ iurisdõne, de rel. do. ad hæc, & in clem.
quia contingit. eo. tit. de rel. do. sec. Pan. in ca.
cum sit generale. de fo. compe. Vnde lædẽtes
ea censendi sunt sacrilegi. d. c. cum sit genera
le, non aũt ledentes in bonis clericorum sine
violentia personę; licet ipsa sint sub iurisdõ-
ne iudicis ecclesiastici. de fo. cõp. si clericus.

15 † Decimotertio, quia relicta in testõ
minus solẽni ecclesijs & pijs locis valent. de
test. c. cum oẽs. c. relatũ, & c. indicate, de quo
inf. Legatũ. 4. §. 9. ¶ Decimoquarto, quia ec-
clesia, vel eius possessiones ꝓ alienis debitis
obligari non põt, & obligans est suspẽsus ab
administratione tpalium, & spũalium. de so-
lut. c. 2. quæ tñ suspensio per epm relaxari põt
primò eccłæ indemnitati consulto. c. ex par
te, el 1. de verb. sig. Non comprehendit tamẽ
ista suspensio epos. de sent. exc. quia pericu-
losum. lib. 6. ¶ Decimoquinto, quia excõican
tur vsurpantes regalia, custodiam, & hmõi,
de quib. sup. Excom. 9 §. 13. ¶ Decimosexto,
quia clericus tenens ecclesiam ex laici colla
tione, si non resignauerit, suspensus est ab of
ficio, & beneficio, laicus verò excõicãdus de
iure pat. præterea. & c. relatũ. iuncto c. si aũt
vobis. 11. q. 3. & c. cum non ab hoĩe de iudic.
¶ Decimoseptimo, q̃a ecclesiastica ornamẽ-
ta in vsum seculariũ conuerti non debẽt: nec
vasa ecclesiastica, aut cortinæ, aut cætera or
namenta debẽt pollui cõuiuijs nuptiarũ, de
cons. di. 1. lingua, & quinq. c. seq. 12. q. 2. nulli
licet. 19. q. 3. semel. Dicit tñ gl. Ray. ꝙ si lega-
tus apostolicæ sedis, vel archieps, aut eps re-
ciperet a monasterio, vel epo, domus eccła-
stica, in qua reciperet, ornari posset cortinis,
& ornamẽtis eccłæ: & idẽ credo si ꝑparetur
illi altare, vel capella in domo laicali. ¶ Deci
mooctauo, quia eccła vtitur iure minoris, &
reipublicę: ita ꝙ oĩa priuilegia concessa rei-
publicæ, vñr concessa ecclesijs, secundũ gl. in
c. auditis. & ibi Pan. de rest. in integ. & glo. in
c. 1. eod. tit. item potest vti iure Imperij.

16 † Qvarto quæritur, ad quæ se extendat
immunitas ecclesiastica, quãtum ad ecclesia-
sticas personas? Et dico, ꝙ ad multa. s. vt cleri
cus percuti sine ꝑcutientes excõicatione nõ
possit. 17. q. 3. si quis: nec possint ẽt conueniri
coram laico iudice, de fo. cõp. c. 2. nec possint
laici cũ eis stare in choro: de vi. & ho. cle. c. 1.
de conse. dist. 2. sacerdotum. Pan. tamẽ in d. c.
1. dicit hoc non esse priuilegium clericorum,
sed vt psallentes non impediant, nec possint
fatigari angarijs, & perangarijs, i. seruitutib.
ꝑsonarũ, ac rerũ, sec. Ray. sed sint immunes a
munerib. personalib. C. de epi. & cle. l. oẽs. &
l. presbyteros. 12. q. 2. ecclesiarum, sed ꝓ hoc
dico multa. Primũ. Munerum mere persona-
liũ, quæ cum prouisione, & corporali labore
sine aliquo gerẽtis detrimento, perpetrant,
vt in l. fi. de mu. & hon. quædam sunt sordida,
vt cloacæ mundandæ, calcis coquendæ, are-
næ fodiendæ, fossati, vel stabuli purgandi, &
hmõi, de quib. in l. maximarum. C. de excus.
mun. quædã verò non sunt sordida, sed hone-
sta, quia habent annexum honorem, vt sunt
officia secularia: quædam vero simplicia, nec
honorem, nec vituperium habentia annexũ,
quæ possunt dici neutra, vt legatio, tutela,
vel cura, & hmõi, de quib. oĩb. hr̃ sup. Gabel-
la 3. ¶ Secundum ad munera sordida non te-
nentur ecclesiæ, nec earum mancipia, aut cle
rici, vel eorum vxores, aut familiæ, & colo-
ni, 16. q. 1. generaliter. §. nouarũ. & §. placet 2
C. de epis. & cle. l. 2. & l. neminẽ. C. de sacros.
eccl. quæ vult, quod teneatur in aduẽtu prin-
cipis, nõ valet quo ad clericos ecclesias, atq.
seruos, qui sunt dominio ecclesiarum subie-
cti, quia iure diuino sunt exempti, vt in cap.
si Imperator. dist. 96. & notat Innoc. in cap. 2.
de maio. obed. & facit l. rescripto. & quod ibi
not. Bart. ff. de mu. & hon. & hoc intellige de
familia perpetua ecclesiarum, & earum ser-
uis, sed bene ualet quo ad colonos liberos, q̃
seruiunt pro mercede, cum sint sub Impera-
tore, iuxta no. in c. iudicatũ. 89. di. & ab ipso
a multis exempti, vt in l. 1. C. de episc. & cle.
ideoque potuerit eorum immunitatem limi
tare. vt in simili no. glo. & in ca. cum secundũ
leges. de hær. lib. 6. vnde tales tenentur ad ga
bellas, & alia onera de parte eis contingen-
te secundum Fed. cons. 4. Ad munera etiã ho-
nesta clerici non tenentur, per cap. sacerdo-
tibus, & ca. sed nec procurationis. ne cle. vel
mon. & in l. placet. C. de epi. & cle. vbi dr̃. Pla
cet nostræ clementiæ, vt clerici nihil com-
mune cum publicis actionibus, vel ad curiã
pertinentibus, cuius corpori non sunt anne-
xi, habeant.

17 Ex quo patet, ꝙ non sunt de vniuersitate,
nec in ea possunt habere vocem, vt tenet In-
nocen. in c. dilecta, de excel. prælat. A mune-
ribus aũt neutris licet sint exempti, vt in l. ge
neraliter. C. de episc. & cl. posita in c. genera
liter. 16. q. 1. tamen secundum gl. iuncto text.
in c. peruenit. di. 86. possunt si volũt legitimã

 tute.

tutelam accipere non datiuam testamenta-
riam:sed ep̃i, aut monachi non, 88.dist.episco
pus, & 16.q.1.monachi.tutelam autem mise-
rabilium personarum omnes clerici, & mo-
nachi possunt suscipere, quia officium pium
est, vt in d.c.peruenit. Et in omnibus prædi-
ctis munerib.personalib.quo ad ecclesias, &
clericos hn̄t locum prædicta, tam in ordina-
rijs, quam extraordinarijs muneribus, seu
indictis, vel superindictis, vt in l.placet.C.de
sacros.eccles.& in auth.itē nulla cōitas. C.de
epi.& cle.& c.quanquam.de cens.li.6. Qn̄ au
tem dicantur ordinaria, vel extraordinaria
indicta, & subindicta, vide sup.Gabella.5.§.4

28 †Tertium. Non tenentur etiā clerici cu-
stodire ciuitatē, vel oppidum sec.Pan.in cap.
peruenit.eo.tit.nisi subesset necessitas maxi-
ma, vt no.gl.16.q.1.§.placet, quę quidem per
laicum discerni non dēt, sec.Host.in Sum.sed
per ep̃m, & per eum compellentur, vt in ca.
ecclesia S.Mariæ, de constitu.quia aliter sine
eis defendi non potest:quo casu tenerentur
arg.l.nullus penitus.C.de cursu pu. & in d.c.
peruenit.& facit tex.in c.pen.de hom.vbi tē
pore inuasionis clerici possunt vna cum lai-
cis sumere arma & pugnare: nec sunt irregu
lares, si multi sunt occisi, modo nullum pro-
prijs manibus occiderint, & si vulnerauerīt.
¶ Quartum. Nō tenentur etiam ire ad bella,
vbi impugnandi sunt alij, secundum Pano.in
d.c.peruenit, etiam si ageretur de recupera-
tione terræ sanctæ, q̃a clericatus reddit eos
inhabiles ad pugnam etiam cum Saracenis,
vt probatur in c.ex multa, §.fi.de voto.

29 †Qvinto quæritur, ad quæ se extendat
immunitas ecclesiastica, quantum ad perso-
nas, & res, siue prædia simul? Et dico, ꝙ ad ga
bellas, vt §.seq. & ad munera patrimonialia
siue realia, ad quæ non tenetur ecclesia. Sed
circa hoc dico multa. Primum. Munera patri
monialia, seu realia, i. quæ sump. patrimonij,
& damnis administrantis expediuntur, vt in
l.fi.§.patrimoniorum.ff.de mu.& hon.dupli-
cia sunt, quædam. s.mere patrimonialia, &
q̃dā mista sic dicta, q̃a habēt onus cū sūptu,
d.l.fi.§.mista quia participāt de munere per-
sonali, quatenus habent onus annexum, &
de patrimoniali quatenus sunt cum sumptu.
¶ Secundum. Munera merè realia tripliciter
indicūtur, vel imponuntur. Primo rei de eo,
quod faciendum est de ipsa re, vt q̄d nauis,
aut currus, vel equus ecclesiæ vadat ad serui
tium reipublicæ. Secundo super eo, quod p̃-
cipit ex ipsa re, vt si dēt certa pars fructuū,
& de his in d.§.patrimoniorum. Tertiò ipsi
rei de eo, quod nec percipitur ex ipsa re, nec
est ipsa re, vt præstare certam pecuniæ sum-
mā annuatim, de quo habes in l.hactenus. §.
1.ff.de vsufr.& in c.1.de censi. Mista quoque
dupliciter imponuntur. Primæ personæ habi
to respectu ad rem, seu bona patrimonij, qui
modus differt a tertio modo imponendi one
ra rebus merè patrimonialib. quia ibi q̄libet
res tenetur pro munere, ꝙ eam respicit, & n̄
vltra.l.Imperatores, ff.de pub. hic vero est p̃
sona obligata, & consequenter oēs res pa-
trimonij.l.aufertur, §.fiscus ff.de iure fisci. Se
cundo imponuntur personæ nulla facta mē-
tione de re, & sic dr̄ capitatio, quia per capi-
ta imponitur non habito respectu ad bona
patrimonij, vt in l.vna.C.de capitatione ciui.
¶ Tertium, an autem ecclesiæ, vel ecclesiæ p̃-
dium teneantur ad munera mere realia. Pa.
in c.fi.de vit.& ho.cle.dicit ꝙ si res, quib.im-
ponūtur talia munera habebāt onus tale p̃-
petuum annexum, inuariabile, ac certum, si-
ue ex dispositione publica, puta Principis si-
gnificat ex dispōne priuata, vt in c.quāto de
cēsi.& anteq̃ venirent ad ecclesiam: sicut pa-
tet exemplum de tributo, vt l.Imperatores,
ff.de publ.& c.1.in fi.de censi.vbi innuitur, ꝙ
q̄libet possessio ab antiquo est onerata one-
re soluendi tributa, & sic eccl̄a de talibus re-
bus teneret, quia res transit cum onere suo.
de deci.pastoralis, & de pign.c.ex literis. Fa-
teor tn̄, ꝙ Italia, tanq̃ princeps prouinciarū
non obligat̄ hodie ad talia tributa, vt not.in
l.1.ff.de censi. Si verò non erant oneratę one
re tali certo & inuariabili qn̄ peruenerūt ad
ecclesiam, sic non tenetur ecclesia, quamuis
essent oneratæ onere incerto, & variabili, vt
sunt istæ descriptiones, quę fiunt hodie, quia
æstimantur bona cuiuscunq; vt soluat plus,
vel minus s̄m impōnem collectæ. Et hāc opi.
tenuit Ray.addens aliquid de munerib.sor-
didis, & dicens, & ecclesiastica prædia graua
ri non debent munerib.sordidis.16.q.1.§.no
uarū.ad honesta vero, sicut sunt ordinaria tri
buta tenent̄.23.q.fi.tributum, quod tn̄ fallit
in domib.atrijs, & hostijs iuxta eccl̄am posi
tis, & in manso, de quo eccl̄a dotata est, de
quib. nullum dēt dari tributum sed de alijs,
nisi sit expresse remissum, q̃a res ad eccl̄am
transit cum onere suo.23.q.vlt.secundum ca
nonicam. de censi.sancitum. ad extra ordina
ria vero, & de nouo inducta non tenētur.16.
q.1.placuit, nisi.s.quatenus antiquitus tene-
bant̄, s̄m glo.similiter, nec ad ea, quæ subitò

iniun-

iniunguntur,nisi respiciant ad pias causas, & necessitas exposcat: de quo dic vt inf. par. 4. virtualiter.Eandẽ ẽt tenuit Inn.in c. non minus.eo.ti.& recitat Pan.ibidem Io. de Lig. in cle.præsenti.de censi.& Ioã.An.post Arch.in c.1.eo.ti.lib.6.& placet: licet aliqui teneant, ꝙ si possessiones prius erant adscriptæ:vt tñ soluatur pro libra,ꝙ tunc teneatur ecclesia, Sed prima opinio est tutior, licet ista non sit cõdẽnanda. Sunt tñ aliqua onera, quæ rõne naturali succumbunt ipsis rebus: vt reficere viam ante domum,& sic ecclesia tenetur, vt no.Bar.in l.ad instructiones,C.de sacros.eccl. item in purgatione putei necessarij toti viciniæ in qua est eccl̃a,vt no.Spe.tit.de censi.Itẽ soluere ad portam, vel pontem pro plaustro ad ipsius porte,vel pontis conseruatione, q̃a destruunt viam;vt no.in d.l.ad instructiones, & no.Bal.de pa.Constan.& idem de similib. Ad munera vero mista imposita primo modo ecclesia non tenetur:nec ẽt laici non subditi, licet habeant patrimoniũ in loco.l.rescripto §.fi.& ibi per Bar.ff.de mu.& ho. nisi aliud habeat consuetudo quo ad laicos:vt no. Bart.l. vna.C.de c. ciui. non quo ad ecclesiam: quia consuetudo non valet.authent.cassa.C. de sacros.eccl.iuncta auth.item nulla cõitas.C. de epi.& cle.& isto modo potest intelligi tex.c. non minus.eo.ti.& c.fi.de vi.& hon.cler.& c. quanquam.de censi.li.6.Similiter nec tenetur ecclesia, nec clerici ad mista imposita secundo modo:quia non sunt subditi Imperatori, in d.c.quanquam,immo nec laici ciuiles, sed tantum rustici,vt in d.l.vna.no.Barto. Et hæc omnia procedunt regulariter.

20 QVARTVM.† De concernentibus aũt pietatem,vt est instructio pontium,& viarũ,dubitatur.Et dicitur Inn.ꝙ ecclesia tenetur,per d.l.ad instructiones,& ꝑ c.1.eo.tit. sĩr in ædificatione murorum ciuitatis,aut villæ, & idẽ gl.in d.c.non minus,& Inn.& Hos.& D.Car. & Phil.& Pet.de Anch.& Alb.in d.l.ad instructiones,addens ꝙ idem putat de fontib.& puteo communi.ar.ff.ne quid in loco pub.l.2.§. viarum,& dicit hm̃oi opinionis esse Dyn.& Old.Sed in contrarium est cõis opi. Canonistarũ in c.fi.de vi.& ho.cle.in cle.ꝑsenti.de cẽsi.& patet per Io.de Lig.& Bar.in l.rescripto. ff.de mun.& hon.& in d.l.placet.& gl.16.q.1. §.nouarum & Pan.in d.c.non minus,per multa motiua.Vnde dic ꝙ d.l.ad instructiones, & similes,non valeant,quia licet c.1. cum simil. de no. ope. nun. dicat standum legibus, ex quo in canonibus contrarium non reperitur:tamen hoc non est verum,quando lex imperialis ecclesijs est damnosa,seu ecclesiasticis ꝑsonis,quia tunc non tenet, nisi specificè approbetur ab ecclesia,vt est cõis opinio doctor.in c.fi.de so.& in c.ecclesia sanctæ Mariæ de const.& c.fi.de reb.eccl non alie.& dis.10. si in adiutoriũ.Distinguo tñ sic, ẜm Pan.in d. c.non minus, & est mens Rayn.& Pisa.& Ar. Nã aut necessitas, vel pietas imminẽs concernit vtilitatem ecclesiarum a remotis ꝑ q̃dam consequentiam,& tunc est tex.apertus in d. c.non minus,quod nõ tenetur, nisi sponte velit,approbante epõ cum clero, & prius consulto Romano Pontifice,per c.aduersus eod. ti.vbi tñ aduertendum est,ꝙ si tanta esset necessitas per pietas, ꝙ non posset sine scandalo,& periculo recursus prius hẽri ad Romanũ Pontificẽ, sufficeret deliberatio clericum epõ,facit c.fi.de eccl.ædi.& quod ibi no. Aut necessitas,vel pietas concernit de directo, & principaliter vtilitatẽ ecclesiarũ, & laicorũ: vt puta,quia praua societas territoriũ ciuitatis incendit,prædia deuastans,in quo ecclesia multas habet possessiones: tunc dẽt ecclesia contribuere:non tñ ad deliberationem solus populi:sed oportet,ꝙ clerus, & populus ꝑtincipaliter conueniant,& deliberẽt:quia quod omnes tangit,debet ab oĩbus approbari, in clem.1.& 2.de censi.& c.ad hoc.de offi. Arch. Fatetur tñ Pan.vbi sup.in d.c.non minus: ꝙ si clericus nollet siue legitima causa consentire possent laici implorare auxilium superioris ecclesiastici,vt compellat eos,vt in ca.nullus. de iu.pat.Et in hoc casu non habet locum dispositio d.c.aduersus,de cõsultatione Romani Pontificis,quia hæc impensa non fit ꝑꝑ publicam vtilitatem, sed propter priuatam ecclesiarum, & sic sumus extra causam præfati c.aduersus.Facit cle.1.& 2. de censib.

21 QVINTVM.† Si possessio aliqua, vel dom⁹ tenebat alicui facere albergum, & postea ad ecclesiam peruenit,ẜm Host.& Inno.ecclesia tenebitur ad idem,aut ad vendendum:& si q̃s in recognitionem beneficiorum suorũ in aliqua ecclesia sibi hospitium reseruasset, illud ẜm Inno.sibi dẽtur.18.q.fi.Electerius; non tñ licet tali violenter irrumpere domos ratione alicuius iuris sibi debiti,aliter sacrilegium cõmittit.12.q.2.nulli.& eadẽ rõne nõ tollere inde necessaria violenter: hospitiũ ingrediendo,ẜm Inn.q̃a ẽt ẜm eundem Inn. ext.e. ca.1.in tali casu nulla domus vel res ecclesiæ debet hanc seruitutem,vel ad hoc est obligata, sed ipsa ecclesia, contra quam competit

actio personalis, & nō realis. Secus tamen in habente iurisdōnem in ecclesia, quia posset inique intrantem violenter domum irrumpendo repellere, & idem de eo, qui possidet ecclesiam quasi prælatus; quod tamen abbas non potest respectu domorum capellæ, quia capellã nō possidet, licet hēat in eum ius subiectionis: arg. ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum.

22 †Sexto quæritur, qūo se extendat ecclesiastica immunitas circa gabellas, & hmōi? Et dico multa. ¶Primum. Ecclesia, vel clerici non tenentur ad gabellas, quæ hodie ponuntur in vino, & similibus, secundum Pan. in d. c. non minus. per d. auth. item nulla cōitas. & tenet Bald. in d. l. placet. C. de sacrosf. eccl. nisi gabella fuisset imposita pro onerib. ad q̃ tenetur ecclesia: quia tūc succedit in loco onerū, vt voluit But. in d. l. ad insti uctiones. ¶Secundum. Si clericus res ecclesiæ ad aliū locū transferat causa negociationis, exigi nō potest pedagium, vel gabella, sec. Pan. in d. ca. fi. de vita, & ho. cle. quia delictum clerici ecclesiæ nocere non pōt, vide Fed. conf. 200. secus si sunt suæ, non ecclesiæ. ¶ Tertium. Clerici soluere non debent gabellam pro vino, aut frumento, ꝙ ex sua p̃benda habitum vēdūt, secundum Bal. Pet. & Cyn. in l. oīs. C. de epis. & cler. nec ēt ad portam & idem Bart. in d. l. placet: nec ēt de patrimonio debent soluere pedagia, vel gabellas, secundum Pan. ĩ d. c. fi. & facit cle. præsenti. de censi. & c. quanq̃. eo. tit. li. 6. ¶Quartum. Posito, ꝙ propter debita, aut aliud consules gabellam ponant sup̃ carne, aut vino, & hmōi, quam ecclesiæ soluunt indirecte; cum emant carius, secundum Ric. in quol. cui non sentit Asten. li. 6. tit. 30. distinguendum est. Nam si eā ponunt propter abusum, & excessum eorum, s. quod fecerunt, sic non licitè ponunt, sed soluant de suo: si vero ponunt propter cōem vtilitatem tam clericorum, quàm laicorum, sic licet eis. Si vero propter vtilitatem laicorum principaliter, clericorum vero indirecte, & a remotis, puta, quia ciuium prosperitas in ecclæ, & ecclesiasticarum personarum vtilitatem redūdat; iterum distinguitur. Nam aut faciunt aīo extorquēdi pecunias ab ecclesiasticis, quas extorquere alio modo non pñt: & sic non licet. Aut nō faciunt eo aīo; q̃a ēt si non essent ecclesiasticæ personę, adhuc eam imponerent: & sic licet eis, habita authoritate dñi temporalis, & habita moderatione ponatur magis super eis, quæ sæpius emuntur a clericis aut ab extremis, aut a pauperibus quam ab alijs ciuib. & sic clerici conqueri non possunt, maxime cum alibi possint emere, licet nō ita cōmode. Probantur hæc, ff. de no. ope. nun.

RVRSVS II. DE IMMVNITATE, seu libertate ecclesiæ, quantum ad eius violationem.

1 *Immunitas secundo modo considerata in quo consistere, & item quid in se cōplecti dicatur. Et ibidem priuilegia, quę ecclesiis concessa sunt, aut a Deo, aut ab homine indulta esse, & id aut in vniuersum, & generaliter, aut in specie, & certis personis, aut locis datum, ad quod subijcitur regula. & ibi. quam varie violari huiusmodi priuilegia possint.*

2 *Immunitas ecclesię qua ratione, & quando, violari censeatur, vbi ꝙ priuilegium generalis ac catholicæ ecclesię duobus modis intelligendum sit.*

3 *Libertas ecclesię num imminui, ac violari ob hoc dicatur, quòd communitas id statuat, ne per suos iudices Ecclesiasticos ius reddatur. Et quid si statuto cautum sit, ne quis allegare præsumat, quem ex prælatis iurisdictionem quasi episcopalem in certo loco non habere.*

4 *Violato certæ, ac singularis ecclesię priuilegio, num ob id violata, ac imminuta ecclesię libertas censenda sit. Et subinde quid ad laicorum statutis ex authoritate, ac pręcipue de his, quę ad ecclesias pertinent disponentibus, licet non directo id fiat, vt quod bona immobilia non subito non possint diuendi, an si ab ecclesia contra fiat, vtpote, quę emat a laico, corruet contractus. Et ibidem in hoc Ioann. Andr. consilium.*

5 *Statuto dictante donationem ipso iure inefficacem futuram, quę Potestati intra mensem denunciata non fuerit, aut testamentum in publica documenta non redactum, an huiusmodi solemnitate omissa donatio, aut testamentum ecclesię intuitu, ac contēplatione facta, inefficacia iudicanda sint.*

6 *Francisci de Alberg. dictum de statuto prohibente alienationem rerum in non subditos, qualiter intelligi debeat, vt huiusmodi statuto ecclesia, quanquā non subdita, non contineatur. Et ibidem de quadā Bar. cautione & consilio.*

7 *Statuto disponente, vt nullus forensis beneficiū ecclesiasticum obtinere, vel eius possessionem apprehēdere, circa communitatis consensum possit, num libertas ecclesiastica ex hoc statuta violari dicenda sit. Et quid sit de ciue. Et ibidem, quid si statutum a laicis factum ecclesiasticam libertatem violans a clericis vnius ecclesię aduersus aliam fiat, cum libertatem ecclesiasticam violare dicatur.*

8 *Violantes ecclesiasticam libertatem, qua pœna plectendi sint. Et quid de inducentibus aduersum immunitatem ecclesiasticam statuta. Et quid de clericis, aut ecclesiis collectas indicentibus.*

1 IMMVNITAS, † seu libertas ecclesiastica secundo considerari potest quantum ad violationem, quando.s.& quomodo agatur cōtra eā,& violetur, & quæ violantiū sit pęna. ¶ Primo vero quæritur, in quo consistat, & quid comprehendat dicta immunitas? Et dico, ꝙ licet patere possit ex titulo priore, abūdantius tamē ex Fran.de Zab.in rep.decretalis, perpendimus.de senten. excom.vt recitat Arch.3.par.tit.12. ista immunitas vel libertas seu exemptio ecclesiæ in personis, rebus, iuribus comprehendit omnia priuilegia collata ecclesiæ a Deo, vel hominibus, quib. libera est ab oneribus quibus alij subijciuntur de quib.sup Ecclesia.1.§ 4.& sup.immunitas.primo per totum,& sparsim per totum hoc opus. Quorū priuilegiorū quædā sunt data a Deo: vt illud. Quodcunque ligaueris super terram. Mat.16.& 14.qu.1.quodcunque. Quædā vero a Papa, ut illud. Si quis suadente.17.q.4. Quædam ab Imperatore, q̄ aliqn̄ conceduntur loco, vt ꝙ loco facto non fiat iniuria aliquādo aūt ecclesiæ generaliter.i. toti cōgregationi fidelium.C.de sacr.sanc.eccles.1. aliqn̄ minus generaliter, vt oībus ecclesiasticis, vel Epis, vel alijs ordinib.clericorū.C.de episc. & cle. l.nemo,& multa alia quæ prosequitur Inno. in c.nouerit.eod.tit. Quædam vero data sunt ab inferioribus, vt de restit. in integ.auditis, & de fi.instr.inter.& de deci. c. dudū de quib. datur regula generalis, ꝙ quilibet pōt ecclesiæ dare priuilegiū in his, quæ ad se spectant. de dona.cum dilecti. priuilegium tamen generale concedere ad solum Principē spectat, papam.s.& Imperatorem, cū ad eum solum spectet vniuersaliter disponere de orbe 9.q.3.cūcta.& c.per principalem,& de usu pal.ad honorem. Quædam rursus priuilegia sunt generalia, i.concessa toti ecclesiæ, vt illud; Si quis suadēte. Quędam particularia, seu specialia, vt concessa alicui ordini, vel particulari ecclesiæ, vt de rescr.cum ordinem.& de pręsc.c.auditis. Quædam rursus sunt personalia, i.cōcernentia personas clericorū, vt ꝙ clericus sine excommunicatione percuti non possit d.c.si quis suadente: nec coram laico iudice cōueniri.de fo.comp.c.2. Quædam realia, i. cōcernētia res & iura clericorum,& ecclesiarū, vt C. de episc.& cle.l.generaliter.& d. vi. & hone. cle.c.fi. Hæc ex illo. Cui adde, quod dupliciter ista priuilegia violantur, s.simplici facto.& in hoc nō inciditur semper in excommunicationem.sed interdum, vt dicetur: aliquando per statutum, & tunc secus.

2 SECVNDO † quærit, qūo aut quando dicatur ecclesiastica libertas, vel immunitas violari? Et dico sic. Circa hoc dicit Inno. quod non violatur violatis priuilegijs particularium ecclesiarum, sed violatis illis, quæ concedūtur ecclesiæ vniuersali. Bar.aūt.ff.qua.re. act.non da.de le.1.§.quæ onerandæ: dicit fieri cōtra libertatem ecclesiæ, quādo fit aliqua dispositio vel statutum, per quod clerici efficiūtur timidiores, quod non nego, sed fit etiā contra eā, cum fit cōtra priuilegia vniuersalis ecclesiæ, secūdum Inno. Fran.autem Zab.vbi sup.dicit cōtra libertatem ecclesiæ esse, quoties tollit, vel minuitur libertas ecclesiæ etiam particularis, q̄si illa libertas non est unius ecclesiæ particularis, sed generalis aliorum, ut de.immu.eccl.c.1.l.6.in verbo, lędere, vel minuere, & infra. Et uiolatio libertatis ecclesiæ si laici aliquid disponūt authorizabiliter in aliquo, de reb.ecclesiasticis, vt dist.96.bene.de const. ecclesia. Et sic consuluit D.Lap. optimus iure canonico theoricus,& practicus, & tandē cōcludit, quod fit contra libertatem ecclesiæ, qn̄cunq; uiolatur priuilegium concessum super generali libertate ecclesię,& hoc siue uioletur quo ad oēs ecclesias, siue clericos, siue quo ad vnā ecclesiam per clericum: quia omnes ecclesiæ sunt vna.24.loquitur.& de sum. Trin.c.1.secus de libertate particularis ecclesiæ, i.non competenti generali ecclesiæ. Hæc ille valde bene, intelligendo, quod priuilegiū generalis ecclesiæ dupliciter intelligitur, s.vt conueniat omnibus fidelibus,& vt conueniat omnibus clericis, vel ecclesiasticis, ut priuilegium fori, & canonis, si quis suadente, quæ violando non est dubium quin ecclesiæ libertas violetur.

3 TERTIO † quæritur, vtrum violetur ecclesię libertas, si communitas statuat, ne per suos iudices reddatur ius alicui p̄lato: puta, Episcopo cōtra suos debitores? Et dico, ꝙ prima facie, secundū dictum Inno. non vr̄ violari: q̄a s.fit contra particularem ecclesiā,& sicut potuisset ex toto ciuitas reuocare iurisdictionē a suis iudicibus, ita in parte limitare, ff.de off. deleg c.pastoralis, sed tamen secundum Zaba: hoc non est verum. & ratio, quia fit contra priuilegium concessum omnibus clericis. C. de episco.& cler.auth.statuimus.& hoc probat tex.de excep.ca.2.li.6.quia hic nō leditur particularis prælatus tantum, sed tota vniuersalis ecclesiæ,& eius libertas, sicut & cū unus clericus conuenitur coram iudice laico, fit iniuria toti ordini clericali.11.quæstion.prima, inolita.

inolita.& de fo.compet.ſi diligenti.Et ſimili-
ter quum ab una eccleſia particulari exigun-
tur collectæ per laicos,quia violatur libertas
eccleſiaſtica,de qua in c. nouimus. de immu.
eccl.& eod.titu.c.clericis libr. 6. violatur ta-
men hæc libertas eccleſiæ indirecte, ſicut de
immu.eccl.c.fin.li.6.ubi dicitur violare eam,
ſtatuens,ꝙ nullus coquat panem clericis, vel
cõtrahat cum eis.¶Quarto quæritur, quid ſi
ſtatuto cauetur,ꝙ nullus præſumat allegare,
ꝙ aliquis præpoſitus, puta, Prætenſis eccle-
ſiæ non habet iuriſdictionem quaſi epiſcopa-
lem in loco?Et dicit idẽ Zab:patere ex dictis,
ꝙ turbans iuriſdictionẽ vnius ordinarij facit
iniuriam eccleſiæ vniuerſali,vnde prędictum
ſtatutum eſt contra eccleſiaſticam libertatẽ,
quia per illud violatur libertas Epiſcopi diœ
ceſani,q in ſpirituali iuriſdictione fundat in-
tentionem de iure communi in tota diœceſi,
vt de offi.ord.c.1.& eo.ti.cum Epiſcopus.li.6.
ita quod nullus inferior poteſt habere iuriſdi
ctionem in tota diçceſi. Item eſt uiolatio li-
bertatis, ſi laici authorizabiliter diſponunt
de rebus eccleſiæ,vt dictum eſt.

4 QVINTO,†quid ſi violetur particulare pri-
uilegiũ particularis eccl. vel particularis or-
dinis puta,illud Ciſterci. de quo,de præſcrip.
cũ ordine,ut ſi legatus apoſtolicus vrget Ci-
ſtercienſem ad reſpondendum coram ſe per
reſcriptũ, non faciens de ordine eorum men
tionem?Et dicit idem,quod non eſt contra ec
cleſiæ libertatẽ, quia oportet hoc caſu citatũ
allegare ſuum priuilegiũ: forte enim negabi
tur eſſe Ciſterciẽ.quod ſi notorium, ſit vr̃ ob
ligari ad veniendum vt proponat, quia licet
excuſetur ab onere probandi,non tamen ꝓ-
ponendi, vt de acc. veniens. Patet ẽt ad hoc
quæſitum ex dic. ſup.§.2.¶Sexto,quid de ſta-
tutis laicorum diſponẽtibus authorizabiliter
& præcipue de aliquibus concernẽtibus ec-
cleſias,& ſi nõ directe;puta quia aliqua bona
immobilia vendi poſsũt non ſubdito commu
nis,& annulant cõtractum ſi fiat nunquid di
ſtruetur cõtractus,ſi laicus vẽdat eccleſiæ ob
ſtante ſtatuto? Et dicit Zab. ꝙ ſic,ſecundum
Franc.de Alberg.quia ſtatutum non eſt cõtra
libertatem eccleſiæ,quia in contrahendo ec-
cleſia non fungitur iure ſpeciali, ſed cõi cum
alijs:& conſequenter in hoc eccleſiæ libertas
non verſatur,quæ non oĩb.ſed eccleſiæ tantũ
conueniat.ar.ff.de leg.3.l.legatum.Sed Ioan.
Cald. conſuluit contrarium.ſ.quod in tali ſta
tuto non includuntur eccleſiæ,nec eccleſia-
ſticæ perſonę,quia ſi ſtatutũ hoc exprimeret,
eſſet illicitũ in eo,ꝙ prohibetur contractum
de ſe licitum fieri cũ eccleſia, ad quod de pri
uileg.c.quanto.& de immu.eccle.c.fi.li.6.ſed
nec in verbis generalibus includitur eccleſia,
ad quod de mag.conue.l.1.Et hoc tenet Ioan.
And.in d.c.fi.dicens, quod tale ſtatutum quo
ad prohibendos contractus factos cum non
ſubditis laicis bene valet,per l.dudum,in fin.
ff.de contrah.empt.iuncta l.cum ita, ſed in ec
cleſijs ſecus,quæ ſunt priuilegiatæ in donatio
nibus,ut fieri poſſint in eccleſiã. C.de ſacroſ.
eccl.l.illud.& ſic ſuper alijs contractib.vt trã
ſeat dominium in eccleſiam ſine traditione.
eo.tit.l.fi. Item ſic intelligendo etiam contra
libertatem eccleſiæ,de conſt.ca. eccleſia,& ſi
fuiſſet expreſſum ſtatuentes, & qui ſeruare
facerent,eſſent excommunicati,vt eo.tit.no-
uerint.Et dicit idem Io. Andr. non eſſe abſur
dum dicere, ꝙ iudex eccleſiaſticus poſſet co-
gere illos, ad quos pertinet declarare ſtatutũ
illud reſpicere contractus faciendos cũ eccle
ſia,quia etſi non de iure, tñ de facto impedit
per illud utilitas eccleſiæ,vt de arb.peruenit.
Et idem determinauit Old.de quo Fed.cõ.77.

5 SEPTIMO,†quid ſi ſtatutum diſponat,quod
donatio ſit ipſo iure nulla,niſi poteſtati denũ
cietur intra menſem,aut quod non valeat te-
ſtamentum, niſi fuerit regiſtratum in memo
rialibus cõitatis intra certum diem: vtrum
teneat donatio, & teſtamentũ reſpectu eccle
ſiæ non ſeruata tali forma?Et tenetur Io. Cal
de.ſtatutum,quo ad eccleſiam,non ligare per
ſup.poſita rationes.Zab.autem arguens in cõ
trarium poſt multas rationes, dicit quod tũc
talia ſtatuta non tenent,cum apparere poſſit
ea vergere in derogationem eccleſiaſticæ li-
bertatis,ꝙ qñ fiat ſic diſtinguendo docet. Nã
ſi in eis fiat mentio de eccleſiaſtica, uel eccle
ſiaſticis perſonis,eo ipſo apparet,ꝙ ſunt con
tra libertatem eccleſiæ in eo, ꝙ laici ſtatuũt
de nõ pertinentib.ad ſe,per c.fin.de reb.eccl.
nõ alie. Si vero de eis nulla fiat mentio,ut in
duabus prædictis quęſtionibus,tunc aut ſtatu
tum non ſimpliciter prohibet contractũ, ſed
certam formã requirit:puta,quod non valeat
donatio,niſi inſinuata poteſtati,aut ſimplici-
ter prohibet contractum. Si prohibet contra
ctũ,non ſimpliciter,ſed ſub certa forma, aut
illa eſt ſine magna difficultate obſeruabilis,
aut non:& ſi eſt ſine magna difficultate ob-
ſeruabilis,aut adijcitur contractui, qui de ſui
natura eſt de foro eccleſiaſtico,vt ſuper lega
to,vel alij contractibus ad pias cauſas,aut a-
dijcit alteri contractui.Igitur ſi prohibet ſub
cer-

certa forma ſine magna difficultate obſeruabili contractum, qui de ſui natura ſit de foro eccleſiaſtico, nõ tenet tanq̃ de non ꝑtinentibus ad iuriſdõnẽ ſtatuentis, cum taliũ regulatio ad iudicẽ eccleſiaſticũ ſpectet, vt de teſt. ñ quidem, & C. de epi. & cler. l. nonnulli. Si verò ſub forma ſine magna difficultate obſeruabili prohibet cõtractum, qui de natura ſua ſit de foro iudicis ſecularis, vt regulariter sũt omnes contractus, & diſpoſitiones laicorũ, tunc per hoc eccleſiæ libertas nõ violatur in aliquo: quia q̃uis eccleſiaſticis perſonis fauẽdum ſit, non tamen ita vt turbetur iuriſdictio laicorum, vt de iud. noui. quod maxime dico, q̄a ex iuſtis cauſis talia ſtatuta iuſtificari poſſunt, ne .ſ. bona ad nutum habentium in non ſubditos alienẽtur, ſed ſolum ſubeſt cauſa rationabilis, alias de facili poſſet ciuitas exui tributariis, & aliis ſuſtinentibus onera cõitatis: & idcirco ſi diſponat ſtatutũ, ꝙ venditio non teneat, niſi fiat proclamatio in palatio, ſi quis velit in aliquo contradicere, vel niſi alienans ſit annorũ 30 vel niſi interſint duo proximiores, non tenebit alienatio facta in eccleſiam tali forma non ſeruata: quia in hoc nullo ſpeciali iure munita eſt eccleſia: nec in aliquo per hoc ſibi præiudicabitur. Si vero forma adiecta non eſt ſine magna difficultate ſeruabilis, dicit idem ſicut, & quando contractus præciſe prohibetur, comparando in hoc difficultatem impoſſibilitati, vt de iureiuran. cap. breui. & hoc intelligendo de difficultate, quę ſit maxima, & talis quòd cẽſeatur impoſſibilitas. Et per hoc deciditur alia quæſtio. Cum 6 enim ſit ſtatutum, quod nõ fiat translatio immobilium in non ſubeuntem onera cõitatis, niſi de licentia cõmunitatis, vel habentis ius communitatis: ſi quæritur, vtrum teneat trãſlatio facta in eccleſiam non ſeruata tali forma, reſpondetur quòd ſic, nec poteſt dici nulla, quia cum talis obtentio licentiæ depẽdeat ab vno ſolum: habetur pro impoſſibili; vnde tale ſtatutum eſt ita limitandum, quod non extendatur ad eccleſias. Et idem dicendũ eſt ſi difficultas ſit magna, quamuis non tanta, ꝙ cenſeatur pro impoſſibili. Quando autem difficultas dicatur talis, & quando non: patet ꝑ exempla ſup. & inf. poſita, in quo per maxime debent attendi circũſtantiæ, ex q̄b. actus variatur, vt de iureiur. cum quidam. Si verò ſtatutum prohibet cõtractum ſimpliciter, vt cum diſponit bona in non ſubditum transferri non poſſe, vel in non ſubeuntẽ onera communitatis, tunc ſi cõtractus eſt de foro eccleſiæ non tenet ſtatutum, ſicut dictum eſt in alio membro Præcedenti: ſed ſi non eſt de foro eccleſiaſtico, vt cum prohibet vendi non ſuſtinenti onera communitatis: tunc aut ex obſeruantia eius multum præiudicatur eccleſiæ, aut parum, vel nihil. Si multum præiudicatur eccleſiæ, ad illam, vel clericos nõ extenditur, ſicut eſt ſtatutum prædictum, quod prohibet vendi non ſuſtinentibus onera cõmunitatis, quia licet ea non ſuſtineant, vt de immu. eccl. nouimus: non tamen propter hoc debent minus bene tractari, quam laici illa ſuſtinentes: alias priuilegium eccleſiæ eſſet dãnoſum, contra illud de reg. iur. c. quod ob gratiam. li. 6. Item ex hoc violaretur libertas immunitatis eccleſiæ, ex quo per eum efficerentur deterioris conditionis, vt de priuil. quanto. Sed ſi nullum, vel paruum præiudiciũ ex eius obſeruantia inferretur, ſuſtineri poſſet: puta, ſi diſponit, arma non alienari in nõ ſubditos, vel quid ſimile, de his, quæ clericis iure prohibentur, vt quid reciperentur gabellæ ab omnibus, qui deferunt res cauſa negociationis, & huiuſmodi, extra, ne cler. vel mon. per totũ, imo etiam ſi ſunt talia, quæ poſſent competere clericis: dum tamen non ſit mortale præiudicium eccleſiarum, & appareat cã rationabili aliqua, propter quam moti ſunt ſtatuentes, procedunt hæc de radice iuris, & innituntur maxima æquitate, vt eccleſiæ cõſeruentur in iure ſuo, & laicorum iuriſdictio non ex toto confundatur, ad quod accedit 11. q. 1. peruenit.

Qvod † autem dicit Fran. de Alberg. quòd per ſtatutum prohibens alienationem rerum in non ſubditos, nõ agitur contra libertatem eccleſiæ, eſt verum de non ſubdito, ideſt de alieno territorio, nõ autem de nõ ſubdito, i. exempto, vt clerici, & eccleſiæ: q̄a priuilegiũ clericorum non debet eis eſſe damnoſum, qđ eſſet, ſi excluderẽtur a beneficio, quod habẽt ciues, & ſubditi, quo etiam ipſi debent gaudere, de foro comp. c. dilecti. Dictum etiã Bart. de quo ſup. Excommunicatio. 8. excommunicatione quinta. parte 5. qui dat conſilium, vt omnia prædia ciuium fiant tributaria cõmunis, vt ſic ad eccleſiam tranſeant cum onere ſuo, non procedit in Italia, cum ea prædia nõ ſint tributaria. C. de epiſco. & cle. l. de his, ſed appareret factum in fraudem eccleſiæ, maxime ſi tributum eſſet maximum, & ſolum eſſet impoſitum, & non exigeretur vnde communiter a Modernis non tenetur licitè fieri poſſe illud cõſiliũ. Et ex hoc apparet ſtatutũ

Flo-

Florentię factum circa annum Domini 1425. ꝙ omnia immobilia tũc inuẽta apud laicos, seu portantes onera communitatis, transirẽt cum onere impositionum communitatis, in quemcunque transirent, non posset ad clericos vel ecclesias extendi, si emant, vel eis testamento legentur: cum non fuerint ab antiquo tributaria, nec seruatus sit modus datus a Bart. qui tamen licitus non reputatur, quia in fraudem factus.

7 †OCTAVO, quid si statuatur, vt nullus forensis possit obtinere ecclesiasticum beneficium, vel eius capere possessionem, nisi prius obtineretur in consilio ciuitatis? Et dicit Archid. & Zab. communiter teneri hoc esse cõtra ecclesiasticam libertatem, & ita declaratum per Papam. Et idem esset si hoc statueretur de ciue. ¶ Nono quæritur, vtrum statutũ quo violatˉ ecclesiastica libertas, si fiat a laicis, eam violet, si fiat a clericis vnius ecclesiæ contra aliam, vt si aliqui canonici statuãt ne quis de sua parochia ad funus vocet religiosos, nisi vocet totum capitulum? Et dico, ꝙ sic, quia posse diuinas laudes circa funera ꝑsoluere tanquam Dei ministros, & inde aliquid eleemosynaliter accipere, est priuilegium totius cleri: vnde eo violatur ecclesiastica libertas, quod patet, ꝗa eam violant laici restringẽdo huiusmodi funeralia ẽt circa particularem vnam ecclesiam, quod tanto est deterius, quanto grauamẽ ab ecclesia infertur ecclesiæ, ac si idem nõ amet seipsum. Sicut.n secundum S.Th.in 3. cæteris paribus melius est bene facere amico, & coniunctiori, quam alijs; ita econtrario ei malè facere peius est.

8 †DECIMO quæritur, quæ sit pœna violantiũ ecclesiasticã immunitatem? Et dico, ꝙ si violetˉ statuto, pœna est semper excõicatio latæ sñiæ, vt sup. Excõicatio. 9.§.10. Si verò violetur simplici facto, semper est mortale in re notabili, quia est cõtra iustitiã, ex quo talis immunitas ei debetur. Aliqñ verò pęna est excõicatio non latæ, sed ferẽdæ sñiæ, qũo intelligo dictum Gof. dicentis, ꝙ qui aliquo modo ecclesiam violant, vel personas, vel ab ipsis rapiunt violenter, seu vsurpant bona ipsarum, sacrilegium committunt, & excõicandi sunt. 17.q.4. nullus & ca. si quis deinceps, q̃ dicta intellige circa casus statim dicẽdos. Aliquando.n. pœna est excõicatio latæ sñiæ, sicut circa incendiarios, & effractores sacrorũ locorum, & occupantes bona vacantium ecclesiarum, & vsurpantes in ecclesijs, vel alijs pijs locis, guardiã, vel ius patronatus de nouo, & circa multos alios, de quibus habes su. in tract. de excõicationib. in diuersis titulis. Sed quia dictæ pœnæ sunt spũales, ẽt pœna pecuniaria hmõi ecclesiasticæ libertatis violatores puniendi sunt, qñq; quidem maiori, qñq; vero minori. 17.q.4. quisquis. quod iudicis arbitrio relinquẽdum est. Et personæ, vel loco est pecunia dãda, cui iniuria facta est. ea. q. si quis in atrio. Specialiter autem dicit Alb. in auth. cassa. C. de sac. san. eccl. ꝙ faciẽtes statuta contra libertatem ecclesiasticã, puniuntur pœna priuatione iurisdictionis, & mille marcharum: & rectores, statutarijs, scriptores, iudicantes secundum talia statuta ipso iure sunt infames, & eorum sñiæ nullæ, & alij actus legitimi nihil valent: vt patet in corpore: vnde hęc auth. sumitur, quod multi habẽt post librum feudorum, & est constitutio Federici iunioris. Spãliter ẽt sec. Pan. in d.c. aduersus. de imm. eccl. D. Ant. in suis reper. voluit, ꝙ ecclas, vel clericos collectantes, i. collectas illis imponentes, postquam post monitionem excõicati fuerint. per c. non minus: siue tolerentˉ, siue ignorentur, eorũ sñiæ, aut statuta ipso iure non teneant, siue contra ecclesiam, siue contra quamcunq. personam, ẽt laicam edita sint. Alij aũt volunt, ꝙ subito ex quo cũ effectu collectauerunt, ipso iure sint nullæ: cuius opinionis vr̃ Pan. & placet: quia ex verbis proęmij colligitur mens disponentis. ff. de hęr. inst. l. fi. & per Bar. in l. ambitiosa. ff. de dec. ab or. fa. ex quo patet, ꝙ d.c. aduersus. voluit aliquid addere ad ius antiquum, quod patet ibidem in verbo, adijcimus.

RVRSVS DE ECCLESIÆ IMMVnitate III. specialiter quantum ad confugientes ad ecclesiam.

1 *Immunitas ecclesiastica iij. modo considerata, puta quo ad tutelam, & asylum personarum ad ecclesias confugientium in quo consistat, & quam late porrigatur. Et ea, quæ loca gaudeant, ac fruantur. Et quid de his, qui ad Christi sacrosanctum corpus confugiunt.*

2 *Immunitatis ecclesiæ quot hominum genera participes non sint. Et contra, qui participes sint, exinde traditur.*

3 *Fugiens ad ecclesiam propter æs alienum, num exhinde extrahi debeat. Et ibidem Canon, ac Leguleiorum de hac re definitio.*

4 *Ad ecclesiam qui confugit, & quomodo, & quatenus ab ea defendi debeat.*

5 *Ad ecclesiam confugiens, cuius impendio foueri debeat.*

Immi-

6 *Immunitatis ecclesię quisnam uiolator, intelligendus sit.*

7 *Exportans quempiam de platea, vt illum extra plateam feriat, eumq́ ibidem demum percutiat, an pœna percutientis in platea puniendus sit, vbi Bart. egregia decisio.*

8 *Statuto cauente quemlibet posse in suam possessionem ingredientem impune percutere, quid si ibidem impetere ac ferire nequeo, extra autem persecutus percutio, ubi Barto. dictum & declaratur, & limitatur.*

9 *Qui est in ecclesia, mandat delictum extra ecclesiã committi, vel contra, num immunitatem ecclesia infligere dicatur, aut si ad ecclesiam confugiat, ea gaudere debeat.*

10 *Locus delicti an sit ubi mandatur, vel ubi patratur.*

11 *Immunitate indignum violenter extrahens, an restituere teneatur.*

12 *Pœna extrahentis quem ad ecclesia, vel loco immunitatis, qualis sit.*

1 IMMVNITAS † ecclesię tertio considerari potest specialiter quantũ ad malefactores, vel alios ad eã confugientes: quæ immunitas in hoc ipso cõsistit. Primo, quod nullus quantũcunq; malefactor confugiens ad ecclesiã, vel spatium priuilegiatũ circa ipsam, de quo inf. dẽt per vim abstrahi. Secundo, quod de cętero pro eodẽ maleficio puniri non põt morte, vel pęna corporali, ẽm Pan. in c. inter alia. eo. ti. sed dẽt ab ecclesia defendi, nisi in casib. de q̃b. inf. §. 2. & 4. vt in c. si antiquitus. 17. qu. 4. ¶ Primo ergo quærit, quæ loca gaudeant ista immunitate? Et dico, quod omnis ecclesia cõsecrata, & etiam non consecata, sed tamẽ epi authoritate fundata & interdicta, vt sup. Immunitas 1. §. 1. & similiter hospitalia, ac priuata oratoria, si dicta sint authoritate fundata: & palatium epi etiam si non sit coniunctum ecclesiæ. 17. q. 4. id constituimus, quod c. absolute loquitur de domo episcopi, etiam si sit extra spacium priuilegiatum secundum Pan. quem de prædictis oĩb vide si vis, extra eo. Ecclesię & similiter spatium in circuitu ecclesiæ xl. passuũ quo ad maiorem. idest matricem. & 30. quo ad minores ecclesias. 17. qu. 4. sicut, vbi dicit gl. ꝙ passus secundum Isid. est mensura quinque pedum, pes autẽ spatiũ 25. digitorum, quod tñ non tenet in capellis, quę sunt in habitu castellorum, vbi propter loci angustiã obseruari non potest: vt 7. q. 4. quisquis similiter & religiosorum monasteria, secundum Archid. & secundum Host. licet non sit expressum in iure, ẽt corpus Christi hac gaudet immunitate, ut cõfugiens ad illud debeat esse tutus: puta si obuiauerit sacerdoti illud portanti, & se adiunxerit: quia vbi est rõ maior, ibi & ius maius, & mulier tangens fimbriam Christi sanata est, Matth. 9. Nec tamen sic saluatur damnatus ad mortem, recipiens Christi corpus, q̃a occiditur, licet rõnabiliter in aliam diem differatur. Et ratio est, secũdũ eum, quia ad ecclesiam fugiens liber ad eã venit, ideoque debet in ea libertate defendi; corpus autem Christi datum in eo, qui est in in carcere, non inuenit libertatem.

2 SECVNDO † quæritur, qui de numero fugientium ad dicta loca hac immunitate, non gaudeant, nec sint tuti? Et dico quod tria genera personarum. ¶ Primum est latronum publicorum, idest secundnm Panor. in ca. inter alia. eod. titu. qui palam & publice furantur: vel pubice stant ad stratas, vel in castris, vt transeuntes prædentur. Secũdum est eorum, qui sunt nocturni populatores agrorum, i. secundum Innoc. qui nocte agros populantur & vastant: siue ẽt secundum Panor. qui noctu obsident stratas, tales in abstrahi ab ecclesia possunt. 17. quæst. 4. sicut & extr. eo. inter alia. ¶ Tertium est eorum, qui maleficium aliquot enorme commitunt in cœmeterio, vel ecclesia sub spe, quod ab illa defendantur, quod secundum Host. semper præsumitur, nisi probetur contrarium, qui ab eadem ecclesia nõ defenduntur extra eod. immunitatem nec etiam ab alia si ad eam confugiant, secundum Vernec. quia cum vna sit per orbem ecclesia, licet sint multę particulares, qui facit iniuriam vni ecclesiæ, omnibus facit. Contrarium tamẽ de consuetudine seruatur apud aliquos, forte putantes secundum eundẽ, ꝙ sicut minor utitur suo priuilegio cõtra alium minorem: ita una ecclesia contra aliam. Et licet d. c. immunitatẽ loquatur de homicidio & mutilatione, tamẽ secundum Pan. ibi locum habet in omnibus alijs grauibus delictis propter identitatem rationis: vnde secus in nõ enormibus ibi cõmissis quia gaudet. Si autem commisit quis maleficium in ecclesia vel cœmeterio, sed non sub prædicta, spe secundum Pan. non defenditur, alias non habet locum ratio illius. c. quę est in ecclesia, vel cęmeterio delinquere sub dicta spe. Qui etiã sub prædicta spe extra ecclesiã, vel cœmeterium delinquit, gaudet immunitate, argum. d. cap. immunitatem. & de hoc etiã vide §. seq. par. 5. ¶ Quartum genus secundũ Pet. de Anch. est raptorum virginum, adulterorũ, & homicidarũ, per auth. de man. princ.

§. quod

§. φ si delinquentes: tñ cõiter tenetur, & verius, φ illa auth. per ius canonicum est correcta, & φ solum excipiatur prædicta tria genera: & quartum quod excipiatur secũdum q̃d, idest, seruorum, qui si præstita a domino cautione de impunitate exire nolint de ecclesia, inuiti compelluntur, & redduntur dño. 17. q. 4. id constituimus, & extra eo. inter. ¶ Tertio quæritur, qui gaudeant prædicta immunitate confugij? Et dico in genere, φ omnes, prædictis exceptis, etiam Iudæi, & Pagani, secundũ Host. Bern. & Innoc. sed quia de multis potest esse dubium, multa specialiter dico. ¶ Primum Iudæus ad ecclesiã fugiens gaudet ista immunitate. secundum gloss. in d. c. inter alia. de immu. eccle. & Innoc. & Host. & Bern. & Verue. secundum gl. vero in l. 3. C. de his qui ad eccl. confug. non gaudet. & hoc Pan. in d. c. inter, dicit esse verius: quia lex prædicta inducit præsumptionem iuris, & de iure, contra quam nõ admittitur probatio di. 50. ferrum, quia confugit non propter zelum fidei, sed propter euasionem debitorum, vel criminum. Sum. vero Ang. contra Supple. tenentem indistincte, quod gaudet distinguit, quia gaudet si petit baptismum, alias non quia vr̃ euenisse vt effugiat, non causa fidei. Sed ego dico cũ prima opinione indistincte, quod gaudet: quia gratiosam constitutionem non excipientem, eũ nos restringere non debemus: maxime quia motiuũ aliorũ est friuolũ, quia malefactores ad ecclesiam confugiẽtes iure defendendi pro maiori parte confugiunt timore pœnarum, quã zelo fidei, vel religionis. ¶ Secundum. De Pagano idem, quod de Iudæo tenet Innoc. Bern. & Hostien. & Veruec. quod gaudet. & ita tenet, non obstãte quod Pano. videtur velle vbi supra, quod solus catholicus gaudeat. De excõicato vero licet quidam dubitent, tamen idem sentit Veruec. quod de prædictis. & hoc tene: quia lex eum non excipit: licet idem Veruec. sequendam dicat in hoc consuetudinem approbatam. Et idem puto de hæretico quantum ad maleficia alia ab hæresi. ¶ Tertium. Clerici, & religiosi hac immunitatẽ non gaudẽt secundum Pan. in d. c. inter alia: si iudex ecclesiasticus causa disciplinæ vult eos de ecclesia extrahere, & flagellare, vel in carcerem trudere: quod apertissima rõne probat, præsertim in religiosis, qui raro, aut nunquã exeũt claustrum monasterij: quia in monasterio secũdũ eorum regulam & iura communia per superiores possunt in monasterio arceri, verberari, & incarcerari, & si opus est de monasterio expelli, & i arctiori detrudi, vt in c. vniuersitatis. de sent. excom. ¶ Quartum. Fugientes ad ecclesiam tempore belli gaudent hac immunitate, si eã non incastellarunt, aut inde non pugnarunt. ar. c. fi. eod. tit. nec capi debent res eorum ibidem repositę, nisi essent de nõ gaudentib. hac immunitate. 17. q. 4. sicut antiquitus. ¶ Quintum Retentus, & sub iuramẽto redeundi dimissus, si fugiat ad ecclesiam, secũdum Ioan. And. in addi. ad Spec. de iureiuran. non redibit, si iniuste detinebatur: maxime si imminet periculum mortis uel mutilationis, sed petet absolntionem a iuramento. Si vero iuste detinebatur, compellendus est redire, vt voluit Bar. in l. religati. ff. de pœn. Non tamẽ debet pati ecclesia vt inuitus abstrahatur, nisi præstita cautione de impunitate mortis, vel mutilationis. ¶ Sextum. 3 † Fugiens ad ecclesiã propter debitum, an isto priuilegio gaudeat? Pan. in d. c. inter alia. extr. eo. dicit, quod Legistæ in l. præsenti. C. de his qui ad eccl. confu. distinguunt. Nam si debitũ est propter tributum, s. debitum Principi, vt in auth. de mand. princ. §. publicorum vero tributorum, & ibi no. in gl. secundum Pet. ut refert Cyn. tenet φ non extrahetur, sed ibi cibatur, & si se defenderit, bene quidem: sin aũt procedetur admissionem in possessionem bonorum, & ita intelligitur d. auth. & placet Pan. quia non potuit Imperator per ius suum nouissimum præiudicare immunitati ecclesiæ per canones concessæ. Si vero debitum est propter aliud, non extrahetur inuitus, secundnm omnes in d. l. præsenti. ad in modo procedendi sunt opiniones. Sed mihi placet opinio Iac. de Rau. dicẽtis, φ dabitur sibi securitas standi & exeundi extra ecclesiam per 30. dies, intra quos respõdebit aduocatus ad iudicium, & iudex si dabit sentẽtiam contra eum, condemnabit, φ aut redeat ad ecclesiam, aut sententiæ pareat? Et cũ hac opi. transit Cyn. & adde, quod si nullo modo vult exire, constituet procuratorem.

4 QVARTO † quæritur, quomodo ab ecclesia defendi debet, qui ad illam confugit in casu, in quo est iure defendendus? Et dico, quod exceptis prædictis casibus, de quibus dictum est. §. 2. qualitercunque: aliter grauiter deliquerit, debent ecclesiæ rectores seruare illi vitam & membra imo etiam immunitatem ab omni corporali tormẽto, seu pęna corporis afflictiua. 17. quæstio. 4. constituit. & poterunt illum petenti concedere: recepta prius super impunitate eius idoneã cautionem, scilicet vel iuratoria tantum. 17. q. 4. id constituimus

mus,vel fideiussoria,& pęnali,si timeatur, ꝙ petens iuramentum non seruet,argu. de rest. spoliat.ex transmissa super eo quod fecit is q. confugit:aliàs legitime puniendus, extra eo. inter alia.Porrò quandiu est in eccclesia,nec extrahendus,nec vestis aut victualia illi negā da,nec molestādus.C.de his qui ad eccl. confug.l.præsenti.Quod si q.s cōtrafecerit, sciat se crimine læsæ maiestatis irretitum,vel vltimo supplicio puniendum.d.l.præsenti. & eo. tit.l.2.Ad requisita naturæ debitis exeat locis ita tamen quòd ad domos alias non accedat. 7.q.4.diffiniuit:tūc.n.capi posset. Igitur sicut dicit Pan.in d.c.inter alia talis non consequitur prorsus remissionem,sed tantum quantū ad duo principaliter,primo vt inde violenter extrahi non possit,secūdo, vt amplius de illo delicto damnari non possit ad mortē,aut aliā pœnam corporis afflictiuam, sed poterit dānari pecuniariter,& aliter quàm in ꝑsona: & dum est in ecclesia,poterit agi contra eū non solum ciuiliter,sed etiam criminaliter secundum eum.Et aduerte, ꝙ licet exeat de ecclesia,ex quo semel confugit ad eam iam nō potest de illo maleficio corporaliter damnari, secundum gl.in c.reum.17.q.4. & fuit sententia Hugon.& sequitur ibidem Arch.

5 QVINTO † quæritur, quis prouidebit ibi confugienti de expensis? Et dicunt quidā indistinctè,quod ecclesia,vt in l. præsenti. in fi. sicut rector carceris pro videbit captiuis. C. de epis.audient.iudices, & hoc notatur 17. q. 4.diffiniuit.Sed melius Pan.in d.ca.inter alia. distinguit post Hug.& Arch.quia aut ille habet proprium,& sibi prouidebit,aut non hēt: & victum manibus quæret, aut neutrum potest,& prouidebit ecclesia , tanquam pauperi.Et adde,quod si habet proprium , & eo vti nō potest,& ecclesia illi subuenerit , tenetur ad restitutionem vbi sua poterit rehabere , arg.eorum,quæ dicit S.Thom. quinto quolibet.art.17.

6 SEXTO † quæritur , quis sit huius immunitatis violator,quasi faciēs violentiā in ecclesia?Et dico planum esse de eo q.locum sacrū ingreditur, inde violēter confugā abducēs , sed citra alios, de quib. est dubium, dico multa.¶Primum.Qui existens extra cęmeterium vel ecclesiam trahit violēter eū qui est intra per partē clamydis exterius existentē,offendit hanc immunitatem,ſm Vin.in c.si.eo. tit. nam & sic trahens clericum,incideret in canonem:secus ſm Gof. si quis de loco immunitatis trahat volentem ad mortem , vel aliam pœnam : quia canon solam violentiam condemnat, quæ non fit violenti, adde ēt si dolo decipitur.Et idem Pan.¶Secundum.Qui existens in loco immunitatis percutit existentē, ext.secundum Pan.in c.fi.eo.tit.violat ecclesiæ immunitatem:quia delictum fuit ibi principatum,licet alibi consumatum, & habet locum c.fi.eod.tit.vt.s.non defendatur ab ecclesia , supple nisi probet se id non admisisse ea spe,vt protegeretur ab ecclesia.

7 BAR.† autem in l.quod ait.ff. de adult. dicit,quòd portans aliquem de platea extra plateam,& ibi illum percutiens, non punitur tā quam percutiens in platea,& ibi dicit , quod quando initium & finis loci & temporis sunt illicita,fauore rei inspicimus finē,vt de vtroque puniatur:Sed qñ principium est licitum, habens causam licitam,illud principiū inspicimus, pro quo facit optimè l. qui cū maior. ff.de bon.lib.Et per hoc soluitur dicta quęstio & sequens.Pone,quod aliquis insultauit aliquem in platea,& fugauit eum extra plateā ibique percussit:non videtur eum percutere, in platea.Pone alium casum.

8 STANTE † statuto, quòd quis sine pœna possit in sua possessione percutere eum qui illam ingreditur si ingredientem meam possessionem aggredior, & extra illam prosequor fugientē,ibique eum percutio,licitè ꝑcutio , seu occido:q̃a initium licitum fuit.Tene menti prædicta hæc ex illo,qui etiam ex d.l.quod ait,infert , ꝙ in maleficijs dicitur incōtinenti fieri,quod fit vno impetu,licet duret per horas illa rixa.Sed tamen dictum Bar.est verum vbi sunt plures actiones,vt aggressio, sequutio,& percutio,vt dictum vero Panor.vbi est vna tantum,puta vnus motus teli proiecti, q. incipit in vno loco,in alio finitur.

9 TERTIVM.† Qui existens in ecclesia mandat delictū cōmitti extra ecclesiam,vel cōtra existens extra ecclesiam mandat delictū cōmitti in ecclesia,vtrū violet immunitatē, vel gaudeat immunitate cōfugiens necne?Dicendum est,ꝙ ista qō dependet ab illa. † Vbi dr̃ delinquere mandator in loco.s.vbi mandauit an vbi delictum fuit expletum?Et dico,quod tex.in c.pastoralis.de re iud.in ver.desipisceret,iuncta gl.vt innuere,ꝙ ibi delictū cōmittat,vbi illud sequitur,vel expletur,q̃a ibi dr̃, ꝙ citatio facta intra fines Imperij,citatū extra Imperium constitutum non arctauit, & ita sentit Bartol.in l.si vt proponitur.ff.de fideiuss. & in l. non solum. §. si mandato. ff. de iureiurand. Sed tamen dic, quòd attribuetur

factum in loco vbi mandatur, quando exequens ex equitur necessitate iuris.

11 SEPTIMO † quæritur, vtrum violenter in casu illicito confugam extrahens de ecclesia teneatur illũ restituere? Et dicit Pan. in d. ca. inter alia, cum Bar. in l. præsenti. C. de his qui ad eccl. confu. ꝙ de iure potest petere se resti tui pristinæ libertati, cum de facto sit priuatus, & concord. Old. cons. 54. etiã ecclesia potest agere, cum sit spoliata, vt in c. miror. 17. q. 4. vbi dr̃, ꝙ ecclesia debet per excõicationẽ ad restitutionem compellere extrahentem, ac etiam interdicere ne a tota domo sua reci piantur oblationes, quod procedit etiam in extrahente seruum. Nec euitat iste restitutionẽ ẽt si sit dñs volens præstare iurm vel cautionem de impunitate, quia iniuriæ satisfieri debet ecclesiæ, & iuramentum ante extractionem pręstari debet, & nõ postea. Et facit hoc ad quęstionem, an captus in alieno territorio peti possit. Et dico, quòd sic, per d. c. minor. & firmat Bar. in l. si cui. ff. de accu.

12 OCTAVO † quæritur, quæ pœna punitur, qui tales extrahit violenter, aut constringit, vel negat requiem, vel vestes, vel victum? Et dico, quod de iure ciuili incurrit crimen læsæ maiestatis, vltimo supplicio feriendus. d. l. præsenti iure vero canonico debet excommunicari, & condemnari pecuniariter, & imponi sibi publica pęnitentia, nec restitui communioni, nisi restituat extractum, vt in d. ca. minor. iuncto c. si quis contumax, & c. quisque, & quod ibi not. 17. q. 4.

1 *Impensa triplices, necessaria, vtiles voluntaria, & quando repetantur.*

1 IMPENSAE † ab impendendo, sm̃ Azo. sunt triplices, s. necessariæ. i. quib. non factis res erat peritura, vel futura longe deterior. l. impensæ. ff. de verb. sig. vtiles, i. quibus nõ factis res non erat peritura, sed eis factis melior' effi citur, vt si fiat in domo fenestra, & volũtariæ idest quibus non factis res non erat peritura, nec eis factis est melior, sed amœnior, vt si fiant in domo picturæ. Voluntariæ non repetuntur, nec deducuntur, sicut necessariæ, & vtiles: sed licitũ est abradere sine læsione prioris status, si abrasæ possunt mihi aliquam vtilitatem afferre: alioquin non licet, sed imputet qui fecit, quia donasse videtur iuris fictione. Vide supra, Expensæ.

1 IMPEDIMENTVM quo ad matrimonium, vide infra Matrimonium 6. 7. & 8. Imperator, vide Papa. §. 10. Item supra, Electio 3. §. 4. & 5.

IMPERIVM merum est habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod & potestas appellatur. Imperium vero mixtum in dãda possessione cõsistit, vt in l. Imperium. ff. de iurisd. om. iud. vbi glo. vide. De iuramento Imperatoris coronãdi, infra Iuramentum. 1. ad finem.

1 *Impossibile quot modis dicatur.*

1 IMPOSSIBILE † dicitur quod fieri, aut esse non potest, & hoc dupliciter, s. primò, q̃a simpliciter fieri non potest, siue de facto, vt cœlũ sit terra: siue de iure, vt quod homo furentur, & secundò, quia fieri quidẽ potest, sed cũ difficultate, vt quòd claudus velociter currat: sicut inuisibile dicitur, quod cum difficultate vr̃: vnde iuridice impossibile dr̃ tripliciter, primo, ꝙ non potest fieri iuste. 24. q. 2. sane el 1. & est in argu. ꝙ illud possumus, quod de iure possumus, secundo, quod non potest fieri commodè, & sic dist. 61. Catanensis ecclesiæ. ff. de verb. signif. l. nepos Proculo, tertio, quod non potest fieri honestè, vt de condi. institut. l. filius, vide etiam supra, Facere.

1 *Impubes quis dicatur.*

2 *Impubes an sit aliquando testis, & qualiter torqueatur.*

1 IMPVBES † a pube, i. a pudentia corporis dictus, quia hæc loca, primò lanuginem ducunt. de despon. impub. puberes, dr̃ masculus donec compleuerit 14. annum fœmina vero 12. C. quando tut. vel cur. l. fin. & Inst. quibus mo. fi. tu. in prin. quòd Sum. Ang. verum dicit quo ad tutelam, non quo ad matrimoniũ cõtrahendum, sed tandiu est impubes masculus vel fœmina, quamdiu generare nõ potest, vt in d. c. puberes. in tex. & in gl. Sed hoc non bene dicitur, quia illud c. loquitur de pubertate naturaliter, quia cõmuniter in 14. anno quo ad masculum, & in 12. quo ad fœminam completur, ideo iuridice loquendo etiam in dicto termino completur, vt patet in c. ex literis, de despon. impub. & ita cum Ray. & communiter alijs Doct. tenet Ros.

2 IMPVBES † autem secundum Bar. in l. talis C. de his quib. vt in d. licet nõ sit idoneus testis in maleficijs, vt in l. testimonium. ff. de test. tamen hoc est verum quantum ad plenam probationẽ, sed ad iudicium bene potest examinari, & sic dictum eius est sufficiens iudicium. Non debet etiam impubes torqueri, terreri tamen solet, & habena, vel ferula cædi. ff. ad S. C. Syllan l. 1. §. Impubere. Non potest etiam impubes, vel furiosus committere capitalem fraudem, id est, non potest mereri pęnã, qua capite

capite puniendus ſit.ff.de ędil.edic.l.cum aũt §.1.& facit.C.de falſ.& mon.l.1.

¶Inanis Gloria,inf.Vana gloria.

¶Incantatio, vide inf.Sortilegium ij.

¶Incarceratvs, vide ſup.Carcer.

De Incendiario,& Incendio.

1 *Incendiarius,quid dicatur.*
2 *Incendiarij pœna ciuilis,& canonica.*
3 *Incendiarius quid reſtituere teneatur.*
4 *Igne ſi quis quid eripiat,an reſtituat.*
5 *Domum vicini diruens ob appropinquans incendiũ an teneatur.*

1 INcendiarivs † propriè,ſecundum Ray. Coſ.& Hoſt.eſt,qui auctoritate propria incendit ciuitatem,villam,manſionem,ſegetẽ, & ſimilia aliena incendit malo ſtudio, puta odio,aut vindicta.13.q.vlt.peſſimam.12.q.2. cum deuotiſſimam.de iniur.ſi quis domum,& ſimiliter qui ad hoc dedit mandatum,auxiliũ vel conſilium ſcienter, vt in d.c.peſſimũ.Non ergo eſt incendiarius, qui hoc facit auctoritate potentis indicere bellum:nec qui in domo vel ſegete propria,niſi ex dolo, vt incenderet aliena,ſecundum gl.& Ray. peccare tñ abutendo re ſua:nec qui non malo ſtudio, ſed caſu,vel negligentia, quia licet ex negligentia teneatur ad intereſſe,vt de iniur.c.ſi. non tenetur pęna incendiarij, niſi fuerit culpa tã lata,vt luxuriæ,aut dolo ſit proxima, vt in l. pe.ff.de incend.& concor.Goſ.& Hoſt.

2 Primo † vero quæritur, quæ ſit pœna incendiarij?Et dico,ꝙ de iure ciuili eſt, vt ipſe igne cremetur,vel ſubiiciatur beſtijs:ſi humiliori loco exiſtens,id fecerit:ſi vero in aliquo gradu capite punitur,aut deportatur in inſulam,ff.de incend.l.qui ædes.& l.vlt. & pen. ff. de pœn.l.capitalium ff.ad l. Corn. de ſic. l. ſi quis dolo.De iure vero canonico incẽdiarius eccleſiæ,vel religioſi loci,aut cœmeterii, vel ſpatii priuilegiati in circuitu eccleſiæ, eſt ipſo iure excommunicatus,poſt denuntiationem a ſolo Papa abſoluendus, vt dictum eſt ſup. Excommunicatio.7.excommunicatione 7.Incendiarius vero aliorum locorum cum mandantibus conſulentibus,& fauentibus eſt excommunicandus.23.quæſt.8.ſi quis membrorum,& c.peſſimã, qui etiam a ſolo Papa poſt denunciationem abſoluuntur, vt dictum eſt vbi ſup. imò tales alicubi ipſo facto habentur pro excommunicatis ex conſuetudine, licet re vera ſine conſtitutione,aut ſententia excommunicatio non feratur, vt ſupra Excommunicatio 7.§ 7.

3 Vltra † hoc autem qui ſcienter, & volũtariè facit,vel ex culpa lata,tenetur de omni damno.de iniur.ſi egreſſus.cum cap.ſeq.& facit l.ſi fortuitu.ff.de incend. & non ſolum de damno incẽdii, ſed ẽt rerum perditarum cauſa incẽdii.arg.c.ſi.de iniur. Si verò culpa fuit leuis,aut leuiſſima, ſimiliter tenetur ad reſtitutionem,ſi de huiuſmodi culpis tenebatur, de quo ſupra,Culpa.§.4.non tamen creditur peccaſſe mortaliter. Si verò de contingentibus nihil omiſit non tenetur.

4 Secvndo † quæritur, vtrum rapiens bona eorum,qui patiuntur incendium,teneatur ad reſtitutionem?Et dico, ꝙ ſic, de iniur. ſi quis domum,niſi haberentur pro derelictis:puta, quia ignis tantum inuoluit, quòd nullus ſine periculo vitæ poteſt illis ſuccurrere,& dominus relinquebat illa incendio, quo caſu rapiens non tenetur reſtituere neceſſario, arg. l.ſi quis merces.ff.pro derelicto.

5 Tertio † quæritur, vtrum euertẽs domũ vicini,timens ſuæ ex incendio,teneatur ad reſtitutionem?Et dicit Dir.tit.de incend. ꝙ nõ, ſi metus erat iuſtus,puta quia iam ignis peruenerat ad domum vicini,vel probabiliter dubitatur, vt quia tp̃s erat ventoſum,& huiuſmodi l.3.§.quod ait præter.ff.de incend. Vnde dicit tex.in l.ſi alius fecerit.§. eſt & alia exceptio.ff.quod vi,aut clam,ꝙ nullã iniuriam, aut damnum dare vr̃ æque perituris ædibus, & facit l.ſi quis fumo.§. quod dr̃. ff. ad legem Aquil. Si verò non fuit iuſtus metus: & tunc tenetur ad damnum ſimplum,ſecundum Ho. qui tamen addit,quòd ſi vicinitate domus alicuius diruta eſt iuſto metu incendii, quòd iudex ex officio,& ſumma æquitate facere debet,vt ei quiſq; vicinorum ſatisfaciat pro ſua parte.arg.l.1.§.æquiſſimũ.ff.ad l.Rho. de iac. & l.interdum,ff.qui po.in pig.ha.

¶Incertorvm reſtitutio declaratur inf.Reſtitutio.8.per totum.

Incestvs,infra Luxuria.

1 *Incorrigibilis de facto, & de iure quando quis dicatur.*

1 INcorrigibilis † dicitur,qui corrigi nõ poteſt,quod dupliciter eſt,ſ.de facto,& iuridicè.Incorrigibilis de facto dr̃ dupliciter,ſ. ſimpl'r,& ſic quo ad vitia nullus eſt in via, quia ſunt voluntaria,& ſecundum quid, ſiue difficulter,& ſic eſt his,q́ aſſueuit vitia,aut ex cõplexione naturali inclinatur ad illa, quia difficile eſt conſuetudinem,aut naturalem ſenſualitatis inclinationem euincere. Incorrigibilis verò iuridicè eſt,de quo iura,& Iuriſtę loquũtur.Incorrigibilis igitur ſm̃ Bal.dr̃, qui iudici

non paret in extremo iurisdictionis, quod est sententia. Contumax verò, qui non paret in principio, quòd est citatio. Secundum Anto. vero de But. dicitur incorrigibilis, qui postquam penitus est condemnatus, iterum fertur ad idem crimen. de sent. excõ. vt famæ. Et licet non faciat pœnitentiam, non dicit propter incorrigibilis, nisi reuertatur ad delictũ simile, vel peius, nec faciat sui præsentiam iudici, vt lit. non cont. quoniam frequenter. §. 1. quia dũ facit sui præsentiam, vt iudex possit eum apprehendere, non est incorrigibilis; quia ecclesia adhuc habet, quid vltra faciat. de iud. cum non ab homine.

1 *Indefinita quando æquipolleat vniuersali.*

1 INDEFINITA † propositio, s. cuius depositũ est nomen appellatiuum sine signo vniuersali, & particulari, vt vẽditor tenet de re, vel de euictione, aliqñ sumitur pro vniuersali in iure, vt cũ lex dicit, fur est puniendus, ꝙ patet ex omnibus legib. sic loquentibus, cum eorum intellectu, quia natura legis est, oĩa, in quibus est medium suum eadem regula concludere, cum vbi est eadem ratio, idem ius debeat esse. ff. ad l. Aquil. l. illud. Itẽ qua rõne detraheret vnus de ista lege, & alius, & sic esset frustratoria. Differt tamen indefinita, ab vniuersali, secundum Bart. quia vniuersalis comprehẽdit omnia ex suo proprio significato: nõ autem indefinita, sed ex sua rõne, iuris interpretatione: vñ vniuersaliter tenetur ly hęres, cum dr̃, promitto, ꝙ hęres meus non tibi obstabit, i. nullus hæres meus, ff. de verb. obl. l. 2. §. fi. alias non esset certitudo, de quo diceretur, & similiter ly seruos meos textores, dicẽdo: Lego seruos meos textores, & omnes sunt textores, i. lego omnes seruos textores, non autem omnes simpliciter. l. præallegata quia ly textores, restringit ab alijs. Et vniuersaliter omnis indefinita legis, vel canonis ius tradere intendentis æquipollet vniuersali, si lege, vel canone non definitur, i. limitatur. 31. q. 1. quod si dormierit, quod Io. And. limitat, in eadem ratio sit omnium particularium in vniuerso comprehensorum: alias non. Vnde si ligatur lanam, non continetur tincta in legato. l. si cui. in princ. ff. de leg. 3. sed si legatur omnis lana, etiam tincta cedit legato. l. pediculis. §. labeo. ff. de auro, & argen. lega. in c. vt circa. de elect. lib. 6. Similiter etiam, secundũ alios, si obligo bona mea, non significat vniuersaliter, quia supplex, filij naturales, & concubina non continentur, quia ex natura istarum rerum quis ita ad illas afficitur, ꝙ nunq̃ vel rarò ea obligat: & consequenter in obligatione eas noluit comprehendere, imò nec comprehenduntur, si dicatur omnia bona mea, quia significatum sumitur ex verbis, & communi modo agendi, seu obligandi, cum debeant verba deseruire intentioni, non ecõtrario. 23. q. 5. humanæ aures. 28. dist. sedulo. 1. q. 1. Marcion. de verb. sig. intelligentia.

DE INDICIIS.

1 *Indicium quid, & quotuplex.*
2 *Indicium qualiter probetur.*
3 *Indicium vnum, an sufficiat ad torturam.*
4 *Indicia non sufficiunt, nisi reo detur eorum copia.*
5 *Fama, an sit sufficiens indicium, & an cum vno teste probet.*
6 *Socius criminis quale contra socium faciat indicium.*
7 *Testes singulares, an faciant indicium, vel probationem.*

1 INDICIVM † dictum ab indicando, seu notificando, est medium intellectuale veritatis eliciendæ ex aliqua singulari circũstantia insurgens. C. de rei ven. l. indicia, & melius in l. fi. C. de prob. vide sup. Fama. §. 7. Indiciũ aũt plenum, secundum Bart. in l. ea quidem. C. de accus. est diuinatio rei per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tanquã verò quiescit, & plus inuestigare non curat, vt d. l. indicia. Semiplenum verò, est præsumptio fortiter mouens animum ad aliquod credẽdum, vel dicendum; de quo in l. cum probatio. ff. de prob. Pro quo nota, ꝙ triplex est indiciũ, s. leue, adijciendum, violentum, quod probationem facit, & probabile, quod mediat ĩter hæc, & facit præsumptionẽ, & sufficit ad torturam. de quo inf. Inquisitio. 1. §. 11. in fi. & inquisitio. 2. §. 9. Adde secundum Paridem de Puteo, in suo tractatu de syndicatu, quòd indicium, cui frequenter contingit abesse veritatem, est leue, argu. in l. non homo. C. Vnde cogn. Est verò graue, si ei frequenter veritatem contingit adesse, & æquiparat p̃sumptioni iuris, vt no. per Cy. in l. metum. ff. de dolo.

2 PRIMO † verò quæritur, qualiter probetur indicium? Et dico, quod ad minus per duos testes, vt est gl. & ibi Doct. in l. fi. C. fam. ercis. & Bar. in l. fi. ff. de quæst. & Angel. in l. quod metus cau. & Bald. in l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. & vt reo præiudicent, oportet testes citare, atque iurare, aliter non præiudicant, vt no. in l. si quis. ff. de adult.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum sufficiat indicium vnum a procedendum contra aliquem maxime ad torturam? Et dico, ꝙ non, regulariter

lariter, ſed oportet quod ſint plura, vt no. gl. & Bar. in l. 1. occiſorum. ff. ad Sylla. & Bald. in l. congruit. ff. de off. præſi. Teneret tamen proceſſus, ſi non opponeretur, quamuis plura nõ præceſſiſſent indicia, ſed tamen damnari non poſſet, etiam ſi in tormentis eſſet cõfeſſus, & poſtea ratificauit, vt eſt tex. cũ gl. & ibi Bart. in l. pen. de qu. ſecus ſi ſponte, & ſine tortura eſſet confeſſus, ſecũdum Pet. de Anch. in cle. 1. de homi. Aliqñ tamen ſufficit vnum indiciũ puta teſtis vnus integer & bonæ famæ, & omni exceptione maiori, id eſt, nulla exceptione repellibilis, ſm Pan. in ca. 1. de confeſ. & in c. 1. de teſti. qui teſtificatur, ꝙ vidit aliquem committere tale maleficium, & tunc poteſt poni ad torturã ad inquirendum, vt dicit Pan. in c. cum in cõtemplatione, de reg. iur. & no. gl. & Doct. in l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maieſt. & Bar. in l. 1. §. 2. & l. maritus, & l. pen. ff. de q. & Bal. in l. ſi. C. fam. erciſ. & Bal. in l. fin. C. de qu. Sed intellige ſi teſtificatur ſuper facto, vt, vidi Titium occidere: ſecus ſi ſuper indicio, vt vidi Titium cũ gladio euaginato, de quo Bar. in l. ſi. C. fam. erc. & in d. l. ſi. de q. & Pan. in c. tertio loco, de prob. & in c. ſuper eo. el 2. de teſti. Et ſimiliter cõfeſſio extraiudicialis rei, ſi eſt homo malæ vitæ, & conditionis, vt dicit Bar. in l. ſi. de quæſt. Item ſi iuuenis inuenitur exire de domo pulchræ mulieris, vel cum ea inuẽtus eſt in locis ſecretis, & aptis ad fornicandum, vt no. in ca. literis, de præſump. & hmõi, & ita vr̃ arbitrio iudicis relinquendũ, qñ iudicium vnum ſufficiat, maximè ſi procedit ex officio ſuo. Concluſiue ergo no. dictum Pan. in d. c. cum in contemplatione, & Bar. in l. fin. de quæſt. ꝙ quæ indicia ſufficiant ad qõnem, non poteſt dari certa doctrina, ſed relinquendum eſt iudicis arbitrio. Et ſimiliter eius arbitrio relinquitur, vtrum ſufficiat indicium vnum, vel plura requirantur ſecundum Ang. in lib. de malef. Adde etiam, quòd duo indicia leuia conſtituunt vnum ſufficiens ad torturam, ſecundum Bar. in l. ſi. ff. de quæſt.

4 Tertio † quæritur, vtrum ſufficiant indicia, ſi reo non detur copia & aduocato ſuo? Et dico, quod non, vt l. cuſtodias, & ibi gloſſ. Bart. Ang. & Imo. ff. de publi. iudi. quod limitat Ange. in l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. niſi quando iudex procedit ex mero officio ſuo, & non ad querelam, vt no. do. Ant. in c. qualiter, & quando, el 2. de accuſa.

5 Qvarto † quæritur, vtrum famã ſit ſufficiens indiciũ? Et dico, quod non. ſ. quo ad torturam, ſecundum Bar. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæſt. niſi iungatur cum alijs indicijs. Fama tñ cum vno teſte in ciuilib. facit plenam probationẽ, vt in c. veniens, el 1. de teſt. Secus in criminalibus, & ipſa ſola aliqñ inducit purgationẽ canonicã, vt inf. Infamia. §. 2. Aliqui tñ volunt, ꝙ infamia vehemens faciat indiciũ ſufficiens, de quo vide Paridem, vbi ſupra.

6 Qvinto † quæritur, vtrum particeps criminis interrogatus, vel ſua ſponte dicens, faciat indicium contra ſocium? Et dico, quòd non, vt no. Barto. in l. ſi ſeruus. ff. de quæſt. maximè cum omne indicium debeat probari ꝑ duos teſtes. vt §. 1. dictum eſt. Similiter nec pater, nec filius, aut alij commẽſales, de quibus in l. parentes, & liberi, C. de teſtam. vt no. Barto. in d. §. idem Cornelio. & hoc quando nulla alia indicia vrgentia præcedant. Et ideo ſocius de ſocio non eſt interrogandus. l. ſi. C. de accu. Fallit in aſſaſſinis, vt no. gloſ. in l. non ideo minus. C. de accu. & in delictis in offenſam generalitatis, vt no. Bart. in l. reperi. ff. de quæſt. ſicut ſunt latrones, & huiuſmodi, vide infra Inquiſitio. §. 3. partic. 5. Vnde licet vnus teſtis omni exceptione maior deponens directè ſuper facto principali, puta, quia vidit cõmitti tale maleficium, faciat indicium ſufficiens ad torturam, vt dictum eſt. §. ſecundo, tamen ſupradictus ſocius, ex quo ſuum crimen eſt confeſſus, eſt infamis, ſaltem infamia facti, ideoque non eſt teſtis omni exceptione maior. Vnde Bald. in c. 1. §. ſacramentum. de conſue. rec. feu. dicit illud dictũ. ſ. vnũ teſtem facere indicium, debere intelligi, ſi eſt vitæ probatæ, vel bonæ opinionis: nec poteſt haberi ſuſpectus familiaritate, vel mala fama aut alia cauſa iudicis arbitrio: ideo, ſecundũ eum, infamis infamia facti non eſt idoneus teſtis, vt no. etiam ipſe Bald. in fin. C. de requi. re. per no. ibi per glo. quod tamen fallit, quando de crimine agitur ciuiliter, ſecundũ Pan. in c. quoniam. de teſti. de quo vide ſup. Cauſa, §. 5. Si vero agatur criminaliter, vide eundem in c. 2. de confeſ. & dic, quòd tunc materia eſt per Legiſtas, & Canoniſtas inuoluta, & fortè dici poſſet, quòd particeps criminis tũc facit indicium dupliciter. Primo, quando ſine ſocio, delictum committi nõ potuit, vt fornicatio & ſodomia, & nõ apparet ratio quare magis nominet hunc ſocium, quam illum & ſecundò generaliter, quãdo ex coniecturis tollitur illa præſumptio, qua ratione infamiæ ſuſpectus eſt de veritate, vt quia nõ eſt aſtutus nec ſubornatus, nec impœnitens, & res eſt veriſimilis, & huiuſmodi, quę iudicis arbitrio re

linquuntur: & maximè si procedit ex officio suo, & ita sentit Bal. in c. 1. in §. sacramentum. de cõs. recti feu. s. quòd stetur iudicis arbitrio & tertio in casibus, in quibus potest quis interrogari de sociis, secundum Ang. & Paridẽ vbi sup. Quando autem possit quis interrogari de sociis, vide Pan. in c. 1. de confessi. & in c. quoniam, de testibus.

7 Sexto † quæritur, quid si essent duo vel tres testes singulares, iuxta dicẽda, inf. Testis. §. 3. Et dico, ꝙ nullo modo coniungi possunt ad faciendum indicium, nisi aliquis sit testis oĩ exceptione maior, vt dictũ est. §. 2. & 5. & multo minus ad faciendam probationẽ Rõ, quia cũ duo testes requirãtur regulariter, vt dictum est, tales non sufficiũt: quia vnũquodque dictum de per se imperfectum est, & ita no. Bald. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. & patet per no. per do. Ant. in c. licet, de testi. dum loquitur de probatione ꝑ testes singulares. Nec obstat, ꝙ vnus testis deponens super facto principali, iungatur cum ꝓbatione famæ, vt probatur in l. 3. §. eiusdem ff. de testi. & per Bar. in l. admonendi. ff. de iureiuran. istud enim est q̃a hic est perfectum, s. vnus testis integer, vt dictum est, & fama, quæ faciũt perfectum indicium, vt no. Bar. in l. de minore. §. si pluries. ff. de q. Item non obstat, ꝙ duæ probationes semiplenæ diuersi generis coniungantur ad vnam plenam faciendam, iuxta no. Bart. in d. l. admonendi, quia illud verum est, quando coniunguntur ad eundem actum sed diuersę probationes diuersorum actuum & generum nunquam ad faciendã plenam ꝓbationem coniunguntur. Iste est casus, & ita deducit Bald. in l. obseruare C. quorum appe. non re. & posuit do. Ant. in c. veniens, el 1. de testi. Ex quibus infertur, ꝙ duæ mulieres dicẽtes se peccasse cum aliquo, iungi non possunt ad faciendum iudicium perfectum, nec ad arctandum ad veritatem dicendam, etiam cum aliquibus coniecturis, maxime cum deponãt de delicto in earum corpore perpetrato, iuxta no. per Bar. in l. si quis in grau. ff. ad Senatusconf. Syllanianum, vbi dicit, quòd nullum faciunt iudicium, & idem Ange. in l. secunda. C. de calumniatoribus.

Indignatio est iræ filia, quæ audire, aut videre non valet eum cui irascitur, & communiter est veniale: mortale vero ꝑ accidens vt, forte ratione scandali, vel quia negat loquelam, aut responsum, vel huiusmodi, in casu, in quo diuino præcepto tenetur. de quo vide supra Charitas. §. 4. & 5.

¶ Induciae, secundum glo. sum. 3. q. 2. sunt quintuplices. Vide ibi.

DE INDVLGENTIIS.

1 *Indulgentia variè sumitur, & nu. 3.*
2 *Indulgentia an sit aliquando ius commune.*
4 *Indulgentiarum quę est rõ, & quod fundamẽtum.*
5 *Indulgentię ad quid valeant, & qua mensura, & nu 6. 7. & 8.*
9 *Indulgentias quis possit dare. nu. 11. & seq.*
10 *Ecclesia cui congregationi assimilatur.*
12 *Sacerdos an concedere possit indulgentias.*
13 *Episcopus nondum consecratus, an concedat indulgentias.*
14 *Indulgentias quando concedant prælati hominibus sibi subditi.*
15 *Indulgentię a prelato concessę vltra summam, an sint nullæ.*
16 *Indulgentię an expirent morte concedentis.*
17 *Indulgentię reuocatio an debeat notificari.*
18 *Indulgentiam quibus ex causis facere liceat.*
19 *Indulgentię vt alicui prosint, qu id requiratur, & num 21.*
20 *Confessio an requiratur ad obtinẽdam indulgẽtiã.*
22 *Indulgentiarũ clausulę qualiter sint exponendę.*
23 *Indulgentia an tollere possi pęnitentiã iniunctam.*
24 *Indulgentia plenaria a quo & quando detur.*
25 *Articulus mortis qualiter intelligatur ad obtinendam indulgentiam.*
26 *Confiteri qualiter debeat quis in articulo mortis ad obtinendam plenam indulgentiam.*
27 *Venialia non confessa an impediant effectum indulgentię.*
28 *Forma absolutionis plenarię.*
29 *Sacerdotem non oportet esse eum, qui plenam remissionem confitenti dat virtute bullę.*
30 *Satisfacere an debeat q̃s, ut habeat indulgentiam.*
31 *Electio confessoris qualiter intelligatur.*
32 *Peccatum mortale tempore impletionis indulti, an impediat indulgentiam.*
33 *Indulgẽtiam plenariam assequutus mox volat ad cœlum.*
34 *Religiosi prędicãtes indulgentias indiscretas, qualiter puniantur.*

Indvlgentia nobis per scripturam minime innotuit: licet inducatur illud. 2. Corin. 1. Si quid donaui vobis. Sed nec per dicta antiquorum Doctorum, sed modernorum, Dicitur enim Greg. Indulgentiam septẽnem in stationibus Romæ posuisse, & quia ecclesia hoc facit & seruat, credendum est ita esse quia regitur Spiritu sancto.

1 Indvlgentia † ergo ab indulgeo dicta est, quod multa significat. Primò scilicet gratiæ collationem: sicut Papa alicui dicitur potesta-

potestatem aliquam indulsisse. Secundo assiduitatem alicuius exercitij, vel operis, vt idē sit indulgere, quod operam dare; sicut dr̄ quis indulgere gulæ. Et tertio remissionem debiti vel actionis, cuius hr̄ ius aduersus aliquem, sicut qui habet actionem iniuriarum, aut pecuniarum indulget per remissionem, & Deus indulgere peccata dicitur. Igitur per aliquam similitudinem ad prædicta indulgentia multa significat, de quo vide Arch. & Gem. in c. indulgentiæ. de pœ. & rem. li. 6. A quibus solum dissentio in hoc.

2 QVIA † indulgentiam dicunt aliqñ vocari ius cōe. 23. q. 2. interfectores. & 35. q. 1. de incestuosis. Sed hoc nō dr̄ propriæ, sed ꝙ aliquando fuit indulgentia, bene potest esse ius commune, secundum gl. in d. c. interfectores.

3 VNDE † dico, ꝙ indulgentia primo significat concessionem gratiæ, ut lite pen. c. fi. de priui. dudum, & secundo, ipsam alicuius operis assiduitatem, licet alio modo, quam verbum. Et tertio proprijssime significat remissionem, siue relaxationē debiti ex parte eius cui indulgetur siue actionis ex parte indulgentis, siue relaxat actionem in iuris rigore dispensando, vt di. 77. c. fi. in fi. de elect. dudum, el 2. siue pœnam, ad quam quis ei obligatur. 2. q. 3. si quem §. vnde. Et quia quantum ad effectum idem est remittere debitum, & dare, vnde illud soluatur: inde quarto dicitur indulgentia donatio illius, quo quis debitum solui: sicut si factor, vel œconomus alicuius magni domini de thesauris, quos habuit a domino, vel seruis eius, eo volēte daret debitori eiusdem domini vnde solueret illi, vel offerret ipsi domino pro eo, diceretur debitum indulgere, nō quia indulgeat, sed quia fecit, ut illi debitum non imputetur a domino ac si esset remissum & sic sumitur indulgentia in proposito, vt patebit per S. Th. statim Vnde indulgentia non est remissio pœnæ, vt diffiniuit Sum. Ang. nec relaxatio eiusdē, vt dicit Sū. Ros. quia ecclesia facit indulgentias quantum ad omnes pęnas, & tamen non absoluit ab omni pœna. Vnde S. Thom. in 4. distinct. 2. quæst. 1. artic. 3. quæst. 1. ad secundum. soluens illud motiuum, quia inferior ipso Papa absoluere non potest a pęna ad quam superior ligauit, i. Deus, Dicit, quod iste, qui indulgentiam suscipit, non absoluitur, simpliciter loquendo, a debito pęnæ: sed datur sibi unde debitum soluat. Est ergo indulgentia ecclesiastica donatio alicuius sumpti de thesauro spirituali ecclesiæ facta peccatori, vt inde satisfaciat Deo pœnarum creditori. & hoc clarius patebit. § . seq.

4 PRIMO † vero quæritur, quid est fundamentum & rō faciendi huiusmodi indulgentias? Et dicit S. Thom. ubi sup. sic: Ratio quare ualere possunt indulgentiæ, est vnitas corporis mystici, in qua multi in operibus pęnitentiæ supererogauerūt ad mensuram debitorū suorum, & multas tribulationes iniuste sustinuerunt patienter, per quas multitudo pęnarum poterat expiari, si eis deberetur. Quorum meritorum tanta est copia, ꝙ omnem pęnam debitam nunc viuētibus excedunt, & præcipue propter meritum Christi, quod & si in sacris operetur, nō tamē eius efficacia in sacris includitur: sed sua infinitate efficaciā sacrorū excedit. Dictum est aūt supra, ꝙ vnus pro alio satisfacere pōt. Sācti aūt, in quib. superabundātia operum satisfactionis inuenitur, nō determinate pro isto, qui remissione indiget, huiusmodi opera fecerūt: alias absque omni indulgentiam remissionem consequeretur, sed cōiter pro tota ecclesia: sicut Apost. dicit, se īplere ea, quæ desunt passioni Christi in corpore suo pro ecclesia, ad quam scribit 2. Cor. 1. & sic p̄dicta merito sūt cōia tota ecclesię. Ea aūt quæ sunt cōia multitudini alicui distribuūtur singulis de multitudine ₰m arbitrium eius q̄ multitudini p̄est. Vnde sicut aliquis cōsequeretur remissionē pęnæ, si alius pro eo satisfaceret: ita si ei satisfactio alterius si per eum, qui pōt, distribuatur. hæc illæ. & est cōis opinio Theologorū in 4. di. 20. & Canonistarum in c. indulgentiæ. de pę. & re. lib. 6. & clemen. vnica. de reli. & ven. san. & in d. cap. quod aūt. Sum. aūt Ang. ab isto fundamento declinans dicit cum Fran. d. Mairo. ꝙ cum merita sanctorū sint vltra condignū remunerata a Deo, & exhausta, dātur solū ex merito Christi, & passionis eius. Sed istud argumētū fuit. solutū anteq̃ factū a Pet. de Pal. in 4. ea dist. sic dicente, opus bonū pęnale sanctorum dupliciter considerari pōt. Primò. s. inquātum meritorium, & sic non transgreditur personā merētis: nisi solum meritum Christi, qui sibi, & alijs meruit: & sic nullus plus meruit, q̃ acceperit, vel accepturus sit in seipso, & secundo, inquantū est satisfactoria, & sic multi sancti plus satisfecerunt, quam debuerunt. Quia ergo sancti plus sustinuerunt, quam meruerint, & non solum animo merendi, sed etiam satisfaciendi & pro se quidem primo, deinde pro omnibus indigentibus, ₰m intentionem ecclesiæ, &c. hæc illæ. Ex cuius dictis, & Sanct. Tho. elice, quod actu, aut uirtute tripliciter sancti fe-

cerunt opera satisfactoria. Primò, pro se. Secundo, pro aliquibus determinatis personis, vna vel pluribus. Tertiò, pro ecclesia. Adde secundum eundem, ꝙ liberatio a pena tota, vel parte eius est in sacris & indulgētijs: sed in indulgentijs ex solutione, in sacris ex mera liberalitate Dei, quia dicere, ꝙ in eis Deus nihil remittat, nisi inquantum sibi soluit, aut de thesauro cōmuni ecclesiæ, aut de thesauro cordis, vel corporis, vel auris, est dicere Deum minus liberalem. hæc ex illo.

5 SECVNDO † quæritur, vtrum indulgentiæ valeant, & ad id quid, seu quę pœnæ ꝑ indulgentias remittantur? Et dicit S. Tho. vbi sup. quod ab omnibus cōceditur indulgentias aliquid valere, quia impium esset dicere, quod ecclesia aliquid vane faceret: sed ad quid valeant, fuerunt multæ opiniones, vt colligitur ab ipso ibi, & a gl. in c. quod autem. de pœ. & remis. Sed oēs aut sunt ita absurdæ, quod nec reprobare, nec recitare eas dignū est, vel reducuntur ad illam, quam S. Doctor ibi recitat, & quæ dicit, ꝙ non valēt ad absoluendū a reatu pœnæ, q̃ quis in purgatorio secundū iudicium Dei meretur: sed valent ad absoluēdū ab obligatione, qua sacerdos obligauit pęnitentem ad pœnam aliquam, vel ad quā ēt ordinatur ad canonum statutis. Sed hæc opinio, inquit, non vr̄ vera. Primò, quia est expsse contra priuilegium Petro datū, vt quod ī terra remitteret, remitteretur, & in cęlo. Vñ remissio, quæ fit quātum ad forum ecclesię, valet ēt quātum ad forum Dei: & præterea ecclesia hmōi indulgentias faciens, magis dānificaret quàm iuuaret, quia remitteret ad pęnas grauioris, i. purgatorij, absoluendo ab iniunctis. Et ideo aliter dicendum, ꝙ valēt & quantum ad forum ecclesiæ, & quantum ad forum Dei ad remissionē pęnæ residuæ post contritionem, & confessionem, & absolutionem, siue sit iniuncta, siue non. hæc ille, i. siue sit iniuncta per sacerdotem, vel canones, siue non sit ab eis iniuncta, sed a Deo iniungēda. Et hæc est vera, & communia opinio, quam sequitur Gofr. Io. And. & Pan. in d.c. quod autem, & communiter alij Canonistæ ibi, & Theologi in 4. dist. 20.

6 TERTIO † quæritur quantum indulgentię valent in remittendo prædictam pœnam? Et dicit S. Thom. de hoc multa esse opiniones. ¶ Prima dicit, ꝙ indulgentiarum valor mensuratur secundum internam suscipiētis deuotionem, nec valent quantum prædicātur, sed ecclesia pronūciat, vt quadam pia fraude homines ad bene faciendum alliciat. Sed cōtrā quia sicut scriptura iam non haberet robur auctoritatis, si in ea deprehenderetur aliqd falsitatis, sec. Aug. in Epist. ad Hiero. ita & ecclesia non haberet. ¶ Secunda dicit, ꝙ tm̄ valent quantum pronunciantur, secundum iustam æstimationem: non tn̄ dantis indulgentiam, qui fortè minus æstimat quod dat, aut recipientis, qui minus parum æstimare posse quod datur, sed secundum iudicium bonorū pensata conditione personæ, & vtilitate, & necessitate ecclesiæ. Sed hæc opinio stare nō pōt. Primò, qa ſm hoc indulgentiæ nō valerent ad remissionem, sed magis ad quandam cōmutationem: & præterea ꝑdicator ecclæ non excusaretur a mēdacio, cū qñq. indulgētia ꝑdicetur longe maior quam iusta æstimatio possit acquirere, pensatis oīb. prædictis, sicut cum adeunti vnam ecclesiam dātur septem anni, cuiusmodi indulgentias Gregor. Romæ instituit in stationib. Adde, ꝙ aliqñ ꝑ re minor ꝑdicator indulgentia maior, & pro eadem aliquando maior, aliquando minor. ¶ Tertia dicit, ꝙ quantitas remissionis nō mēsuratur secundū deuotionē suscipientis tm̄, nec eius quod datur, sed secūdum causam ꝑ qua indulgentia datur, ad quam secūdum ꝙ homo accedit, secundum hoc cōsequitur remissionem indulgentiæ, vt in toto, vel in parte. Sed contra, quia secundum hoc saluari nō potest ecclesiæ consuetudo, quæ pro eadem causa interdum maiorem, interdum minorē indulgentiam ponit, sicut rebus eodem modo se habentibus, visitantibus vnam ecclesiam aliquando annus, aliquando dies quadraginta dantur, prout gratiam facere voluerit Papa indulgentiam concedens.

7 ET † ideo dicendum, ꝙ quantitas effectus cōsequit̄ quantitatē causæ, causa aūt effectiua remissionis pœnæ in indulgentijs non est deuotio, aut labor, aut datū recipiētis, vel cā pro qua fiunt, sed abundantia meritorum ecclesiæ, quæ sufficit ad totam pœnam expiandam: vnde nō oportet ad aliquod illorū proportionare quantitatem remissionis, sed ad merita ecclesiæ, quæ semper superabundant: ideoq. secundū ꝙ applicant̄ ad istū, remissionē consequitur. Ad hoc aūt, ꝙ isti applicent̄, requirit̄ auctoritas dispēsandi hmōi thesaurum, & vnio eius, cui dispēsatur, ad eum, qui merebatur, quod est per charitatem, & rō dispēsandi, secundū quā seruatur intētio eorū, qui opera meritoria fecerunt, qui fecerūt ad honorē Dei, & vtilitatem ecclesiæ generali,

vnde

vnde oīs cā vergens in vtilitatem ecclesiæ,&
honorem Dei,eſt ratio ſufficiens indulgētias
faciēdi: vnde & dari pñt pro temporalib. nō
ſimpliciter ſed ordinatis ad ſpiritualia;puta,
repreſſionem inimicorum eccleſiæ pacē eius
perturbātium,conſtructionem eccleſiarum,
& pontium,& hmōi:vnde non datur ibi ſpi-
rituale pro tpali,ſed pro ſpirituali.Et ideo di
cendum eſt, ꝙ indulgentiæ ſimpliciter tm̄ va
lent, quantum prædicantur, modo ex parte
dantis ſic auctoritas, & ex parte recipientis
charitas,& ex parte cauſę pietas:q̄ honorem
Dei,& vtilitatem proximi comprehendit,&
in arbitrio dantis eſt taxare quantum de pæ-
na per indulgentiam remittatur, quia iſta re
miſſio eſt effectus clauis iuriſdictionis cū nō
pertineat ad clauē ordinis, vt dicetur. Talis
aūt effectus ſubiacet hoīs arbitrio, non autē
effectus clauis ordinis, ne in hoc fit nimis ma
gnum forum de miſericordia Dei,aut diuinę
iuſtitiæ derogatur, quia nihil de pœna dimit
titur,ſed pœna vnius alteri cōputatur. Si tñ
quis inordinatè remittat, ita ꝙ hoīes quaſi ꝓ
nihilo ab operib.pœnitentiæ reuocent, pec
cat faciens tales indulgentias, & nihilominꝰ
quis plenam indulgentiam conſequitur.hæc
ex S.Th.ex quib.patet, ꝙ ſi dr̄ indulgentia eſ
ſe decem dierum, valet decem dies:& ſi cen-
tum, valet centum, & generaliter tm̄ valet
quantum ſonat,modo adſint illa tria, quæ di
cit S.Tho.& adde quartū quod ipſe tanquam
manifeſtum tacuit,quod ſeruetur forma cō-
ceſſionis,i.fiat id quod mandatur, & ſub cu-
ius conditione indulgentia conceditur.

8 QVARTO †quæritur, qūo intelligendus ſit
iſte valor decem,aut certum dierum,vel hu-
iuſmodi?Et dico,ꝙ ſm cōem doctrinam,præ
cipue Alb.& Piſ.& Archid. & eſt mens S.Th.
cum dr̄,ꝙ tm̄ valent quantum ſonant, intelli
gitur,ꝙ ſi dñr dies eſſe centum,& ſunt tantū
nonaginta,ſed ſunt centum valentes tātum
ad remiſſionem pœnæ, quantam cētum dies
pœnitentiæ ſecundum taxationem factum
a iure,vel ſacerdote, vel iuſtitia diuina, quia
iſti dies non ſunt dies cæli, ſeu purgatorij,
ſed mundi. Et intendit,quod iſti dies centum
tantum valent, quantum ſi quis centum die-
bus faceret pœnitētiam, ſecundum cōem iu
ris,vel ſacerdotum, vel iuſtitiæ diuinæ impo
ſitionem factam, vel faciendā, intelligendo,
ꝙ iſta taxatio fiat,ſecundum diuinam iuſtitiā
principaliter:ſecundum canones verò ad ar
bitrium ſacerdotum ſecundario,inquantum
taxant ſecundum iuſtitiam Dei non declinā-
do ad minus,quia valerent plus,nec excedē-
do in plus,quia valerent minus: licet ad illud
plus iuſto impoſitum iam non teneretur pec
cator,quia eſſet illi remiſſum, non ratione in
dulgentiæ, quæ non datur, niſi in ordine ad
verum reatum pœnæ,& non exiſtimatū,ſed
ex implicita voluntate imponentis, qui ſuꝑ-
ueniente indulgentia non intendit ligare ad
aliquid,ſi fortè plus iuſto per errorem impo
ſuit.Iſti autem dies ſic taxati non valent p̄ci-
ſo centum purgatorij,quia cum forum ſit di
uerſum, forte ꝙ dies non reſpondet diei, ſed
paucis dieb. poteſt quis hic ſoluere pœnitē-
tiā ibi longo tpe peragendam: ideoq.ſecun-
dum prædictos, centum dies indulgentiæ æ-
quipollentes centum diebus pœnitentiæ nō
ſunt dies purgatorij,ſ.quantum eſt ex inten-
tione eccleſiæ,ſiue iſti dies rñdeant illis, ſiue
non.Vnde ſec.Veru.in 4.diſ.20.& Piſ. & com
munem doctrinam,ſicut centum dies pœni-
tentiæ plus valēt vni, q̄ alij ratione maioris
deuotionis,ita & centum dies indulgētiæ,ita
.ſ.ꝙ vnus per hoc abolere poterit magnum
tp̄s purgatorij, puta annū, alius vero paruū,
puta dimidium annum, quod tñ locum habe
re non vr̄, vbi plenariè datur, vel pro aliqua
determinata parte peccatorum: puta,tertia,
vel dimidia,& huiuſmodi.Cū opinione p̄di-
ctorum tranſit. Suppl.& Sum.Roſe.ſed Sum.
Ang.diſſentit. Tñ ad hoc, ꝙ illi dies plus va-
leāt vni,q̄ alteri ratione maioris deuotionis,
quia,inquit,vr̄ derogare verbis indulgentię,
cum dicatur, ꝙ datur indulgentia tot anno-
rum, & debeant intelligi de annis veræ, &
optimæ pnīæ faciendæ,quia verba in potio-
ri ſignificato ſunt intelligenda, & latiſſimè ī
beneficio Principis, de verb.ſig.c. olim tibi.
Sed iſtum ſuum motiuum nihil eſt, quia quæ
dicit de latiſſima intellectione verborū, verū
eſt,ſi hoc patitur intentio principis,per ver-
ba, & alia indicia deprehenſa, quod non eſt
in propoſito,quia cum dicit Papa,centū dies
de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxamus; lo-
quitur de pœnitentia explenda per iſtum,&
nō de optima, explebili per aliū deuotiorē.

9 QVINTO †quęritur de indulgentia ex par
te dantis,quis.ſ.& qualiter eā dare poſſit, &
debeat? Et dico multa. ¶ Primum.S.Thom.
in iſta quæſt.fundamentum tribuit in 4.ſent.
vbi ſupra art.4.quæſt.1.ſic virtualiter dicens.
Indulgentię habent effectum,ſecundū quòd
opera ſatisfactoria vnius computantur alte-
ri, non ſolum ex vi charitatis, ſed intentio-
ne operantis aliquo modo ad illum directa.

Sed

Sed intentio alterius ad alterum pōt tripliciter dirigi. Primò, in ſingulari, ſicut cū quis pro alio determinate ſatisfacit, & ſic q̄libet poteſt alteri ſua opera communicare. Et ſecundò in ſpeciali, vt cū quis orat pro ſua cōgregatione, & familiaribus, & benefactoribus: & ad hoc ordinat ēt ſua opera ſatisfactoria: & ſic qui congregationi præeſt, pōt illa alteri cōicare, applicando intentionem illorum, qui ſunt de congregatione ſua, ad hunc determinati. Tertiò, in generali, ſicut cū q̄s opera ſua ordinat ad bonum ecclæ in generali: & ſic qui præeſt eccleſiæ generaliter, poteſt opera illa applicare, cōicando intentionem ſuam ad hūc, vel illum. Et quia homo eſt pars congregationis, & congregatio ecclæ: ideo in intentione priuati boni includit̄ intentio boni cōgregationis, & boni totius eccleſiæ, ideo qui præeſt ecclæ, poteſt communicare ea, quæ ſunt congregationis, & huius hoīs, & qui præeſt congregationi, ea q̄ ſunt huius hoīs, ſed non conuertitur. Sed neq; prima communicatio, neque ſecunda, indulgētia dr̄, ſed ſolum tertia, propter duo. Primò, quia per illas communicationes quamuis homo ſoluatur a reatu pęnæ quantum ad Deū: tn̄ ſi ſoluitur a debito faciendi ſatisfactionē iniunctam, ad quam obligatus eſt ex præcepto eccleſiæ, a quo etiam debito abſoluitur per ſecundam. Secūdò, quia in vna perſona, vel in vna congregatione non eſt indeficientia meritorum, vt ſibi, & omnibus alijs valere poſſit, vnde iſte nō abſoluitur a pœna debita pro tota, niſi tantum determinatè pro eo fiat, quantum debeat, ſed in eccleſia tota eſt indeficientia meritorum propter meritū Chriſti: ideoq. ſolus ille, qui præficitur eccleſiæ, poteſt indulgentiam facere.

10 †Sed cum eccleſia ſit congregatio fideliū, congregatio aūt hoīum ſit duplex, ſ. œconomica, vt eorum qui ſunt de vna familia: & politica, vt eorum, qui ſunt de vno populo: ecclæſia aſſimilatur congregationi politicæ, quia ipſe populus eccleſia dr̄, ſed conuentus diuerſi, vel parochiæ in vna dięceſi ſimilant̄ cōgregationi in diuerſis familijs vel officijs. Et ideo ſolus Ep̄s proprie p̄latus eccleſię dr̄: ideoq; ipſe ſolus quaſi ſponſus annulū eccleſię recipit; ideoq; ſolus habet plenam poteſtatem in diſpenſatione ſacrorū, & iuriſdōnem in foro cauſarum, quaſi perſona publica: alij aūt ſecundum quod illis ab illo cōmittit. Sed ſacerdotes, qui plebibus præficiūtur, nō ſunt ſimpliciter prælati, ſed quaſi coadiutores, vnde in cōſecratione ſacerdotum Epiſcopus dicit. Quantò fragiliores ſumus, tāto magis his auxilijs indigemus, p̄p̄ quod etiā non omnia ſacra diſpenſant. Vnde ſacerdotes, parochiales, vel abbates, aut alij huiuſmodi prælati non poſſunt huiuſmodi indulgentias facere, hæc ille, qui intēdit, ꝙ hoc poteſt Papa ex propria auctoritate, Ep̄s vero eo ipſo, ꝙ eſt Ep̄s, ex commiſſione generali Papæ hoc poteſt particulariter in ordine ad ſubditos ſuos: reliqui vero ſolum ex commiſſione ſpeciali, & hoc etiam innuit Hoſt.

11 †Secvndvm, ſecundum Doct. in c. q̄d aūt. & in c. cum ex eo. de pœn. & remiſ. indulgentiam cōcedere poteſt: primò ſolus Papa plenarie in toto orbe, quia ſolus aſſumptus eſt ī plenitudine poteſtatis. d. c. cū ex eo. & 24. q. 1. quodcunq. & ſecundo legati dn̄i Bapæ pn̄t concedere perpetuam in terminis ſuæ legationis, ſicut & ſtatuta perpetua facere. de offic. leg. c. fi. in tex. & in gl. Et tertio, Archiep̄s in ſua prouincia, & Epiſcopus in ſua diœceſi, modò non excedant ſummam dierum 40. ēt ſi detur a pluribus, vel vnum annum in dedicatione Baſilicæ, & nō plus: ēt ſi dedicetur a pluribus, vt in d. c. cum ex eo, & ca. noſtro. eo. tit. & not. Card. in clem. 2. de pœnæ & remiſ. quod Inno. in d. c. cum ex eo. limitat, niſi in foro pœnitentiali, in quo poterunt concedere plures annos, modo faciant diſcrete. & idem Gem. in ca. indulgentia. de pœnæ & remiſ. lib. 6. & idem Ioan. And. Et quartò alij prælati inferiores, ſiue ſæculares, ſiue regulares, vt abbates, & huiuſmodi, ex ſpeciali conceſſione, aut priuilegio, vel cauſa legitima: puta, præſcriptione, non aliter, vt in c. accedentibus. de exceſ. præl. quia hoc eſt dignitatis epiſcopalis, vt in tex. in d. c. accedentib. poſſunt tn̄ communicare bona ſui collegij.

12 †Et quintò. Oēs ſacerdotes in foro pœnitentiali dare pn̄t indulgentiam his, quos pn̄t abſoluere, ſec. Sum. Ang. & Roſ. cōtra Supp. quæ adducit ad hoc multos Doct. Sed ex pręmiſſis patet hoc eſſe impoſſibile, proprie loquendo. Doc. autem, quos allegat, nihil aliud ſentiunt, niſi quod ſacerdos poteſt pœnā debitam minuere peccatori, non applicando merita per modum indulgentiæ, ſed augēdo erubeſcentiam, & contritionem virtute clauium, & exhibendo miniſterium in ſacro, in quo Deus aliquid remittit, & orādo pro peccatore, & etiam minuendo pœnam canonī, & ab alio iniunctam, in caſu, quo minui, & mutari poteſt quantum ad aliquid particu-

lariter

lariter iniunctum, ſed non ſic quin vere peccator teneatur ad illud aut ad æquiualens, ſi illud meruit hic, vel in purgatorio, quod facit indulgentia.

13 TERTIVM. Electus & confirmatus in epiſcopum, ſed nondum conſecratus, cõcedere poteſt indulgentias, ſi eſt presbyter, ſecundũ Hoſt. in c. accedentibus; & non aliter. Io. aũt Calde. poſt. S. Tho. tenet, ꝙ etiam ſi non ſit ſacerdos, hoc poteſt, & idem in legato. Et idem Pan. quia poſſe concedere has indulgentias, conſequitur iuriſdictionem, quam diaconi, & alij non ſacerdotes poſſunt habere, vel cõmiſſam, ſicut legati, vel ordinariam, ſicut electi: licet non conſecrati, in epiſcopos, aut ſacerdotes, vt in cap. ex tranſmiſſa, de elec. nec tollitur per peccatum dicta poteſtas quãdiu ab eccleſia tolerantur, ſecundum Rayn. & Hoſt. & facit c. dictum eſt, 1. q. 1.

14 QVARTVM. † Non poſſunt autem dicti prælati indulgentias concedere non ſubditis ſuis. Vnde ſecundum Pet. de Pal. præciſi, quia non habent ſubditos, nõ poſſunt indulgentiã facere. Fallit, quod dictum eſt, in duobus caſibus. Primò, in c. noſtro, de pœn. & remiſ. vbi archiepiſcopi cõcedunt ſimpliciter per totã prouinciam, licet non ſint eius ſubditi, niſi in caſibus iure expreſſis, quod tamen intellige quo ad non habentes ibi domiciliũ. Secundò, quando illi, qui volunt eas accipere, habent licentiã a proprio epiſcopo, ſecũdũ aliquos, vt no. Inn. in c. quod autem. de pœn. & remiſ. Imò ſecundũ alios de licentia proprij ſacerdotis parochialis, & cũ hoc tranſit Hoſt. Gul. ĩ Spe. dicit tutius eſſe, ꝙ habeatur cõſenſus epiſcopi: & ſufficit, ſecundũ eũ, conſenſus Metropolit. d. c. noſtro. Addit ẽt idem Gul. ibi, ꝙ ex cã, poteſt epiſcopus ſtatuens in ſua diœceſi concedere, vt indulgentiæ ſuæ proſint venientibus de diœceſi aliena cum epiſcopi. ſ. ꝓprij conſenſu, & facit d. cap. quod aũt, non tñ poſſet concedere, quòd indulgentiæ ab aliis ẽpis in eius diœceſi conceſſæ, valeant, quia in primo caſu illuc accedentes quodam modo forum conſecuntur, de fo. comp. Romana, §. contrahentes, lib. 6. In ſecundo verò alienam diœceſim, vt ibi iudicent, ingrediũtur, in qua alienum parochiarum ligare, aut ſoluere nõ poſſunt. alioquin vnus epiſcopus poſſet centum annos indirectè cõcedere. Ex quo patet, quòd literæ habitæ à diuerſis epiſcopis dãtibus indulgentias his, qui aliquibus faciũt eleemoſynas, nõ valent, niſi ſubſint ẽpo facienti, uel habeant licẽtiam a proprio epiſcopo, vel ſacerdote, vt tales in indulgentiæ eis proſint. de fo. compe. ſignificaſti, de pœn. & remiſſ. quod aũt vbi dicit Pan. quod tutum, & valde expediens eſt, vt volens peregrinari, & pia loca viſitare, licentiam habeat a proprio iudice participãdi indulgentijs alienis, quod tamen de indulgentijs Papæ non intelligitur, 9. quæſt. 3. cuncta.

15 QVINTVM. † Si dicti prælati concedunt indulgentias vltra dictam ſummam, non valẽt, vt in c. indulgentiæ. de pœ. & remiſ. li. 6. quod glo. ibi intelligit quo ad exceſſum, nõ quo ad terminũ conceſſum, ſed Gem. in cap. fi. eo. tit. & lib. dicit ſecundum Io. Mon. ꝙ talis indulgentia eſt omnino nulla, per tex. qui dicit. Ita tamen, quod ſtatutum generalis concilij, nõ excedatur, & conſequenter vr̃ poteſtas eorũ limitata in tantum, quod ſi ſtatutum excedetur, poteſtatem non hr̃ent, & ſic videretur facta a non hñte poteſtatem, ſed prima opinio eſt verior: quia vt dicit Io. And. hic eſt quædã liberalitas, & in his & in donõibus dicimus, quod valent pro parte vſq; ad modũ legitimũ, & in reſiduo non. Et hoc vr̃ approbare Pan. in ſimili de quinquageſima ẽpi, aut centeſima. de quo ſup. Donatio j. §. 18. ¶ Sextũ. Si in largitione indulgẽtiæ cõcurrunt multi. puta archiẽps, & ẽps, vt quia vterq; eã dat faciẽtibus tale quid: puta, quia vterque in conſecratione alicuius baſilicæ dat annũ, dico ſcdm Hoſt. in d. c. ex eo. & Dir. in lib. 1. ꝙ ſubditi epiſcopi habebunt vtranque, puta biennium, alij verò comprouinciales altera tantũ, ſ. archiepiſcopalem. Si verò epiſcopus dedit 40. dies indulgentiæ, & ſucceſſor eius totidem, nõ valet vtraque. ſecundum Gem. in c. fin. de pœn. & re. l. 6. ex mente Io. And. in addi. Spe. quia per talẽ multiplicationem veniri poſſet contra cõſilium. c. cum ex eo. ſup. allegatum.

16 SEPTIMVM, † Indulgẽtiæ durant poſt mortem concedentes, ſecundum Inno. in c. quod translationem, de offic. leg. & facit quod not. Lap. in c. fi. de reſcr. lib. 6. & ſequitur Gemin. ibi & ſimiliter facit, quod no. gloſſ. & Doct. in cap. cum ad hoc de cle. non re. & Lau. in cle. fi. de elect. Et facit ad literas, quòd ſaluus cõductus non expirat morte cõcedentis, pro quo etiam vide glo. ſingularem in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. Nec obſt. l. fin. ff. de pœn. quia loquitur in pœnalibus. & idẽ dicit gl. in c. fin. de offic. legat. de indulgentijs. quas legati concedunt ſubuenientibus ad reparationẽ pontiũ, vel loci religioſi: quia durant poſt finitam legationem, quemadmodum & eorum ſtatuta,

etiam

etiam si in eis contineatur pœna excommunicationis & cõsentit ibi Pan. Secus de indulgẽtia seu licentia: puta, eligendi sibi cõfessorem vel non residendi, in beneficio, sed tenet, ꝙ expirat morte concedentis, seu finito eius officio: nisi facta cũ causæ cognitione, & cõsensu sui capituli, quia est in preiudicium ecclesiæ. Et sic tene, quod in concessione preiudicatiua gratia cõcessa per inferiores Papa sine cãe cognitione expirat, sed secus si cõcederetur a Papa, vel non esset alteri præiudicatiua, adde, vel concederetur auctoritate Papæ, vt su. Grã. §. 2. Et sic concordant Do. & idem dic de indulgentijs aliorum prelatorum, secundum Pet. de Pal. ꝙ. s. non finiuntur morte concedẽtiũ, nisi per accidens subsequatur alia eiusdẽ rõnis, q̃ priore non cõpatiatur, ut su. particula priore: destruuntur tamen ẽm Petr. de Pal. destructo totaliter loco, ut re ædificatione indigeat. Et ratio esse potest, quia conceduntur auctoritate Papæ, & non præiudicant.

17 OCTAVVM. † Reuocatio indulgentiæ ante certificationem non nocet, secũdum Gem. de conces. præb. c. 1. li. 6. sed ipsa durat quousque certificati fuerint illi, quibus cõcessa est, nisi ĩ reuocatione esset clausula decreti, vel quid simile, per quod expresse apparet de uoluntate Papæ contraria. Et huius exemplum est, quia olim Callistus concessit indulgẽtiam dantib. subsidium, &c. quam successor reuocauit, & tamen ẽm Doct. in d c. 1. illi qui subsidium dederunt medio tempore, s. a die reuocationis, vsque ad diem notitiæ illam habuerũt. De priuilegio autem, utrum sumat uires statim a cõcessione inf. Priuilegium, §. vlt. ¶ Nonũ. Quæstoribus indulgentiæ dandæ sunt sub forma, quæ habetur in d. c. cum ex eo.

18 SEXTO † quæritur, quibus ex causis possit quis facere indulgẽtiam? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum communiter Docto. fieri potest indulgentia per Dei laude, & gloria, quæ præcipue relucet in Sanctis eius, qui honorantur in constructione ecclesiarum, & commemoratione suarum virtutum. Et ideo recte datur indulgentia ædificantibus ecclesias, celebrantibus festa Sanctorum, astãtibus predicationi, & diuinis officijs. Item pro communi vtilitate, ut fidei defensione, terræ Sanctæ, promotione studij, & hmõi. ¶ Secundum. Potest etiam dari pro spiritualibus tantum, sicut Innocen. Quartus dedit orantibus pro Rege Franciæ indulgentiam decem dierum, ut refert S. Th. in 4. nõ aũt pro tpalib. tantum, sed vt ordinantur ad spiritualia, vt dictum est. ¶ Tertium. Non potest autem dari pro remissio ac iniuriarum, quia secundum S. Bonau. in hac datione debet attẽdi aliquid, quod sit meræ voluntatis, & non necessitatis eiusmodi est dicta remissio.

19 SEPTIMO † quæritur, quot requirantur ad hoc, vt indulgentiæ aliquibus valeát? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Petr. de Palud. requiruntur quatuor. Duo quidem ex parte dantis; primo, scilicet auctoritas, de qua supra, §. 5. par. 2. non autem requiritur bonitas: quia, vt dicit S. Tho. potestas faciendi indulgentias consequitur iurisdictionem, quæ per peccatum mortale non amittitur, & secundo causa rationabilis, id est, opus ad honorem Dei, vel ad vtilitatem ecclesiæ, seu proximi. Ex quo infert Archid. S. Thom. quod Papa non potest ad libitum euacuare purgatorium, qa hoc esset indiscretũ, & irrationabile. Ad hoc autem, quod indulgẽtia valeat, requiritur causa conueniens, vt dicit Sanct. Tho. in quarto. dist. 45. Et similiter duo ex parte suscipientis. primo, s. vt in statu merendi, id est, in charitate: vnde non valent existentibus in mortali, saltem pro tunc: quia manente causa, idest culpa, vel offensa effectus, idest, reatus penæ tolli non potest. Secundo, ut faciat illud, pro quo indulgentia datur: voluntas autem faciẽdi illud, sufficit quidem quantum ad mereri augmentum gratiæ, vel gloriæ, sed non quantum ad remissionem pœnæ, seu adeptionem indulgentię, secundum Th. & Pet. Sum. autem Ang. ponit alia duo. Primo. s. quod accipiẽs credat ecclesiam habere hanc auctoritatem sed hoc reducitur ad esse in charitate. Secundo, quod sit subditus dantis, sed hoc reducitur ad habere auctoritatem.

20 SECVNDVM. † Cõfessio actualis non requiritur necessario, etiam de mortalibus, quantũ est ex natura talis concessionis, secundum omnes, sed sufficit contritio, quæ non est sine charitate requiritur vero actualis cõfessio, si hoc intendit indulgentiæ largitor. Vtrum hoc intendat, vel non intendat, cum dicit, vere confessus, & contritis, licet probabiliter aliq dicant, quod sic; ita ꝙ intendit dare solum his, q̃ post cõfessionem non inciderunt in mortale; mihi tamẽ probabilius vr̃, quod intendat dare oĩbus quibus potest, si semel in anno sunt confessi, vel volunt confiteri, i. oĩbus, qui sunt in charitate, facientibus id, pro quo datur, quia Papa nõ largitur indulgentiam, vt suppono, principaliter, vt inducat, ad cõfessionem, sed ad aliud puta eleemosynam, vel huiusmod. Vn-

Vnde quod dr̄, confessis, intelligitur secundū Pet. de Pal. in proposito, vel (secūdum alios) ꝙ tñ forte idem est, intelligitur confessis secundum statutum ecclæ, i. semel in anno, adde, vel confiteri volentib. Et hanc opi. exp̄sse tenet Pan. in c. oīs. de pœ. & remi. & Io. And. in d. c. quod aūt. & gl. in clem. vnica. de reliq. & ven. san. & Imo. & Card. ibid. & sic fuit responsum, & declaraui in Concilio Constantiensi, sicut hr̄ in quodam libello scripto manu Reu. quondā p̄ris fratris Io. de Galophia. ord. Præd. viri docti, & veridici. Dēt tñ quisque confiteri, quia plerunque hoīes maximè seculares credunt se contritos, & sunt solum attriti: qui tamen per confessionem de attritis fiunt contriti. ¶ Tertium. Charitas actualis necessariò, requiritur de mente Doct. qui indistinctè dicūt requiri charitatem. Arch. tamen ex hoc, ꝙ aliquando dicitur, & cōfessis, vel qui intra mensem fuerint confessi, arguit ꝙ videatur ex mente, & pactione concedentis, ꝙ qui non est in statu merendi, recedente fictione effectum recipiat, ꝙ quia est possibile, & ex cōcedentis voluntate depēdens, piū est dicere, ꝙ sit verū, quia ut dicit gl. in d. cle. vnica, hmōi concessiones non decet, nec expedit amare interpretari: tum ēt, quia verisimile est, quod concedens sic virtualiter intendat, & sic exprimeret, si de hoc cogitaret, qa verisimile est, quod intendat his, qui faciunt id, pro quo datur indulgentia, eā valere omnimodo quo est possibile. Et ideo nullus quātuncunque in mortali existens, cesset ab indulgentia capienda, quia forte aliquando contereretur, & illam consequetur.

21 SEPTIMO † quæritur, quibus indulgentiæ valere possint? Et dico multa. ¶ Primum. Existentib. in mortali indulgentiæ non valent q̄tum ad remissionē pœnæ, secundum oēs, imo nec ad acquirendam gratiam, secundū S. Th. q̄uis hoc aliqui dixerint, quia licet merita ꝑ indulgentiam dispensata ad hoc possint valere, non tamen ꝑꝑ hoc dispensantur, sed determinate ad remissionē pœnæ. Si aūt fieret cōicatio per hunc modū, facio te participē meritorum totius ecclesiæ, vel unius congregationis, aut specialis personæ: sic valere posset ad merēdū aliquid ei, qui est in mortali. hæc ille. ¶ Secundum. Valent autem scd̄m S. Tho. ēt religiosis, si obseruēt tenorē bullæ, vt. s. de licentia prelatorum dent aliquid, aut faciāt, quia non sunt peioris conditionis, quam alij, non tamen per eas remittūtur illis imposita in foro capituli, quia illud non est pœnitentiale, sed iudiciale. Nec tamē oportet religiosos exire claustra pro indulgētijs, qa licet illæ plus ualeāt quo ad remissionem culpæ, q̄ obseruantia, econtrario tamen est quo ad acquisitionem præmij, quod est melius, hæc ex illo. ¶ Tertium. Valent ēt secundum eundem in quarto. dist. 45. defunctis, si continetur in tenore bullarum, modo pro eis faciat aliqs quod mandatur: vtrum autem eis ualeant ꝑ modum indulgentiæ, vel suffragij, modo nō est curandum. ¶ Quartū. Prælato autem, qui illas concessit, etiam si faciat id, pro quo concessit, non valent secundum Vin. in d. c. cum ex eo. & Gul. in Spec. & Arch. in d. c. indulgētiæ. C. ne quis in cau. sup. l. 1. & l. inquisitio C. de sol. Sed verius S. Tho. & alij Theologi in 4. dist. 20. dicunt, ꝙ licet principaliter nō possit sibi prælatus indulgētiam dare, quia, s. nō habet causam, vt se prouocet ad ea, quæ vergunt in Dei honorem, & vtilitatem ecclesię, gratia cuius dantur indulgentiæ, quia horū cura est illi cōmissa: tamen data alijs vti pōt sub eadem forma. & idem tenet Gasp. in d. c. nostro, & sequitur Gem. in d. c. indulgentiæ, de pęn. & remis. lib. 6. & facit quod no. Doct. in c. per venerabilem. qui fil. sint legi. ubi princeps legitimare potest filios suos nō tanquā pater, sed tāquam princeps, & sic gaudet priuilegio, quo & cæteri participes.

22 OCTAVO † quærit, quomodo intelligēda sunt multa, quæ circa indulgentias dicūtur, & fiunt? Et dico multa. ¶ Primum. Cum datur indulgētia porrigentibus manus adiutrices, vel dantibus auxiliū, aut facientibus hoc, vel illud, secundum S. Th. & S. Bon. intelligitur si hoc faciant, secundum quod eis congruit. Vnde si pauper dando vnum denarium totā assequitur: non tamen idem erit de diuite, q dādo obolum non dr̄ dare auxilium: pro quāta tamen parte faciet id, quod mādatur pro tāta habebit indulgentiā, ut innuit vterque eorum, licet aliqui sentiant contrariū. Prędicta tamen intellige quando mandatur aliquid generaliter, & indeterminatè, secus si determinate, vt dare aureū, vel dicere semel, Aue Maria quia in talib. non exquiritur decentia personæ vel status, sed effectus operis impositi. ¶ Secūdum. Cum datur facientib. certū quid determinatè, vel ēt generaliter, & indeterminatè quantū ad ipsam indulgētiam, & remissionem pœnæ, nō refert vtrum illud fiat cū magno labore, vel sine, quia indulgentia nō proportionatur labori, sed meritis dispēsantis, licet referat quantū ad meritum. Vñ dicit

S. Th.

S.Thom.in 4.ꝙ clerici,& aliæ eccleſiæ vicini
æqualiter habent indulgẽtiam ſicut aduenę,
niſi aliud exprimatur in forma, ſed nõ ęqua
liter merentur.¶Tertium.Cum datur indul-
gentia facientibus certum quid, puta viſitan
tib.aliquã eccleſiam,ſi determinetur tp̃s: pu-
ta,a veſpera ad veſperam,vel vſq; ad tale tẽ-
pus,ſecundum S.Th.intelligitur facientibus
ſemel tm̃, ſed ſi ſit perpetua, intelligitur to-
ties quoties, ſicut in eccleſia B.Petri Romæ
eſt indulgentia perennis 40.dierum. & con-
ſentit Io.Cal.alleg.c.1. de fil.presb.li.6. & c.
nõ poteſt.de præb.lib.6.& ſequitur Io.Andr.
& Gem.Inn.tamen & Gul.in Spec.tenent, ꝙ
ẽt ſi tempus eſt determinatũ intelligitur to-
ties quoties,& hoc ſequitur Sum.Ang.& Ro
ſel.contra Suppl.Sed opinio B.Tho. practica
tur,& eſt in conſuetudine,quæ eſt optima le
gum interpres,& vnde cõiter illã approbant
Doct.in c.fi.de pęn.& remiſ.lib.6.& ſequitur
Alb.& Fel.in ſuo tract.de indulgẽtia.¶Quar
to.Cum datur indulgentia aliquorum dierũ,
vel temporum,forma inſpicienda eſt. Nam
ſi dicitur 40 dies,vel annos de iniunctis pęni
tentijs,remittuntur ſolum pœnæ iniunctæ a
ſacerdote in foro pęnitentiæ.ſi 40. dies ſim-
pliciter,ſic remittuntur pęnę 40.diebus per-
agendæ ex taxatione diuinæ iuſtitiæ, vel ca-
nonum,aut ſacerdotis conformiter ad illã,i.
claue non errante.Si dicitur,peccatorum,de
quibus fuerint ore cõfeſſi, ſecundum aliquos
non remittuntur non confeſſa, ſiue quia sũt
oblita, ſiue quia ſunt admiſſa poſt confeſſio-
nem,ſufficit tñ quo ad oblita,ſecũdum Arch.
confeſſio generalis. Si dr̃,tertiæ partis pecca
torum,illa ita remittitur in foro eccleſiæ, &
Dei, ac ſi per pęnitentiam eſſet abolita;quo
rum omnium fundamentum eſt, quia tãtum
valent, quantum ſonant. Nõ ſunt tñ amarè,
ſed piè interpretandæ,vt dictum eſt.¶Quin-
tum.Dies,vel anni indulgẽtiæ, an ſint vtiles,
vel continui. Pan. poſt Hoſt.in c.cum ex eo.
de pęn.& remiſ.dicit, ꝙ dies ſunt vtiles, anni
verò continui. Et vult dicere, quod ſi alicui
iniunctum eſt ieiunare 40. dies continuè, vel
etiam interpolate, accepta indulgentia 40.
dierum erit abſolutus.Si verò iniuncta eſt pę
nitentia annalis,ẽt ſi non ſit cõtinuè, ſed cer
tis diebus ſeptimanæ peragendo: puta, ieiu-
nando ſexta feria,quod eſt ieiunare 52.dies ĩ
anno, illa aboleri non poteſt per indulgẽtiã
totidem dierum,ſed ſolum per annalẽ, quod
verum puto, quãdo datur annus indulgẽtiæ,
quo ad pœnas iniunctas:ſi autem daretur an
nus ſimpliciter,puto quod eſſet vtilis, ita qđ
cui iniunctum eſt ieiunare duobus annis al-
ternatis diebus, habito vno anno indulgen-
tiæ ſimpliciter, abſolutus eſt, quia idem eſt
vnus annus,quod dies 365.

23 NONO †quæritur,vtrum is,qui indulgen-
tiam pœnitentiarum iunctarum rite cõſecu
tus eſt,teneaĩ illas explere: puta ſi alicui iniũ
cta erat pœnitentia ſeptennis, & indulgẽtiã
ſeptennem aſſecutus eſt?Et dico, ꝙ non,quia
per contritionem pœna æterna dimittitur,
& in tp̄alem commutatur.de pœ.diſt.1.ver-
bum.Tp̄alis verò per ſatisfactionem,aut per
indulgentiam, quæ illi æquipollet: vnde per
indulgentiam ſatisfactionem eneruatur pœ
nitentialis ſatisfactio,vt d.ca.quod aũt. & ibi
Pa.ręprobat opi.dicentium indulgentias ꝓ-
deſſe,quo ad pęnitentias hic iniunctas, dum-
modo ſacerdos iniungens hoc concedat, vt
cõpenſari poſſit pœnitentia cum indulgen-
tia,& nõ aliter: dicens, ꝙ dicta opinio nimis
reſtringit poteſtatem, & effectũ indulgentia
rum,quia cũ proficiſcanĩ ex theſauro eccľę,
cuius poteſtatẽ habet Papa,prodeſſe debent
oĩbus,quibus ille cõcedit, vel alius ab eo ha
bens poteſtatem: vnde non eſt neceſſaria li-
centia ſacerdotis. Non tamen propter indul
gentias ceſſandum eſt in hac vita ab operib.
pęnitentiæ, ſecundum S.Th. & communiter
omnes Doct.tum quia, vt dicit S.Tho. opera
pęnitentiæ non ſolum ſunt in ſatisfactionem
ſed etiam in remedium contra peccata præ-
cipuè,quia interdum quis debet plura,quam
credat, tum ẽt quia neſcitur an ſacerdos pę-
nitentiam debitam totam iniunxerit, & con
ſequenter an ad aliquid eius non iniunctum,
& per indulgentiam ex conſequenti aliquã-
do non relaxatum teneamur.Sum.tñ Roſ.in-
nixa gl.in ca.menſuram.de pęn.diſ.1.dicit,ꝙ
ſufficit pęna minor iniuncta a ſuo ordinario
iudice,ſiue ſacerdote,ſi hoc fecit aĩo diſpen-
ſandi:& ſimiliter ſi per errorem fecit,& cre
debatur peritus.Sed iſta non bene dñr loquẽ
do de ea,quę eſt minor debito poſt remiſſio-
nem,quam fecit Deus authoritatiuè in ſacra
mento pęnitentiæ, vel homo per modos di-
ctos ſup.§.5.par.2.in fi.vel conſimiles.& hoc
patet per S.Thom.vbiq.¶Decimò quæritur
ſpecialiter, quid iuris de indulgentia plena-
ria,maxime in articulo mortis? Et dico mul-
ta perſtringendo breuiter, de quibus diffuſe
Ar.in 3.par.ti.10.c.3.§.4.& 5.

24 PRIMVM.† Indulgentia plenaria ſolum a
Summis Pontificibus datur: primo omnibus

certum locum viſitantibus ſimpliciter.i.omni tempore,vt de ſepulchro Domini. Secundò, omnibus viſitãtibus certum locum certa die intra annum, vt de eccleſia S.Mariæ Angelorum Ferrariæ ordinis prædicatorũ, & in Bauma beatæ Peccatricis per Eugenium Quartũ, & iſtæ perpetuo durant, niſi reuocentur.Tertiò, omnibus facientibus certum opus, vt aſſumentibus crucem cõtra infideles. Quartò, certis nominatis perſonis in vita,vel in morte facientibus certo tempore in bulla taxato aliquod opus, & hoc ſine dubio durat poſt mortem concedentis, per reg.decet conceſſum a principe beneficium eſſe manſurum, lib.6.Quintò viſitantibus certas eccleſias vrbis certis diebus tempore Iubilæi, quæ indulgentia pl.naria vulgariter dicitur de culpa & pœna quod propriè non eſt verum, quia ſolus Deus culpã remittit, ſed ideo ſic dicitur, quia ibi remittitur culpa a Deo in contritione,quæ præexigitur, & pœna a Papa per indulgentiam, quæ ſubſequitur.

25 Secvndvm. † Articulus mortis in hac materia,niſi aliud exprimatur, non eſt articulus verus,quo.ſ.quis moritur, ſed præſumptus, quo quis æſtimatur ſm commune iudicium moriturus,ſicut & in extrema vnctione. Vnde qui in articulo præſumpto abſoluitur,conſequitur effectum indulgentiæ,& gratia expirat in poſterum,quod non eſſet,ſi in forma diceretur: & caſu quo non moriaris,tibi reſeruetur gratia iſta in finem, quia tunc nec effectum conſequitur,nec gratia expirat.

26 Tertivm. † Qui in huiuſmodi articulo vult huiuſmodi indulgentiam conſequi, non habet neceſſario cõfiteri de peccatis alias cõfeſſis,nec etiã generaliter: quia remiſſio in tali caſu facta non eſt ſacramentalis,ideoq; peccatorum notitiam non requirit,aut formã abſolutionis ſacramentalis:ſed prȩſupponit,nec hoc exprimit forma indulti,quia nõ dicit ore confeſſus ſibi,ſed confeſſus ſimpliciter.Oporteret tamen confiteri mortali poſt confeſſionem admiſſa, & ſi loquelam & non vſum rationis admiſiſſet, poſſet conſequi remiſſionẽ pœnæ vigore indulti per ſigna æquipollentia confeſſioni: non autem ſi nullo modo poteſt intimare talia peccata, vt videtur: quia nunquam eſt ea confeſſus. Similiter nec ſi vſum rationis amiſit poſt mortale, de quo eſt contritus, ꝙ quia ſciri nõ poteſt,niſi quis in notorio vſque ad illud vltimum manſiſſet,poteſt ſacerdos facere quod in ſe eſt, vt illi abſolutionem tribuat,& plenam remiſſionem.

27 Qvartvm,†Venialibus quoque, non confeſſis indulgentiæ valor non tollitur, ſi mortalia ſunt confeſſa, & contritio de venialibus adeſt: quæ ſi non adſit, licet non impediatur quis a ſalute: quia gratiam venialia non tollunt: impediretur tamen remiſſio pȩnarum pro venialibus debitarum: quia pȩna non remittitur culpa remanente,etiam veniali.

28 Qvintvm,†Forma vero abſolutionis,aut remiſſionis plenariæ, quæ ad clauem iuriſdictionis pertinet,non eſt ſicut abſolutio ſacramentalis a peccatis, quæ.ſ. habet certam formam: quæ nec mutari,nec ab alio, quam a ſacerdote proferri poteſt cum effectu:ſed caret determinata forma, & põt ſine certa forma concedi,vt dicendo,ſic faciẽs ſic habeat, ſed tamen illa debet eſſe forma eius, quam indultum decernit,quod quia cõiter habet,ꝙ confeſſor plenam remiſſionẽ tali perſonæ largiatur,& conſequenter hȩc debet eſſe forma Auctoritate ſedis apoſtolicæ mihi pro nũc cõmiſſa, cõcedo tibi plenariam remiſſionem oĩum peccatorum tuorum,de quibus es cõtritus,& ore confeſſus:præterea quæ ex cõfidentia huius indulti commiſiſti,hæc ex Archid. Sed intellige,quod iſta eſt conueniens forma: Auctoritate apoſtolica mihi in hac parte commiſſa, concedo tibi plenam indulgentiam omnium peccatorum tuorum. Quod autem additur, de quibus &c. verum eſt ſolum ſi hoc exprimatur in indulto.

29 Sextvm. † Non eſt neceſſe,concedentẽm hãc remiſſionem eſſe ſacerdotem, niſi hoc expreſſe in commiſſione mandetur, quia ſi dans poteſt non eſſe ſacerdos, ergo & exequens: imo ſicut ſine forma,ita & ſine miniſtro dari poteſt: imo ſi dicatur, quod miniſter ſit idoneus confeſſor,non addendo,ſacerdos poteſt eſſe laicus; ſi ſacerdos vel clericus haberi non poteſt, & cõfeſſio talis facta,quæ nõ eſt ſacramentalis,valet ad conſequendã indulgentiã, per iſtum,etiam ſi forma non vtatur, ſed quibuſcunq; verbis æquipollentibus.

30 Septimvm,†Cum in forma huiuſmodi indulti continetur,quod ſatisfaciat,ſi habet alij ſatisfacere,intelligitur ſi poteſt: vnde ſi alias eſt bene diſpoſitus, fructum conſequitur indulgentiæ,& remiſſionis.

31 Octavvm.†Si quis ante electionem confeſſoris priuetur vſu rationis, ſi in ſanitate mentis conſtitutus dicit ſibi in tali caſu velle impartiri abſolutionem per quemcunque poterit ſacerdos eam impendere quantum ad omnia,his exceptis, quæ ex forma indulti ex-

cipiun-

cipiuntur: imo sufficit si hoc habitualiter intendebat, licet dicto modo non elegerit: imo & aliquibus uidetur, quod etiam laicus poterit in absentia sacerdotis.

32 NONVM. † Qui in peccato mortali explet id, quod in huiusmodi indulto mandatur: puta, eleemosynam, vel peregrinationem: nihilominus indulgentiam consequi potest, modo tempore remissionis, siue mortis sit in gratia, hæc omnia Arch.

33 DECIMVM. † Qui plenariam indulgentiam rite assequutus est, si eo instāti moreretur, euolaret statim ad cęlum, secundum Host. qđ tamen s͂m Augu. de Ancho. propter quatuor fallit. Primo, si datur indulgentia gn̄alis de pęnis iniunctis, & maior fuerat iniungēda, quia talis in purgatorio luet Secūdo, si det̄ de peccatis ore confessis, & aliqua ex obliuione nō fuerūt confessa, sed intellige non cōfessa specialiter, nec gn̄aliter secūdum Arch. quia quo ad oblita sufficit confessio generalis. Tertiò, si post indulgētiam quis committat peccatum mortale, quod tamen est contra casum nr̄um. Quarto, si in effectu stet aliqua culpa venialis quia illa per indulgentiam remitti non potest quousque est affectus ad illam.

34 VNDECIMO † quæritur, quæ pœna est religiosorum prædicātium indulgentias indiscretas? Et dico de hoc haberi in clem. religiosi. de priuileg. vbi præceptum est eis ne hoc faciāt. Et dn̄r indiscretę, primo secundum gl. ibi quā do sunt quidem concessæ, sed cōcedi non potuerunt. s. de iure, & idem Paulus, vt quia concedens excedit quantitatem, d. c. cū ex eo. & tertio secundum Zenzel. q̄n probari non pn̄t. arg. de probat. quoniam, & c. post cessionē. & de fide instrum. c. 2. Peccant igitur mortaliter quando prædicans indiscretas primo, & secūdo modo indubitate, & similiter tertio modo ad huuc sensum, quando prædicant eas, quæ probari non possunt, i. non sunt probabiles, seu verisimiles, sed sunt dubiæ: secus si essent certæ, sed probare nequirent.

¶Inepta lætitia est filia gulæ, quæ quando sit peccatum, vide Ludus. §. 2.

DE INFAMIA.

1 *Infamia quid, & quotuplex. & nu. 2.*
3 *Infamia quomodo contrahitur.*
4 *Infamia facti, quem habeat effectum.*
5 *Testis infamis quando admittatur.*
6 *Accusator infamis, an repellatur.*
7 *Infamia facti, quomodo tollatur.*
8 *Infamia iuris ciuilis quomodo incurratur, & n. 9.*
10 *Duo actus faciunt consuetudinem in criminibus.*
11 *Infamia canonica quomodo incurratur.*
12 *Confessio delicti in iudicio, an reddat quem infamē infamia iuris.*
13 *Prelatus propter dolum remotus, an efficiatur infamis.*
14 *Testis de falso condemnatus, an efficiatur infamis.*
15 *Infamia iuris, an tollat executionem ordinum.*
16 *Infamia iuris quis tollat. & n. 18.*
17 *Papa an restituat laicum sibi non subditum.*
19 *Restitutus per Imperatorem, an egeat alia dispensatione, ut promoueatur.*

1 INFAMIA † dicta quasi sine fama, ab in, q̄ est non: est lęsæ dignatis qualitas, vita & moribus reprobata per arg. a contrario sēsu: sicut fama est illæsæ dignitatis status, ut sup. dictum est loco suo. Vnde infamis dr̄, cuius status, vita & morib. est reprobatus, sicut colligitur, ff. de in ius voc. l. sed si hac lege, §. prætor. in gl. & ff. de obse. a libe. l. honori. & l. licet.

2 PRIMO † uero quæritur, quotuplex sit infamia? Et dico, q̄ triplex. s. facti, iuris ciuilis, & iuris canonici. Nam infamia sic diuiditur, quia quædam est infamia facti proueniens ex cōi hoīum loquutione. de qua per Bar. in l. de minore. §. tormenta, ff. de quæst. & est qua de facta dr̄ infamis, secundū gl. Ray. is, cuius apud bonos, & graues opinio grauata est super crimine aliquo, quædam vero est infamia iuris, qua. s. dicitur quis infamis a iure, quæ duplex est, scilicet iuris ciuilis, & canonici.

3 SECVNDO † quæritur, qūo contrahitur, vel incurritur infamia facti? Et dico, q̄ multipliciter. Aliquādo. n. incurritur a crimine, ita q̄ crimen est proxima causa infamiæ. Aliquando causatur ab alio, puta, quia fuit incarceratus, s. iuste, vel propter crimen repulsus a testimonio. de testi. testimonium, vel quia patet per verba turpia instituit eum hæredem, vt dicendo, filium meum proditorem, nequam, & hmōi, hæredem instituo, & ei lego. C. ex quib. cau. infa. irro. l. ea quæ pater. vel per verba iudicis dicentis postulanti, calumniaris, vel bene faceres, si ad frugem vitæ melioris ea conuertere, & huiusmodi. C. eo. l. verbum. & l. interloquutio. Multis ēt alijs modis incurritur, vt generaliter quoties apud bonos, & graues viros infamatur quis ex aliquo facto. d. l. licet, ff. de obse. a libe. & 6. q. 1. sunt plurimi, vt no. in c. licet ex quadam. de testi. nō aūt infamiam faciunt dicta paucorum, nec multarum leuium personarū, modo apud bonos, & graues non sit opinio læsa. Dn̄r aūt hi graues qui non sunt leues, puta, si sit homo bonæ famę, & opinionis antiquus, sicut bene meritus dici-

dr̃,qui non demeruit.ff.de leg.2.l.cũ pr̃.§.ro-
go,& l.cum quædã.in prin.& de seru. c. vno.
in hmõi tamẽ credo standum arbitrio iudicis.

4 Tertio † quærit, quẽ effectũ hẽt hæc in-
famia facti: Et dico primo, ꝙ repellit a digni
tatib. de exces.præl.inter dilectos, q̃a vilib.
& indignis portæ dignitatum patere non de
bẽt: similiter nec infamib.de reg.iu.c. infami
bus.li.6. Et intellige secundum Arc.de digni-
tatibus ecclesiasticis, & secularibus: quia infa
mis iudex esse non potest.3.q.7.infamis, nec
ꝓcurat.de iud. deputati.& in d.c.infamib. li-
cet possit eẽ arbiter.e.q.tria.ver. cognitores.

5 Et † secundo repellit a testimonio in cau
sa criminali: in alijs autem admittuntur plus,
& minus, secũdum quod sunt infamati, vt no.
Io.And.& Pan.in c.testimonium. de testib. &
in c.inquisitionis.§.pen.de accu.

6 Et † tertio ab accusando.l.qui accusare.ff.
de accu. Et quarto a postulando. ff. de postu-
lando.l.1.de qua postulatione. vide infra Po
stulatio. Et quinto a promotione ordinũ, de
accus.omnipotens Deus, dist.81. tantis Dan.
imo iam promotam suspendit, secundũ Inn.
de postu.præl.c.fi.de elec super eo, de renũc.
nisi cum pridem.¶ Et sexto inducit querelam
inofficiosi testamenti, contra testamentũ fra
tris, si infamem hęredẽ instituit, & rumpit.C.
de inof.test.l.fratres.¶ Et septimo ĩducit pur
gationem canonicam si iudici videbitur, de
accus.veniens, & ibi de hoc Host.& glos. in l.
nullam.C.ex quib.cau.infam.ali.irrogat.

7 Qvarto † quærit, qũo tollitur ista infa-
mia facti? Et dicit Pan.in c.ex diligẽti. de sim.
ꝙ tollitur ꝑ contrarium factum, vt no. Ioan.
And.6.q.1.c.oẽs, in gl. Potest ẽt princeps di-
sponere, vt talis infamia non habeat effectũ,
vt no.Pan.in c.cum te.de sent.& re iud.

8 Qvinto † quæritur, quomodo incurritur
infamia iuris ciuilis? Et dico, ꝙ duobus modis
Primò per iudicis ordinarij sententiam diffi-
nitiuam criminis publici, vel aliquãdo priua-
ti, vt furti, vel iniuriarum, non autẽ ꝑ senten
tiam interlocutoriam, vel etiam arbitri.l. q̃d
ergo.§.ex cõpromisso.ff.de his q̃ not.infa.&
regulare est, ꝙ in criminibus publicis nõ in-
curratur, nisi per sententiam.l.1.ff. de his qui
no.infa.& no.Dyn.in d.regula, infamibus, &
Pan.in c.testimonium.de testibus. Quæ autẽ
sint crimina publica, habes Inst.de pub.iud. ꝑ
totum.& sup.Crimen.§.3.

9 Et † secundo incurritur ipso facto in casi-
bus in quib. iure cauetur, ꝙ incurrat ipso fa-
cto, vt cũ Imperator militi aufert insignia, vł
aliquem in exiliũ mittit.l.quod ait.§. ignomĩ
niosa.ff.de his q̃ no.infa. Et q̃ exercent imꝓ-
bum fœnus, exigentes vsuras vsurarum. 3.q.
7.§. porrò, & ibi vide multa, de ista materia
in tex.& in gl. Et qui deprehenditur in adul-
terio.ff.de ritu nup.l.palã.§. qui in adulterio.
vel cõtrahit simul cum duabus, vel simul ha-
bet duas spõsas.l.quid igitur.ff. de his qui no.
infa.de biga.nuper a nobis. Et q̃ locauit ope-
ras suas, vt pugnaret cũ fera ff. de postu.l. 1.
§.bestias, secus si causa virtutis exercẽdæ. Et
qui faciunt ludos periculosos per plateas, &
alia loca.per d.l.1.pro quo etiam vide glo.in
l.2.ff.de his qui not. infa. quæ vult quod om-
nes ioculatores sint ĩfames ipso iure, q̃a mer
cedis, gratia ludibrium sui faciunt q̃đ limitã-
dum vr̃ de mente Pan.in ca.cum decorem.de
vi.& ho.cler.si quis bis exequatur artẽ illam.
arg.in l.palã.de ritu nup. vbi hr̃, muliere dici
meretricem, si admisit duos causa quæstus, &
facit 25.q.2.& approbat hoc Arch in c.illud.
12.dist.dicens, ꝙ in malis actibus, & in delictis
sufficit binus actus ad probandum consuetu-
dinem quo ad homines, & animalia.C.de epi.
audien.l.nemo.Inn.tamen in d.c.cũ decorẽ,
limitat si hoc histriones faciãt in publico. Ibi
ẽt innuit, ꝙ consuetudinem non faciant duo
actus, sed primum est verius. Secus autẽ de lo
cantibus operas, & ascẽdentibus arbores gra
tia colligẽdorum fructuum, aut turres gratia
capiendi aues, qui non sunt infames, secũdum
Bar.in d.l.1. q̃a fit gratia publice vtilitatis. Et
qui lenocinium exercet, vel filias aut neptes
prostituit.l.athletas.§.ait prætor.ff.eod.& ibi
de multis alijs vide, & similiter in d.§. porro.

10 Ex † his aũt tria notabilia patet. ¶ Primũ
ꝙ in criminalib. binus actus inducit cõsuetu-
dinem, quod facit ad casus reseruatos ep̃o, qñ
aliquid est in consuetudine.¶ Secundũ, ꝙ mu-
lier quæ duos amisit causa quæstus: est mere-
trix, & sic quicquid deinceps lucratur, p̃t reti
nere, secus de fornicationibus hinc inde prin
cipaliter causa libidinis, quia si recipiũt mune
ra.restituere tenenẽ, vt inf.Restitutio.2.¶ Ter
tium, ꝙ ex duab. vicinis inducit frequentatio
monasteriorum, quod est peccatum, vel hẽt
speciem peccati, nisi bene circũstantionetur,
& hoc patet c.monasteria de vic.& hon. cler.

11 Sexto † q̃ritur, qñ incurratur infamia ca
nonica. Et dico, ꝙ regulariter oẽs infames se
cundum leges, etiam secũdum canones sunt
infames, vt probat tex.in c.oẽs.6.qu.1.& no.
Inn.in ca.qualiter & quando, el 4.de accus.&
similiter omnes, qui suis culpis ad ordines

promoueri non possunt, vt in d.c.omnes & in tex.& in gl.de quo etiam d.§.porrò, & secundum Pan.in c.ex diligenti.de simo.incurritur generaliter ex quolibet peccato mortali. vt 6.q.1.infames.& ibi glo.summa, & hæc durat donec sublatum sit crimen, vt in d.c.infames. & glo.in c.illi 6. q. 1. ideoque post pœnitentiam cessat infamia talis.

12 SEPTIMO † quæritur, specialiter, vtrũ confessio delicti in iudicio reddat aliquem infamen infamia iuris? Et dicit Bart.in l.infamen. ff.de pub.iud.& no.Pan.in cap.at si clerici, de iud.ꝙ non: quia ad infamiam, vr̃ iudicium ꝑtorum requirere, vt quis sit condemnatus de crimine.l.1.ff.de his qui no.infam.& in c.criminis, confessus non habetur pro condẽnato, vt in l.si cõfessus ff.de custo.& exhib. reo. Vnde Bar.in l.fur.ff.de his ꝗ no.infa. dat cautelã, vt qñ requiritur sñia ad infamiam, soluatur condemnatio ante sñiam, & sic quis euadet.arg.l.si quis reus.ff.de procu.Similiter nota aliam cautelam.s.ꝙ talis non litiget ꝑ se, sed per procuratorẽ, quia licet ipse condẽnetur, & procurator ꝓcuratorio nomine, hoc tñ casu, nec dñs, nec procurator efficitur infamis, vt probatur in d.l.fur.§.si quis alieno, per tex.& gl.& ibi Bar.hoc no.& doct.Et loquitur qñ quis conuenitur, vt condemnetur actione famosa, vel ex crimine ex quo sequitur infamia. Prima tamen cautela non valet, vbi infamia irrogatur ipso iure, vt in c.testimonium.de testi.quia per solutionem videtur reus fateri crimen.l.ad solutionem.C.de re iud.& l.quoniam.ff.de his qui no.infam.

13 OCTAVO † quæritur, vtrum efficiatur infamis prælatus remotus propter dolum: Et dicit Pan.in c.licet.de simo.& ibi gl.quod sic: sicut iura volunt in tutore.

14 NONO † quæritur, vtrum condemnatus de falso commisso in officio testificandi, efficiatur infamis? Et dico ꝙ sic, si directè fuit condemnatus, de ord.cog.ca.cum dilectus. in fin. Secus si directè non fuit actum contra eũ, sed vt repelleretur a testimonio.argu.d.c.cum dilectus, & l.Lucius.ff.de his qui no.infam.

15 DECIMO † quæritur, vtrum infamia iuris tollat executionem ordinũ? Et dicit Pan. vbi sup.ꝙ sic, & exercitium cuiuscunque dignitatis, & adimit honorem quæsitum & quærendũ, vt dicit tex.in l.infam.C.de decur. & ideo prælatus non expectet sententiã, sed resignet spõte a principio, & sic vitabit infamiam. Et sm eundem, in ca. querelam de iureiu. infamia talis priuat ipso facto dignitatib.& honoribus, citra titulos beneficiales, vt probat̃ ex tex.l.2.§.miles.ff.de his qui no. infa. vbi dicit gl. ꝙ sicut infamia priuat ipso facto militem militia, vt ibi sic pari rõne priuat militia cœlesti in alijs dignitatib. & honorib. & idẽ vr̃ velle gl.in l.frustra.C.de rest.mili. In beneficialib.autẽ dicit se non inuenire textum hoc dicentem: vnde hanc spiritualem pœnam nõ debemus ponere in ipsis, ex quo iure canonico nõ cauetur expresse, vt in simili dicit gl.in c.fi.de iure pat.Fatetur tamẽ ꝙ collatio facta infami ipso iure nulla est, regula, infamib. de reg.iur.lib.6.& l.2.de digni.& facit c. inter dilectos.de exces.præl. Repellit etiam infamia talis non solum a promotione, sed etiam ab accusando, testificando, postulando, & huiusmodi, sicut de infamia facti dictum est.

16 VNDECIMO † quæritur, quis possit auferre hanc infamiam iuris? Et dicit Pan.in d.c.cum te.de sent.& re iud.ꝙ solum per principẽ tollitur quo ad illos, ꝗ sunt sibi subiecti, nõ quo ad subiectos Papæ, sed per ipsum Papã solũ, vt in l.1.ff.de postula.& in d.c.cum te. & hoc directè. Indirectè aũt hoc põt aliqñ episcopus, vt dispensando in casib. sibi a iure ꝑmissis: puta condemnatus de adulterio efficit̃ infamis, & tñ eps dispensare potest super adulterio, & sic consequenter in infamia, sed non principaliter seu directè, de quo vide Bar.in d.l.1.& in l.infantem.in fi.ff.de pub. iud.

17 DVODECIMO † quæritur, vtrum Papa possit restituere laicum non subiectum suæ iurisdõni? Et dico, ꝙ nõ de iure. 2.q.3.§. hinc colligitur, nisi forte esset sibi necessarius in clericatu, & tũc ipse tm̃, & non alius posset, de plenitudine tñ potestatis hoc potest, iuxta dicẽda inf.in verbo, Papa, & sup. Casus.§. 1. casu 44. Eos ãt, qui de suo sunt patrimonio, restituere potest, & eos, qui iuri aliorum non subsunt, & oẽs clericos, vt in c.per venerabilem, qui fil.sint legi.no.Ber.& Inn.& Host.in d. c. cum te. Similiter tenent Doct.quod collegiũ Card.potest sicut & Papa.Sed Pan.in d.ca.cũ te.contrarium tenet.s.ꝙ nõ potest, quod ego verum puto, nisi periculum esset in mora expectandi futurum Pontificem, vt in simili dictum est supra Excommunicatio, 7.excõicatione 13.dub.3.Item excommunicatio 9.excommunicatione 12.dub.2.9.seruando.

18 DECIMOTERTIO † quæritur, vtrum reges tollere possint hanc infamiã iuris? Et dico, ꝙ non, secũdum Inn. si subsunt Imperatori, sed bene illi qui superiorem non recognoscunt, secundum D.Ant.in c.cum te.

DE-

19 DECIMOQVARTO † quæritur, vtrum restitutus per Imperatorem indigeat alia dispẽsatione, vt promoueatur? Et dicit Pa. in ca. cũ te, ꝙ non: modò egerit pnĩam. Et idem dic de restituto per Regẽ, q̃ non subijcitur Imperatori. Qualiter aũt, & quando infamatis sit indicenda purgatio, inf. Purgatio per totum.

De infidelitate, & infidelibus.

1 INFIDELITAS † opposita fidei, quæ est virtus theologica, sec. S. Tho. 2. 2. q. 10. & Ro. 10. & Asten. in Sũ. dupliciter dicit. Primò, s. purè negatiuè, vt in his, qui de fide Christi nihil vllo tempore audierunt: & secundo cõtrarie, vt in his qui audita fide credere recusant: in quo pprie ratio infidelitatis completur. Et primò quidem modo non habet rationẽ culpæ, sed pœnæ, quia est sequela peccati Adæ talis ignorantia diuinorum. Vnde tales infideles non damnantur propter infidelitatem, sed propter alia peccata, quæ sine fide remitti non possunt. pro quo facit illud Io. 15. Si non venissem, & locutus eis nõ fuissem, peccatum non haberent. s. infidelitatis ad Christum, secundum August. Sed secundo modo est peccatũ grauissimum, vt patet vbi sup. Et isto modo nunc de infidelitate prosequimur.

2 PRIMO † verò quæritur, quot sunt spẽs ĩfidelitatis? Et dicit S. Th. & Aste. vbi sup. ꝙ sũt tres, paganorum, iudæorum, & hrticorũ, quę pessima est, q̃a contrarietas ad fidẽ, aut est ad nondũ susceptã, & cõuenit paganis, aut ad susceptã, & hoc dupliciter, s. ad susceptã in sua figura, & conuenit iudæis, aut ad susceptã in se, & cõuenit hrticis. Vñ Mariani ꝓprie sunt hæretici: q̃a fidẽ aliq̃n susceperunt. ¶ † Scđo

3 quæritur, vtrũ oĩa q̃ faciũt infideles, sint peccata? Et ex S. Tho. 2. dis. 41. & 4. dist. 39. & 2. 2. q. 10. & Ro. 14. & ex gl. ibi super illud. Omne quod non est ex fide peccatũ est, & Aste. respõdet, ꝙ nõ, oĩs vita, vel operatio infideliũ, peccatũ est, sed solũ q̃n faciũt aliquod opus ex infidelitate, vel relatum ad ĩfidelitatẽ, q̃a quando Saracenus ieiunat, vt seruet legẽ Machometi, vel iudæus sabbatizat, & hmõi, quo casu mortaliter peccãt, alias aũt pñt habere actus bonos ex obiecto, vel circunstãtijs placẽtes Deo, licet nullus eorũ sit meritorius.

4 TERTIO † quærit, vtrũ infideles sint ĩ suis oĩbus, in quib. peccãt, tolerandi? Et dicit S. Th. 2. 2. vbi su. ꝙ ritus iudęorũ tolerant ab ecclesia ꝑꝑ figurã in testimonium Christianæ veritatis, nõ aũt ritus aliorum infideliũ, nisi, vt vitetur maius malũ, vel facilius conuertãtur. Et idẽ Asten. dicens infideliũ ritus tolerari posse sine peccato, vel ꝑꝑ bonum inde sequens, vel ꝑꝑ malũ vitandũ. Vtrũ aũt ad fidẽ sint cogendi, vide sup. baptismus. 4. §. 6. & 7.

5 QVARTO † q̃rit, vtrũ peccẽt mortaliter fideles vendentes, vel alio titulo concedẽtes infidelib. aliqua: puta carnes, oliuas, & hmõi, quibus ad eorũ ritum vtunt? Et dico ꝙ sic, si ad hũc finẽ venderẽt, q̃a essent cooperatores. Si verò non vendant hoc fine, nec sciunt, aut probabiliter credunt, vel dubitant, ꝙ vtent ad illum finem, nullo modo peccant, per ea, q̃ dicta sunt sup. in tit. ars. Si verò hoc sciunt, vel probabiliter credunt, sed dubitant. Sum. Ang. in tit. infidelitas, vr tenere, ꝙ nõ sit mortale, aliter, ĩquit, eccl'a eos tolerans, cũ sciat, ꝙ quasi oĩb. vtunt secundũ aliquã condõnẽ suarum sectarum, vr Christianis dãnationis laqueũ ponere. Sum. verò Ros. in tit. Iudęus. scđo tenet, ꝙ si mortale, allegans, qđ hic est permissio tertio modo, quæ. s. nõ licet in re illicita, de quo inf. ꝑmissio. Ego aũt distinguo dicens, qđ ex necessitate, & rõnabili cã vti possumus malo, i. peccato alterius ad hoc dispositi ad bonum nr̃m, mõ non cooperemur ĩmediate ad aliquid, qđ ex sua natura sit peccatũ, sicut ex cã accipio mutuũ ab vsurario ab hoc parato participando cũ eo solũ in acceptione, & datione mutui, quæ de se nõ est mala. Secus aũt sine cã, vel si non sit paratus, & induco ad fœnus, vel si cooperaretur ĩ aliquo de se malo, vt in soluendo maleficiũ per virtutẽ diaboli. Igit ex cã rõnabili licet istis vendere, puta ex magna necessitate, vel vtilitate, q̃a sunt parati ad hoc, nec participatur in aliquo de se malo, sicut ẽt ex cã rõnabili emo agro mihi valde vtilem ab eo, quẽ scio tota pecunia, vel eius parte male vsurũ: sine cã aũt non licet, q̃a dare occasionẽ peccati sine cã, est peccatũ, si aũt cũ cã, puta si mulier ad ecclesiã vadat. Dicit tñ S. Tho. 2. 2. q. 169. ar. vlt. ꝙ si qua esset ars ad faciẽdũ opera, quibus homines sine peccato vti nõ possunt, artifices talia faciendo peccant, vtpote præbẽtes alijs directe cãm peccãdi, puta si q̃s fabri

caret idola, vel aliqua ad cultũ idololatrię p̃tinentia, sed loquimur de facientib. illa intẽtione, cũ non sit ratio quare alia causa fiant.

6 QVINTO † quæritur, vtrum cum infidelib. possint fideles conuersari? Et dicit S.Th.2.2. vbi sup. ꝙ ad hoc nõ sunt prohibendi fideles ĩ fide firmi, ita ꝙ inde magis sperẽt illorũ cõuersio, q̃ horum subuersio, sed ꝓhibẽdi sunt simplices & ĩfirmi, ne sine magna necessitate conuersẽt cũ eis. Astẽ. quoq; idẽ sapit. dicẽs ꝙ si ecclesia hoc interdiceret ꝑ aliquod eorum peccatũ puniendum, sic nõ liceret: si verò non interdiceret, sic distinguit, vt S.Tho.

7 SEXTO † quæritur, vtrum permittendi sint infideles habere dominium super fideles? Et dicit S.Th.2.2.q. vbi sup. ꝙ non dominiũ nouum, sed solum antiquum, quo etiam priuari possunt, vide ibi art.10. & inf. Iudæus. §.4.

8 SEPTIMO, † vtrum infideles possint licitè a fidelib. reb. suis spoliari? Et dicit Host. in c. q̃d super his. de vot. ꝙ sic, si ecclesiæ dominium non recognoscunt, per illud Mat. vl. Data est mihi oĩs potestas in cœlo, & in terra quã. s. potestatem transtulit in vicarium suum. Secus si ecclesiæ dominium recognoscunt, & non sunt infesti Christianis. Pro quo est tex. cum gl. 23.q.7. si de reb. & hoc tenet Sũ. Ang. sed in d.c. quod super his: tenet ꝙ nõ, nisi sint infesti Christianis, vel aliter delinquãt in legẽ naturæ, & facit pro eo tex. 23.q.8. dispar. & hoc tene, quia S.Tho.2.2.q.66.art.8. ad secundũ dicit, ꝙ spoliari possunt suis bonis publica, & nõ priuata auctoritate, ea rõne qua secundum leges terrenorum principium ea possident iniuste, quòd supple est dupliciter, vt innuit Innoc. s. vel quia illa subripuerunt Christianis, vel quia per dominos fideles cõdemnantur in bonis propter delicta eorum, de quibus eos punire possunt. De Iudæis autem inf. iudæus.

9 OCTAVO † quæritur, vtrum infidelibus sit credendum in aliorum præiudicium. Et dicit Pan. in cap. 1. de hære. ꝙ non argum. d.c. quia ex quo sunt infideles Deo, non præsumũtur fideles hominibus: ideoq. testes non admittũtur contra Christianos. 2.q.7. non potest, & c. pagani, quod tamen fallit in materia hæresis, vt inf. iudæus. §.4. par.8.

10 NONO † quæritur, vtrũ liceat assumere habitum infidelium, & sic se simulare infidelẽ. Et dicit Rodo. ꝙ sic, ex cã rationabili, sicut fecit S. Sebast. modo in tali veste nõ sit aliquod signum, vel aliquis character principaliter institutus ad discernendum professores alicuius infidelitatis, quia sic non liceret, eo q̃d per tale signum mentiretur contra fidei professionem. Siue causa verò rationabili nullo modo licet. Vtrum dubitare de fide, sit mortale, siue infidelitas, vide supra, hæresis. 1. §.3. Vtrum etiam cum infidelibus sit disputandum, vide supra disputare, per totum.

¶ INFIRMVS famulus, an debeat habere salarium, vide sup. familia. §.2.

INFRA aliquando exclusiuè, aliquando inclusiuè sumitur. Vide per Inn. de fi. inst. ca. inter dilectos, & Io. Mon. de excep. pia. super verbo, octo. lib.6. & Io. And. de cler. coniu.

INGENVVS est is, cui ex natiuitate competit libertas, qui non est factus liber, sed natus. Insti de inge. in prin. de ser. nõ or. instruẽdi. in gl. & sic nulli tenetur obsequi. Potest tamen libertus cõsequi ingenuitatem, s. si a domino suo non fuerit expositus.

De ingratitudine, & ingratis.

1 *Ingratitudo an semper sit peccatum, & speciale peccatum. num.2.*
3 *Ingratitudinis quot sunt gradus.*
4 *Ingratitudo, an sit mortale peccatum.*
5 *Ingratis an debeant beneficia subtrahi.*
6 *Ingratus an excusetur ex impotentia.*

INGRATITVDO est vitium oppositum gratiæ, siue gratitudini, vnde sicut gratitudo est virtus retribuens benefactori, quod debet, ita ingratitudo est vitium non retribuẽs benefactori quod debet.

1 PRIMO † verò quæritur, vtrum semper sit peccatum? Et dico ex S.Th.2.2 q.107. q̃d sic, quia cum duplex sit debitum, s. legale, ad q̃d reddendum inducit iustitia; & morale, ad quod inducit honestas virtutis, & quod reddit gratitudo, ingratitudo tollit hoc debitũ honestatis, & consequenter opponitur gratitudini, quæ est virtus, & consequenter est vitium & peccatum.

2 † SECVNDO quæritur, vtrum sit spãle peccatum. Et dico ex S.Tho.2.2. vbi sup. & 3.q.88. & 4.dist.22. & Pet. Aure. ꝙ ingratitudo materialiter ad Deum est in quolibet peccatũ, inquãtum. s. homo facit aliquid, quod potest ad ingratitudinem pertinere, vt si quis voluptate ductus fornicationi consentit contra Deũ benefactorem, & tunc est circunstãtia; formaliter aũt est, qñ actualiter beneficium contemnitur, vel non appreciatur, aut non recognoscitur, & sic est speciale peccatum.

3 TERTIO † quæritur, quot sunt gradus ingratitudinis. Et dico ex eodẽ, ꝙ sicut gratitudo habet diuersos gradus, quorũ primus est

bene-

beneficium recognoscere: secũdus gratias, & laudes agere: tertius, tribuere pro loco, & tpe ẜm propriam voluntatem, ita ingratitudo opposita habet similiter diuersos gradus. Et qa primum in generatione est, vltimũ in resolutione: primus gradus ingratitudinis est nõ retribuere, ẜm quod decet: secundus est dissimulare, i non laudare, nec gratias agere: tertius est, non recognoscere, siue per obliuionem, siue per quemcunque alium modum. Et quia in negatione intelligitur opposita affirmatio ideo ad primum gradum ingratitudinis pertinet, quod aliquis retribuat mala pro bonis, ad secundum, quod beneficium vituperet, ad tertium, quod illud maleficium reputet.

4 QVARTO † quæritur, vtrũ ingratitudo sit peccatum mortale? Et ex S. Th. colligit, ꝙ cũ dupliciter sit quis ingratus, primo ꝑ omissionem, vt non retribuẽdo, non regratiando, nõ recognoscendo, & secundo ꝑ commissionẽ, agendo contrarium, quantum ad primũ, est mortale, si prætermittatur aliqd quod necessario erat faciendum simpliciter, vel in casu, vel ratione interioris contemptus, & similiter quãtum ad ẜm erit mortale, si aliquid fiat quod necessario erat omittendum, vel ratione contemptus interioris, alias est veniale.

5 QVINTO † qritur, vtrum ingratis sint beneficia subtrahenda? Et dicit S. Th. vbi supra, aliud esse quod ingratus dignus est pati, quia sine dubio meretur subtractionem, aliud qđ beneficiũ oportet facere, quia primo nõ đet esse facilis ad ingratitudinẽ iudicandam, quia forte bñficiato non occurrit facultas, aut debita opportunitas retribuendi. Scđo debet tendere ad hoc, ꝙ de ingrato faciat gratum, quod quidẽ si non potest primo, forte secundo beneficio faciet, sed si ille ex bñficijs multiplicatis ingratitudinẽ augeat, & fiat peior, debet a beneficiorum exhibitione cessare. Et idem dicit gl. in c. nõ omnis. 5. q. 5. dicens, ꝙ si præsumitur ex beneficijs trahentes ad gratitudinẽ, vel ad minus malum, non sunt subtrahenda, sed si ad peiora, vel ad perseuerãdum in malo inducitur, subtrahi debent.

6 SEXTO, † vtrum ex impotentia possit quis ab ingratitudinis vitio excusari? Et dico, qđ non, qa ad debitum gratitudinis reddendum magis attenditur voluntas, quàm opus. Vnde dicit Seneca in libr. de benefi. ꝙ beneficium non in eo, quod fit, aut datur, consistit, sed magis in dantis, aut facientis animo. Et ideo sufficit voluntas recompensandi, cum deest facultas. Vtrum autem ꝓpter ingratitudinem reuocetur donatio, supra, Dona. 1. §. 13.

IN integrum restitutio, est prioris status, vel iuris reintegratio, per quam subuenit minorib. & ecclesijs, vt in l. 1. C. de sen. pas. & ẜm Spec. est audientiæ reintegratio. ff. de mino. l. ꝙ si minor. §. si restitutio. Et in integrum restituere, est reducere in eum statum, in quo quis erat ante læsionem extra eod. auditis. in gl. Quandoq; etiam per hanc subuenitur maiorib. ex legitima & iusta causa. ff. ex qb. cau. maio. per totum. & sic intelligitur. c. ex literis eo. tit. & cum Bertoldus. de re iud. & c. significante, de pignorib.

DE INIVRIIS.

INIVRIA, ab in, idest non, & ius, dicta est, quasi non iure, aut contra ius facta, aut secundum etymologiam, quasi iniqua iura, & multipliciter dicitur.

1 PRIMO † enim dr̃ generaliter non iure factũ, s. vt iniuria opponitur iuri priuatiuè, vel contradictoriè, vel quia nullo iure ꝑcipitur, aut vetatur, vt leuare festucã. ¶ Secundò specialiter dr̃ culpa, vt in l. Aquil. s. vt iniuria opponitur iuri contrario. ¶ Tertiò dicitur iniqtas, vel iniustitia iudicantis, quasi ius iniquum & iniustum. inst. eo. tit. in prin. s. vt iniuria cõsistit in iuris abusu. ¶ Quartò secundum vsum loquentium propriè dicitur, ꝙ fit contra alicuius honorẽ, vt ff. eo. l. 1. & l. apud Labeonẽ.

2 ET † fit tribus modis, primo re, sicut cũ manus inferunt, vt in d. l. 1. §. 1. & 17. qu. 4. si quis suadente, scđò verbis, sicut conuiciando, aut contumeliando, vt in d. §. 1. facit cap. olim. eo. ti. c. in literis, sicut cum quis ad infamiã alicuius libellũ, vel famosum carmen, aut historiã conscribit. ff. eod. l. lex Cornelia. §. si quis verborum, & idem si aliquid malo dolo fecit, vt aliquid horũ fieret: puta, dimisit scripturã cadere in platea. arg. ff. de verb. sig. l. late. Nec distinguit vtrum nõie suo, vel alterius ediderit vel

vel vtrum nomen expresserit eius, quē intendebat infamare necne: modo per circūstātias agnosci possit. Eodē modo tenetur, si sine scriptura notam, vel signū aliquod istorum prodiderit: puta, quia veste lugubri vtitur in alicuius iniuriā, vel cornua posuit in porta, & hmōi. ff. eo. l. itē apud Labeonē §. ait prætor. ne quid infamandi causa fiat. & 5. q. 1. q̄dā maligni spiritus, & de ista quarta est hic sermo.

3 PRIMO † vero q̄ritur, quis possit iniuriam facere, seu de iniuria teneri? Et dico, q̄ ille tātum, qui etiam pati illam potest, quod tñ fallit in furioso, & puero, qui non est doli capax & in dormiente, qui eam pati possunt, & non facere. Aduertendum est tamen, q̄ nullus iniuriam facere potest, aut de iniuria tenetur, nisi sciat, aut scire debeat, se iniuriam facere, quia si quis per iocum percutiat, aut dū certat, non tenetur iniuriam. ff. eo. l. illud.

4 SECVNDO † quæritur, vtrū teneat de iniuria is, q. vere alicui dicit, latro, fur, homicida, & hmōi? Et dicit Hos. q̄ nō, si faciat aīo accusandi, aut denunciandi delictū, & probauerit ff. eo. l. eum q, in prin. vbi dr, peccata nocentium nota esse, & expedire, & oportere. & C. eo. tit. l. si quidem. Et idem si faciat excipiendo, vt eum repellat a testimonio, de testibus ex parte, vel ab ordine, aut beneficio, de accusa. super his, quia hoc iure conceditur, & nemo facit iniuriam, qui vtitur iure suo, de ele. cum ecclesia Volaterrana. Si vero dicit ad infamandum tantum, quod præsumitur, quādo non habet iustam causam dicendi, iniuriam facit, & condemnatus est. d. l. si quidem. & l. 3. C. eo. 6. q. 1. ex merito, & c. deteriores, & no. Host. & Ber. in c. si culpa, eo. tit.

5 TERTIO † quæritur, vtrum fiat iniuria matronæ deprehensæ in veste meretriculari, si intentetur? Et dico, quod non, facit. cap. in audientia, de sent. excomm. nec iniuriatur matrimonio, secundum Host. & Bern. qui illud ignorauit. C. de adul. l. si ea. sicut nec militiæ, qui militem ignorat. ff. locati. l. si ignorans. Secus in habitu honesto.

6 QVARTO † quæritur, vtrū possit quis iniuriā repellere. Et dico, q̄ defendendo solū ſm omnes licet, sed percutiendo, sunt opiniones, quia dicit Hug. §. si vero ita, di. 50. q̄ licet, q̄d Bern. & Lau. in c. suscepimus, de hom. restringit ad clericos: ego vero dico iuxta dicta supra, bellum. 2. §. 1. q̄ licet etiam clericis, si aliter iniuria vitari non potest, intelligendo de personali cum moderamine inculpatæ tutelæ, & est mens Alex. in 3. par. Sum. Si verò sit verbalis, idem dicendum videtur: quod de fuga turpi, vt supra bellum. §. 2. 3. dictum est. Intellige omnia dum iniuria est in fieri, non in facto esse, sed tunc dic, vt §. sequen.

7 QVINTO † quæritur, vtrū iniuriam passus teneatur illam remittere? Et dicit gl. in cap. si quis contristatus. 90. dist. q̄ non, quo ad actionem, s. ut ei satisfiat. 23. q. 4. si illic, imo dicit, q̄ agendo bene facit, ut satisfaciat. 45. dist. & qui. & 23. q. 5. de occidendis, quia iniuriator tenetur nedum petere ueniam: sed etiam satisfacere de damno dato ex iniuria si potest aliter absolui non potest, nisi iniuriatus remittat actionem iniuriæ liberaliter, quo ad conscientiā. Rancorem vero cordis ēt iniuriatore non satisfaciēte tenetur iniuriatus dimittere. de pœn. dist. 5. ca. vlt. imo nunquam debet admittere, quia non licet aliquem odire. 23. q. 4. cum in lege 11. q. 3. inter verba.

8 SEXTO † quæritur, cui cōpetat, vel detur, actio iniuriarum? Et dico, q̄ ipsa non nascitur ex pacto, sed ex contumelia. l. si vnus. ff. e. vnde competit ei, qui iniuriam patitur, vt no. In sti. eo. tit. in rub. contra eum, qui illam intulit, vel inferri procurauerit. Insti. eo. tit. §. non solum. Notandum est vero, q̄ nedum iniuria fit alicui in persona propria, sed ēt si fit filio, vel ei, quē habet in potestate Insti. eo. §. patitur, dum tñ iniurians sciebat eum filiumfamilias, licet ignoret cuius. Datur etiam actio filiofamilias in nōīe suo. l. si filiusfam. ff. de ac. & oblig. Item in sponsam, vel vxorem, & sic datur actio viro & mulieri, & sic fit filiusfamilias, ēt patri. l. 1. §. vlt. ff. eo. non tamen patitur sponsa, vel vxor iniuriam factam viro, quia vxores a viris, non viri ab vxoribus defendūtur. ff. eo. l. 2. de spon. dr in l. item apud Labeonem. § sponsum. Item datur hæredi ob iniuriam factam cadaueri defuncti, cuius est hæres, vel si fama eius sit lacessita. d. l. 1. §. sed si forte cadaueri. Itē datur dommo ob iniuriā atrocem factam seruo. d. l. item apud §. p̄tor ait, & inst. eo. §. seruus. Itē datur episcopo pro iniuria facta clericis, & abbati suis monachis vt no. in c. parochianos, de sen. excom.

9 SEPTIMO † quæritur, quanti condemnabitur reus in hac actione? Et dico, q̄ tanti, quāti actor iurauerit se nolle illam iniuriā sustinuisse, præmissa tñ iudicis taxatione. Inst. eo. tit. §. pe. ff. eo. l. institutionib. in isto autē iuro duo modi traduntur. Nam quidam dicunt, quod sufficiat actorem iurare, q̄ nollet lucrari tantū, vel tantum pro eo, q̄ talem iniuriam sustineret. Sed alij dicunt verius, q̄ debet iurare

rare se potius, velle de suo perdidisse tantum, vel tantum, quam talem iniuriam sustinuisse, quod Host. in Summa, de iniurijs, & damno dato, videtur approbare. & Spe. eo. tit.

10 OCTAVO † quæritur, quõ tollitur, vel abolet ur actio iniuriarum? Et dico, ꝙ multis modis. ¶ Primo remissione, vt per supplicationẽ, aut preces. 23. q. 4. si illic, aut per pactum. ff. de pactis. l. si tibi decem. §. 1. ¶ Secundo, dissimulatione. ff. eo. l. non solum. §. 1. vbi dr̃, ꝙ si statim passus iniuriam, & animum non reuocauerit, postea ex penitentia remissam iniuriã non poterit recolere, & Inst. eo. §. vlt. Vnde illata iniuria actor, si per annum vtilem, quando est per metũ, aut continuum, si est alio modo illata, nõ agit, aboletur. l. si cum exceptione. §. in causæ. ff. qđ metus causa. & C. de iniu. & quod no. in gl. l. si nõ conuicij, posset tamẽ ẽt post annum agere indirectè per viam exceptionis: puta si iniuriator esset excõicatus, nõ absolueretur, ẜm Host. & Pan. in c. ea noscit, de sent. exc. ¶ Tertio, salutatione, deosculatione, comestione, & huiusmodi signis: q̃ sunt signa reconciliationis, sicut subtractio signum est inimicitiæ, vt no. gl. in c. cum Adr. dist. 63. & in c. cum super abbatia. de off. dele. quod intellige verum, nisi a principio prouocasset aduersarium citare eum faciendo, quia tunc ꝑ osculum, & prædicta signa non tolleret̃, nisi expresse renuncietur, vel transigatur, & sic intellige prædictam. l. non solum. §. 1. ¶ Non credo ẽt, ꝙ tollatur dicta actio, si homo exhibet signa, quæ inimico exhibere tenetur necessario, quia per ille non dr̃ quis reconciliatus, pro quo facit, ꝙ no. Bar. in d. l. si tibi decẽ ꝙ infirmus dicendo Sacerdoti se remittere sibi illatam iniuriam, intelligitur remisisse odium, & non satisfactionem iniuriæ. ¶ Quarto tollitur, quoties q̇s iudicem incitat ad torquendũ iniuriantem, eo ipso, ꝙ eum torquet, aut condemnat, ad vindictam: vnde aliam satisfactionem actor petere non poterit ꝓ iniuria, vt est bonus tex. & ibi Bar. in l. sed & si vnus. §. si ante iudicem. ff. eo. nisi protesteris, ꝙ ex hoc non vis tibi præiudicari, quin pro tuo interesse possis agere actione iniuriarum, vt l. fi. ff. de iniu. ¶ Quinto per mortem, quia talis actio non transit ad hæredem ante litis cõtestationem moriente iniuriato, vt l. iniuriã. ff. eo. & hæc omnia limita vera, ẜm Pan. in ca. olim. de iniur. quo ad actionem iniuriarum, 2 sed non quo ad damna, & expensas, quia per hoc non tollitur quin agere possit ad restitutionem, arg. ca. 1. de iniur. & sic serua in conscientia. Et etiam si iniuriatus non ageret, teneretur reus ad interesse, & dãna, quæ intulit nisi velit illi remittere, vt in d. c. 1. ¶ Nota tamen ẜm Host. in Summa. ti. de pę. ꝙ si iniuriatus nollet cum iniuriante componere, vel nimis eum grauaret: tunc iniuriator in conſciẽtia tenere posset arbitrium iudicis pœnitentiæ. arg. c. veniens. de iureiur. & c. 2. de arb.

11 ADVERTE † ẽt, ꝙ si quis pecuniam soluat pro remissione iniuriæ obtinẽdæ, efficit̃ infamis, nisi pactum fiat iudicis auctoritate. ff. de his, q̇ no. infam. l. fur. §. pactus. & no. Io. in d. c. si illic. Silr̃ esse infamis, si esset cõdẽnatus ꝑ iudicẽ, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur. ff. de his, q̇ no. infa. l. athletas. §. vlt. & ideo cũ agitur cõtra aliquẽ ꝓcuratorẽ cõstituat, vel faciat compromissum, vt su. Infamia. §. 7. Qñ autem iniuria dicatur atrox, vel enormis, vide sup. Enorme. §. 2. & Absolutio 4. in prin.

INIVSTITIA secundum S. Tho. 2. 2. q. 59. & alios Theologos, est duplex: quædam, s. illegalis opposita iustitiæ legali, & quædam consistens in quadam inæqualitate opposita iustitiæ speciali. de qua inf. Et ista cum in proximi nocumento consistat, ex suo genere est peccatum mortale, quia est contra charitatẽ. Excusatur tñ, vt nõ sit mortale, vel ratione ignorantiæ, ẜm Philosophum 5. Ethic. vel ratione paruitatis rei, q̇a deficit a ratione perfecta eius, quod est iniustum facere, inquantum reputari potest non esse omnino contra voluntatem eius, q̇ hoc patitur, puta si q̇s alicui auferat vnum pomum, vel aliq̇d tale, de quo ꝓbabile est, qđ non lædatur, nec ei displiceat.

DE INOBEDIENTIA.

1 Inobedientia consistit in committendo, & omittendo.

2 Inobedientia quando sit veniale peccatum, & quando mortale.

3 Lex quando obliget ad peccatum.

1 INOBEDIENTIA † dicta est quasi non obedientia, vnde est priuatio, vel negatio obedientiæ, consistens in duobus, s. in omittendo quo ad præcepta, vel mandata affirmatiua, q̃ imperant opus, & in agendo quo ad negatiua quæ opus vetant, sicut obedientia ecõtrario consistit in faciendo quo ad affirmatiua, & omittendo quo ad negatiua. Quando autem alicubi sit præceptum, & quando mandatum, vel consilium, vide inf. Præceptum.

2 EST † autem duplex inobedientia, ẜm San. Tho. 2. 2. q. 104. vna. s. specialis, quæ est contẽptus præcepti, de quo sup. Contemptus. Est ista, vt ibi, dicit, semper est peccatum mortale,

le, & intellige, ẽt ſi non ſit contra præceptũ, ſed ſolum contra mandatũ, quia ipſe contẽptus eſt formaliter ſuperbia, quæ eſt peccatũ grauiſſimum. Et alia generalis, i. omnis receſſus a præcepto, vel mandato: & iſta non vr̃ sẽper eſſe peccatũ mortale, & ſic vr̃ diſtinguendum. Aut enim eſt contra conſilium: & tunc ſi ſit conſilium perfectionis, vt illud. Vade, vende oĩa, quæ habes, non eſt peccatum, ſic intellige gl. in c. generali. de elect. li. 6. & iura quæ allegat. Si verò ſit conſilium reuerẽtiæ, quod dr̃ mandatum, vt qñ ſubditus deberet facere, ſed ſuperior non vult præcipere, vt eſt illud, Veritatem loquimini, ſic eſt veniale, vt no. Arch. in c. teſtamentum. diſt. 6. & diſ. 25. §. alias ea demum. Aut eſt contra præceptũ. Et dupliciter. Nam aut eſt contra præcepta Dei ſiue iuris diuini, aut eſt contra præcepta hominis, ſiue iuris humani, vel poſitiui. Si eſt contra prçcepta Dei, ſic eſt ſemper mortale, ſi eſt ſcienter, vel ex ignorantia non excuſante, facit §. porro. 32. diſt. & diſt. 81. ſi qui preſbyteri. vbi dr̃ idololatria, & 14. q. 1. quiſquis. Si verò ſit ignorantia excuſante, de qua ſup. Ignorantia. §. 7. ſic non eſt mortale.

3 Si † verò eſt circa præcepta iuris poſitiui, diſtingue. Nam ſi talis lex, ſeu præceptũ per longa tempora receptum non fuit, ſciẽte ſuperiore & tranſgreſſores non puniente, ſic non eſt mortale, & facit, ꝙ no. Pan. in c. cũ olim. de cler. coniug. vbi declarat Græcos clericos non peccare licet accipiant vxores. Ex quo nota, ꝙ qñ lex generalis recipiť in vſum a certo genere perſonarum, & ab alio nõ recipitur, non obſeruantes non peccant, ſaltem poſt tp̃a longa. ad. §. leges. & ꝙ notant doc. in c. 1. de treu. & pa. non obſtante eo, ꝙ ibi tenet Hoſt. quia loquitur qñ talis præuaricatio eſt peccatum de ſua natura: quo caſu non receptio non excuſat. Secus ſi eſſent eiuſdẽ generis, & maior pars acceptaſſet: quia licet ſuperior non puniret, tñ pars minor non excuſaretur: ſed haberet locũ illud, Multa per patientiam tolerantur, &c. de præb. cum iamdudum. Idem dico ſi talis lex fuit recepta, ſed ꝑ conſuetudinem abrogata, quia non peccant inobedientes, vt ſup. Conſuetudo. §. 6. Si verò talis lex non eſt repudiata, ſeu non accepta, nec abrogata cõſuetudine, tunc diuerſa eſt opinio inter Doct. Nam quidam, vt Collec. in ca. de conſt. & multi alij dñt, quod talis inobedientia non eſt mortale, niſi fiat ex cõtemptu. quam opinionem Sum. Ang. aſcribit etiam B. Bern. lib. 11. de præcepto, & diſp. ſed non eſt verum, quia Bern. nõ loquitur de inobedientia præceptorũ, ſed mandatorũ, vt patet intuenti. Alij verò dicunt, ꝙ eſt mortale ſolum ratione contemptus, vel conſuetudinis: quæ eſt quidam cõtemptus interpretatus, quod Sum. Ang. adſcribit Rich. 1. quol. q. 19. ſed de hoc ſupra Contemptus, §. 1. Et hãc opinionem Sum. Ang. ſequitur contra Roſel. inobedientiam, quæ nõ eſt ex cõtemptu, aut conſuetudine, dicens veniale peccatum, quia non eſt totaliter cõtra finẽ legis, ſed hoc nõ bene dr̃, quia ſequitur, ꝙ ſcienter contrahẽs in gradibus ab eccleſia prohibitis, nõ ex cõtemptu, ſed ex voluptate nõ peccaret mortaliter cũ hoc non faciat ex conſuetudine, qđ eſt abſurdũ, cũ ſit iure excõicatus, non eſt verum quin tunc agatur contra legis intentionem. Alij verò dñt eſſe mortale ſolum, qñ ſit ſcienter contra præceptum, ſic ꝙ fruſtratur intentio prçcipientis: quod tunc dicunt eſſe, qñ ſit ſine cã rõnabili, intellige vera, vel æſtimata, ita ꝙ non eſt mortale, primò nõ obedire ex ignorantia, niſi eſſet affectata, vel craſſa, nec ſecũdo agẽdo p̃ter aut cõtra verba ſeruãdo intentionem, ita ꝙ probabiliter p̃t, ꝙ ſi adeſſet legiſlator, nõ vellet obligare, nec tertiò ẽt agẽdo cõtra intentionẽ, & veritatẽ, nõ aũt ſecundũ exiſtimationẽ nõ obediẽtis, niſi laboraret p̃dicta ignorantia, & iſta eſt vera mens S. Th. in 4. di. 15. & 2. 2. q. 147. vbi loquiť de ieiunia, vt ẽt ſupra patuit, & Pa. & in rub. de obſ. ieiu. & Arch. di. 76. in c. vtinã. & Ge. in c. generaliter. de elec. lib. 6. pro qua facit, c. 2. de maior. & obe. & c. quod præcipitur. 14. q. 1. & gl. in c. quiſquis. 4. q. 5. Sicut aũt dictũ eſt de præceptis ſtatutorum, ita dicẽdum eſt de præceptis prælatorum, & ſuperiorum, excepto, quod quo ad punitionẽ. & trãſgreſſionẽ mitius agiť cũ lege, &c. ¶ Quæ aũt dicta ſunt de inobedientia ſtatutorũ, ꝙ. ſ. eſt peccatum: Henr. de Gan. 3. quol. q. 22. quem ſequiť Sum. Ang. nõ ĩtelligit indiſtinctè ẽt quo ad ſtatuta pçnalia, ſed circa ea diſtinguit, qͣ aliqñ ibi ſunt duo p̃cepta, vt, ſtatuimus ne fiat tale qđ: & q̄ fecerit, ſoluat decẽ, & tũc obligãt, ad culpã. Aliqñ vnũ tm̃: vt, ſtatuimus, ꝙ qui ſic fecerit, ſic ſoluat, & ſic obligat ſolũ ad pçnã. Sed iſta diſtinctio eſt verbalis tm̃, & puerilis, qͣ nullus apponit pçnã ſtatuto, niſi qͣ vult aliquid fieri, vł omitti: iõ dic ĩdiſtincte cũ S. Th. ꝙ oẽs leges humanæ obligãt in conſcĩa, ſiue ad culpã, modo ſint iuſtæ, & ſic intellige Ge. & gl. in c. vt animarũ. de conſt. lib. 6. & no. in c. ꝙ ſuper his. de vot. & Io. An. in c. relatũ. ne cler.

cler. vel mon. & Gem. in c. perpetuę. de elect. lib. 6. qui dicunt indistincte, quòd statutum pœnale præceptiuum licet contineat aliam partem corporalem, obligat tamen ad mortales, supra Gabella. 3. §. 8. De hac materia infra, lex. §. 9. & infra Statutum. §. 1.

INOFFICIOSVM dicitur, quod est sine officio, vel contra officium, i. obsequium: vnde in officiosum testamẽtum dicitur, quo est contra officium pietatis, vt infra Testamentum. 1. §. 6. & inofficiosa dicitur donatio, quæ est contra officium pietatis, ad similitudinem inofficiosi testamẽti: vt C. eo. tit. l. 1. quia. s. per eam liberi vel parentes excluduntur a bonorum subsidio ex proposito donãtis, vel re ipsa, quod etiam sufficit ad reuocationem, per nota. in l. si liqueat. in gl. C. eod.

¶ INQVILINVS est qui conducit rem vrbanam. l. errorem. in glo. iuncta l. licet. C. locati. vide inf. Locatio. §. 9.

INQVIETVDO mentis est auaritiæ filia, & communiter est veniale peccatum, nisi interueniat omissio alicui⁹ necessarij ad salutẽ.

DE INQVISITIONE, ET INQVIRENTE PRIMÒ IN GENERE.

1 *Inquisitio quid & quotuplex sit.*
2 *Inquirere qui possint.*
3 *Inquisitio de quibus fiat in ciuilibus, & criminalibus. & num. seq.*
5 *Inquisitio contra quem fiat.*
6 *Inquisitus an recusare possit iudicem.*
7 *Inquisitus an teneatur veritatem respondere.*
8 *Inquisitus confitens an de alijs criminosis interrogẽtur.*
9 *Inquisitio impugnari potest, quando deficit in substantialibus.*
10 *Inquisitionem an præcedere debeat infamia.*
11 *Inquisitionis quæ sit forma. & nu. 15. & 17.*
12 *Inquisitio habet quinque substantialia.*
13 *Testes de quib. iurent & deponant in inquisitione.*
14 *Inquisitio quando fiat, & ex quib. causis.*
16 *Inquisitio ex alicuius promotione, & ex fama, differunt.*
18 *Probationes quales esse debeant, vt ex inquisitione sequatur condemnatio.*
19 *Fama an faciat plenam fidem, vel probationem.*
20 *Inquisitionis quis sit effectus.*

INQVISITIO ab inquirendo, importat inuestigationem alicuius incogniti, quæ & iuridica, vel canonica dicitur, si fiat secũdum iura, vel canones. & de eius substantia sunt quinque, vt inf. §. 3.

1 EST † autem inquisitio triplex, secundum quod colligitur ex Pan. in c. qualiter, & quando el 2. de accus. s. generalissima, qua inquirit super statũ totius prouinciæ vel diœcesis, & generalis, qua inquiritur sup̃ statu alicuius ciuitatis, castri, vel loci: & specialis cõtra certam personam, siue ad imponendam pęnam, siue ad peccatum euitandum ex debito officij. Vel dic ꝙ ẽ triplex. prima. s. generalis simpliciter, i. quantum ad personas & delicta, vt cum præses inquirit, an sint homines facinorosi, de qua in l. congruit. ff. de off. præsi. & secunda specialis simpliciter, i. quantũ ad personas, & delicta, vt cum de certo & limitatio delicto contra certam & limitatam personã præses, vel prælatus inquirit, de qua in l. ea quidem, C. de accu. & tertia generalis simul ac specialis secundum quid: siue sit generalis quo ad personas, & quo ad delicta specialis, vt cum præses inquirit contra eos, qui Titiũ occiderunt, de qua in l. mandatis. de cond. ob turp. cau. siue ecõtrario sit generalis quo ad delicta, & quo ad personas specialis, vt cum potestas vel alius punitur ad syndicatum.

¶ Primo quæritur ex parte inquirentis.

2 QVIS † possit inquirere? Et dico tria. ¶ Primum. Quilibet prælatus inquirere p̃t contra subditum suũ: imò tenetur, ne subditorũ sanguis de manibus eius exquiratur in die iudicij, de off. or. irrefragabili. de reg. c. vlt. facit etiam c. licet Eli. de simo. 37. dist. ligant. & d. c. qualiter. el 2. ¶ Secundũ. Generaliter secundum Ang. de Perus. inquirere potest iudex, si est competens, alias non tenet inquisitio. de sent. & re iud. ea quæ fiunt. lib. 6. Vbi sciẽdum est, secundum ipsum, quod in causis meri imperij, vt sunt criminales, solus iudex habens merum imperium potest inquirere, quia huius negotij ipse solus habet iurisdictionem, ff. de iurisd. omn. iud. l. iubere. incidenter autẽ etiam iudex ciuilium causarum potest inquirere de causis meri imperij. C. de testa. l. nullũ. vt cum testis corã eo falsum deponit, quia tunc ratione incidentis cognitionis causa meri imperij deuoluta est ad suã iurisdictionẽ, & punit talis inquirens inquisitum pęna extraordinaria, secũdum aliquos, vel s̃m alios, pœna ordinaria, & si clericus falsum deponat coram iudice laico, puniri quidẽ põt per eum, secundum Cy. gl. in d. l. nullum secũdũ Ray. verò puniri non potest, per c. si diligenti. de foro comp. Et primũ dictum verum est iure ciuili antiquo: dictũ verum est iure canonico, & ciuili nouo, vt c. de epis. & cl. l. statuimus. In causis vero ciuilib. & peculiarib. spectãtib. ad publicam vtilitatem inquirere potest

teſt omnis iudex, ad iuriſdictionem, officiũ,
& cognitionẽ talis cã ſpectat: ad priuatã ve-
rò vtilitatem, vel ad remouendum tutorem,
vel curatorem tanq̃ ſuſpectum Romæ præ-
tor inquirit, vel ſubdelegatus, & ĩ prouincia
proconſul. Et cum hodie poteſtates terrarũ,
in terra, quam regunt, teneant locum præſi-
dijs, corã eis agenda eſt qõ ſuſpecti tutoris.
Ad inquirendum tñ contra vſurarios, vt vſu-
ras reſtituãt, inquirere pñt ordinarij locorũ,
& eorum vicarij. de vſur. ad nr̃am. ¶ Tertiũ.
Monachi, & religioſi deputari non pñt à Se-
de Apoſtolica generales Inquiſitores, ſecun.
Pa. in c. cum dilecti de accuſ. niſi ſint in digni
tate. de reſc. ſtatutum li. 6. Vbi not. ſecundum
eundẽ in c. cãm. el 1. de iudic. ꝙ in ſtatutis, &
odioſis monachi non veniunt noĩe fratrum,
nec monachæ noĩe ſororum, & dñr propriè
fratres, & ſorores mendicantes: non mendi-
cantes verò, & habitãtes ſolitariè, monachi,
vel moniales appellantur. ¶ Secundò quæri-
3 tur, ex parte materię inquirendæ. † De quibus
poſſit inquiri? Et dico, ꝙ Ang. de Peru. vt reci
tat Arch. 3. p. ti. 9. ſic virtualiter dicit Inquiſi
tio fieri non põt ſecundũ gl. iuris ciuilis in §.
ſi publico, niſi in his caſib. Primò ratione in-
iuriæ illatę presbyteris, aut eorum miniſtris,
ẽt in loco occulto exiſtentib. Secundo in cri
mine ſuſpecti tutoris. Tertiò in charta falſa
producta corã iudice. Quartò in falſo teſte.
Quinto in crimine notorio. Sextò in caſibus
notatis in d. §. ſi publico. Sed cõtra, inquit, q̃a
põt inquiri ẽt contra oẽm ſacrilegum, latro
nem, & plagiarium. li. 4. §. mãdatis. ff. ad l. Iul.
pec. & contra facientem ſeditionem in ciui-
tate, in auth. de mand. prin. §. fi. & vt vr̃ regu
lariter contra oẽm malum hoĩem. de off. pſi.
l. cõgruit: Nic. verò de Nacta in quadã ſua di
ſputatione recedens ab opinione illius gl. di
cit inquiſitionem fieri poſſe ĩ ſex caſib. quos
pro regulis Bar. in d. §. ſi publico, ſibi aſſumit.
Primo. ſ. ad denũciationem officialis, ſ. publi
ci ad hoc deputati: vt cum per ſtatutum de-
putantur in comitatu officiales, ne maleficia
committantur. l. diuus. de cuſto. reo. Secũdò
propter præcedentem incidentem cognitio
nem, vt: falſo teſte. C. de teſtib. l. nullũ. Tertiò
propter pręcedẽtem generalẽ inquiſitionẽ,
vt. ſ. inuẽto malefactore fiat ſpãlis inquiſitio,
vt condemnari poſſit, alias fruſtrà fieret. l. cõ
gruit. de off. præſi. Quartò vbi maleficiũ co-
ram iudice committitur, vt falſa charta. C. ď
prob. l. iubemus. Quinto propter atrocitatẽ
criminis, & iniuriã clericis factam. C. de epiſ
& cle. l. ſi quis in hoc genus. Sextò pp crimi-
nis notorietatẽ, vt ĩ l. ea. C. de pb. Septimò,
ſec. Bart. vbicunq; ſine metu calumniæ, & ſi-
ne ſolemnitate inſcriptionis procedit accu-
ſatio, ſed hoc ſeptimum reprobat gl. q̃ ẽt reci
tatis multorũ opinionib. dicit virtualiter ſic.
Inquiſitio fit duab. ex cauſis, ſ. ad priuatã, vt
ad publicam vtilitatem: ad priuatã aũt regu
lariter non ſit inquiſitio, ſ. ex officio, quia quę
in iudicio aguntur, ad partis poſtulationem
agenda ſunt, non ex offõ. ff. de iudic. vbi quis
age. l. qui ſemel, ꝙ tamen fallit in caſib. Pri-
mò in ſuſpecto tutore, quia ad vtilitatẽ po-
puli inquiritur nullo poſtulante. Secundò in
donatione tutoris, qui dari põt ex offõ nemi
ne petente. Tertiò, quia cenſitor ad vtilitatẽ
priuatam põt inquirere. Quarto, quia & præ
tor ſimiliter contra executores publicos ad
priuatam vtilitatem, ne vexent tributis, & a-
lijs hmõi, vt in authen. de man. prin. §. coges.
Quintò, eps ſimiliter in cauſa vſurarũ, vt re-
ſtituantur priuato, de iureiur. ad noſtram.

4 Ad publicã vero vtilitatem ſi fiat inquiſi-
tio, aut erit in cauſis ciuilib & tũc regula eſt,
ꝙ in oĩbus cauſis mere ciuilibus & numarijs
principaliter vtilitatem reip. concernentib.
procedi poteſt per inquiſitionẽ. C. de bo. poſ.
l. ſi quis, aut in criminalib. & tunc dantur qua
tuor regulæ. ¶ Prima. Vbicunq; crimen eſt ta
le, ꝙ accuſando ſolemnitas relaxatur, de illo
poteſt inquiriri, quod probatur. C. de ac. l. ea
quod ẽt no. Innoc. in c. veſtra. de coha. cle. &
mul. & idem eſt quod ad denũciationem pu-
blici officialis poteſt inquiri, quia per talem
denunciationem fit crimen notorium. ¶ Secũ
da. Vbicunq; committitur crimen corã iudi-
ce, ita ꝙ offendatur pars, vel iudicis maieſtas
poteſt inquiri de eo, quod probatur. C. de te
ſti. l. nullum. Vnde ſi quis coram iudice pro-
ducit falſum teſtẽ, vel vtitur falſo inſtr̃o, q̃a
iudicis aures offendit, & partis, meritò põt
inquiri. ¶ Tertia. Vbicunque crimen eſt de a-
trociorib. fama publica præcedente à fide di
gnis, poteſt inquiri, quod probatur l. 4. §. mã
datis. ff. ad l. Iul. pec. quia in iſtis accuſationib.
iuris ſolemnitas relaxatur. Et inter atrocio-
ra reputatur iniuria facta clericis, vt C. de e-
piſ. & cle. l. ſi quis in hoc genus. ¶ Quarta. His
caſibus exceptis non poteſt in criminalibus
cauſis inquiri, quod probatur p l. reſcripto.
§. ſi quis accuſatus. ff. de mun. & hono. Quod
intellige de iure ciuili, quia de canonico in-
quiri poteſt etiam in alijs caſibus, vt quoties
præcedit infamia, de qua inf. §. 4. vel accuſa-

tio,

tio, aut denunciatio. Vnde & idem Ang. dicit ꝙ de iure canonico, quo inquisitio est remedium ordinarium. de sent. excom. cum dilecti. vera est sequens opinio. Nã secundũ aliquos, duplex est inquisitio: vna principaliter ex officio iudicis nobili, alia mercenaria, seu incidens ex officio iudicis mercenario, seu incidẽter. Prima tribus modis fit. Primo, qñ per famã imploratur, vt ĩ l. iustissimos. C. de off. rec. prouin. nam fama tenet locum accusatoris. de accus. qualiter & quando. Secundo, quando per promotorem prouocatur. de accus. cum oporteat. Tertio, quando excitatur per publicam denunciationem: ut d. l. ea.

5 TERTIO † quæritur ex parte personæ cõtra quã inquiritur, quid de illa iura tradiderint? Et dico multa. ¶ Primum. Oportet inquisitũ, seu personam, contra quam inquiritur, esse de iurisdictione inquirentis: quantũ ad articulũ de quo inquiritur, aliter contra ipsum inquiri non potest, de foro comp. si diligenti. & auth. statuimus, de epis. & cler.

6 SECVNDVM. † Inquisitus recusare potest iudicem, si habeat illum suspectum: de app. cum speciali, puta quia ex odij fine procedit: vel qa est criminosus, argu. 3. q. 7. iudicet. potest etiã negare infamiam præcessisse, & consequẽter oportebit iudicem primo cognoscere hoc: vnde si infamatum non inuenerit, procedere nõ poterit: alias sic: de appel. cum oporteat. & c. cum oporteat. & c. qualiter. el 2. Et licet accusator probet infamatũ: nihilominus reus probare poterit, quod sit bonæ famæ. ar. de purg. cano. c. cum in iuuẽtute. & potentius erit priuilegiũ bonæ famæ, quam infamiæ, arg. de accu. licet in fi. & not. Bern. in d. c. qualiter. el 2. Ista tamen quo ad omnia seruanda nõ sunt in ĩquisitione regulariũ, quia facilius & liberius possunt a suis administrationibus amoueri d. cap. qualiter, quod limita, nisi infligendũ sit graue præiudicium. argu. d. c. qualiter. in fi. in verbo. Facilius & liberius.

7 TERTIVM. † Inquisitus an teneatur de omnibus respondere veritatem. Pet. de Pal. in 4. di. 19. dicit, quod sic, tam de se, quam de alio quãdo certum est, iudicẽ inquirere in cã, in qua de iure potest, quia in iudicio mentiri est mortale. Si vero certũ est, quod iniuste inquirit, puta quia non præcessit accusatio, nec denunciatio, nec clamosa insinuatio, nec infamia illius, nec factum est diuulgatum, nec denunciatũ in speciali, vt talis iacet occisus, nec scitur a quo, non in generali, puta tale monasteriũ est difamatum de religionis dissipatione: non tenetur, nec de se, nec de alio, quia ille in hoc non est suus iudex. Si vero sit dubium iuris, aut facti, præsumendum est pro iustitia iudicis & debet homo dicere veritatẽ hæc ex illo. Pro quo tamen aduerte, & ex sola denũtiatione, vel notorietate facti generali, vel speciali, licet iudex licite inquirat in genere, tñ nullus tenetur fateri veritatem, ẽt inquisitus in specie, quia specialiter iudex inquirere nõ põt, nisi de isto inquisito p̃cedat infamia, vel hmõi. vt su. Correctio. §. 8. ¶ Quartum, eo ipso, quod quis habet aliquod crimen, propter quod iudex contra illum iuste inquirit, secundum Pet. de Palu. etiam de alijs criminib. põt inquirere: quia non propter occultationẽ peccati, sed peccatoris homo de occultis iudicare prohibetur: vnde ubi iam per vnicũ crimẽ est diffamatus, etiam de alijs debet dicere veritatem. Et similiter si socij sui sunt in statu, ꝙ iuste cõtra eos agi potest pro vnico crimine, etiã de omnibus alijs potest & debet prodere illos, quando eorum correctionem nõ sperat: maxime cum peccatum illorum est in periculum cõmunicatis, vt quia scit eos fures, & latrones & impœnitentes: eum autem, qui iã pęnituit, accusare non debet, nisi iuste de eo nominatim interrogaretur. hæc ille. Et intellige in occultis, secus in his quæ probari possunt, vt supra, Accusatio, §. 9.

8 QVINTVM. † Inquisitus, & cõfitens propriũ delictum, an debeat, vel possit de alijs criminosis interrogari, Bar. in l. repeti. ff. de quæst. distinguit: nam quædam sunt crimina, quæ principaliter in alterius offensam, vel odium non committuntur, sed propter committentium commodum, vt falsare vel fabricare monetã, latrocinia facere, in his potest interrogari de socijs, vt probatur in l. diuus, ff. de cust. re. & ĩ l. prouinciarum, C. de fer. Quædam vero committũtur principaliter in odium offensi: & in istis secus, vt in d. l. repeti. & l. ult. C. de accu. ꝙ tamen fallit in casu. l. prius. ff. ad Sylla. & secũdum Pan. in ca. 1. de confess. etiam fallit in crimine læsæ maiestatis.

9 SEXTVM. † Inquisitus potest impugnare inquisitionem quoties deficit in aliquo de substantialibus: nec ex tali inquisitione condemnari potest nisi cõfessus sit crimen, vel talem defectum substantialium non opponat, quia tunc sequi potest condemnatio, de confes. c. 1. l. 6. Huiusmodi autem substantialia, secundum Ang. de Peru. sunt quinque, vt inf. §. 6.

10 QVARTO † quæritur, ex parte causæ motiuæ ad inquirendum, vtrum necessario præcedere

dere debeat infamia ? Et dico multa. ¶ Primum. Fama publica, & clamoſa inſinuatio a ſide dignis procedens, incitat iudices ad inquirendum, adeo, quod inquiſitio fieri non poteſt, niſi diffamatio procedat a uiris honeſtis, non maleuolis, & maleficis, nõ ſemel, ſed pluries. de ſimo. licet Heli. de accuſ. qualiter & qñ el 2. vbi not. Panorm. & expreſſe patet in tex. quod in prælatis ſcilicet ſecularibus, oportet infamiam eſſe tantam, vt tolerari, non poſſit ſine ſcandalo, vt quia infamantur de incontinẽtia, vel periculo, ut quia infamantur de hęreſi vel de dilapidatione: ſed contra ſubditum ſufficit præcedens infamia etiam nõ ſcandaloſa: & ſimiliter contra prælatum regularem. ¶ Secundum. Infamiam neceſſario præcedere inquiſitionem, ſecundum Ang. de Peru. & Arch. fallit primo, vbi inquiritur ad remotionẽ prælatorum regularium, quia non eſt neceſſe, quod pręcedat periculoſa, vel ſcandaloſa. Secundo, vbi fit præſente parte & non opponente, qđ. non præceſſit infamia, vel non legitime, de accuſ. c. 2. li. 6. Tertio, vbi fit contra eum, qui crimen eſt confeſſus. de confeſſ. c. 1. libr. 6. quod dupliciter poteſt intelligi primo ſecundũ dicta Pet. de Pal. §. priore. par. 4. quando quis iuſte inquiritur de vno crimine, quia inquiri poteſt de alij, etiam ſi de illis non ſit infamatus, ſecundo de crimine confeſſo, ſed non iuridice. Quarto, vbi fit generaliter contra caput, & mẽbra alicuius eccleſiæ, ciuitatis, caſtri, vel loci, de delicto in genere, de offi. or. c. 1. & ita tenet Hoſt. in Sũ. Vnde hoc poſſunt ſyndicatores rectorum, qui ſyndicant caput & mẽbra, puta Poteſtatem, Capitaneũ, vel eius officiales, & ita de cõſuetudine ſeruatur. Quinto, qñ fit ad denunciationem publici officialis, de off. ord. c. 1. in fi. & ita tenet Hoſt Sexto, cum iudex inquirit ex mero & puro officio ex ſua voluntate, non ad inſtigationem alterius, & idem vbi inquirit ex neceſſitate officij, etiam in criminali: vbi non eſt neceſſaria diffamato, ẽt ſi ex voluntate, non ex neceſſitate inquirat ſine alterius petitione, ex mero officio, vel ad denuntiationẽ publici officialis. Adde tu ſeptimo, quando procedit aliquo accuſſante, & ſemiplene probante, vel apparentib. expreſſis indicijs, quia tunc ſecundũ S. Th. 2. 2. q. 6. ar. 1. & 2. & 1. quol. ar. 16. & iudex per iur̃m, & p̃latus per præceptum põt exigere veritatem ꝙ eſt inquirere. ¶ Tertium. De iſta præceſſione infamiæ. Pan. ẽt vbi ſupra ſparſim ſic dicit. Si inquiſitio ſit generaliſſima, non requiritur infamiã præcedere, quia ad illũ tenetur prælatus quolibet anno. de cenſib. c. cũ venerabilis. & c. Romana. eod. tit. lib. 6. Similiter nec ſi ſit generalis, & in c. 1. ff. de off. or. & l. congruit. ff. de offic. præſi. Similiter nec ſi ſit ſpecialis. i. contra certam perſonam, & fiat non ad pęnã imponẽdam, ſed ex debito officij, vt ne matrimonium contrahatur propter impedimentum, vel non promoueatur quis ad prælaturam, vel electus non confirmetur, ſi reperitur vitioſus ad quod c. poſtquam & c. cum dilecto & c. nihil de elec. & c. fi. de clan. deſpon. & qđ not. Innoc. in cap. 1. de exceſ. prælat. Similiter nec ſi ſit ſpecialis, & fiat ad pœnam imponẽdam ad denuntiationem publici officialis, C. de accu. l. ea quidem de teſti. cog. ca. præterea ſed non denuntiatur niſi notoria, alias nõ creditur denũciatoribus de quo tamen dic vt 4. q. 4. vlt. hæc ex illo. cui adde, quod etiam non requiritur, quod pręcedat infamia, ſi iudex ꝓcedat ad accuſationem alicuius ſemiplene ꝓbantis, vel præcedentibus indicijs. Si autem nullum horũ procedat, regulariter in ſpeciali, inquiſitione ad pęnam requiritur infamia, qua non præcedente non poteſt inquiri, ut in d. c. qualiter & quando. & no. Pan. in c. ad noſtram. de iureiur. el 2. in caſib. tamen poteſt inquiri vt dictum eſt particula priore. Adde ẽt, ꝙ iſta infamia, quæ præcedere debet, aliquãdo doctorib. dicitur eſſe publica. Vnde dicit S. Thom. quolib. 11. art. 13. quod debet præcedere clamor congregationis, & verũ, eſt ſi inquratur ad inſtantiam alterius, aliquando vero dr̃ ſufficere, quod ſit apud bonos, & graues, & verum eſt, ſi procedatur ex officio.

11 Qvinto † quæritur quæ ſit forma inquiſitionis? Et dico, qđ Ang. de Per. tradit formas inquiſitionum habentium aliquid ſpecialiter, & recitat Arch. 3. parte. tit. 9. c. 7. 8. 9. ex quorum dictis colligo multa. ¶ Primum. Forma inquiſitionis generalis quo ad perſonas, ſed ſpecialis quo ad delicta, quantum ad ſubſtantiam uel eſſentiam ſuam, includit quinq. primo vt nominetur modus procedendi qui eſt inquiſitio, & ſecundo perſona inquirens cum officio importante iuriſdictionem ad inquirendum, & tertio perſonæ in genere, contra quas inquritur, & quarto delictũ, de quo inquiritur. & quinto locus ac tempus, quibus delictum cõmiſſum eſt, ſic: Hæc eſt inquiſitio, quo ad primum, quæ fit per A, ſyndicum vel Poteſtatem talem, quo ad ſecundũ: cõtra oẽs, & ſingulos, quo ad tertium, qui Titium occiderũt, quo ad quartum: tali loco & tempore, quo ad quintũ: ¶ Secundum. Forma inquiſitionis generalis,

quo ad

quo ad delicta, sed specialis, quo ad personas, quantum ad substantiã, vel essentiã suã includit ẽt quinque p̃dicta, & eodẽ modo, excepto ꝙ p̃sonas exprimit in specie, & delicta in genere, sic: Hæc est inquisitio, quo ad primũ, q̃ fit per A. syndicum talem, quo ad s̃m: contra N. olim Potestatem talem, & ministros eius, quo ad tertiũ, super eo quod iniquè egit, quo ad quartum, intra tale tempus, & in tali loco, puta palatio suæ residẽtiæ, quo ad quintum. ¶Tertium. Forma inquisitionis specialis, quo ad personas, & delicta quantum ad substantiã, vel essentiã suam includit prædicta quinque, ita tñ, ꝙ personam, & maleficium specificet inquirendum, & vlterius addit sextum, i. infamiam præcedentem, sic. Hæc est inquisitio, q̃ fit per talem, contra talem, de eo quod fama publica præcedente, & clamosa insinuatione referente, non quidẽ a maleuolis, & suspecti, sed ab honestis, & fide dignis, ad aures eius peruenit, ꝙ Titium interfecit tali tp̃e, & loco. ¶Quartum. Inuentis malefactorib. specialib. p̃ generalẽ inquisitionẽ, contra eos fit specialis inquisitio: ex qua ad cõdẽnationem venit, nõ ex generali, & oẽs testes examinati in prima inquisitione, examinari debẽt in secũda: aliter ex primis atestationib inquisitus damnati nõ posset: cum testes deposuerint eo non citato, & sic testimonium eorũ erat nullum in eius præiudicium, C. de test. l. si qñ.

12 Sexto † quæritur, quot sint de substantia inquisitionis? Et dico, s̃m Arch. post Ang. de Peru. ꝙ quinq. Primò, ꝙ iudex inquirens sit cõpetens, de sent. & re iud. ea quæ. lib. 6. Secũdo, quòd inquisitus sit de iurisdictione inquirentis quo ad illum articulum. de fo. comp. si diligẽti. Tertio, ꝙ materia talis, sit de qua possit inquiri, iuxta dicta superius. §. 2. Quarto, ꝙ procedat infamia, nisi in casibus, de quib, sup. §. 4. Quinto, ꝙ inquisitio habeat formam de qua in §. priore. aliter sequi non potest cõdemnatio, vt in c. qualiter, & c. inquisitionis, & c. cum oporteat. de accus.

13 Septimo † quæritur, quid de testibus in causa inquisitionis iura tradiderint? Et dico multa. ¶Primum. Forma iuri testium in causa inquisitionis hæc est: Si est inquisitio contra personã & crimen determinatum, iurat testis ꝙ super crimine dicit plenam veritatem. de simo. licet Heli. Si verò est super statu ecclesiæ iurat dicere de his, quæ scit, vel credit, in ecclesia reformãda, vel respõdere ad interrogata. de accus. cũ dilectus. Nec tñ in talib. dẽt iurare de occultis, i. s̃m Veru. de quib. quis non est informatus, quia secretorũ solus Deus iudex & cognitor est. dist. 32. erubescant. & 2. q. 5. consuluisti. & solum Deum hñt vltorem. C. de iureiur. l. iusiurandum. ¶Secundum. Si testes interrogẽtur super occultis, si inquisitio sit generalis respõdere nõ debẽt nisi de crĩe, de quo infamia præcessit de acc. qualiter & ꝯ qñ, el 2. & multo minus si sit specialis contra aliquẽ. Si vero præcessit infamia cõtra aliquẽ dicent veritatem super oĩb. q̃ sciũt de eo quo inquiritur, ẽt si illud, quod sciunt, sit occultũ, vt si de fornicatione agitur, & vocatur is, qui cum eo fuit, debet dicere secretas circunstantias, etiam quas secretò nouit: ẽt si iurauit tenere secretum, quia vel iur̃m fuit illicitũ, vel intelligendũ erat, ꝙ non reuelaret, nisi ex iusta cã, si tñ esset infamatus de fornicatione, sed non cum ista muliere, non esset reuelãda occulta fornicatrix. Concor. Inn. & Host. in c. qualiter. el 1. de accus. & Io. Arch. 2. q. 5. habet hoc. & Verue. ¶Tertium. Si tñ in generali inquisitione testes aliquid dixerint de occultis, de q̃b. non præcessit infamia: dictũ eorũ non valebit ad puniendum, de accus. inquisitionis In speciali autem inquisitione, si inquiratur super certo capitulo, vel crimine, secus est: si tamen vnum crimen, puta homicidium, sit positũ in forma inquisitionis, & testes deponant de alio, puta, furto: condemnari reus de furto non poterit, quia respectu eius non est determinatus locus, aut tp̃s: ꝙ tñ fallit si de crimine constaret p̃ propriam confessionẽ, de confes. c. 2. lib. 6. Et ratio est, quia nullæ sunt partes iudicis in confessum, nisi condemnando.

14 Octavo † quæritur, qñ, siue ex q̃bus causis ad inquisitionem procedendum sit? Et dico, ꝙ de hoc Rich. in 4. dist. 19. sic dicit: Malam famam talem, vt p̃p̃ eam prælatus debeat p̃cedere ad inquirendum, non faciũt dicta paucorum, quia dicit gl. in c. inquisitionis. de accus ꝙ dicta paucorum non infamant, & debet fama esse per villam, siue parochiam, ad hoc, vt fiat inquisitio. 2. q. 1. Deus omnipotẽs. Quando igitur mala fama ortum habeat ab incerto motore, vel auctore, si ad aures prælati deuenerit per clamosam insinuationem, & ꝯ ex ea scandalum in populo generetur, debet ad inquisitionem procedere, quamuis nullus se offerat ad accusandum factum, vel famam: sed cum procedit ad inquirendum, inquirere non debet de quibus infamia non præcessit. Quando vero ortum habet a certo auctore, vel certis auctoribus: tunc si illi non sunt inimici, sed prouidi

& ho-

& honesti debet p̃latus procedere ad inquisitionem. Et similiter si sunt quidem inimici, & maleuoli, sed hoc non cõstat certitudine: sed per pręsumptiones non violentas. Si verò cõstet eos esse tales ꝑ legitimas probationes, vel eorum confessionem, vel præsumptiones violentas, & infamatus alias fuerit boni nominis, & persona notabilis, non est ad inquisitionem procedendũ, de purga.can.c.quum ĩ iuuentute. Quidam tñ dicunt procedendum esse ad inquirendum, vndecunque procedat mala fama, & infamato canonicam purgationem indicendam, saltem propter scandalũ, de accus.c.qualiter & quando. Sed intelligit, qñ illi, a quibus infamia ortũ habuit, non ꝓbantur esse inimici, vel maleuoli. hęc ex illo. Vbi no.ꝙ secundum Ray. cuius est dicta opinio, sufficit, ꝙ quis sit infamatus apud bonos, & graues, non distincto a quib. ortũ habeat infamia, cum ab incerto auctore procedat, de consec.dist.4.sanctum. & concordant Ber. & Host. Igitur secundum Veru. & Sum.Confess.li.3.tit.33.q.5. ad inquisitionem procedẽdum est ex quatuor causis. Primò ex clamosa insinuatione, vt dictũ est, quod Sum.Ang. in inquisitione particulari ad pœnam limitat, quando fama publica defertur iudici sedenti pro tribunali ad banchum: alias, inquit, in secreto non valet, secundum Angel. in l.si vacantia. C.de bon.vac. & cum alijs indicijs: aliter iudex ad aliquem actum procedere nõ põt. Sed oppositum est verum, vt sup.patuit ex dictis Richardi, quia inquiritur aliqñ, etiã si nullus famam accusat, & ipsa fama denunciat locum tenens accusatoris: de simo. licet Heli. Ange.aût loquitur secundum ius ciuile. Secundo propter timorem scãdali, quod potest ecclãm turbare, siue sit vnus adeò potẽs ꝙ ipse scandalizate potest ecclesiæ scandalum suscitare: siue sint plures: quia ad remotionem talis scãdali inducitur purgatio, & illa inquisitionem sequitur. Tertiò contra eũ, qui est suspectus suo prælato, vt principi terræ, vel alijs bonis viris, quia ex hoc indicitur purgatio. Et intellige de suspicione probabili, ẽt sine infamia, sed non sine indicijs, vt inf. Purgatio. §.2. Quartò, ꝑꝑ periculum etiam sine infamia: sicut fit in hæresi, & alijs criminib. quæ serpunt in occulto, non tñ sine indicijs. Quintò adde, ex denuntiatione publici officialis, vel famã probare volentis, de accusat. cum oporteat. Sed tñ in nullo crimine ꝓcedi potest ad inquirendum ex sola denũciatione publica, nisi pręcesserit fraterna correctio. de sim. licet Heli, vnde eam se fecisse denunciator probabit proprio iuramẽto. secũdum Archid. 2. quæstione prima, si peccauerit. quantum ad primam, quæ fuit inter se ipsum solum, & per testes inductos, quantum ad eam, quæ fuit coram testibus: licet etiam ad istam putem sufficere iuramentum, vbi testes prædicti haberi nõ possunt. Sexto ex accusatione cum semiplena probatione. Septimò, ex cõmissione iuris, vel hominis. Et hæc omnia patent ex dictis.

15 NONO † quæritur, qualiter in inquirendo sit procedendum? Et dico multa in genere, & in specie. Primum. In inquisitione primò debet poni locus delicti, & tempus, vt dictũ est, tanquam substantialia, alia verò opportuna, sed in libello accusationis necessaria, secundum formam.l.libellorum. Inst.de publ. iud. in inquisitione obseruari non debent, secundum glo.ibi. & secundum Inn. & secundũ tamen Iac.Butr. quem sequitur Ang. excepta inscriptione oĩs alia solemnitas, quæ seruat̃ in accusatione, seruanda est in inquisitione. Et secundò debet procedi contra præsentẽ, & si est absens, non per contumaciam, citandus est. Sed tñ secundum Archid. hoc de consuetudine nõ seruat̃, quia semper inquirit̃ de delicto, ẽt si inquisitus sit absens, & non per contumaciam, est tñ cõtra oĩa iura, & quod condemnet̃. Et tertiò debet inquirendus ante formationem inquisitionis interrogari de inquirendis, vt habeat facultatem defensionis, & si ante formetur, quam interrogetur, est nulla, vt in d.c. qualiter. tamen de consuetudine contrarium seruatur, & valet, vt in c. 1. eo. tit. lib. 6. si non fuit oppositum.

16 SECVNDVM. † Inquisitio, quam facit iudex alio procurante, siue promouente, & quam facit ex officio suo ad clamorẽ famæ, dupliciter differunt. Primò, quia in illa inquisitus iurare non cogitur, ne ex hoc possit instrui promotor inquisitionis: sed ipse tenetur probare suam intentionem: alias puniretur suspensione ab officio, & beneficio, vel aliter, donec se purgauerit, quod nõ animo calumniandi crimina imposuit, de calum. cum dilectus. In ista verò inquisitus cogitur iurare, quod respõdebit veritatem ad interrogata; siue inquisitio sit contra priuatam personã, siue contra conuentum. Et secundò, quia in illa publicatis attestationibus, non recipiuntur alij testes, quia timeretur de subornatione, in ista verò potest denue ab alijs testibus veritas inquiri. 2. q. 5. habet. & c. Mennam.

TER-

17 TERTIVM. † In generali inquisitione cum alicui committitur inquisitio ecclesiæ contra caput & membrum, procedēdum est primò de plano sine strepitu iudicij: cum non deceat seruos Dei talibus implicari. de accu. olim nō tamen, quòd ordo iudiciarius omnino præter mittatur: sed per modum, qui dicetur inf. iudi cium. §. 3. Et secundò inquisitor dabit iuramē tum clericis, si est contra ecclesiam super his, quæ sciunt, vel credunt in sua ecclesia reformanda tam in capite, quam in membris, exceptis criminibus occultis, de mera veritate dicēda: vt in d. c. qualiter. de accu. Nec iurm uel interdictum, vel excommunicatio lata ab abbate, vel alio inferiore contra subditos, ne reuelent Inquisitori, valet, aut ligat: imò tenentur inquisitores talem temeritatē castigare. de off. ord. plerique. lib. 6. Et tertiò procedet ad recipiendū dicta eorū, quos inquirit, vel testium, si qui producuntur ab aliquo, quib. exponet obiecta & nomina testiū: quòd tamen fallit in casu, de quo sup. Hæresis 2. §. 4. & in tali inquisitione recipiunt testes tales, quales in ecclesia inueniuntur: quia quæ domi fiūnt, per domesticos probari oportet, de test. veniens. & quarto exceptiones contra testes & alios, & replicationes legitimas admittet, vt deponendi falsum prohibeatur audacia. 5. q. 2. si primates. & d. c. qualiter, §. debet. ¶ Quartum. In inquisitione vero contra singularē personam sic procedendum est, quòd primò fieri debet in loco, in quo illa conuersata est. 23. q. 1. paratus. & de præsump. quorundam. quod intellige si commode fieri potest, alias non est necesse. Et secundo citandus est inquirendus, d. c. si primates, & d. §. debet, & sic debet esse præsens, nisi se per contumaciam absentauerit. Tertio fieri debet coram ecclesiæ senioribus, & exponenda sunt inquirendo capitula, de quibus inquirendis fuerit, & danda illi dicta & nomina testiū, quod tñ secundum Ang. de Perus. fieri debet post testium depositionem, i. attestationem, & nō ante, vt cesset omnis materia corrumpendi testes, Ita not. Host. super d. c. qualiter. Et quarto secundum Gul. & Ang. testes nō possunt examinari parte non citata, per l. si quando. C. de testi. aliter non inferunt præiudiciū non citato. Et quinto admittendæ sunt exceptiones, vt sup. particula priore. Et sexto inquisitor dēt facere iurare, & testificari ēt eos qui denūciauerūt, de finio. licet Heli. secus in via accusationis: quia accusator non potest esse testis, de accu. cum P. Et septimo inquisitus potest opponere contra inquisitorē, ꝙ sit suspectus, vel criminosus, vel contra denunciationem, vel literas ad inquirendum impetratas, & contra testes, & dicta eorum. de accu. cum oporteat. Et octauo postquam inquisitus confessus fuerit aliqua crimina corā eo, qui cōtra eum super illis fuerat deputatus, nō poterit impugnare confessionem, quo minus puniatur, dicendo, quòd super illis non fuerat ante diffamatus, vel quòd per eundem inquisitorem capitula, super quibus volebat inquirere, sibi tradita non fuerunt. de accus. postquam. li. 6. Et nono, quod si inquisitor talis processerit ad veritatem inquirenda omissa inquisitione infamię, inquisito præsente, nec reclamante, aut quicquam super hoc excipiente, non poterit ob hoc inquisitus impugnare processum, q̄a non fuit de infamia primitus inquisitum. de accus. si is. libr. 6. Et omnia prædicta intellige etiam in inquisitione speciali, ad quam ex generali venitur.

18 DECIMO † quæritur, quæ probationes requirantur, vt ex inquisitione sequi possit cōdemnatio? Et dico, quod quando inquiritur contra laicum de crimine, requiruntur probationes apertæ & necessario concludentes, vt in l. sciant. C. de probat. Cōtra religiosum vero, si de crimine inquiritur, adhuc requiruntur exactiores de si no. licet Heli. Diuersimode tñ probationes contra religiosum requirūtur. Nam si inquiritur ad correctionem secundū regulam ſm eam de plano inquirendū est, nō seruata forma dicti cap. qualiter. vt no. de appell. reprehensibilis. Si vero inquiritur ad remouendam ab administratione: tunc quando agitur de priore, vel abbate curam habente, auctoritate diœcesani instituto, quantum ad quædam seruanda est forma dicti cap. qualiter. licet non quoad omnia, quia non vocabitur modo prædicto, vt se defendere possit. de accus. ad petitionem, & remoueri poterit leuius & ex leuioribus causis quam clerici seculares, in quo spectanda est consuetudo specialis locorum religiosorum: de appella. quia vero. Quando vero agitur de priore simplici vel alio officialia, tunc instituitur & destituitur ad abbatis arbitrium, vt not. Innoc. in d. c. qualiter.

19 VNDECIMO † quæritur, vtrum fama faciat plenam fidem vel probationem? Et dico, q̄d Bart. in l. de minore, ff. de quæstio. refert Dire. & Cy. tenere, quod fama cum vno teste facit plenam probationem in ciuilibus, non in criminalibus, in quibus requiruntur probationes

nes luce clariores. Ipse vero dicit, ꝙ quædam
sunt in quib. sufficit famã sic esse, licet in veri
tate ita non sit, & tunc sufficit probatio famę,
vt l. Barbarius. ff. de off. præt. Qn̄que vero req
ritur probatio veritatis, ꝙ ita sit, & tunc qn̄
ipsa fama, seu cõis opinio facit, & inducit ve-
ritatẽ, sufficit probatio famæ, vt l. 1. §. 1. ff. de
flu. & facit. l. cũ de lainonis, §. asinã, ff. de fun.
inst. Qn̄ vero fama nõ inducit veritatẽ, dicit,
ꝙ si fama probetur solũ ex voce populi non
probata aliqua pręsumptione, ex qua dicta fa
ma & opinio trahat originẽ, tũc fama nõ pro
bat, sed magis dicetur vana vox populi, quæ
nõ est audiẽda: adiuuat tñ probationẽ iam fa
ctã, vt l. 3. §. eiusdẽ ff. de testib. Si verò ista fa-
ma esset probata, quæ traxit originẽ ex aliq-
bus præsumptionib. legitimis pręcedentibus,
in quibusdã casibus facit probationem plenã:
puta in causis breuioribus, vel modici pręiudi
cij: non in alijs. Sed an faciat semiplenam: ita
quod cum vno teste probet: dicit, quod de-
bemus considerare illa indicia & illas præ-
sumptiones qualiter vrgeant, & secundũ qua
litates illas dicam, inquit, eam facere semiple
nã probationem, vel non facere. Et ita debet
intelligi glo. in l. excusantur §. 1. de excus. tut.
& d. l. 3. Et ex hoc habes etiam perpendere, v-
trum fama sit sufficiens indicium ad tortu-
ram, vel non hæc ex Bar.

20 Dvodecimo † quæritur, quis sit effectus
inquisitionis? Et dico, ꝙ si inquiritur contra
prælatum, vel habentem administrationẽ, &
conuincitur: pœna eius est remotio, exemplo
villici diffamati, cui dictum est, iam non pote-
ris villicare. Luc. 16. de accus. qualiter. Si vero
non habet administrationem, pœna est arbi-
traria secundum merita personæ, & qualitatẽ
excessus. de accus. inquisitionis. in fi. ꝙ tamen
fallit in criminib. enormibus, quæ ordinis exe
cutionem, & beneficij retentionem post per-
actam pœnitentiam impediunt, vt est in simo
niaco in ordine, & beneficio. d. c. inquisitionis.
Quæ autem dicantur enormia, vide sup. enor
me, & supr. Crimen. De Inquisitoribus vero
hereticorum, vide sup. Hæresis. 2.

RVRSVS DE INQVISITIONE secunda, specialiter quo ad religiosos.

1 *Inquisitio contra clericos, & religiosos qualiter fiat.*
2 *Torqueri potest clericus, & religiosus via inquisitionis.*

INQVISITIO rursus secundo, specialiter cõ
siderari potest quo ad religiosos & clericos:
in qua etsi obseruanda sint omnia dicto titul.
priore, præter ea de quibus specialiter cautũ
est, tamen ad pleniorem notitiam sciendũ est,
quod Arch. post magistrum Simonem virtua
liter dicit multa.

1 Primvm. † Aut talis inquisitio sit in genera-
li super statu ecclesiæ, vel capituli, aut contra
determinatam personam. Et si in generali, ab
omnibus tunc inquirendum est, & oẽs tam
beneuoli quam maleuoli audiendi. Sed si con
tra determinatam personam, maleuoli & ex-
tranei possent oĩno repelli, & similiter infa-
mes. ¶ Secundum. Quando sic proceditur, s.
contra determinatam personam: deponentes
contra eã, primo iurent antequam eorũ te-
stimonium vel depositio admittatur. 3. qu. 9.
hortamur, & de accusat. qualiter, & quan-
do. ¶ Tertium. Et si omnes, vel multi di-
cant se nihil scire de persona, per certam, sciẽ
tiam, sed solum per famam, & fortasse cre-
dulitatem per hoc non fit conuictio: nec po-
terit in aliquo puniri, quia nihil per huius-
modi depositionem probatur, nisi sola fa-
ma, quæ ad puniendum non sufficit. Vnde
nisi adsint testes alij, solum infamato purga-
tio canonica indicẽda est, secundũ arbitriũ iu
dicis, & qualitatem personæ, & modum infa-
miæ suscitatæ & hoc habetur de acc. in c. inq
sitionis. & 2. q. 5. presbyter per totum. ¶ Quar
tum. Cum autem inquiritur contra determi-
natam personam ad petitionem partis agen-
tis contra eam: primo iudex descendens ad
inquisitionem habita persona præsente, dẽt
inquirere de fama personæ delatæ, quam si
diffamatã inuenerit, procedat, testes admit-
tendo, aliter non est in inquisitionis nego-
cio procedendum contra ipsam. de accus. cap.
cum oporteat. Imo quamuis actor probaue-
rit eam infamatam, adhuc reus probare po-
terit se bonæ famæ, de purga. cano. cap. cum
oporteat. Imo quamuis actor probauerit eã
infamatam adhuc reus probare poterit se bo
næ famæ. de purga. can. capitulo cum opor
teat, & tunc præstantius erit priuilegium
bonæ famæ, q̃ probatæ infamiæ, & hoc tenen
dum est, nisi probetur factum, quod si pro-
bari non poterit, procurans inquisitionem
grauius puniatur. de calum. cap. cum dilectus.
¶ Quintum. Fama autem inuenta de perso-
na apud paucos, vel leues personas, nec co-
git, nec dat occasionem prælatis ad inquiren-
dũ, præcipue de persona, quæ prius fuit claræ
& bonæ famæ, secus si apud plures bonos, &
graues, quia fama apud tales cum suspicioni
bus violentis secundũ conditionem personæ,
de

de qua agitur, facit quodammodo probationem, quia etsi singula non possint, simul tamẽ collecta valent. Nihil est.n.aliud in hac materia probatio, q̃ rei dubiæ ꝓtestes vel instrã, vel præsumptiones offensio.22.quæst.1.dicit.

¶ Sextũ. Igitur procedens cõtra ꝑsonã inquirẽdo ex fama, primo eã citabit, aut vocabit, secundum modum religiosorũ, qui arctius obligantur ad obediendũ prælatis suis, & facient eam iurare super veritate dicenda de his, de quibus infamatus est, de accu.c.cum dilecti. licet aliq̃ religiosi ex consuetudine hoc faciãt per præceptum addentes qñq; excõicationẽ ꝑp pertinacem inobedientiam aliquorum.

¶ Septimum. Cum autẽ inquiritur solum ad correctionẽ, vel pœnitentiam, valde liberius procedendũ est, q̃ cum proceditur ad depositionẽ & pœnam, maxime circa seculares, q̃a primo casu proceditur in fauorem eius cõtra quem agitur, non semper in secundo.

¶ Octauum. Quãdo prælatus ex inquisitione profectum non sperat, dimittere non debet inquisitionem generalem, ad quam tenetur ex officio certis temporibus. dist. 18. quoniam quidem specialem etiã cõtra determinatam personam, quam facere non tenet̃, nisi fama deferente, vel aliqua persona acclamante: in his casibus facere tenetur secundum formam iuris, siue credat ex ea inquisitũ ꝓficere, siue ñ quia proficiet circa alias personas, quæ sunt scandalizatæ ex fama audita, donec viderint fieri, quod iura disponũt. Et si inter alios, qui sunt in congregatione, sunt aliqui, quibus ad vtilitatem: alij, quibus ad scãdalum est, & animæ damnum, & differri p̃t, & quæri opportunitas faciendi coram illis, quib. cedere potest ad bonũ, ita tñ ꝙ finaliter nõ supersedeatur ab actu iustitiæ propter malũ aliquorũ, maximè, cum bonum inde sequens maius reputet̃ quàm malum in gñe suo. Sed hoc dictum Archid. & magistri Simo. intellige vbi scandalũ iam incipit esse Pharisæorum, & non pusillorum. Et si similitudo sit in culpa, & timeatur ne vellit insurgere ad defendendum, supersedeatur ad tempus. dist. 82. plurimos.

2 NONVM. † Clericum autem, vel religiosum de crimine vehementer præsumptum, & nolentem recognoscere veritatem, vtique licet ponere ad q̃õnes, i. tormenta, quia quãuis secundum iura ciuilia liber homo ad torturã poni non debeat, sed serui tantummodo. ff. de q. per totum: tamen quia faciens peccatum, seruus est peccati. Ioan. 8. ideo talis, vt seruus poni potest ad q̃õnes, vt 7.q.1.cap.illi. & possunt arrestari, seu detineri. s. in custodia, dicente Benedictio 12. in statuto ad minores, quòd frater de enormi criẽ ꝓbabiliter suspectus potest arctari. Nullo tamẽ modo est a q̃õnib. inchoandum. de reg. iur. c. cum in contemplatione, q̃a siue prælatus, siue alius de eius mandato, vim inferens clerico parato corrigi, & obedire volenti, excõicatus est, de sen. excõ. vniuersitatis. & hoc tenẽt Host. & Arch. Et si statim hoc fieret, ꝑsertim nulla præsumptione præcedẽte, esset locus appellãdi. 2.q.6. nõ solent. Quæstiones tamẽ hmõi circa clericos debent esse moderatæ, propter periculũ excõicationis, vt propter hoc, ꝙ iudicium pessimum est, quod procedit ex suspicione, vel extorta confessione, sicut dicitur. 15.qu.6. si sacerdotib. & ff. de q. l. seruus, quia aliquid duritiam contemnunt: alij cum tanta impatientia suscipiunt, vt potius velint mentiri quam pati. Intellige verò, quòd enormia crimina in religioso hic dicuntur oĩa mortalia arg. d. c. illi, vbi dñr compellendi ad correptionem, qui perpetrant peccata, quæ qui agũt, regnũ Dei non consequẽtur. & pro quolibet tali potest religiosus arctari ad custodiã, si expedit correctioni, non autem ad pœnam, sed pro his q̃ exprimuntur in statutis sui ordinis, vel eis arbitrio discretorum æquiparantur.

¶ Decimũ. In vitijs corrigẽdis, vbi deficis ius, loci cõsuetudo in modo puniendi sequenda est, nec dẽt prælatus introducere nouam consuetudinẽ simpliciter, vel alicuius alterius loci ad puniẽdum, propter hoc vt vitia efficacius corrigantur, si ex hoc scandalum oritur, quia nõ sunt faciẽda mala, vt eueniant bona. Ro. 3.

¶ Vndecimum. Cum etiam in religiosorum priuilegijs dicitur, quòd postpositis rimulis & apicibus iuris possint prælati liberè procedere ad correctionem vitiorum, per hoc non eximũtur a iure cõi, ad quod omnes catholici tenẽtur, de const. c. 1. sed non tenentur ad ea, quæ non sunt de substantia iuris, seu ordinis iudiciarij, sine quib. in iudicio cõtentioso ꝓcedi non potest: sicut dr̃ in constitutionib. fratrũ prædicatorum, quòd electiones prælatorum fiant ẽm formam canonicam, alijs solennitatibus iuris relegatis si quid omitteretur, cum proceditur per scrutinium, quod sit de substãtia formæ, cassaretur electio: ea vero quæ nõ sunt de substantia formæ, vt collatio zeli ad zelũ, & hmõi, per illa verba tolluntur.

¶ Duodecimum. Dicitur etiam in cap. quamuis. de præb. li. 6. quòd quamuis carcer sit deputatus ad custodiam reorum, si tamen prælatus cle-

ricos cõfessos vel conuictos de criminib. eorum, excessibus, ceterisq; circũstantijs prouida deliberatione pensatis, in ꝑpetuum vel ad tp̃s carceri mancipet, non est improbandum. Non est tamen de facili clericus carceri mancipãdus: quia excõicatus est qui iniuriose clericum detinet, de sen. exc. ca. nuper. Nec est a quocunque existimandum, ꝙ per hoc quis efficiatur infamis, ꝙ est carceri mancipatus, cũ de carcere & catenis quis quãdoque egrediatur ad regnũ Ecclesiast. 4. sicut patet Gen. 39. de Ioseph incarcerato iniustè, & de Petro Act. 5. & de Paulo 2. Corint. 6. & de Ioãne Baptista Matt. 14. Ex iusto tamen carcere est q̃s. infamis, vt supra infamia. §. 2.

1 *Inscribere quid.*

2 *Inscriptio quando fiat, & nu 3.*

1 INSCRIPTIO, † seu inscribere, ſm aliquos est accusatorem profiteri vera, quæ in libello sunt, vel ſm alios, profiteri se velle prosequi vsque ad finem, vel ſm alios obligare se ad pœnam talionis. i. similem ei q̃ reus debet pati, vel quã accusator intendit inferre si probauerit, quia talis importat propriè relationem similis quæ est inter eos qui dicuntur tales. Et hanc opin. tenet Io. And. & gl. in c. super his de accu. & probatur in ca. tuæ. de ꝓc. & sequitur Pan. in d. c. super his. De quib. opinionib. dicitur in l. si cui. in prin. ff. de acc. & l. in causis C. de accus. Re vera ſm significationem vocabuli, Inscribere est actus scribentis in aliquo, & inscriptio est idem actus alicuius i. per modum nominis significatus, & similiter est in ipsa scriptura. Et vsu vero loquentium est accusare in scriptis & inscriptio est scriptio accusationis, & ipsa accusatio scripta. i. libellus, quẽ accusator offert iudici sub hac forma, ego N. corã vel apud N. prætorem vel iudicem refero talem reum legis Iuliæ de adulterijs. de adulterio quod commisit cum B. dum esset cum ea mense tali in domo tali, consule tali regnante de quo libello quid cõtinere & qualiter formari debeat. no. l. pe. C. de acc. Sed q̃a huius accusationis effectus est obligari ad talionem, i. talem pœnam, inscriptio dicitur talis obligatio ex consequenti, siue scribatur, siue non.

2 HABET † autem inscriptio locum solũ in criminibus, vbi per modũ accusationis opponuntur, si non opponuntur per modũ exceptionis, vel de eis sine accusatore cognoscatur, vt l. qui crimẽ. cum ibi no. C. de his q̃ ac. pos. Vnde non est necessaria inscriptio opponenti crimina accusatori vel testi, vt ab accusatione, vel testificatione repellantur, vel electo, ne confirmetur. Si verò obijciantur iã cõfirmato, puta in consecratione, obiiciens, dẽt se obligare ad pœnam extraordinariã ad arbitrium iudicis citra vinculum inscriptionis: quia electus crimine sic probato perdit acq̃sita per electionem & confirmationem, non autẽ habita prius, vt in d. c. super his. & c. qualiter & quando. el 2. de accus.

3 ACCVSANTI † verò necessario est inscriptio secundum gl. & Doc. in d. c. super his, nisi in octo casibus, & ibi vide, & licet ĩscriptio non fiat. i. talis obligatio, deficiens tamen puniri debet pęna talionis, secundum Accur. in l. 2. C. de fide instr. & Bar. in d. l. si cui.

1 *Insignia quisque sibi potest conficere.*

2 *Insignia alterius quando possit quis assumere.*

INSIGNIA proprie videntur dici signa nobilitatis aut famositatis, sicut insignis dicitur valde nobilis & famosis, etiam in malo, vt Barabas. Inde consueuerunt insignia dici arma, siue distinctiua signa, quæ consueuerũt vt plurimum esse nobilium.

1 POTEST † autẽ quilibet sibi assumere insignia & arma, secundum cõiter Doc. vt refert Pan. in c. dilecta, de exces. præl. sicut & nomẽ assumitur ad placitum, vt quis agnoscatur ab alio. Inst. de leg. §. si quis in nomine, & l. ad recognoscendum. C. de ingen. & manumis.

2 IMO † potest quis assumere sibi insignia, alterius, secundum eundem ibi, sicut & nomen ꝙ verum limitat, nisi ille, cuius sunt, prætẽderet aliquod damnum, puta si facinorosus assumat arma alterius, posset ille loco facinorosi offendi. Vnde talis implorare potest officium iudicis, & ille potest ꝓhibere, quia spectat ad illum quies populorum. l. 1. §. quies. ff. de offi. p̃fecti vrb. Et idem dic vbi interest reip. sicut si quis accepit insignia boni artificis, qui non est ita bonus, & ita populi decipiũtur, de quo habes per Bar. in trac. De insigniis & armis. Non potest ãt quis assumere insignia dignitatis, nisi habeat istã dignitatem: alias est falsarius. l. eos & quod ibi no. ff de fal. & facit c. 1. de cler. nõ ord. mi. vide etiã sup. Habitus §. 1.

IN stirpes succedere, secundũ Host. est succedere filios præmortuorum in eam partem quam eorũ parẽtes erant habituri si viuerẽt. Vnde si quis ex vno filio vnum nepotẽ habuerit, ex alio decẽ, vel plures tantũ capiet vnus ex parte vna, quãtum decem ex altera in successione succedentiũ, quia collaterales semꝑ viriliter siue in capita succedunt, i. æquis portionibus. auth. de hæred. ab inte. l. fin.

IN-

INstitor ab instando dictus, is est qui vinis vendendis, vel alteri alicuius negocio præpositus instar. l. institor. la 1. ff de inst. act.

1 *Instituere qui possunt.*

INstitutio, seu istituere, sec. Host est ecclesiæ, seu ecclesiastici beneficij collatio.

1 Instituere autem potest iure communi episcopus. Item sede vacante capitulum. de inst. & si capitulum. lib. 6. Item is, qui habet ex delegatione episcopi. de instit. ex frequentibus. Item q hoc hẽt ex consuetudine, modò sit clericus, vt in c. cum venissent. eod. ti. tamen institutus ab isto. administrare non dẽt, nec ecclesiæ possessionẽ adipisci: nisi de consensu & auctoritate diœcesani. d. cap. ex frequentib. Item abbates in ecclesijs sibi pleno iure subiectis, i. in spiritualib. & in temporalibus possunt curam committere sine præsentatione episcopo facta, argu. a contrario. de præb. in Lateran. de capel. mo. c. presbyteri. lib. 6. 16. q. 2. c. visis.

¶Instrumentum, infra Tabellio.

DE INTENTIONE.

1 *Intentio bona an sufficiat ad bonam voluntatem, & bonum opus.*

2 *Euentus præter intentionem an augeat bonitatem, vel malitiam actus.*

3 *Intentio an faciat opera vnius alteri applicari.*

4 *Actio omnis ex intentione deliberata procedens, an sit necessario bona, vel mala.*

INtentio dr̃ dupliciter. primo, s. ipse motus voluntatis tendentis in finem ꝑ aliqđ medium: puta volentis sanitatem per medicinam. 1. 2. q. 12. ar. 1. ad vltimum. & secundò ipse finis intẽtus, vt sic, i. vt terminat ꝓdictũ motũ, seu vt acquisibilis a volẽte ꝑ aliqd, & hoc mõ principaliter hic de intentione ẽ sermo.

1 Primo † vero quæritur, vtrum intẽtio bona sufficiat ad bonam voluntatem & bonum opus? Et dico, ꝙ non, qa si volũtas est bona, est etiam bona intentio, cum voluntas nõ dicatur bona, nisi habeat bonũ obiectũ, & bonum finem, non autem econtra: sed potest intentio esse bona, & obiectum malũ, sicut cũ quis vult furari, vt largiat̃ pauperi non patiẽti extremã necessitatẽ. Vide 1. 2. q. 19. ar. 7. ad vltimum. & subtiliter 2. dist. 18. ar. 5. & di. 40. ar. 2. Quod aũt dr̃, cuius finis bonus est, ipsũ quoq. bonum est: verũ est de fine rerũ, sicut si equitatio est bona, equus est bonus, verum est ẽt de fine actuũ: sicut si bonum est obiectum, puta iustitia, bonus est actus, puta velle iustũ: non aũt est verũ de fine volẽtis, sicut non est bonus, qui vult malum ad finem bonum, contra Apostolum, Romanorum 3.

2 Secundo † q̃rit̃, vtrũ euẽtus ꝑter intentionem sequens aliqd addat ad bonitatẽ, vel malitiã actus humani? Et dico ex mẽte S. Tho. & S. Bon. & Theologorũ, ꝙ bonitas & meritum actus humani principaliter consistit in bonitate actus interioris voluntatis, qa solus sufficit ad meritũ, si sit cõpletus, & ꝑfectus, ita ꝙ sequeret̃ actus exterior si adesset facultas, & opportunitas, vñ actus exterior, ñ addit ad bonitatẽ, nisi q̃tũ ad meritũ ꝑmij accidẽtalis. Euẽtus aũt sequẽs vt patet 1. 2. q. 20. ar. 5. si sit ꝑcogitatus, addit ĩ bonitate, & similiter si nõ sit præcogitatus, sed ꝑ se cõseq̃t̃ in pluribus. qa cõstat actũ ĩ gñe suo esse meliorẽ, ex quo plura bona, & peiore, ex quo plura mala sequi pñt. Si verò seq̃tur ꝑ accidẽs in paucioribus. ñ addit, qa nõ datur iudiciũ de re per illud qđ ꝑ accidens, sed tantum per illud quod per se est. Vide etiam. 1. 2. q. 73. ar. 8. & sup. Ebrietas.

3 Tertio † q̃ritur, vtrũ ꝑ intẽtionẽ possit q̃s opa sua alteri applicare? Et dicit Asten. & est mẽs S. Th. in 4. ĩ materia de indulgẽtijs, ꝙ sic tripliciter, & intellige non q̃tũ ad meritũ, ꝙ necessario ẽ ꝓpriũ, qa sic itelligit̃ illud Psalmi. Reddet vnicuiq; scdm opa sua, sed q̃tum ad satisfactionẽ. ¶ Primò ĩ singulari, vt cũ q̃s ꝓ alio determinate satisfacit, & sic q̃libet pt alteri sua bona cõicare. ¶ Secũdò in spãli, vt cũ q̃s orat ꝓ cõgregatione sua, vt suis familiarib. & benefactorib. & ad hoc ẽt ordinat opera sua satisfactoria, & sic ille, q ꝑest religioni, pt illa opa cõicare alij applicãdo itẽtionẽ eorũ, q sũt de sua cõgregatiõe, ad hũc determinat ẽ. ¶ Tertiò in generali, s. orãdo, & benefaciẽdo ꝓ eccl'a in cõi, & sic q ꝑest ecclesiæ generaliter pt illa opa cõicare, applicando suã intẽtionẽ ad hunc, vel illũ. Et iõ q præest ecclæ generali, cõicare põt ea, q̃ sunt cõgregationis, & huius hois, sed non ecõtrario. Prima cõicatio, & secunda nõ dñr indulgentiæ, sed tm̃ tertia, vt dictũ est sup. Indulgentia. §. 5. Ex his patet ad quid valeant literæ receptionis ad beneficia alicuius ordinis, qa valent ad participationẽ satisfactionis superfluentis in illo ordine tantã quantã intendit concedens, cuius intentio debet esse secũdum qđ iustitia & sapientia diuina diffinit.

4 Qvarto † quæritur, vtrum oĩs actio humana, i. procedens ab intentione deliberata, sit necessariò bona, vel mala? Et ꝓbat S Th. in 3. q. 18. art. 8 ꝙ sic, quia aut est ordinata, vt dẽt, & est bona, aut non, & est mala: non tamẽ est semper meritoria, & demeritoria, sed

medium datur in operatione bona, ex genere: puta ſi detur eleemoſyna ex pietate naturali, ab eo qui non eſt in gratia: puta infideli, quia eſt bona, ſed non meritoria. Contra hoc autem Sum. Ang. dicit ſe colligere aliqua ex S. Bona. 2. diſtin. 41. ſed male procedit, non diſtinguens inter bonum, ac malum, & meritorium ac demeritorium.

DE INTERDICTO I.

Quid & quotuplex ſit.

1 *Interdictum quid.*
2 *Interdictum Eccleſiaſticum.*
3 *Cenſura eccleſiaſtica nomine continentur excommunicatio, interdictum, & ſuſpenſio.*
4 *Excommunicatio, interdictum, & ſuſpenſio, in quibus conueniant, & in quibus differant, & nu. 5.*
6 *Interdictum quotuplex ſit.*
7 *Interdictum locale quotuplex ſit.*
8 *Interdictum perſonale quotuplex.*

1 INTERDICTVM, † cum ſit terminus vtroq; iure vſitatus, ſecundũ ciuile, ſiue p̃toriũ dici videtur ab inter, & dico: vnde dicitur quaſi inter duos dictum, Inſt. eo. tit. §. exhibitoria, & olim erat quædam formata, & ſolẽnis cõceptio verborum, quib. prætor fieri aliquid iubebat, aut prohibebat, quòd tunc maxime fiebat cum de poſſeſſione, vel quaſi inter aliquos cõtendebatur, & nouem ſunt publica, & 28. priuata, de quib. gl. & Doct. in c. paſtoralis. de cauſa poſ. & proprie. & in cap. item cum quis, de reſt. ſpol. Non autem dicitur ab interdicendo: cum nõ ſemper prohibeat, ſed aliquando aliquid fieri iubeat. Inſtit. eo. §. 1. ſed ſic dicitur ſecundum ius canonicum, ꝙ eſt eccleſiaſtica cenſura aliquorum prohibitiua, & ſic de eo hic agitur.

2 EST † autem canonicum, vel eccleſiaſticũ interdictum ſeparatio a iure, vel a iudice facta a certis ſacramentis, & omnibus diuinis officijs, & eccleſiaſtica ſepultura, iuxta declaranda infra, Interdictum quarto, per totum, vbi haberi poteſt. extra de ſpon. non nobis, & de pę. & rem. quòd in re.

3 PRIMO † verò quæritur, cum nomine eccleſiaſticæ cenſuræ, ſecundum Doct. veniāt excommunicatio, interdictũ, & ſuſpenſio: quomodo iſta conueniat, & diſtinguantur, & de ceſſatione a diuinis? Et dico, quòd ſecundum Arch. poſt Ho. conueniunt in multis.

4 PRIMO, † quia oẽs iſtæ ſnīæ fieri debent in ſcriptis cõtinentibus cauſam. Secundò, quia non relaxantur per ſequentem, ſed per antecedentem appellationem. Tertiò, quia ligati aliqua earum, nec eligere nec eligi poſſunt. Quartò, quia nullus earum aliqua ligatus debet celebrare diuina, aliter irregularis efficitur. Quintò, quia tales ſententias debet præcedere monitio. ſ. cum feruntur ab homine. Sextò, quia eis ligatus, ante abſolutionem iurat de cætero non contrauenire: & in eis poteſt fieri relaxatio ad cautelam: excepto generali interdicto, in quo, non habet locum, extra, de ſen. excom. præſenti, li. 6. Interdicto vero ſpeciali poſito in aliqua eccleſia, quamuis dicat Arch. ꝙ non poſſit relaxari ad cautelam, ſi dicatur nullum. Io. tamẽ Mo. & Cal. & vt vr̃ Io. And. dicit contrarium. Septimò, quia huiuſmodi ſententiæ debent obſeruari per ſuperiores. Octauo, quia nullus eorum durante ſententia poteſt teſtificari, de teſtib. veniens. Nonò, quia ſuperior non debet eas reuocare, vel pronunciare nullas, vel de ipſis aliquid diſponere, niſi vocatis partibus. Decimò, quia illi qui per priuilegiũ ſunt recepti ĩ proprias ſpeciales Eccleſiæ Romanæ, vel ſedis Apoſtolicæ filios, licet propter hoc non eſſent exempti, tamen ſicut nec excommunicari, ita nec interdici, vel ſuſpendi poſſunt ab alio, quam Romano Pontefice, vel Legato de latere. de verb. ſig. c. 1. li. 6. Et idem Io. Cal. excepto primo quod non ponit.

5 DIFFERVNT † verò illa tria, ſecun. Arch. poſt Io. Cal. in multis. Primò, quia excommunicatio, & ſuſpenſio feruntur propriè cõtra ſingulares perſonas, licet ſuſpenſio ferat̃ cõtra clericos tantum: interdictum verò fertur cõtra loca ꝓpriè, & vniuerſitates, & collegia: interdum autem & cõtra ſingularẽ ꝑſonã, ſed non ita propriè. Secundò, quia cum ſuſpenſo, & interdictu participari põt in omnibus, exceptis ſacr̃is certis, & diuinis officijs, non aũt cum excõicato. Tertiò, quia effectus excommunicationis latæ ſuſpendi nõ põt, ſed effectus aliarum ſic. Quartò, qa ep̃i non incurrunt aliquam ſententiam ſuſpẽſionis, vel interdicti prolatam ab homine, vel a iure, niſi ſpecifice exprimant̃, de ſent. exc. qa periculoſum. lib. 6. ꝙ priuilegium non habẽt quantum ad excommunicationem. Quintò, quia interdictum generale relaxari non poteſt: adde, vel potius non oportet, ad cautelam, ſed ab alijs ſententijs poteſt quis abſolui ad cautelam. Sextò, quia interdictum generale in locum proferri nõ põt ſine licẽtia Papæ ſpeciali pro debito pecuniario, ſed bñ excommunicatio, & ſuſpenſio. de appel. præterea. ſecus de ſpeciali, ideſt ſingulari cõtra aliquam eccleſiam. Ceſſatio autem a diuinis, vt

no.Pan.in c.dilectus.de app.differt ab interdicto,quia ipsa est quid facti:cum non sit aliud, quàm suspendere organa ministrorũ, vt ibi non celebrent:sentẽtia verò interdicti est q̄d iuris.Vnde quando supponitur locus interdicto,ibi celebrans etiam forensis incurrit irregularitatem,vt in c.is qui.de sent.exc.li.6.Secus autem in cessatione a diuiuis, vt uolunt doctor.in c.irrefragabili.de off.ord.

6 SECVNDO † q̄ritur,quotuplex est interdictum?Et dico,ꝙ in genere est triplex, scilicet personale tantum,id est, quo interdicitur ꝑsona,non locus,vel habitatio personæ, & locale tantum,i.quo interdicitur locus, vel habitatio, & non persona loci,aliud locale,& ꝑsonale simul.Sciendum est autem,ꝙ aliud est interdicere locũ,aliud homines loci,vel homines & locum, quia si locus tantum est interdictus homines loci,qui non dederũt causam interdicto,alibi possunt audire diuina,& ecclesiastica recipere sacrã.Si vero homines, aut locus & homines sunt interdicti,tenebũtur etiam alibi seruare interdictum,nisi in casibus expressis a iure,vt colligitur in c. si sententijs.de sent.excom.lib.6 in tex.& in gl.

7 TERTIO † quæritur, quotuplex sit interdictum locale?Et dicit Sum.Ange quòd est triplex,s.generale,vt cum interdicĩt regnũ, vel prouincia, vel diœcesis,& speciale,vt cum interdicitur ciuitas,castrum,aut villa,& singulare,vt cũ interdicitur certa ecclesia, vel certæ ecclesiæ.Sed cõtra primo,q̄a Sum.Ros.& Suppl.& oẽs Summistæ ordinis eius dñt,ꝙ non est nisi duplex generale,s.& speciale.Secũdo,quia in iure nõ reperitur interdictũ locale singulare:imò quod ipse dicit singulare, in iure dr̃ speciale vel particulare,& quod dicit speciale,in iure dr̃ generale,vt patet exp̄sse ex intentione canonis,de verbo.sign.cum in partib.& de sen.exc.si ciuitas.lib.6.Et ideo dico,ꝙ est tantum duplex,s.generale, & speciale,seu particulare. Est autem interdictũ locale generale,quo interdicitur regnũ,vel ꝓuincia,vel ciuitas,vel castrũ,aut villa. de ver. sig.cum in partibus,vbi declaratur sic debere intelligi interdictum terræ generale in priuilegijs:Interdictum vero locale speciale, siue particulare,est quo interdicitur vna certa ecclesia,vel plures certæ ecclesiæ,non aũt omnes ecclesiæ alicuius ciuitatis,vel loci. Vnde dr̃ interdictum generale, quia totum aliquid sine exceptione cõprehendit,vt innuit gl.in d.c.cum in partibus,& Pan.speciale, vero q̄a non comprehendit totum,sed partem.Et ꝓpterea dicit Arch.post Cald.quòd est interdictum speciale,cũ interdicitur aliqua ecclesia, ac ẽt cum interdicũtur oẽs ecclesiæ vnius ciuitatis,aut prouinciæ,quia etsi non in illis ecclesijs tamẽ in alijs locis illius ciuitatis extra ecclesiã possent celebrari,& audiri diuina ab hominibus illius loci, hæc ille, q̄ intendit, ꝙ sic speciale, quia non compræhendit omnia loca ciuitatis,sed quædam,id est ecclesias.

8 QVARTO † quæritur, quotuplex est interdictum personale?Et dicit Sum.Ang.ꝙ triplex, scilicet gñale,quo interdicitur populus regni castri,villę,vel ciuitatis,& speciale,quo ĩterdicitur aliquod collegium,vel vniuersitatis in populo inclusa,& singulare,quo interdicitur certa ꝑsona,vel etiam incerta, vt cũ dicitur, qui fecerit hoc,sit ipso facto interdictus. Sed quia ista nullo iure probantur, melius Sum. Ros.& alij dicunt,quòd est duplex tantum,i. gñale,& speciale,siue particulare.Est ãt interdictum ꝑsonale gñale, quo interdicũtur homines regni,ꝓuinciæ,ciuitatis,castri,aut villæ vniuersaliter.ar.d.c.cum in partibus.Interdictũ verò ꝑsonale,speciale,vel particulare, seu singulare,est,quo interdicitur pars vnius ciuitatis,vel castri,aut villæ, vt certa ꝑsona, vel certæ ꝑsonæ,aut ẽt incerta,vt cũ dr̃, qui fecerit hoc vel illud,sit ipso facto interdictus Vnde si interdicat̃ tota aliqua vniuersitas,quę sit pars alicuius populi, puta totũ studiũ Ticinense,non est interdictũ generale, sed spãle, siue particulare,dictũ a parte alicuius terræ.

RVRSVS DE INTERDICTO II.
& quos liget.

1 *Interdictum qualiter promulgandum, & quando liget,& nu.2.*
3 *Interdicta alicuius terra, quatenus se id extendat.*
4 *Interdictum regni quo se extednat.*
5 *Interdicta ciuitate,an comprahendantur suburbia.*
6 *Interdicta ecclesia,interdicuntur capella,& cœmeterium.*
7 *Interdicto loco ob delictum rectoris,non sunt homines interdicti.*
8 *Interdicta ecclesia non sunt clerici interdicti.*
9 *Interdicto clero nõ est locus,nec populus interdictus.*
10 *Interdicta vniuersitate,si quis de ea alio se transferat,an ibi censeatur interdictus.*
11 *Interdictus,an censeatur,qui ab interdicta vniuersitate bannitus est.*
12 *Interdictus si ingrediatur postea monasterium, an ibi poterit ordinari.*
13 *Interdicta vniuersitate,an ligentur absentes, & cõtradicentes.*
14 *Interdicto ciuitatis nõ includũtur aduenæ & n.20*

INTERDICTVM † secundo, considerandum quantum ad hoc vt sciatur, quādo & quos liget, & dico multa.

1 PRIMVM. † Ad hoc, vt sententia interdicti obliget, sufficit eam publice promulgari, nec postea necesse est eam singulorum aurib. inculcare. dist. 16. quod dicitis, sufficit ēt cumq̄s scit vicinos suos maximè ecclesiam metropolitanam recepisse, & seruare sn̄iam, de postu. præla. c. 1. insuper omnes religiosi, tam exempti, q̄ non exempti, qui viderint, vel sciuerint ecclesiam matricem loci, i. maiorem iuxta dicta supra. Excōicatio. 9. §. 47. seruare quodcū que interdictum positū auctoritate sedis Apostolicæ, vel ordinariorū, debent & ipsi seruare, alioquin sunt excōicati, & idem in interdictis, & cessationibus a diuinis inductis per statuta prouincialium, conciliorum, vel ep̄orū auctoritate, & in generalibus cessationibus a diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex consuetudine capitula, collegia, vel conuentus secularium, aut regularium ecclesiarum sibi vendicant, nō obstantibus quibuscunque appellationib. ante ea, ēt ad sedē Apostolicam, vel alium interiectis, & alijs obiectionibus quibuscūque: vt in cle. frequentibus. de sent. exc. & hęc quidem dicta sunt ex corpore iuris. Sed per extrauagantem Martini Quinti, quæ incipit insuper ad euitādum scandala, quam habes supra. Excōicatio. 1. notabili 4. non tenetur quis obseruare interdictum ecclesiasticum a iure, vel homine generaliter promulgatum, nisi talis sententia fuerit contra personam, collegiū, vniuersitatem, ecclesiam, communitatē, vel locum certum, vel certam, a iudice publicata vel denunciata specialiter & expresse.

2 IMO † ēt eo sic publicato ipso iure ī duobus casibus non ligat. Primò, quando fertur contra participātes cū excōicatis in casu, quo minorem incurrunt excōicationē siue canonica monitione p̄missa: quo casu ipso iure nullum est, sicut & suspēsio quælibet: intellige si feratur ab inferiori a Papa de sen. excom. statutum. lib. 6. quæ monitio dr̄ canonica. & legitima, qn̄ nominatim admonentur: alias non, vt in c. constitutionē. eo. ti. & lib. Cōtra alios autem licet debeat pręcedere monitio, qn̄ fertur pro contumacia, s̄m Inn. in c. ad hæc qm̄. el 3. de appel. tamen tenet: & similiter si proferatur sine scriptis, q̄uis iudex incurrat pœnam, de qua in c. 1. de sen. exc. lib. 6. Et generaliter puto interdictum non ligare in omni casu, in quo excōicationis sn̄ia non ligat. de quo supra. Excōicatio. 2. notabili. 1. Scd̄ò, quando interdictū est latū p̄p aliquos, & illi non seruant, allegātes sua priuilegia de priui. petistis quod Host. limitat, quando est positū ad eorū querelam propter eorum vtilitatem, q̄a tunc alij seruare non tenentur, & sic efficitur nullum, quod limita, quando priuilegiorū fines excedunt, vt ibi secus si non seruatur ab his, propter quorū delictum positum est, quia licet ipsi violent, alij tamen seruare tenentur.

3 SECVNDVM. † Cum interdicitur terra alicuius domini, s̄m Arch. post Io. Cal. intelligitur primo de ea, quæ est sua quo ad dominium iurisdictionale, & multo fortius si esset illius domini simpliciter, & absolute propria. Et secūdo de ea, quam ab alio tenet in feudum, vel emphyteusim, cum ad eum spectet vtile dominium, cuius cōtrarium tenuit Rod. de feu. sed cōtra eū est dicta rō, & tex. in c. 1. de pos. p̄lat. in verbo, terrarum. Et tertio de ea q̄ pertinet ad illum ratione dotis vxoris, quia constāte m̄rimonio maritus est dominus dotis. Et quarto s̄m Io. And. & Gem. in d. cap. si sn̄ia. de sen. exc. lib. 6. de ea, in qua solum habet vsum fructum. Et quinto s̄m Inn. & Host. de ea, quæ sibi fauet in crimine, & concor. Ber. Non aūt intelligitur de ea quæ est sibi pignorata; de qua tamen intelligeretur, si diceres iudex, Interdico terram, quam ille tenet, secundū Io. And. quia creditor habet possessionem verā pignoris. ff. de vsuca. l. serui. Et si talis dominus, cuius terra interdicitur, habet terram in diuersis prouincijs, aut locis, s̄m Cal. & Gem. si habet eam pro parte, & pro diuiso, omnes illæ partes sunt interdictæ sed si pro indiuiso, secus, ne innocens puniatur, arg. 1. q. 4. c. fina. Et si talis dominus postea nouā terram acquirat, illa nō subiacet interdicto, nisi lator sn̄iæ expressisset, tam de habita, quam de habēda. Et si vendat, aut perdat terrā interdictā, non propter hoc tollitur interdictum cū onus rei huius transeant cum ipsa, de deci. pastoralis. Nec est iste modis tollendi interdictū, quod debet relaxari per iudicem, qui tamen cessante causa interdicti se facilem exhibet.

4 TERTIVM. † Si dicat iudex. Interdico regnum Franciæ: extenditur interdictum ad

totam terram adhærentem ei tpe latæ ſnīæ, ſiue ratione dominij, ſiue ratione feudi.de poſtu.præl.c.1.vel ſecundū gl.ibi. extenditur ēt ad terras, quæ adhærent ei præſtando auxiliū tempore prolati interdicti.Si vero dicat: interdico terram Regis Frāciæ, dic vt §.priori.

5 QVARTVM.† Si interdr̄ ciuitas, caſtrū, aut villa, interdicta intelliguntur ſuburbia, & cōtinentia ædificia illius loci.de ſent. excom. ſi ciuitas, lib.6. licet proprie non omnia iſta habeant ſuburbia. Et hoc ēt ſi dicta ſuburbia, & continentia ædificia in nullo erāt ſubiecta dicto loco, vel vniuerſitati interdictæ, modo in eis habeat iuriſdictionē, q interdicti ſententiam profert. Quam iuriſdictionem ſi non habet, licet iure ſcripto non videanť interdicta ſuburbia: tn̄ ponderata ratione dicti c.ſi ciuitas, quæ eſt, ne vilipendatur cenſura eccl'aſtica, ſm Arch.dici poſſet, ꝙ ēt tunc intelligantur interdicta, non ab homine, ſed à iure de ſen.excom.c.nuper. Intelliguntur autē ſuburbia, ſm Io.de Deo, ea, quæ ſunt intra vltimam portam, & faciunt cum ciuitate publicas functiones, & vocantur ad conſilia & cōciones, vel ſm Gem.dn̄r burgi extra, & prope ciuitatem, in quibus domus ſunt contiguæ, vel ſm Arch. dn̄r domus, per quas eſt iter rectū eūdi ad ciuitatem, vel locum. Et omnes iſti virtualiter dicunt idem, intendētes, ꝙ ſuburbia ſunt burgi, qui incipiunt ad portam ciuitatis, & iuxta publicam viam extenduntur tantū, quantum & vſus loquentium burgos appellat, quod eſt aliquando vſq; ad vltimam portam, ſiue ſecundum vallū, vbi.ſ.eſt vltima porta, & ſecundum vallum, ſeu refoſſum, vt Mediolani, non autem ſemper. Continentia verò ædificia cōiter à Docto. dn̄r domus circa ciuitatem nō computatæ intra ſuburbia nec directè ducentes ad ciuitatem. Sed glo.in d.c. ſi ciuitas, dicit iudicis arbitrio relinquendum quæ dicantur continentia ædificia, quia non dr̄ ex contiguis, ſed continentibus, qđ intellige quantum ad terminum, vel extenſionem talium ædificiorum, q̃ iudex, aut bonus vir arbitrari debet tantum extendi, quantum exigit ratio.d.c.quæ eſt, ne cenſura eccleſiaſtica vilipendatur, vt dictū eſt. Vnde ſi ita iacēt, ꝙ commodè populus confluere poſſet illuc ꝑ diuinis, ſunt continentia ædificia, & interdicta, alias ſecus: puta, ſi diſtēt per milliare, nec paſſim poteſt populus illuc conuenire.

6 QVINTVM.† Interdicta eccleſia, interdicta eſt capella eius, & cœmeteriū, ſi ſunt eccleſiæ contigua, nec poterit quis celebrare in capella, vel in cæmeterio ſepeliri, alias ſecus.d.c. ſi ciuitas. Contigua autem ſm gl.ſunt, quorum extrema ſe cōtingunt, ita ſupple, ꝙ remanēt diſtincta, ſiue duo, ſine medio, vt ſi duæ domus habeāt duos muros ſe tangētes, vt patet 5.Phyſ. Continua verò, vt ibi dr̄, ſunt quorū vltima ſunt vnū, vt ſi duæ domus habeant ſolum vnum murum communē intermedium.

7 SEXTVM.† Interdicto loco generaliter, aut ſpecialiter ꝑꝑ delictum dn̄i, vel rectoris, non ſunt interdicti homines, vel clerici talis loci, vnde extra illa loca poſſunt audire diuina, & ibi ſepeliri, ſi ibi mortui fuerint, vel elegerit ſepulturam, & clerici celebrare, quia nō ſunt interdicti, niſi fuerint in culpa interdicti ponendi, quia tales vbiq; ſunt interdicti, & tex. eſt in c.ſi ſententia.de ſent.exco.lib.6. & no. Pan.in d.c.quod in te.de pœ.& remiſ.& c. nō eſt vobis.de ſpon. Sed limita, niſi & ipſi fuerint interdicti propter dn̄m puniendum in eis, quia tunc vbiq: ſunt interdicti.de ſenten. excom.ſi ciuitas lib.6. Similiter, ſi locus, vel eccl'a interdicta eſt ꝑꝑ delictum clericorū tātum, vel quia fuit violata, parochiani nō ſunt interdicti, ſed poſſunt in alia eccl'a nō interdicta eligere ſepulturā, & audire diuina, ſm Hoſt. ſm Inn. ſi eſt interdicta eccleſia aliqua in pœnam populi, licet multi ex eis non deliquerint, ſed ſolum vniuerſitas, vel fortè quia deliquit dominus, & in hoc punitur, qui non eſt in culpa, non poteſt alibi eligere ſepulturam, niſi ex priuilegio ſpeciali. Et idem Arc. poſt Io.Cal. Et licet contrarium dicat Summ. Ang.qa c.qđ allegat, ſ. vt priuilegia. de priu. loquitur quando populus eſt interdictus. Tu tamē dic cum eis, quia eo caſu totus populus eſt interdictus, licet non totus ſit in culpa, ſicut & cum interdicitur ꝑꝑ delictum domini.

tos, non est irregularis, qui interest officio, ēt
si cū alijs cantet, vel sm Inno. dicat officiū vt
quilibet alius modo non celebret nec aliquid
in officio suo agat. Host. in ca. tanta de exces.
præla. & Spec. limitat qñ interest ex quadam
deuotione non contemnendo: secus si ex con
temptu, & authorizando, vt quia prælatus fa
cit celebrari diuina, quia sic esset irregularis;
sm gl. in cle. archiep̄o. de priu. & concor. Ve-
ru. Dur. ex his intelligo, ꝙ per celebrationem
horarum incurratur irregularitas solum ab
eo, qui interest authoritatiue, & ab eo qui of
ficiat principaliter, s. quasi soluēdo horas suas
vt clericus, solemniter officiando ecclesiam
vel populum, & inchoando, vel perficiendo,
vt est hebdomadarius, qui dr̄ agere ex officio
suo, puta hoc proprium est sacerdotis, secus
de cātoria. ¶ Secundum. De Psalmista vero
interdicto, seu ēt non interdicto, sed in loco
interdicto vtrum solemniter agendo in offi-
cio suo violet illud, & sit irregularis? Cald. di-
cit, ꝙ non, sm Theologos, q̄a Psalmistatus, se
cundum eos non est ordo, sm Canonistas ve-
ro, secus, q̄a tenent, ꝙ sit ordo. 21. di. cleros. &
quod tali ordini competit cantare, s. in choro
psallendo. & Lect. ac Resp. legendo. vnde ista
faciendo est irregularis. Sed tu dic, ꝙ Theolo
gis in hac parte standum est, cum eorū sit de-
cidere an sit ordo, & ipsi dicunt, quod nō est
ordo, sed officium annexum ordinis lectora-
tus, intellige per attributionem, & non p se-
quelam, vt inf. ordo. 1. §. 1. vnde ista facere nō
est ei, proprium, s. legere, & cantare ¶ Tertiū.
Clericus simplex habens tantum primam tō
suram, si cantet in officio suo, & irregularis,
sm Host. & Veru. Dur. in Spe. Sed quia prima
tonsura, sm Theologos, quibus in hoc standū
est, non est ordo, sed dispositio ad ordines, iō
dic, ꝙ talis nihil ex suo officio facere p̄t, & sic
nec efficitur irregularis cantando, vel psallē-
do. ¶ Quartum. Si clericus dicat Epistolam si-
ne apparatu, sm aliquos, & placet Inn. & seq
tur Pis. non est irregularis, vbi est cōsuetudo,
ꝙ sine distinctione ordinis aliquis dicat epist.
irregularitas. §. 12. vel portet cereum, aut fa-
ciat aliud pertinens ad aliquē ordinē, sed so-
lum vbi non est, quod quidem dictū Cald. re-
probat, quia illa distinctio non tollit, quin il-
la de iure conueniant alicui ordini. Sed tu dic
cum Inn. q̄a illa distinctio facit, ꝙ ea, quæ con
ueniūt ratione ordinis, non fiāt ex ordine vel
officio, quod sufficit ad vitandam irregulari-
tatē, sicut de clerico astante officio, & cantan
te ex quadā deuotione, non quasi soluēdo ho
ras, dictū est. ¶ Quintū. Quātū ptinet ad bene-
dictiones, dicit Inno. ꝙ in benedictione aquæ
contrahitur irregularitas, quia est annexa or
dini. de conse. dist. 3. aquam, quod intellige se-
cundū Arch. quando hoc ageret clericus in-
terdi-

terdictus:secus si non interdictus eam faciat in loco interdicto,seruata prædicta moderatione,qa cum hodie liceat celebrare cũ dicta modificatione, a fortiori licet aquã benedicere.& idẽ de similib. Aquã aũt benedictã aspergere laicis loci interdicti sacerdos nõ debent nisi in dictis solennitatib. Si tñ aspergat, secũdum Cal. non est irregularis, quia non ẽ iure cautũ:adde,quia nõ est proprium alicuius ordinis.qđ fallit aduersum. Asperges, in principio Missæ,quia est propriũ sacerdotis,& gñaliter vbicũq; ingredit̃ aliqua sacerdotalis bñdictio. Benedictio aũt mensæ ẽt a clerico interdicto nõ inducit irregularitatẽ, secundũ Cal. quia nulla est ordini deputata. Nec benedictio quã consueuerunt priores, aut ep̃i,in sua diœcesi itinerando obuiantibus dare,secundũ aliquos licet tutũ sit abstinere,qđ Cal.dicit verũ in benedictione simplici:secus de solemni,ad q̃ præmittitur. Sit nomẽ dñi benedictũ, quia talis cõpetit ei rõne ordinis. d.95.c.ecce.imo ego dico esse idẽ ẽt in simplici,quando expetitur aut datur rõne ordini:secus rõne ætatis, vel sanctitatis eadẽ rõne:Benedictio vero calicis,paramẽtorum, corporaliũ, candelarum in festo Purificationis,aut oliuarum in die Palmarum fieri non potest, ₰m Cal. a clerico interdicto,vel ẽt a non interdicto in loco interdicto, nisi ₰m dictam moderationem, aliter supple inducit irregularitatem. Et idẽ de offõ baptismi in Sabbato sancto,vel pro cõfectione chrismatis in cęna dñi quod conceditur iu c.quoniam,de sen.exc.li.6. sed cum dicta moderatione, vel pro anniuersario defunctorũ, & pro introductione mulieris in ecclesiam post partum cum Psalmis,& orationib.& solemni introductione qa est officiũ ordinis clericalis,sed sine offõ facta solũ confessione, vt moris est, poterit mulier per se intrare gr̃as agẽdo. Et idẽ tenet Host. de benedictione nuptiarum.§.quod nõ licet,sed intellige de solẽni. Benedictio aũt peræ & baculi peregrinorũ a sacerdote.secundum Veru.vr̃ concessa,cũ nõ sit in iure prohibita:adde, quia nõ est ordinis alicuius, & idem de benedictione vestium volentium intrare aliquã religionem vel ẽt ordinẽ tertium. ¶ Sextum. officium cõmendationis animarum decedentium,iuxta morem credit Bal. posse fieri loco,& tempore interdicti, quia vr̃ annexũ absolutionis factæ in pn̄ia, q̃ tunc cõceditur, vt infra.§.7.par.3. ¶ Septimũ. Orationes etiam quæ fiũt in capitulis religiosorum non violant interdictum, modo non dicatur, Dominus vobiscũ, quod ₰m aliquos, ante orationem videtur certi ordinis, sed loco eius dicatur, Domine exaudi orationem meam, quia talia non sunt certi ordinis.

7 Qvinto † q̃ritur, qũo a clericis, vel ep̃s violetur interdictũ per celebrationem diuinarũ sine modificatione d.ca. alma? Et dico multa. ¶ Primum. Per quãlibet quatuor conditionũ dictarum in modificatione prima, si nõ seruetur, violatur interdictũ, & est clericus irregularis, ẽt seruatis alijs, celebrat, vel aliquid alicuius ordinis agit, vt in officio suo, puta si pulsatis campanis celebrat, vel ẽt si alta voce tm̃ ₰m Host. Io. And. & Io. Cal. Et si alijs celebrantib. facit tm̃ vnum prędictorum, puta aperit ianuã, vel cãpanam sonat, & hmõi. Arch. credit ipsum irregularẽ, quia participat in crimine criminoso. de sen. exc. c. nuper. secus si aliquid prędictorũ facit vt celebrentur diuina, q̃ tñ de facto nõ celebrantur, cum irregularitas requirat actum perfectum. 15.q.1.c.fin. ¶ Secundum. Clerici dicẽtes officium tempore interdicti, gñalis, vel spãlis locorũ p viã, vel extra ecclesiam, violant interdictũ, si hoc faciãt studiosè, vt audiant seculares, cũ hoc sit officiare populum, ar.c.fi. de priu. lib.6. vbi patet, ꝙ ẽt diuinorum celebratio extra ecclesiam tali tp̃e prohibetur. Secus autem si sic dicendo a casu seculares transeuntes audiuerint, tum quia ꝙ modicum est, rõ apprehendit quasi nihil. 2. Physic. tum quia non est cõtra rõnẽ legis. Consului tñ Cald. ꝙ non dicant horas in uia, qñ sunt duo, vel plures, quia non audet dicere quin violetur interdictũ, ex quo audiri pñt ab alijs. Ex quo infero de mente eius, ꝙ tp̃e interdicti gñalis, clerici nõ interdicti ẽt in loco interdicto possunt simul dicere horas bini, modo non agant clare, nec aĩo officiandi populum vel ecclesiam, & idẽ dico in spãli, si sit positum pp populum puniẽdum, vel affligẽdum & de hoc, de pœ. & remis. quod in te. ¶ Tertium. Tp̃e generalis, vel specialis interdicti locorum possunt non solum clerici, verũ etiam seculares orare in ecclesia orõne, priuata, ₰m Mor. quia talis actus non continetur sub aliquo prohibitorum. sup.§.3. & idẽ Rodo ẽt si orantes sint interdicti, vel ipsa ecclesia. ¶ Quartum Violatur ẽt diuinorum celebratione, quoties agũt clerici, aliq̃d alicuius ordinis cũ orõnib. iuxta dicta sup.§.4. per totum nisi in casu iure concesso in administratione sacrorum, quia secundum mentẽ Fede. oĩa talia veniunt noĩe diuinorum. ¶ Quintũ. Ep̃is cõceditur & alijs superiorib. vt vbilibet possint cum altari portatili celebrare, & cele-

 brari

brari facere,& audire diuina,quamuis sit interdicta terra,ciuitas,aut castrum,seruato tñ ꝙ dictum est,ianuis clausis, campanis nõ pulsatis,interdictis exclusis.de priu.c.fi.lib.6. Et simile priuilegium hñt fratres prædicatores & minores.de priu.quia in his.& nota.in d.c. fi.in gl. Si tñ esset interdicta ecclesia, vel aliqs locus singularis,nec eps, nec prædicti fratres possent ibi celebrare,vt no.Io.And.in c. quæsiuit. de cle.non resi.& sequitur ibi Pan. ¶ Sextũ.Pro dicẽdis horis canonicis,aut missis tpe interdicti nullo modo licet pulsari cãpanas ẽt paruas,vel procul ab ecclesia existẽtes,secundum Arch. post Cald. possunt autẽ pulsari quo prædicatione secundũ generalẽ consuetudinẽ, quia ista pulsatio est quoddã præambulũ ad actum permissum, i.prædicationẽ, fieri põt in loco iterdicto, interdictis, & excõicatis,de sen.exc.rñso.Postq̃ prædicationem in fine ẽt generalis confessio fieri potest interdictis. Similiter pulsari possunt pro Aue Maria, quia illa salutatio nulli ordini est annexa, & similiter pro ostensione aliquarũ literarum, vel in aduentu alicuius prælati,& huiusmodi: & similiter pro horis diei notificandis, quantum ad laicos: quantum autẽ ad clericos,secundũ eundẽ Cal.nõ licet,quia ex quo dicto tpe solent diuina celebrare,præsumeret ꝙ pro hoc sonarent.28 dist.Syracusanæ:sed tñ,hoc,inquit,nõ efficerent irregulares. Sed ego dico, ꝙ vbi pp hoc nõ pulsarẽt, nec pulsare crederent,nullo modo est clericis illicitũ. ¶Septimũ.Priuilegiati ante cap.alma ꝙ in suis festiuitatib. publice possint celebrare,vel in suo iucundo aduentu, hoc facere non pñt sine prima.d.ca.moderatione,q̃a per illud eorũ priuilegia reuocantur. Secus de priuilegiatis per dictum c,quia tales poterunt,sicut in suis festis prædicatores,& minores.Et secundũ Inn.& Host.tales alios ad celebrandũ admittere nõ possunt,si priuilegiũ est datum ꝑsonaliter sic, Concedimus vobis vt possitis celebrare secus si imꝑsonaliter sic,Cõcedimus,vt ĩ vestris ecclesijs celebretur,vt in dicto priuilegio.¶Octauũ.Priuilegiati,vt admittantur tpe interdicti si dederũt cãm iterdicto,vel eorũ culpa,dolo,vel fraude fuit prolatum, vel ad perpetrãdũ delictũ cuius cã interdictum latum est, dederũt auxilium, consilium, vel fauorem: non obstante priuilegio, nullo modo possunt admitti, vt ĩ c.licet vobis.de priu.lib.6.¶Nonum.Tempore interdicti obligati ad officium non excusantur ab illo,sed illud dicere tenẽtur,etiam si ipsi sint singulariter ĩterdicti: debent tñ eo casu dicere sigillatim, sicut supra de excõicatis,excõicatione 3.§.3.dictum est. ¶Decimũ. Cruce signati contra hæreticos habentes ex priuilegio,ꝙ tempore interdicti in terra interdicta possint admitti ad diuina, secundum Io.de Deo,si possunt contradicere potestati, & officialibus,& non contradicunt,videntur consentire: ideoq; nec ad diuina, nec ad ecclesiasticam sepulturam debent admitti. Si tamen de taciturnitate postea dolentes, contradicunt eorum priuilegium reuiuiscit per sanum intellectum,c.duob.de sen.excom.

8 Sexto †quæritur,qũo laici violent interdictum?Et dico,ꝙ ingerendo se his q̃ illis prohibẽtur. Non licet aũt eis tpe interdicti,nec excõicatis audire diuina ẽt stando extra ecclesiam,sec.Host.ꝙ de mente eius Astensis limitat,si dicantur in ecclesia.si vero dicantur in domo,vel in via,non prohibentur audire, secundum quosdã,vt dicit Rodo. sed non placet:nisi qñ non studiose ad hoc dicerent: alioquin euacuari possent istæ cẽsuræ in fraudẽ legis,nec sunt ad offertorium admittẽdi,nec est eis portanda pax,aut fenestra,vel ostium aperiendum, vt videant corpus Christi, nec clericis licet ita alte dicere,vt foris audiant, & colliguntur hæc extra.de pę.& rem. c.q̃d in te.& concor.satis Ray.& Veru. Sed intellige,quod clericis non licet ita altẽ celebrare studiose,quia possunt ita alte dicere, vt se inuicem audiant in choro, ẽt si hoc faciẽdo ꝑter suam intentionem audiantur extra argu. d.c.alma. Possunt aũt laici interdicti orare ĩ ecclesia ẽt interdicta extra tpa celebrationis diuinorum, nisi sint excõicati maiori, vel ab ingressu ecclesiæ interdicti,sec.Mo.& Verue. & similiter exercere quæ nullius sunt ordinis,vt aduocando,docendo,& hmõi, & dicere Litanias, vel suas Laudes, vt faciunt fratriæ.¶Septimò q̃ritur,qũo interdictũ violetur circa sacrorum administrationẽ? Et dico tpe interdicti non esse ministranda ecclesiastica sacra.de sen.excom.rñso.& de extrema vnctione præsertim est verum, secundũ Pa. in d.c.responso.& do.Ant.de But.in c. nõ est vobis.de sponsal. quæ ẽt nec clericis, vel religiosis cõceditur,secundũ Io.And.& Cal.qui sunt de loco interdicto, licet non interdicti.

9 Fallit †tamen quòd dictum est,& habet multas exceptiones,vt patebit. ¶Prima. Nã excipitur baptismus, non solum paruulorũ, sed etiam adultorum.de sen.exc.c. quoniã.li. 6. & consequenter officium baptismi tanquã

acces-

accessorium,& oĩa per quæ venitur ad baptismum,& sine quib. expediri nõ dẽt, cuiusmodi est catechismus,de consec.dist. 4. ante baptismum,nec esset irregularis,secundũ Cald. clericus baptizans in ecclesia spãliter interdicta,& idẽ intellige de pnĩa & aliis concessis. Vnde probat clariss.Doct.Mat.de Vgonib. in suo tract.de interdic. ꝙ in ecclesia spãliter interdicta licitũ est audire confessiones, & hoc rõnabiliter,quia permissa permittũtur,ſm qđ iura disponunt,& obseruat vsus,vt infra par. 3. Si tamen commode fieri posset, ista essent alibi exercenda.¶Secunda. Excipitur confirmatio, quæ ẽt adultis exhiberi solet. de sent. exc.responso.& d.c.qm̃.& consequenter cõfectio chrismatis in die cœnæ, quo in baptismo & confirmatione vtimur,vt d.ca. responso,& d.c.qm̃,q̃ tñ confectio ſm Arch.in cap. qm̃,de sen.exc.li.6.fieri non p̃t, nisi cum moderatione prima,ca. alma. Tertia.Et similiter pœnitentia non solum decedentium,sed etiã sanorum,dummodo non fuerint excõicati, intellige ratione delicti, ꝑꝑ qđ positum est interdictum,quia non possunt absolui nisi in morte:secus de excõicatis ex alia causa dummodo etiam non sint de illis,ꝑꝑ quorum culpa,vel dolum lata est sñia interdicti, vel quæ præbuerunt consilium,auxilium,vel fauorẽ, nisi prius satisfecerint,si possint,vel de satisfaciendo præstiterint idoneam cautionem:aut si hoc non possunt,nisi iurauerint,ꝙ cum poterunt satisfaciant, & ad satisfactionem faciendam per eos qui tenentur,dabunt consilium,auxilium,& fauorem,& ad hoc fideliter iuxta suum posse laborabunt,in d.c.alma.Et habent locum ista etiam si clericus iubeatur exire,nisi aliter contineatur in sententia, vt sup.§.1.par.1.Nec tñ ꝑꝑ aliquod prædictorũ fieri debet relaxatio interdicti,vt in d.c.alma sed solum iniungenda pnĩa salutaris.Vbi etiã notandum est,ꝙ non solum tꝑe interdicti licet absolutio sacralis in pœnitentia, sed etiã generalis,non quia non sit officium diuinũ, vt dicit Cald. alioquin interdictus eam faciẽs non esset irregularis,sed quia concessa pœnitentia conceditur omnis absolutio generalis & specialis, cum ordinentur ad emundationem peccati.De absolutione tñ ab excommunicatione dicit Inn.ꝙ si clericus interdictus, vel non interdictus,sed in loco interdicto excõicat aliquem, vel ab excõicatione absoluit,non est irregularis, quia hmõi non sunt ordinis,seu iurisdictionis.2.q.1.nemo, qđ de excõicatione non est dubium, vnde idem de absolutione dicendum est de pœ.dist.1.verbũ absolutionis tñ solennia exhibere,vt est dicere cum stola psalmos & orationes, vel in ecclesiam introducere excõicatum,q̃a est ordinis,& officii,huiusmodi faciens est irregularis,ſm Inn.& Spe.& concord.Host.& Lan.& Pan.in c.fin.de exces. præla. & sequitur Sum. Ros.contra Sum.Ang. Sed ego valde dubito, & falsum credo, quia si licitum est mihi non interdicto aliquem absoluere a peccatis, qđ est ordinis,non apparet quin possim ẽt absolutionem,quæ sit ordinis impendere excõicato,quem necessario ante ab excõicatione, quam a peccato absoluo. Vnde dictum illorum est verum,si hoc faciat interdictus, non si in loco interdicto.¶Quarta exceptio est de eucharistia.Nã dari & deferri potest morientibus,de sent.excom.permittamus,& de pœ. & remis.ꝙ in te:ẽt cum campanula, & lumine in præsentia astantium,& venientium, & cum aliis consuetis,ſm Cald. quia cum aliq̃d permittitur, nisi aliud appareat, intelligitur permitti ſm quod ius disponit,&obseruat vsus.arg 4.di.erit autem.di.12.illa. Dari ẽt põt sanis damnatis ad mortem,ſm Cal.clem.1.de pœ.& remis.quia censentur in articulo mortis Sumi ẽt potest a clericis q̃n licitẽ celebrãt quia sumere tenentur,de conse.dist.2.comperimus.Dari ẽt potest clericis non celebrantibus,quia licet Cal.videatur in hoc trepidare, vtpote quia videbat religiosos, generaliter suis fratribus,sororib. vel monialibus indifferenter tꝑe interdicti concedere hoc sacr̃m,& ex alia parte contrarium ei videbatur de iure,quia in dictis permissoriis certorum casuũ cuiusmodi est percipere eucharistiam,vt viaticum tꝑe interdicti,quod rõne nõ inuenitur expresse permissum, subiacet regulæ prohibitiuæ.2.qu.4.consuluisti, & est expressum in clem.exiui,de verb.sign.§.porro.tñ Gemi. in d.c.alma,dicit,ꝙ dari potest clericis illius ecclesiæ,quia non est eis prohibita participatio sacramentorum,vel diuinorum officiorũ, vt in d.c.patet,quia possunt secretẽ celebrare, & sic sumere corpus Christi, & sic eis hoc expresse permittitur,& hoc est verius:alioquin aliquis nulla in eo facta variatione in ordine ad interdictũ posset hodie percipere eucharistiam, qui heri non poterat, vt si diaconus fiat sacerdos,& celebret, quod est irrationabile,quia non mota causa,non mutatur effectus.Non ãt p̃t dari sanis, qui non sunt damnati, vel clericis:etiam si sint seculares, quibus permittitur audire diuina per d.ca.alma,

quia secundum Arch. ibi, licet aliqui dixerint ꝙ pōt dari: verius tñ est ꝙ non, quia in cap. si sententia. de sen. excom. lib. 6. ponuntur vt diuersa auditio diuinorum, & perceptio sacrorum, & adde quod dictum est de edictis permissoris. De prægnantibus autem est diuersa opinio, sed bene Pan. in d. ca. quod in te. dicit mulieris conditionem ponderandam, vt ei detur si probabiliter imminet periculũ mortis, non aliter, & est mens Io. And. qua distinctione etiam circa obsessos, & mare intrãtes vtẽdum est Nec obstat prædictis, ꝙ concedit viaticum, cui conceditur pnĩa. de pœ. & remis. ꝙ in te, quia verum est de viatico, vt viaticũ, ꝙ est solũ, qñ datur probabiliter morituro, vel dubio de morte, non autem, vt eucharistia. ¶ Quinta exceptio est ĩ sacro matrimonij, ꝙ tali tpe licitè cõtrahitur, etiam ab interdictis ſm Inn. sicut & apud infideles. 26. dist. deinde benedictio tñ nuptialis prohibetur ſm Inno. ¶ Sexta est in ordinũ collatione, quia si populus interdictus est, & non clerus, clerici illius loci extra locum illum poterunt ad alios ordines promoueri secundum Inn. sed non laici, quod intelligo etiam de clericis habentibus solum primam tonsuram, quia sunt de clero, & consequenter non interdicti eo casu. Si verò locus tantum sit interdictus, licet ibi nullus valeat ordinari, laici tamen, qui nõ fuerunt in culpa delicti, propter quod interdictum latum est, extra locum interdictum poterunt ordinari, nisi locus esset interdictus propter delictum vniuersitatis, secundũ Cal. quia tunc nullus de vniuersitate posset ordinari. In loco autem interdicto sine necessitate, nec laici, nec clerici, possunt ordinari: ex necessitate verò videtur posse attẽtari, quod sic, secundum Pan. in d. c. non est vobis, & in d. c. quod in te. sed verius est, quod non, cum hoc sit certi ordinis.

10 OCTAVO † quæritur, qũo violetur interdictum circa ecclesiasticam sepulturã? Et dico multa. ¶ Primum. Tpe generalis interdicti denegatur laicis ecclesiastica sepultura ẽt si pœnitentiam egerint, de pœnitentijs & remissionib. c. ꝙ in te, quia tales adhuc interdicti sunt etiam si peccatores non sunt. 17. q. 4. miror. & sicut & interdicti, qui cum absoluũtur ab aliqua excommunicatione, remanẽt interdicti, donec soluatur interdictum. Et si in eis sic interdictis morientibus apparuerint pœnitẽtiæ signa, non debent in ecclesia sepeliri, sed extra & soluto interdicto ad ecclesiã transferri, ar. de sen. exc. cum illorũ, in qua si de facto cõtra iura fuissent sepulti, nõ sunt exhumandi, cum ad eum statum venerit res, a quo potuit incepisse. ¶ Secundũ. Sicut ãt laici nõ sunt eo tpe in ecclesia sepeliendi, ita nec in cœmeterio, de priui. vt priuilegia. i. in loco deputato ad sepulturã licet nõ sit per epm bñdictus ſm Steph. vel melius, vt dicatur cœmeteriũ, oportet, ſm Io An. ꝙ sit locus ad vsum cœmeterij per epm benedictus. de conse. di. 1. nemo & idem virtualiter Cald. addens, ꝙ hoc oportet fateri quantum ad sñiam excõicationis, q̃ ponitur in clem. eos. de sepul. Dicit autem Veru. Dur. ꝙ irregularis est clericus sepeliens solenniter hominem interdictum in cœmeterio ar. c. 1. de postu. Sed ego addo idem esse, si sepeliat solenniter ẽt non interdictum in loco interdicto, i. cum officio solito, quia hoc cõpetit certo ordini, ſm ꝙ cõiter seruat. ¶ Tertium. Extra ecclesiam, & cœmeterium possunt tpe interdicti laicorum corpora sepeliri sine officio diuino, ſm Cald. quia remanere non debent inhumata, non autem cum officio diuino, sed clerici illud celebrantes sunt irregulares. ¶ Quartum. Clericis, q non fuerunt interdicti, & interdictũ seruauerunt, cõceditur ecclesiastica sepultura sine pulsatione campanarũ, & sine solennitate cum silentio, d. c. ꝙ in te, ꝙ tñ hodie non est verum de silentio officij funeralis, cũ missa concedatur & horarum solutio, ſm moderationẽ capituli, alma, vnde sepeliri possunt cum officio sine nota, ꝑ arg. c. cui licet, de reg. iu. li. 6. moderatione tñ prædicta obseruata, ſm Fede. & in diebus, in quib. pōt publicè celebrari, poterunt sepeliri cum campanis & alijs consuetis vt dictum. Et si qui sint clerici, qui aliquo casu sepeliri non possint apud ecclesiam suam, vel qa non habent, vel quia impeditur, sepeliri poterunt in alia, arg. dictorum supra §. 1. par. 3. & quia d. c. ꝙ in te. non limitat ad ecclesiã propriã, sed absolutè concedit eis ecclesiasticam sepulturam, laicis aũt non interdictis non cõceditur sepeliri in cœmeterio sito in loco interdicto cum officio clericorũ sub silentio cessantib. alijs solẽnitatibus ſm Cal. quia illud ex gratia conceditur clericis, & cõsequenter intelligitur alijs denegatum. Confratres quoq. qui ex priuilegio religiosorũ, quorum sunt contra res, admittuntur ad diuina, sepeliri non pñt in ecclesia interdicta: intellige ẽt gñaliter, ſm Sum. Ang. licet in alijs pñt libere sepeliri. de pri. vt priuilegia qđ tñ Pan. ibi in fine, limitat quando elegerunt sepulturam in ecclesia non interdicta: alias pos-

possunt et i interdicta sepeliri, vide ibi. Quintum, Si aũt ecclesia aliqua sit specialiter, seu singulariter interdicta, quidam, vt Io. An. dicunt non posse ibi clericos sepeliri, vt refert Pan. in d.c. ꝙ in te. sed Host. tenet contrariũ, quia tantum valet interdictum generale quo ad oĩa, quantum speciale quo ad quædã Pan. verò bene distinguit, quia clerici illius ecclesiæ ibi possunt sepeliri, non alij, cum habeãt in loco ecclesias non interdictas. Adde, quòd si alias ecclesias non haberent, aut sunt impeditæ, etiam ipsi possent ibi sepeliri, vt dictum est: laici verò in dicto casu specialis interdicti localis, si ipsa ecclesia est interdicta propter delictum clericorum tantum, vel quia violata fuit parochiani possunt in alia non interdicta sepeliri, & audire diuina, secus si interdicta est pœnam populi: licet multi ex eis non deliquerint, sed fortè vniuersitas, vel magna pars, vel forte dominus, & in hoc puniuntur, quia non possunt in alia etiam non interdicta sepeliri. ¶ Sextum. Priuilegiatus post ca. alma. super auditione diuinorum, & sacramentorum perceptione, vel etiam sup sacramentorum perceptione sine mentione diuinorum, secundum Cal. admitti potest ad ecclesiasticam sepulturam, quamuis de illa mentio non fiat. sed si priuilegium esset factũ super auditione diuinorum, non facta intione de perceptione sacramentorum, satis videtur dubium, tamẽ tenet, ꝙ sit ecclesiastica sepultura concessa per regulam, cui communicamus viuo, & c. 24. q. 2. sanè solemnitatibus tamen cessantibus, vt dicitur de clericis. ¶ Septimum. Tempore interdicti etiã ab & pro ipsis interdictis licet recipere mortuaria, & orare si mortui sunt pœnitentes. 11. q. 3. quicunque intra. si vero non pœnituerũt, nec illa recipi possunt, nec pro eis orandum. 88. dist. c. fi. Quomodo autem sint excommunicati admittentes ad sepulturam nominatim interdictos, vel publicè excommunicatos & sepelientes tempore interdicti defunctos in cœmeterijs, vel ecclesijs, in casibus iure non concessis, vide sup. Excommunicatio. 9. §. 35. & in cle. eos. de sepul.

RVRSVS de Interdicto VI. quantum ad pœnas violantium illud.

INTERDICTVM sexto considerandũ est q̃tum ad pœnas quas incurrunt violãtes, illud, quod. s. de mẽte doctorum dupliciter fit, s. dum interdictus exercet aliquid sibi illicitum, vel non interdictus in loco interdicto præter moderationes dictas ĩ pri. tit. prioris.

PRIMO 1 † verò quæritur, q̃n locum habeãt, vel non habeant pœnæ iuris contra violatores interdicti? Et dico eas locum non hr̃e, primo vbi interdictũ est relaxatum verbaliter q̃a iam nec violatur, cũ non sit, nec similiter vbi est relaxatum mente sola a summo Pontifice, quia ipse solus hoc modo potest relaxare. vt sup. Interdictũ 3. §. 9. vnde tunc celebrantes in loco & tempore interdicti ignorantes mentalem relaxationem, licet peccent, non tamen sunt irregulares, secundum Cald. habent verò locum vbi a Papa non est relaxatum verbo, aut mente, & vbi nõ est relaxatum ab inferiorib. verbaliter, quia tunc irretiũt oẽs violatores, ẽt si ipse ferens sn̄ĩã, vel eius superior, eam violet. Vnde scd̃m Cal. sunt irregulares ligati a canone, per c. is qui. de sent. exc. lib. 6. de consec. c. 1. & fi. ꝙ limita de superiori citra Pontificem summum.

SECVNDO 2 † quæritur, quas pœnas incurrũt cõiter clerici religiosi habentes aliquem ordinẽ violando interdictum? Et dico, ꝙ tres. s. irregularitatem, ineligibilitatem, & impossibilitatẽ, pro quorum intellectu dico multa. ¶ Primum. Clericus interdictus generaliter, aut specialiter siue singulariter nullibi põt exercere actum pertinentem ad aliquẽ ordinem, aut celebrationem diuinorum, quorum noĩe veniunt missæ, horæ canonicæ, & exequiæ, benedictiones solẽnes, & oĩa, de quib. rubricæ tradũtur in breuiario, vel missali, de quibus supra. Interdictum 5. §. 4. quòd tamen fallit, si quid horum sit dispositio, vel sequela ad aliquod sacr̃m eo tp̃e licitũ exhiberi, sicut est catechismus respectu sequentis baptismi, & commendatio animæ respectu prioris absolutionis in pœnitentia. Non interdictus autem talia exercere potest quidem, sed non in loco, vel tempore interdicti, nisi secundum quod est iure permissum. ¶ Secundum. Clericus interdictus exercens prædicta alicubi, siue vbicunque, & non interdictus exercẽs ea in loco interdicto, ĩtellige sine moderatione c. alma. & vt clericus, est irregularis, c. is q, & c. is cui, de senten. excommun. lib. 6. & c. cum

æterni.de ſent.& re iud.l.6. & ineligibilis:ita
ꝙ nec eligi poteſt,nec eligere d.cap.is qui,&
impoſſibilis,de poſtul.præl.c.1. Quod quidē
quantum ad ſecundum limitatur primo a Fe
der. quando non interdictus publicè & palā
more ſolito celebrat.Secundo limitatur ſi lo
cus ſit interdictus proprie,quia ſi quis ſcien-
ter celebraret in eccleſia non interdicta pro
priè,ſed violata ſemine, vel ſanguine, nō eſt
irregularis,licet grauiter peccet,vt in d.ca.is
qui. & conſequēter a fortiori, nec perſoluēs
horas canonicas, vel aliquid aliud diuinorū.
¶Tertium.Si clericus non interdictus ſciēter
celebret,non quidem in loco interdicto,ſed
tñ perſonis interdictis,a iure,vel ab hoīe, vł
recipiat publice interdictos ad diuina offi-
cia,vel ſacra,vel ſepulturam,non eſt irregu-
laris:eſt tñ interdictus illi ingreſſus ecclæ do
nec ſatisfaciat ad arbitrium eius,cuius ſentē
tiam contempſit.de priu.ca.epiſcoporum.li.
6.& ſi in ea ſe ingerit in officio ſuo, efficitur
irregularis.de ſent.excom.is cui li.6.vbi licet
ponātur multi, quibus interdicitur ingreſſus
eccleſiæ,tamen hoc eſt diuerſimodè,quia cū
hoc ēt aliqui ſunt irregulares, iuxta dicta in
tit.priore,& aliqui excōicati,vt ſup.excom-
municatio.9 §.35. Et idem eſt ſecundum Fe-
der.quando admittuntur laici aliunde adue-
niētes ad diuina in eccleſia nō interdicta exi
ſtēte in loco interdicto gñaliter aut ſpeciali-
ter. ¶Quartum.Si aūt prædicta,ſ.clericus in-
terdictus, in loco interdicto exercent aliqua
non deputata certo ordini,vt cantare in cho
ro,legere pſalmos,vel epiſtolā, ſicut faciunt
alij laici non officians principaliter eccleſiā,
ſecundum Inn.in c.tanta.de excep.præl.& ſe
quitur Pa.in c.2.de cler.exc.dep.vel inter mi
niſt.non incidunt in præfatas pœnas. & de
his dictum eſt,in tit.priore ferè per totum.
¶Quintū. Si āt clericus decedat interdictus,
priuatur eccleſiaſtica ſepultura, d.c.is cui.

3 Tertio † quæritur, quæ ſint pœnæ,quas
diſtincte,& ſeorſum præter prędictas incur-
rūt clerici & religioſi ſubditi,vel prælati? Et
dico multa.¶Primum.Clericus violans īter-
dictū modo d.in §.priore, eſt ſuſpenſus ab of
ficio,& beneficio,& iuriſdōne,ſecundum ve
riorē intellectū.de exceſ.præl. tanta in text.
& in gl.& ſequunt̄ cōiter Doc.& eſt bñficijs
ſpoliandus.de cle.excomm.miniſtr. poſtula-
ſtis. ¶ Secundum.Religioſus ēt nō ſeruās in-
terdictū, quod ſcit eccleſiam matricē ſerua-
re,eſt excōicatus p cle.ex frequētib.de ſent.
exc.vt hr̄ ſu.Excōicatio 7.§.46. ſi tñ violator
interdicti ſit religioſus ad nullū ordinē ordi-
natus,etſi irregularitatē non incurrat,qa eſt
expreſſum ī iure:nā c.is qui. loquit̄ de ſola ir
regularitate,quę procedit ex ſola celebratio
ne diuinorū, vel ordinū executione, poterit
tñ aliter puniri,ſcd̄m Cal.vt recludi ī arctius
monaſteriū. & idē vr̄ de moniali:imò tā ille,
q̄ iſta eſt ineligibilis actiuè, & paſſiuè,quia
etſi non hn̄t ordinē clericalē, rōne tñ ſtatus
ſui hn̄t officium celebrandi diuina ſcd̄m ſuā
condōnē.vnde illā pęnā incurrunt,cuius ſūt
capaces. ¶Tertiū.Secundū Inn.& Hoſ.violās
interdictū,& ad violandum inducens ſuſpen
ſus eſt, & ſic ſi p̄latus eſt, oīs eius inſtitutio,
deſtitutio, collatio p̄bēdarū, bñficiorum ac
dignitatum, & ſnīæ in quoſcunque prolatæ
ſunt irritæ & inanes.Non ergo pōt præmiſſa
facere. Et,vt aiunt idem fortè dicendū eſt in
alijs ſpiritualib.ſ.ꝙ ſicut ei conferri nō poſ-
ſunt,ſic nec facta ab eo collatio valet,vt d.c.
poſtulaſtis. & de æta.& qual.ord.cum bonæ.

4 Qvarto † quæritur,q̄ ſit pęna clerici īter
dicti,aut illi participantis? Et dico tria.¶Pri-
mum. Noīatim dicuntur interdicti oēs, qui
proprio noīe,vel alia certa circūloquutione
p ſnīam deſignantur. Inſt.de exhær.lib.§.no
minatim,& ſimiliter tanq̄ nominatim inter-
dicti ſunt oēs,de quib.conſtat, quod ſunt in-
terdicti, vt ſi ciuitas vel caſtrum interdicat̄:
ſi verò interdicātur fautores,ſiue participā-
tes in crimine, non dicuntur nominatim in-
terdicti,ſed tātum in genere, niſi notoriè cō
ſtet eos eſſe fautores,vide inf.Noīatim.¶Se-
cundum.Secundum Inn.Hoſt.& Ber in diui-
nis ſunt vitandi oēs nominatim, vel tāquam
noīatim interdicti, nō aūt qs tenetur vitare
īterdictos generaliter, vt participes,quouſq;
p iudicē ſpecificētur,niſi forte eorū partici-
patio eſſet valde notoria,ita ꝙ inficiationi ñ
eſſet locus.de cohab.cler.& mul.tua nos.Ter
tium.Si ſacerdos probabiliter credit aliquos
interdictos eſſe in eccleſia,ſ.tēpore celebra-
tionis diuinorum debet monere in generali,
vt exeant,alias nō tenet̄ eos vitare,maximè
publice,donec cōſtet de ſnīa:imò hodie ſer-
uanda eſt moderatio Concilij Conſtantien-
ſis q̄ hēs ſup.Excōicatio 5.nota.4. Si vero ſa-
cerdos ſuſcipiat ſcienter interdictum, alij
non tenent̄ exire, ſcd̄m Veru. ipſe tñ ſacer-
dos peccat, & incurrit pęnā,c.ep̄orū.de pri-
uil.lib.6. vbi dr̄ ſuſpenſus ab ingreſſu eccle-
ſiæ,vt dictū eſt,ꝙ intellige de interdictis pu-
blice iuxta. Decretū Cōſtātiēſe,de quo ſup.
qa idē ē iudiciū,quoad vitare de īterdictis,&

excom-

excommunicatis. ¶ Quartum. Si clerici exi-
ſtentes nominatim interdicti celebrauerint di
uina ſũt irregulares ſm Inn.11.q.3.ſi quis eps
& ꝑpetuo deponendi:niſi,quod ſi multi ſunt
principales, ſunt deponendi cum aliis vero
ſuper irregularitate poterit diſpẽſari,ſed nõ
niſi per Papam,& facit de cler. exco. miniſt.
latores,vbi etiam dicitur,quod multitudo in-
telligitur,cum exeedit 40.

5 Qvinto † q̃ritur,quæ ſit pœna clerici in
terdicti ab ingreſſu eccleſiæ,ab homine,vel a
iure?Et dico,ꝙ ſi talis ingerat ſe diuinis in ec
cleſia in officio ſuo, efficitur irregularis, de
ſen.exc.is cui.lib.6.Si vero ingerat ſe diuinis,
extra eccleſiam,puta ſub dio,vel tẽtorio,ſm
gl.ibi,non efficitur irregularis. Si vero cele-
brat in oratorio, dic, ꝙ ſi eſt oratorium ſtri-
ctè,ita,ꝙ non eſt eccleſia,non eſt irregularis:
ſi vero eſt eccleſia, ſed nondum conſecrata,
quæ propriè dr̃ baſilica, eſt irregularis, quia
ſatis eſt qđ ſit epiſcopi anthoritate fundata.

6 Sexto † quæritur,q̃ ſit pęna participantis
in diuinis cũ eo cui interdr̃ ingreſſus,eccleſię
Et dico ſic.Presbytero celebrante Miſſam in
eccleſia,ſi ſubdiaconus cui eſt interdictus in-
greſſus eccleſiæ, dicit epiſtolã extra eccleſiã
in illa Miſſa,vel Diaconus ſic ĩterdictus Euan
gelium,ipſe presbyter ſcienter tales,vt ſu.ad
mittens,eſt irregularis participãdo in crimi-
ne crimino ſo,quod participium vr̃ eſſe in ec-
cleſia,quia & illi eo caſu efficiuntur irregula
res,propterea,quod vnum eſt officiũ,& prin
cipaliter in eccleſia celebratũ, cui in actu ſibi
prohibito cooperantur.di.50.ſi quis viduam.
Si vero ecõtrario ſubdiaconus cui eſt interdi
ctus ingreſſus eccleſiæ,dicit Epiſtolam in ec-
cleſia in Miſſa,q̃ Sacerdos celebrat extra ec-
cleſiã,irregularis eſt,quia in eccleſia verè, &
de facto id fecit,& ſic in loco prohibito.ca.is
qui de ſent.exco.lib.6.& idem de diacono, &
Euangelio presbyterum autem Sum.Roſ.nõ
audet dicere irregularẽ,licet videatur parti-
cipare in culpa,ne principale,vel dignus tra-
hatur ad acceſſorium,vel minus dignũ. Ego
vero dico,ꝙ eſt irregularis, q̃a æquè vel ma-
gis participat ſicut in priori caſu, quo idẽ di-
xit cum irregularem,regula autem iuris, qđ
acceſſorium naturam ſequi congruit princi-
palis,fallit vbi eſt periculum aĩæ, vt de iure-
iu.debitores,& c.cũ cõtingat,& præterea ce
lebrationi nõ accedit cum iſto Snbdiacono,
quia celebrari poteſt cum alio vel ſine.

7 Septimo † quæritur, quæ ſit pœna laici
violantis interdictum?Et dico ſecundum In-
no.ꝙ quamuis non incurrat in irregularitatẽ
vel ſuſpenſionem,grauiter tamen peccat, &
puniendus per eccleſiaſticum iudicem pœna
arbitraria.de ſen.exc.grauis. in cle. & ſecun-
dum Arch. peccant mortaliter: quia faciunt
contra obedientiam eccleſiaſticam.diſt.81.ſi
quis quod videtur mihi verum, quando id fa
ciunt ex contemptu, non aliter, niſi in qua-
tuor caſib. poſitis in cle.1. de ſepul. & in cle.
grauis.de ſen.exc.quos habes ſup.Excommu
nicatio 7.excommunicatione 7.& Excommu
nicatio 9.excommunicatione 35.

8 Octavo † quæritur,vtrum ex ſola cõſue
tudine poſſit quis euenire contra interdictũ
ſine pęna?Et dico,ꝙ non,de conſue. cũ intra
ſecundum Inn.& Hoſt.Quomodo aũt fratres
prædicatores & cõſequenter minores tpe in
terdicti ſint priuilegiati,habes ab Arch. in 3.
par.ti.27.c.5.in fi.& in mari magno.

Intereſſe quid & quotuplex ſit.

1 Interesse,† ſecundum Bart.in l. vnica. C.
de ſent.quæ pro eo quod inter prof. ꝓpriè
& ſtricte eſt æſtimatio alicuius vtilitatis uon
habitæ ꝑꝑ alicuius factum iniuſtum, vel con
ceſſionem iniuſtam.Eſt aũt duplex,aliud.ſ.lu-
cri ceſſantis,& hoc eſt qñ homo impeditur a
lucro qđ feciſſet ſi talis pecunia ſibi reſtituta
fuiſſet,vel non fuiſſet læſio talis illata, & hu-
iuſmodi,aliud eſt damni emergentis, & hoc
eſt duplex.aliud.ſ.in re,aliud extra rem.Inte-
reſſe damni emergentis in re vel circa rem ẽt
dr̃ intrinſecum,ſm Bar.& eſt ipſa res,ſeu eius
æſtimatio, vel id qđ prouenit immediate ex
re,vt fructus,& partus,& hmõi. Exemplum:
Vendidiſti mihi vinum,qđ valebat viginti,&
pretium tibi tradidi,nec dediſti,nunc aũt va-
let quadraginta,& ſi traditum fuiſſet,tantum
habiturus eram & de hoc ff.de act.emp.& vẽ.
l.ſi ſterilis,§.cum per venditorem. Intereſſe
extra rem,vel extrinſecum, eſt qđ prouenit
non ex ipſa re,ſed ꝑꝑ ipſam rem.Exemplum
Vendidiſti vinum,nec tradidiſti,ſed ſi tradidiſ
ſes,ex eo potuiſſem negociari,& lucrari.Vẽ-
didiſti granũ,& quia non tradidiſti,ſerui mei
fame perierunt.Et iſtud qñ petatur in contra
ctib. habes in l.Iulianus.§.1.ff.de act. emp. &
ven.& l.cum venditorem,C.de actio.emp. &
ven.ff.de verb.ob.l.ſi inſulam.Qñ autẽ tenea
tur quis in conſcientia.inf.Reſtitutio.3.§.9.&
vſura 1.§.9.intereſſe, quando habet certam
quantitatem vel ſpeciem, duplum excedere
non poteſt,qñ autem duplum excedat,habes
in d.l.vnica:in tex. & in gloſ. ſed quoad con-
ſcientiam,habes inf.Vſura primo,§.eodem.

IN-

¶ Interlocutoria Sententia, vide infra Sententia: sed vtrum ipsa transeat in rē iudicatam, vide c.cum cessante.de appel.

DE INTERPRETATIONE.

1 *Interpretatio quotuplex sit.*
2 *Interpretari legem ad quem spectet.*
3 *Interpretatio priuilegij, an spectet ad solum principem.*
4 *Interpretatio, an sit in contractibus facienda, vt res potius valeat.*
5 *Interpretatio in ambiguis qualiter sit facienda.*
6 *Interpretandi ratio varia vnde sumi debeat.*

Interpretatio est vnius verbi ꝑ aliud, vel vnius sententiæ per aliam declaratio: sicut interpres vnam linguam per aliam manifestat. & est multiplex, vt no. Pan. in c. 1. de postulat. præl.

1 Quaedam † enim est generalis, & necessaria, ac redigenda in scriptis, vt principis de sen. excom. inter alia 11. q. 1. §. ex his omnib. C. de leg. l. vlt. & hæc ius facit quo ad omnes de const. c. fi. Alia generalis, & necessaria, sed non redigenda in scriptis, vt consuetudinis. ff. de leg. l. si de interpretatione. Alia non generalis, sed necessaria, & in scriptis redigenda, vt iudicis. ff. de legi. l. non possunt. argum. etiam l. nam vt ait. qui sententiam suam interpretari potest. arg. ff de re iud. Paulus. vbi supplere potest quæ desunt sententiæ, & sic interpretari, sicut & prætor. ff. de præt. stipu. l. prætoris. Alia nec generalis, nec necessaria, nec redigenda in scriptis, vt magistrorum. C. de profess. qui in vrbe Const. l. vna. lib. 12. vi de Panor. in c. 1. de postul. præl.

2 Primo † verò quæritur, ad quem spectet legis interpretatio? Et dico, ꝙ interpretatio diuinæ aut canonicæ legis pertinet ad Papā: & similiter legis ciuilis, in quantum concernit clericos: vt in c. 1. de iuram. calum. in quantum vero cōcernit laicos, pertinet ad Imperatorem. l. fin. C. de leg. quia est eius interpretari, cuius & condere. c. de reg. iur. lib. 6. Quod intellige verum generaliter: quantum autē ad vnam causam, etiam iudex potest interpretari. vt no. Inn. in c. cum speciali. de app. de quo etiam vide bonam gl. in c. 1. de postu. præl. & facit l. vnica. C. de profess. qui in vrbe. nisi esset aliquid ita arduum, quòd certus intellectus dari non possit: quia tunc recurrē dum esset ad principem. l. pœn. & fi. C. de legib. Hæc Panor. in c. 1. de iur. cal. An etiam legatus possit interpretari rescriptum, vide eū dem in cap. 1. de postul. prælat. Sciendum tamen, quòd lex humana seruari non debet quando est in damnum, sed pro interpretatione recurrendum est ad principem, nisi periculum sit in mora. vide. 2. 2. q. 66. artic. 6. & 2. 2. quæst. 60 art. 5.

3 Secundo † quæritur, vtrum interpretatio priuilegij pertineat ad principem solum: Et dicit Pa. in c. cum venissent. de iud. quod aut dubium est super potestate, s. si potuit dare: & sic nulli inferiori a principe licet: vt in ca. 1. de transl. prælat. 17. q. 4. §. qui autem. 9. q. 3. cuncta per mundum. Aut dubium est super validitate, vel surreptione: & sic potest inferior iudex secundum communiter Doct. Aut dubitatio est circa verba solum: & tunc si casus est clarus & decisibilis de facili, sic potest inferior cognoscere ad præiudicium partiū secundum communiter Docto. quia inferior interpretatur legem superioris in præiudicium partium. vt not. Inn. in d. cap. cum speciali. & facit c. inter alia. de sent. excomm. & d. c. fi. Si vero casus est dubius, sic ad principē pertinet si eius præsentia de facili potest haberi. arg. d. ca. cum venissent. & d. c. inter alia & l. ex facto. §. 1. ff. de vulg. pupil. subst. Quòd si de facili nō potest adiri princeps propter distantiam lōgam, si poterit interpretari per rationem naturalem & verisimilem, quæ notari potest per expressa verba. Pro quo est casus in d. l. ex facto §. 2. vbi iurisconsultus interpretatur legem ex naturali ratione, & facit quod no. Inno. in d. c. cum speciali, & text. in c. cum personæ. de priu. lib. 6. Aut dubium versatur circa intentionem principis, & decidi non potest sine dubio magno & sic interpretatio est solius principis. Ad prædicta facit tex. ca. venerabilem. de elect. Dicit etiam Spec. in tit. de leg. §. nunc ostendēdum, quòd episcopus potest interpretari iurium allegationes: de pig. significante, & d. c. venerabilē procedit in arduo negocio, vt dictum est.

4 Tertio † quæritur, vtrum in contractibus sit interpretatio facienda, vt res potius valeat, quam pereat? Et dico, ꝙ sic. de fide inst. inter dilectos in glo. & ff. de reb. dub. l. quoties in actionib. de ver. sig. abbate. §. sup. quid fiat. Si autem res valeret secūdū intellectū vtriusque, tunc accipiendum est illud quod est magis verisimile. ff. de reb. dub. l. cum in testō. ff. de verb. obli. cum qui. & quod consueuit. 18. di. de Syracusane. & quod magis conuenit iuri. de consue. c. cum dilectus §. fi. vbi interpretatio fit contra eum, qui legem potuit apertius dicere. ff. de pac. l. veteribus. de priuil. ca. quia in glo. interpretatio autē in contractib. sit

ſit plena, in teſtamentis plenior, in beneficijs
quoque pleniſſima de don.cum dilecti.Inter-
pretatio quoque loquutionum fieri debet ſe
cundum perſonas,quæ loquuntur, vel quib.
quis loquitur.26 di.deinde.in glo.

5 QVARTO † quæritur,quomodo ſit intelligē
da illa regula iuris, in 6.contra eum qui legē
dicere potuit apertius,eſt interpretatio faciē
da?Et dico,ꝙ gl. ibi poſt multa complectitur
iſtam materiam,dicens:Obſcuritas,vel ambi-
guitas,aut ponitur in vltimis volũtatibus,aut
in conuentionibus,aut factis in iudicio,aut in
confeſſionibus,aut in contractibus,& pęnis,
aut in ſententijs. Si in vltimis voluntatib. ſub
diſtingue, quia aut conſtat de voluntate exp̃ſ
ſe,aut tacite,& ſi expreſse illa ſeruatur, q̃a ni
hil eſt, quod tñ debeatur hominibus, quã ꝙ
vltimæ voluntatis liber ſit ſtylus.13.q.vlt.vo-
luntas & de teſt.officij.Si vero conſtat tacite,
aut per coniecturam,illa ſeruatur. 26.q.6.qui
recedunt. & de teſta. requiſiſti.& hoc niſi di-
cta voluntas turpis eſſet,ut ff.de cond.inſtit. l.
quidam vel alias contra ius.Pone exemplum,
de teſta.tua.Si non conſtet expreſse,nec taci-
te,ſtatur verbis teſtamenti,ad quod 22. q.2.is
autem de celeb.miſſ.in quadam.Si autem ver
ba ſunt minus larga,ſequimur benignus & mi
nimum.de reg. iur. li. 6 in obſcuris minimum
eſt ſequendum. & ſic eſſet hæredis electio. Si
vero non apparet,quæ pars ſit benignor, vel
minor neutra tenetur.ff.de teſt. l. ſi duo ſunt.
Si quæratur,ad quem ſpectet indagatio:dic,ꝙ
ad iudicem.C de fideicom.l.voluntatis defun
cti. Si vero in iudicijs ſit ambiguitas,ſit inter-
pretatio pro proferente.Ratio, quia debitor
ſemper negaret de hoc ſenſiſſe.C.de anna. ex
ce.l.vlt.& hoc in litis exordio,de quo de reſt.
ſpon.cum ad ſedem.Si vero in probationibus
ſit ambiguum, interpretabitur contra produ
centē.de cond.app.per tuas.& de prob.in prę
ſentia debent.n. probationes eſſe claræ.de p̃-
ſcr.auditis. ſaluo eo ꝙ poſſent teſtes obſcure
deponentes interdum iterum interrogari,vt
de teſtib.cum clamor. in confeſſionib. autem
ſi confiteatur incertum,certificare cogitur.ff.
de conf.l.certum alioquin acciperetur,quod
magis expediret aduerſario, vt ibi. de cõfeſſ.
c.1.in contractibus vero, aut eſt certũ de con
ſenſu,aut de diſſenſu,aut dubium.In primo ca
ſu ſtatuet ei,ꝙ ſenſerunt.de ſpon.c.1.in ſecũ-
do nihil ualet.27.qu.2.ſufficit.30.qu.2.vno de
rap.cum cauſam.29. q.1. §.1. & ibi error non
ſolum corporis,ſed & materiæ vendicationē
impedit,quia nil tam contrarium cõſenſui, ſi
cut error.ff.de iu.leg.2.& errare eſt aliud pro
alio putare.38. di. quamuis. non tamen om-
nis error impedit matrimonium.vt inf. Matri
monium 8.§.1.In tertio aũt caſu,ſ.dum eſt du
bium,ſubdiſtingue quia aut põt valere,ſecun
dum intellectum vnius tantum,aut vtriuſque.
Et ſi ſecundum intellectum vnius tñ valeat,
ſecundum quem valere põt.ff.de verbo.obl.l.
quoties, quod ēt hēt locũ in contractu matri
moniali,in foro iudiciali:in foro aũt aię ſtare
tur ei,qui in tali dubio diſſenſiſſet, vt de ſpõ.
tua nos.Si aũt ſecundum intellectum vtriuſq;
põt valere,valeat illud,quod eſt veriſimilius,
ff.de verb.obl.eum qui ita, & in regu.inſpici-
mus in obſcuris,quod eſt veriſimilius,vel q̃d
plerunque conſueuit fieri,cum ſuis cõcor. de
reg.iur.lib.6.& ſi dubitatur,ꝙ ſit veriſimilius
ſeruatur quod in hac regula dr̃, ff.de ver.obl.
l.quicquid.Et hoc verum,ſi neuter dolum cõ
mittit,ſed ſi alter dolum committat, cõtra eũ
fiet interpretatio.22.qu.5.§.ex his.& cap.qui
cunque.Si vero vterque dolum committit,ad
communem ſignificationem recurretur,vt in
dicta decretali ex literis.& 22.qu.5.§.ſi ergo,
& idē reputatur in iuramentis, vt ibi no.in ſē
tentijs autem interpretari poterit præſes pro
uincię,vel procurator Cæſ ff.de app.l.ab exe
cutore non autem minor, quia functus eſt of
ficio ſuo,ſiue bene,ſiue male iudicando:ꝙ in-
tellige de diffinitiua ſententia, ſecus de inter
locutoria,de quo dic,vt notatur,de app.c.cũ
ceſſante.De fructibus tamen & expenſis ſup
plere poteſt eadem die. ff. de re iudic. l. Pau-
lus.De hoc nota.35.qu.9. §.quia ergo. alias in
cipit,his ita in gl.11.q.1.§.& his. in gl.hæc ex
illa glo.

6 QVINTO † quæritur,quid ſit dicendum in
genere de interpretatione canonum, legum,
reſcriptorum,priuilegiorum,ſtatutorum,vl-
timarũ voluntatum,contractuum,diſpoſitio-
num fauorabilium,vel odioſarum,aut promi
ſcuarum,de quibus ſuis locis agetur?Et dico,
ꝙ clariſſimus iuris vtriuſq; Doctor D. Bapti-
ſta de Fliſco in quodam ſuo præclaro opuſcu
lo dicit, quod leges & canones, & reſcripta
& priuilegia & ſtatuta,& vltimæ voluntates,
& conſuetudines & contractus recipiũt inter
pretationem, vel a conſueto modo interpre
tandi,vel a ſimilibus,vel alijs iuribus ſcriptis.
De lege tex.eſt in l.ſi de interpretatione,& l.
non poſſunt,ff.de leg.De edicto prætoris tex.
eſt in l.ſi quis id quod.ff.de iur.om.iu.De priui
legijs,& beneficijs tex.in l.beneficij.ff.de cõ-
ſti.prin.l.1.§ in initio.ff.de off.præt.ur.De vlti

mis

mis voluntatib. in l. librorũ. ff. de leg. 3. De contractib. in l. veteribus. ff. de pac. De consuetudinibus, in l. de quib. ff. de leg. De statutis, i l. Cæsar. ff. de pub. & vect. in l. 2. C. de nox. De rescriptis, in ca. cãm, de rescr. in ca. licet. de pręb. ¶Secundum. Interpretatio est facienda, vt vitetur delictũ. Me. in l. 1. C. de his quib. vt in d. §. si fundum. ¶Tertium. Illa interpretatio est fugenda, quæ trahit ius ad gratiam Me. in l. si marito, ff. sol. mat. ¶ Quartum dispositio quantuncũq; pœnalis, est latissime interpretanda, quando si nõ latissime interpretaretur, vel in totum euerteretur, vel magnam plagam acciperet. Hoc probatur in l. si. §. sed & si quis. ff. de Carb. edi. & in l. 1. §. pecuniam. ff. de calũ. ¶ Quintum. Item interpretatio est faciẽda ne actus pereat, l. si quando, de leg. 1. Item est facienda, vt verba nõ sint superflua. l. si quãdo. in prin. de leg. 1. de ver. sig. Abbate. ¶ Sextum. Quantumcunque in vna lege sint positæ multæ pœnæ, nõ habẽt locum, nisi in casu, in quo omnes illę pęnæ possent verificari, gloss. in l. mancipia. C. de ser. fug. vnde c. quanquam. de vsur. in 6. non põt hẽre locum in Iudæis ¶ Septimum. Quando lex dicatur odiosa, vel fauorabilis intelligitur ex procœmio. Bar. in l qui exceptionem. ff. de cond. ind. Bal. iu l. fin. ff. de leg. tut. Attenditur ẽt ad hoc principalis cã. Ang. in l. mater decedens. de test. ubi autẽ dispositio concernit qualitatem agentium, & patientiũ, licet sit penalis: tamen nõ est odiosa & restringenda, nisi ex parte eius cui venit imponenda pęna; ex parte vero eius, cuius fauorem respicit, est fauorabilis, & extendenda. Alex. in l. venia, C. de in ius voc. Bar. in l. 2. C. quod vi me. Si autem non concernit qualitatẽ agentium, & patientium, sed qualitatem facti. tunc illa dispositio de sui natura fauorabilis, efficitur odiosa & restringenda, si addatur pęna, ita ibi traditur per multa iura.

INTESTATVS quis decedit quatuor modis. Primo si nullum testamentum fecit. Secundo si fecerit, sed non iure. Tertio, si fecit iure, tñ postea ruptum est posthumi natiuitate, vel irritum factũ est capitis diminutione testatoris. Quarto, si nulli sĩt hæredes ex eo testõ, vt in auth. de hær. ab intest. in prin. Possunt addi, & duo alij modi ex post facto. Primus. s. per querelam expugnato testamento. Secũdus, ꝑ bonorum possessionem cõtra tab. Vide Azo. in Sum. C. de suis & legi. hære.

INTRVSVS dicitur, qui non canonice, sed ꝑ violentiam occupat honores, vel beneficia ecclesiastica, vnde est fur, & latro existens in mortali, & restitutioni obnoxius omniũ, quæ inde recepit. de rest. spol. grauis.

DE INVENTIS.

1 *Inuenta an sint restituenda sub pœna furti.*
2 *Inuenta res cui restituatur, & nu. 3.*
4 *Inuenta aues, & fera capta, an sint accipientis, & numero 6.*
5 *Fera vulnerata ab uno, uel irretita, & ab alio capta, cuius sit.*
7 *Aues domestica non fiunt accipientis.*
8 *Thesaurum quomodo liceat quærere, & cuius efficiatur, vsque ad nu. 13.*
14 *Thesaurus in domo empta inuentus, an sit venditoris.*
15 *Insula in mari, vel flumine facta, cui cedat.*

INVENTA dupliciter dñr, proprie. s. & sunt ea quæ prius quærebãtur: sicut proprie aurum inuenit, qui huius gratia terram effodit: & improprie, & sunt quæ casu inuenimus: sicut dr̃ aurum inuenire, qui sepulchrum effodit pro tumulando cadauere, C. de thesaur. l. vnica in gl. & de vtriusq; hic intendimus.

1 PRIMO † vero quæritur, vtrum inuenta sint restituenda sub pœna furti? Et dico multa. ¶Primum. Hiero. 14. q. 5. multi & August. eadem q. dicunt rapinam esse, inuenta nõ reddere, quod improprie dicitur: propriè vero ẽ furtum, ff. de fur. l. falsus, quod secundũ S. Th. 2. 2. q. 65. & Rich. & alios Doct. est verum, quã do quis animo retinendi, non autem reddẽdi domino accipit rem inuentam, quę de propinquo fuit in bonis alicuius, ita ꝙ habet dominum, quod intellige, nisi haberetur pro derelicta, immo idem puto etiam si ad antiquo domino caruit, vt thesaurus inuentus, & quis accepit animo non faciendi partem illi cui dẽr, quia etiam eo casu illa res pro illa parte dñm habet non antiquum, sed nouum, i. eũ cui debetur, quo inuito attrectatur: in his vero, quę nunquam fuerunt in alicuius dominio, vt lapilli in litore maris, & aues, & pisces & huiusmodi, quæ occupanti conceduntur, nõ habet locum furtum.

2 SECVNDVM. † Si autem hñs rem inuentam restitutioni obnoxiam nescit dominum rei, publice denunciari faciat, secundum Arc. & si nõ inuenitur dabitur pauperib. secundũ Pan. & omnes Doct. ar. de vsu. cum tu. & in auth. omnes peregrini. C. com. de success. nisi inuẽtor sit multum pauper, secundum Arch. quia de licentia episcopi, vel pœnitentiarij eius,

vel

vel confeſſoris illud ſibi retinebit.

3 TERTIVM.†Ad ſciendum verò cui debeã-
tur inuenta, ſecundum Doct. ſic diſtinguen-
dum. Nam aut nunquam fuerunt in bonis ali
cuius, vt lapilli ĩ litore maris, & aues, piſces,
beſtiæ, & oĩa animalia non domeſtica ante
captionem: & iſta occupanti conceduntur ẽt
in fundo alieno, modo ingreſſum fundi non
prohibuerit dominus: ſed de ſeris infra §. pro
ximo, aut fuerunt in bonis alicuius ſolum ab
antiquo, vt theſaurus. de huiuſmodi, ſecundũ
S. Tho. eſt eadem ratio, i. ſunt occupantis, niſi
ꝙ ſecundum leges ciuiles medietas eſt domi
ni agri. ſed de hoc inf. §. proximo. aut fuerũt 6
de propinquo; & talia inueniens reſtituere te
netur, 14. q. 1. ſi quid inueniſti. & d. l. falſus. ẽt
ſi ſint admiſſa ex ruina, vel incendio, vel nau
fragio, vt ff. de incen. rui. nauf. per totum. &
idem eſt de iactatis in mare gratia nauis alle
uiandæ. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. qui alleuian-
dæ. Quæ quidem vera ſunt, niſi haberentur
pro derelictis. quod Fed. conſi. 18. credit eſſe
ſi dominus tacet, non perquirens per ſe, vel
per alios, quia d. l. qui alleuiandæ, videtur im-
ponere neceſſitatem ſtatim perquirendi res
amiſſas, & ſic iſta negligentia non quærenti
tollit primam præſumptionem quam facit
lex, ſ. quod non habeantur pro derelictis, niſi
aliter conſtet per qualitatem actus de volun
tate domini, cum nemo præſumatur iactare
res ſuas. d. l. falſus. §. ſi iactantium. & d. l. qui al
leuiandæ. Quod nota pro limitatione dicen-
dorum infra Naufragium. §. 1. & 4. Nec poſ-
ſent talia inuenta non habita, pro derelictis
vſucapi, quia in eis deficit titulus pro dereli-
cto, vt in l. ſi quis merces ff. pro derelicto. Vn
de conſuetudo occupãdi iactata in mare, vel
rapta à fluminibus, vr̃ expreſſe reprobari ꝑ
d. l. qui alleuiandę. & ibi gl. no. nõ obſt. quod 7
loquitur de iactatis in mare: quia idem eſt de
ablatis à flumine, vt ſunt ligna, & hmõi, cum
parũ differant ab illis, vt dicit tex. Inſt. de re-
rũ diu. §. vlt. & facit auth. nauigia, C. de fur.

SECVNDO†ſpecialiter quæritur, cuius ſint
feræ inuentæ, aues, & hmõi animalia. Et dico 8
multa. ¶ Primum. Secundũ Direct. lib. 3. volu
cres, piſces, feræ, & huiuſmodi, quæ ĩ nullius
ſunt bonis, & quæ vadunt quò volunt, natu-
rali ratione capienti cõceduntur, nec diſtin-
guitur, vtrũ in proprio fundo, vel in alieno,
licet is, qui alienũ fundum ingreditur venã-
di, vel aucupãdi gratia, poſſit à domino pro-
hiberi ne ingrediatur, & ſunt capientis, quan
diu ſua cuſtodia coercentur, ſed in libertatẽ
redduntur, quando locum effugiunt capien-
tis. Inſt. de re. diui. §. feræ.

5 SECVNDVM.†Si autem prædicta fuerũt ab
aliquo ſic vulnerata, vt capi poſſint, ſecundũ
eundem Direc. ſtatim intelliguntur eſſe vul-
nerãtis, modò ea perſequatur, quia ſi deſinit
proſequi, rurſus erunt occupantis, ſtandum
tamen videtur conſuetudini in his. Si autem
eſſent capta in laqueo, vel reti alieno, nõ ſũt
accipientis, ſecundum gloſ. in l. laqueum. ff.
de acqu. rerum do. & Inſt. de rerum diui. §. ſin
gulorum, licet rigor iuris videatur velle, qđ
ſint capientis ibidem.

6 TERTIVM.†Feræ ſylueſtres, ſed domeſticæ
factæ, ſicut pauones, columbæ, cerui, cunicu
li, apes in alueo, & huiuſmodi habentia con-
ſuetudinẽ eundi, & redeundi ad certum lo-
cũ alicuius poſſeſſoris, tamdiu ſunt poſſiden-
tis locum, quandiu habent animum reuertẽ-
di domum, & non vltra efficiuntur capiẽtis,
ſecundum Direc. quẽ animum reuertẽndi de
poſuiſſe videntur, cum reuertendi conſuetu
dinem deſeruerint, d. Inſtit. §. ceruos. Vnde ſi
bis aufugiant, nec horis debitis non impedi-
ta reuertantur, fiunt capientis, quia cõſuetu
do inducitur per binum actum. l. 3. C. de epi.
audien. Si autem eſſent incluſa in pratis, vel
in alijs locis, furtum committeretur. Et idem
de piſcib. argu. d. Inſt. §. apum. Si quis autem
occupet examen apum in arboribus cuiuſcũ
que, aut etiam fauum mellis, furtum non cõ-
mittit, licet dominus arboris poſſit ingrediẽ
tem prohibere. Intelligo autem prædicta, qñ
huiuſmodi habent conſuetudinem redeũdi,
interueniente aliquo opere poſſidentis lo-
cum, vt patet de alueo apum, alioquin non li
ceret occupare apes, aut aues in arboribus,
vbi fauum habent aut nidum.

7 QVARTVM.†Aĩalia naturaliter domeſtica,
vt gallinæ, & hmõi, ſemper ſunt dñi, & vbiq.
etiam ſi caſu aliquo territæ euolauerint à fa
cie domini ſui, & capiens ea reſtituere tene-
tur rem cum fructib. d. Inſt. §. gallinarum, &
ff. de acq. re. dom. l. naturalem, §. pauonum.

8 TERTIO†ſpecialiter quæritur, cuius ſit the
ſaurus: ſi ĩueniatur, id eſt, vetus depoſitio pe-
cuniæ, cuius non extat memoria, ſecundum
Pet. de Palud. vel condita ab ignotis dominis
tempore vetuſtiori mobilia. C. de theſa. l. vni
ca. Et dico multa. ¶ Primum. Theſaurum
ex intentione nullus põt quærere alicubi ẽt
in ſuo fundo, arte magica, alias erit fiſci, ſe-
cundum Accu. C. de theſ. l. vnica, nec ĩ fundo
alieno inuito domino, nec ẽt dño volente,

igno-

ignorante opes abditas, ſuo nomine, i.quæ-
rentis d.l vnica, iuncta gl. Poteſt autem quis
quærere in fundo ſuo, vt ibi, & alieno. volen
te domino noīe ipſius domini:ita ꝙ quærens
intelligatur locaſſe operas, art. ibidem imò
etiam nomine quærentis, ſi dominus ſciat q̄-
ri opes abditas & conſentiat:quia poteſt quę
renti totū ius ſuum tribuere. Secus vbi igno-
raret ibi eſſe theſaurum, & conſenſu præſta-
ret quærenti ex alia cauſa ficta. Sic intelligo
dictam legem vnicam.

9 SECVNDVM. † Si quis theſaurum inuenit in
ſolo ſuo, ſecundum mentem S.Th. & ſecun-
dum omnes Doct. eſt totus inuentoris, & hoc
eſt de iure naturali, ſecundum gl. Inſt. de rer.
diui. §. theſauros. nec diſtinguitur, an caſu vel
ex intentione inuenerit:quia d.l. vnica. quæ-
ſtionem iſtam permittit.

10 TERTIVM. † Si verò in loco alieno alicu-
ius. ſ. priuati inuenit, aut hoc eſt à caſu, & ſic
medius inuentoris eſt, & medius domini lo-
ci, vt ad pacem ſeruandam ſtatuerunt iura ci
uilia, licet de naturali æquitate ſit inuento-
ris aut dedita opera, & ī hoc ſunt opiniones,
quia Hoſt. dicit, ꝙ totus eſt inuentoris, & ſe-
quuntur Piſa Pe. de Pal. Arch. & multi alleg.
d.l. vnicam. & iſta opinio eſt vera, ſi conſen-
tiat dn̄s non ignorans, & totum tribuat quæ-
renti, vt quia ipſe non vult, quærere, vel alia
cauſa. Et ſecūdum iſtam etiam opinionē ſcri
pſi in Aur. Roſ. in cōi virg. Euangelio primo,
& caſu xxxix. Alij verò vt Suppl. Rot. & Sū.
Ang. dicunt, ꝙ totus erit domini fundi. ſi eo
inuito quærit, ꝙ planum eſt per d.l. vnicam.
imò etiam ſi eo volente, & ſuo nomine quæ-
rit, quia d.l. vnica, hoc prohibuit fieri, & in
pœnam totum ſtatuit eſſe domini. Et iſta o-
pinio eſt vera, quando dominus conſentit q̄-
renti, ignorans, ꝙ theſaurum quærat vel q̄ñ
non tribuit quærenti totum quòd inuenerit,
nec aliquid paciſcitur, vtroq. tamen caſu, ſe-
cundum Iu. iſtas, quęrens habebit operarum
mercedem. Sed iſta opinio eſt falſa eo mo-
do, quo alia eſt vera, ſ. ſi dominus ex certa
ſcia conſentiat, quia ius ſuum, ꝙ hēt in quæ-
rendo, transferre poteſt in alium. nec d.l. vni
ca dicit indiſtinctè; ꝙ totus theſaurus ſit do-
mini, ſi quis quærat eo volente, ſed eo volen
te, ignorante opes abditas, vt quia conſentit
quæſitioni, neſciens, ꝙ theſaurus quæratur.

11 QVARTVM. † Si autem inuenerit in loco ſa
cro, vel religioſo. d. §. theſauros. dicitur idem
eſſe, quòd ſi inueniſſet ī loco ſuo. vnde totus
erit inuētoris indiſtincte, ſiue à caſu, ſiue ex
intentione inuenerit & hoc tenuit Io. 14. q. 5.
ſi quid inueniſti in glo. & ſequitur Sum. Roſ.
ſed hoc reprobat Sum. Angelica, & vult eſſe
idem ac ſi inuentus fuiſſet in loco alieno, &
à caſu, erit medius inuentoris, dedita verò
opera ſine voluntate, aut cum voluntate
domini ignorantis, totus erit prælati, vt ex-
preſſe tenent Doc. in dicto §. theſauros, quia
hodie eccleſiæ, & loca ſacra ſunt prælatorū.
& iſta eſt veritas, & ſi qua eſt inter leges diſ-
ſonantia, vi. doct. in d. §. theſauros, & d.l. vni.

12 QVINTVM. † Si autem īuenerit in loco pu-
blico fiſci, vel ciuitatis, dimidius erit inuen-
toris, & dimidius fiſci, vel ciuitatis, d. §. the-
ſauros, ꝙ gl. in d.l. vnica, intelligere vr̄ iuxta
prædictam diſtinctionem, vt. ſ. ſi a caſu inue-
niatur, diuidatur, ſi ex intentione, totus ſit
domini loci, ſi non acceſſit voluntas domi-
ni ſcientis. Et hoc verum, quia d.l. vnica lo-
quitur de loco alieno indiſtincte. Hic tamen
aduerte, quòd in ſuo loco inuenire non dici-
tur vſufructuarius, nec ille, qui habet bona
hypothecata, nec maritus, ſi inuenit ī fundo
dotali, vnde tenebit quidem theſaurum in
vita vxoris, ſed ſoluto matrimonio, reſtitue-
re tenetur. vide Bar. in l. ſi is. §. fin. ff. de acqu.
rerum domi. Emphyteuta vero, qui habet v-
tile dominum, diuidet eum domino habente
directum. Vide Bar in l. in cauſæ circa fi. ff. de
procur. Et ſi dominus directus inuenerit, vti
lis poterit dimidium petere, ſecundum An-
gel. de Are. §. theſauros.

13 SEXTVM † Secundnm Pet. de Palud. hodie
vbicunque inueniatur theſaurus, de conſue-
tudine eſt principis. Sed ergo dico iſtam con
ſuetudinem in conſcīa non ligare, quia non
eſt introducta per modum legis, ſed violen-
tiæ, nec fuit vnquam moribus vtentium ap-
probata, niſi violenter; eſt etiam contra iura
canonica, quæ volunt bona incerta, ſi reſti-
tuenda ſunt, eſſe pauperum, & ſi non ſunt re-
ſtituenda, eſt contra iura ciuilia, & cōtra na
turalem æquitatē: vt patet in d. §. theſauros.
vbi dr̄, quòd diuus Adrianus naturalem æqui
tatem ſequutus, &c. contra quam æquitatem
conſuetudo non poteſt.

14 QVARTO † quæritur, vtrum emens domū
pro cētū, in qua poſt repetit theſaurū valen-
tē ducēta, teneat dn̄o? Et dicit Lud. de Ro. ꝙ
tenet, & ꝙ ſic cōſuluit, & obtinuit in curia ꝙ
in hoc hēt locum remediū, ca. cū cā. de empt.
ſcilicet, ꝙ reſcindatur contractus, vel reſti-
tuat plus, ſed de iure verius eſt, ꝙ non teneat
quia theſauri nullus ē dn̄s, vt ex definitione

patet

patet.& casus est in l. 1. C. de euict. & l.nunquam,§.thesaurus.ff. de acq.rer.dom.& sic remanebimus in dispositione iuris communis. vt s. totus sit inuentoris, si inuenit in suo solo, vt d. l. vnica. iste autem emptor sit dominus vnde erit suus totus. Et hoc est indubitatum, si emptor nihil sciuit de thesauro, & cōfirmatur per l.a tutore iuncta gl.ff.de rei vēd. vbi pecunia inuenta per modum thesauri cedit emptori. Secus si non per modum thesauri, vt quia mutata fuit in muro, ita, s. quod ibi non fuit ab antiquo. Nec obstat, quod venditor thesaurum non vendidit, quia non ideo dicitur esse inuentoris, quia emit, sed quia inuenit. Si vero sciebat, & propterea emit, dubium est, sed tamen S.Th.2.2.q. 66.ar.5.vr̃ tenere, ꝙ licite ematur, quod Sum.Ang. verum dicit secundum iuris rigorem. de æquitate tñ partem deberet venditor hēre, quo ad cōsciētiam vero vr̃ inuenisse, ex quo sciebat, & sic si casu medius erit suus: si a proposito, totus cedet domino, l. vnica. Sed ego dico, ꝙ quia secūdum leges dominus pōt ingressum sui fundi prohibere ad quærendum ea, quæ dño carent: puta aues, & thesaurum: si inuenit dedita opera domino prohibente, totus erit domini, vt planum est, qua violenter contra iura intrauit. Si vero domino consentiente ex ignorantia, similiter totus erit dñi, quia dolus fuit in causa. Si aūt domino cōsensciēte sciēter totus erit, quærentis, quia ēt de bursa dominus potuit tradidisse thesaurum. Si vero a casu, & tacuit: totus est quærentis naturali æquitate, vt dictum est, & ēt hoc loco ius ciuile, quod domino ad pacem dat partem, non dabit eā: quia cessat ratio conseruandæ pacis, ex quo dominus fundi nihil scit de inuentione thesauri ante fundi venditionem.

16 QVINTO † quæritur, quid de insula inuēta in mari, aut terra, per alluuionem addita alterius terræ? Et distinguo, vt Instit. de re. diui. §. insula. Nam insula nata in maris est occupātis, in medio vero fluminis est communis habentibus prædia iuxta flumen hinc inde. si vero non est in medio, est eius, cui est proximor. Si tamen fluuius diuidatur, & cingat agrū, eius remanet ager, cuius erat. Si autem fluuius mutat alueum: primus alueus efficitur eorum, q̄ prædia iuxta illum habent: secundus vero est publicus. Et si reuertitur ad primum, secundus erit habentium prædia circa illum. Ager autem inundatus aqua, ea recedente remanet eius cuius erat, hæc ibi. Si tamen aliud haberet consuetudo, standum erit illi.

INVENTARIVM est libellus, in quo bona hæreditaria, vel etiam alia, apud aliquem inuenta scribuntur, quod quidem hæredi facere est vtile, quia si nō fecerit, tenebitur de omnibus legatis & debitis: si autem fecerit, grauari non poterit vltra vires hæreditatis, modo. cœperit facere intra tres dies a morte testatoris, vel postquam scit se institutum hæredem, & scribat omnes res defuncti sub testibus, & perficiat intra quadraginta dies, vel intra annum; si res sunt remotæ.

INVESTITVRA propriè est possessionis rei traditio impropriè vero alicuius corporei loco possessionis in manibus positio, vt quando dominus dat hastam vasallo, vel quid simile, dicens se facere inuestituram, vt in lib.feu. in tit. quid sit inuestitura. Et quidem est fienda inuestituram coram testibus, sed non, quia non valeat sine testibus, & instrumento, sed vt veritas ꝓbari possit. Et si fiat de beneficio nouo tunc si habet inuestiens pares, id est vasallos alios coram trib. vel saltem duobus ex eis, tenetur facere, si vero nō habet, faciat coram alijs idoneis testibus. Si vero de veteri inuestiat beneficio, fieri potest coram quibuscūque idoneis testibus, vt in titu. qui testes sunt necessarij. Et etiam idem est si est clericus, qui de proprijs bonis inuesti. de rebus vero ecclesiæ admittuntur omnes idonei testes, secundum Host.

DE INVIDIA.

2 *Inuidia quid.*

2 *Tristitia de bono alterius est quadruplex.*

1 INVIDIA, † quantum ex S.Thom. 2.2.qu.36. colligitur, est tristitia de bono alieno, inquantum maculam propriæ gloriæ v.deti r inferre.

2 PRO † quo sciendum, ut ibi patet, quod quadrupliciter homo tristatur de bono alieno. ¶Primo, quia inde timetur malum sibi, vel alijs bonis, & hoc non est inuidia, sed effectus timoris, secundum Philosophum. 2. Rhet & pōt esse sine peccato. s. quādo timetur iniustum malum. sicut Exod. 15. lętatus est Israel de subuersione Aegyptiorum iniustè ꝑsequētiū. ¶Secundo, ex hoc, quod illud bonum nobis deest, qđ proprie dr̃ zelus, secundū Phil. ibi, qui est landabilis, si sit circa honesta, seu virtutes, secundū illud 1. Cor. 4. Æmulamini charismata meliora. Si vero sit circa tpalia, potest esse cum peccato, vel sine, eo modo scilicet, quo & appetitus temporalium. ¶Tertio in quantum ille, cui accidit bonum, est eo indignus, quod circa honesta, ex quibus qui

iustus

iustus efficitur, accidere non potest, secũdum Philosophum ibi, sed circa diuitias, & hmõi, q̃ dignis, & indignis possunt accidere. quæ tristitia, secundum eundem, vocatur Nemesis, & pertinet ad bonos mores, quia.s. considerauit diuitias, & hmõi, secundum se, prout possunt magna videri non aspicientibus ad æterna. Sed secundum sacram scripturam ista tristitia reprehenditur, quia huiusmodi bona indignis ex iusta Dei dispõne proueniunt ad correctionem, vel damnationem, secundum illud Psal. Noli æmulari, &c. ¶ Quarto tristatur quis de bono alterius in quantum illud est diminutiuum propriæ gloriæ, vel excellentiæ, & hoc proprie est inuidere. Vnde inuidia semper est peccatum, secundum S.Tho. & Philosophum vbi sup. quia dolet de eo, super quo gaudendũ est, s. de bono, & de genere suo est peccatum mortale, secundum S.Th. quia directe contrariatur charitati, quę de bono proximi gaudet, primi tamẽ motus eius rõne imperfectionis, vel in deliberationis actus non sunt peccata mortalia: nec ẽt si bonum, de quo dolet, si qd minimum, vt patet 1.q.10.ar.2. filiæ aũt eius secundum Greg. in Mor. sunt quinq. s. odium, susurratio, detractio, de quibus vide in titulis suis: & similiter exaltatio in aduersis, & tristitia in prosperis quæ de genere suo sunt peccata mortalia, quando propter inuidiam hoc est, nisi excuset indeliberatio actus, vel modicitas rei.

DE IRA.

1 *Ira quid & quotuplex sit.*
2 *Ira an sit illicita, & an sit peccatum, & nu.3.*
4 *Ira omnis sit mortale peccatum.*
5 *Ira quas habeat filias.*

1 IRA † secundum Aug. est appetitus vindictæ sẽm Aristo. vero est accensio sanguinis circa cor. sed secundum. S.Tho. 1. quæst.12. & 1.2. quæst.158. ita vtrunque prædictorum completitur, sed primum formaliter, secundum vero materialiter, vnde completa diffinitio est, vt ira sit accensio sanguinis circa cor. pp appetitum vindictæ: & idem dicit D.Alb.4. dist. 35. Ex quo sequitur, ꝙ ira, vt dicit S.Thom. in 3.dist.15. sumitur tripliciter. Primo vt sonat habitum vitiosum, secundò vt est actus volũtatis appetẽtis vindictam: tertio vt est passio, idest, actus, vel motus sensitiuus conformis prædicto actui voluntatis, qui est cum transmutatione corporali, i. sanguinis accẽsione: vt autem est passio, tres sunt eius species, secundum Philos.4. Ethic. & S.Tho. 2.2.qu. vbi sup. s. acuta, quæ est eorum, qui facile irascuntur, & cito quiescunt: amara quo ad eos, qui diu tenent memoriam iniuriæ, & grauis quo ad eos, qui nolunt iram deponere. nisi subsecuta uindicta.

2 PRIMO † vero quæritur, vtrum illa sit illicita? Et dicit S.Tho. 2.2. vbi sup. quod in passionibus appetitus sensitiui dupliciter est malũ: Primo. s. quia passio est malum, siue repugnãs rationi, cuiusmodi est inuidia, quæ dolet de bono: & secundo secundum superabundantiam, vel defectnm. Et primo modo ira nõ est mala, quia est appetitus vindictę quam quis potest bene appetere, puta ad correctionem vitiorum, & cõseruationem iustitiæ secũdũ ordinem rationis, quo casu fit a Deo, cuius minister potestas puniens dicitur, Rom.13. & similiter male: puta ad malum eius, qui est puniendus. Sed secundo modo in ira potest inueniri malum, quando scilicet aliquis irascitur plus, vel minus pręter rationem rectam. Vnde ad rationem, si se habeat antecedenter trahit eam a sua rectitudine, & habet rationem mali, si vero se habet consequẽter, prout. s. appetitus sensitiuus mouetur contra vitia secundũ ordinem rationis, est ira bona, quæ dicitur ira per zelum, quæ rationis oculum turbat, quia in executione actus, iudicium rationis aliqualiter impedit, eius tamen rectitudinem nõ tollit. Non est autem contra rationem virtutis, vt intermittatur deliberatio rationis, in executione eius, quod est ratione deliberatũ: qa etiam ars impediretur in suo actu, si dum debet agere, deliberaret de agendis: hæc ex illo virtualiter.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum ira sit peccatum? Et dicit S. Tho. vbi sup. art.2. ꝙ ira cum sit passio sensitiui appetitus est mala, si ordinem rationis excludat. Qui quidem ordo in ira potest considerari dupliciter. Primo quantum ad appetibile, in quo tendit, quod est vindicta, quam si quis secundum rõnis ordinem appetat, est ira laudabilis, & vocatur ira per zelum. Si vero contra rationis ordinem appetat qualitercunque; puta, ꝙ puniatur, q non meruit, vel vltra, q̃ meruit, vel non secũdum legitimum ordinem, intellige per habentem auctoritatem, vel non pp debitum finem, qui est conseruatio, & correctio culpæ, est appetitus vitiosus, & uocatur ira per vitium. Secundo quantum ad modum irascendi, vt scilicet modus iræ non immoderate feruescat, nec iterius, nec exterius, quod quidem si permittatur, non erit ira absque peccato, etiam si quis appetat iustam vindictam

dictam, hæc ex illo virtualiter.

4 TERTIO † quæritur, vtrũ omnis ira sit peccatum mortale? Et dicit idem, vbi sup.ar.4. ꝙ qñ est inordinata ex parte appetibilis iuxta dicta §.priore.de genere suo est peccatũmortale, quia contrariatur iustitiæ, & charitati licet possit esse veniale propter imperfectionẽ actus, quia s. præuenit deliberationem, vel est de aliquo modico, quod quasi nihil est reputãdum, ita ꝙ etiam si actu inferiatur, non erit peccatum mortale: puta, parum trahere puerũ per capillos, vel huiusmodi. Qñ vero est inordinata quantum ad modum irascendi, nõ hẽt ex suo gñe rationem peccati mortalis, licet possit esse mortale: puta, si ex vehementia iræ excidat quis a dilectione Dei, & proximi. hæc ex illo. Ex quibus omnibus patet, ꝙ supposita deliberatione actus, & notabilitate vindictæ quinque modis ira est mortale, s. si quis primo appetat puniri eũ, qui non meruit, vel secundo plus, q̃ meruit, vel tertiò ab eo, qui iure non potest, vel quarto sine debito, vel quinto si ex iræ feruore quis cadat a charitate Dei, vel proximi, quod tamen non eri, nisi actu aliquid fiat, dicatur, vel cogitetur cõtra Deum, vel proximum, puta blasphemando Deum, aut maledicendo proximum, vel non succurrendo in necessitate.

5 QVARTO † quæritur, quot sunt filiæ iræ? Et dico secundũ S.Th. vbi sup. post Greg. ꝙ sunt sex. Prima, s. rixa, qua duo, vel pauci contradicunt in factis se percutiendo. Secunda tumor mentis, qui est qñ homo cogitat diuersas vias vindictæ, & talib. cogitationib. replet aĩum suum. Tertia, contumelia, qua verba iniuriosa cõtra proximum dñr. Quarta, blasphemia qua similia dñr contra Deum clamor, i. inordinata, & cõfusa loquutio. Sexta, indignatio. qua, s. quis aliquem indignum reputat, ꝙ contra eum tale quid fecerit. Addunt quidam maledictionem, seditionem, bellum, & vindicationem, sed oĩa hæc reducuntur ad prædicta. Et tumor quidem mẽtis est veniale, vel mortale, secũdum ꝙ & ira, a qua procedit: clamor autem est veniale, nisi per accidens ratione scandali, & similiter indignatio. Vindicatio vero est propriè effectus iræ, & est peccatum sicut & illa. De rixa autem, & contumelia, & blasphemia, & de alijs, vide in locis suis.

DE IRONIA.

IRonia, secundum S.Th.2.2.q.113.& alios est mendacium verbo, aut signo circa propriã personam, dum quis aut negat maiora, aut asserit minora de se, quam veritas habeat, &c

est peccatum mortale, aut veniale, secũdum circunstantias, & finem.

DE IRREGVLARITATE.

1 *Irregularitas quid sit.*
2 *Irregularitas differt a suspensione.*
3 *Irregularitas quibus modis contrahatur.*
3 *Irregularitas an contrahatur suscipiendo ordines in excommunicatione maiori.*
5 *Irregularitas an contrahatur, eo quod quis eodem die suscipit minores ordines, & subdiaconatum.*
6 *Irregularitas an contrahatur per iterationem sacramenti.*
7 *Irregularitas an contrahatur per infidelitatem, an per infamiam, nu.8.*
9 *Irregularitas an contrahatur per susceptionem ordinum ab episcopo excommunicato, vel qui renunciauit episcopatui, vel alieno episcopo, vel extra tempora, vel per saltum, vsque ad nu.13.*
14 *Irregularis an fiat ministrans in ordine, quem non habet.*
15 *Irregularitas quibus alijs modis contrahatur, vsque ad finem, & quomodo tollatur.*

1 IRREGVLARITAS, † quasi priuatio regulæ, ab in, idest non, mutato, s. n, in r, & regula, & irregularis priuatus regula dicitur. Et est irregularitas, secundum Spec. nota, seu impedimentum canonicum ex facto, siue de facto proueniẽs, quo quis ab ecclesiastico ordines promoueri, & iam promotus in eis ministrare prohibetur. arg. de temp. ord. c. vlt.

2 VNDE † differt a suspensione, quia eã includit & addit, cum suspensio importet inhabilitatem ad executionem solum, irregularitas autem ab executionem & ordines, vt infra, suspensio. in prin.

3 CONTRAHITVR † autẽ irregularitas in genere tribus modis, scilicet ex delicto, ex defectu corporis, ex defectu sacramenti, de quibus habes per Doct. in c. nisi cum. §. personæ verò, de renun. sed specificãdo contrahitur in casibus 23. quartum ad hoc ne possit aliquis promoueri, aut iam promotus ministrare, de quibus casibus patebit per sequentes quæstiones, præsuppositis regulis, quæ datæ sunt supra, homicidium 4.§. 1. ¶ Primo ergo quæritur, vtrum irregularitas contrahatur per homicidium, & mutilationem? Et dico, quod sic vt supra, homicidium 3. per totum.

4 SECVNDO † quæritur, vtrum contrahatur irregularitas suscipiendo ordines in excommunicatione maiori? Et dico quod sic, vt in c.1. de eo, qui fur. ord. su. & c. cum illorum. de

ſen.excom.Et licet inferior Papa aliqñ poſſit abſoluere talem ab excõicatione in qua erat, non tamen poterit diſpenſare ſecum in tali irregularitate, niſi de mandato Papæ, ſiue ſciente excommunicatus exiſtens ordines ſuſceperit, ſiue ignoranter, ſ. facti memoriã nõ habens, aut ignorantia iuris hoc non credens ſibi eſſe prohibitum, vt in d.c.cum illorum. Si tamen iſte efficiatur religioſus, poſt laudabilem cõuerſationem in religione per aliquod tempus poteſt epiſcopus diſpenſare cũ Apoſtolica authoritate, vt in cap.fi. de eo qui fur. ord.ſu. diſpenſat etiam abbas cum monachis, ſecundum quod dictum eſt ſupra, Abbas.§.2. & quod de excommunicato dictum eſt, ſecũdum Ray. locum habet in ſuſpenſo, vel interdicto, vel ſimpliciter, vel a talibus ordinibus, ſi ipſos recipit ſic ſuſpenſus.

5 Tertio † quæritur, an contrahatur, quãdo quis vna die ordines minores, & ſubdiaconatum recipit? Et dico, ꝙ ſic.c.cum H. de eo qui fur.ord. vel ſi duos ſimul ſacros ordines ſuſcipit.c.fi.de eo, qui fur. ord. ſiue hoc faciat vno die vero, ſiue fictitio, ſicut cum quis cõtinuat ieiunium vſq; ad Dominicam, de tempo.ord. c.literas. Sed cum iſto poteſt epiſcopus diſpẽſare, vt in ordinibus nõ furtiuè ſuſceptis poſſit miniſtrare, dummodo ei non fuerit prohibitum ſic ordinari ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quia tunc non poſſet, niſi ſicut dictum eſt de eo, qui excommunicatus ordines ſuſcipit: in ordine autem ſic ſurtiuè ſuſcepto, vel ad maiores, nullus poteſt, niſi Papa diſpẽſare, ſecundum Io.And. & vr̃ ſequi Pan. in c.1. de eo qui fur.ord. & facit tex.d.ca. fi. iuncto c.ſeq & d.c.literas, quod intellige niſi intrauerit religionem, quia poteſt epiſcopus tunc Papæ authoritate diſpenſare, vt d.c. fi. & etiam abbas.c.2. de eo qui fur.ord.ſu.

6 Qvarto † quæritur, vtrum contrahatur ꝑ iterationem ſacramentorum imprimentium characterem? Et dico ꝙ ſic, ſi fiat ſcienter tã quo ad miniſtrantem, quam quo ad ſuſcipientem.ar.68.diſt.c.1. & de conſe.diſt.1. dictum. & ſic indiſtinctè tenet Arch. ſed limitat Scot. in 4.diſt. 4. de baptiſmo tantum, quia de alijs imprimentibus characterem non inuenitur expreſſum, ſicut de baptiſmo, vt in cap. 2. de apoſt. ideo ſcienter baptizans, ſm Hoſt. ſi eſt clericus deponendus eſt.ar.cap.qui bis, & ca. eos. de conſe.diſt.4. ſi verò laicus, eſt excommunicãdus, nec poterit ordinari, vnde etiam acoluthus, qui miniſterium præbuit ſcienter presbytero baptizanti, ſi publicum ſit, non debet ad ordines promoueri, niſi religionem intrauerit, quo caſu poteſt epiſcopus ſecum diſpenſare. Si verò ſit occultum, promoueri poterit poſt pœnitentiam.d.cap.2. licet quidam, & malè, ſecundum Pan. ibi dicant illud ca. intelligi, quòd iſte acoluthus rebaptizauerit, vel fuerit rebaptizatus. Si verò rebaptizat quis ignoranter ignorantia facti, adhibita prius debita diligentia, omnino excuſatur non autem ex ignorantia iuris, cum hoc non ſit contra ius diuinum. Si verò quis rebaptizatur ſcienter, eſt irregularis, ſi verò ignoranter ignorantia iuris, ſimiliter eſt irregularis, & ſimiliter eſt irregularis, ſi fuit ignorantia facti, & poſtquam ſciuit, habuit ratum, diſtin.50. confirmandum, & prima quæſt. ſeptima, qui in qualibet. Si verò non habuit ratum, eſt irregularis, ſecundum Goff. indigens diſpenſatione epiſcopi. Sed verius dicit Hoſt. & ſequitur Scot. quod non eſt irregularis, ſed excuſatur, ſicut & conferens ex ignorantia probabili.argum.c.placuit.1.quæſt.4. Nec obſtat dicto cap.qui bis; & quod ibi no. quia ſecundum Scot. illud cap. cum accipiatur ex pœnitentiali Theodori epiſcopi Cantuarienſis, infligere non poteſt irregularitatem, niſi fortè dicatur, quòd omnia cap. a Gratiano poſita in Decreto, ſunt confirmata per Papam, quod non eſt manifeſtum & adde, quod confirmatio ſimplex nihil addit.di.12.ꝑceptis.de cõfirm.vti.vel inuti.cum dilecta.cum ca. ſeq. de priuileg. quia intentionis. Vnde etiam ſi forent confirmata, irregularitatem non inducerent. Si vero rebaptizat quis, aut rebaptizatur in dubio, ſcilicet poſt debitam diligentiam, non inducitur irregularitas, quia non dicitur iteratum, quod neſcitur factum eſſe, de conſec.diſt.1. ſolennitates. & diſt. 4. ſi nullam. & de presbyt. non bap. veniens. Similiter non eſt irregularis, qui coactè coactione abſoluta fuit rebaptizatus, ſecus in conditionata, vt no. Innocen. cap. eos. de conſecra. diſtinct.4.

7 Qvinto † quæritur, vtrum contrahatur per infidelitatem? Et dico quod ſic, ſi ſit apoſtata a fide, ſicut fecit Iulianus, vt in cap. Iulianus.11.quæſtio.3. verum eſt tamen, quod ſi qui apoſtatauerint propter iuſtum timorem, ſi erãt ſacerdotes, ſolus Papa diſpẽſabit, ſi vero diaconi, vel inferioris gradus, aut laici, epiſcopus poterit diſpenſare: ſi autem voluntariè ſine timore aliquo apoſtatarunt, ſolus Papa diſpenſat, cum eis, vt in capitulo presbyteros, diſtinct.50. ſecundum

Inno.

Inn.in c.1.de apost. & Host.omnes tales apo statæ hodie sunt vere hæretici,& in ipsis habent locum omnia iura de hæreticis,& pœnæ contra eos statutæ.De irregularitate apo statarum a religione,vide sup.Apostasia.§.8. Si autẽ fidelis fiat hæreticus, si clericus erat poterit post pœnitentiam, & abiurationem in ordine suscepto ministrare: sed in suscipiẽdis tam clerici, quã laici sunt irregulares, vt 1.q.7.saluberrimum. & idem est de eo qui in contemptum ab hæreticis se fecit ordinari, cum quibus solus Papa dispensat.1.q.7.conuenientibus.

8 SEXTO † quæritur, vtrum incurratur per infamiam iuris aut facti? Et dico, ꝙ sic,de quo habes sup.infamia.§ 3. & exemplum inf.Superstitio.§.vlt.de sortilegio manifesto.

9 SEPTIMO † quæritur, vtrum incurratur per ordinari ab episcopo excommunicato?Et dico ꝙ sic:quia executionem conferre nõ põt qui eam non habet.1.q.1.gratia. & cap.statuimus.& qõ.7. Daibertum. Si tamen hoc fecit ignoranter, sic dispensare poterit episcopus tam in susceptis quam in suscipiendis:si vero scienter solus Papa. de ord.ab episco.qui re. c.2. Et idem dico de ordinatis a schismaticis. de schism.fraternitati. secundum Bern. ibid. Vnde not.ꝙ licet hæretici, excommunicati, simoniaci in ordine vel beneficio,schismatici,depositi,suspensi,interdicti, & degradati, verum Christi corpus conficiant, & veraciter ordines conferant,si veram formam seruent ecclesiæ.d.19.secundum.& 1.q.1.dñs.& c.quod quidam.de cons.di.4.ostenditur. ordinati tamen a talibus nõ habent executionẽ, & sic tales ordinationes irritæ dñr. de schis. c.1.Secundum Goff.tñ & Host. ordinati a talib.coactione per metũ cadentem inconstantẽ virum,non indigent dispensatione,& magis placet, vel episcopus poterit dispensare. Hodie tñ ista habent moderationem magnã ex constitutione Concilij Constantiensis,vt sup.Excõmunicatio 5.not.4. vnde non incurritur irregularitas ista,nisi quo ad illos, quos per dictam constitutionem vitare tenemur.

10 OCTAVO † quæritur, vtrum incurratur ꝑ susceptionem ordinis ab eo qui renunciauit episcopatui? Et dico, ꝙ non,si resignauit loco solum,& non dignitati,& non interuenerit licentia episcopi proprij,quia sic remansit episcopus, sed si dicta licentia nõ intercessit,efficitur irregularis de ord.ab epis.qui re. c.1.Si verò resignauit non solum loco,sed etiam dignitati:tunc ordinatus a tali cum licẽtia sui epi in minorib.ordinib.non est irregularis,sed sine licentia sui prælati,vel si maiores ordines a tali susceperit. scienter, vel ex ignorantia crassa, sic irregularis est, & solus Papa dispensat:si vero ex ignorantia probabili, sic etiam irregularis est, sed episcopus poterit dispensare,vt in d.c.1.

11 NONO † quæritur, vtrum incurratur per receptionem ordinis ab alieno episcopo sine licentia proprij prælati?Et dicunt aliqui quod sic,si ordinator sit suspensus per annũ a collatione omnium ordinum,de temp.ord.eos. li.6.quod intellige si ordinatus erat clericus. & de anno continuo & integro.de elec.prouida.lib.6.Sed secundum glo.in d.cap.eos. & Goff.licet ordinator sit suspensus: tamen sic ordinati non sunt ipso iure irregulares: sed sunt suspendendi per cap.quod translationẽ, de tempor.ordin.vbi tenet idem D.Anton.& si celebrent antequam suspendantur,non efficiunt irregulares. & hoc sequitur Hos.Gual. & Gul.& magis placet:licet grauiter peccẽt celebrando antequã eorum prælati habeant ratam talem ordinationem,vt nota.in d.cap. eos. Fallit hoc quãdo prælati sunt manifestè suspensi propter alienorum ordinationẽ:qa quandiu sic sunt suspensi, eorum subditi sine eorum licentia possunt ab alienis vicinis episcopis ordinari,vt in d.capit.eos.Sunt autem manifesti per iuris euidentiam,quia conuicti sunt in iudicio,vel confessi,aut quia manifestè ordinauerunt alienum. Et non solum in episcopis, sed in abbatibus & quibuscunque ordines conferentibus locum habent prædicta. Quo ad vltramontanos autem ab episcopo citramontano ordines suscipientes sine licentia episcopi,de cuius diœcesi traxerunt originem, vel in cuius diœcesi beneficiati sunt, quæ constet per literas patentes causam rationabilem continentes, quare ipsos nolit, vel nõ possit ordinare. tene quòd sunt ipso iure suspensi tali suspensione,quòd si celebrant,efficiuntur irregulares, nec poterũt a tali suspensione absolui, nisi per Papam,vt in ca.1.de tempor.ord.lib.6.Et hæc pœna locum habet in quibuscunque ordinibus receptis ab episcopo Italico,a quocunque vltramontano, secundum communem opin.in d. cap.1. non autem ab Italico ordinato ab vltramontano episcopo, vt ibi tenet gl.similiter non habent locum existentibus intra mõtes, si ab Italico episcopo ordinentur, vt ibi not. Et si quæratur, quis possit dare istam licentiam accipiendi ordines ab alieno episco

po? Dico, quòd episcopus, de cuius diœcesi est oriundus, vel in cuius diœcesi habet beneficium ecclesiasticum aut domicilium, licet inde non sit oriundus, & episcopo agente in remotis eam dare potest vicarius eius generalis in spiritualibus, & sede vacante capitulum, non aũt alij officiales epõrum, etiã archidiaconi. de off. arch. significasti. nec quicũq; alij inferiores prelati, religiosi, vel alij, nisi sint priuilegiati per Papam: vel scd̃m Io. And. nisi habeant hoc ex præscripta consuetudine: religiosi tñ prioratibus non exemptis per suos prelatos deputati priores, & eorum socij possunt, dum ibi morãtur, ordinari a locorum ordinarijs, licet non sint ibidem oriũdi, de temp. ord. nullũ lib. 6. Eps aũt ei mittũtur cum licentia, posset cum hmõi dispensare, & eos absoluere sicut proprius prælatus: quia omnia videntur cõcessa, sine quib. ordinatio non potest expediri, de off. del. p̃terea.

12 Decimo † quæritur, vtrum incurratur per receptionem ordinum extra tp̃a statuta? Et dico ꝙ sic. di. 75. c. vlt. de temp. ord. c. 2. & ca. cum quidam. & c. consultationi credit tñ Innoc. & Hos. ꝙ tales ordinati non sunt ipso iure suspensi ab ordine suscepto, sed suspẽdendi. arg. c. literas. in fi. de temp. ord. & sic exponunt d. c. cum quidam ibi: debes expertes reddere. s. per sniam. Sed dicit do. Ant. in d. c. literas. ꝙ sunt ipso iure suspensi, & ordinantes suspendendi. & hoc est verius, vt patet in c. 2. de temp. ord. Conceditur tñ episcopis dispensatio in suspensis vt ministrent. d. c. consultationi in suspendendis autem non, secun. Rho. cum ibi dicatur solum de susceptis. Non poterit tamen dispensare eps, qui ordinauit, secundum do. Ant. in d. c. cõsultationi, sed eius successor. Hodie aũt recipiẽs ordines sacros extra tempora, vel ante ætatem, aut sine literis dimissorijs, sunt ipso iure suspensi: & si celebrant, fiunt irregulares, a solo Papa absoluendi, & possunt ipso iure beneficijs priuari per extrauag. Pij Secundi, quæ incipit, cũ ex sacramento, & renouatam per regulas cancellarie Inn. 8. & Alex. 6. quib. standum est, vt habetur in c. 1. & 2. di. 40. & no. in c. 2. de resc. & c. pastoralis. de fide instrum.

13 Vndecimo † quæritur, vtrũ incurrat eam is, qui per saltem promotus ministrat in ordine superiori? Et dicit Arc. in cap. solicitudo. di. 52. quod iste non sit suspensus, nisi sicut ille, qui est in mortali, sed suspendendus, vnde si celebrat in ordine superiori antequam suppleatur omissum, peccat mortaliter, sed non efficitur irregularis. & hoc sequitur Sũ. Ang. & Ros. & quidam alij allegantes. cap. solicitudo. dis. 52. ꝙ hoc non probat: cum ibi non dicatur, quod ille ministrauerit in tali ordine: vnde Host. dicit, quod est irregularis, & hoc probo, quia talis est suspensus per d. cap. solicitudo. ministrando autem in ordine, a quo est quis suspensus, efficitur irregularis per c. cum medicinalis, de senten. excomm. libro 6. vnde dico, quod talis suscipit charactere͂ superioris ordinis communiter secundũ Theologos, sed de hoc infra Ordo 2. §. 7. & si ministrat in ordine prætermisso scienter, dico qd̃ est irregularis, iuxta dicta sup. dispensatio. §. 10. inf. §. seq. Si verò ministrat in ordine superiori, i. per saltum adepto, dico quod est irregularis de rigore iuris, & debet deponi, etiã si non ex malitia, sed ex ignorantia, vel negligentia aliquem ordinem prætermisit: sed tamen ex dispensatione episcopi ad ordinem prætermissum poterit promoueri, suspẽsus interim ab executione superioris, dist. 48. sicut olim. di. 52. solicitudo. extra, de cler. pro. per sal. c. vnico. & similiter poterit cum eo dispensari. si ministrauerit in illo ordine, credens se gradatim promotum. d. c. vnico. si autem in ordine sic suscepto scienter sine dispẽsatione ministrauerit, dispensari non potest, quod vlterius ascẽdat, nisi per Papam, sed in ordine suscepto adhuc potest dispensari per episcopum, sicut cum non ordinato administrante. sup. Dispensatio. §. 10. in hac autẽ sententia concor. Host. Veru. Ray. & Supp.

14 Dvodecimo † quæritur, vtrum contrahatur ab eo, qui administrat in ordine, quem non habet? Et dico quod sic, vt in c. 1. secundo, de cler. non ord. mi. quod intelligo etiam in eo, qui est per saltum promotus, quia ex sua culpa non debet commoditatem reportare. quod tamen S. Thom. videtur limitandum, si ille ordo sit sacer, quia dicit in 4. dist. 24. quòd officia quatuor ordinum minorum exerceri licitè possent a non ordinatis. Secundo limitandum est, quando talia non ioco, sed serio fiunt, quia licet peccaret, non tñ esset irregularis, secundum Host. 15. q. 1. illa. qui voluntas, & propositum maleficia distinguunt. de sent. excommu. cap. voluntate. Tertio limitatur, quòd non sit mere laicus, quia talis secundum Direc. non incurreret irregularitatem, & placet Sum. Angelicæ, licet Cal. in cap. 2. de cler. excommun. teneat contrarium. & hoc est verius, vt patebit. Quarto, quod non faciat ignoranter, quo ad non promotum

motũ per saltum, quia si probabiliter credit se ordinatum, non est irregularis. Quintum limita, qñ talem ordinem non habet quantũ ad substantiam, secus si in ordinatione dimissum est aliquid, quod certum est non esse de substantia, quia si minister antequã suppleat omissum, non erit irregularis, quia nullo iure hoc exprimitur, licet peccet mortaliter. Sextò, secundum oẽs limita, nisi ministret solemniter, i. exercendo aliquid deputatũ certo ordini tanquam in officio illo constitutus: puta, legendo Euangelium, vt diaconus, vel epistolam, vt subdiaconus, & huiusmodi: secus si legeret non tanquam in tali officio, sicut si monialis legat Euangelium in Matutinis. 27. q. 1. diaconissam in gl. & clericus deficiente subdiacono in solemnitatibus indutus sine manipulo cantat epistolam, vt not. in ca. vt quisque presbyter, de vi. & ho. cle. q̃a non est irregularis, sec. Host. & Inn. ibidem, quod verum est, quo ad clericum, si cantet solum indutus dalmatica, modo careat manipulo, & non offerat calicem. Ad idem redit, ꝙ dicit Pan. in c. vt quisque. eo. ti. ꝙ non effugit irregularitatem, si cum vestib. sanctis cantet epistolam, quia intelligitur cum vestibus omnibus, etiam manipulo. Conclude ergo, quò celebrare in aliquo ordine est exercere actum secundarium, vel principalem illius eo t̃pe, & loco, & modo, quo solet exerceri, sicut actu principaliter legere epistolam, vbi & qñ celebratur missa, quo ad subdiaconum, vel Euangelium, quo ad diaconum, vel consecrationem, quo ad sacerdotem: ministrare verò solẽniter est ministrare cum proprijs ornamẽtis illius ordinis, sicut cum manipulo quo ad subdiaconum, & cum stola, quo ad diaconum, & planeta quo ad sacerdotem. Igit̃ nõ habens aliquem ordinem efficit irregularis, si loco t̃pe, & modo consuetis exercet principalem actum eius, vel etiã secundarium cum proprijs ornamentis: imò & si exerceat actũ principalem, ẽt sine ornamẽtis: si verò exercitium sit sine vtroque, s. ornamentis, & principali actu, non efficitur irregularis, vt si epistolam cantet sine manipulo, & sine calicis porrectione. addit Arch. si sit consuetudo, ꝙ illo modo cantetur a constituto in minorib. secus autem, inquit, vbi cum manipulo, vel porrigendo calicem, vel vbi non est mos, ꝙ cantent nisi subdiaconi. Non dispẽsat autem cum isto, nisi Papa, secundum Hos. & Gof. vt ad maiores ordines ascendat, sed in susceptis poterit episcopus dispensare.

15 Decimotertio. †quęritur, vtrum incurratur, qñ quis suspensus, excõicatus, vel interdictus ingerit se diuinis celebrando, vel faciẽdo aliquid attributum certo ordini ecclesiastico, ẽt minori, puta, acoluthatus, exorcistę, & hmõi? Et dico multa. Primum. Talis est irregularis, secundũ com. opi. vt not. Ho. & Io. And. & Pa. c. 2. de cler. exc. mi. ꝙ limita si hoc facit tanq̃ clericus, vt patet per no. a Doc. & Pan. in c. fi. de exces. pręla. siue solemniter, secundum Verue. & dispensat solus Papa, vt in c. 1. de re iud. lib. 6. Secus si attentet aliquid exercibile, ẽt per laicos, vt quia cãtat Requiẽ æternam, aut verbum psalmi, & huiusmodi, quia licet grauiter peccet non vitando communionem sibi interdictam, tamen non efficitur irregularis, vt in cap. tanta. de exces. p̃l. nisi quis audiret diuina authorizando, vt si episcopus faciat coram se celebrari, quia tũc efficitur irregularis, secus non authorizãdo, vt vult gl. in clem. 1. de priu. & Pan. in c. illud. de cle. excom. min. Dato etiam, quod illud sit deputatum certo ordini, tamen de consuetudine exercetur per aliam quamcunque indistinctè, etiam a non ordinatis, talis exercens non esset irregularis, secundum Inn. ꝙ intellige si exerceat illud sine solẽnitate, vt si cantet epistolam sine manipulo, quia non esset irregularis talis subdiaconus, imò etiam si sit sacerdos, vel diaconus, secundum Veru. quia pœnæ non sunt extendendæ similiter, nec secun. Pet. de Palud. sacerdos baptizans in necessitate, sicut vetula sine solemnitate, secus cum solẽnitate. vnde secundum eundem Pe. irregularis est sacerdos, si excõmunicatus solẽniter baptizet, licet baptisma conferat ab omnibus, & si in foro consciæ absoluit palã, vel occultè. Fallit t̃n hoc secundum Veru. & Asten. contra Host. si excõicatus exerceat actum minorum ordinum, ẽt solemniter quia non est irregularis: cum hoc ẽt per nõ ordinatum fieri possit. Sed Hos. tenet, ꝙ talis oĩno irregularitatẽ incurrat, ꝑ ca. cũ medicinalis. de sent. exc. lib. 6. & sic dispẽsari non põt, nisi ꝑ Papã. & idẽ Pa in c. 2. de cler. excom. ꝙ hęc opinio est cõis & vera, quia iura loquuntur indistinctè. & idem Dire. li. 3. quo ad incurrẽdã irregularitatem, sed quo ad dispensationẽ vr̃ tenere, ꝙ ep̃s possit dispẽsare, secundum Ray. & Host. & Arc. & Pan. in cap. clerici. de cler. excom. concordat. Sed tu tene, ꝙ ꝑtinet ad Papam. ¶ Secundum. Si episcopus tulit sententiam excommunicationis contra celebrantem in aliqua capella: celebrans ibi pri-

ma vice non est irregularis,ſm Arc. niſi eſſet
interdicta,ſed eſt excõicatus:ſecunda aũt vi-
ce celebrans efficitur irregularis. ¶ Tertium.
Recipiens ordines etiam minores,in excom-
municatione maiori efficitur irregularis,per
ſolum Papam diſpenſabilis,de ſen.excõ.cum
illorum,vbi ſecundum Gul.Duran. nõ diſtin
guitur inter maiores,& minores,ſi erat in ex
cõicatione minori,q̃a non inuenitur iure ex
preſſum,ſm gl.Rayn.¶ Quartum.Si ſaeerdos
excõicatus ſolenniter officiaret eccleſiam in
matutinis,veſperis,vel alijs horis, ſecundum
Arch.incurrit irregularitatem,ſecus pſalmo
dizando cum alijs, quod etiam faciunt laici.
Et ſimiliter,ſecundum aliquos, vt refert Ri-
char.in 4.diſt.18.ſi extra eccleſiam dicat ho-
ras ſuas officiando populũ,vt in exercitu, vel
naui:ſecus ſi dicat horas ſuas cum vno,vel plu
ribus non officiando eccleſiam, vel populũ.
Et ſimiliter ſecundum Gemin.& omnes pene
Doct.ſi adeſt diuinis authorizando. Vnde ſe-
cundum Pan.in c.fin.de exceſ.præla.cauendũ
prælato tempore excommunicationis,ſuſpẽ
ſionis,vel interdicti,ne faciat corã ſe celebra
ri diuina,aut ne interſit celebrationi,q̃a tunc
vr̃ authorizare,& ſimiliter ſecundum Gem.
in ca.cum medicinalis.de ſent.exc.lib.6.ſi fa-
cit actum principalem chori,vt quia dicit ca-
pitulum,& orationẽ,vel facit officium canto
ris in choro.Secus autem,ſecundum Gemi. ſi
nec authorizat,nec exercet aliquod officium
chori,licet diuinis interſit,aut legat,& cãtet
cum alijs.Aduerte tamen, ꝙ de hebdomada-
rio ſolenniter officiante in horis, ſecundum
Aſten.non eſt dubium,quod incidat, ſi etiam
talis ſacerdos,non ſolenniter officiaret,ſed a
caſu ſuppleret per hebdomadario,etiam inci
dit,quia de conſuetudine illud officium exer
cetur per ſacerdotem ſolum,maxime cũ ha-
beat dicere, Dominus vobiſcũ,quod eſt cer-
to ordini deputatum.De cantore autem,&
alijs officialibus chori,credo quòd non inci-
dãt,quia etſi de iure ſint deputata certo ordi
ni,de conſuetudine tamẽ quaſi generali exer
centur indiſtinctè a quocunque etiam nõ or-
dinato,ẽt a nouitijs,etiam laicis. De benedi-
cẽte aquam ſup.aqua.§.vlt.¶ Quintum,Si cle
ricus ignorat ſe excommunicatum, ſuſpen-
ſum,vel interdictum,ſecundum Rod.non effi
citur irregularis celebrando antequam ſciat,
ſi ignorantia fuit facti probabilis: puta, quia
miſit procuratorem,qui nõ comparuit,& ſic
fuit excommunicatus,ſecus ſi craſſa,vt ſi cita
tus noluit comparere.Et ſic intellige ca.apo-
ſtolicæ.de cler.excom.mi. Item ſecus ſm eun
dem Rod. ſi probabiliter dubitabat excom-
municatione:puta,quia cõſcius de culpa, q̃a
ſi fuit excõicatus, & celebrauit, irregularis
eſt.Et vbi ignorantia non eſt probabilis, di-
ſpenſat abbas,ſi talis eſt regularis, ſecundum
Petr.de Palu. Si verò ſecularis,ſolus Papa, de
ſent.excomm.cum illorum.¶ Sextum,ſecun-
dum Pan.in d.c.illud habens notitiam excõ-
municationi per ſolam famam, ſi non abſti-
net,irregularis eſt,ſi modo verum cõperit po
ſtea.Sed tamen aduerte,ſm gl.in d.ca.illud, ꝙ
dicta paucorum famam non faciunt de accu.
inquiſitionis,nec tenetur credere, licet dica-
tur ei ab aliquibus.9.qu.3. non ſolum ille,q̃d
verum eſt,niſi de conſciẽtia culpæ, vel dictis
plurimum inſurgeret notabile dubium, quia
ſic non abſtinendo irregularitatem non effu
geret.¶ Septimum,ſecundum Pan.in c.ſi cele
brat de cle.exc.min.excõicatus minori cele-
brando non fit irregularis.Ratio, q̃a talis ex-
cõicatio non inducit ſuſpenſionẽ ordinum,
vel officij,ſed tm̃ priuat participatione ſacra
mentorum,vt in d.c.ſi celebrãt.¶ Octauum,
ſi iudex dicat,ſuſpẽdo te ab officio,vel benefi
cio,ſm gl.in c.quanto.de magi.talis ſententia
nõ valet ratione incertitudinis l. 3. C.de ſen.
quæſi.cer.ſecundum Do.aũt Ant. aut conſtat
de intentione,& ſic ſerua,aut non conſtat, &
ſic tutius eſt abſtinere ab vtroque, tñ ſi non
abſtinet,nõ efficitur irregularis.Et hoc placet
Pan.ibidem dicens, ꝙ licet ſententia iniuſta li
get,hoc tñ debet intelligi quando apparet de
illa:hic autem non apparet,an ab officio, vel
beneficio ſuſpẽdere voluerit. Vtrum aũt oĩs
ſuſpenſus celebrans ſit irregularis,vide infra
ſuſpenſio.§. 5. Quomodo ẽt excommunica-
tus efficiatur irregularis ingerendo ſe diuinis
ſine exercitio alicuius deputati certo ordini.
inf.§.27 ¶ Decimoquarto quæritur,vtrum in
curratur ratione criminis? Et dico, ꝙ ſic 25.
diſt.primum.33.diſt.quoniam.1.quæ.7.ſi quis
omnem,ſed diſtingue,vt no. in c. ex tenore,
de temp. ord. & ſup. dictum eſt crimen, §. 2.
& 3.& hic perſtringendo dicitur. ¶ Enorme
enim impedit promouendum, & deijcit pro
motum,etiam ſi ſit occultum.¶ Mediocre ve
rò ſi ſit occultum,neutrum illorum facit,nec
indiget diſpenſatione,ſed ſufficit pœnitentia
ſacramentalis,de tempo.ord.ex tenore,& ca.
quæſitum ſi etiam ſit manifeſtum per confeſ
ſionem extra iudicialem, non inducit irre-
gularitatem, quamuis talis ſi ſit clericus, ſit
ſuſpendendus ab officio, & beneficio.de ex-
ceſ.

ceſ.præla.quam ſit graue.Si ẽt ſit manifeſtum
per famam deficiente accuſatore, vel proba-
tione legitima,non inducit irregularitatem,
ſed indicenda eſt tali purgatio canonica, qua
præſtita abſoluetur,& ſi in ea defecerit,depo
netur.de adul.ſignificaſti. Si verò ſit manife-
ſtum per ſñiam,vel conuictionem,vel cõfeſ-
ſionem metu probationis factam,inducit irre
gularitatẽ,& idẽ ſi ſit notorium per euidẽtiã
facti,ꝙ nulla pt̃ tergiuerſatione celari, cuins
ſ.teſtis eſt populus,& inficiationi non eſt lo-
cus. de temp. ord. quæſitum, põt tñ in hmõi
notorijs de iure,vel de facto ꝑ epiſcopũ di-
ſpenſari ſuper tali irregularitate,ſm̃ Inno. in
gl.ſuper d.c.ex tenore.Leuia autem crimina,
ſiue minora,ſiue ſint occulta,ſiue manifeſta,
nee impediunt promoucndum, nec promo-
tum deijciunt de coha.cle.& mu.veſtra.¶ De
cimoquinto quæritur, an incurratur ex biga
mia? Et dico,quòd ſic extra,de biga.per to-
tum & de hoc ſup. Bigamia. ¶ Decimoſexto
quæritur,vtrum incurratur per contractum
matrimonium? Et dico quod ſic dupliciter.
Primò, ſi contrahens ſit in ſacris, & habeat
votum ſolenne,vt ſupra Bigamia.in prin. Se-
cundò ſi contrahendo ducat vxorem vilem
mulierem,puta ancillam, vel ioculatricẽ, vel
aliquam ex his,quæ publicis ſpectaculis man
cipantur,licet virginem, diſtin. 34. ſi quis vi-
duam, que quidẽ dicunt eſſe bigamum, ſed
non eſt verum, ſi ſit virgo,niſi dicatur biga-
mus quantum ad effectum,quæ eſt irregulari
tas. ¶ Decimoſeptimo quæritur, vtrum in-
curratur per ſolennem pñiam?Et dico, quod
ſic.& diſt.50.ex pœnitentib. poteſt ãt cũ bis
in minoribus ꝑꝑ neceſſitatem,vel vtilitatem
eccleſiæ diſpenſari.diſt.50.placuit,& hoc per
epm̃ ex quo non eſt ei prohibitum in maiori-
bus autem ſolus Papa diſpẽſat.d.c.ex pęniten
tibus.& diſt.50.qui in aliquo. Dicit tñ Innoc.
& Hoſt.quod hoc curia non ſeruat, & ſic vi-
dethodie locum nõ habere irregularitas iſta.
Publica autem pñia irregularitatem nõ indu
cit,quia non eſt iure cautum.¶ Decimoocta-
uo quæritur, vtrum inducatur per celebra-
tionem in loco interdicto; Et dico quòd ſic,
de ſent.excom.is qui,lib.6.de quo ſup. inter-
dictũ vlt.per totum.& ſolus Papa diſpenſat.
¶Decimonono quæritur,vtrum inducitur vi
tio aduenientein corpore,ſiue a propoſito,
ſiue à caſu?Et dico quòd ſic, modo quo ſupra
Corpore vitiatus per totum. Et idem eſt de
hermaphrodito, etiam ſi plus vergat ad ſe-
xũ virilem,quia licet ſit ſuſceptius characte-
ris ordinis,prohibetur tamẽ ordinari & ordi-
natus miniſtrare.arg.diſt.36.illiteratos. Si au-
tem magis ad fęmineum vergat,vel ſecundũ
Rodo.etiam ſi ſit parilitas,non eſt etiã chara
cteris ſuſcepiuus. ¶ Vigeſimo quæritur, vtrũ
incurratur per illegitimitatem?Et dico,quod
ſic.de fil.presby.c.1.& c.is qui.eod.tit.libr.6.
in minoribus tamen ordinibus poteſt eps̃ di-
ſpenſare in ſacris,aut ſolus Papa,vt in d.ca.1.
Si tamẽ efficiantur tales religioſi,poſſunt iu-
re communi promoueri ad omnes ordines ẽt
ſacros.d.c.1.Et ſi illegitimatio ſit ſecreta, ita
quòd ſolus illegitimus eam ſciat, ſm̃ Direc.
ſi ſe facit ordinari,mortaliter peccat,nec de-
bet vti ſuſceptis ſine diſpenſatione.¶ Vigeſi-
moprimo quęritur,vtrum incurratur in adul
tis per dilationem baptiſmi vſque ad ægritu-
dinem?Et dico quod ſic diſt.58.ſi quis,quia p̃-
ſumit eccleſia, quòd talis non ex voluntate,
ſed ex neceſſitate baptizetur,vt ibi:vel in pę
nam negligentiæ circa ſalutem. Nec per ba-
ptiſmum tollitur iſta irregularitas,ſecundum
gloſſa ibi:quia idem nõ operatur contrarios
effectus.de bap.maiores,nec parit obligatio-
nem & liberationem.ff. de ſol.l. qui hominẽ.
§. vlti. Poteſt tamen talis admitti in duobus
caſibus.Primò,ſi poſt baptiſmum fides & vi-
ta eius probabilis apparuerit.Secundò,ſi hoc
exegerit raritas clericorum,d. cap. ſi quis a-
lias non poterit ordinari, ſine diſpenſatione
Papæ,ar.d.capit.ſi quis. ¶ Vigeſimoſecundo
quæritur,vtrum incurratur a religioſo ingre
diente clauſtrum ad audiendas leges vel Phy
ſicam? Et dico quòd ſic, ſi ante duos men-
ſes non fuerit reuerſus, & ſolus Papa di-
ſpenſat. ne cler. vel mon. capitu. vltimo.
¶ Vigeſimotertio quæritur, vtrum incurrat
eam epiſcopus, presbyter,aut diaconus, qui
prætextu ininſtæ excommunicationis recur
ſum habet ad Imperatorem?Et dico,quòd ſic
& ſolus papa diſpenſabit,21.quæſt.vltim.ca.
pen.& in c.ſi quis.23.quæſt.vlt.ampliatur di-
cta irregularitas ad omnes,qui ſunt ſub eccle
ſiaſtica regula,ſed non ipſo iure,ſicut in præ-
dictis. ¶ Vigeſimoquarto quæritur, vtrũ ſint
irregulares hæretici:Et dico,quòd ſic 1. quæ.
1.verumtamen,ſi tamen reuertantur,poſt ab
iurationem recipiuntur ad laicam cõmunio-
nem,poſtquam fuerint reconciliati, 1. quæ-
ſtion.7.Daibertum, & cum eis fit diſpenſatio
quandoque etiam pleniſſima, vt promoueri
poſſint ad epiſcopatum, & ſuperiores digni-
tates.12.diſtinct.nos conſuetudinem,23.q.4.
ipſa pietas.¶ Vigeſimoquinto quæritur, vtrũ

contrahatur per curialem eſſe:Et dico,quòd
ſic.inf.Ordo.4.§.vlt. ¶ Vigeſimoſextò quæri-
tur,vtrum contrahatur per ſeruitutem?Et di
co quòd ſic,vt inf.Ordo.4.§.pen. ¶Vigeſimo
ſeptimo quæritur ad intellectum multorum
quæ dicta ſunt , quando contrahatur irregu-
laritas per indebitam celebrationem,vel exe
cutionem ordinum?Et dico,quòd Archidiac.
poſt Cald.& Ant. de But. ſic diſtinguit, Aut
enim vtens officio ordinis eſt fœmina , & ſic
non fit irregularis, etiam ſi ſit religioſa, quia
non eſt capax ordinis , & conſequeneer nec
irregularitatis , per quam quis prohibet̃ or-
dinari,vel ordinis officium celebrare. Aut eſt
vir,& tunc eſt furioſus,& ſic non efficitur ir
regularis,ſimiliter infans clericus.de homi.ſi
furioſus,aut ſanæ mentis, & tunc aut eſt lai-
cus,aut clericus.Et ſi eſt laicus, videtur irre-
gularis,ſi cũ ſolenni apparatu celebrauit,exe
quendo.ſ.actum alicuius ordinis,ſiue ſit con-
uerſus religioſus,ſiue ſecularis.de clerico nõ
ord.mi.c 1.& ſolus Papa diſpenſabit,ſicut. &
cum ordinato ſuſpenſo celebrãte, ꝙ ſcd̃m S.
Th intellige de ordinibus ſacris,vt§.12.dictũ
eſt:ſecus ſi ſine ſolenni apparatu,& hanc opi
nionem tene contra Direc.& Summ.Ang.in
quantum irregularitas impedit ab ordine ſu-
ſcipiendo,quia huius ſecularis eſt capax,&ꝯ
minus illi cõgruit ꝙ agit,quã ſi eſſet clericus
licet non habens ordinem talẽ.Si verò eſt cle
ricus,aut celebrat in ordine,quẽ non hẽt,aut
quem habet.Et ſi quẽ non hẽt in ordinib. ſa-
cris eſt irregularis, excepto, ꝙ exiſtẽs in mi-
norib. p̃t cantare ẽpiſtolam,ſecũdũ Gul.ſine
ſolennitate,quòd Inn.limitat in abſentia ſub
diaconi,& ſine eius ornamento,i.ſolenni ap-
paratu q̃ eſt manipulus, dicente Petr. de Pal.
quòd tunicellam licet etiam non ſubdiacono
portare,quia nõ eſt ei propria veſtis,ſicut ma
nipulus,quem nullus eo inferior portare dẽt
Si verò clericus celebrat in ordine qnẽ hẽt:
tunc aut eſt excommunicatus maiori,aut ce-
lebrat,ſeu officiũ exercet in loco interdicto
ab hoĩe vel a iure,aut eſt ſuſpenſus. Si primũ
aut ſecundũ, eſt irregularis,& à ſolo Papa di
ſpenſabilis,de ſen.exc.is qui.lib.6.ſcd̃m Gul.
tñ cõſtitutus in minorib.excõicatus miniſtrã
do ſeu exercendo officiũ ſuum ẽt cũ ſolem-
nitate,nõ efficitur irregularis,quia illa duo c.
ſi quis epiſ.1.& 2.11.q.2.non loquũtur de eis,
& pœnæ ſunt reſtringendæ ſed ſecus de ſub-
diacono.ſ.ſi ſolenniter legat:ſi aũt ſine ſolen
nitate legat epiſtolam ſubdiaconus,diaconus
vel presbyter excõicatus, credunt quidã, ꝙ
nõ incurrat irregularitatẽ. Si aũt clericus eſt
ſuſpenſus,ſumendo ſuſpenſionẽ large,i.quo-
ad:ſe tm̃,puta ꝑ ꝑ mortale,vel minorẽ excõi
cationem,vel iniunctionem a cõfeſſore,cele
brando non fit irregularis, ſed ſumendo pro
priè,i.quo ad ſe,& alios, aut eſt ſuſpenſus ab
hoĩe ſiue iudice,aut canone.Si autem eſt ſu-
ſpẽſus ab hoĩe ꝓpriè.i.quo ad ſe , & alios eſt
irr̃laris,ſi hoc ſciuit , & hoc ignorauit igno-
rãtia craſſa,aut ſupina,nõ aũt ſi probabili, &
hoc q̃uocũq;ſit ſuſpenſus ſimplici,ſiue ad tp̃s
determinatũ,ſiue nõ determinatum,ẽt ſi rõ-
ne defectus,vel infamiæ,talis durante ſuſpen
ſione ſi celebrat,eſt irregularis,diſpenſandus
ſolum per Papam.Ad quod 2.q.3.ſi q̃s presby
ter.de ſen.exc.c.cum medicinalis.li.6.Si vero
eſt ſuſpenſus a canone:tunc aut ratione crimi
nis,aut rõne defectus , aut ratione ſcandali ,
vel infamiæ.Si rõne criminis,aut ſimpliciter
eſt ſuſpenſus,& ſic celebrando eſt irregularis
2.q.3.ſi quis ep̃s . Aut ad tempus,& tunc aut
ad tẽpus determinatum , & ſic interim cele-
brando eſt irregularis.Aut tp̃s indetermina-
tum,& tunc aut cum conditione donec ſatis
faciat,aut cũ cõditione donec pęniteat. Si cũ
cum condõne donec ſatisfaciat,vt diſ 81.ſi q̃
ſunt,& c.ſequenti.& de cohab.cler. & mul. ſi
cut.& in clem.1.de deci.cum ſim. & tũc ſi ſic
ſuſpenſus ante abſolutionem celebret eſt ir
regularis,licet quidam contrariũ dicãt,qa in
hoc factum iudicis eſt neceſſariũ , vt habeat̃
pro abſoluto,vt dixi.inquit Cal. æta.& qual.
c.cũ bonæ,& ſic cũ factũ hoĩs ſit neceſſariũ ,
ſequitur ꝙ quoad ſuſpenſionem Dei canon
aliquid addit,vt in decretali,ſicut de cohabi-
tatione cler.& mulier.Si vero eſt ſuſpẽſus,cũ
conditione donec pœniteat,vt de electione,
c.officij:tunc æquum eſt tenere,ꝙ interim ce
lebrãdo nõ efficiatur irregularis,quia talis ſu
ſpenſio videtur eſſe Dei,ad quam nihil addit
canon:nec vt habeatur pro ſublata, aliqđ fa-
ctũ hoĩs eſt neceſſariũ ideoque dicendum eſt
de ea vt ſuſpẽſione Dei tm̃. Si vero ſit ſuſpen
ſus a canone rõne defectus,aut rõne defectus
ordinis,vt clericus ꝑ ſaltum promotus,quan
tũ ad ordinẽ omiſſũ;in quo ſi exercet, officiũ
anteq̃ recipiat,eſt irregularis,ſed celebrãdo
in ordine,ad quẽ eſt ꝑ ſaltũ promotus,quem
hẽt,non eſt irregularis di.52.c.ſolicitudo Sed
adde contrariũ eſſe verũ,vt ſup.§.11. aut ra-
tione alterius defectus,vt bigamus , illegiti-
mus corpore vitiatus , ordinatus ante legiti-
mã ætatẽ,vel a nõ ſuo ep̃o,quo caſu oẽs con-
cordãt,ꝙ celebrãdo non eſt irregularis,quia

hoc non est expressum in iure, & quia curia, cuius stylus est attendendus, de cri. fal. q̃ graui. qñ mandat cum iam ordinatis in sup. dictis defectibus dispensari, nihil dicit de irregularitate. dist. 56. apostolica, & c. Cenomanensem. Nec obstat, ꝙ ordinatio ante legitimam ætatē, vel ab ep̄o non suo, fuerit cum peccato, qa principalis causa suspensionis in talibus est defectus, non peccatū. Et hac rōne putat, ꝙ licet irregularis ex celebratione diuinorū sit suspēsus a canone ꝑꝑ hanc irregularitatem, si tamē alias non est suspensus a iure, vel ab homine, puta qa absolutus est ab excōicatione, & suspensione, sed non est secum dispensatum super irregularitate, vel non suspensus contrahit irregularitatem, talis non contrahit nouam irregularitatem, quia hoc non est expressum in iure. Si autem tertio modo est suspensus a canone, s. ratione scandali, vel infamiæ, celebrando non est irregularis, de cle. pereg. c. 1. Ex quo sequitur secundum Inn. quod hi, quorum crimina sunt notoria, quę etiam post pn̄iam prohibentur celebrare propter scandalum, & infamiam, vt de cohab. cler. & mul. c. fin. si ante absolutionem celebrent, non incurrunt nouam irregularitatem. Et ex allegatione quam facit, vr̄ intelligere de notorio fornicatore, quod pium est tenere, ꝙ no. in c. 1. de sen. exc. ti. 6. intelligitur de notorio fornicatore ante pn̄iam celebrante, ne videatur sibi ipsi contrarius. Tn̄. de rigore sola pn̄ia non tollit suspensionem canonis in notorio fornicator, vt vr̄ expressum. dist. 50. peruenit quia requiritur iudicis factum, vt su. dictum est de suspenso a canone satisfaciat. Absolutione tn̄ facta a sn̄ia canonis, a qua pōt hoc casu ep̄s absoluere, quia conditor canonis sibi non reseruauit, si pęnitet, remanēte irrregularitate, q̃ contraxerat hmōi fornicator ex celebratione diuinorum, de qua nondum est dispēsatus, ex noua celebratione, nouam irregularitatē non incurrit. Et hæc oīa no. D. Ant. de But. de cle. exc. mis. si celebrat. excepto eo quod de S. Th. Pet. de Pal. & verum, dictum est. Et addit Arc. ꝙ ex prædictis vr̄ ordinatus ante legitimā ętatem esse ipso iure suspensus ab executione ordinis sic recepti. Sed tn̄ solēnes Doc. tenent ꝙ non, sed est suspendendus, & illi dicti ordinis executio interdicēda vsq; ad legitimā ætatē, post ꝙ si eo vtatur, erit irregularis. Et sic sensit Ray. But. Arch. in 4. di. 77. Ber. de cler. per salt. promo. c. 1. Ant. de But. de temp. ord. vel non est cōpos Pau. Zab. suꝑ cle. generalē, de æta. & qual. ¶ Vigesimooctauo q̄rit̄, qūo irregularitas tollatur? Et dico ꝙ tribus modis. ¶ Primo per baptismum, quo. s. tollitur omnis contracta ante illum cum peccato, secundum Arch. 26. dist. c. deinde. & Pan. in c. gaudemus. de diuor. & ēt ea quæ venit ex sequela peccati, vt est infamia, & ēt oīs irregularitas homicidij, siue fuerit cū peccato siue non. pro quo facit c. si quis viduam. dist. 50. § 1. & cap. si quis post. 51. non autem irregularitas bigamiæ ꝑꝑ defectum sacr̄i. di. 26. acutius & c. deinde. nec illa quæ prouenit ex defectu natalium. Et hęc est cōis opinio, licet aliq̄ tenuerint ꝙ per baptismum nulla irregularitas deleatur, ut dicit Ric. 2. quoli. qu. 2. aliqui vero, quod nō deleat illam quæ venit ex homicidio sine peccato, vt no. Pan in d. c. gaudemus. Sed tene, quod dixi, & vide ēt sup. Baptismus. 6. §. 1. ¶ Secundo tollitur ꝑ religionis ingressum, ut no. glo. in c. 2. de apost. sed non omnis, vt ibi dr̄: sed ea solum, quæ non prouenit ex proprio delicto, vt in c. 1. de fi. presby. ita quod promoueri pōt ad ordines sine dispensatione, sed non ad dignitates siue prælationes, vt in c. fi. de fi. presb. & Host. in c. 2. de apo. & sic dicit intelligendum auth. de mona. in prin. vbi dr̄, quod religionis ingressus oēm tollit irregularitatem. Pa. vero in d. ca. 2. dicit quod tollitur ea solum, de qua est iure expressum, quod tollatur: licet inducat faciliorē dispensationē. ¶ Tertio per dispēsationem Papæ, quæ omnem irregularitatem tollere potest cum omnis sit de iure positiuo. 2. q. 7. item Daniel. & tenet Innoc. de renunc. c. nisi, & sit communiter tenetur. Qūo aūt ep̄i dispensare possint, dictum est sup. Dispēsatio §. 10. Licet autem conueniens & consuetum sit, vt super ea verbis dispensetur sub hac forma, vel simili. Ego dispenso tecum in tali irregularitate quam contraxisti ꝑꝑ talē causam, vel si contraxisti, qñ dubitatur: tn̄ ep̄s ordinādo eum cum quo dispensare potest ipso facto dispensat si hoc intendit, licet verbis non vtatur. & idem secundum Arch. est de prælato mittendo ad ordinationes.

¶ IRRISIO, vide supra Derisio.

DE IVDÆIS.

1. *Iudæi qui, & vnde dicti.*
2. *Christiani nimiam familiaritatem cum* Iudæis *habere non debent.*
3. *Christianus quatenus possit* Iudæo *seruire.*
4. *Iudæo non licet habere nutricem Christianam, nec seruum Christianum, nu. 6.*
5. *Christianus emere potest seruum Iudæum.*
7. *Iudæi nullum officium publicum aut dignitatem possunt inter Christianos obtinere.*

8 *Iudei debent gestare signum quo discernantur a Christianis.*
9 *Iudai ad qua cogantur, & a quibus prohibentur.*
10 *Iudai quomodò puniantur, & eorum consortes Christum.*
11 *Iudaos non licet cogere ad fidem.*
12 *Iudais qua facere prohibeantur Christiani.*
13 *Exactionem a Iudais, an facere possint domini.*

1 IVDAEI † sunt qui legem Mosaicam literaliter tenent, & obseruando sequuntur. Vnde Christiani literæ nimis adhærẽtes iudaizare dicuntur, de sacr. iunct. c. vnico. §. penul. quòd facere non debent. dist. 5. §. 1. & dist. 6. §. vlti. & de celeb. miss. c. cum Marthæ. §. cæterum. de constit. translato. Et dicti sunt secundum Rayn. & Host. a nomine principalis tribus. s. Iudæ: & prius dicebantur Hebræi ab Heber, cuius familia cultum Dei tenuit, cæteris idolatria fœdatis, quamuis hoc aliqui negent, dicentes, quod Hebræi dicuntur quasi transfluuiales. ¶ Primò verò quæritur, quomodo ad Iudæos se debeant habere Christiani in genere? Et dico multa.

2 PRIMVM. † Christiani nimiam familiaritatem, & conuersationem cum Iudæis hẽre non debent ext. eo. ad hæc. & c. si. ꝙ tñ secundum S. Th. 2. 2. q. 10. fallit in his qui sunt firmi in fide ita quod ex conuersatione cum infidelib. non timetur de eorũ subuersione, sed sperari põt ex hoc infidelium conuersio: quia tales ñ sunt prohibendi cõicare cũ illis, sed infirmi, de quib. timeri põt, prohibẽdi sunt ex casu necessitatis cõuersari cũ illis. ¶ Secũdum. Igitur cũ Iudæis Christiani comedere non debent, nec habitare, nec eos ad sua conuiuia recipere. 28. q. 1. nullus. & c. oẽs. quod tñ Hugo. in d. c. omnes limitat, qñ volunt cibos discernere, quia vbi non discernunt, licet manducare cũ eis, & eos inuitare. Quam limitationẽ sequitur Sum. Ang. & Ros. contra mentem Suppl. sed male, quia ratio prohibitionis non est solum illa quæ tangitur in d. ca. omnes. ne. s. illi videantur esse superiores Christianis, i. sanctiores, dum illi discernunt, & non Christiani, sed ẽt alia. i. nimia familiaritas. arg. d. c. ad hæc. & glos. in d. cap. omnes quæ dicit potius prohiberi cõuiuia quàm loquelam: quia maior est in cibo, quàm in colloquio familiaritas: quæ est ratio q̃æ militat vbi Iudæi non discernunt, imò magis: tum etiam, quia comedere cum iudæis non discernentib. cibos, est participare cũ eis in peccato mortali, qa secundum eorum consciam erroneam discernere tenentur ex præcepto Mosaicæ legis. Vnde cum Pis. Arch. Supp. Ray. Lap. Io. Inno. & Goff. dicendum est indistinctè prohibitam esse cibi sumptionem cum Iudæis, & oppositũ faciẽs mortaliter peccat. Et eadẽ prohibitio secundum oẽs prædictos, est circa Saracenos, siue Gentiles, quia sicut dicit glo. in d. c. oẽs. licet non contineantur verbis huius edicti, vt 11. q. 3. in c. mensam, vbi cõceditur mãducatio cum eis. tñ continentur snĩa, quia & ipsi hodie cibos discernunt, siue, vt dicunt p̃dicti doctores, iudaizant, tamen qui vadunt ad prædicandum Saracenis, & alijs infidelib. cibis eorum vti possunt secundum t̃pa licitis, nisi fuerint idolis immolati, quibus etiam in extrema necessitate vti possent, dummodo non in venerationem idoli, vt in Sum. Cõfess. libro 1. ti. 4. q. 5. & est mens omnium prędictorum, vt patet extra, de iudæ. quam sit laudabile. ¶ Tertium Azyma quoque iudæorum comedere prohibitum est Christianis. d. c. nullus. & intellige etiam seorsum ab eis. Et ratio est, quia est cibus discretus ab eis, qui etiam inhibetur d. ca. omnes. clericus autem contra faciens debet deponi, & laicus excõmunicari. d. c. nullus. ꝙ tamen fallit in duob. casibus in quibus licitè manducatur, primo secundum gl. ibi, qñ quis prædicat illis. de iudæis, q̃ sit laudabile. ꝙ intellige, vbi alij cibi non haberentur, sicut de idolothyto dictũ est. secundo, in necessitate, secundum Rod. & Veru. ꝙ intellige, non vt azima, sed est simplex panis. Quartum. Nulli Christiano licet ĩ suis infirmitatibus vocare iudæos, aut ab eis recipere medicinas. d. c. nullus. & d. c. omnes. dicit tñ gl. in d. cap. nullus, ꝙ medicinalia possũt ab eis emere Christiani, & ea præparare. ar. C. de iud. l. nemo, & addit Summ. Ange. & Ros. ꝙ non licet emere ab eis medicinas, p̃paratas, ꝙ est irrationabile: cum non possit reddi ratio de medicina potius quam de alio veniali, nec tex. prohibet medicinã ab eis emere, sed accipere, in quo tex. interdicit familiaritatem, quæ est inter medicum, & infirmũ, non inter emptorem, & venditorem. Fallit tamen quòd dictum est secundum Hug. in necessitate, quando alius medicus non hr̃, & idem dic, quando non hr̃ peritus sufficienter pro præsenti infirmitate. ¶ Quintum. Non licet etiam Christiano se cum iudæo in balneo lauare. d. cap. nullus. Et quia omnia prædicta prohibentur laicis sub pœna excommunicationis, & clericus sub pœna depositionis: ideo cõtrafacientes mortaliter peccant, excusentur probabli iuris ignorantia, & idem vide-

videtur de sequentibus. ¶ Sextum. Nulli Christiano licet in testamento aliquid relinquere Iudæis aut Paganis: alioquin etiam post mortem iudicabitur anathema, 24.q.2.sane.el 2.de hær.si quis eps, quod Host. limitans dicit nihil posse legari vniuersitati Iudæorum.C. eo.l.1. sed singulis forte sic: secundum Azo. ꝙ q̃tum ad singulos intellige, secundum Ver. ratione extremę, vel multum arctæ necessitatis, non autem ad ditandum, etiam si essent fratres, vt d.c. si quis quod Sum.Ang. & Ros. indistincte concedunt licere sed Supp. non licere clerico, per d.c. si quis episcopus. Sed est factum: quia nullum ius humanum prohibet illud, ad quod tenemur iure diuino, vel naturali: quantum autem ad vniuersitatem non limitatur, quia illa non patitur. ¶ Septimum non peccant Christiani communicãtes Iudęis in mercimonijs, secundum Pan. in dicto cap. post miserabilem. de vsur. per argu. a contrario illius tex. quia in pęnam interdicitur eis cõmunio, & consequenter, regulariter non est interdicta, sed tantum nimia familiaritas, & cõuersatio: vt extra, eo. ad hæc. & d.c. nullus cũ sim. Vnde admonitus nolens abstinere ab eorum nimia familiaritate, peccat mortaliter. ¶ Secũdo quæritur specialiter, quomodo Christiani se debeant habere ad Iudæos quantum ad seruire? Et dico multa.

3 PRIMVM. † Iudæi, siue Saraceni, neque sub alendorum puerorum suorum obtentu, neque pro seruitio, vel qualibet alia causa Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere, extra eod. Iudæi & sic non licet Christiano seruire Iudæo, quod Host. per d.c. Iudæi limitat in domo Iudæi: secus extra domum. Sed melius Pan. in d.c. ad hæc. dicit hoc non licere etiam extra domum assiduè, quia tex. d.c. ad hæc. prohibet continuam conuersationẽ, & assiduam familiaritatem, non habita mentione de domo, & nutritione infantiũ in domo eorum, & sic voluit æquiparare assiduum seruitium extra domum, & seruitium factum in domo. Et certe ista sunt paria habito respectu ad causas prohibitionis, quæ sunt duæ. Prima, ne simplices ex assidua familiaritate subuertantur. Secunda, ne Iudæi videantur superiores Christianis cum debeat se Christianorum seruos recognoscere, extra eod. & si Iudæos. ¶ Secundum. Constituta mercede licet Christiano locare operas suas in seruitio Iudæorũ extra domum, & etiam in eorum domo, si absint Iudæorũ personæ, vt si colat agros eorum, quod est licitum extra. eo. multorum, vel si fabricet ædificium, quia ratio legis, quæ est eius anima, stat in assidua familiaritate, quæ hic cessat. Vnde potest Iudæus habere colonum Christianum ascriptitium, & originarium d.cap. multorum, non autem seruum, vt ibi. ¶ Tertium. Non licet mulieribus Christianis nutrire filios Iudæorum, secundum Pan. in d.c. ad hæc. & glos. Io. And. & do. Ant. etiam extra domum secundum Card. autem non licet eis hoc in domo, secus extra domum, propter tex. d.ca. ad hæc qui dicit in domo. Sed secunda opinio est vera secundum verba legis: prima vero secundum sensum, quando ex nutritione extra domum sequitur familiaritas nimia. argu. c. nullus iuncto c. ad hæc.

4 QVARTVM. † Non potest eps dispensare vt Iudæi habeant in domo sua nutrices Christianas, secundum Card. quia ista prohibitio est in honorem fidei, placet Pan. in d.c. ad hæc. & sic tene, quia in faciendis contra ius nõ dispensat, nisi hoc sit ei expresse, vel tacite cõcessum ut supra Dispensatio. §.4. ¶ Tertio specialiter quæritur, quomodo ad Iudæos se debeant habere Christiani quantum ad esse seruum? Et dico multa.

5 PRIMVM. † Christianus emere, & habere potest seruum Iudæum, extra eod. & si Iudęos 23. quæst. 8. dispar. non tamen debet cum eo morari, sic, quod eum habeat familiarem. 28. q.1. sæpe nullus, & cap. omnes. quia secundum Io. Iudæi sunt difficiliores ad conuertendum, & peritiores ad subuertendum quam Gentiles. Si autem Christianorum, serui fieri voluerint Christiani, siue Iudæi sint, siue Gẽtiles, nõ poterunt eorum domini prohibere. 10. qu. 2. duo sunt tamen secundum Ray. & S. Tho. per baptismum a seruitute non liberantur, sed remanent serui, quia seruitus est introducta iure diuino. arg. distin. 35. sexto. & iure gentiũ. dist. 1. ius gentium. & iure canonico comprobata, 12. quæst. 2. ecclesiam, secundum Host. & Gof. Et addit Ray. quod vbi ex bona consuetudine Christiani non solent esse serui, dominus de consilio eos manumittet, vel saltem pecunia mendicata, aut seruitio ad tempus præstito se rediment. 12. q. 2. cum redemptor qui tñ eos teneret in seruitute, vel alteri venderet, non peccaret: quia quod non est prohibitum, intelligitur esse concessum. ar. 13. q. 2. Ebron. Et hoc etiam asserit Do. Io. in lib. qui dicitur lucula noctis.

6 SECVNDVM. † Non autem econtrario est licitum Iudæo habere seruum Christianum.

extra

extra eo.multorum.& C.de episc. & cl.l.Deo nobis.§.his ita,vbi iubetur vt nullus Iudæus, vel paganus,vel hæreticus Christianos seruos habeat,quod si in tali reatu fuerint inuenti, sancitur seruos omnibus modis liberos esse. ¶ Tertium. Seruus ergo Iudæi, etiam si erat vernaculus de ancilla eius natus,factus Christianus, statim eripitur in libertatem nullo p̃tio dato d.l.Deo nobis. & dist.54. fraternitatem,nec redigetur iterum in seruitutem,etiã si dominus eius postea baptizetur,vt dicitur ĩ d.l.Deo.Et similiter si Iudæus emat, vel qualitercunq;acquirat seruum Christianum, quod ei prohibetur,extra eod. cap. 1. & vlt. statim nullo pretio dato efficitur liber. distinct. 54. mancipia.Et similiter si seruum non Christianum emit causa seruitij sui, & vult effici Christianus, quia hac voluntate patefacta statim vendicat sibi libertatem, nullo dato pretio d. c.fraternitatem.Si autem talem, scilicet non Christianum emit non causa seruitij,sed mercimonij,& intra tres menses venalem nõ exposuerit,similiter statim liberatur nullo p̃tio dato.d.c.fi. quia præsumitur ad seruitiũ suum emisse,sed si venalem intra dictum tempus exposuit,& per eum non steterit,quin venderetur,& ipse intra illud spatium,vel post vult effici Christianus non liberabitur ab eius seruitute, nisi pro quolibet bono seruo dent solidi duodecim,vt d.c.fraternitatem.& extr.eo. c.1.2.& vlt.pro seruo autem non ita bono,secundum Pan.in d.c.1.defalcabitur,quia ibi bonus accipitur pro optimo. Et prædicta intellige,nisi dominus eum voluerit circuncidere, vel alterius sectæ signaculum imprimere.s.cũ diceret se velle fieri Christianum, quia tunc propter iniuriam corporis sine pretio liberabitur.di. 53. nulla & idem Gof.Dicti aũt menses incipiũt currere a die emptionis, secundũ Host.in d.c.fin. vel a die quo petijt Christianitatem,secundum.Io.And.& Pan.in d.cap.1.& dicti solidi debent esse aurei, secundum Vinc. Gof.& Pan.ita ꝙ hic solidus capitur ꝓ aureo. vt Inst.de pœna te.li.§.fi.vbi gloss.dicit,quod in legibus capitur solidus pro aureo.Alij vero dicunt, ꝙ capitur pro solido vsualis monete.ff.de leg.3. l.nummis . vbi dicitur, quod in legato nummorum in dubio intelligitur minor moneta.Et hanc opinionẽ videtur tenuisse Sum. Ang. & est vera ad hunc sensum,quia duodecim solidi, id est . aurei soluendi sunt ex vsuali moneta illius loci, extra de maled. statuimus, non autem ad istum , vt duodecim solidi sumantur secundum vsum vulgarem, quia videtur truffa, quod lex ei, qui seruum bonum emit p̃tio magno , resarcire voluerit pretio tam exiguo. Quartum . Si dictũ seruũ emptum causa mercemonij nullus Christianus vult redimere,& ipse pretium duodecim solidorum,quo se redimat non habuerit, nihilominus liberabitur,& ostiatim pretium quęret.ff.de manum.l.4.§.suis autem , vel si nullo modo potest habere, seruiat ei per quinquennium, vt not.36.quæst.1.de rapt.& patet , C. de cap.l.vlt.Si vero redimetur ab aliquo, s̃m Rayn.propter hoc non erit eius seruus,sed erit liber,& restituet ei pretiũ.ar.Inst. de nox. act. §. dominus quod pretium si non habet , quæret ostiatim, vel si statim habere non potest,secundum gl. extra eod.c.1.seruiat ei tantum,ꝙ cum pretio seruitium compensetur & postea quo vult eat. d.l. vnica.& d.cap.de raptoribus & tempus seruiendi potest intelligi, secundum aliquos de quinquennio, ad instar eius,qui est redemptus ad hostibus : vt C. de post.re.& re.ab ho.l.fin.vel ad arbitrium boni viri, sc̃d̃m Rayn.Si vero plures emptores apparuerint, secundum Gof. episcopus loci magis elidet idoneum , ff. de accus.l.si plures. vel si sũt pares,gratificet episcopus cui uoluerit.arg. de iure pat. cum aũt.Et idem Host. Et intellige prædicta,nisi pietatis causa fuerit redemptus:quo casu nec reddere pretium, nec seruire tenetur. argum. ff.de neg. gest. l. Nesennius.ff. de rel. & sumpt. fund. l. at si quis . Sic autem factum fuisse præsumitur, nisi quis contrarium protestetur . argum.d.l.at si quis. concor. Gof. & Host. ¶ Quintum.Secundum Rayn.idem per omnia dicendum est de seruis Saracenorum.& concord.Lau.& Ioã.quia vt dicunt, idem periculum est,in vtrisque , & ꝙ dicitur ad Eph.6.& 1.Petr.2.quod carnalibus dominis serui obediant:dicunt intelligi debere secundum statum ecclesiæ primitiuæ,intellige in quo Gentiles non iudaizabant,ut modo vel sc̃d̃m Host.intelligitur de seruientib. in gleba , non domi. de censi.omnis , sed primum est melius . Secundum Rayn. etiam serui hęreticorum impune possent relinquere dominos suos,& ad ecclesiam confugere, C. de hæret.l. Manichæos . ¶ Quarto quæritur , quomodo cogendi sunt Iudæi se habere ad Christianos , siue a quibus sunt compescendi Iudæi inter Christianos couuersantes? Et dico multa .

7 PRIMUM. † Non debent Iudæi permitti inter Christianos habere officia publica,nec aliquam dignitatem,vel ministerium , ne

ne occasionem habeant sæuiendi.distinct. 54. nulla, 17.q.4.constituit.& extra eod.cum sic. & c.pe.& C.de Iudę.l.fi.& si talia officia susceperint, eis negari debet communio Christianorum, donec officium dimiserint, & quicquid inde acceperint per dięcesani prouidentiam, in vsus pauperum cõuertatur extra eo. cũ sit vbi ẽt patet, ꝙ hoc obtinet in pagano, 8 Arch. autem post S.Thom.2.2.q.10.art.10.dicit, ꝙ dominium & prælatio infidelium super fideles nouiter instituenda nullo modo permitti debet, quia caderet in scandalum, & periculum: cum faciliter subiecti superiorum sequantur imperiũ, nisi sint magnæ virtutis, & 9 similiter infidelis fidem contemnerent, si scirent infidelium defectus: & sic prohibet hoc ecclesia iu d.c.cõstituit: sed dominium, & prælatio iam præexistẽs auferri quidem per ecclesiam potest, quia illi immerito infidelitatis merentur amittere in prælationis super fideles, qui in Dei filios transferuntur, & quandoque illud ecclesia aufert, s.illis infidelibus, qui temporaliter subijciuntur ecclesiæ, aut membris eius, vt de Iudæis, in d.cap.fraternitatem nec eis iniuriam facit, quia cum sint ecclesiæ serui, potest de bonis eorum disponere quandoque vero non aufert. s.illis infidelibus, qui sic ei temporaliter non subsunt, & hoc ad scãdalum vitandum. ¶ Secundum. Secundum Panor. in c.ex speciali, eodem titu. per prædicta prohibitum est Iudæis, & Paganis, omne commercium per quòd Christianis aliquod grauamen posset inferri. Vnde licet vendatur eis reditus regalis, & illi possint emere illum, vt in d.c.ex speciali.collectio tamen per ipsos fieri non poterit, sed per Christianos, quia colligendo posset Iudæus cõmittere fraudes. ¶ Tertium. Ex d.l.vlt.C.de Iudæ.vbi dr̃, quod nullum honorem, nullam dignitatem, nullam præeminentiam inter Christianos Iudæi possunt hr̃e. Bar. infert, quod doctorari non possunt: cum doctoratus dignitas sit, & præeminentia. Nõ obst.l.generaliter.§.fi.ff.de decur. quæ permittit Iudæos promoueri ad dignitates, quia intelligitur inter ipsos Iudæos, non inter Christianos. Imo Panor. in c.1.de iudæ. dicit, quòd de rigore iuris nõ possunt intrare scholas causas addiscendi, quia ca.nullus.dist. 54.prohibet a Iudæis recipi medicinam, & cum illis esse in balneo, propter periculũ corruptionis, vbi tãtum contrahitur consortiũ, & cohabitatio temporalis, & quasi momẽtanea, & cõsequenter a fortiori debet prohiberi ingressus scholarum, vbi nõ solum consortium, sed amicitia contrahitur intrinseca. Item, quia de facili iuuenes habentes ætatem mollem corrumpi possent ab astutia iudæorum, quod tamen in scholis Theologorum ego non credo procedere, quia sunt velut prędicatores quidam, & Theologi sunt firmiores in fide.

QVARTVM.† Prohibendi sunt etiam procedere in publicum sine habitu, vel signo distincto a Christianis, extra eod.in nonnullis, quod verum est patenter, & non sub plica, tam in masculis, quam in fęminis, secundum Doct.ibi.

QVINTVM.† Prohibendi sunt etiam nouas eligere synagogas.eo.tit.cõsuluit.& c.iudæi. antiquas tamen reficere possunt, & resarcire ruinosas ita tamen, quòd ædificatio noua nõ perdat formam antiquam, quia vbicunque mutatur prima forma, puta quia ædificium sit preciosius, vel magis amplum, dicitur nouum, & cadit sub prohibitione noui ædificij, vt probatur ex d.cap.consuluit. Et facit quod in simili notatur in glo.cap.admonere.33.q.2.& in c.presbyter.81.dist.& in c. causam. de testi.in ver.in tempore & in glo.in l.Iulianus. §.sed & si quis.ff.ad exhiben. Et si antiqua ex toto & funditus corruit, reædificare nõ poterunt, secundum Pan.in d.cap. consuluit, quia esset nouam facere. Ad quod facit quod legitur, & no.in l.inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb.obl.& vide glo.in simili de iure patr. cap.3. Et si nouas synagogas erexerint, in 50. libris auri sunt puniendi. C. de Iudæ.leg. hac victura. ¶ Sextũ. Prohibendi sunt ẽt in diebus lamentationis, & dominicæ passionis predite in publicum, extra eo.in nonnullis, & secundum glossa Ray. fortè idẽ esset, si ecclesia lamentaretur pro communi aliquo infortunio Christianitatis: quin etiam in die parasceues, non debent habere ostia, vel fenestras apertas.ext.eo.quia super his. ¶ Septimum. Cogendi sunt etiã soluere decimas prædiales, ext.de deci.de terris.& si totam aliquam parochiam occupauerint emendo quę a Christianis possideri solebant, tenentur nihilominus soluere dictas decimas prædiales, & oẽs cẽsus, & alia quæ Christiani de prædictis soluere tenebantur.de vsur. quanto non autem decimas, vel oblationes personales, cum non recipiant ecclesiastica sacra, nec audiãt diuina. ¶ Octauũ. Cogẽdi sunt etiam Christianos testes recipere contra se, sed contra Christianũ testimoniũ ferre nõ possunt, de testi. Iudæi imo repelluntur ab omnibus actibus legitimis. 2. qu. 7.

alieni.in crimine tñ hæresis pro testib. admittuntur. vt in c.contra Christianos de hæret. lib.6. ¶Nonum.Prohibendi sunt etiam agere & conuenire apud seniores eorum, quod tñ eis licet apud iudices nostros: sicut etiam in causa ciuili arbitriũ possunt eligere Iudæũ, cuius sñiam exequitur ordinarius.C.eo.l.Iudæi. ¶Decimum.Cogendi sunt ẽt ne exigant vsuras, sed exactas restituant. de vsuris post miserabilem. & ad hoc compelli possunt & debent per Principes, vt ibi: quod si non faciunt, compelli debent per iudicem ecclesiasticum censura ecclesiastica: vt dicit Host. & Io.And.Inn.in d.c.post miserabilem. & facit c.postulasti.de Iudæ.& quod ibi not.Vnde & ipsi principes mortaliter peccant,eos ad hoc non cogendo, & Christiani commerciũ cum eis non restituentibus habentes post monitionem,vt in d.cap.post miserabilem. & in c. quanto.de iud.¶Vndecimum Prohibendi sententiam ne quenquam nõ existentem de sua natione, vel secta circumcidere præsumant, etiam si sit seruus eorum, vt in d.l.vnica. C. ne Christianum mancipium.& ibi est eis pęna capitalis,id est,perpetui exilij,quæ aliquãdo dr̃ capitalis:vt ff.de pœn.l.rei capitalis. ¶Duodecimum. Similiter ẽt ne Iudæus Christianam accipiat ĩ vxorem, alioquin punitur adulterij,pœna,C.eo.l.ne quis. ¶Tertiũ decimum. Cogendi sunt ẽt per Papam, & alios principes,quibus subduntur, laborare manibus alias turpis lucri & peccatorum, quæ faciunt,sunt participes. Non obstat ca.sicut.de Iudę.vbi dr̃:ꝙ ab eis nullus exigat coacta seruitia quia illud intelligitur de seruitijs ad vtilitatem dominorum suorum. ¶Decimũ quartum.Prohibendi sunt etiam ne fidem catholicã impugnent dogmate peruerso, alioquin sanguine puniuntur, vt in d.l.hac victura. & generaliter ne intentent contra eam quicq̃ detestabile,sicut est, quòd nutrices Christianæ proijciant lac in latrinam post susceptionem corporis Christi, extra eo.si Iudæos.

10 Qvinto †quæritur,quõ sint puniendi participantes cũ Iudæis contra casus prædictos, vel ipsi Iudæi contra prædicta facientes? Et dico duo. ¶ Primum.Participantes cum eis, si sunt clerici & moniti non desistunt,priuãdi sunt officio & beneficio: si verò sunt laici vt principes nolentes exequi prædicta, vel alij aliquod afferentes impedimẽtum, si admoniti non satisfaciunt,debent excommunicari 28.q.1.nullus. ¶ Secundum.Iudæi verò contra pdicta facientes sic puniũtur,vt Christiani ab illorum cõione & consortio seu cõmercio tandiu separentur sub pœna excommunicationis, donec illi emendauerint, & satisfecerint,extra eo.& si iudæis.& possent ẽt per ecclesiam verberari, vel alio modo corporaliter mulctari de præcepto episcopi,vel principis ar.17.q.4. constituit.aut etiam puniri alia pœna.de vsu.post miserabilẽ.Quod aũt dr̃ ecclesia non iudicare de his qui foris sunt.28.q.1.sępe.dicit gl.esse verũ quo ad spiritualem pœnam,quia eos non excõicat,secus quo ad corporalem.Vnde si nimis cõuersentur his qui ex eis sunt conuersi ad fidem, vel eos peruertere nituntur,debent flagellari.d.c.sæpe. & si aliquem ex suis fieri Christianum saxis aut alio genere furoris intentent, puniuntur igne. C.de iud.l.iudæis. & similiter si Christum blasphemauerint, secundum leges,vt dicit Host. debent decapitari.Vnde principes seculares iudæos Christũ blasphemãtes punire debent grauiter pœna pecuniaria,vel ẽt grauiori,extra eo.in nonnullis. & secundum S.Th.ad Ducissam Lotoringiæ, licet iudæus delinquens nihil habeat præter vsuras ,nihilominus puniri potest pœna pecuniaria, ne ex sua iniquitate commodũ reportet.& maiori, quam quicunque alius vsurarius in simili casu,quanto pecunia,quę aufertur ab illo, minus pertinet ad illum, & insuper addi potest alia pœna, ne sufficere videatur ad pęnam, ꝙ pecuniam debitam alijs desinat possidere. Pecunia tamen ablata ab eis noĩe pœnæ retineri nõ potest a dominis seu officialibus puniẽtibus, sed de ea fieri debet,vt inf.§.7. dicetur. hoc tamen dictum S. Tho.procedit quo ad vsuras incertas,non autem quo ad certas, nisi quatenus præsupponeretur de voluntate spoliati. ¶ Sextò quæritur,quid prohibentur facere Christiani cõtra Iudæos?Et dico multa.

11 Primo †enim non debent eos ad fidem cogere violenter, extra eo sicut de quo dic vt sup.Baptismus.4.§.6.Pecunia tñ & alijs blandimentis ipsos & alios infideles dicere possumus ad fidẽ,scd̃m gl.Io.And.in c. debet homo.23.q.4.quæ allegat c.ꝙ autem.24.q.7.& c.qui syncera.45.dist. & similiter sub tali conditione potest Christianus aliquam ducere ĩ vxorem,vt fiat Christiana 8.quæst.1.caue.& sic in spiritualibus. licite fit pactũ, vbi agitur de conuersione alicuius ad fidem, & sic non obstat 1.q.2.quã pio.hæc ibi. Sed aduerte, ꝙ in spiritualibus licite fit pactum de spirituali pro alio spirituali reddendo, puta de matrimonio

monio pro conuerſione; ſed de non temporali reddendo pro ſpirituali, quia ſicut illud vendere, ita & emere non licet. Et de hoc in ſuo ſimili dicit S. Thom. 4. quolib. art. 23. ad 17. quod illicitum eſt ad religionem inducere per temporalia cum pacto, ſecus ſine pacto. 1. q. 1. quam pio. & ſic Sylueſter dona promiſit volentib. baptizari, vt in d. c. quam pio. no. Vide inf. Simonia § 8. par. 3.

12 SECVNDO. † Non debent eos offendere in perſona, vel in bonis, ſine iudicio terrenæ poteſtatis. d. cap. ſicut. ¶ Tertio, non debent eos impedire obſeruare conſuetudines ſuas in ſuis feſtiuitatibus, modo nihil faciant in opprobrium Chriſtianum. 45. diſt. qui ſyncera. & d. cap. ſicut. & C. de iud. l. Iudæis. Pro quo ſciendum eſt, ex 2. 2. q. 10. ar. 11. quod humanum regimen debet imitari diuinum a quo deriuatur, quod permittit aliqua mala in uniuerſo, quæ poſſet prohibere; ne ſublatis eis maiora tollantur bona, aut mala maiora ſequantur; & ſic tolerantur ritus infidelium, in quib. peccāt. Ex hoc autem ꝙ Iudæi ritus ſuos obſeruant, in quibus aliquando veritas fidei ſigurabatur: hoc ſequitur bonū, quod fidei noſtrę teſtimonium habemus ab hoſtibus: iōque tolerantur, vt diſt. 45. de iud. & ext. eo. conſtituit Aliorum vero infidelium ritus, quia nihil vtilitatis, aut veritatis afferunt, nō ſunt aliquatenus tolerandi, niſi ad vitādum maius malū, vt ſcandalum, vel diſſidiū, vel impedimentum ſalutis eorum, qui tolerari paulatim cōuertūtur. ¶ Quarto, non debent eis exigi coacta ſeruitia, quæ facere conſueuerunt. d. ca. ſicut. de quo ſup. Baptiſmus 4. §. 6. ¶ Quinto, non debent effodi eorum ſepulchra, vel corpora humata obtentu pecuniæ, nec eorum cœmeteria quiſquam mutilare, aut inuadere d. c. ſicut. & contrafaciētes Chriſtiani, ſi ſunt clerici priuari debent officio, & beneficio: ſi laici, excōmunicandi: vt in d. c. ſicut. ¶ Sexto, non dēnt in Sabbatis ſuis ad iudicium trahi. C. de iud. l. die Sabbati. & d. cap. ſicut. ¶ Septimo, non debent impediri ſua, prout melius poterunt, vendere ſicut nec Chriſtiani, C. eo. l. nemo, ¶ Octauo, non ſunt ſpoliandi bonis iniuſte quæſitis, ſi conuertantur ad fidē, nec debita ſucceſſione, & ſi ablata fuerint, præcipitur poteſtatibus locorum ſub pœna excōcationis, quod faciant ea reſtitui: extra eod. Iudæi. el 2. Ex quo infert Pano. quod non perdunt agnationem ſuam, vñ ſuccedere debēt ſuis attinētibus, & multo minus bona legitimè quęſita: cuius contrariū exiſtimant vulgares, quod erroneum eſt. §. Nono, non ſunt prohibendi ad fidem conuerti & ſuſcipere baptiſmum, etiam ſi ſerui ſunt Chriſtianorum. ar. 2. ſunt. 12. q. 2. remanent tamen ſerui, ſi prius erant ſerui alicuius Chriſtiani, cū ſeruitus ſit approbata iure diuino, ciuili, & canon. 12. q. 2. & ſi quos. dulcius tamen tractandi ſunt, q̃ alij ſerui, qui non ſunt Chriſtiani. arg. de maio. & obed. per tuas.

13 SEPTIMO † quęritur, vtrum domini exactionem facere poſſint in Iudæos? Et dicit S. Tho. in epiſt. ad Duciſſam Brabantiæ, quod licet ſicut iura dicunt, Iudæi merito ſuæ culpæ ſint addicti ſeruituti, & ſic domini res eorum poſſint accipere tanquam ſuas, ita tamen, quod uitæ neceſſaria non ſubtrahantur, quia tamen oportet nos ambulare honeſte ad eos, qui foris ſunt, ne nomen domini blaſphemetur, hoc vr̄ obſeruandum vt in exactionib. quas facere non cōſueuerunt, non ꝑgrauētur, ad cōſuetas autem cogi poſſunt. Cum tñ nihil hñt præter vſuras, vt idem ibidem dicit, cum non poſſint ipſi Iudæi talia licite retinere, conſequenter nec dñi recipientes collectas a talibus pñt talia retinere licite, niſi forte eſſent talis, quæ ab ipſis dominis, vel eorū anteceſſorib. iudęi extorſiſſent: extorta aūt ab alijs illis debent reſtituere, quib. iudæi tenebantur, ſi inueniūtur, alioquin in pios vſus, ſecundum conſiliū diœceſani, vel aliorum proborum, vel cōem vtilitatem terræ, ſi neceſſe eſt, eroganda ſunt. Nec eſſet illicitū, ſi nouiter domini exigerūt talia à iudæis, ſeruata tñ ſuorū prædeceſſorū conſuetudine, hac intentione, vt in pios vſus expendātur, hæc ex illo. Ex quib. patet, ꝙ bona incerta vſurariorū iudæorū, licet ſint per diœceſanum diſpenſanda, qñ ad alium nō deuenerunt, vt inf. Reſtitutio. 8. §. 5. ſecus vbi deuenerunt ad manus dñorum. Pro prædictis tamen, vt ſciatur, quid liceat Principi, etſi forte non ſemper expediat: nota, ꝙ iudæi, cū ſerui ſint, per dñm ſuū vendi poſſunt. arg. C. ſi ſer. expor. vene. l. 1. & 2. pp quam rōnem tenet Arch. quod eis poteſt auferre bona eorū, cū ea nō habent, niſi vt peculium. alleg. c. iudæi, el 2. eo. ti. ubi ſtatuitur, ꝙ ſi conuertantur, nō auferātur eis bona, & conſequenter ſi nō cōuertantur, poſſunt auferri a cōtrario ſenſu, & melius facit c. ſicut iudæi, eo. ti. ubi prohibentur eorum bona auferri ſine iudicio terrenæ ptātis, & conſequenter hoc princeps poteſt. ¶ Octauo quęritur, vtrum recipi, & retineri licitè poſſint dona, & mercedes quas iudæi tribuunt pro labore? Et dicit Veru. quod de his, quæ habent iudæi per alium modū, quam per

vſuras,

usuras & rapinas, puta ex artificio nõ est dubium, quod sic: si autem nihil habent præter usuras, tunc si recipiens certat de suo damno vitando, non peccat sicut qui damnificatus est a fure, vel raptore, puta per incendium, nõ peccaret si acciperet ab eo damnum suũ, licet ipse fur, aut raptor nihil haberet, nisi quæsitum furto, vel rapina, dummodo non recipiat pro damno suo in specie res ipsas alienas. Dona autem & eleemosynæ accipiendæ non sunt ab usurarijs, quando per hoc efficerentur non soluendo, nisi ea intentione, vt restituantur creditoribus eorum, & idem dic si quocunq; alio titulo oneroso, vel lucratiuo bona huiusmodi acceptẽtur; si vero sunt soluendo, non obstante tali acceptione, dic, vt inf. Restitutio 2. §. 7. Vtrum autem eis uendi possint illa quibus illicitè utuntur ad ritum suum: vide supra Infidelitas. §. 4.

DE IVDICE IN SE, PRIMO.

1 *Iudex quid & quotuplex sit.*
2 *Iudex laicus quis & cuius esse possit.*
3 *Clericus non potest a iudice seculari iudicari, etiam uolens nisi in casibus. nu. 4.*
5 *Clericus si petat se ad suum iudicem remitti, quis de hoc iudicabit. & nu. 6.*
7 *Delegatus papæ si delinquat, an coram ordinario loci conueniatur.*
8 *Laicus laicum quando sub Papa conueniat.*
9 *Iudex ecclesiasticus quis & cuius esse possit.*
10 *Iudicis mandatum de iudicando, qualiter seruandum.*
11 *Iudex secularis uel ecclesiasticus de quibus possit vel non possit iudicare.*
12 *Iudex quid agere possit & debeat circa iudicandos.*
13 *Iudex qualiter se gerere debeat erga munera, salarium & sportulas.*
14 *Iudex qualiter expensas itineris recipiat.*
15 *Salarium quale sibi & suis taxet iudex.*
16 *Iudex quid possit circa pœnas reorum.*
17 *Iudicis iniuste iudicantis aut alias delinquentis quæ sint pœnæ.*

IVDEX dictus est quasi ius dicens populo, siue ꝙ iure disceptet, id est, iuste iudicet. de verb. sign. forus. §. in omni. vnde iudex est is, qui iure potest iustum cuique decernere, & reddere, arg. d. c. forus.

1 PRIMO † vero quæritur, quotuplex sit iudex? Et dico, quod S. Thom. 2. 2. quæst. 67. arti. 10. tangit tria iudicum genera, ad quos omnes, reducuntur, tenendo istam conclusionem, quod nullus potest iudicare, nisi subditum ordinariè, vel ex commissione superioris, vel propria sponte, quibus suppositis sic distinguo. Nam iudex quidam est ordinarius, & quidem extraordinarius. Ordinarius quis sit. Io. Andr. secundum Inn. & Host. multa notat in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ord. & breuiter dico, quod Archid. post Inn. videtur diffinire, vt sit is, qui est ab vniuersitate, vel collegio electus, & per superiorem confirmatus vel vniuersitati, aut collegio præfectus ab eo qui habet administrationem cum iurisdictione: cum secundum Inn. ordinarius dicitur, qui est ab vniuersitate electus, & per superiorem confirmatus: vt in auth. de defen. ciu. §. interim. Vñ & rector cuiuslibet uniuersitatis est ordinarius, & qui eligitur ab his, qui sunt alicuius professionis, negociationis, vel artis, vt sunt Pistores, Cerdones, Physici, Canonistæ, & similes. Alij vero diffiniunt, vt si is, quis habet vniuersitatem causarum, vt sup. Hæreticus 2. Extraordinarius vero iudex est is, qui non præficitur alicui vniuersitati, vel collegio, & est duplex, quidam habens iurisdictionem ex partium voluntate, vt arbiter, de quo supra in loco suo: quidam vero ex commissione superioris, vt delegatus ad certam causam, & subdelegatus. Sunt tamen & aliæ iudicum differentiæ, sed ad prædictas reducuntur. Quidam enim dicuntur pedanei, quorum officium est de minutis, & infimis causis cognoscere, & inutilibus, aut vilibus, licet sint ordinarij: maiores autem causas tenentur maioribus referre, cum ipsi per se terminare nõ possunt. C. de pedan. iud. l. 2. Quidam etiam olim dicebantur chartularij, qui erant ab Imperatore priuilegiati, vt coram eis possent litigare, qui vellent, licet ipse ad hoc aliquem cogere non possent.

2 SECVNDO † quæritur, quis & cuius possit esse iudex laicus? Et dico multa. ¶ Primum. Iudex esse potest omnis, qui non prohibetur. argum. cum apud. de spon. & l. mutus. ff. de procu. prohibetur aũt surdus, mutus, ꝑpetuo furiosus, impubes, fœmina, seruus, excommunicatus, & consanguineus rei, inimicus actoris, vel alia causa suspectus, & imperitus, seu illiteratus: de quibus diffuse non prosequor causa breuitatis. ¶ Secundum. Laicus potest constituere suum iudicem oẽm, qui alias iurisdictioni præest, & non alium, C. de iur. om. iud. l. 1. & l. priuatorum, & intelligitur velle & consentire, qñ scit eum non esse suum iudicem

dicem,& tamen litigat ſub.eo.ff.de iud.l.2.ꝙ ſecundum glo.in cap.ſi diligenti.de fo.cōpe. limita verum in cauſa ciuili,ſecus in cauſa criminali de quo vide Panor. ibi. Si autem is,cui vult ſe ſubijcere, non habet iuriſdictionem in actu,non poteſt.argum de fo.compe.ſignificaſti.& in ca.ſi diligenti.Clerici vero nō poſſunt in non ſuum iudicem conſentire, etiam pro bonis tēporalibus, niſi ſit perſona eccleſiaſtica,& de conſenſu epiſcopi ſui,de fo.cōpe.ſignificaſti.& ibi Pan.in c.ſi diligenti.Nam & ſecularis iudex nullam poteſt in eo habere iuriſdictionem,neque in criminalibus,neque in ciuilib.C.de epiſc.& cle.auth.ſtatuimus,& de fo.compe.ſecularis,li.6.

3 TERTIVM.† Clericus huic priuilegio renūciare non poteſt,& ſi renunciat reſpondendo coram iudice ſeculari,ſi cauſa eſt ciuilis,cadit à ſua cauſa,in criminalibus autem ſuum locū amittit.de fo.compe.ſi diligenti, & ſi non habet locum,ſiue dignitatem,poteſt alias extra ordinariè puniri.Si autem iudex laicus iudicat de clerico, priuari debet officio iudicandi,ſi eum vocat ad iudicium ſuum.2.q.1.inolita,nec ſentētia valebit.de iud.at ſi clerici.Sed & is,qui fecit eum vocare,dēt amittere cauſam,per ſniam tamen, & dēt excommunicari.d.c.inolita.quam pœnam ſecundum Hoſt. patietur ex ſola vocatione, ex quo clericus tractus eſt,iudex autem non,niſi iudicauerit, vel forte citra litis conteſtationem locus eſt pęnitentiæ,& vterque peccat mortaliter, & ſimiliter clericus reſpondendo, niſi eſſet in minoribus.& vellet deſerere clericatum.

4 QVARTVM.† Fallit quod dictum eſt, primo in cauſa reconuentionis ciuilis,quia ſi clericus conuenit laicum coram iudice laico, & ille reconuenerit clericum ciuiliter, & feratur ſententia contra clericum,tenet, quia factus eſt ſuus iudex per reconuentionem, de mut.pet.cap.1. & 2.& 3.q.8.cuius in agendo. Criminaliter verò laicus coram laico, ſicut non poteſt clericum conuenire, ita nec recōuenire.3.q.2.neganda.Fallit ſecundo, quādo clericus eſt traditus curiæ ſeculari. Et tertio, quando interuenit epiſcopalis authoritas,q̃a tunc poſſet iudex laicus iudicare clericum in cauſa tꝑali merè,alias nō,vt in c.2. de iud. Et idē ſi interueniat authoritas abbatis quo ad monachum in exemptis,quia hēt quaſi iuriſdictionem epiſcopalem.Vide Pan.de iud.at ſi clerici.Gl.autē ſummaria,quæ ponitur 2.q.1. in prin.ponit duos alios,ſ.in cauſa feudi, etſi ſit incorrigibilis.diſt.17.nec licuit.

5 QVINTO.† Cum clericus factus propter maleficium à iudice laico petit ſe remitti ad curiā eccleſiaſticā,vel iudex eccleſiaſticus illum petit:dico,quod ad quem ſpectet cognitio patebit,§.6.partic.3. Modus autem procedendi eſt,quod ſi notorium eſt,quod ſit clericus tali priuilegio gaudens,ſtatim debet reſtitui abſque aliquā cognitione. Si autem fama publica de hoc eſt, vel ipſe pro clerico communiter habetur, vel prius non ſe gerebat ꝓ laico,& deprehenſus eſt cum tonſura,& habitu clericali,debet ētiam reddi incontinēti,ſed cum cauſæ cognitione de clericatu: ita tamē quod probandi neceſſitate non ipſe, ſed aduerſarius conſtringatur.Si vero ante dep̄henſionem pro laico publice ſe gerebat,& ꝓ tali cōiter habebatur, etiam ſi tempore deprehenſionis erat in habitu clericali, non eſt reſtituendus,quouſque fidem fecerit de clericatu,ſed tamen interim quieſcet proceſſus iudicialis.de ſent.excom.ſi iudex.lib.6.

6 SEXTVM.† Si clericus poſt delictum, puta homicidium efficiatur clericus, allegat clericatum ne puniatur à iudice laico. Dyn.in l. item Vlpianus.ff.de excu.tut.vt refert Bar.in l.1.ff.de pœn. determinauit, quod ſi ſe clericum fecit in fraudem, non prodeſt illi dicta allegatio.l.ſi maritus.§.1,ff.de adul.& l.hos accuſare.§.hoc beneficio. Si vero certum eſt hoc eum feciſſe ſine fraude, prodeſt allegatio.d.§.hoc beneficio.Si vero eſt dubiū, tunc ſic ſi erat accuſatus,vel infamatus de crimine præſumitur hoc feciſſe in fraudem, & cōcor. Gui. de Su. & Spe.in tit.de reo.Sed Bart.dicit totam iſtam determinationem loqui ante inchoationem proceſſus cōtra eū.Si vero fuiſſet inchoatus, vel ſnīa lata, & poſt efficiatur clericus,videtur tex.cum gl.quod iſta allegatio non proſit l. ſi quis poſtea. ff, de iud. & l. cum quædam,ff.de iur.om.iud.quod Io. And. in ca.1.de obl.ad rō dicitur verum, quantum ad executionē faciendā in reb. ꝙ autem perſona capi poſſit,vel ī carceribus detineri, aut decapitari,fieri non poteſt,cum perſona clerici ſit exēpta à manu iudicis ſecularis.Et idē concludit Bar.dicēs, ꝙ eum punire nō poteſt iudex ſecularis,niſi prius degradetur. Et qđ de clerico dicit,dic de omni profeſſo, ſiç, qđ fiat religioſus,quia mortuus eſt mundo, vt l. Deo nobis.C.de epiſc.& cle. Pręducta autem non ſunt vera,ſi poſſeſſionem faceret in carceribus,vt ibidem no. Ioan.And.nec ſi mutare habitum,& efficeretur bigamus, aut miles gaudens,poſito,quod habeat priuilegium,vt

sit exemptus a curia seculari, quia illa regula non facit eum clericum, aut religiosum, & idem Gul. de Lau.

7 Septimum.† Si delegatus Papæ in sua delegatione delinquat, aut coram ordinario loci conueniri possit, in auth. qua in prouincia. C. de cri. agi. opor. Legistæ tractauerũt, & Io. And. in c. fi. de rescrip. & Pan. ibidem, secundũ quem est conclusio, quod si delinquit in procedendo, cum solum cõtra Papam delinquat non parendo eius mandatis, per alium inferiorem puniri non potest, imo secundũ Pan. in c. prudentiã. de offic. deleg. non potest eum cogere ad exequendum. Si verò delinquat peruerse agẽdo, puniri potest per ordinariũ loci, quia non conuenitur, vt delegatus, sed criminosus. Quod Ioan. And. videtur limitare, quando per hoc non impediretur procedere in causa sibi delegata, quia dicit se credere quod pendente causa coram eo cõueniri possit coram ordinario, saltem vbi impediretur procedere in causa sibi delegata, q̃a respectu eius dumtaxat est maior omni ordinatio, vt in c. studuisti. de offi. dele.

8 Octauum.† Laicus laicum sub papa in re ciuili conueniri non potest, secũdũ gl. 11. qu. 1. in Sum. Pan. in ca. licet ex suscepto. de foro comp. Fallit 16. casib. Primo, ratione cõsuetudinis de foro compe. si clericus. Secundo, in terris subiectis ecclesiæ, quo ad tẽporalem iurisdictionem, vt ibi no. Tertio, quando causa, super qua additur, spectat ad ecclesiasticũ de iure. de ord. cogni. tuam, & de foro compet. cum sit generale. Quarto, quando vacat imperiũ, & aditur papa in causa spectãte ad Imperatorem, vt in d. c. licet. Quinto, data negligentia principis in iustitia ministranda, d. ca. licet. & d. c. cum sit. Sexto, quando impetratur a p̃sona miserabili, & oppressa, vt in c. ex parte B. de foro compe. Septimo, quando iudex secularis non habens superiorem in prouincia, allegatur suspectus, aut nõ vult iustitiam facere, vt no. in auth. vt different. iud. §. 1. & 2. Octauo, in causa reconuentionis. 3. q. 8. §. cuius in agendo. Nono, secundum Host. in causis mortuariorum a defunctis relictorũ, aut. de ecclesia. tit. §. si autem. Decimo, quando secularis iudex inuocat auxilium ecclesiæ. 23. q. 5. administratores, secundũ Inno. puta quia subditi sibi non obediunt. Vndecimo, ratione administrationis assumptæ a laicis, quod intellige, vt no. in cap. iudicatum. 89. distin. Duodecimo, si ecclesiarum serui, vt homines seruientes indebite a laicis collectentur, 12. q. 2. ecclesiarum seruos. & in auth. item nulla cõmunitas. C. de epis. & cler. Decimotertio, q̃n in prouincia non est iudex, aut superior laico, quia tũc adiri potest ep̃s, vt est casus in authen. vt diff. iud. §. si vero contigerit. Decimo quarto, q̃n aliquid est ambiguũ, & vt difficile inter iudices variatur: qui filij sint legi. per venerabilem. Decimoquinto, quando agitur p̃ viam denunciationis Euangelicæ. de iud. c. nouit. Decimosextò, quando causa profana est annexa cum causa spectante principaliter ad ecclesiam, cuius exemplum ponit gl. de dote, in c. de prudentia. de dote post diuor. rest. & hoc quando non agitur principaliter de dote, sed ex consequẽtia. Circa prædicta ãt vide Pan. in d. c. licet. Et adde, quod prædicta sunt vera loquendo iuridice, de plenitudine autẽ potestatis sub papa versari potest omnis causa à quocunque: cum sit omnium iudex, habens in sua voluntate omnia iura humana.

9 Tertio† quæritur, quis & cuius possit esse iudex ecclesiasticus? Et dico multa. Primũ. Persona ecclesiastica potest esse iudex, & causas ventilare, & iudicare inter subditos, in quibus habet iurisdictionem, præsertim clericos, 2. q. 1. cap. 2. & c. experientię. de fo. comp. per totum. ¶ Secundum. Omnis Christianus ratione spiritualitatis, puta quia cã est spiritualis, & ratione peccati efficitur, de foro ecclesiæ, de iud. cap. 2. & c. nouit. Vnde si iudex laicus negligit de subditis iustitiam facere, ecclesiasticus iudex potest illum cõpellere ad iustitiam tenendam, & supplere defectũ eius, cognoscendo de causa, & sic de subditis eius iudicare, de fo. compe. ex transmissa. 23. qu. 5. administratores. Glo. etiam sum. 11. qu. 1. vltra casum negligentiæ ponit alios, vt si iudex ecclesiasticus conueniat laicum super rebus spiritualibus, de iud. c. 2. & 3. vel si rustici ecclesiæ conueniantur, 89. dist. iudicatum. de appe. c. si duob. vel si quis rapuerit res ecclesiæ, adde, vel ecclesiasticorum, quia potius ex cõsuetudine q̃ de iure conuenitur sub clerico, de fo. cõp. c. cũ sit, & cap. si clericus, vel si iudex secularis fuerit suspectus, vel habeatur querela contra ipsum, & auth. vt diff. iud. coll. 9. §. 1. 2. & pen. Non tamen econtrario propter negligentiam iudicis ecclesiastici, potest clericus conueniri coram laico. de iud. qualiter, in fin. ¶ Tertium. Quamuis iudex ecclesiasticus directè iudicare non possit de infidelibus secundum Raymu. quia foris sunt, scilicet aliquas religionis regulas imponendo, indirectè tamen iudicat, subtrahendo Christianos

ab eorum communione, vt patet de iudæis, præcipuè si attentarent subuertere Christianos, aut Christũ blasphemare, vt sup. Iudæus. §. 1. & dr̃ iudicat in omnibus pertinẽtibus ad fidei defensionem, ac etiam delictorũ correctioni quo ad infideles, seu temporali iurisdictione subiectos. argu. C. de iudæ. l. iudæi Romano. ¶ Quarto quæritur, qualis debeat esse iudex quantũ ad intellectum, siue scientiam? Et dico secundum Ber. de rescr. sciscitatus, ꝙ debet ita esse peritus, vt quærere non habeat ab alijs quicquid etiam loqui oporteat, de cõ san. & affi. ex literis. & in auth. de iud. in prin. colla. 6. Sed & si sit illiteratus, habeat tñ consuetudinẽ, & peritiam iudicandi, potest ei cã committi. C. de iuris. om. iud. l. certi iuris. Sed iudex maxime ecclesiasticus esse non põt, nisi sit peritus, saltem mediocri iuris scientia, vt no. dist. 20. c. 1. & de elect. ca. cum nobis olim. Et hoc vr̃ velle gl. in c. sciscitatus. de rescr. ex qua infert ibi Pan. quòd contra iudicem delegatum potest excipi, ꝙ iudex esse non possit quia est illiteratus, & nõ habet peritiam iudicandi. Secus si eam haberet ex cõsuetudinẽ, licet esset illiteratus, vt est tex. in d. l. certi iuris, & hoc secundum mentem eius, locum hẽt indistinctè in iudice seculari & ecclesiastico, non tamen oportet iudicem esse peritissimũ, cum ex defectu sciẽtiæ cõcedatur illi assumere posse assessorem expensis partiũ, de rescr. statutum. §. assessorem. libr. 6. Et hæc nota, q̃a faciunt ad causam, cum a sede apostolica causæ religiosis committuntur non habentibus theoricam, vel practicam iudicandi, quia contra eos potest excipi, quod iudices esse non possint, nisi sit data certa persona.

10 QVINTO † quæritur, q̃uo intelligi debeat iudicis mandatum, vel cõmissio? Et dico multa. ¶ Primum. Si dicatur: iudices simpliciter, & pure: dico per hoc non remoueri ordinem iuris, sed tantum perniciosam subtilitatem, q̃a prædicta verba important ex suo proprio significato idem quod sine plica, & malitia. Ad quod gl. in cle. sæpe, de verb. sig. in verbo, simpliciter, & iudiciarius ordo non est inuentus ad inuoluendum. de iud. c. dilecti filij, ideoque non remouebitur, secundum Pan. ibi. ¶ Secundum. Si dicatur procedas sine iuris solennitate, secundum Pan. in d. c. dilecti, censetur sublata solennitas iuris ciuilis, & canonici, sed nõ diuini iuris gentium, ideoque duo testes sufficerent, licet fortè plures requirerentur, & similiter si essent infames, quia infantia est de iure positiuo. de simon. c. per tuas, non tamen recipiuntur non citata partẽ, quia citatio est species defensionis, quæ est de iure gentium, nec potest tolli, vt in cle. pastoralis, de re iud. Poterit autem eos recipere sine iuramẽto, & diebus feriatis in honorem Dei: cum hæc solennitas inducta sit iure ciuili, secundum Bar. in l. filiusfa. ff. de do. & similiter eos poterit recipere, ẽt si sint personæ iure reprobatæ, puta relegatę, vel infames. ff. de testam. l. cum lege. ¶ Tertium. Si dicatur iudices, vt volueris, secundum Pan. ibi, intelligitur solum dolus exclusus. arg. in l. creditor. §. Lucius. ff. man. & iõ ius alterius tollere non potest sine cã, sicut nec committens, quia nemo plus iuris in aliũ transfert, quam ipse habeat, de dote post diuor. resti. c. nuper, propter quod dicit Bart. in extrauag. ad reprimendum, quòd ille cui cõmittitur, vt faciat quod vult, vel sicut libuerit, licet non teneatur sequi regulas iuris ciuilis, remanet tamen ligatus regulis iuris naturalis gentium, seu naturalis æquitatis, quod idem est, vt in d. cle. pastoralis, vbi Imperator inualide egit, quia regulas excessit iuris naturalis. ¶ Quartum. Si dicatur iudices, secuudum veritatem, & æquitatem, secundum Pan. in c. literas. de iur. cal. seruari debent solennitates ẽt rigorosæ iuris positiui. Sed melius dicit D. Ant. ꝙ ad rigorosas non tenetur. Verbum autem hoc, bona æquitate, omissis solennitatib. iuris non intelligitur, quasi non dẽat haberi respectus ad ciuilia iura, quia est contra l. bona fides. ff. depo. sed quasi non debeat haberi ad illa iura, quæ ponunt quasdam solennitates, vel subtilitates negotij veritatem nõ tangentes, quæ vocantur apices iuris, scd̃m Bar. in l. si fideiussor. ff. mand. negocium vero principale per iura dẽt decidi. ¶ Quintum. Si dicat̃ iudices, vt tibi videbitur, scd̃m Pan. in c. 1. de iud. iudicare dẽt iudicio intellectus, cui congruit hoc verbũ videbitur. Et ita not. in l. qui tñ. §. arbiter. ff. de arb. Et idẽ cum dr̃, relinquo arbitrio, vel iudicio, aut prudentiæ tuæ, quia tunc denotatur arbitrium boni viri rõne regulari: sicut cum dicitur, vt visum fuerit, vel tibi videbit̃, vt no. Pan. in c. 1. de seq. poss. Et similiter per hæc verba, si æstimaueris, si arbitratus fueris, si tibi placuerit importatur arbitrium prædictum, & non propria & nuda voluntas, vt probatur in l. fideicommissa §. quãquam. ff. de lega. 3. & in l. Thais. §. sororẽ. ff. de fideic. lib. vide tex. cum glos. in c. 2. de cor. vitia. & per Bart. in extrauaganti. ad reprimendum. & Pan. in c. 1. de constit. vnde tenetur sequi oẽs regulas iuris ciuilis, secundũ Bar. in d.

extrauag.alleg.l.1.ff.de arb. Et breuiter omnia verba, exceptis istis, volo, libet, arbitriũ plenum, vel liberũ, vt ibi not. Bar. important arbitrium boni viri. ¶Sextum. Si dicatur, sine strepitu & figura iudicij, qũo sit intelligẽdũ, & qũo omitti tunc possunt oĩa, quæ nõ sunt de iure gentium, vel naturali, vide diffuse in cle. sæpe, de verb. sign. ¶ Septimum. Verbum summariè, intelligendũ est br:ita ꝙ tota substantia negocij comprehendatur, nec de substantialibus quicquam omittatur: vnde libellus æquè formatur, sicut si procedatur ordinarie, & lis contestatur, & datur diffinitiua sñia. Verbum autem de facto, intelligitur manu regia. l.2. in princ ff. de orig. iur. & sic omittitur oĩs iuris solẽnitas, sed alterius iura nullo modo læduntur contra naturalem æquitatem. Verbum etiam, postpositis rimulis & apicibus iuris, secundum mentem Archid. in commune non tollit, sed solum ea quæ non sunt de substantia ordinis iudiciarij: sine quibus in foro contentioso procedi non potest. Verbum etiam, de plano exponit Pan. in cle. dispendiosam, de iud. i. sine strepitu iudiciorum, de quibus omnibus vide Arch. 3. p. tit. 6. cap. 1. ¶Octauum. Prædicta notanda sunt, ex quibus patet multarum decisio quæstionũ. Nam si dicatur alicui, impone pœnitentiam vt tibi visum fuerit; non datur libera potestas, nec ad suam voluntatem potest imponere: sed denotatur arbitrium boni viri, vt not. glo. in c.2. de cor. vitia. & Pan. in ca. significauit. de pœn. & rem. Et idem a fortiori si dicatur, relinquo tuæ prudentiæ, vel discretioni. Si ẽt mercator pactus est cum factore se daturum solum illud salarium quod sibi videbitur, siue parum siue multum lucretur, dare tenebitur ad arbitrium boni viri honestum, secundum quod alij factores habere cõsueuerunt, & non pro sua volũtate. & facit l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. Si tñ addita fuissent aliqua verba restrictiua illius, ad nudam volũtatem, vt si dixisset, nolo tibi dare aliquid certi, nec tantum, aut quãtum, sed solum vt mihi vř: nec volo alleges consuetudinem, vel huiusmodi, per quę intelligeretur se velle stare in nuda voluntate, secus esset, nec teneretur de necessitate, etsi de æquitate, quia scienti & volenti non fit iniuria, neq; dolus. Si ẽt religiosi habeant ex legib. suis, ꝙ prælatus possit in ordinis rigore dispensare, vt sibi videbitur: requiritur arbitrium boni viri, i. non voluntas simpliciter, sed ratione regulata. Et idem sit compromittatur in arbitros, vt eis videbitur, & huiusmodi.

11 Sexto †quæritur, de quibus possit, vel nõ possit iudex secularis, aut ecclesiasticus iudicare? Et dico multa. ¶Primum. Iudex secularis iudicare põt de his, quæ sunt peccata, vt de vsura, furtis, & hmõi, sec. Pan. in c. cũ sit generale. de fo. comp. dũmodo non disputetur vtrum sit peccatũ principaliter, vt patet. ff. & C. de cond. indeb per totum, & hæc est cõmunis opinio & vera, quia coram eo potest obijci de iuramento, si non vertitur dubium de eius validitate, vt in ca. rex debet, 23. q. Si verò dubitatur vtrum sit vsura, vel ne, peccatum, vel ne iudicare non potest, sed ecclesiã est recurrẽdum, qui fil. sint leg. per venerabilem, & in cle. vnica de vsur. fallit hoc ĩ crimine hæresis, de quo nullo modo nisi exequendo, se intromittere potest. Fallit ẽt secũdum gl. in d. c. cum sit generale in multis alijs casibus. Sed dico cum Pan. nullum aliũ esse, nisi in dubio vt dictũ est, de quo vide glo. 32. q. 5. Christiana religio. & ibi per Arc. & sup. Crimen. §. 1 ¶Secundum. Prælatus, vel iudex ecclesiasticus habens temporalem iurisdõnem, sec. Ray. dẽt constituere iudicem secularem, quia audiat causas sanguinis, quia. s. de his se intromittere non põt: licet possit mãdare, vt fiat iustitia, ẽt in spãli sup aliquo maleficio, puta homicidio, & interrogatus quid agẽdũ, respondere possit, cõsulendum esse peritos, siue irregularitate, ne cler. vel mon. episcopus. lib. 6. Ex quibus patet, ꝙ potest iudex secularis compellere ad restitutionem vsurarum. ¶Tertium. In casu de quo sup. §. 2. par. 5. qñ. s. clericus pro maleficio tenetur a iudice laico, & allegatur, ꝙ est clericus, & petitur remissio ad curiam ecclesiasticam, ad iudicẽ ecclesiasticum spectat cognoscere, quia res agitur spirituali siue ecclesiastica, sed vocari debet iudex secularis, aut alius, cuius interest, de sen. excomm. si iudex. lib. 6.

12 Septimo †quæritur, in genere, quid iudex possit, aut debeat circa iudicandos? Et dico multa. ¶ Primum. Malus iudex, aut prælatus, scdm Ale. in tertio, subditos iudicando mortaliter peccat, de quo dic, vt sup. Correctio. 1. §. 16. Secundum. Ordinariè aũt procedendo sine accusatore iudicare nõ potest. de accu. si legitimus. extraordinarie aũt potest, vt in inquisitione, & denunciatione, vt sup. patuit suis locis infamia hñte locũ accusatoris, de accu. c. euidentia. ¶Tertiũ. Non põt etiam indistinctè partes cogere ad compositionẽ. Nam, ad pacem quidem, & potest, & debet par-

partes reducere, & cōpellere tam secularis, q̃ ecclesiasticus iudex respectu subditorū suorum secundum Pan. in rub. de treug. & pace. 90. dis. c. si quis. c. contristatus, & c. placuit, qđ ēt tenet Bar. in l. congruit. ff. de offic. praesi. In causa verò ciuili non potest ad compositionē inducere, etiam princeps ex potestate ordinaria. l. 1. ff. de no. ope. nun. Limita, nisi lis sit longa & intricata, q̄a iudex potest partes ad concordiam compellere. Et videtur esse tex. in c. placuit. 90. dist. & ita videtur limitare Pan. in c. fi. de transact. dicens, ꝙ hoc iudex pōt, si iura partium sunt ignota: si verò iam sunt clara, vt quia conclusum est in cā, & sic iudici liquet pro qua parte debeat facere sententiam secundum Io. Andr. nisi aliquae circunstantiae suadeāt, abstinere debet a tali compositione quia de iure vnius alteri tradere non dēt sine cā. Ex circūstantijs autem posset hoc facere: & caeteris paribus magis debet suadere actori vincenti, q̃ reo absoluendo, quia sententia ferenda pro actore est mādanda executioni: & in executionis actu fieri posset litigiū longū, quae ratio cessat ex parte rei, licet etiā ex parte eius posset subesse causa, vt quia actor est pecuniosus & paratus appellare. ¶ Quartū Potest etiam & tenetur compellere potentiores, ne contumelijs afficiant viliores l. illicitas §. ne potentiores. ff. de off. prae. ¶ Quintū. Pōt etiam ac tenetur compellere aduersarium ad praestandum cautionem de non offendendo actorem, vel suos, qñ talis verisimiliter timēs implorat eius officium, vt in d. §. ne potentiores, & ibi per Bar. & est tex in l. denuntiamus C. de his, qui ad eccl. confu. & ibi per Cy. & facit tex. in c. de benedictio. 32. q. 1. & in ca. literas, in fi. de rest. spol. ¶ Sextum. Potest etiā ac tenetur ex necessitate officij purgare prouinciam malis hominib. & tex. est in l. 3. & l. congruit. ff. de off. praesi. propter quod dicit Bald. l. Gallus. ff. de lib. & posth. & Raph. & Inn. ꝙ licet statutum ciuitatis dicat, quod potest punire: ly potest, importat necessitatem. d. l. Gallus. in prin. vnde si non facit, tenetur de negligentia. Facit quod no. Bal. & Ang. in l. mancipia. C. de ser. fug. Debet ergo inq̄rere delicta: aliter tenebitur in syndicatu, quod limita, si habet merum imperium. l. imperium. & quod ibi no. Bar. in l. iubere cauere. ff. de iur. om. iu. & in l. prima. ff. de off. eius, cui man. est iurisd. ¶ Septimum. Tenetur iudex secularis brachiū praestare ecclesiastico contra subditū resistētem ei de facto: secus si de iure, vt quia appellauit ad superiores, & episcopus dicit, quòd non potest, & petit brachium seculare, & ita no. Panor. in c. 1. de offic. or. & idem in exempto, qui allegat exemptionem, quam episcopus non admittit.

13 OCTAVO † quaeritur specialiter, quid possit circa munera, quantum ad se, & suos officiales? Et dico multa. ¶ Primum. Ea quae a iudicibus quocunque titulo recipiuntur, in genere tria sunt, quantum ex Doc. & iure colligitur, s. expensae, salariū, & munera, siue sportulae, quae sunt munera, quorum quantitas non est lege diffinita, vt in auth. generaliter. C. de epis. & cler. ¶ Secundum, secundum iura ciuilia iudex ordinarius secularis petit sportulas solū, nec aliud petere potest. 3. q. 3. offeratur, & ita tenet cum Azo. Sum. Ange. cuius allegationes non probant, vnde melius tenet Ros. ꝙ ordinarius secularis sportulas non petit, nec accipit cum hēat suas prouisiones, sed si eas non hēret, vel non sufficientes, est vera opin. prima. Delegatus verò sportulas petit, sed nō hēt nisi duos aureos, in principio, ēt si sit a pricipe, & duos in fine, qñ causa excedit centum aureos: quos si non excedit, nihil habebit, in auth. de iu. §. ne autem labor no. glo. in c. cū ab omni. de vita & ho. cle. Excipiūtur esculenta & poculenta, idest comestibilia, & potabilia ex mera liberalitate oblata, idest sine petitione etiam interdicta, si talia sunt, q̃ diebus paucis consumi possint, secundum gl. in c. statutum. de rescr. lib. 6. & ff. de off. praesi. l. plebiscito. & hoc boni viri arbitrio iudicabitur, secundum gl in d. ca. statutum, & pensata qualitate dantis, & accipiētis, secundum Gul. de simo. & si q̄ones. Et ista esculēta, & poculēta dñr xenia moderata. dist. 18. de eulogijs, q̃ ab omnib. recipi pñt. Alia aūt omnia, ēt si sit vnus denarius prohibentur omnes iudices accipere. ff. de off. praesi. l. plebiscito. & l. solēt. ff. de off. procon. not. glo. in l. 3. C. de condit. ob tur. cau. facit l. 1. C. de pe. iud. etiam si recipiat expediāt causam: aliter restituere tenētur talia munera. argum. d. c. statutum. & ca. exigit. de censi. libr. 6. immo si talis iudex sit delegatus ecclesiasticus, non liberatur facta remissione a dāte, nisi restituat, & si restitueret in fraudē, vt sibi postea redonaretur, nō valeret secundum gl. in d. c. statutum secus si restitueret sine fraude, & ille liberaliter redonaret, secundum d. glo. ꝙ intellige finito iudicio. Tertiū. Iudex ecclesiasticus siue ordinarius, siue delegatus, ſm Pan. in ca. cū ab oī. de vi. & ho. cle. sportulas recipere non pōt, vt in d. c. cum ab omni, quod licet de delegato loquatur,

tamen idem tenet ibi Pan.& Io.And.& cęteri de ordinario,eadem,imo potiori rõne, quia ideo est beneficiatus vt iustitiam reddat,&est gl.ad hoc in c.non licet.11.qu.3.Potest tamen secundum Gul.ordinarius hr̃e quod datur ap paritoribus,& scriptorib. scribẽtib. acta cau sa,& hmõi:& cogentur partes ad hmõi sportulas,nisi litigantes sint pauperes,& ẽm Alex. de Ales, nuntij, & hmõi inferiores officiales non habentes reditus deputatos,aliquid exigere possunt a litigantibus ẽm consuetudinẽ terræ,sed non per vim,aut immoderatam im probitatem: imò & secundum Host. in Sum. etiam si habeant reditus deputatos, possunt aliquid paruum recipere sine vi.& improbitate immoderata;assessor tamen habens salarium,hoc nõ potest,aliter restituere tenetur arg.d.c.cum ab omni. Esculentum tamen & poculentum recipit licitè delegatus prædicto modo,vt in d.c.statutum.& idẽ est de ordinario,vt placet multis,quia ista non præsumuntur dari ad corruptionẽ,sed ad curialitatem,& idem puto de omnibus inferioribus. Quantum ad ordinarium tñ Ray.vr̃ velle, ꝙ hmõi recipere quidem possit,non tñ a partib. propter suspicionem,ꝙ verũ est,nisi propter circunstantias personarum, vel temporum, aut locorum hoc daret suspicionis materiã, non aliter.Quãtum ẽt ad delegatum vult ibi dem Pano.quod si non sit sufficienter beneficiatus,possit petere sportulas,quod verũ puto,si inde iacturam patitur alicuius honesti exercitij,alias placet opinio cõtraria.¶Quartum. Vtrum cõsuetudo accipiendi sportulas excuset ordinarium, vel delegatum ecclesiasticum.Card.in clem.statutum,de elect.distinguit,dicens,ꝙ non, si consuetudo ortum habuit ab exactione,si verò ab exactione ortũ non habuit compelli possunt partes ad obseruandum laudabilem consuetudinem, de sim. ad apostolicam.Sed licet hæc distinctio quantum ad primum membrum vera sit,quia tunc est contra honestatem,& mentem,d.ca.cũ ab omni.& facit cap.ex multis.1.qu.3. quantum tamen ad secundum non est vera,quia si non precedit exactio,cum sit ex mera liberalitate donatum,nõ inducitur consuetudo, sed quælibet donatio habet effectum suum,iuxta ea, quæ no.in gl.& Bar.in l.cum de in rem verso. ff.de vsu.c. autẽ.ad apostolicam,loquitur quãdo aliquid fuit datum in piam causam quo casu videtur laici voluisse inducere consuetudinem.Et ideo dico cum Io.And.& Pan.& cõiter Doct.quod non valet ista consuetudo. Et licet dicat ibi Card. ꝙ ista consuetudo excusat a mortali moderate recipientem, quia habet pro se Doctores famosos, iuxta no. ff. de re iud.l.cnm prolatis.& de postul.præl.c. vni co.li.6.tamen hoc non credo verum,nec istũ a restitutione excusari, nisi vbi non discerneret veriorem opinionem.

14 Nono † quæritur,quid iudex possit quantum ad expensas suas & suorum? Et dico multa.¶Primum.Iudex secularis delegatus principis, vel ordinarij, cum extra domiciliũ ꝓficiscitur, expensas moderatas, & æqualiter a partibus exhibẽdas potest expetere.d.c. statutum,sicut & testis cum proficiscitur extra domicilium.4.qu.3.§.venturus, cum nemo suis sumptibus cogatur militare, & idem quidam tenent de ordinario seculari, licet oppositũ sit de ecclesiastico,vt dicetur, q̃a prouisionẽ suam habet cum onere maiori. Si tamen litigãtes sint pauperes,& delegatus a sumptibus, vt d.c.statutũ,& ordinarius a sportulis abstinebit.auth.de mand.prin.§.si tibi quoq;.¶Secundum.Delegatus ecclesiasticus si sit a principe,cum extra domicilium suum proficiscitur,secundum Gul.habebit expensas nõ solũ pro victu,sed ẽt pro vecturis equorum,& huiusmodi:licet nõ salarium.d.c. cum ab omni. 12.q.2.charitatem quia nemo cogitur suis stipendijs militari,& munera,nõ sumptus ꝓhibentur.1.q.1 iudices quod quidem vr̃ Gul. in distinctè tenere contra dñm suum Host. qui hoc vr̃ limitare,qũ non habet sufficiens beneficium.d.c.cum ab omni Sed primũ est verius arg.d.c.cum ab omni,& d.c.statutum.§.insuper.quæ indistinctè loquuntur, quia beneficia tali non conferuntur cum onere,cum nõ habeat ordinariam iurisdictionem. Et ita tenet Pan.in d.c.cum ab omni.Nec obstat,ꝙ minores facere potuisset.ff.mand.l.si quis impẽdia,nec tenetur deducere eas, quas domi fecisset,cum illa iura expensas indistinctè permittant,& ita tenet Pan.contra gl.in d.c.cum ab omni Et si hac occasione perdit equũ, vel cappa spoliatur,vel eius familia infirmatur, sicq; oportet eum moram facere longiorem, secundum aliquos,hoc a partibus petere nõ potest.ff.mand.l.inter causas.§.non omnia,secundum Host.verò potest,quatenus plus,quã in domo sua expendit.de proc. cum pro causa.Recipiet autem expẽsas ab vna sola parte, si ad eius petitionem iuit vltra duas diætas,de rescri.nonnulli,si verò infra duas diætas, ẽm Ber.eas recipiet ab actore, nisi fuerit impetratus,de consensu partium.4.qu.3.venturis,

de

de refcr.difpendia. fed fecũdum Gul. ẽt fi ab altera partium fit impetratus, communiter procurabitur: quia eius officium eft cõe.13. q.5.non fanè.In domo autem fua, vel ciuitate iudicans, nihil fuo noĩe pro expenfis obtinebit.23.q.1. quod militare: ẽt fi fit fcholaris Bononiæ, vel Parifius moram trahens, q interim ftuderet: loquendo de ftricto iure fecũdum aliquos, licet arg. videatur in contrariũ. 12.qõ.2 charitatẽ. pp quod vr̃ Gul. titubare. Sed ego dico primum verum effe, vbi caufa breui compendio poteft expediri: fecus vbi eum oporteret ꝓpter hoc tpe multo & notabili, puta per menfem effe in ftudio, quia inde non debet notabiliter damnificari de fideiuf.peruenit. ¶ Tertium delegatus ordinarij ecclefiaftici, fi fit delegatus ad vniuerfitatem, vt funt communiter epifcoporum vicarij. fecundum Gul. in Spe.li.1. cum extra domiciliũ proficifcitur, expenfas non habebit, f.a partibus, ficut nec ordinarius, cũ idem fit confiftorium.de appel.Romana. imò illas dabit ordinarius.de off.ord. inter cætera, q̃uis forte poffit confuetudo valere, vt q̃d certũ recipiatur.arg.de off.ord.cum dilectus. Si verò fit delegatus ad fpecialem caufam, & malitiosè, eft idem, quia.f.non recipiet expẽfas, fed ei prouidebit ordinarius.arg.d.c.inter cętera.& gl.in d.c ftatutum. de off.deleg.paftoralis. Si vero fine fraude, vt parcatur partium laboribus, & expenfis, fec.Sum.Ang. habebit expenfas, ficut & delegatus principis, vel ordinarij fecularis, & intellige a partib. & idẽ glo.in d.c.ftatutum, & placet Pano. vbi fup. Sed Gul. de hoc dubitat, & dicit forte hoc effe verum, ne officium fuum fit illi damnosũ. & hoc dixit tenere Vinc. vt 4.q.3.§.venturis. & 14.q.5.non fanè.gl. vero in d.c.cum ab omni tenet contrarium, dicens, ꝙ ordinarius tenebitur illi prouidere. & ifta eft veritas, quãdo ordinarius eft potens ad expẽfas, quia ordinarius tenet̃ fuis expenfis ius reddere, vt dicetur, & confequenter fi hoc alicui delegat, mandat ei facere id, ad q̃d ipfe tenet̃, & cõfequenter alium aggrauat fine cã, fecus fi non poteft. Nõ eft aũt fimile de principe, quia ad hoc nullo arctatur. Et confuetudine tñ induci poteft, vt tam delegati, q̃ ordinarij extra domicilium pro caufis proficifcẽtes petant oẽs: expenfas, fecundum Gof. & Gul. in Spe. ¶ Quartũ. Ordinarius ecclefiafticus ẽt cum extra domicilium fuum perficifcitur ad locũ fuæ iurifdictionis, expẽfas non habebit quia reditus habet, fecũdum Gul. vt ftipẽdiũ fuũ. argu.d.c.cũ ab oĩ. & 10.q.3.illud nifi proficifcatur pro confecratione ecclefiæ.de fimon. cum fit Romana, vel fuam prouinciam vifitet de cẽf.cum Apoftolus. & c.exigit. eo.li.6.

15 DECIMO † quæritur, quid poffit circa fuũ, & fuorum falarium? Et dico multa. ¶ Primũ. Ecclefiaftici iudices, & delegati gratis iudicare debent, nec exigere poffunt decimã, vel aliam quotã litis, ẽt fi hoc habeat confuetudo, vt fumit Pan. in ca.cum ab omni de vi. & hone.cler. addens tamen, ꝙ talis confuetudo valeret in foro feculari, in ecclefiaftico verò non vr̃ poffe induci per tex. in d.cap.cum omni. Io.autem And. Ant.de But. Pet. de Ancha. & Zab. vt refert Ar. tenere, videntur, ꝙ tã ordinarij, q̃ delegati de confuetudine aliquid petere poterunt pro falario, & feruãda erit confuetudo loci, modò aliquid moderatũ petatur. Sed contra hoc vr̃ effe tex. prædictus, dicens nihil effe accipiendum pro falario vltra extenfas. etiam fi hoc habeat cõfuetudo. Et licet dicat Gul. in Spec. ꝙ ibi reprobatur confuetudo, quando fit pactum a iudice cum partibus fuper falario, vt fec. Pet. de Ancha. reprobetur confuetudo præterita, & non futura, vt in cle.ftatutum. Sed dubiũ vtrum reprobata confuetudine per iura, intelligatur de præterita folum, non de futura, q̃ fuperinduceretur, ideo ex dictis Io. de Imol. Archid. dicit fic poffe diftingui, vt confuetudo valet circa, expenfas, puta, quòd ordinarij percipere poffint expenfas, fi extra domicilium proficifcantur circa falaria vero non valet, fi hẽat ꝙ cum litigantibus iudex poffit conuenire a principio litis, fed reprobatur ĩ d.cap.cum ab omni fecundum Gul. in Spe. Si vero hẽt fimpliciter ꝙ poffit aliquid percipi pro falario, licet fint opiniones tñ vr̃ ꝙ non valeat, fecundũ gl. in cle.ftatutum. de elec. & facit tex.d.c.cũ ab omni. & hoc quo ad iudicem ecclefiafticum, quia quo ad fecularẽ tolerari poffet vt in auth.de iud. §.ne autem in gl. ¶ Secũdum. Affeffor falarium recipere p̃t a partib. fecũdum Gul. in Spe. per c.nõ licet. 3.q.2. Vnde illud habebit, licet delegatus moriatur ante terminũ caufæ, vel fi poft conclufionem partes ante fnĩam cõponãt. Nec obftat d.c.cũ ab omni, quia loquitur qñ in fraudem quęritur affeffor. Diftinguit tamen, quia affeffor delegati poteft quidem accipere falarium, fi affumptus eft fine fraude, & ad illud iudex partes cogere poteft, de refc.ftatutum lib.6. vel fi illud exigit affeffor iudex illud moderabit, fi fit immoderatũ, fcd̃m Gul.

Sed ſi eſſet aſſumptus in fraudem,puta vt ni
hil ageret , ſed vt ſub hoc nomine delegatus
ſalarium acciperet pro eo,vel ſi tanquã peti
tus non egebat,ſed ſic voluit grauare partes,
accipiet illud a iudice,non a partibus, vt d.c.
cum ab or. & d.c.ſtatutum Aſſeſſor verò or-
dinarij non habebit ſalarium a partib. nec ꝓ
eo iudex ſalariũ exiget , ſed de ſuo ſoluet qa
non debent ignorare canones 10.q.3.cogno
uimus,& di.20.§.1.de conſan.& affi.c.1. Sciẽ
do aũt canones, rarò eueniet caſus , ĩ quo nõ
poſſit iudicare,quia ſecundũ eos in foro eius
ſunt cauſæ terminandæ. de foro comp.quod
clericis ſi tñ eueniet,ſoluet de ſuo,cũ hoc ex
reditibus poſſit ar. ca.cum ab oĩ & concord.
de Mon.Mur.& Io.Andr.& hoc in ordinario
eccleſiaſtico , quia ſecularis cum leges ſcire
non teneatur,ſed ſufficiat illum habere expe
rientiam de cauſis C.de iud.l.certi.poterit ꝓ
aſſeſſore ſalarium petere ſecundũ Io.de Imo.
qui tñ dicit ſuper hoc conſuetudinem ſeruã-
dam. ¶ Tertium. Si duobus aſſeſſorib.aſſum-
ptis, vt de eorum conſilio pronuncietur, eis
diſcordantibus tertius aſſumatur in fraudẽ ,
vt quia ad ſui exonerationem fingunt ſe non
poſſe concordare:illi ſuum ſalarium partici-
pabũt cum tertio ne ex ſuo dolo commodũ
reportent; & iudex obuiabit,huic fraudi:ceſ
ſante vero fraude, tertius ſalarium habebit
a partibus.¶ Quartum.Ordinarius ſecundum
Sum.Ang.ſalarium petere poteſt pro noto-
rio.Sed ego dico ꝙ non:quia ſi tenetur ad iu
ſtitiã exhibendã ſine ſtipendio pp ſuos redi-
tus,tenetur ad oĩa ſine oĩbus hoc facere non
poteſt,vt de aſſeſſore patuit: delegatus verò
hoc poteſt, modo non participet cum eo.d.
c.ſtatutum.¶ Quintum.Perſonæ,quæ habent
recipere ſalaria ſecundũ Gul. exigere debẽt
illa ante calculum ſententiæ , quia partes de
victoria ſperantes ad ſententiam properant,
& libentius ſoluunt,quam condemnatæ.

17 VNDECIMO † quæritur, quid iudex poſſit
circa pœnas reorũ?Et dico multa. ¶ Primũ.
Quantum ad totalem relaxationẽ pœnæ le-
gis,vel ſtatutorum,S.Thom.2.2.q.67.dicit ꝙ
iudex dupliciter impeditur , ne hoc poſſit .
Primò ex parte accuſatoris,ad quem aliquã
do pertinet ius , vt reus puniatur, puta rõne
iniuriæ illatæ , & huiuſmodi relaxatio nõ eſt
in arbitrio iudicis, quia debet cuiq; ius ſuum
reddere. Secundo ex parte reipublicæ,ad cu
ius bonum pertinet,ꝙ malefactores punian-
tur, & quantum ad hoc dñia eſt inter iudices
inferiores,& ſupremum, cui plenarie reſpu-
blica commiſſa eſt, quia illa abſoluere ñ poſ
ſunt a pęna contra legem a ſuperiori poſitã :
princeps vero,qui hñt plenariã poteſtatẽ ſu
per republica , hoc põt, cum hoc illi viderit
expedire , & cũ paſſus iniuriam velit ius ſuũ
remittere . Et intendit , ꝙ ſi pœna exigiť pp
cõe, & priuatũ bonũ , ſimul relaxare poteſt
princeps ſtãtib.duob.ſ.ꝙ expediat bono cõi,
& offenſus aſſentiat , ſed inferior nullo mõ.
Si verò exigitur pro bono cõi tm̃, hoc põt
princeps ſtante primo illorũ duorum , infe-
rior verò nullo modo . Si verò exigitur pro
bono priuato tm̃, vterque poteſt reo cõſen-
tiente,& princeps ẽt ſi ille diſſentiat,& expe
diat bono cõi, quia gratia eius poſtponiť pri
uatum. ¶Secundum.Quantum vero ad dimi-
nutionem dicit Ho. ꝙ reo conuicto certa pę
na imponenda eſt,ſi inueniatur in iure.quod
Arc.limitat, quantum ad inferiorem,ĩ ſupre-
mus ſi relaxare,etiam minuere poteſt.Tu ve
rò etiam limita quantum ad delegatum pro
cedẽtem ordinariè,qui nec minuere poteſt,
nec augere,vt not.in c.*de cauſis,de off.dele.*
Si vero procedat extraordinarius,hoc põt.l.
quid ergo.ff.de his qui no.infa.Ordinarius ãt
poteſt hoc,ẽt in proceſſu ordinario ex cã, vt
no.Bar.in d.l.quid ergo,& ſequitur Pan.in c.
2.de emp.& ven.& facit c.at ſi clerici de iud.
& Ber.in d.c.de cauſis. & in c.ſuper his de ac
cuſ.dicit verum qñ pñt diſpenſare ſuper cri-
men,aliàs non.Si autem non inuenit in iure,
committitur iudicis arbitrio,de tranſ.c.fi. C.
de vi.pu.vel priua.l.ſeruos qui ſemper in hu-
maniorem partem debent declinare , & ſic
mitigare:maximè ſi cã alleuians ſub eſt.quod
ſcd̃m S.Th.vbi ſu.limitandum eſt in his, quæ
iudicis arbitrio relinquuntur , quia in talib.
locum habet ſecundum eum iudicis miſeri-
cordia,ſed & ſi quis accuſatus ſponte,& non
metu probationum confitetur, de mente v-
triuſq; iuris eſt, quod pœna demittatur,aut
minuatur:niſi immineret periculum aĩæ,vel
ecclæ,ſecundum Hoſt. ¶ Tertium.Quantum
verò ad augmẽtum, dico augendã eſſe aliqñ
pœnã ad aliorum terrorẽ, qui proni ſunt ad
culpam,quia multis graſſantibus opus eſt e-
xemplo ff.de pœn.l.aut facta.§.fi.ꝙ Sũ.Ang.
dicit poſſe fieri eo modo,quo de diminutio-
ne dictum eſt.Sed melius indiſtincte hoc Sũ.
Roſ.& Supp.concedunt,& ſic etiam hoc po-
terit delegatus ordinariè procedẽdo.¶ Quar
tum. Quãdo poteſt pro derelicto eodẽ pluri
bus pænis puniri: ſi ab aliquo iudice impona
tur minor,alia puniri non poterit.C.de acc.

l.qui de crimine.&ibi Ang.& Sali.Quintum.
Pœnam dimittens in casu sibi non cõcesso,se
cundum S.Th.tenetur ad restitutionem com-
munitati,vel accusatori, si eius itererat vt pu
niretur: qui verò auxit,tenetur reo.Concor.
Host.& Ray.¶ Sextum Secundum Pet.de Pal.
in 3.dist.22.nullus iudex Christianus debet
cõfessionem negare petenti,& parato facere
debitum etiam si timeret ne eriperetur, quia
vtilius scandalum nasci permittitur, quam ve
ritas deseratur. de iud.qui scandalizauerit, &
hoc nisi crederetur nõ ex deuotione petere,
sed spe ereptionis:vt quia sub patibulo petit,
qui non petiuit in carcere.Vnde rei sunt ani-
marum hoc negantes,cum etiam relapsis,qui
sine vlla audientia tradendi sunt iustitiæ secu
lari, ecelesia gremium non claudat,quin pœ
nitentiam & viaticum ministet.

17 † Dvodecimo querıtur,quæ sit pœna iu-
dicis iniuste iudicantis,aut alias in suo officio
delinquentis?Et dico multa.¶ Primum.Si iu-
dicis negligentia pars incurrit aliquod dam-
num,tenetur ad restitutionem,secundum gl.
in c.quoniam contra. de proba.in verbo ne-
gligẽtia.& sequũtur communiter doct.quod
Pan.ibi limitat in foro animæ,si fuit in dolo,
vel lata culpa,& de hoc sup.Culpa.§.4.¶Secũ
dum. Si iudex tenebatur, & nullo mõ voluit
ferre sententiam, & inde aliquis suum ius ami
sit,secundum Ray.tenetur iudex, & facit litẽ
suã,idest, tenetur ad totam litis æstimationẽ
læso.33.q.2.dominus.2.q.5.administratores,
in auth.vt diffe.iu.§.pe.& idem Gul.¶ Tertiũ.
Si aduersam partem iudex non condemnauit
in expensis,de suo alteri parti restituere tene
tur.l.sancimus,C.de iud.quod limitat glos.in
c.fin.de rescr.si fuit petitum,alias non. Quar
tum. Iudex non terminans sententiam intra
certum diem, incidit in pœnam statuti hoc
mandantis,secundum Pan.in c.licet de prob.
si fuit requisitus: quia non tenetur impen-
dere officium suum ad priuatam vtilitatẽ,nisi
requiratur,vt l.3.§.hoc autem.ff.de dam. in-
fect.& ibi Bart.¶ Quintum. Secundum Aug.
11.q.3.c.non licet.Non licet iudici vendere
iustum iudicium, & si liceat aduocato vẽdere
iustum patrocinium, & Iurisconsulto iustum
consilium. Sententia igitur lata interueniẽte
pecunia,nulla est ipso iure,secundum gl. & se
quitur Pan.in d.cap.cum ab omni.1.q.6.§.ve-
nales.C.quando prouo.non est ne.l.venales.
in tex.& in glo.snĩa.tamen arbitri tenet,licet
agens ex ea repellatur exceptione doli.C.de
arbit.l.3.& in gl.prædicta.Secus si per gratiã
datur, quia tunc non est nulla ipso iure, sed
datur restitutio,vt in d.glo.¶ Sextum.Secun-
dum Ray.si iudex accepit pecuniam, vt male
iudicaret,non solum punitur, vt sciẽter malè
iudicans,de quo inf.par.7.sed dictam pecuniã
restituere tenetur,nõ ei,qui dedit,cum turpi-
ter dederit,sed ei,in cuius iniuriam recepit.1.
q.1.iubemus.art.27.q.1.si quis in atrio. quòd
verum intellige in foro causarum;nõ autem
in foro pñiæ,ĩ quo nõ succedit obligatio,nisi
ad solum interesse,non ad pęnam,nisi succes-
serit snĩa iudiciales,scd̃m gl.12.q.2.fraterni-
tas,quod ẽt sentit gl.Ray.Si verò eã accepit,
vt bene iudicaret,secundum eundem restitue
re tenetur ei qui dedit, quia cum ex suo offi-
cio teneatur gratis iudicare, & bene,turpi-
ter,accepit.14.q.5.nõ sanè.& crimẽ cõcussio
nis commisit.Et idem dicit, si ex causa aliqua
oportebat eum nõ iudicare, & nihilominus,
vt nõ iudicaret aliquid accipit.1.q.1.iubemus.
de simo.nemo. Sed pro his aduerte,ꝙ datum
iudici ad eum corrumpendum nõ debetur dã
ti,nec repetitur, & secũdum gl.in d.c.q̃ rectè
iudicat.11.q.3.communiter sic præsumitur.
Datum autem vt iustè iudicet aliàs nõ iudica
turus,vel vt iniustè nõ iudicet, debetur dãti,
nec liberatur iudex dando pauperibus, quia
dãs repetere potest in conscientia, vbi nõ sta
mus præsũptioni sed veritati.j.q.1.iubemus.
de simo.nemo.11.q.3.non licet. Datum verò
simpliciter,vt iudicet,non repetitur,sed dans
amittit causam principalem.ff.de condit. ob
cau.l.2.§.fi.& facit glo.in d.c.qui recte, quod
limita,nisi quãdo aliter nolebat iudicare, q̃a
eo casu repetitur. Vtrũ autem in huiusmodi
sit simonia inf.Simonia.§.10.¶ Septimũ. Si iu
dex iniustè iudicauit, si quidem dolosè, seu
scienter fecit,secundum Ray.tenetur læso p̃-
cise ad omne interesse, nisi posset inducere il
lum,pro quo tulit snĩam ad plenariam satisfa
ctionem.C.de pœn.iu.qui.ma.l.fi.2.q.3.qua-
tuor, & s̃m leges multas alias pęnas dẽt susti-
nere, & ei pęnitentia imponetur tanquã pro
grauissimo crimine.2.q.3.quicunque.& scd̃m
Gul.hoc est grauius rapina, quia abutendo au
ctoritate dicitur iniuriat̃ Deo, & si sit iudex
ecclesiasticus,ordinarius,vel delegatus, & cõ
tra iustitiam in grauamen alterius partis in iu
dicio quicquam fecit per gratiam, vel sordes,
puta pecuniam, suspensus est per annum ab
executione officij, & dẽt cõdemnari parti ad
ęstimatione mlitis.de sen.& re iud.cũ æterni,
lib.6.Si verò fecit per ignorantiã, s̃m leges te
netur læso,inquantum bonum,& æquum vĩ

reli-

religioni iudicantis.ff.de va. & extraor.cog. l.fi.ſed in foro animæ tenetur, vt in primo caſu ſi fuit in culpa, quia ſ.ſciuit, vel ſcire debuit ſe inſufficientem, & tamen cauſam talẽ iudicare præſumpſit. Si tamen erat delegatus ex neceſſitate obedientiæ bona fide, & de peritorum conſilio male iudicauit, nõ tenetur.ſecundum Gul. & idem ſecũdum Ray. ſi deceptus fuit per aſſeſſorem, qui communiter ſufficiens putabatur. Si autem hoc fecit per negligentiam, quia.ſ.cum eſſet ſciens, & valens neglexit ſtudere, & videre quòd debuit, idem eſt, ſecundum Ray. ſicut de ignorante. Si verò hoc fecit per metum, ſi quidẽ erat iuſtus, & cum accepit officium non credebat veriſimiliter ad hoc venire, non tenetur ad reſtitutionem, peccat tamen. Si vero metus non ſit iuſtus, vel cum accepit officiũ de hoc dubitabat, vel poterat credere veriſimiliter, tenetur ad omne damnum, ſecũdum Bald.in l.fin.C.de pœn.iud.qui ma.iud.2.q.1. in primis. Et tam ipſi quam alij officiales occidentes malefactores ſiue ſacramentis quãdo illa petunt, mortaliter peccant.clem.1.de pæn.& remiſ.

RVRSVS de Iudice ſecundo quantum ad eius officium, ideſt, iudicare.

1 *Citari qui poſſint, vel non poſſint.*
2 *Iudex quibus temporibus iudicare poſſit, vel non poſſit.*
3 *Iudex quo loco iudicare debeat.*
4 *Iudex qualiter iudicare debeat.*
5 *Iudex an iuxta allegata, & probata iudicet contra conſcientiam.*
6 *Sententia iniqua executor an peccet.*
7 *Iudex an iudicet ſecundum ſtatuta loci inter non ſubditos.*
8 *Sententiam ſuam an poſſit iudex interpretari.*

IVDEX ſecundo conſiderandus eſt quantũ ad eius officium, ideſt, iudicandi, quod citationem, proceſſum, ſententiam, & executionem comprehendit.

1 PRIMO †verò quæritur, qui vocari poſſint ſeu citari, vt iudicentur? Et dico multa. ¶Primum. Citari ſeu vocari in iudicium multi nõ poſſunt.de quibus. ff.de in ius voc.l.ſecunda, & 3.& ſunt conſul, præfectus, prætor, magiſtratus habens imperium merum, vel mixtũ, epiſcopus dũ agit ſacra, qui vxorem ducit, quæ ducitur in vxorem, qui funus familiare proſequitur. qui iuxta mortuum facit obſequia, quia propter religionem loci ſe mouere non poteſt, vt regularis, vel incluſa. Alibi etiam ponuntur alij, vt ſunt infames, & furioſi.ff.de condi.fur.l.2.quod intellige per ſe, ſecus per tutores, & curatores. Et præterea, nec ſeruus dominum, nec libertus patronum in famoſis actionibus, niſi venia impetrata in ius vocare poteſt, de quibus not. ff. de in ius vocand.l.ſecunda, & 3.ſequent. ¶Secundum. Si pupillus vocetur in iudicium, & nullus eũ defendat, iudicium nullum erit. ff.de re iud.l. contumacia. ¶Tertium. Mulier inuitè vocari non poteſt perſonaliter in iudicium cauſa teſtimonij, vel alia quacunque in iure non expreſſa: ſecus ſi velint, de iud. mulieres.li.6. Vnde ſi neceſſarium eſt earum teſtimonium, mittat iudex expenſis producentis ad eas tabellionem, vel aliam idoneam perſonam, aut ſi hoc iure prohibente non poteſt, perſonaliter vadat, vel ſi ire non deceat, alium mittat: aliter eorum erit irritum & inane, vt ibi. ¶Quartum. Caſus autem iure expreſſi, in quibus vocantur, ſunt iſti. Primus, in cauſa criminali.ff.de publ.iud.l.pe.§.ad crimen. Secundus, in ferendo teſtimonium in cauſa criminali, quãdo poteſt admitti, de quo *inf. Teſtis.* §.1. Tertius, quando *eſt nutrix filiorum*, ſi nõ vult actorem conſtituere. Inſt.de cur.§.vlt. ¶Quintum. Mulieres autem, religioſæ præſertim, quæ debent ſub clauſula morari ex quacunque cauſa vocari non poſſunt, etiam ſi velint, intellige perſonaliter, vt in dicto capitulo mulieres.

¶Sextum. Si contra præmiſſa de facto citentur aliquæ mulieres, totum eſt irritum ipſo iure, vt in d.c.mulieres. & fingens caſum, vt iudex ad mulierem vadat pro teſtimonio, excommunicatus eſt, vt ibidem.

2 SECVNDO †quæritur, quo tempore iudex debeat, vel poſſit iudicare? Et dico, ꝙ iudicare non poteſt tempore feriato. vt ſup. Feriæ, & Dominica dies. Nec vltima die ſui officij. ff.de iuriſ.om.iud.l.eum qui. ſi tamen iudicat tenet, vt in l.meminiſſe.ff.de off.procon. Sed limita primo in ordinario, quia delegatus etiam vltima die iudicat, vt in ca.conſuluit. ff. de offi.deleg. & ſecundum Bartol. in d.l.eum qui. limita poſt aduentum ſucceſſoris, quoniam ante licite iudicat. d.l.meminiſſe. Nec debet hora nocturna. de offi. dele.conſuluit. Si tamen procedat nocte cum lumine candelę ad litis conteſtationem, vel ſententię prolationem, valet quod agit, quia multa prohibentur, quæ tamen facta tenent, de regula.ad apoſtolicam.de iureiu.quemadmodum.§.qđ ſi poſt.de quo not.in authen. de iudicibus.§. ſedebunt.

TER-

3 Tertio † quæritur, quo loco iudex possit, aut debeat iudicare? Et dico quod in loco suæ iurisdictionis, nisi de consensu partium, & iudicis territorij 8.quæst.1.episcopum, cum duob seq.cap.pro quo etiam vide glo.in cap. vt litigantes.ff.de offi.ord.lib.6.Fallit etiã hoc in episcopo expulso, & in his quę sunt voluntariæ iurisdictionis, quæ vbique possunt exerceri.ff.de off.procon.l.2.& c.nouit.de off.leg. & ibi gloss.

4 Qvarto † quæritur, quomodo iudex debeat iudicare? Et dico quod sedendo: vt no.in d.§.sedebunt. & secundum allegata & probata, secũdum omnes ferè Canonistas: vt refert Arch.post Ray.licet hoc limitetur, nisi cõstet de veritate in contrarium, quo casu dicũt inf. §.seq. Et secũdum statuta & consuetudines locorum, iuxta dicta sup. Consuetudo: & dicẽda infr.§.7.Et quandoq.secundum æquitatẽ.Pro quo aduerte, quod Pan. in c.fi.de transact. secundum gl.dicit, ꝙ ius semper est p̃ferendum æquitati, & propter æquitatẽ non scriptã nõ debet iudex a iure scripto recedere, quia non debet velle clemẽtior lege videri, vt dicit tex. in auth.de iud.§. oportet.Doct.autem tria cõmuniter faciunt membra.Nam aut neutrũ est scriptum, s.nec ius, nec æquitas, & tunc iudex debet seruare ęquitatem, vt in d.c.fi.ad quod adde notabile verbum.Inno.in ca.1.de const. quod sequitur Bart. in l.1.C.de litig.quod in his quæ relinquuntur iudicis arbitrio, semper debet seruare ęquitatem. Aut alterum tãtum est scriptum, & illud est seruandum. Aut est scriptum vtrunq.& tunc aut ius est scriptum in genere, & æquitas in specie, vel ecõtrario: & seruandum est, quod in specie reperit scriptum, quia species generi derogat. Aut ambo sunt scripta generaliter, vel ambo specialiter, & tunc communiter tenetur, quod æquitas sit præferenda.

5 Qvinto † quæritur vtrum dato casu, ꝙ probetur in iudicio contra veritatẽ, puta, quia innocens conuincitur, debeat iudex iudicare, secundum allegata, & probata, aut secundum veritatem, si eam nouit? quod si iudex procedat extra iudicium, vt in dandis officijs, & alijs, quæ illius arbitrio committuntur: nõ est dubium quin teneatur propriam cõsciẽtiam sequi, & non allegata, & per testes falsos probata.ff.de iurisf.om.iud.l.1.& 2. Et similiter in dispensationib.vt inf.quæst.7.exigunt.Et simile, si ꝓcedat in iudicio, potest absoluere quos scit reos in veritate, sed non legitime conuictos, quia iura hoc volunt expresse, vt nemo publicet alterius peccatũ, quod probare non potest, vt in cap. si sacerdos.de offic.iud.ord. in l.illicitas.§.neque licita. ff. de offic.præsid. & ff.de fer.l.eadem oratio, iuncta gl.& in cap. si tantum episcopus.6.q.2.& c.quoties.& cap. Mennam.2.q.5.absoluitur infamatus: ex quo probando fecerunt accusatores. Si verò procedat in iudicio, an possit cõdemnare eũ, quẽ fuit innocentem legitime conuictum, sũt opiniones duæ solennes.¶ Prima est antiquorum Theologorum, & Canonistarum dicentium, quod iudex talem potest condemnare sine peccato concurrentibus duobus. Primo qđ iudex sit talis, & in tali casu, quod tenetur de iure fori causarum iustitia exhibere tunc ita, quod necessario incumbat ei absolutio vel condemnatio. Secũdo, quod nulla occasione, aut via, puta cedendo officio, vel remittendo ad superiores, vel diligentius perquirendo veritatem possit eum liberare de iure. Et probatur ista opinio.ff.de off.præsid.l.illicitas.§. veritas & 3.q.7.iudicet.11.q.3.summopere.6.q. 2.si tantum & c.placuit.¶ Quamquidem opinionem qui sequuntur, tres distinctiones mẽte gerunt, per quas soluunt omnia, quæ adducuntur in contrarium. Prima. Dupliciter quis est innocens, s.de facto, si crimen in veritate non admisit, & de iure quia.s. crimen illum admisisse iuridice nõ probatur, & similiter dupliciter dicitur, quis nocens, vel reus.s. de iure, quia scilicet iuridice conuincitur crimen admisisse, & de facto, quia.s.crimen in veritate admisit. Et sic innocens de iure potest esse reus de facto, & econtrario, & reus de iure potest esse innocẽs de facto, & econtra. Secũda. Duplex est veritas, scilicet veritas facti, siue rei, & veritas iuris, siue p̃sumptionis, & sic de facto vera, aliquãdo sunt falsa pręsumptionis iuris, & econtrario.¶ Tertia. Duplex est cõscientia iudicis, sicut & duplex scientia, vna.s. inquantum est priuata persona, quæ scit aliquid sicut in facto accidit: alia inquantum est persona publica, quæ scit aliquid sicut in iudicio probatur. Istam opinionem quidam sequuntur simpliciter quantum ad omnes causas tam criminales, quam ciuiles.¶ Et hæc opinio est Pet.Rayn.in Sum.Io.3.q.7.iudicet, ubi multa allegantur.& Arch.ibidem, & Barto.ac Hostien.de offi.ord.cap.1.& Inno.de censi.venerabilis dicẽtis, quod episcopus in ordine iudiciari debet secũdum allegata potius, quam secundum veritatem iudicare. allegans prędicta iura: addens, quia personæ publicæ nõ est iudicare de probatis.6.quæstio.1. si omnia & glo.

glo.in c.pastoralis.de offi.deleg.§. quia vero. & in c.1.de off.ord.& gl & Bart. in l. illicitas. §.veritas,ff.de off.psid. & Dom.Car.vt refert Pan.in d.c.pastoralis.& etiam Ioan.Andr.qui sentit hoc non esse illicitum, nisi ratione,con scientiæ,contra quam nullus vnquam iudicare,vel aliquid facere potest sine peccato,etiã si de se sit licitum,vt supra dictũ est Conscientia.Vnde in addi.ad Spe.in tit. de alleg. & dist. dic,quod potest quis triplicem sententiam habere.s.vt Deus,sicut sacerdos per cõfessionẽ, vt iudex,quia.s.constat ei per acta publica,& vt priuatus. Igitur si iudex habeat cõscientiã contra acta publica,secundum illam procedere non debet, quia illam scientiam nõ habet, vt iudex,sed vt priuatus:& ipse habet iudicare,vt iudex,sed debet laborare ad inquirẽdã, & habendam veritatem:& si nõ potest,instet, vt alleuietur ab onere iudicandi,& si non potest, informet conscientiam secundum illam distinctionem,vt scilicet non curet de sciẽtia, quam habet,vt priuatus,& si non potest, non pronunciet,sed supersedeat, & ferat patiẽter si superior eum de hoc puniat, quod non vult iudicare,ad quod cap.literas.& capit. in quisitioni de sententia excommunicationis, non tamen debet propter conscientiam pronunciare contra acta publica, nec abstinere ab officio iudicandi:alioquin tenendo contrarium:ius totum positiuum cõfunderetur.hæc ex illo,qui intendit, quod conscientia ad hoc non liget,cum sit erronea,nisi eo casu quo deponi non potest,quia tũc dixit supersedendũ. Et secundum opinionem istorum loquutus est Sanct Thom.secunda secundæ quæstio.67. artic.2.dicens, quod iudex in iudicando magis debet sequi legitima documẽta,per instrumenta,& testes,& huiusmodi, quam id quod ipse nouit tanquam priuata persona, tamen ex priuata cognitione iuuari potest, vt distri ctius discutiat probationes inductas,vt possit earum defectum inuestigare,quas si non potest de iure repellere, debet eas in iudicando sequi.Et qu.64.art.5. ad tertium.dicit,quod si iudex non potest inuenire occasionem liberandi conuictum, ut occidatur, quem ipse scit innocentem, debet eum remittere ad superiorem.Si autem hoc non potest, non peccat secundum allegata ferens sententiã: quia ipse non occidit eum,sed illi qui afferunt eum nocentem: hæc ille, quem communiter sequuntur prædicatores,& secundum Arch.ista opinio communis tenetur. Et si objciatur, quod Pilatus non peccasset occidendo Christum negatur,quia non habuit testimonia cõuenientia secundum Euãgelistas, & examinatis accusationibus Iudeorum ipsemet dixit,ꝙ nihil dignum morte inuenit in eo,& poterat remittere ad superiorem.Ex quib.patet:quod ista opinio intelligitur concurrentibus duobus,de quibus dictum est,& tenet ẽt in causis criminalibus.¶Alia vero est opinio, ꝙ nullo modo debet iudicare cõtra veritatem, sed debet omni modo, & via eum liberare de iure si potest.& si non põt eum absoluat,aut cesset a iudicando.Quam quidem opinionem qui se quuntur,vnam distinctionem mente gerunt,s. quod probata dicuntur aliqua dupliciter,scilicet vere & false, & primo modo iudicandum est secundum probata:non secundo. Et hæc opinio vr̃ originaliter esse Hug.quam quidam sequuntur simpliciter,non solum in criminalibus,sed ẽt in ciuilibus.& hæc opinio est op. Sum.Ang. dicentis in omnibus esse mortale iudicare contra veritatem.Sed ista opi.stare nõ potest quantum ad causas pecuniaria, quia est contra glo.in d.cap.*pastoralis* & Inno.ibi, omnes pene Docto. qui licet loquantur de executione iniustæ sententiæ ad dirimendum lites,tamen idem est de eius prolatione eadẽ ratione:est etiam specialiter contra Doct. or. sui,puta Sum.Ros. & Supp. vt patebit statim & contra Richar.in quolib.3.qu.25.¶Ex his duabus conflatur tertia media aliquorum sententium partim cum prima, partim cum secunda. Nam Angel. & Imo. in l.a Diuo Pio. ff. de re iudic. tenere videntur cum prima in ciuilibus, & cum secundam in criminalibus, quod Sum. Ros. sequitur. & Supp.limitans in criminalibus, vbi venit imponenda pęna corporalis: & idem gl. Rayn. dicens,quod debet potius iudex omnia mala tolerare.quam condemnare talem ad mortem,aut mutilationẽ, etiam ad præceptum superioris,vel exponere condemnandum,ꝙ Sum.Ros.videtur intelligere de malis personalibus, dicens,quod potius debet magis pati puniri pœna pecuniariam,quam in mortem hominis cõsentire salutem secũdum Canonistas,sed si veniret iudex puniẽdus personaliter,potius debet condemnare,& condemnationem exequi, quam hoc pati,quia prima charitas incipit a seipso.¶Sed ista probatio non est bona; quia licet prius debeam personam meam defendere, quam proximi, & sic illum occidere ne ipse me occidat,non tamen licet mihi occidere aliquem ne occidar a tertio, quia non licet priuato occidere,nisi se defendẽdo, vt patet ex dictis

supra

ſup.Homicidium 1. Vnde potius debeo mori quam occidere, niſi defendendo me ab inuaſore. Hoſt.in d.ca.paſtoralis diſtinguit: quia ſi iudex habet conſcientiam indubitatam, qua ſibi clarè conſtet de contrario eius, qđ probatum eſt: nec contra eam pronunciare dēt, nec eam deponere, ſed inſtare vt exoneret, quod ſi non poſſet, appellet ad ſuperiorem, ſi verò non hñt indubitatam, deponat eam ſi poteſt & ſi non poteſt, non dēt contra eam iudicare ēt ſi ſit erronea. p c.per tuas.de ſim. & c.literas de reſtit.ſpol. hæc ex illo, vt recitat Pan. ſed inſufficienter, quia ſi nihil agere poſſit apud ſuperiorem, non docet quid agēdum. Vnde Io.An.qui in eo.c.paſtoralis, ſimpliciter cum illo trāſire videbatur, remiſi ſe ad ea, quæ dixit ad Spe. quæ ſup. recitata ſūt. Cal.ēt, vt recitat Pan.in d.c.paſtoralis, diſtinguit, quia conſciam contra acta per argumēta leuia debet deponere, & ſecūdum acta iudicare. ad quod d.c.inquiſitioni, ꝙ ſi non poteſt, nullo modo iudicet contra eam d. c.per tuas. conſciam verò indubitatam nullo modo debet deponere, ſed ſubdiſtinguendū eſt, Nam ſi illa cōſcientia eſt contra reū: vt quia Titium accuſatū de homicidio, ſcit illud admiſiſſe, ſed teſtes nō probant, tūc non dēt eū pronunciare innocentem contra conſciam, nec condemnare ſecundum cōſciam, ſed eū abſolute ſecundum acta quia non habet iudicare ſecundum conſciam, quam habet vt priuatus, & ſic non facit contra conſciam. Si vero illa conſcia eſt pro reo, puta, quia teſtes probant de homicidio, & ipſe ſcit, ꝙ illud nō admiſit, tunc nō debet eum cōdemnare, nec cauſam delegare, nec remittere ad ſuperiorem, ſi vehementer ſuſpicatur, ꝙ ex remiſſione dānaretur, ſed debet ſuperſedere, niſi credat ꝙ ſucceſſor eum damnabit, quo caſu dēt eum abſoluere ſecūdum conſciam ſuam, q̄a vt iudex informari non poteſt, quia ex quo hēt certam ſcientiam, vt homo, contrariam non poteſt recipere, vt iudex hæc ille q. d. ꝙ ſcientiæ contrariæ in eodem ſubiecto cōcurrere non poſſunt. Sed contra, quia licet bene dicat in primo, & ſecundo membro, in tertio tamen deficit in duobus. Primo in ſuo fundamento principali, quam ſcientiæ contrariæ ſimul non poſſunt eſſe in eodem, ꝙ eſt verū in ſcientijs proprie dictis, ſecus ſi vna ſit ſcia proprie, aliæ præſumptiue, vt ea quæ eſt iuris, vt quiſque in ſe experitur. Secundò, quia vt obijcit Pan. ſi iudex contra acta poſſet abſoluere reum, i. accuſatum, licet innocētem, hoc eſſet confundere totum ius poſitiuum, & dare iudici materiam calumniandi. Nō.n. debet credi iudici dicent ſe habere ſcientiam alicuius facti in alterius præiudicium, vt 6.q. 2.ſi tantum. & c.placuit, c.quoniam cōtra. de prob. Pan. autem in d.ca.paſtoralis approbat diſtinctionem Cal. in hoc tantum ab eo diſſentiens, ꝙ dicit iudicem nō debere abſolue re reum contra acta. Sed contra, quia ſi non debet abſoluere, ergo ſi neceſſitatur ad iudicandum cogetur illum condemnare contra conſcientiam. Nec valet dicere, ꝙ in tali caſu nunquā cogi poteſt iudicare ab aliquo homine, cum ſit cōtra illud præceptum Dei ſuperioris, Innocentem & iuſtum nō occides. Exo.23. quia hoc eſſe contra præceptū Dei, non eſt certum, ſed probabile eſt ꝙ non, cū hoc dicant plures, & peritiores, ac ſolemniores Doctores ex diffinitione ꝓbabili. 1.Ethi. vel ſaltem eſt dubium, In dubijs aūt quiſque tenetur obedire ſuperiori, ſecundum oēs, vt inf. Obediētia. Et patet rōne, quia ſi quis ſit dubius de præcepto Dei, & certus de præcepto ſuperioris, ꝙ ēt eſt Dei, eligere debet certum, alioquin ēt in ciuilibus nō hoc eſſet licitum quia ſicut eſt contra præceptum Dei, ꝙ nullus occidatur, ita etiam & ꝙ nullus furet, vel auferat contra iuſtitiam bona alterius. Et ideo ſimpliciter tenēda eſt prima opinio, cōcurrentibus illis duob. licet hoc ſit pene impoſſibile. Quod patet primò authoritate d.l. illicitas. §.veritas.ff.de off.præſi. vbi dr̃, quòd veritas rerum errorib. geſtorum non vitiat, & ideo præſes prouinciæ id ſequatur, ꝙ conuenit eum ſequi ex fide eorum, q̄ probantur. Nec valet gloſſare, vt gloſſat Cal. & Pa. ꝙ intelligitur de probationibus veris, quia oppoſitum intellexit ibi glo.ord. & Bar. communiter Legiſtę. ſimiliter glo.in l.eadem.ff.de fer. & bene, quia aliter intelligendo, ſemꝑ iudex pecunia corruptus poſſet calumniari, & reū abſoluere, dicendo ſe habere notitiam facti, ſecundum authoritatem Doc. prædictorum, maxime S.Thom. cuius doctrina nihil continet notabile cōtra mores, aut fidem, cum ſit per eccleſiam probata, maximè, quia in prędictis cautiſſime inceſſit, ſemper oratione ꝑmiſſa: adeo vt in huiuſmodi dubijs, vbi opus erat, certificaretur per reuelationem: ſicut patet, ꝙ Petrus, & Paulus expoſuerūt illi textum dubiū Iſaiæ, & Chriſtus quæſtionem de ſacro, qui & tandem eius doctrinā, maximè quantū ſpectabat ad Chriſtum, i. quantum ad fidem & mores, probauit dicens. Bene ſcripſiſti

psisti de me Thoma. Tertiò patet ex ratione, quia in dubijs obediendum est, vt dictum est: Vnde qui iuxta hæc potest conscientiam suã formare, iudicet secundum probata, qui verò non potest eam formare, non iudicet, qa licet peccet, siue iudicet contra conscientiã, siue non iudicet contra superioris obedientiam, tamen primum est grauius, cum sit contra pręceptum Dei immediate, secundum vero contra præceptum hominis.

6 Sexto † quæritur, vtrum peccet minister executor iniustæ sñiæ? Et dicit Gul. simpliciter, & indistincte, ꝙ sic. Sed ista responsio venit ex falsa opinione superiore, §. damnata, ꝙ non sit contra scientiam priuatam, secundum publicas attestationes iudicandum, & ideo dico secundum S.Th.2.2.q.64.& Ale.de de Ales in 3.par.& Rich.in quol.3.q.25.quòd peccat si sñia cõtinet intolerabilem errorẽ, aut manifestam iniustitiam, nec debet obedire aliter excusarentur carnifices martyrum occisores. Si verò non continet manifestam iniustitiam, non peccat, quia superioris sententiam discutere non debet, nec ipse occidit, sed iudex. Quod quidẽ dictum Sum. Angel. limitat, qñ non est certus de innocentia cõdẽnati, quia ĩ dubio excusatur, sed si sit certus, peccat mortaliter. Sed ista limitatio procedit ex alio falso. s. ꝙ peccet ẽt iudex eo casu iudicans secundum probata, de quo in superiori §. Ray. autẽ dicit, ꝙ exequi debet, si dubitat de innocentia, quia excusatur propter obedientiæ bonum. 2.q.3. quid ergo. & 23.q.1. quid culpatur, non autem si eam pro certo nouit. Sed ista debent intelligi de innocẽtia in ordine ad iudicẽ, vt. s. exequi debeat si dubitat eum innocentem, i. iniuste damnatum: autem si de hoc sit certus, quia si, secundum eum, iuste iudex damnat innocentem conuictum, qñ tenetur obedire superiori, nec potest aliter eum iuuare, eadem ratione, & minister tenetur exequi, quando tenetur obedire iudici, nec potest absolutionẽ ab exequutione obtinere.

7 Septimo † quęritur, vtrum iudex teneatur iudicare secundum statuta, vel cõsuetudines loci inter eos, quorum vnus est sibi subditus, & non alter? Et dicit Pan. in ca. clericis. de fo. comp. ꝙ aut statutum concernit solemnitatem actus exhibendi tempore contractus, & tunc siue sit statutum laici, siue clerici, nõ valebit actus, ni solennitas illa fuerit obseruata, quia subditus contrahere nõ potuit etiam cũ nõ subdito spreta lege sui superioris, imò peccauit. de maio. & obed. c.2. & c. requisisti. de testam. & nulla fuit contracta obligatio. l. sibi resistente, & inhabilitante consensũ suũ. l. cum lex. ff. de fideiuss. & quod not. in cap. si diligenti. de foro competen. & in c. cum contingat. de iureiur. & sic non tenuit contractus, cum debeat esse de vtriusque obligatorius. l. Labeo. ff. de ver. si. sicut videmus, quod donatio facta etiam non subdito vltra quingentos aureos sine insinuatione non valet. l. sancimus, C. de do. Et ideo iudicabit secundũ hoc statutum in vtroque foro inter clericũ, & laicum, & facit, quod determinat Fed. consilio 77. quod cessio actionis cõtra plebeium facta nobili ab ecclesia non valet, ex quo statuto prohibetur ne nobilis eam possit recipere. Rõ, quia statutum disponit in casu licito, & inter subditos, & non in fraudẽ libertatis ecclesiasticæ. Ex quo patet, ꝙ laicus tenẽt in testando seruare oẽs solẽnitates suæ legis: alias non valebit, quantumcũq; instituat clericum, nisi hoc fecerit pro anima sua: quia *in talibus sufficit seruare dispositionẽ iuris gentium*. c. relatum. vel 1. *de test*. & *in* l. 1. C. *de sac. eccl*. Aut statutum *concernit* rem: exẽplum, statuto cauetur ne res dotalis sine certa solemnitate possit alienari: & non valeat alienatio ipsa non seruata, ẽt facta clerico: ꝑ qđ non dico, ꝙ statutum laicorum liget clericum, sed tm̃ subditum, & impedit obligationem oriri. l. nõ dubium. C. de legibus, ideoq; si clericus vult illum obligare, faciat illũ seruare seruanda. Aut statutum concernit personam: puta, ꝙ debeat aliquid facere post contractum perfectum, vt apprehendere possessionem intra certum tẽpus, aut probare per tot testes, & hmõi, & tunc clericus non arctatur respectu statuti laici, ẽt litigãs in foro seculari: nec laicus respectu statuti ep̃alis ipsius clerici, nec forensis, quod limita verũ qñ aliquid est explicandũ per partes extra iudicium: quia debet iudex ecclesiasticus ẽt litigantes secundum suam legem iudicare. & facit quod no. in l. 2. C. de consti. pec. Secus vbi aliquid est explicandũ in iudicio, quia nõ potest iudex ecclesiasticus arctari statuto laicorum. vnde si eorum statuto cauetur, quod nõ possit probari mutuũ per testes, si laicus litigat contra clericũ in foro ecclesiastico, non astringit laicus illi statuto. & facit quod not. in c. 2. de arb. li. 6. & no. per Bart. in l. cunctos populos, C. de Sum. Trin. vbi dicit, quod ẽt si tale statutum concernens personam indirectè tangit bona, ꝙ non ligantur. Exemplum

Statuto

Statuto cauetur, quod primogenitus succedat. Certe forensis non ligatur, etiam si habeat ibi bona. Secus si principaliter concerneret bona, vt si diceret, quod bona deferantur ad primogenitum. Facit l. 1. ff. de tut. & cu. da. vbi licet præses prouinciæ possit dare tutorem, non tamen eum, qui non est eiusdem prouinciæ, vel habet ibi domicilium. Et sic fuit disputatum per Dominum Lau. in quęstione facti. Statuto cauetur Mutinæ, ꝙ si res ab aliquo possessa euincatur, non teneatur possessor eam restituere, nisi dato sibi pretio quo emit. Bononiensis ligat Mutinæ contra Mutinensem, & sententiam obtinet. Nunquid dabit sibi pretium? Certe non, quia illud statutum non porrigit vires ad forenses, licet ibi litigent. Facit ad hoc, quod not. Petr. de Anch. in capitu. canonum. de constitu. Ex quo infert Pan. vbi sup. ꝙ quamuis statuto caueatur, ꝙ vsurarius nō teneatur restituere pignus etiam si probet quis se esse dñm, nisi restituto pretio, pro quo est impignoratum: ꝙ non extendetur ad rem clerici, vel forensis, impignoratam domino inscio, quia si res est clerici, nō subijcitur iurisdõni laicorũ: de vi. & honesta. cle. c. fi. in cle. Si verò sit laici extranei, & ibi est delata furtiuè, non põt dici de iurisdictione statuentis: sicut dicimus de re mobili, quæ non est permãsura in loco, vt not. in c. fi. de foro compe. & facit lex, hæres absens, §. nunquid, ff. de iud. Aut statutum dat modum decidendi causam, & tunc si præfigit legem iudici, iudex tenetur, sub eo potest allegari. Exemplum statuto cauetur, vt iudex sequatur libros mercatorum: & tunc in foro seculari facit fidem in præiudicium subditorum, non autem clericorum, vel extraneorum. Si tamen vult recipere librum pro se vigore statutorum, tenetur recipere contra se, argu. c. cũ olim, de censi. cũ ibi no. Si vero non præfigit legem iudici sed loquitur generaliter, adhibeatur fides libris mercatorum, tunc vbiq; potest allegari contra subditum statuẽtis: nisi in casu quando non vult suscipere contra se. Secundum autem quam consuetudinem sit iudicandum, vide su. Consuetudo. §. x. & xx.

8 Octavo † quæritur, quid iura velint circa sententias iudicum interpretandas? Et dico multa infra tractanda in titulo. Sententia de sententia ipsa in se: in ordine autem ad iudicem nunc dico sic. Si lata sententia dubium circa eam nouiter oriatur, vtrum possit eam iudex interpretari. gloss. in capit. 1. de postu. prælа. arguit. quod sic, sed Pan. in d. c. 1. & in c. ex parte, el 3. de ver. sig. post Bar. & gl. in l. ab executore, ff. de appel. dicit, ꝙ non põt, si est delegatus, per cap. in literis. de offic. delegat. similiter non potest, si est ordinarius, & inferior, vt ĩ dicta lege, ab executore. vbi tex. no. maiores autẽ iudices possunt, vt videtur text. in eadem l. sed ita debet interpretari, vt non corrigat, vel mutet, sed tantum declaret. Arbiter autem videtur hoc non posse: per text. in capitu. cum olim. de arbit. & ibi Pan. Et prædicta faciunt ad quæstionem, an statutarij deputati a populo, sua possunt interpretari statuta, si dubitatio suboriatur. & Ioan. Andr. in d. c. ex parte, & Bart. & communiter Legistæ in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. communiter concludunt, ꝙ non, ex quo functi sunt officio suo, secundum Panor. in d. cap. ex parte. Nec obstat si dicatur eius eẽ interpretari, cuius & condere, quia isti non videntur statuta in veritate condidisse, sed populus, quia is dicitur facere, cuius authoritate fit, de præsc. si diligenti, & ideo ad populum, seu ad generale Concilium recurrendum est. Quod intellige quando interpretatio est valde dubia, quia si eẽt clara, & iuri consona, iudex corã quo vertitur quæstio, posset interpretari statutũ, sicut dicimus in l. cõi, & principũ priuilegijs, vt no. Inno. in c. cũ speciali, de app. & faci l. vnica, C. de profess. qui in vr. Constan. lib. 12. vbi datur inferioribus & Doctoribus potestas interpretandi. Adde tñ quod no. Lu. de Ro. in suis singularibus per l. Palu. la 1. de re iud. ꝙ iudex potest eadem die post sententiam latam supplere accessoria, & idem in arbitrio per glos. sing. in l. quia arbiter & si errauerit. ff. de arbi.

DE IVDICIO.

1. *Iudicium quod modis dicatur.*
2. *Iudicium, & arbitrium qualiter differant.*
3. *Iudicium quotuplex sit.*
4. *Iudicium extraordinarium multiplex.*
5. *Iudicium tribus modis redditur illicitum.*
6. *Iudicium quot modis redditur nullum.*
7. *Iudicium vbi incipit, & quot modis finitur.*

Ivdicivm secundum S. Th. 2. 2. q. 60. secundum propriã impositionẽ significat rectam determinationem iustorum, & est actus iudicis inquantum est iudex, id est, ius dicens, sed post ampliatum est nomen eius ad significandum omnem rectam determinationem speculatiuam, aut practicam.

1 Et † ideo sumitur iudicium primo pro sententia iudicis, ff. de re iud. l. 1. & secundo pro

pro casu fortuito, qui.s.venit ex iudicio Dei, vt patet ex consuetudine loquentium, tertio pro actione, qua ad iudicium tenditur, vt iudicium famil.ercis.ff. de iud.l.in familiæ.quarto pro pœna, quæ ex sententia infligitur, di. 50.expurgabat quinto pro vsu rationis, quo iudicatur: sicut dicimus in pueris non esse iudicium.& facit Instit. quibus non est permiss. facere testamentum. §.præterea.sexto pro instantia, vel ordinatione causæ discutiendæ in iure coram iudice, quo sumitur in l. properandum,§.1.C.de iud.& ff.eod.l. proponebatur. Et isto modo hic de iudicio intendimus principaliter, & est actus legitimus duarum personarum.s.actoris, & rei super eadem quæstione, sub eodem iudice contractus, de verb.sig. forus in gl. Et sic adiuncto iudice tres personæ concurrunt. Vnde & ab aliquibus dicitur actus trium personarum, s.verè vel fictè, quia aliquando fama locum tenet actoris, vel secundum Card. & redit in idem, est inuestigatio, quam secundum ordinem iuris facit iudex per varios modos ad veritatem eliciendam & custodiendam, 30.q.5.iudicantem.

2 PRIMO † vero quæritur, quo iudicium se habeat an arbitrium? Et dico secundum Gof. quod arbitriū & iudicium eodem modo possunt diffiniri, excepto quod iudicium est de causa ciuili, & criminali: arbitrium vero de ciuili tantū. & iudicium necessario, arbitrium vero voluntarie subimus. ¶ Pro quo sciendum est, quod secundum Azo. arbitrium est actus certarum personarum exequentium compromissum: limita super ciuili quæstione. Vnde secundum alios est actus trium personarum, super ciuili quæstione, quasi in iudicio contendentium.

3 SECVNDO † quæritur, quotuplex est iudicium? Et dico quod duplex principaliter, scilicet ordinarium, id est, quod fit coram ordinario ordinariè: & extraordinarium quod sic dicitur.

4 PRIMO † si fit coram delegato: vt no. Bern. Innocen.& Host.in cap. quoniam contra. de prob.& ibi glo. Et secundo, quando non proceditur in figura iudicij, sed ex iudicis officio per modum inquisitionis, uel denuntiationis: de accus. super his, & cap. qualiter, el 2. Et tertio in causis electionis, & postulationis aut prouisionis, super dignitatibus, personatibus, officijs, canonicatibus, præbendis, seu quibuscunque alijs beneficijs, ecclesiasticis, aut super decimis, matrimonijs, & vsuris in quibus procedendum est simpliciter & de plano, de quibus no. in ca. olim de accus. per Inno.& Host.& in ca. statuta. de hære. lib.6.& Io. Mo. & Ioan. Andr. pro quo etiam videtur text. iuncta gloss. in cap. quoniam contra, de proba. ¶ Et quarto dici potest extraordinarium quando iudex ecclesiasticus cognoscit de temporalibus rebus laicorum ratione peccati annexi: de iud. nouit. Quædam etiā iudicia dicuntur capitalia, quibus scilicet caput eximitur a ciuitate, morte, vel exilio. Inst. de publ.iud.§. publicorum. Quædam publica, quæ sunt de publicis causis, quasi populica, quia cuilibet de populo commissa est executio, vt in crimine læsę maiestatis, ī quo omnes de populo possunt accusare, quandoque etiam publica dicuntur a crimine, de quibus Instit. vbi supra, in princ. Quædam vero dicuntur priuata, quæ ciuiliter pertractantur. Et dicitur iudicium ciuile, quando finis tendit ad commodum partis: criminale vero quando ad commodum reipublicæ, siue pœna sit corporalis, siue pecuniaria. gloss. not. in l. prætor ff. de sepul.viol. & fuit opinio Inno. *in ca.* qualiter & quando el 2. *de accus. vide etiam* supra Causa §.5.

5 TERTIO † quæritur, quot modis iudicium redditur illicitum? Et dico quod tribus: primo quando deest iudici authoritas super reo, vel causa, & dicitur iudicium vsurpatum, quod prohibetur, de pœni. dist. 6. § fi. 6. qu. 2. scriptum, & hoc est mortale iure naturali. Secundo, quando iudex habens authoritatem iniuste procedit amore, odio vel alia passione: & dicitur iudicium iniustum, quod prohibetur 11. quæstion. 3. quicunque. & est similiter mortale. Tertium, quando iudex habens authoritatem, & secundum iura procedens vel quicunque alius extra iudicium, ex leuib. signis aliquem condemnat, siue ex suspicionibus, & dicitur iudicium temerarium, quod prohibetur 2.q. prima. primo semper. Vbi gl. distinguit triplicem suspicionem, scilicet violētam, vt si reperitur suspectus, cum suspecta, nudus cum nuda in eodem lecto, & hęc inducit condemnationem, tanquam sufficienter probatum sit 32. quæst. 1. dicit dominus, & probabilem, vt cum oritur infamia de aliquo etiam apud graues personas, & hæc licet non facit probationem inducit tamen purgationem, quam potest prælatus exigere, 2. quæst. 4. præsbyter. & temerariam, vt cum oritur ex leuibus iudicij, puta ex loquutione leuium personarum. Et hæc habet multos gradus secundum San. Th. 2. 2. qu. 60. Primus cum quiş ex leuibus & insufficiētibus signis dubitat de boni-

bonitate, vel malitia alicuius, & hoc est leue, & veniale peccatum. Secūdus cum pro certo malitia creditur: & hoc in re notabili est mortale, quia proximus contemnitur, s. iniustè, & notabiliter. Tertius cum proceditur exterius ad sententiandum secundum talia signa, & hoc similiter est mortale.

6 QVARTO † quæritur, quot modis iudiciū redditur nullum? Et dico, quòd multis. Primo ratione iudicis incompetentis, puta quia non habet potestatem super eum quem iudicat, vt de iud. c. at si clerici, cum suis concor. Secundò, ratione personæ agentis, puta quia est minor. & agit sine authoritate curatorum. C. de iud. l. properandum, & C. qui legi. perso. in iudi. habeāt. l. 1. similiter quia est seruus, vel monachus, aut ex communicatus, & huiusmodi, quia similes agere non possunt, nisi in casibus expressis a iure. Tertiò ex defectu rei, puta, quia sub tali iudice tractari non potest, sicut ius patronatus sub laico, de iud. quanto, vel res ecclesiastica. de iud. decernimus.

7 QVINTO † q̄ritur, vbi incipit, & quot modis iudicium finitur? Et dico, quòd incipit in litis contestatione, & hoc respectu causæ. C. eod. l. 1. non autem respectu aliorum actuum iudicialium, vt sunt examinatio partium, & confessio, &c. finitur verò secundum Goffre. quatuor modis. Primò tempore, vt causæ criminales biēnio. C. vt intra cer. temp. cau. cri. ter. p̄ totū, cætera verò triennio. C. de iud. l. properandum. Secundò, sententia, quia iudicium finem accipit ex re iudicata, vt in c. iudicium. de re iud. Tertiò, prohibitione, & quarto, status mutatione, quia iudicium soluitur vetāte eo qui iudicare iussit, vel qui maius imperium in eadem iurisdictione habet, vel si ipse iudex eiusdem imperij esse cœperit, cuius est ipse, qui iussit. ff. eo. l. iudicium.

DE iuratione, & iuramēto primo in se, quid, & quotuplex sit.

1 *Iuramentum quid.*
2 *Iurandi varij modi.*
3 *Iuramentum quotuplex sit.*
4 *Iuramentum an sit, dicere, in veritate ita est.*
5 *Iuramentum, an fiat per creaturas non sacras.*
6 *Iurandi formula in & per.*
7 *Iuramentum an dicatur omnis fidei præstatio.*

IVRARE, secundū S. Th. 2. 2. qu. 89. est Deum testem inuocare, vnde est actus latriæ, dicēte Hier. super Matt. quod qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum, per quem iurat. Iuramentum secundum Gofr. & Host. & Archid. vt refert, ac seqtur Sum. Ang. est assertio, & negatio de aliquo licito possibili, & honesto sacræ rei attestatione firmata. Sed hoc non bene dicitur, quia secundum hoc nullus posset male iurare, secundum Ray. verò, vt refert. & sequtur Suppl. iuramentum est affirmatio de aliquo, sacrę rei attestatione firmata. Sed neque hoc sufficienter dicitur, quia non solum asserens, sed etiam negans aliquādo iurat. Et ideo secundum Arch. & est mens S. Tho.

1 IVRAMENTVM † est affirmatio, vel negatio de aliquo facto vel fiendo, sacrę rei attestatione firmata. ¶ Pro quo nota primo, q̄d hic affirmatio, & negatio sumitur nō solum formaliter, idest oratio p̄lata, sed etiam virtualiter, sicut cum aliquo dicente alicui, iura ita esse, & ille tangit librum nihil dicens, ille tactus habetur pro iuramēto, & loquutione iuratoria. ¶ Nota secundo, quod ista sacra, res per quam iuratur, est Deus, aut aliquid Dei inquantum est Dei, cum iurare sit Deum testem inuocare, vnde per creaturas iuramus, non secundum se sumptas, sed inquantum manifestatur in eis veritas diuina. Vnde cum iuramus per fidem, per euangelia, vel Sanctos, intelligitur iuramentum esse per Deum, cuius veritas continetur in fide, & euangelio, & p̄ Sanctos est prædicata.

2 PRIMO † verò quæritur, quot modis iuratur? Et dico, quòd duobus in genere. Primò simplici verbo, vt dicendo, per Deum ita est, nec est necesse, secundum Pan. in c. & si Christus, de iureiur. quod dicatur, iuro. Secūdo interueniente aliqua sacra re, vt cum iuratur in manu episcopi, aut super euangelijs, aut cruce, vel huiusmodi. Primum fit multis modis de quibus certa regula dari non potest, sicut in lege veteri iurabant dicendo, viuit dominus, viuit anima mea, hoc addat mihi dominus, & huiusmodi. 1. Reg. 22. & in primitiua ecclesia dicendo, testis est mihi Deus, Deum testem inuoco, veritatem dico in Christo, nō mentior testis est mihi conscientia. 22. qu. 1. si peccatum, & sic Deus me adiuuet. 35. quæst. 6. de parentela. Similiter & secundum, vt per Euangelium Christi, per corpus, per crucem Christi, per Sacramentum, vel ordinem sacrum, aut sanctos, vt no. in capit. si aliqua. 22. quæst. 1. Vnde Ioan. Andr. dicit in clem. quod iuramentum ex iuris ordine factum multipliciter fit. Quædam enim iura dicunt simpliciter debere iurari, quædam corporaliter, quædam super sancta Dei euangelia, quædam addunt ipsorum tacturam, 1. quæst. 7. quoties. Apud Italicos interpretatur consuetudo, quod suffi-

sufficit quemlibet librum, vel quamlibet scripturam tangere, quod satis puto procedere vbi etiam de iuramento corporali exprimit, non sic autē vbi de tactu euangeliorū, vt in cle. multorum. de hære. super verbo, Tactu.

3 Secundo † quæritur, quotuplex est iuramentū? Et dico, quòd est duplex. s. iudiciale, i. delatum in iudicio etiam coactè, & extraiudiciale, idest non in iudicio, sed extra ex partium voluntate, & cōuentione exhibitum & susceptum, vnde conuentionale dicitur. Et iudiciale quidem aliquando dicitur iuramentū de calumnia quo. s. quis iurat se bona fide, nō animo calumniandi causam mouisse, vel respondere, seu aliquid proponere, vt C. de iur. cal. l. 2. §. 1. ff. fam. erc. l. inter cohæredes, §. q. familiæ ercis. Et debet hoc iuramentum esse non tantum de præterito, sed etiam de futuro, vt ibi. Est autē de calumnia falsa petitio, vel iniusta repulsio facta scienter. arg. eorum quæ no. ff. ad Turpil. l. 1. §. calumniari. 2. qu. 3. §. notandum. Aliquando verò solum dicitur iudiciale, & est in litē, ex eo scilicet, q̄ p̄p litē siue propter rem in lite, idest in iudicio petitam præstatur. Vnde aliquando datur a iudice, quando deficientibus probationibus habens vnum testem, vel famam pro aliquo, cōpellit eum iurare, super quo est fama. Et dicitur necessarium, quia pars cui defertur, sine causa illud recusare non potest, vt in c. fin. de iureiu. in prin. & in l. generaliter. C. de nō nu. pec. Dicitur etiam decisorium, quia præstatur ad litis decisionem. Aliqñ tamē iurm̄ iudiciale datur a parte parti, & tunc recusari potest vt in d. c. fi. Extraiudiciale quoq; s̄m Rayn. & S. Th. in 3. dist. 39. & 2. 2. q. 79. est duplex, s. assertorium, quo iuratur de præterito, vel præsenti sic esse, vel non esse, vt in c. si verò. de iureiur. & promissorium, seu obligatorium de futuro, vt cum q̄s iurat aliquid se daturum, vel facturum, aut non daturum, vel non facturum, vt in c. cum contingat, de iureiu. Addit Sum. Ang. tertium, s. cōfirmatorium, sicut cum filia renunciabit bonis paternis, & iurm̄ tali renūciationi interponit, vt in c. 1. de pac. lib. 6. & in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. sed istud iuramentum est promissorium, vt paret. Est autem & iurm̄ execratoriū vt cum quis inuocat Deum non solum vt testem, sed etiam vt iudicem punitorē, sicut dicendo, si non sic est, non sit salus animæ meæ. Sed istud non ponit in numerum cum prædictis, sed ista execratio semp̄ est cum iuramento assertorio, vel promissorio, licet non econuerso, quia illa interdū sine execratione fiūt.

4 Tertio † quæritur specialiter, vtrum sit iuramētum dicere, in veritate ita est? Et dicit Pan. in d. c. & si Christus, quod sic, quia interponitur Deus, qui est veritas, ad confirmationem actus, de celebr. mis. in quadam, quod limita, quando iurans intendit iurare seu inuocare veritatem primam, & non aliter: alioq̄n Christus, qui hortatus est non iurandum, sine causa, & necessitate, aliquando sine necessitate iurasset, quia dixit. In veritate dico vobis, quod multæ viduæ, &c.

5 Quarto † quæritur, vtrū sit iurm̄ iurare per creaturas non sacras, puta cęlum, ignem, & huiusmodi? Et dico, quòd sic, si apponatur Deus oblique, vt per istum ignem, Dei vel huiusmodi, quia Deus inuocatur conditor eius. Et hoc idem innuit S. Tho. 2. 2. vbi supra, & alij Doct. qui dicunt, dominum prohibuisse iuramentum per cęlū, & terram, & alias creaturas, non simpliciter, sed ita, quòd eis diuina reuerentia exhibeatur, sicut iudæi p̄ angelos & creaturas iurabant, vt dicit *Hieron.* Et hoc expressè tenet S. Tho. in *3. dist. 39.* & S. Bon. in 3. dist. *39.* dicens, quod licet iurare per creaturam relatam ad creatorem, hoc est, prout relucet in ea vestigium diuinæ veritatis. Immo etiam si non apponatur Deus explicitā, & tamen illa creatura sit aliquid, in quo peculiariter fiat nobis memoria Dei, quando illud nominatur, videtur quòd per illum fiat iuramētum, vt per animam, & per conscientiā, sicut etiam innuit S. Bon. imò etiam per cœlum, vt innuit S. Tho. in 3. vbi supra.

6 Quinto † quæritur, vtrū æquè iurari possit per in, sicut per ly per? Et dicit S. Bonau. vbi sup. quod duplex est modus iurandi, s. per ly per, & per ly in, sed ly per, magis dicit ipsā veritatē sub ratione testificantis, & principātis; sed ly in habitudinem importat diuinæ veritatis sub ratione testificantis, & exemplantis. Vnde secundū rem idem est iurare in Deū, & per Deum, & dicere, testis est mihi Deus. Et ideo dici potest, quod dicere in conscientia mea sic est, vel in anima mea, est iuramentum, & idem est in re, quod per conscientiam meam, & animam meam.

7 Sexto † quæritur, vtrum omnis fidei præstatio, i. promissio super propria fide sit iuramentum? Et dicit Pan. in c. querelam. de iureiur. quod sic, sed non econtrario omne iuramentum est fidei præstatio, quia dicitur quis præstare fidē quando promittit aliquid, dicēdo per fidem meam, vel sic Deus me adiuuet, & hu-

& huiusmodi, & sic fidei præstatio non inclu dit nisi iuramentum promissorium, & non assertorium. Sed male sumit fidei præstationem esse solum in promittendo, cum etiam quis possit asserere aliquid per fidem suam, & dicêdo, sic me Deus, adiuuet, ꝙ propriè est iuramentum execratorium. Sum. autem Ang. dicit, ꝙ fidei præstatio est promissio per fidem sine verbo, iuro. Sed iuramentum est cum dicitur: iuro per Deum, vel per aliud. Sed contra, quia non est necesse, quod in iuramento vtamur hoc verbo iuro, sed sufficit Deum explicitè, vel implicitè interponere, secundum Pan. in c. & si Christus, de iureiur. Et ideo alij dicunt ista differre, quia iuramentum fit sacrę rei interuentu, non autem fit Dei præstatio: vnde ipsa non est iuramētum, nisi sumeretur fides pro virtute theologica, sed est promissio facta super propria fide, i. fidelitate, vt & ipsũ nomen sonat. Vnde aliquando ista dñr, idem, quia inter ea quo ad peccatum mortale non est differentia. Vnde secũdum Arch. in c. 1. de sepul. lib. 6. & Inn. & communiter Doct. in d. c. & si Christus, sicut iuramentum est dicere, iuro tibi per fidem meam, vel Euangelium, sic etiam & dicere, promitto tibi per fidem, siue sub fide mea: aliquando verò ponuntur, vt diuersa, vt in c. peruenit de fide iu. & in c. querelam. ne præl. vi. su. & in c. 2. de spōs. quia. s. quo ad pœnam periurij, vt depositionis in clerico, non sunt idem, vt inf. Periurium. §. 2. Simplex verò promissio dicitur, quæ nec iuramēto, nec fidei præstatione firmatur. De forma autem iuramenti quod Imperator facit Papæ aut episccopus exemptus, aut rector ecclesiæ episcopo, vide Arch. 2. par. ti. 10. c. 4.

RVRSVS de iuramento II. an, & quantum licitum sit, vel illicitum.

1 *Iurare an sit licitum.*
2 *Iurare per creaturas an liceat.*
3 *Iuramentum quibus cempetat.*
4 *Iuramentum cui, quando, & propter quid, exhibeatur.*
5 *Iuramentum licitum quos comites habere debeat.*
6 *Iurare falsum an sit mortale peccatum.*
7 *Iurare quid iniustum an sit mortale peccatum.*
8 *Iurare indiscrete non est mortale peccatum.*
9 *Iurare alium inducens an mortaliter peccet.*
10 *Iurare per membra Dei, & Sanctorum an sit mortale peccatum.*

IVRAMENTVM secundo considerandum est an, & quando licitum sit, vel illicitum.

1 PRIMO † vero quæritur, vtrum, licitum, sit aliquando, aut etiam frequenter iurare? At ꝙ dicit S. Th. 2. 2. q. 89. art. 1. ꝙ iuramentum secũdum se est licitum, & honestum quod patet ex origine, quia introductum est ex fide, qua homines credunt Deum habere infallibilem veritatem, & vniuersalem omnium cognitionem & prouisionem, & ex fine, quia inducitur ad iustificandum homines, & ad finiendũ controuersias, vt dicitur ad Heb. 6. Nihil autem prohibet aliquid esse secundum se bonũ, quod tamen cedit in malum eius, qui non vtitur eo conuenienter: sicut est susceptio Eucharistiæ Iuramentum autem cedit in malum alicui, ex eo, quòd malè vtitur eo, i. sine necessitate, & cautela debita, quia videtur paruam reuerentiam habere ad Deum, qui eum ex leui causa testem inducit, quòd non præsumeret etiam de aliquo viro honesto. Imminet etiam periculum periurij, quia de facili homo delinquit in verbo, vt patet Iaco. 3. vnde iurationi non acquiescat os tuum. Eccl. 23. hæc ex illo qui ibidem art, 5. dicit, quòd iuramentum non est habendum inter ea, quæ sunt per se appetenda, sed inter ea, quæ sunt huic vitæ necessaria, secundum Aug. de Sermo. do. quibus indebitè vtitur quicunque vtitur vltra terminos necessitatis, quia quod non quæritur, nisi ad subueniendum alicui defectui, non numeratur inter per se appetenda, sed inter necessaria, vt medicina, quæ reqritur ad subueniendum infirmitati iuramentum autem quæritur ad subueniendum alicui defectui, quo. s. vnus homo alteri decredit. Nec tamen est simile de voto, quo aliquid in reuerentiā Dei ordinatui, & de iuramento quo reuerentia nominis diuini assumitur ad confirmationem alicuius.

2 SECVNDO † quæritur, utrũ liceat iurare ꝑ creaturas? Et dicit idem ubi supra. ar. 6. ꝙ iuramentum quod per simplicem cōtestationem fit, principaliter refertur ad ipsum Deum cuius testimonium inuocatur, secundario uerò ad illud assumuntur aliquæ creaturæ non secundum se. sed inquantum est eis diuina veritas manifestatur: de quo tit. priore. §. 4. in iuramento autem facto per execrationē inducitur creatura aliqua: vt in qua diuinum iudicium execratur, quomodo solet homo iurare per caput suum, aut filium, aut aliam rem dilectam. Quod autem Ioseph iurauit per salutem Pharaonis Gen. 42. vtroque modo potest intelligi, scilicet per modũ execrationis, quasi salutem Pharaonis obligauerit Deo: vel per modum contestationis, quasi contestando veritatem iustitiæ diuinæ, ad cuius execn

 tio-

tionem principes terræ constituuntur. hæc ex illo.

3 Tertio † quæritur, quib. competat iuramentum? Et dico, ꝙ pueri, secundum S. Tho. ar. 8. ad iurm nec coguntur, nec admittuntur ante annos pubertatis. 22. q. 5. pueri. vbi etiã dr̃, ꝙ si iurauerint, & pater vt audiuerit statim contradixit, irrita sunt iura. Si tñ iurant habentes vsum rationis, siue in iudicio, siue extra, ita peccant venialiter, aut mortaliter secũdum qualitatem periurij, sicut & alij. de deli. pue. c. 1. Similiter nec alias periuri. 22. q. 5. paruuli, quod Arch. intelligit de conuictis in iudicio, qui repelluntur in iudicio, & in cõtractib. vt infames. de periurijs autem notorijs ex facto dubitat, cum innumeri sint tales ĩ quotidiana locutione. Sed ego puto idẽ in istis, si iuramentum fuit euidens quantum ad verba, & deliberationem, & factum, vt si quis coram multis deliberatè iuret per sancta Dei Euangelia tacta de aliquo, quod euidẽter est falsum: secus si verba potuerũt fuisse iuratoria, & non iuratoria. aut si ex ira, vel alio dubitetur aĩo iurãdi, aut si dubitetur, an factum sciuerit esse tale. Nec furiosi. 15. q. 5. merito. Sacerdotibus etiam non licet iurare, secundum S. Tho. vbi supra. Vnde clerici iurare non possunt cuicunque laico super Euãgelia. 22. q. 5. nullus, quod intellige, nisi de licentia prælati sui, vt in ca. 1. de iura. cal. quod verum est, si iurant tanquam superiori. & sic intellige d. c. nullus. aliter sic, etiam sine licẽtia, vt in c. ex rescripto, & c. peruenit. de iureiu. Non possunt etiam iurare de calumnia sine licentia sui superioris: nisi ille, corã quo litigat, sit eius superior, sed habita licẽtia, possunt etiam in manu iudicis laici. 22. q. 7. nos. Non possunt etiam iurare in actu testificandi sine licentia sui superioris. 14. q. 2. quanq̃. & intellige in manu laici. Exceptis aũt trib. casib. prædictis possunt licitè iurare ẽt in manu laici, & sine alia licentia, vt in d. cap. ex rescripto. & c. peruenit. & no. Pa. in c. 1. de iure iur. Sed hoc limita secundum S. Th. quo ad sacerdotes esse licitum pro aliquã necessitate, vel magna vtilitate, præcipuè pro spiritualibus negocijs. Ponit aũt Ray. septem casus, in quib. possunt, & debent iurare. Primò ne pro defectu probationis aliquis lædatur, aut rem suam perdat. de quo infra Testis. §. 6. secũdò pro fide. tertiò pro obedidntia. quarto, ꝓ pace. quintò pro indemnitate ecclesiæ, quod tamen ad primum reducitur. sextò qñ ab excõmunicatione absoluuntur, septimò cum infamati debent se purgare. Probantur hæc oĩa de elect. significasti, vltra medium. 28. de Syracusanæ. de offic. ord. ad reprimendã. 2. q. 5. presbyter. Põt ẽt hodie addi ꝙ si litigent in causa spirituali vel alia, iurare debent de calumnia, s. vt dictum est, & similiter de veritate dicenda. de iur. cal. si de calumnia. lib. 6.

4 Qvarto † quæritur, cui, qñ, & propter q̃d sit iurandum? Et dico in iudicio iurandum esse iudici competẽti, extra iudicium verò cuicunque iurari põt. Non autem licet iurare in iudicio diebus feriatis, nisi pro pace, & pijs causis, vt de fori. conquestus. Vnde & secundum S. Tho. in solemnibus diebus, quibus est rebus spiritualibus vacandum, non sunt iuramenta præstanda pro rebus temporalib. nisi fortè ex magna necessitate, sed solũ pro spiritualibus. Similiter iurandum est ante cibũ, & potum, i. stomacho ieiuno. 22. q. 5. honestum. sed hoc est de honestate, vt ibi. Propter quid autem sit iurandum, dico quo ad causã materialem, quod iurõ assertorio licitum est de oĩ, siue pro oĩ re iurare, si expedit iuranti, vel alteri: promissorio verò pro oĩre licita, iusta, & honesta: pro re autem turpi, illicita. vel iniusta factum iurm non tenet. arg. c. vlt. de pact. & clarius inf. Quantum vero ad finalem, dico, quod pro causa illicita, & mala iurare illicitum est, & malum, vt sunt coniurationes, conspirationes, & huiusmodi, arg. ca. vlt. de pact. & de re iudi. c. 1. sed pro licita, & vtili sibi, aut alteri iurandum est.

5 Qvinto † quæritur, quomodo iurandum sit? Et dico secũdum omnes, tres debere esse comites iurĩ, vt rectè fiat: sicut ẽt patet Iere. 4. & de iureiu. etsi Christus, §. Iacobus & 22. q. 2. animaduertendum. s. veritas, iustitia, & iudicium. Et intelligitur ſm S. Thom. Primò veritas, vt. s. id quod iurõ firmatur, falsum non sit. & adde quod no. glo. in d. c. animaduertendum. hoc intelligendum esse de veritate rei, & consciæ, vt. s. verum sit ꝙ iuratur, & verũ esse sciatur, & si nescitur esse verum, sed creditur, de crudelitate iuretur, & non de scientia, neq; simpliciter ita esse, & multo minus si dubitatur. Et secundo iustitia, vt scilicet quod iuratur, non sit illicitum. Et sic videtur S. Thom. veritatem referre ad iuramentum assertorium, & iustitiã ad promissorium. Et tertio iudicium, scilicet discretionis, vt non leuiter, sed discretè ex necessaria causa iuretur. adde vel ex vtili. Vnde in hoc, vt dicit, intelligitur deuotio, fides, & omnia requisita ad debitum modum iurandi.

Et

Et si aliquod prædictorum trium defuerit, nequaquam erit iuramentum, sed periurium, vt in d.cap. animaduertendum, & primo quidẽ ac principaliter, secundum S.Thom. 2.2.q.99. si defuerit veritas, quia iuramentum ordinatur principaliter ad confirmationem dicti humani, cui confirmationi falsitas opponitur; secundario autem quando deest iustitia, quia iurans illicitum obligatur ad faciendum contrarium: tertio si deest iudicium, quia indiscretè iurans periculo se committit iurandi falsitatem. Vtrum autem semper sit mortale, quando aliquid prædictorum defuerit, dicit Pan. in d. capitu. & si Christus. quod non, sed aliquando veniale, vt nõ. Archid. in d. capitu. animaduertendum, de quo infra Periurium, in principio.

6 Sexto † quæritur, an sit peccatum mortale iurare sine primo comite, idest veritate? Et dico, quod sic regulariter, secundum omnes. Vnde propter defectum veritatis iurans peccat mortaliter in multis casibus. ¶ Primò scienter iurando falsum in iudicio. ¶ Secundò etiam extra iudicium, si quis aduertat de falsitate, & iuramento simul: alias autem si aduertat quidem de iuramento, sed non de falsitate, vel econtra de falsitate, sed non de iuramento, vel de neutro, est veniale: vnde iurans ex impetu iræ si iurando aduertit se iurare falsum, & tamen prosequitur, est mortale. Si vero non aduertit ex dolo, vel lata culpa, similiter est mortale, alias autẽ veniale. ¶ Tertiò, iurando falsitatem iocosè, & iste secundum Docto. quantum ad aliquid grauius peccat, quam si serio iuraret, quia magis vanè assumit nomen domini. ¶ Quartò, quando aliter est in re, quàm in conscientia iurantis, quod tripliciter accidit, quia aliquando quis iurat verum, credens iurare falsum, quod est propriè mentiri, aliquando vero iurat falsum, credens iurare verum, & hoc est mortale secundum aliquos, quia si factum nescit, non debet iurare ita esse, sed ita se credere, quod tamen ego verum putarem, si diligentiam non adhibuit: aliquando vero iurat dubius, an scilicet ita sit necne, & hoc indubitanter est mortale.

7 Septimo † quæritur, an sit mortale iurare sine secundo comite, idest iustitia? Et dico, quòd sic tripliciter. Primò, quando quis iurat se facturum, vel omissurum, quod faciendo, vel omittendo peccat mortaliter: puta si iurat se occisurum hominem, vel non honoraturum parentes. ¶ Secundo, quando quis iurat se non facturum aliquod bonum notabile, licet ad illud non teneatur, puta se non ingressurum religionem, quod quidem S. Tho. dicit esse graue peccatum, quia præcluditur dia Spirituisancto. Archidiac. autem videtur velle esse mortale, vnde propter tale iuramẽtum prohibetur quis promoueri ad episcopatum distinct. 85. Florentinum. Secus si quis iuret se non facturum aliquod bonum modicũ puta se non daturum pomũ puero, aut facturum aliquod leue malum, puta veniale, quia hoc est veniale, secundum Veruec. & Monal. & Pis. & Arch. & veritatẽ. licet Hug. tenuerit esse mortale, quia illa authoritas 22. quæstio. quarta, in malis, impia est promissio quæ scelere adimpletur hoc nõ probat, cum veniale propriè non dicatur scelus. Et hoc maximè verum est, quãdo iurans intendebat implere iuramentum. Sed contra, quia S. Tho. talem appellat periurum. 2.2. quæstio. 98. articulo primo, ad primum, & in multis alijs locis Sol. ẽt eum qui iurat sine iudicio discretionis appellat periurũ, & tamen nõ semper peccat mortaliter, vt §. seq. ¶ Tertiò, quando quis iurat se facturum aliquid qđ potest esse bonũ, & malum, sicut Herodes iurauit puellæ se daturum quicquid peteret qđ sanè intelligẽdo potuit esse licitũ, puta si peteret aliquid licitè dabile malè verò intelligendo potuit esse mortale.

8 Octavo † quæritur, an sit mortale iurare sine tertio comite, idest iudicio, puta ex leuitate, sine necessitate, vel vtilitate? Et dico, q̃ non, ſm oẽs Doct. nisi primo interueniret cõtemptus, aut secundo exponat se periculo notabili deierandi: aut tertiò, quod dubitetur vtrum iuretur pro vero, præcipue in alterius præiudicium, quia secundũ Doc. iurare debet ſm quod recolit. s. dubiè, vel certè. Vnde secundum Veruec. Host. & Bar. mulier cõfessa adulteriũ sacerdoti non potest iurare marito se peccatũ istud non habere, quia nõ est certa sibi esse dimissum. de purg. can. c. accepimus.

9 Nono † quæritur, vtrum inducens aliũ ad iurandum, quem scit falsum iuraturum, vel nõ seruaturũ, quod iurat peccet mortaliter? Et dicit Rich. in 3. dist. 39. quod aut facit, vt persona publica ad instantiam partis, & ex ordine iuris, & sic non peccat. Si vero facit, vt persona publica, tamen contra ordinem iuris vel vt ꝑsona priuata, sic peccat grauiter. Car. autem in cle. vnica. de iureiur. dicit, quòd talis vincit homicidam. 22. q. 5. si quis cõuictus, & c. sequen. & sic patet, quòd est mortale. Et ex hoc infert Pan. in c. clericos. de coha. cle. & mul.

mul, q̄ nunquã est deferendum iurm illi, contra quem est vehemẽs suspicio de transgressione eius, & deferens peccat: intellige mortaliter, iuxta prædictam distinctionem, & alle. c. ille. 22. q. 5. & facit optimè tex. d. c. clericos, qui non vult cogi clericos ad iurandũ dimittere concubinas. Quod nota contra confessores recipientes a secularibus iuramẽta de abstinendo ab aliquo: vnde potius pœnam statuant. Non credo tamen verum quod dictum est, q̃n is, quem quis scit falsum iuraturum, est iam paratus iurare, puta quia obtulit se, & est aliqua rationabilis causa recipiendi tale iuramentũ, nec de tali loquitur d. c. ille, sed de eo qui ad iurandum inducit, vel disponit, cũ quẽ scit, vel probabiliter credit periuraturum.

10 DECIMO † quæritur, vtrum sit mortale iurare per membra Dei, vel Sãctorum? Et dicit Sum. Ang. quod tales, si iurãt per membra inhonesta, sunt blasphemi, vt patet per c. si quis per capillum. 22. qu. 1. ibi, vel alio modo blasphemia, &c. Si verò iurant per honesta, & cũ reuerẽtia, est veniale. Sed primũ dictũ ẽ falsũ, quãdo talia membra sunt in Deo, vel Sanctis vt patet ex deffinitione blasphemiæ, nec hoc probat d. c. si quis, quia secundum Bonau. vbi sup. loquitur contra eos, qui credebant Deũ secundum deitatẽ habere talia membra est tamen blasphemia vere, si non sunt in Deo, vt cum iuratur per sexum fœmineũ Dei, vel secundũ modum, q̃n per talia membra irreuerẽter iuratur, aut ẽt si sine iuro nominẽtur, & attribuantur Deo. Et ideo quantum ad hoc dico, quod aliquando sunt blasphemi, aliquãdo non; semper tamen peccant mortaliter, cum sint blasphemi vere, vel modaliter rõne contemptus, & irreuerentiæ. arg. extra, de malef. statuimus, & ita sentit Archi. & communiter Doct. Scd'm ẽt dictũ est falsum, q̃a si iurãdo p̃ creaturas separatas a deitate non peccatur, nisi per defectum debitarum circumstantiarum, puta per euangelia, & crucẽ: multo magis per coniunctas, vt per sanctum corpus, aut sanguinem, vel caput Dei, ad sanum intellectum fidei, ista. s. attribuẽdo Deo humano. De iuramento etiam inf. periurium.

RVRSVS de iuramento III. quomodo intelligendum sit, & interpretandum.

1 *Conditiones quæ in iuramento subintelligi debeant.*
2 *Iuramentum qualiter sit interpretandum.*
3 *Iuramentum præstitum in materia iuris debet, secundum ius restringi.*
4 *Iurans non alienare bona ecclesiæ sine licentia superioris, qualiter intelligatur.*
5 *Iurans aliquam ducere, an subintelligatur, nisi intret religionem.*
6 *Iuramentum an interpretari possit, vt habeat locum in casu ficto.*
7 *Iuramentum interpretari an possit inferior a Papa.*

IVRAMENTVM rursus tertio, indiget cõsideratione, quãtum ad aliqua in eo sub intellecta, & præsupposita. Vnde nũc de eius intellectu, vel interpretatione agendum est, q̃ interpretatio valet, & locũ h̃et quando iurans nõ h̃et expresse, & specifice animũ obligandi se super aliquo determinato cõtra ipsam interpretationem, aliter ãt nõ valeret, vt no. Pan. in c. veniens. de iureiu. & facit c. iuri. 22. q. 1.

1 PRIMO † verò quæritur, vtrũ in omni iuramento etiam simpliciter facto subintelligendæ sint multæ conditiones? Et dicit glo. in ca. quemadmodum. de iureiu. quod in assertorio nulla conditio subintelligitur, sed in p̃missorio subintelliguntur multæ, nec tamen illud erit conditionatum, etiã si ipsæ exprimãtur, secundum Pan. ibi, vt in c. significasti, & quod ibi no. de ele. & in l. 3. ff. de leg. 1. & l. aliq̃n. ff. de condi. & demon. de quo dic, vt inf. matrimonium. §. 1. ¶ Subintelligitur autẽ primo, si Deo placuerit. 22. q. 2. beatus. §. 1. Et secũdo, si placuerit Papæ, vt d. ca. venientes, de iureiur. imò in omni iuro excipitur auctoritas superioris cuiuscũque, ext. eo. e a te. In rebus tamen, vel iuribus Papæ non subiectis, secundũ Pan. in c. constituimus. de rescrip. non subintelligitur illa clausula. d. c. veniẽtes. Vnde sine causa rationabili absoluere non potest a iuramẽto præstito super rebus nõ spectantib. ad eum, vt no. gl. in c. 5. de iureiur. & Inno. in cap. cum inter P. de renun. Ex his Feder. cons. 191. format hanc q̃onem. Quidam clericus in minoribus scholaris filiusfam. existens in studio de voluntate patris, obligatus est iuramẽto non exire districtum Bonon. nisi prius solueret debitum sed reuocatus a patre ad certam diem, petita, & obtẽta, licẽtia a creditore, rediit ad patrem, vel ep̃m nunquid est periurus: Et concludit, quod primo excusatur p̃p̃ præceptum patris ad q̃d multipliciter ex lege est obligatus, & cõsequenter vr̃, quod omnis obligatio facta per filium, etiã cum iuro, intelligitur saluo iure patris, & inter alias conditiones, quas habet iuramẽtum, ista est potior, quod in eo intelligitur saluum ius alterius, extra eodem cum contingat, & cap. quanto. & d. c. venientes. Et hinc est, quod filiusfam. non põt vouere sine consensu patris, excepto voto religionis, p̃ q̃ soluitur patria ptãs. 22. q. 5. pueri. Cõ-

cludit

cludit etiam, ꝙ iste excusaretur a periurio ēt
propter iussum epi: addens ꝙ prædicta intelli
guntur vera, vbi filius nō procurauit se reuo
cari: alias secus. Et ita tenet Sū. Ros. Ego vero
dico, ꝙ siue pater, siue eps cōsenserit iuro, &
generaliter quicunque superior filius ex obe
dientia non excusatur, quia nulla est, cum su-
perior se spoliauerit iure suo, & de hoc vide
inf. iuramentū 4. §. 16. in fi. posset tamen ex-
cusari ex aliqua alia cōditione vna ex sequē-
tibus. ¶ Nam tertiò subintelligitur, si res in eo
dem statu permanserit, extra eo. quemadmo-
dum. Vnde qui iurauit accipere Bertā in vxo-
rem, si fuerit illa fornicata, aut effecta leꝓsa,
vel incurabiliter alias infirma, nō tenetur ob
seruare iuramentum. d. c. quemadmodum. Et
secundum Arch. qui iurauit reddere gladiū,
non tenetur si repetatur in furia, nec erit ꝑ-
iurus, quia cum promisit, non cogitabat de fu
ria, quæ superuenit, de qua si cogitasset, non
promisisset Et ob hoc Bar. in l. qui seruum. de
verb. ob. determinat hāc quęstionem, Feci pa
ctum cum inimico meo, & promisi non offen
dere illum. Demū ipse fuit ex bannitus, & ex
forma statuti quis potest illū occidere, an oc-
cidendo eum videar frangere pacem. Old. de
terminauit, quòd non, argum. d. l. qui seruum
iuncta l. si seruum. de verb. obl. Et idem tenet
Car. probans hac ratione, quia illa promissio
non offendendi, intelligitur nisi lege permit-
tente, vt l. quæro. §. inter locatorē. ff. loca. Itē
quia ita vr̄ facta pax, i. rebus sic stantibus. d. c.
quemadmodum. Idem videtur tenere Io. An.
in c. frustra, in mer. de regu. iur. li. 6. & ista re-
rum permutatio excusans a iuramento dupli
citer intelligit̄. Primò, ꝙ casus nouiter emer-
gens est talis, quòd si fuisset a principio, iura-
mentum fuisset temerarium, & hoc per se pa
tet. Secundo quando est talis, quòd si fuisset a
principio iurans non iurasset, secundum mul
tos Doc. & bene, quoniam iuramentū inter-
pretandum est, secundum intentionem iuran
tis, quia in tali casu non intendebat se obliga
re actu, vt patet, nec habitu, quia si de eo co-
gitasset, non se obligasset. ¶ Et quartò intelli
git̄, si seruetur mihi fides, seu ꝓmissum, extra
eo. ꝓuenit. Et ob hoc dicit Bar. in l. si cū vene-
rit. ff. pro soc. ꝙ si promisi nō diuidere societa
tem, intelligitur si seruetur mihi ꝓmissum. Et
addit, ꝙ ista conuentio habet etiā conditio-
nem, si socius sit rixosus, vel molestus, qđ est
vtile ad q. quòd pupillus prouocare non po-
test socium ad diuisionem, l. si pupillorum, ff.
de reb. eo. quòd intelligitur, nisi habeat sociū
odiosum, vel molestum. Et hoc etiam facit ad
testatores, qui sæpè apponunt in testamento,
quòd fratres diuidere non possint, quia intel
ligitur sub dictis conditionibus. Quando au-
tem huiusmodi promissiones obligent, vide
Iuramentum quarto. §. 13. ¶ Et quinto intel-
ligitur, si res sit honesta, & possibilis. dicto c.
quemadmodum, & capit. Quintauallis, extra
eodem. ¶ Et sextò, si facultas subsit, extra eo.
querelam. & c. breui, vbi habetur, ꝙ difficultas
excusat a periurio: licet secundum glo. ibi nō
liberet a pęna conuentionali. ¶ Septimò, si iu
raueris mihi reddere pecuniā spe futuræ nu-
merationis subintelligitur, si ego tibi nume-
rauero. C. de non num. pec. l. indubitati. ¶ Et
octauò, si iuraui dare dotem: intelligitur, si
nuptiæ fuerint subsecutæ. ff. de iur. do. l. stipu-
lationem. ¶ Et nonò, si iuraui stare præceptis
alicuius, intelligitur si non præcipiatur quid
immoderatum a superiore, vel arbitro, vt ex
hæredare filios, vel vxorem depellere d. cap.
Quintauallis, vel curiam principis non intra-
re, si erat consiliarius, vel aduocatus: extra eo
dem veniēs. Pro hoc facit, quia iuramentum
non extenditur ad verisimiliter non cogitata
vt in d. cap. quemadmodum, nec obligat vltra
consensum, facit d. c. Quintauallis, & d. ca. ve
niens. & no. Pan. in ca. cum gratia. de commo.
¶ Et decimò, si iuraui tibi reddere centum li-
bras vsque ad certum tempus: subintelligitur
nisi iudex interdicat, argum. extra, de cēsibus
significauit. ¶ Et vndecimò, si iuraui tibi redde
re granum, aut vinum, & huiusmodi, intelligi
tur eiusdem bonitatis. ff. si cer. pe. l. cum quid.
¶ Et duodecimò, cum quis iurat factum alte-
rius, subintelligitur, quòd ad hoc perficiendū
bona fide laborabit, de spō. ex literis el. 2 ¶ Et
decimotertiò, si iurauit tibi fidelitatem, aut
quòd non ero tibi contrarius, subintelligitur
nisi ius meum, vel meorum petēdo, vel defen
dēdo, ext. e. petitio. ¶ Et decimoquartò, si vir,
& mulier iurent contrahere, subintelligitur,
nisi alteri accidat quid turpe, & huiusmodi, vt
dictum est, vel nisi ex mutuo cōsensu inuicē
se absoluant. de spon. c. 2. ¶ Et decimoquintò,
si iuro tibi tanquam regi, vel episcopo, intelli
gitur si non deponaris, quia te deposito non
obligor. Et idem videtur si tu tāquam episco-
pus iures mihi restituere pecuniam quam mu
tuaui, quia depositus non teneberis, ꝙ limita,
si in vtilitatem ecclesiæ pecunia vera est. 15.
qu. 6. alius. ¶ Et decimosextò, si iuro facta pa-
ce cum aliquo de non offendendo restringi-
tur ad offensam rōne inimicitiæ præteritæ,

non ad nouam ex post facto insurgentem, secundum Bar. in l. aut facta. ff. de pœ. & sequit Pan. in c. cum inter. de renun. ¶ Decimoseptimo, si quis renunciauit cum iuramento iuri quod habet, vel hře sperat, aut potest in aliqua re, non extenditur ad ius superueniēs ex noua causa, vel spe, sec. Pan. in d. c. cum inter. ¶ Et similiter decimooctauò, si quis iurat nō expellere inquilinum intelligitur, si soluerit pensionem, secundum Pa. in c. tua nos. de iureiu. Et decimonono, si pater iurauit nō exhæredare filium intelligitur, nisi crimen ingratitudinis commiserit, l. quidam cum filiū, ff. de verb. obl. Et vigesimo, secundum Bar. in l. quæro. §. inter locatorem, ff. lo. vbi dicitur, ꝙ si conductor præterit id, ad quod tenetur ex natura contractus, non teneri ei locatorē ex promissione locationis. Dictus. §. facit ad omnes contractus, in quibus aliquid vltro citroque promittitur, vt quilibet nō teneatur seruare, quod promisit, si per aduersam partem non seruatur id, propter quod sunt promissa, de quo ti. seq. §. 1. Vnde si vir iurauit nō dimittere vxorem, intelligit, nisi faciat contra legem coniugum, & si promisit dotē, dimittere potest si non soluit, iuxta no. in c. vestras. de do. post diuor. rest. Sciendum tamen est, quòd speciales conditiones non subintelligitur in iuramento, si non exprimantur, quamuis mente concipiantur. 32. quest. vlt. nisi vbi lex exprimit aliquid agi tacite inter cōtrahentes, quia tunc pro expresso habetur d. l. cum quid.

2 SECVNDO † quæritur generaliter, qūo iuramentum interpretandū sit? Et pro fundamēto adduco duo dicta S. Tho. nam 2. 2. q 89. ar. 7. ad quartum, dicit quod iurās sine dolo, obligatur secundum intentionem iurantis: iurans verò cum dolo, secundum sanum intellectum eius cui iuratur. In tertiò verò, di. 39 q. 1. ar. 3. q. 3. dicit, ꝙ iurans sine dolo, in foro consciæ non obligatur, nisi secundum suam intentionem, sed in foro cōtentioso, vbi intētio ignoratur, obligatur secundum qđ verba cōiter accipi solent. hæc ille. cuius verba intelliguntur de iuramento promissorio, quia in assertorio nō cadit obligatio. Ad quæstionem igitur dicit Inn. in c. veniens. de iureiur. ꝙ iuramentum generaliter præstitū pro obedientia præstāda mandatis, interpretatur sic, vt non extendatur nisi ea, de quibus cogitatum est, vel debuit merito cogitari, vt in ca. Quintauallis. de iureiur. & de dec. ex multiplici, de restitut. spol. audita, 22. q. 2. ne quis.

Alij tamen dicunt, quòd interpretatur generaliter, nisi sit cōtra prius iuramentum, vt in d. cap. veniens, vel contra ius, vt in d. c. Quintauallis, vel contra præsumptionem communem, quòd si hoc mandari credidisset, numquam iurasset. argumen. cap. petitio de iureiur. Sed primum est verum in foro animæ, quia iuramentum promissorium factum bona fide, & sine dolo, trahit obligationem ab intentione iurantis, & secundum illam debet interpretari. Secundum verò procedit in foro causarum. ¶ In iuramento verò determinato super aliquo particulari, secundum eundem Innoc. vbi sup. interpretatur in foro animæ, secundū intentionem iurantis, extra eo. venientes. & c. ad nostram, el 2. In iudicio verò interpretabitur secundum iura. extra eo. venientes. facit ca. humanæ aures. 22. q. 5. qđ quidem dictum quantum ad forum animæ procedit, quantum ad personam priuatā exigentem inique, i. vi, & quantum ad iudicem exigentem similiter iniquè. Vnde secundum Ro. quem sequitur Asten. cum vir exigit ab vxore iuramentum super adulterio, quia inique agit, poterit iurare, quod est verū secundum suam intentionem, licet sit falsum secūdum intellectum audientis. & secundū Rich. in 4. dist. 18. circa literam, obstetrices nō peccassent, licet non respondissent ad intentionem Pharaonis, quia non fuit ei data auctoritas ad aliquid agendum contra Deū. Et similiter cum iuro ab aliquo aliquid exigitur, qđ sine peccato præstare non potest, cum iurat illud facere potest habere intentionē faciendi quātum poterit sine peccato, sicut mulier habens impedimentum excommunicata, qa non potest probare, cum in mortis articulo oporteat eam iurare de stando cum viro, debet intelligere quantum poterit sine peccato, & non stando, non periurabit, vt not. in c. literas. de restit. spol. ¶ Si verò is, qui exigit, si iudex in bona fide exigens in casu licito secundum ordinem iuris, tūc habet locū illud. 22. q. 5. quacunq; arte verborum quis iuret. Deus tamen, qui consciæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit, & scienter non iurant, secundum intentionē exigentis peccat mortaliter, & est periurus, & ꝯimplere tenetur sicut ille intellexit. ¶ Si verò exigens sit persona priuata, quæ non exigat, vt aut inique, tunc distinguo. Nam aut iurans est in dolo, & malitiose iurat, & exigēs in bona fide, & tunc interpretabitur scđm intentionem sanā recipientis, & alius fuit piurus.

arg.

arg.d.c.quacunque.Nec obſt.ꝙ votum doloſum non obligat,quia votum fit Deo ꝓpriè, ſed iuramentum homini, & rurſus obligatio in voto contrahitur per intentionem : in iuramento vero per deliberatam verborum atteſtationem. Aut ecõuerſo exigens eſt in dolo,& iurans in bona fide, & ſic interpretabiť ſecundum intentionem iurantis, quia in ea fundatur obligatio in iuramento volũtario, & fraus ac dolus nemini debẽt patrocinari. de reſc.ex tenore.Et iuxta hæc intellige,quæ dicit S.Th.2.2.q.89.art.7.ad quantum.& tertio vbi ſupra. Si vero vterq; fuit in bona fide, ſed vno & alius alio modo intelligebat, ſic in foro animæ interpretabitur ſecundum intentionem iurantis,vt no.in §. ex his omnibus colligitur.22.q.5.in foro autem contentioſo ſtabitur verbis.de ſponſ.ex literis. quæ ſi duplicem habeant intellectum, in ſtipulationibus,& alijs contractibus contra ſtipulãtem,& vendentem interpretabitur.l.inter ſtipulantem,§.1.ff.de verb.obl.& l.Labeo.la 1. ff.de contrah.emp. In iudicijs verò in principio pro actore,in medio pro vtroque:in fine pro reo interpretabitur.de proba.ex literis. vt eccl.be.c.vt noſtrum.In delictis autẽ contra delinquentem,niſi aliud appareat.de præſump.cap.1. ¶ Licet autem omnia recitata in hoc.§.dicta ſint à Doctoribus de iuramento promiſſorio principaliter ; tamen etiam vera ſunt in aſſertorio,vt patet per exemplum & dictum Rodo.& Aſten.excepto, ꝙ non vř diſtinguendum vtrum iuřm fiat ſuper re generali,aut particulari, ſed ſolum vtrum exigatur inique:puta a iudice,vel ſuperiore cõtra iura,a particulari aũt vi, & tunc dic vt dictum eſt.Et adde,ꝙ etiam ſi priuatus non exigat vt iuramentum ſed ſponte offeratur, ſecundum aliquos non eſt iurandum doloſe, quia hoc eſt vti iuřo ad alium finem quàm ſit inuentum,quia hoc eſt vti ad fallendum,& inuentum eſt ad certificandum. Si autem exigat quidem,ſed nõ vi,ſed deprecariuè: licitũ eſt iurare cauteloſe, non ad fallendum, ſed ad occultandum quæ non expedit reuelare. ¶Ex quibus patet,ꝙ religioſi in materia peſtis iurantes ad portas ciuitatum doloſe, & ſuphiſtice, deierant; quia illud iuramentum ſeu teſtimonium ſuæ cõſciæ, quod idem eſt, exigitur quidem ab eo qui non eſt ſuperior, ſed non exigitur violenter comminãdo,nec ipſi violenter iurant, ſed coguntur ſolum ex ſuppoſitione ſi volunt iurare vnde illicite hoc exigunt,& illi tenentur iurare ad intentionẽ ſanam eorum propinquam, vel remotam, quæ eſt principaliter ad quam propinqua ordinatur.Quod idem dico,quia aliquãdo tales officiales credunt aliquem locum eſſe peſtilentem,qui non eſt,quia tunc nõ credo periurare iurantem cauteloſe, quia iurat ad intentionem prædictorum remotam,quę eſt ſcire, an fuerit in tali loco infecto . Et idẽ quis fuit quidem in tali loco infecto,ſed non ſic,vt potuerit infici,vt quia nõ erat aer corruptus,& tranſiuit celeriter in equo.Et generaliter idem eſt quoties tales officiales concederent, aut cõcedere deberent ingręſſum, ſi ſcirent veritatem.

3 Tertio †quæritur, vtrum iuřm præſtitũ in materia iuris, ad iuris limites reſtringať, Et dicit Pan.in c.tua nos.de eccl. ædifi. ꝙ ſic, ita, quod recipit oẽs limitationes, & reſtrictiones quas recipit illud ius. Facit text. in l.fi.C.de cond.ind.& l.fin.C.qui ſatiſd.cog.& no.per Inn.& glo.in c.per tuas.de arb. vbi dicit,ꝙ cũ quis iurat ſtare ſnĩæ arbitri ſub certa pœna,non obligatur niſi vel parere ſnĩæ, vel ſoluere pœnam; ideoq. ſufficit ſi pęnam ſoluit. Similiter ſi iurauit non ſub pęna, quia tenetur, vel ſeruare ſnĩam, vel ad intereſſe, ff.de arb.l.diẽ, §.ſi quia intelligitur iſta clauſula: ego parebo ſnĩæ, vel ſoluam pęnam,cũ iſte intellectus ſit ſibi datus à iure, Pan. autẽ in c.Quintauallis.de iureiur.dicit hoc verum in ſnĩa arbitri, non autem arbitratoris,quia ĩ tali ſnĩa non eſt datus talis intellectus. Item pro hoc facit Inn.in c.cum oẽs,de conſtit.dicens, ꝙ prælatus qui iurauit non alienare bona eccleſiæ, p̃t nihilominus alienare in cauſa neceſſaria,vt in cap.2.de eccleſ.ædi.& etiam vtili,cum in hoc caſu neceſſitas,& vtilitas ęquiparentur à iure. 12.q.2. ſine exceptione. & ſic iuramẽtum intelligitur de alienatione illicita ſolum. Facit ca.petitio de iureiur. vbi iurans non eſſe contra aliquem, intelligitur illicite.ſecus legitime,etiam pro vtilitate ꝓpria.Facit ẽt c.ex parte tua de cle. non reſid. vbi iurans reſidere in eccľa,poteſt iuřo non obſtante ſe abſentare pro neceſſitate vel vtilitate eccleſiæ.Facit etiam quod no.in c.ꝑut nobis.de dolo. vbi is qui iurauit parere mandatis eccleſiæ vel iudicis, ſi ſe grauatum ſentit,poteſt appellare, quia iuramẽtum non ſe extendit ad hoc,qđ eſt generaliter latum. Et quod no.in c.ex tenore.de ſen.excom.vbi tenet idem Pan.ꝙ etiam ex cauſa noua ſuperueniente,vel ſi erat prius,erat occulta,poterit ille,qui iurauit,reſpondere coram aliquo iudice

dice

dice, non obstante iur̃o generali, illum recusari. Nec obstat prædictis, ꝙ iur̃m hẽt clausulam, aut vim clausulæ, si non valet qđ ago, vt ago, valeat quantum põt: vt in c. quanto. & c. ad nostram. el 3. de iureiu. not. in l. cum pr̃, §. filius matrem, ff. de leg. 2. & per Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & in l. sciendum. ff. de verb. obl. & consequenter dẽt aliquid operari, quod nõ faceret si prædicta essent vera. Dr̃ enim, ꝙ aliquid operatur: quia adijcit vinculum, & strictius ligat iurantem, & q̃nq; accumulat forum foro: vt in c. fi. de fo. comp. li. 6. In casu autem vbi nihil, aut parum operaretur, verum est, ꝙ habet vim illius clausulę, sed hoc non est in casibus prædictis: quia strictius stringit, & ideo sufficit: Facit etiam pro prædictis quod no. do. Ant. in ca. ex literis. el 2. de spon. & sequitur ibidem Pan. ꝙ sicut æquitas prætoria facit vt in stipulationib. prætorijs promittẽdo factum alienum in dubio interpretetur promisisse se facturum, & curaturum, quãtum in eo est, vt in l. quoties, ff. de verb. oblig. ita æquitas iuris canonici hoc inducit in materia canonica, vt patet in d. ca. ex literis. & in gl. ibidem vbi parentes, qui iurauit spõsalia pro filijs, non peccant, licet nõ sequantur, non ex eorum defectu, quia illud iuramentum intelligitur, quantum in eis est se facturos. Facit ẽt quod not. Pan. in ca. cum clerici. de verb. sig. vbi dicit, ꝙ iuramentum generaliter præstitum debet restringi quantum potest, vt minus oliget iurantem, q̃a vbi tractatur de obligatione, est facienda stricta interpretatio. alle. ca. ad nostram. el 3. de iure iur. & c. 1. eod. ti. li. 7. & l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obl. Et in c. quemadmodum. dicit idem Pan. quòd iuramentum in aliquo cõtractu recipit omnes conditiones, & limitationes, & subauditiones, quas habet ille contractus, & similiter si apponitur in alia dispositione, vel obligatione, quia regulatur ab illa. & facit pro hoc l. fi. C. de non nu. pec. & no. per Bar in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro soc. quæ not. quia faciunt ad multa, vt §. priori dictum est.

4 QVARTO † quæritur, q̃uo interpretetur, si prælatus iurauit non alienare bona ecclesiæ sine licentia Papæ, aut superioris? Et dicit Panor. in d. c. tua nos ꝙ interpretabit̃ vt alienare non possit sine licentia, quia de significato huius verbi, licẽtia est, quod debet primò peti ẽt in casu licito, quasi prælatus reseruet in se cognitionem, vtrum casus sit licitus, an non. Pro quo facit in simili cap. licet, de reg. Itẽ quia si intelligeretur de illicita alienatione solum, iuramẽtum nihil valeret, quia nec cum licentia superioris fieri posset, & consequenter oportet, ꝙ intelligatur de oĩ licita. concor. Io. An. post Host. in c. 1. de his q̃ fiunt a præl. Non obstante tñ iuramento imminente necessitate vrgenti posset alienare, si superior adiri non posset. arg. in l. tutor qui repertorium, ff. de adm. tu. vbi ex cã necessitatis p̃t tutor inuentario non facto administrare bona pupilli, quod alias necessitate cessante nõ potest. Facit quòd no Io. 12. q. 2. c. sine exceptione. & c. placuit. Hug. & Arch. ead. q. & Io. de Franco. in cle. 1. de reb. eccl. non alie. vbi dicit in casu illius cle. alienationem posse fieri impune, si necessitas non patitur tantam dilationem. & tenuit Pano. in dispu. quæ incipit, condemnatus, & sequitur Cardi. in d. cle. 1. & Pan. in c. fi. de eccl. ædifi. quod no. pro religiosis habentibus prælatos in remotis.

5 QVINTO † quæritur, vtrum iur̃m illius, qui iurauit aliquam accipere, interpretãdum sit vt possit intrare religionem? Et dicit Pa. in c. commissum. de spon. *secundum vnam lect.* q̃ sibi placet, ꝙ sic, & *ideo interpretatur*, qđ eã accipiet, *nisi ingrediatur* religionẽ. Nec obstat, ꝙ vt contrahat ibi consulitur, & postea ingrediatur, quia istud fit p̃p vulgi opinionẽ, nec appareat periurus, cũ in veritate non sit. Si verò dicatur, q̃uo inuenitur ista interpretatio? Dico, ꝙ subintelligitur, nisi moriat̃ ciuiliter, vel dic quod hr̃ in ca. peruenit. el 2. de iureiu. vbi dr̃, quod promissum non infringit, qui in melius commutat. vel dic, ꝙ sicut non valet iuramentum non faciendi aliquod bonum sic non valeat iuramentum faciendi bonum melioris impeditiuum.

6 SEXTO † quæritur, vtrum interpretabit̃ iuramentum, vt locum habeat in casu ficto? Et dico Pan. in c. ex parte, el 2. de cler. non resi. ꝙ si iuramentum non tendit in aliquã læsionem illius qui iurauit, & facit ad bonũ illius cui præstitũ est, tunc sub est causa large interpretandi, vt in d. c. ex parte. vbi ille q̃ iurauit residere, si se absentat pro necessitate eccl̃æ, hr̃ pro residente. Si verò iur̃i obseruantia tẽdit in damnum illius cui fit, licet respiciat vtilitatem alterius tãtum, tunc non verificatur in casu ficto quod probatur secundum communem lect. ca. ad nostram, el 1. de iureiu. vbi dicitur, quod iuramentum debet seruari in casu specifico, & non in casu ficto. Nam ibi tenent Inn. & Io. And. ꝙ si debitor iurauerat nõ molestare creditorem super pignore, donec

nec soluisset sibi debitum, non sufficit, ꝙ creditori sit satisfactum ex fructibus pignoris, sed oportet primo, ꝙ fiat realis solutio debiti, licet fictè soluerit, ex quo percepit debitũ ex fructibus pignoris. Facit l. Lucius. ff. de condi. & demonstr. vbi not. ꝙ conditio fieri debet in forma specifica. Bar. tamen in l. amplius. ff. rẽ rat. habe. determinat cõtrariũ in isto casu, q̃a iussus dare, seu soluere, implet conditionem compensando. l. si peculium. §. 1. ff. de statu. li. Item impeditus iusta de causa facere, quod ꝓmisit, nõ est periurus. l. fi. ff. qui satisda. cogan. & cap. significante. de pign. Si autem tibi non soluo, quia tu mihi non soluis, facto tuo impedior, & cõsequenter nõ ero periurus. Et hæc opinio mihi videtur de iure veriori, nec esse contra casum d. ca. ad nostram. quia iste debitor certat de damno vitando, & creditor nullum damnum hẽt, & ideo habebit locũ fictus intellectus in tali casu. Et sic procedit opinio Bar. & d. c. ad nostram. non probat contrariũ, quia secundum Io. And. ibi, ex forma iuramẽti requirebatur numeratio pecuniæ. ¶ Septimo queritur, vtrum inferior Papa possit interpretari iuramentum? Et dicit Spec. tit. de leg. quod sic, quando dubitatur de validitate eius. Quod autem in c. venerabilem, de elect. videtur cõtrarium dici, dicit dupliciter habere locum. Primò quãdo proceditur in arduo negotio, & inter magnas personas. Secundo quando vult dare licentiam contraueniendi sine commutatione in aliud. Et sic hoc potest episcopus, & qui eius habet auctoritatem. De periurio infra suo loco.

RVRSVS DE IVRAMENTO QVARTO, quantum ad virtutem obligatoriam.

1 *Iuramentum promissorium priuati an sit semper obligatorium.*
2 *Iuramentum vniuersitatis, an semper, & quomodo liget.*
3 *Iurans alicui subiectionem, an successoribus teneatur & an sui successores teneantur.*
4 *Iuramentũ Pagani per falsos Deos, an obliget eum.*
5 *Obligatio, quæ sit maior, voti iuramenti.*
6 *Iurans in genere, an obligetur ad speciem.*
7 *Iuramentum metu extortum, an sit obligatorium.*
8 *Iuramentum dolo extortum, an sit obligatorium.*
9 *Iuramẽtum factũ ex impetu iracundiæ, an obliget.*
10 *Iuramentum vergens ad dispendium corporis, an obliget.*
11 *Iuramentum contra bonos mores naturales, an obliget.*
12 *Iuramentum scd̃m contrarium prime, an obliget.*
13 *Iuramentum an sit frangenti fidem seruandum.*
14 *Iuramentum non obligat contra mandatum legis, uel superioris.*
15 *Iuramentum an obliget, an alterius præiudicium.*
16 *Iuramentum contra legem positiuam, aut statutum an obliget.*
17 *Iuramentum an obliget in contractu simulato.*
18 *Iuramentum an obliget, ubi superuenit difficultas magna.*
19 *Iuramentum non obligat, vbi est dolus.*
20 *Iuramentum non obligat, quando in melius commutatur.*
21 *Iuramentum ad factum an obliget.*
22 *Iuramentum conditionale, vel ob cãm, an obliget.*
23 *Iurans seruare, statuta, an teneatur ad futuras.*
24 *Iurans se certo loco obsidem fore, si ibi non habet victum, an teneatur.*
25 *Iurans se soluere certo termino, uel loco, an impedimento excusetur.*
26 *Iurans redire ad carceres, an teneatur.*
27 *Iurans soluere, an obijciat compensationem.*
28 *Iuramentum, an impediat secreti reuelationem.*
29 *Iurans non fideiubere, quando fideiubeat.*
30 *Iuramentum puellæ, quod dote contenta non habebit regressum ad bona paterna, an obliget.*
31 *Iuramenti, & simplicis loquelæ, an sit coram Deo differentia.*

IVRAMENTVM quarto considerandum est, in quantum est promissorium, habens vim obligandi ad aliquid faciendum, aut omittendum, quæ quidem obligatio, secundum S. Tho. vbi supra, non habet locum in iuramento, quod non est de fiendo per nos, vel omittendo, sed de præterito, aut præsenti: neq; in assertorio de futuro per alias causas fiendo, vt quod cras erit pluuia, sed solum in his, quæ sunt fienda periurantem.

1 PRIMO † igitur quæritur, vtrum iuramentum promissorium priuati sit semper obligatorium? Et dicit S. Thom. 2. 2. qu. 89. quòd sic, nisi vergat in peiorem exitu, quod quidem tripliciter in genere contingit, vt colligitur ab eo ibi. art. 7. ad secundum. Primo quia iurat quis facere aliquid secũdum se malum, puta fornicari, quo casu malum est iurare, & seruare iuramentum. Secundo, quia iuratur aliquid maioris boni impeditiuum: puta non ingredi religionem, quo casu peccatum est iurare, quia ponitur obex Spiritui sancto, sed non est peccatum seruare iuramentum, licet sit melius non seruare. Tertio, quia nouiter aliquid emergit, faciens esse illicitum serua-

re iuramentum, quod a principio sane intellectum potuit esse licitum, vt patet in iuramento hæredis. Sed Arch. in cap. si aliquid. 22. q. 4. & Pan. in c. si vero de iureiur. magis particularizant. Ex quibus habetur, quod iurans aliquid se facturum, obligatur ad illud, nisi primo vergat in interitum salutis spiritualis, quia scilicet est aliquid mortale animæ, vel secũdo nisi vergat in interitũ salutis corporalis, quia, scilicet est aliquid mortale corpori, vel tertio nisi vergat in dispendium salutis æternę, seu spiritualis, quia, scilicet est aliquid veniale, quasi disponens ad mortale, & cõsequenter ad interitum, vel quarto nisi vergat in peiorem exitum. ¶ Et hic quartus casus est multum generalis, sub quo S. Th. omnes compræhendit. & illum diuidit in tres, vt dictum est. Sed secundum Arch. in d. ca. si aliquid. & glo. Rayn. hoc est sex modis. ¶ Primo, quãdo iuratur aliquid quod est mortale. Secundo, quando iuratur aliquid in se veniale. ¶ Tertio quando iuratur aliquid ex se indifferens, quod tamẽ ex circunstantia efficitur veniale, aut mortale, vt non esse negotiatorem, vel militem vel non recipere fundum a tali domino, quia dato casu, in quo quis viuere nequeat, nisi veniat contra iuramentum, illud seruare non tenetur, quasi si a principio fuisset iste casus iuramentum fuisset temerarium, vnde contrauenire potest propria auctoritate. ¶ Quarto, cum iuramentum excludit opus faciendum ex charitate, vt quando quis iurat, quod nihil ex charitate dabit tali, quia non est verisimile, quod Deus, qui mandat opera charitatis acceptet talia iuramenta, quæ non debent esse vinculum iniquitatis. extra eo. quanto. ¶ Quinto cum excludit opus de genere bonorum, vt cum quis iurat, quod non erit episcopus, vel religiosus, vel non ieiunabit ꝓ suis peccatis, & huiusmodi, quæ quidem iuramenta cum. scilicet non iuratur, veniale aut mortale H 19. 22. q. 44. in prin. notauit esse seruanda, & idem Gratianus eadem qu. §. vlt. sed Arch. in c. Florentinum dist. 85. post B. Thom. 2. 2. q. 89. hoc reprobat, nõ obstante dicto tex. per quem ab episcopatu repellitur, qui iurauit, quod non erit episcopus, quia hoc nõ est quia teneat iuramentum, sed quia peccauit mortaliter iurando contra secundam partem iustitiæ scilicet fac bonum. sicut si iurasset contra primam scilicet declina à malo. ¶ Sextum, cum excludit opus indifferens pro Deo, vel proxima pia intentione faciendum, vt quod non loquetur Martino, vel non intrabit domum eius, & huiusmodi. Vnde secundum S. Thom. in quoli. 12. iurans, quod non cõicabit aliquod experimentum peccat, nec tenet̃ seruare iuramentum nisi quando docens est præsens, & vult illo vti. ¶ Sed pro his sciẽdum est, quod primus quidem, id est, iurans de mortali peccat mortaliter iurando & seruando, secũdus autem, id est, iurans de veniali, peccat venialiter iurando, vt supra. Iuramentum 2. §. 7. Seruando autem iuramentum secũdum Hug. peccat mortaliter, quia facit contra. c. in malis. 22. q. 4. Sed melius dicta Ros. quod solũ venialiter, & ratio, quia non est hoc tale ratione operis, vt patet, ne ratione obseruationis iuramenti, quia illa non est de se mala, nec consequenter aggrauat. Sum. autem Ang. dicit esse veniale quãdo simpliciter committitur veniale, mortale vero quando quis ideo committeret veniale, quia iurauit, quia nomen Dei assumit in malum, sed male, quia illa intentio non aggrauat, sed alleuiat, cum veniat ex reuerentia Dei, nec tunc assumit nomen, sed malum, sed quando iurauit, & tamen *etiam tunc non* peccauit mortaliter, *vt dictum est*, q̃a res est modica. ¶ *Circa hoc autem sic dicit Archid.* Si quod iuratur est illicitum, & veniale de se, vt bibere quater, quod est nimis, iuranti seruare iuramentum est veniale, & similiter si quando iuratur est aliquid indifferens, vt ire ad villam, vel aliquod licitum in se, vel vtile alteri, nullius tñ: vel paruissimæ importantiæ, vt verberare filium, vel dare aliquid paruum, vt pomum, & huiusmodi: non seruare tale iuramentum non vr̃ mortale, quamuis iurans intẽderet seruare. Si autem quod iuratur est licitum & alicuius importantiæ, vt dare pecuniam ex contractu, vel dono, vel ingredi religionẽ, si iurans intendebat non seruare, est mortale, quia mentitur, & tenetur implere, si potest in foro iudiciali tantum secundum aliquos, vel ẽt in conscientia ſm alios, qđ est tutius, & consulendũ secundum Arch. Si vero intendebat seruare obligatur, sed implere non tenetur, si non põt, vel eo modo quod non potest.

2 Secvndo † quæritur, vtrum semper & qũo obliget iuramẽtum collegij, vel vniuersitatis vel societatis? Et dico multa. Primum. Quando vniuersitas alicuius ciuitatis, vel collegij iuramento se obligauit, & iurãtes iã sunt mortui, successores illud iuramentum non seruantes non sunt per iuri, secundum Ray. & S. Tho. 2. 2. q. 98. quia obligatio iuramenti est personalis, & nõ transit ex parte iurantis ad successores, quantum ad periurium infra seq. tenentur

tur tñ ex quadam fidelitate illud implere. extra eo.veritatis.& de vsur.tua.Ex parte verò eius,cui iuratur,transgreditur personam. vnde promittens obedientiam prælato,& ꝯ succesſoribus, non tenetur denuo ꝓmittere succesſori,quia eſt ei obligatus,ſicut antecesſori cui promiſit. Quod tñ fallit in liberto, qui tenetur profesſionem facere intra annũ nouo patrono.12.qõ.2.longinquitate.& c.ſæpe fit.not.Inn.& Ber.in d.c.veritatis.¶Secundũ. Si multitudo iurauit aliquid facere, vel non facere, ſecundum Veru.tenetur quilibet obſeruare,ſi abſolute, & in omnem euentũ iuratum eſt. Si verò ſub cõditione ob determinatam cauſam,puta ſi alij ſeruarent,& huiuſmodi: non tenetur quis niſi extante condõne,arg.de cond.appoſ.verum.extra eo. ꝓuenit.Vnde ſi omnes alij,vel plures non ſeruãt, hoc caſu alij vñr abſoluti. Si vero pauci sũt, qui non ſeruant,recurrendum eſt ad intẽtionem iurantium,videlicet, ꝙ ſi intendebãt, ꝙ quocunque non obſeruante ipſi non tenerẽtur,aut ſolum ſi multi eſſent illi,qui non ſeruarent:& ſi de intentione neſcitur,tutius eſt ſeruare, vbi autem nullam conditionem habebat in mente, vel dubitatur an fuerit ſimplex,vel ſub conditione diſtinguit.Nam ſi iuramentum ſpectet tantum ad cõmodum iurantium,& medietas,vel maior pars non ſeruat,& hoc vergit in damnum ſeruantium,& lucrum non ſeruantium,benigne interpretãdum eſt, ꝙ alij non tenentur:ſed ſi ſeruantes nullum damnum patiuntur,non eſt tutũ cõtranenire, ſed denuntient prælato, vt cogat ſeruare,vel ſibi inuicẽ remittere.Si vero concernit commodum aliorum, non poſſunt ſibi remittere,aut alijs non ſeruantibus nõ ſeruare, ſine periurio,ſi ſimpliciter iurarunt:& ſi dubitant an ſimpliciter, vel ſub cõditione iurarunt,dimittant incertum, ſ.non ſeruare, & ſeruent quod certum eſt;hæc ex illo. Sed adde, ꝙ ſi iſta non obſeruatio aliquorum talem reddit caſum, ꝙ ſi a principio talis fuiſſet,non iuraſſent,non tenenť, vt patet ex dictis ti.priore.§.1.conditione tertia.infra Iuramentum 5.§.10.¶ Tertium. Qñ ſingulares perſonæ firmant iuramento ſtatuta collegij, ſublatis ſtatutis per ipſam vniuerſitatem nõ obligat iuramentum, ſecũdum Io. And.in c.1.de his quæ fi.a ma.par.c.Sed Pan.in ca.dilecto.de præb.egregie diſtinguit.Nam ſi ſingulares de collegio iurant, vt ſingulares, vera eſt opi.Io.And.ſicut ſi ſtatuto cauetur,vt nullus det vocẽ niſi matriculatus: aut, ꝙ nullus vadat de nocte, & iurauerũt ſinguli ſeruare, quia hoc concernit obſeruãtiam ſingulorũ, ſi collegium tollat ſtatutum,non peccabunt contrauenientes, quia iuramentum erat ſtatuto acceſſorium, & remoto principali, remouetť acceſſorium.Si verò iuramentum adſtringit eos ad obſeruãtiam, vt collegialiter, ſic ſine periurio contrauenire nõ pñt ẽt collegialiter,cã rõnabili nõ ſubſiſtẽte. Exẽplũ, vt in d.c.dilecto. de canonicis iurantib. vt ẽt collegialiter nõ recipiant canonicos, qa nõ eſt dubiũ, ꝙ vt ſinguli non pñt.Aduerte tñ, ꝙ ſi ſtatuentes,vel eorum ſucceſſores veniunt ſcienter cõtra ſtatutum, vñr illud tollere ẽt vnico actu,ſ.collegiali,ſec.Panor.& Hoſt.& Io.And.Aduerte ẽt, ꝙ eo caſu quo nõ pñt cõtrauenire collegialiter,ĩtelligitur niſi ꝑꝑ fauorem publicum, quia hoc intelligitur exceptum,vt not.Pan.ibi. Et ſecundum prædicta intellige gl.in c.in his.11. diſt. Aduerte ẽt, ꝙ in caſu eodem ex cã poſſent cõtrauenire ali qñ auctoritate propria, vel ſuperioris, iuxta dicenda inf.tit.ſeq.per totum.¶Quartũ.Singuli de collegio,vel vniuerſitate,qui iurarũt ſeruare multa cõtenta ĩn ſuis ſtatutis, an ſint periuri contraueniendo. Pan.in cle.1.de reg. diſtinguit. Nam ſi iurarunt ſeruare ſtatuta, ſi contraueniunt collegialiter, non incidũt in periurium, quia tollunt ſtatutum, & conſequenter tollitur iuramentum ſtatuto acceſſorium, quod limita, vt particula priore dictum eſt.Si verò iurauerunt ſeruare contenta in ſtatuto, incidunt in periurium veniẽdo contra,ſine cauſa rationabili. Quod quidem Pa.in d.c.dilecto.intelligit quãdo iurauerũt ſeruare contẽta in ſtatuto,nulla habita mentione de ſtatuto,vt puta, ſi dixerũt, iuramus non recipere aliquẽ, qui non ſit graduatus, ſecus ſi addidiſſent, ſicut continetur in ſtatuto,quia hoc caſu vidẽtur iuraſſe,ſeruare ſtatutum.Et idem ſentit Car.in d.cle.1.Ioan.aũt de Lig.in d.cle.1.dicit, ꝙ in primo membro,i. quando iurauerunt ſeruare ſtatuta, contraueniendo ẽt collegialiter incidunt in periurium. Tu vero dic diſtinguendo cum Pan. vt particula priore. ¶ Quintum.Si aũt talia ſtatuta eſſent confirmata ab epiſcopis, aut principibus ciuitatum, vel terrarum,poſſunt inferiores indiſtincte contrauenire dicto modo, ſecũdũ Bar.in l.omnium. C.de teſt.& in l.oẽs populi.ff.de iuſt.& iu.Sed Bal.in d.l.omnium tenet, ꝙ no.Pan.aũt in c.cum acceſſiſſent, de conſti.concordat, quia primum eſt verum, ſi ſtatutũ concernit principaliter fauorem ſtatuen-

tuen-

tuentium, facit c.pro illorum.de præb.etiam si statutum contineat talem materiam, ꝙ nõ valuisset sine superiore, vt idem Pan.no.in c. cum M.de consti. quia cõfirmatio habet vim priuilegij, cui statuentes tanquam priuilegio possunt renunciare. Si verò concernat fauorem aliorum, vel bonum publicum, sic verũ est secundum, quia superior confirmando videtur suam facere dispositionem, quia omnia nostra facimus, quia auctoritatem impartimur.de præben. si apostolicæ.li.6.& l.1. C. de veteri iure enucle. ¶ Sextum. Statuta terrarum non permittentia vinum aliunde allatum vendi in suo territorio, i. quamdiu vinũ illius terræ inueniatur tanto, vel tanto precio venale, etiam si sint iuramento firmata, non sunt obseruando, secundum Monal. quia illicita sunt ipsa iuramenta, cum etiã circumscripto statuto, & iuramento talia facere intentione corrupta, illicitum sit. Secus si aliqua bona intentione ad bonum reipublicæ, puta quia ibi sũt vina corruptioni obnoxia, quæ in longum tempus seruari non possunt: quæ vendi non possent, si aliunde portaretur vinum: & sic terra illa pateretur grauem iacturam. Quomodo autem intelligendum sit, quando quis iurat seruare statuta vniuersitatis, vide inf.§.24.

3 TERTIO † quæritur, vtrum iuramentum factum ab aliquo subdito alicui, obliget eũ ad successores eius cui iuratur, aut successorẽ iurantis? Et ad primum Arch. post Pan. in ca. veritatis.extra eo.dicit, quod aut in iur̃o facta est mentio de successoribus: & tunc non cogitur amplius iurare, licet teneatur se recognoscere libertũ, seu vasallũ, vel subditũ: de qua recognitione loquitur ca. de longinquitate, 12.q.2. Aut simpliciter fuit præstitũ nulla facta mentione de successorib. & tunc aut fuit præstitum simpliciter personaliter: & tunc secundum Gof. & Host. cuilibet successori iurare tenetur. facit l.imperialem.de prohi.feu.ali. Sed cõtra hoc est d.c. veritatis. & Pan. limitat hoc verum, si fuit præstitũ sub noĩe proprio, vel apposito aliquo verbo personali, vt promitto tibi. si tñ is, cui fuit iuratũ, remouetur a dignitate, non tenetur iurans illi amplius ad iuramenti obseruantiã; qa intelligitur præstitutum personæ ratione dignitatis. & de hoc est text.in c.venerabilẽ. in fi.de elect. Aut fuit præstitum simpliciter sub nomine dignitatis; & tunc transit ad successores quantumcunque non fuerit facta mentio de successoribus, vt si dixit, ꝓmitto obedire ẽpo Senensi, vel Romano Pontifici, quia dignitas ex diuersitate præsidentium nõ variatur. 12.q.2.liberti.de resc.si gratiose.lib.6. & facit c.qm̃ abbas, de off.deleg. & quod no. Bar.in l.centesimis.ff.de verb.obl. Ad secundum dicit idem Pan. ꝙ Host. & communiter Doct. dicunt iuramentum non transire in heredem, vel successorem iurantis, etiam si iurasset pro se, & suis successoribus, vel hæredibus, quia licet possit quis hæredem obligare temporaliter, imò etiam non faciendo mentionem de hæredibus, pactũ regulariter transit in eos, spiritualiter tamen nõ potest, quia licet sit honestum, vt in spiritualibus obligationibus filius sequatur voluntatem patris, non tamen est necessarium, vt in c.1.de spon. impu.& in c.ex literis.de spon.

4 QVARTO † quæritur, vtrum pugnans iurans per falsos deos nõ concessos, teneatur? Et dicit Rai. quòd cum iurauit, peccatum cõmisit in iurando, sed si modo non obseruat fidem promissam: addit peccatum peccato. Et concordat S.Tho. addens, *quòd licitũ est recipere iuramentum eius qui paratus* est per falsos deos iurare, non tamen licet eum ad hoc inducere.

5 QVINTO † quæritur, quæ obligatio sit maior, voti, vel iuramenti? Et dicit S.Tho. 2.2.q. 89. ꝙ votum ex sui ratione est magis obligatorium, quia eius obligatio ex fidelitate causatur, quam debemus Deo: cuius trãsgressio infidelitatem, & consequenter irreuerentiã continet; obligatio verò iuramenti causatur ex reuerentia, quam debemus ei: ex qua tenemur, quòd verificemus id quod per nomẽ eius promittimus, cuius transgressio cõtinet irreuerentiam tantum.

6 SEXTO † quæritur, vtrum iurans aliquid in genere, obligetur ad speciem? Et dicit Host. ꝙ cum generalitas obscuritatem pariat, non videor cogitasse de his, super quibus specialiter iuraturus non fuissem. Et sic interpretãdum est iuramentum secundum intentionẽ iurantis, quando sine dolo quis iurat. Secus autem quando ipse cum dolo est, & ille, cui iuratur, est sine dolo. Igitur, si emergat casus inopinatus, de quo si cogitassem, nullo modo iurassem, non teneor. Satis concor. Rayn. & Veru. Sed adde ex Pan.in c.veniens.extra eo. vbi habetur secundum Inn. quòd si iuramentum fuit generaliter præstitum, non extenditur nisi ad ea, de quib. cogitatum est, vel debuit meritò cogitari, extra eo.c. Quĩtaualis. vt supra Iuramẽtũ.3.§.2.dictũ est. Si verò fuit

fuit specialiter præstitum, recipit interp̄tatio
nem secundũ ius in foro contentioso: in pœni
tentiali uero secundum intentionem iuratis,
& de hoc supra Iurm 3.§.2. Per hoc autem ab
soluitur ista quæstio: Quidam clericus iurauit
stare mandato episcopi, qui præcepit, vt re-
nunciaret beneficio, & non appellaret. Certè
ex quo non erat verisimile, quod de his cogi
tasset, poterat præcepto non obstante, appel-
lare, & ita terminatũ fuit per Docto. de Rota.

7 Septimo † quæritur, vtrum iurm per me-
tum extortum sit obligatorium: puta si de-
præhensus a latronibus iurauit se daturum
pecuniam? Et dico multa. Primum. Secun-
dum Rayn. si fuit de re licita, est obligato-
rium: secus de illicita. & idem S.Tho. addens,
quòd poterit tamen in iudicio repetere, quod
soluit, vel denuntiare prælato, quia ex iusta
causa huiusmodi obligationem poterit rela-
xare, etiam si contrarium iurasset: quia tale iu
ramẽtum vergeret in deteriorem exitum, cũ
sit contra iustitiam publicam. Intelligunt au-
tem quidam, vt Ioan. Cald. & gl. 15.q.6. aucto
ritatem, quod in foro conscientię sit hoc iura
mentum obligatorium indistincte. quidam
vero vt Ioan. And. tenent melius, quod sit ob-
ligatorium in foro conscientiæ solum, si in-
tendebat se obligare, sed in foro iudiciali hoc
sibi non crederetur. Et hoc sequitur Pano. in
c. si vero. eo. tit. & est verius. & quod talis quo
ad Deum non indiget absolutione, si non in
tendebat se obligare: quia Deus iuramentum
accipit prout ex corde procedit. 22. qu. 5. hu-
manæ aures in foro autem contentioso eccle
siæ, secundum S.Bonau. iuramẽtum coactum
non est obligatorium, quia præsumitur, quod
quis non iurauerit voluntate implendi. Et ista
est etiam opinio S.Tho. scilicet quod obliget
in cõscientia iurm coactum, scilicet si erat in
tentio se obligandi, non autem in foro con-
tentioso, vt patet in 3. dist. 39. & 4. distin. 29. 2.
2.q.89. art.7. ad tertium. q.98. art.3. ad primũ.
Oppositum videtur tenere Ioã. And. & tenet
Pan. ibi, dicens, quod iuramentum non debet
esse obligatoriũ, si quis non habuit aĩum obli
gandi se, & sic deberet præsumi, sed ecclesia
aliter statuit, ne detur materia allegandi me-
tum, & sic deierandi, cum frequenter iura-
mentum interueniat in actibus hominum.
Sed hoc non bene dicitur, quia si iuraui dare
latroni centum aureos intentione non dan-
di, sed euadendi, in cõscientia nõ teneor, secũ
dum eundem Panor. in foro contentioso prę
sumitur, quòd eo animo iurauerim, vt ipse
met dicit, & consequenter si ecclesia statuit
me dare centum, iniquè agit contra me, ob
reuerentiam iuramenti, & sic facit malum, vt
veniat bonum contra Apostolum Roman. 3.
Et præterea, vt dicit S.Th. in tertio, ei qui vim
intulit. s. cadentem in constantem virum, non
competit actio ex obligatione talis iuramen
ti. Nec valet dicere possibile esse quod nõ eo
animo iuraui, sed animo dandi; quia cum hoc
non constet, si statuisset, vt darem, exponeret
se periculo faciendi iniustitiam. Capitulum
autem, si vero, &c. verum, quæ adducit Pano.
non probant in oppositum, quia loquuntur
in casu, quo iuramentum tenebat ex intentio
ne iurantis, vel saltem cum hoc erat dubium.
Cald. etiam qui adducit S. Tho. pro opinione
contraria, eum non vidit in tertio, vbi clare
loquitur. & in 2.2. vbi eum allegat, non intel-
lexit ad plenum. ¶ Secundum. Iurando vero
talis cum tali animo. s. se non obligandi, secũ-
dum eundem Pan. ibi, peccauit, quia assumpsit
nomen Dei sine effectu; sed vniuersaliter si e-
rat homo perfectus, alias nõ peccauit, ꝓ quo
facit quod habetur in simili. 22. qu. 2. ne quis.
Sed ego distinguo, quia si nullo sensu inten
debat facere, quod iurabat, vere, & forma-
liter deierauit, & peccauit formaliter. Et sic ĩ
tellige Arch. dicentem, quod peccauit morta
liter, facit cap. querelam, de iureiur. & c. illud
2.q.5. & quod no. gloss. in d.c. auctoritatem. Si
vero in aliquo sensu intendebat facere, quod
iurabit, licet non in sensu eius cui iurabat, vt
quia iurauit dare centum, subaudiendo in ani
mo suo, si debuero, tunc non peccat, quia nõ
tenetur iurare secundum intentionem eius,
cum non sit suus iudex, sed vtitur simulatio-
ne licita, quæ licet, vt in cap. vtilem 22. qu. 2.
¶ Tertium. Ego, casu quo iuramentum hoc
est obligatorium, si contraueniat, qui iura uit
ante absolutionem a iuramento peccat, &
secundum aliquos venialiter tantum, pro eo
quod c. verum. eo. tit. dicit, pro tali trangressio
ne non esse imponendã pœnitentiam, vt pro
mortali, & hoc sequitur Sum. Ang. et quando
habuit animum se obligandi, sed Ioã. Cald. S.
Th. Arch. & Arch. & Pan. & Sum. Ros. tenent
ꝙ peccet mortaliter. & hoc est indubitatum:
quia deierat. Ad c. autem verum. Io. Cald. re-
spondet tripliciter. Primo quod loquitur post
absolutionem a iuramento, sed hoc non pla-
cet Io. And. & bene, quia tunc cum non pec-
cet, nulla est illi imponenda pœnitentia. Se-
cundo, ꝙ procedit in foro iudiciali, secus in
pœnitentiali. Tertio, ꝙ non dicit istum non
pec-

pecccare mortaliter,sed non puniendum tan quam pro mortali, s. voluntariè commissa, quia metus alleuiat culpam. Et eodem modo vr respondere. Pa. dicens, ꝙ si cōstaret ipsum habuisse aīum se obligandi, dret puniri ꝓ mortali, licet non ita acriter, sicut si iurasset cōtra iuramentum liberè præstitum, & ita restringit d.c. verum §. cæterum. ¶ Quartum. Si sumus in dubio vtrum habuerit animum se obligandi, necne. dicit Sum. Ange. quod non obligatur ad seruandum, vt est text. in c.1. quod met. cau. se illud c. non loquitur quando interuenit iuramentum, in quo, sicut dicit Sanct. Thom. est duplex promissio, s. facta homini, quæ non est efficax, & fcā Deo quæ ligat, quādo quis intendebat ligari: vnde melius Sum. Ros. post Arch. & Panor. dicit, quod tunc propriè loquitur d.c. verum, quia in dubio præsumendum esset, ꝙ non habuit animum se obligandi, sed quia posset accidere contrarium, ne ecclesia daret materiam deliberādi, voluit, quod in dubio iuramentum obseruaretur, sed post factum respectu pœna est restringendum in mitiorem partem, vt non puniatur tāquam pro mortali. ¶ Quintum. Prædicta intelligenda sunt primo in iuramento promissorio, non autē in assertorio, quia in hoc nullus metus excusaret a mortali iurantem falsum. 32. q. 5. ita ne. & San. Thom. 3. distin. 39. Et secundo intellige de metu cadente in constātem virum, secundum glos. in d.c. verum. & S. Th. in 3. di. 39. q. 1. art. 4. q. 2. leuis autem metus non excusat.

8 Octavo † quæritur, vtrum iuramentum exortum dolum, sit obligatorium? Et dicit Archid. post Pano. quod si contractus super quo præstatur, est alias reprobatus, fauore ipsius iurantis, tale iuramentum non est obligatorium, & casus est in capitul. cum contingat. a contrario literæ; vbi dicitur, quod mulier consentiens alienationi rei dotalis, & iurans non contrauenire, vbi non superuenit dolus, nec metus, non est audienda. s. quo ad relaxationem iuramenti, vel annullationem contractus. Ergo si interuenit dolus, secus est, quia tex. excipit dolum, & sic etiam in c. 2. de pact. li. 6. & c. licet. eo. tit. & lib. & in auth. sacramenta puberum. Et idem dicendum. cum interuenit metus. Ex quo enim talia iuramenta contra legem sunt, non ligant, nisi sint voluntaria omnino, quod etiam tenet Bartol. tutius tamen est si petatur absolutio, sed primū verius. Si vero iuramentum non venit contra dispositum a iure, & interuenit dolus: subdistingue. Nam aut tantus est dolus, quod excipit mentem iurantis, puta, quia cessante dolo, nullo modo se obligasset, & tunc non ligat iuramentum: & potest contrauenire, nulla obstante absolutione, argum. per id, quod no. Ioan. And. in cap. vnico de commo. Et sic intellige Fed. consi. 194. vbi hoc expresse sentit, ponendo terminos in minore 25. annis. & in muliere seducta a fratribus hæreditati paternæ renunciando, quæ valebat lōge plus quam habuit in dote, quod est notandum pro limitatione capitu. 2. de pac. li. 6. scilicet quod non procedat, quando dolus dedit causam cōtractui, quia vbi dolus dat causam cōtractui, excluditur voluntas. l. 1. ff. de dolo. & iuramē tum non obligat vltra intentionem iurantis, extra eo. veniens.

9 Nono † quæritur, vtrum obliget iuramentum factum ex impetu iracundiæ? Et dico, qđ & Pan. in cap. sicut ex literis. de iureiuran. & Sum. Ang. ac Ros. attribuunt Ioā. And. in d.c. quod iuramentum factum calore iracundiæ non obligat, quod quidem dictum dom. Anto. & omnes prædicti limitant, quando calor fuit tantus, quòd quis deliberatè illud iurm non fecisset; quia cum procedant de pari votum & iuramentum, vt not. in cap. 1. & 2. de iureiur. sicut in uoto, secundum S. Tho. deliberatio requiritur, ita & in iuramento. Sed ego dico, ꝙ Io. And ibi loquitur de iuramento monachi iurātis non redire ad claustrum, quod non solum fuit ex iracundia, sed etiam de se temerarium & illicitum, vt ibi patet ex tex. Et ꝙ prædicta limitatio est contra mentem eiusdem Io. And. qui in c. dudum. de conuer. coniu. vr limitare, quando tantus est calor, quòd homo non aduertit plenè, dicens, ꝙ votum emissum calore iracundiæ non obligare, verum est, quando est talis, & tanta turbatio, ꝙ sapit quandam mentis alienationem ex multo fauore, aliàs votum & iracundia obligat: quia ea, quæ in se sunt bona, non indigent deliberatione: intellige longa & multa, vt in dubijs, cum hæc subito fieri possint. Est etiam dicta limitatio contra Veruec. dicentē, quod qui ex impetu iurauerit, quod deliberate nō iurasset, seruare, tenetur, si licitum est: & sic etiam sentit Sum. Confes. & Sum. Pis. & & Archi. Nec valet prædictorum fundamentum, quia deliberatio dupliciter sumitur, aliquando, s. pro conclusione consilij, quæ aliqñ pene repente etiam in homine passionato fit, & ista est, quæ in voto & iuramento requiritur. Aliquando vero sumitur pro con-

clusione

clusione prædicta facta animo quieto: & ista
in prædictis non requiritur, vt patebit ex di-
cendis infra Votum 2.§.13. Et iuxta hæc in-
tellige, quòd iuramentum ex abrupto, id est,
sine deliberatione factum, non obligat, secũ
dum Arch. post Pan. quem refert, quia non ha
bet in se consensum, licet peti possit absolu-
tio ad cautelam.

10 Decimo † quæritur, vtrum obliget iura-
mentum vergens in dispẽdium propriæ salu
tis corporalis? Et dicit Pan. in cap. si verò. eo.
tit. ꝙ non, quia sicut non valet iuramentũ ten
dens in mortem alterius. 22. qu. 4. cap. 1. ita &
fortius valere nõn debet, si tendit in propriã,
vt in c. si nõ licet. 23. quæst. 5. Hoc limitat gl.
in d. c. si verò, quãdo directè vergit in mortẽ
secus, si occasionaliter, sicut qui iurauit stare
Romæ de mense Augusto, tenetur ibi stare
quia licet multi moriantur, non tamen sem-
per. Hanc etiam limitationem limitat Io. An.
veram, nisi ex imminenti infirmitate, vel cõ-
plexione iudicaretur sic iurans ex tali mora
moriturus. Et sic collige ex dictis eius quòd
si ex qualitatib. verisimiliter ꝓsumit de mor-
te, non obligat. Et similiter dico, quod non
obligat iuramentum, quando cedit in mutila
tionem; quia nemo membrorum suorum est
dominus. l. liber homo, la 1. in princ. ff. ad leg.
Aquil. Item quia si a principio talis casus af-
fuisset, iuramentum fuisset temerarium, vnde
tali casu emergente temerariũ esset illud ob-
seruare. Prædicta tamẽ limita, nisi mors, aut
mutilatio infligenda esset ex iustitia, quia tũc
non posset quis fugere contra iuramentũ, vt
sup. Accusatio. §. vlt. Ex prędictis inuehit Pan.
contra Cartusienses dicens, quod si a peritis
Medicis diceretur fratrem Cartusiensis ordi
nis non posse aliter mortem euadere, nisi per
esum carnium, non obstante regula, aut voto
deberet carnes comedere, quia sicut iuramẽ-
tum, ita & votum non ligat propter pericu-
lum mortis, & cum paribus passibus ambulet
vt not. in c. 1. & c. debitores. extra eo. & ca. li-
cet. & c. magnæ. de vo. Fertur tamen ꝙ magi-
ster Ray. de villa Noua fecit tractatũ, in quo
concludit viam posse restaurari sine esu car-
nium dicens, quod vinum mediocre maxime
aromaticum, & vitella ouorum mediocriter
mollia, quæ acutissima digestione conuertun
tur in laudabilẽ & multum sanguinem, sunt
ad hæc magis competentia, quam carnes. Et
certe si hoc est verum, cessat primũ dictum,
sed vbi ex circunstantiis Medici dicerẽt con-
trarium procederet dictum meum. Item pos-
set contingere, quod infirmo oua essent fasti
dio & horrori, & quod nõ possit illa capere,
quo casu indubiè illud esset tenendum, quia
necessitas excusat ab omni peccato, vt in c. 2.
de obser. ieiu. hæc ille. Vnde Cartusienses in-
distinctè non reprobat, sed tantum in casu, &
meo iudicio, bene dicit.

11 Vndecimo † quæritur vtrum obliget iu-
ramentum factũ contra bonos mores natu-
rales: puta, quia præbet occasionem delinquẽ
di? Et dico quod non, vt in ca. quemadmodũ,
de iureiu. & in reg. nõ est obligatoriũ, de reg.
iur. libr. 6. Sicut si vir iurat non agere contra
vxorem rerum amotarum, non valet, vt ff. de
pac. do. l. conuenire, qa præbetur mulieribus
occasio furandi. Similiter qui iurauit non de
nunciare aliquem non tenetur, quia est cõtra
bonum animæ delinquẽtis, & charitatis. 2. q.
1. si peccauerit, & de iud. nouit. & facit l. si v-
nus. §. pacta. ff. de pac. Hoc tñ exemplum limĩ
tat Host. verum esse, s. quod non tenetur, nisi
quando vellet denunciare solum propter cõ
modum proprium: quod non licet. Et facit c.
ad nostram, el 1. de iureiu. sed oportet denun-
ciare, vel agere propter bonũ cõe principali
ter, & sic secundario ꝑꝑ proprium, qđ intel-
lige iniuriis, quia ad vitandam interesse rerũ,
non est peccatum quærere suum in iudicio.
arg. dictorum supra Accusatio. §. 6.

12 Dvodecimo † quæritur, vtrum obliget iu
ramentum contra iuramentum prius factũ?
Et dico primo quod non: vt in ca. sicut ex li-
teris. de spon. in c. quanto. de iureiu. & in c. in
tellecto. eo. tit. ꝙ Host. Inn. & Pan. in d. c. sicut
intelligunt ẽt si sit promissio, q̃uis postmodũ
Inn. videatur tenere cõtrarium in c. veniens,
de iureiur. sed nõ est verũ per ca. iuri. 22. q. 5.
Dico secũdo, quod actus gestus cõtra primũ
iurm̃ non est ipso iure nullus indistinctè, sed
ẜm Pan. d. c. intellecto. si actus dependet a me
ra voluntate iurantis: puta quia nullo iure ꝓ
hibetur, sic tenet. Vñ secũdũ Inn. in c. dilecto.
de præb. si quis iurauit non alienare librũ, &
tñ alienauit, tenet alienatio, licet sit ꝑiurus. &
facit c. vltima voluntas, 13. q. 2. in gl. vbi tangi
tur, ꝙ qui iurauit non mutare testm̃, si mutat
tenet ẜm, licet sit periurus, nisi in casu alicu-
ius condõnis subintellectæ excusantis Hos. in
c. cum Matthæ. de celeb. mis tenet non valere
ẜm testamentum. Sed Io. And. in reg. ꝙ semel
lib. 6. tenet illud ualere, quia nullo iure caue-
tur, ꝙ sit nullum factum, ꝑ ꝙ sit contra iurm̃,
quod uerũ est, quando actus dependet a mera
facultate iurantis. Si uerò ab ea non depen-

deat,puta quia interdicitur a lege fauore ip-
ſius iurantis.Exemplum in muliere, & mino-
re,quia alienare non poſſunt, vel alium con-
tractũ facere;ſine certa ſolennitate,tũc actus
etiam iuratus contra primum iuramentũ non
valet ipſo iure,& ſic intelligo gl.in c.licet.de
iureiu.li.6.Et ratio eſt;q̄a actus ſine iur̃o erat
ipſo iure nullus,obſtante legis prohibitione,
ratione autem iuramenti ſuſtineri nõ poteſt,
quia iam obligauerat ſe Deo per prius iura-
mentum,& ſm̃ fuit illicitum . Et idem dic qñ
actus prohibetur ratione publicæ vtilitatis.
& iſte eſt caſus cap.intellecto.Igitur dic, ꝙ ſi
lex , ſeu ſtatutum non reſiſtit actui iurato , ſi
contrarium fiat,actus non eſt ipſo iure nullus
ſecus ſi reſiſtit.Et ita tenet Arch.in cap. ſi a ſe
de,de præb.lib.6.Gaſpar.de Cal.in c. cum cõ
tingat.de iureiu.& Spe.de emp.& vẽd.Quod
nota pro cautela mulierum timentium ne in
ducantur ad aliqua facienda in ſuum præiudi
cium . Iurent enim prius in manibus alicuius
coram teſtibus ſe nolle tales alienationes,vel
renunciationes facere , dummodo quando
contrarium faciunt,intendant non facere cõ
tra iuramentum primum,ideſt,non effectua-
liter renunciare, ſed ſolum verbaliter , quia
ſic non erunt periuræ eo caſu quo non tenen
tur iurare , ſecundum intentionem exigentis
iuramentum.de quo ſup.Iuramentum 3.§. 2.
dictum eſt.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, vtrum obli-
get iuramentum,quando is cui fit, frãgit fidẽ
iuranti?Et dicit Pan.in c.peruenit.el 2.de iure
iur.quòd quandoque duæ obligationes reſpi
ciunt ſe adinuicem:puta promiſi equum,pro
pter quod alius promiſit mihi centum,& ſi e-
go non ſeruo promiſſum , nec ille tenebitur
mihi de centum.Et ſic intellige illud,frangen
ti fidem.ff.pro ſocio.l.ſi conuenerit.28.q.2. ſi
infidelis.ff.de inoff.teſt.l.inſtituta. C. de pact.
l.cum proponas.la 2.& ſic intelligit d.c. per-
uenit.& c.conſtitutus.de pœn.Et idem dico ,
quando conditionaliter promiſi , puta iuraui
ire Romam,ſi dederis centum:ſi non das, nõ
teneor,quia promiſſio mea non purificatur ,
niſi a tempore exiſtentis cõditionis.l. cedere
diem.ff.de verb.ſign.Inſt.de verbo.obliga. §.
ex conditionali.Et ſi is cui iuraui , nõ implet
promiſſum ex aliqua neceſſitate puta, q̄a non
poteſt,nihilominus ego teneor ad iuramentũ
factum propter illud & hoc tenet Do.Ant. &
Panorm.in c.ſicut.el 3.de iureiu.& placet, li-
cet alij teneant ſolum me non teneri , quãdo
alius ex negligentia,aut voluntate non atten
dit. Quandoq. aũt obligationes non referun
tur adinuicem,ſed ad diuerſa,puta promiſi ti
bi ſimpliciter centum,& non ex hoc,ſed ſim-
pliciter promiſiſti mihi aliquid facere, & tũc
ego non impleam promiſſum,tamen tu tene-
ris,quia non promiſiſti mihi ratione meæ ꝓ-
miſſionis,ſed ſimpliciter,& de ſpecie ad ſpe-
ciem non fit compenſatio,vt not.in cap.2.de
depo.Et hoc tenuit Cy.in d.l.cum proponas,
& ſic intellige c.noli.23.q.1. vbi dicitur, ꝙ ho
ſti ſeruanda eſt fides.Nec ob.c.quod Deo pa-
tri.33.quæ.5.de voto viri & mulieris,vbi licet
alter frangat,alter tenetur ſeruare , quia ibi
quilibet eorũ ſimpl̃r vouerat Deo, non con-
ditionaliter,& ei eſt obligatus : ſecus ſi con-
ditionaliter,ſaltẽ tacitè , vt quia ſi de hoc co-
gitaſſet,nõ vouiſſet,quia ſic non tenetur, per
ea quæ dicta ſunt ſup.Iuramentum 3.§ 2.

14 DECIMOQVARTO † quæritur vtrum obli
get iuramentum quando mãdatum legis,aut
ſuperioris contrariũ vult?Et dico,quod non,
Exemplum.Si iuraui dare tibi decẽ, & iudex
ex aliqua legitima cauſa hoc inhibet, vtique
non teneor,de cenſi.ſignificauit l.fin.ff.qui ſa
tiſda.cog.Item ſi fuiſti excommunicatus poſt
iuramentum tibi factum de aliquo tibi dãdo,
non teneor , vt ſupra Excommunicatio. 3.in
princip. effec. 13. Item, Excommunicatio 5.
§.4.dub. 12. Vnde in omni iuramento ſubin-
telligitur,ſaluo iure ſuperioris, vel alterius ,
ſecũdum Io.And.in c.quemadmodum . extra
eo.& facit c.veniens.eo.ti.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, vtrum obli
get iuramentum in alterius præiudicium , vt
puta ſi iurent canonici, ꝙ ſi quis eorũ efficia
tur ep̃s,ſeruabit quædam in præiudicium epi
ſcopalis dignitatis?Et dico, ꝙ non, vt in ca.ſi-
cut ex noſtris.de iureiur.Et idẽ ſi Cardinales
iuraſſent in præiudiciũ Sedis Apoſtolicæ, q̄a
aſſumptus in Papam non teneretur . Et idẽ ſi
vir iurauit non ſtare cum propria vxore pro
pter odium quia non tenet , imò nec ẽt ſi ꝑp
continentiam , ſed eo caſu tenetur reddere ,
licet exigere non poſſit , quia illud eſt ſolum
præiudiciũ ſuum.Et hoc videntur tenere Ho.
Tanc.Gofr.& Io.And.pro quo vide gl. in ca.
tua nos.de iureiur.Et ſi iurauit in præiudiciũ
alterius,cuius poteſtati ſubijcit,puta, ſi vxor
iurauit peregrinationem, vel abſtinentiam:ſi
militer ſeruas, monachus, & huiuſmodi, vnde
implere non poſſunt,cum eis a ſuperiori con
tradicitur,de quo inf. Votum 3. §. 3. Et idem
cum quis promiſit tenere ſecretum,quia non
tenetur qñ eſt alteri nociuum, quin poſſit, &

debeat reuelare his qui possent prodesse, & non obesse. 22.q.5. hoc vr. & sentit gl. in cap. ego, de iureiu. Aut si producatur in teste: qa secundum Inn. in c. qualiter & qn, el 1. de acc. tenetur dicere, et si cogitasset de hoc quādo iurauit. & facit c. quia plerique. de offic. ord. lib. 6. & cap. constitutus, el 1. de testibus. & c. olim, de accus. Si tamen is, qui exigit iuramē tum ab aliquo de veritate dicenda, sit homo ferus, de quo verisimiliter præsumitur, ꝙ ꝓcedit ordine iustitiæ non seruato: sic non tenetur reuelare ꝙ scit, etiam si posset probare. Et similiter quamuis non sit crudelis, sed qui procedet ordine debito: non debet ei reuelare: si probare non potest, s. in iudicio. argum. c. si peccauerit. 2. quæst. 1. & 20. q. 7. plerunque, secundum Rodo. illi tamen qui possunt prodesse, non obesse, teneretur si iurauit. 20. q. 5. hoc vr. Et idem de eo qui iurauit non præstare auxilium tali: quia intelligitur iniustè, secundum Io. all. c. petitio. de iureiur. & c. 1. de his quæ fiunt a ma. par. cap. & c. grauem. de exces. præl. & si etiam iurasset de iusto auxilio non dando, nō tenetur, quia iuramentum non ligat ad illicita, & contra ius d. c. quanto eo. tit. Et idem de eo, qui existēs in dignitate: & alienans bona, iurat non reuocare, quia nō tenetur, vt in d. c. intellecto. eo. quia est in præiudicium alterius. s. dignitatis. c. cum contingat. in fi. eo. tit. & c. 2. de pac. lib. 6. Et hoc tene et si non iurasset prius non alienare, licet gl. sentiat oppositum. d. c. intellecto, per prædicta. Sed limita in notabili alienatione, per quam dignitas notabiliter læditur: secus in re modica, quia proprium est principū donare, de don. c. 1. & in iuramento facto a prælato de non alienando, nisi cōsulto Papa, non debet fieri relatio ad alienationem modicam, quia iuramentum non extenditur ad verisimiliter non cogitata. c. veniēs, eodem tit. & consentit Fed. cons. 203.

16 Decimosexto †quæritur, vtrum obliget iuramentum factum contra legem positiuā, aut contra statutum? Et dico multas de hoc fuisse opiniones, vt recitat Panor. in ca. cum contingat, de iureiuran. tamen hoc videtur verius. Nam aut lex positiua, seu statutum aliquid prohibet propter bonos mores naturales conseruandos, & tunc non valet iuramentum vt in reg. nō est obligatorium, de re. iur. li. 6. sicut iurm mulieris, quæ viuente viro dedit fidem adultero de cōtrahendo post mortem viri, quia sic lex est indispensabilis & inuariabilis. 1. dist. in princ. 8. dist. quæ contra, Secus in bonis morib. ciuilibus, quia iurauit valet contra eos. de pign. significante vbi valet iuramentum contra pactum legis cōmissoriæ. Aut lex seu statutum fundatur sup bono publico principaliter, & sic non tenet iuramentum, quia pactis vel iuramentis priuatorum ius publicū remitti non pōt. ad quod l. ius publicum. ff. de pact. Aut lex, seu statutū non fundatur in bonis moribus naturalib. nec super bono publico principaliter, sed in odium aliquorum, & sic tenet iuramentum quādo potest sine dispendio salutis impleri, licet non sine dispēdio rerum corporalium, vt in d. c. significante. & in c. debitores. de iureiur. Idem dicendum est quando lex est fundata prīcipaliter super fauore priuato, licet cōsequenter & secundariò super publica vtilitate: quia iuramentum ligat, & est iste casus propriè. c. fi. de pac. lib. 6. & hoc quando non continet aliquam turpitudinem contra bonos mores naturales nec ex pte iurantis, nec ex parte materiæ super qua iuramentum pręstatur, nec cōtra bonum publicum principaliter. Et ratio quare teneat iuramentū in istis duob. casibus est, quia iurando nō peccauit: quia talis lex est potius priuilegiatiua, q̄ præceptiua. ideoq; eius contrarium non est in dispendium salutis æternæ, sed solum rerū temporalium: aut si peccat transgrediēdo, tamē pōt seruari sine peccato, ideoq; tenet iurm. de iureiur. & si Christus, iuncto §. illicitum. 22. q. 4. Secus autem quando esset contra bonos mores naturales, vel ius publicum principaliter: quia sine peccato seruari non pōt. Actus aūt gestus contra legem vel statutum principaliter fundatū super fauore vel odio priuato, iuro ita firmatur, ꝙ ēt obligat hæredes, secundum communem opinionem, vt dicit Pan. in d. c. cum contingat, quia iuramentum cōfirmatorium validat actum inualidū; & ex illo oritur actio. vt in auth. sacramenta puberum, C. si aduer. ven. quod limita, nisi dolo, vi, aut metu sit iurm extortum, vt in c. cum contingat. eo. tit. & c. licet. eo. lib. 6. & in c. 2. de pact. lib. 6. & d. auth. sacramenta. Secus autem in sacramento introductorio obligationis, puta, iuro dare tibi centū, nulla cā ꝓcedente: quia iste non est modis inducendæ obligationis, nisi in liberto, vt in l. iurisiurandi, in prin. ff. de ope. lib. & l. fi. ff. de lib. cā. & ibi Gul. de Cu. & Bart. in l. iusiurandum. la 2. ff. de iureiur. Et ideo nō ligaret hæredem de iure ciuili, sed de iure canonico si fuit in culpa non implendi, & iurm erat simplex, puta

iurauit dare decẽ, & pœnituit de pactis suis:
vide credo, ꝙ teneatur per id, quod dixi sup.
Hæreditas 3.§.7. Si aũt in d.lege, vel statuto
fundato super priuato bono, vel odio dicat,
ꝙ non valet cõtractus, nihilominus valebit,
si interponatur iuramentum, & facit, quod
notat Inno.in cap.2.de reg.vbi dicit, ꝙ ĩ istis
spiritualibus ius naturale præfertur positi-
uo.Si verò in statuto addatur,ꝙ si seruata nõ
fuit solemnitas debita,præsumitur dolus,vel
alia illicita causa, adhuc tñ ligat iuramẽtum,
si constat contractum esse verum,& nõ ficti-
tium,aut dolosum quo ad ipsum minorem,&
huiusmodi,pro quo fit,& hoc tam in foro a-
nimæ,vbi creditur pro se, & contra se, vt in
c.significasti.el 1.de hom.& not.in clem.1.de
pœn. quam etiam in foro contentioso, quia
cessat ratio statuti. Si verò fuerit dolus, vel
fraus,tunc si statuto suberat causa pręsumẽ-
di dolum, vt quia communiter in loco deci-
piebantur dolose minores, tunc saluabitur
opinio Bar.&ↄ Bal.& aliorũ tenentium iura
mentum non valere, quia nõ tollit præsum-
ptionem statuti legitimè inductam;sed secus
si statuto non suberat causa præsumendi do-
lum,quia tunc ligat iuramentum.¶Sed pone
ꝙ eps statuerit quemlibet clericũ absentem
intra certam diem reuerti sub pœna excom
municationis:clericus autem de licentia epi
scopi iuerat ad studium, & iurauerat credito
ri suo non recedere ante eius solutionẽ.Quæ
ritur, an obliget iuramentum, vel præceptũ
superioris, aut legis. Et dico videri quidẽ iu-
ramentum esse nullum, quia contra obedien
tiam superioris,seruari non potest sine inte-
ritu salutis,d.c.cum contingat, & c.2.de pac.
li.6. Sed tamen in rei veritate tenet, qa dicit
Pano.in c.venientes.de iureiur. & est dictum
Io.And.in merc.in regula in malis promissis.
li.6.quod ex quo cum licentia episcopi fuit ĩ
studio, & pro necessitate studij debitum con
traxit, vr̃ se obligasse,cũ licẽtia epi, quia vno
concesso,conceduntᷣ oĩa, sine quib.illud non
habet effectum.de off.deleg.c.præterea.& c.
prudentiam. & l.ad rem mobilem. & l.ad le-
gatum.ff.de procu.& sic recedere non debet
seruare iuramentum.Secus verò si sine licen-
tia episcopi audiuit studium,vel non pro ne
cessitate studij, sed pro lasciuia debitum con
traxit, quia tunc non valet iuramentum con
tra obedientiam superioris.Idem dico in pa-
trę reuocante filium,qui prædicto modo iu-
rauerat, & idem de quolibet subdito.Et facit
pro mercatorib. qui cõtra prohibitionẽ suo
rum dominorum vadunt ad certa loca prohi
bita,secundum quod prohibere pñt, vt in l.fi.
& quod ibi no.ff.de decr.ab or.fa.& l.merca
tores.C.de commer.& merc.l.relegatorum.
ff.de interd.& re. & quod ibi no.quia ad stan
dum ibi se obligare non poterunt, nisi supe-
riores tacite,vel expresse consentiant.

17 DECIMOSEPTIMO †quæritur, vtrum obli
get iur̃m positum super contractu simulato?
Et dico, ꝙ Pa.in d.c.cũ contingat, distinguit.
Nam aut simulatio est de consensu vtriusq;
partis tam super contractu, q̃ super iur̃o, &
tunc si ex iusta cã, puta ex iusto timore, vel
quia indigebat mutuo,concepit pignus ĩ for
ma vendõnis, vt creditor lucraretur fructꝰ,
& sic non obligat iur̃m, quia defuit cõsensus
& fuit iusta causa simulandi,ad quod ca.1.qđ
met.cau.& l.fi.C.de non nu.pe.Si verò fit ex
cã iniusta:puta cã fraudandi gabellas, vel ali-
ter ad deceptionem proximi simulauit vnũ
contractũ esse alium, & iurauit singula cõtẽ
ta in instr̃o vera, tunc eo ipso est periurus, qa
simulatio intentionis ex iniusta causa nõ ex-
cusat, vt no.in c.interrogasti.27.di. sicut ille,
cui prece, vel pretio deposuit falsum, ca.1.de
crimi.fal. & volens contrauenire non dẽt au
diri, sed si iurasset solum non contrauenire il
li contractui quem simulabat in deceptionẽ
populi: licet grauiter peccauerit iurando in
damnum proximi, tñ non obligatur; quia de
fuit consensus, vnde respectu Dei non exigit
absolutio a iur̃o, arg.c.tua.de spon.sed in fo-
ro contentioso cõpellitur obseruare, nec au
ditur volens allegare turpitudinem suam, &
hoc verum inquantum est solum in præiudi-
cium suũ, & non imminet periculum animę.
¶Aut simulatio solum erat super cõtractu ex
parte vtriusque, sed iur̃m interuenit ne agat
contra tacitè, vel expressè, & hoc ne contra-
ctus fœneratitius detegeretur, sicut si pigno
rauit quis res, &ↄ tamen simulauit vendere,
vt mutuans facit fructus suos, & iurauit non
detegere, sed seruare, pignoratitium contra-
ctum, & tunc obligat iuramentum, & perin-
de est, ac si iurasset soluere vsuras. & facit, qđ
no.Cyn.in l.ex cautione,C.de non num.pec.
vbi concludit, ꝙ iurans non opponere exce
ptionem, de non num.pe. obligatur, licet sim
pliciter renunciatio non valeret. In foro tñ
aĩæ si non habuit intentionem obligandi se
non tenetur, vt dictum est supra, Iur̃m 3.§.2.
¶ Aut simulatio est de vno contractu ad aliũ
contractum, qui sine peccato seruari non pt̃,
vt contractus simoniacus, licet cõcipiatᷣ sub

alio contractu, & tunc iurans ſcienter peccat mortaliter, & tenetur non ſeruare. 22.q.4.per totum. Aut ſimulatio fuit ex parte iurantis tãtum, ſuper cõtractu ſolum ab eo ſimulato, vt quia aliud gerebat in corde, aliud in verbis, vel vſus eſt verbis duplicibus callidè iurãdo, & tunc ſecundũ Pan. ibi intelligitur, ſecundũ intentionem recipientis, & ſic Deus videtur recipere. 2.q.5.quacunque. & §.ex his oĩb. & ſic ligat iuramentum, ſecundum diſtinctioné de qua ſup. Iuramentum 3.in prin. & §. 2.

18 DECIMOOCTAVO † quæritur, vtrum obliget iuramentum, ſi ſuperueniat impoſſibilitas, vel neceſſitas, aut magna difficultas? Et dico, quòd non. Nam de impoſſibilitate dicitur, impoſſibilium nulla eſt obligatio. ff. de re.iur. de neceſſitate verò, & magna difficultate dicunt Doct. in c.querelam. de iureiur. & in ca. breui.eo.tit. quòd excuſat a periculo. Rõ, qa Deus reſpicit animum, non manum. 14.qu.5.ſi quid inueniſti. & facit l.fina.ff.qui ſatiſd. cog. Vnde dicit Inn. in ca.venerabilem. de elec. ꝙ vrgẽti neceſſitate poteſt quis propria authoritate frangere iuramentum, ſi non poteſt haberi ſuperior, a quo petatur abſolutio. 11.q.3. anteceſſor. Et ſi tp̃e iuramenti credebat ſe iurans non poſſe implere, vel non habebat probabilem cauſam credendi, quòd poſſet implere, ſecundum Hoſt. peccauit mortaliter iurando, quia defuit in primo veritas, ſi in ſecundo iudicium, & ſic eſt periurus, ſecus ſi probabiliter credidit ſe facere poſſe, inf. Votum 2.§.1.

19 DECIMONONO † quæritur, vtrum obliget iuramentum, quando quis non habuit animũ obligandi ſe cum iurauit: puta, quis dolo inductus iurauit, quòd omnino non iuraſſet, niſi dolus fuiſſet? Et dico, quòd nõ, etiam ſi dolus veniret re ipſa, facit l.tres fratres. ff. de pac. & l.ſi ſoror. C. de col. & Fed. conſ. 115. vbi determinat filiam minorem ſeductam a fratribus, quæ renunciauit bonis paternis, credens, ꝙ non valeant multo plus, quam ſua dos, non obligari iuramento, quando multo plus valebant, quia vbi dolus eſt, excluditur voluntas, l.1.ff. de dolo. Tenet etiam S.Bon. vbi ſup. qu. 3.art.1. quod vniuerſaliter non obligat iuramentum, ſi iurans animum ſe obligandi non habuit: debet tamen indemnitati proximi ſatisfacere, ſi eum doloſè decepit, ſecundum Rich. ead. diſt. ar.1.q.2. An autem peccet mortaliter iurando: dic vt ſu. §.7. facit c. veniens. & c. Quintauallis, extra eod.

20 VIGESIMO † quæritur, vtrum obliget iuramentum, quando in melius commutatur? Et dico, quod non, vt in c.peruenit, el 2. de iureiur. Sed hoc habet duas limitationes. Primã qñ vtrũque non poteſt impleri, ſecundũ Do. Ant. in d.c.peruenit, quia tunc quando iuramẽtum eſt impeditiuum, vel turbatiuum, maioris boni: licet ſit tutum habere licentiam a ſuperiore, tñ non eſt neceſſaria, quia poteſt cõtrauenire iuramento. all.c.commiſſum. de ſpon. & c.licet. de reg. allego etiam c.ſcripturæ de voto, vbi hoc tenet Inn. aperte facit gl. in c.monachum. 20.q.4. & 33.q.5.noluit. Secus ſi bonum iuratum non eſſet impeditiuum maioris boni, ſed vtrunque fieri poſſet, quia contrauenire non poſſet iurõ ſine authoritate ſuperioris, licet ep̃s poſſet diſpenſare, vt contraueniat rõne maioris boni, ſm Inn. in c.debitores. eo.tit. Et ſimiliter dic, ſi eſſet dubium an eſſet maioris boni impeditiuum, neceſſario requiri diſpenſationem epiſcopi. arg.c.1. de voto. Secundum, quando iuramentum nõ concernit propriam vtilitatem alicuius: quia ſi concerneret, non eſſet vera dicta regula, etiam ſi vnum ſit totaliter impeditiuum alterius, nec prodeſt in hoc ſuperioris authoritas & facit, quod no. in c.quanto. eod.tit. & in ca. cum inter P. de renun. & Io.And. in Mercu. in reg. in malis. de reg.iur.lib.6. quia debitor, qui iurauit dare vnam rem, non poteſt dare meliorem aliam pro alio inuito creditore. l.2.§.1.ff. ſi cer.pe. & Inſt. quib.mod.tol.obl. in prin. niſi velit in propriam religionis obſeruantiã commutare, & vnum eſt impeditiuum alterius, quod placet fauore religionis, & etiam ſequitur Pan. in d.c.peruenit.

21 VIGESIMOPRIMO † quæritur, vtrum obliget iuramentum, quando id, quod iuratur, cõſiſtit in facto? Et dico, ſecũdum aliquos, quòd non obligat ſic, vt iurans tenetur præciſè ad factum, quia, ſecundum aliquos, obligatus ad factum ſufficit, ſi ſoluat intereſſe, vt in l.ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb.obl. & in l.ſi quis ab alio. in fi. ff. de reg.iu. quia ſecundũ communiter Doc. tenetur, vel ad factum, vel ad intereſſe, & non præciſè ad factum, vt no. Bar. in d.l.ſtipulationes. Sed ego dico, ꝙ diuino. & canonico iure tenetur ad factum præciſè, ſi poteſt impleri, & non ſit contra bonos mores, aut aliquod prædictorum in quo non obligat iuramentum, & hoc probatur per cap.1. & c.qualiter. de pact. & c.iuramentum. 22.q.5. & facit c.licet, de voto. & cap. ex literis, el 2. de ſpon. & ca.nouit, de iud. & hoc etiam videtur ſenſiſſe Barto. vbi ſupra. Quando autem factum eſt alienum, non tenetur

quis facere,nisi quantum in ipso est bona fide de spon.ex literis.

22 VIGESIMOSECVNDO † quæritur,vtrũ obliget iurm condõnale,vel pp causam? Et dico,quod non,nisi extet conditio,vel causa.de cond.appo.c.verum,& de iureiur.c.peruenit quod intellige, quando tota obligatio ponebatur in conditionis euentu,vel propter causam:alias teneretur.Vnde iurans adire S.Iacobum,vt fratrem suum videat, & redimat sua peccata:licet frater suus decesserit, tenetur nihilominus ire propter aliam causam.

23 VIGESIMOTERTIO † quæritur,vtrum iurans seruare statuta alicuius ecclesiæ,vel ciuitatis,aut vniuersitatis, si aliqd fiat nouũ, aut sit illicitum,teneatur ad illud?Et tenent communiter Doc.in c.clericus.extra eod. quod si iurauit seruare statuta edita, nõ extẽditur iuramentum ad futura,qa non extendit ad ea, de quib. nõ fuit verisimiliter cogitatũ,& hoc est indubitatũ ex mente S.Th.2.2.q.98.art. 2. ad quartũ.Si verò non fuit appositũ hoc verbum,edita,sed simpliciter iurauit seruare statuta,extenditur etiam ad edenda, secundum Io.And.& Car.indistinctè,ẽm alios vero indistinctè ad futura non extenditur, ꝙ melius Sum.Ang.asserit,ꝙ̃ Sum.Ros.distinguat,vt extendatur ad futura,quæ sunt modici præiudicij,nõ aũt ad ea,ꝙ̃ sunt magni, quia hoc sentit S.Tho.vbi sup.dicens, ꝙ talis non tenetur ex iuro seruare futura, nisi intenderet se ad hæc obligare,& bene hoc probat Pan.qa pp periculũ periurij iuramentũ est grauis præiudicij,& strictæ interpretationis, ideoque nõ extendendũ,sed potius restringendũ, vt non comprehendat etiam quod ex lata verborum significatione posset cõprehẽdere,quod vult Arc.in c.ne quis.22.q.2.Et si dictus iurans addidit,quod per prius præstitum iuramentum seruabit ẽt futura,non est obligatus ex iuramẽto illa seruare:ita ꝙ sit piurus non seruando,sed ex pmissione,vt in c.clericus.eo.tit.ꝙ limita ẽm Pan.nisi cõstaret in foro aĩæ, vel iudiciali,ꝙ intendebat nouiter iurare,quia obligaret de iuro. arg. extra eod.& si Christus. Quod si interdicta statuta,vel consuetudines continent aliqua illicita,vel impossibilia, aut ecclesiasticæ libertati contraria, si iurans hoc sciuit,non debuit sic generaliter iurare, nec sunt hmõi statuta aliquatenus seruanda, sed alia solum,sed iurando peccauit mortaliter, iuxta prædicta. Si verò nesciuit,similiter non sunt seruanda.extra eod.contingit.libr. 6.sed non similiter peccauit,sed plus,vel minus secundum qualitatem ignorantiæ. Sciendũ est etiam ꝙ talis non tenetur seruare statuta abrogata per consuetudinem rationabilem, & præscriptam,de consue.c.fi.quia iam non habent vim statuti.arg.dist.4.§.leges.

24 VIGESIMOQVARTO † quæritur,quid si qs iurauit tenere obstagia in certo loco,sed nõ habet ibi,quid comedat,vel vnde soluat? Et dicit Host.ꝙ si tpe obligationis iam erat non soluendo tenetur obstagia seruare,quia videtur ad hoc se obligasse,vt victum quærat manib. suis,vel mendicando,sed si tunc erat soluendo,& nunc deuenit ad paupertatem, distingue,quia si est talis,qui possit sine verecũdia mendicare,idem dicitur,ꝙ prius:sed si est nobilis,& in dignitate,tali subueniendum est iuris beneficio,extra eo,q̃relam, & ca. breui.

25 VIGESIMOQVINTO † quæritur, quid si debitor iurauit creditori se soluturum in certo termino, & impeditus non potest? Et dicit Host. quod si cum iurauit credebat se nõ posse soluere,vel nõ habeat probabilem causam credẽdi,in vtroque casu periurat, quia in primo deerat veritas,in secundo iudiciũ.Si vero ab initio probabiliter credebat se posse soluere,non periurauit,& si postea fecit posse suũ, non est periurus.Et multo magis excusatur, si pecuniã misit tpe debito,sed casu fuit perdita.de iureiu.querelam. Et si postea lapso termino posset,& non solueret, efficeretur piurus,quia lapsus termini nõ sustulit obligationem iuramenti,de do. & contu. cum dilecti.

26 VIGESIMOSEXTO † quæritur, quid si quis iurauit redire ad carcerem? Et dico, quod ad hoc non tenetur,si carcer erat iniuriosus, idest contra iura,quod met.causa.cap.1.secus si non erat iniuriosus,quia tenetur,etiam si immineret periculum mortis,secundũ gl in cle. pastoralis,de reg.iur.& Bar.in l.relegati.ff.de pœ Pan.vt sup.Accusatio.§.vlt.hoc autẽ limita, vt non teneatur si iurauit animo euadendi,secus si animo se obligandi,iuxta ea, quæ dicta sunt supra eod.ti.§.7.

27 VIGESIMOSEPTIMO † quæritur vtrum possim compensare si iuraui dare tibi decem, & tu mihi debes alia decem?Et dicit Pan.in c. ad nostram,el 1.extra eod.ꝙ non, quia iurm est obseruandum in forma specifica,nec sufficit illud adimplere in effectu, quod ibi patet per tex.illũ,qui iurans tenetur prius actualiter soluere,nec sufficit compensare,q̃q̃ compensatio sit ficta solutio,l.si peculium.§.1.ff. de sta.lib.Et dicit idem,quod nostri Doc.communiter sentiunt, qđ dictum est, sed contrarium

rium sensit Bar.in l.amplius.ff.rem ra. ha. vbi concludit,quod cōpensas non erat periurus. Nam conditiones debent quidem impleri in forma specifica,sicut iur̃m:vt l.qui hr̃di. & l. Meuius.ff. de cōd. & dem.sediussus stare implet condōnem cōpensando,vt in d.l.si peculium. Ergo & c. p̃terea si ego impedior iusta de cā facere,ꝙ promisi,non sum periurus, vt in l.si.ff.qui satisd.cogā.sed si ego nō soluo tibi,quoniā tu dēs mihi tantumdem, egō impedior a te:vnde quasi facto tuo impeditus non debeo esse periurus. Hāc rōnem facit tex.in l. 3.ver.item quæritur.ff.de sta.lib.Et concludit Pan.ob rōnes Bar. ꝙ ante factum sequēda est opi.prima:quā tenet Io.An.& Inn. sed post factū,vt quis excusetur à periurio, sequēda est opi.Bar. Ego vero dico, ꝙ si ideo nō possum soluere tibi,quia tu mihi non soluis indubitāter,& ante factum opinio Bar.est tenēda,q̃a si impotentia me excusat à periurio,vt patet ex dictis multo magis impotentia,quā ex tuo defectu patior.Si vero possum soluere,etiam si mihi non soluas, adhuc est vera saltem in conscientia, nisi iurās intendisset se obligare ad dandū decem formaliter, vel ad dandū ēt si alius sibi non soluisset,modo liquida sint decem,quæ mihi debes: q̃a recompensans soluit,licet nō soluat formaliter, sed virtualiter & sic intelligitur d.l si peculium,ex iur̃o autē non teneor soluere formaliter, nisi expresserim vel intenderim soluere decē, etiam alio mihi nihil soluente,quo casu loquitur d.ca.ad nostram, vbi erat reddenda pecunia mutuata super pignore non computatis fructib. & in d.c.debitores.eo.ti.vbi erant promissæ vsuræ.

28 VIGESIMOOCTAVO † quæritur, vtrum is, qui jurauit non reuelare secretum indistincte teneatur illud celare.Et dicit Pan.de mēte gl. in c.ego.extra eo.ꝙ si quis iurauit non reuelare secretum, intelligitur de honesto,& non de alteri nociuo, sed illud possum reuelare, non omnibus,sed his qui possunt prodesse, ꝓ quo vide tex.iuncta gl.in c.nerui.dis.13.

29 VIGESIMONONO † quæritur, quid si quis iurauit non fideiubere?Et dicit Io.And.quod obseruare non tenetur, vbi periclitatur salus proximi,nisi fideiubeatur, quia iuramentum non extenditur ad hunc casum in cogitatum, de quo si tunc cogitasset,iur̃m fuisset temerarium,& hoc Pan.in c.si vero,eo.ti. habet pro indubitato, quia in tanta necessitate tenetur quis proximo subuenire,di.86.pasce.Imo sentit idem Panor.& valde bene,quod tale iur̃m non obliget,vbicunq; proximus, vere indiget, fideiussione, licet non periclitetur eius salus,nec eleemosyna sit de necessitate,nisi in necessitate extrema, quia licet hoc casu fideiussio non sit de præcepto, est tamen de consilio, & opus est ex pietate faciendum propter Deum,& proximum, non potest autem quis obligari vt non faciat opera pietatis,& perfectionis,quia non est verisimile,quod Deus talia iuramenta suscipiat contra consilium suū.

30 TRIGESIMO † quæritur, an obliget iuramentū puellę,quod dote cōtenta nō hēbit regressum ab bona pr̃na?Et dico,ꝙ sic,vt sup.dictum est in ti.Dos, in princ. Si tñ dolus interuenit,ita ꝙ nō iurasset,nisi dolus affuisset,tūc secus,vt sup.eo.§.19.Adde tñ, quod singulariter no Pan.in c.non sine,de arb. vbi ponit regulam, ꝙ quantumcunque iur̃m prohibeatur quacunq; lege,ēt canonica,vel diuina:tamen si non continet in se peccatum, tenetur iurās obseruare illud,licet peccauerit iurādo.Et facit pro hoc c.etsi Christus.Vtrum autem mulier,quæ facit donationem,& iurauit non cōtrauenire, possit reuocare superuenientibus liberis,sup. donatio.1.§.18.

31 TRIGESIMOPRIMO † quęritur,quomodo intelligitur illa authoritas.22.qu.5.iuramenti,quod Deus non facit differentiam inter iuramentum,& simplicem loquelam? Et dicit Pan.in procemio Decretalium, prope finem hoc esse quādo simplex loquela continet perfidiā,vel mendaciū, vt quia veniat ad decipiēdum, & intellige mendacium perniciosum, & sic ēt sentit gloss. ibi,quia inquit,vtrūq; est mortale, licet alterum altero grauius. Sed tñ aduerte,ꝙ textus non dicit illud,sed dicit,q̃d Deus inter iuramentū, & loquelam nostram nullam vult esse differētiam,quia,s in vtroq. vult esse veritatem,vt patet intuenti.¶Vtrum etiam is, qui iurauit stare sententiæ arbitri, possit petere reductionem ad arbitrium boni viri,sup.Arbiter.§.5. Vide etiam sup. Familia. §.8.de famulo, qui iurauit reuelare domino fures.De Periurio,infra suo loco.

RVRSVS DE IVRAMENTO quinto,quantum ad relaxationem, vel abolitionem.

1 *Iuramento quando liceat propria auctoritate contrauenire.*
2 *Iuramentum an possit semper dispensare, vel absolutio impendi.*
3 *Episcopus an possit in iuramentis dispensare.*
4 *Papa qualiter ab episcopo differat in iuramenti dispensatione.*

IVRAMENTVM quintò, conſiderari poteſt q̃tum ad eius abolitionem, quæ quidem locũ non habet vbi manifeſtè iuramentum nõ obligat, quia tunc poteſt, qui iurauit, propria authoritate contrauenire, vt patebit: ſed ſolum vbi per iuramentum contrahitur vere, vel apparenter obligatio: quæ alicuius authoritate aut volũtate aboleri aut relaxari poteſt. Hoc autem fit quatuor modis. Primo, ſ. abſolutione ſuperioris, puta epiſcopi vel Papæ: & ſecũdò, cõmutatione boni melioris: & tertiò, irritatione gubernatoris: & quartò, relaxatione creditoris de quib. omnibus ſtatim patebit.

1 PRIMO † igitur quæritur, vtrum & quando poſſit quis contra ſuum iuramentum propria authoritate contrauenire? dico duo, vnũ ſ. in genere, aliud in ſpecie. Quantum ad primum, vt colligo ex Inn. in c. cum quidam, de iureiu. dico, ꝙ quando dubium eſt an iuramentum ſit obligatorium necne, nemò contrauenire poteſt ſine authoritate ſuperioris: nec iudex ſecularis eo caſu poteſt ſe intromittere, ſed remittere debet ad eccleſiaſticum, ita no. Pan. in c. cum contingat eo. tit. Quando verò non eſt dubium de eius obligatione, ſed certũ eſt, ꝙ non obligat, tunc ſi ſeruari poteſt abſq; aliquo diſpendio ſalutis, debet peti abſolutio ꝑꝑ reuerentiam ſacramenti, quod Pan. in ca. cum quidam. eo. ti. dicit verum, non quantum ad neceſſitatem, ſed ſolum ne notetur de trãſgreſſione iuramenti, i. ratione ſcandali, & ita tene. Si verò ſit diſpendium ſalutis, vt quia derogat charitati, vel eius perfectioni, vel diſponentib. ad illam, poteſt homo propria authoritate contrauenire. Conſonat autem S. Tho. 2.2.q.89. art.9. ad tertium, dicens, ꝙ in dubio peti abſolutio quam epiſcopus poteſt impendere ſed quando manifeſte iuramentum repugnat iuſtitiæ, vt quia iuratum eſt illicitum, puta homicidium, vel impeditiuum maioris boni, puta non intrare religionem, non eſt opus diſpenſatione, ſed in primo caſu tenetur quis non ſeruare iuramentum, in ſecundo ſeruare poteſt, & non ſeruare. ¶ Quantum ad ſecundum, cum dictum ſit iuramentum vergere in peiorẽ exitum ſex modis. Primò, ſi iuratur aliquid mortale: ſecundò, ſi veniale: tertiò ſi indifferens, quod ex circumſtantia põt fieri mortale, aut veniale: quartò ſi excludit̃ aliq̃d faciẽdũ ex charitate: quintò ſi excludit̃ opus de gñe bonum: ſextò ſi excluditur q̃d indifferẽs pia intentione faciendum: vt ſup. Iurm̃. 4. §. 1. Cum inq̃tum ſic dictum ſit, dicit Monal. ꝙ in trib. primis caſib. põt quis, propria authoritate contrauenire, ſed in ponenda eſt tali pęnitentia pro temerario iur̃o: in reliquis aũt tribus quamuis hmõi iuramenta non ſiut obligatoria, nec imponenda ſit pn̄ia pro trãſgreſſione eorum tanquam pro mortali, non expedit tñ propria authoritate contrauenire, niſi ꝑꝑ vrgentem neceſſitatem, tum ꝑꝑ reuerentiam iur̃i, tum ꝓpter ſcandalum, hæc ex illo. Quem tamen intellige iuxta diſtinctionẽ primi dicti, i. in gñali, ſ. de certo & dubio, quia in omnibus his ſex caſibus poteſt quis authoritate propria contrauenire, ſi certum eſt, ꝙ iuramentum non liget. Adde etiam ꝙ ſecũdum Inno. in licitis licet ex iuſta cauſa propria authoritate contrauenire vrgente neceſſitate, ſi non poteſt haberi ſuperior, a quo petatur abſolutio ſup. Iuramentum. 4. §. 18.

2 SECVNDO † quęritur, vtrum in iuramentis poſſit diſpenſari ſemper, vel impendi abſolutio? Et dico ſcd̃m S. Th. 2.2.q.89. & omnes doctores, quod in iur̃o promiſſorio aliq̃n, in aſſertorio verò nunq̃ diſpenſari põt, quorum oĩum rõnem vide ibi. Vtrum aũt ſemper diſpenſari poſſit in promiſſorio per aliquẽ hominem, Sum. Roſ. recitans Dir. in libr. 2. dicit, quod ſi quis iuret aliquid licitè & honeſte ſeruabile, nec ſubeſt cauſa Papa illud mutare nõ debet, ſi tamen abſoluat aliquem, tenet abſolutio, quia eſt ſupra ius poſitiuũ ẽt contra ius diuinum poteſt diſpenſare, dum tamen cõtra euangelium, vel articulos fidei nõ diſpenſat. hæc ille. Et ſic ſecundũ hoc ſemper fieri poſſet abſolutio a iuramento promiſſorio de plenitudine poteſtatis papalis. In quibus paucis verbis ſunt multæ falſitates. Prima ſcilicet ꝙ Papa poſſit diſpenſare, licet non debeat, in iuramento licitè & honeſtè ſeruabili, ſine cauſa. Secunda, quod obſeruatio talis iuramenti ſit de iure poſitiuo. Tertia, quòd plus poſſit Papa diſpẽſare cõtra vetus, quam contra nouum teſtamentũ. Quarta, quod plus poſſit di-

ſpēſare circa oīa ſacr̄a,quā circa articulos fidei. Sed contra primā & ſecundā adduco S.T.2.2.vbi ſupra,ſic dicentē:Diſpēſatio ī iur̄o non ſe extendit ad hoc, ꝙ aliquid cōtra iuramentū fiat: quia hoc eſt impoſſibile cū obſeruatio iur̄i cadat ſub p̄cepto diuino, qđ eſt indiſpenſabile: ſed ad hoc, vt id,qđ ſub iur̄o cadebat, ſub eo non cadat,quaſi non exiſtēs debita materia iur̄i:ſicut de voto dictum eſt, hæc ex illo. Nec eſt verum,ꝙ in c.veniētes. eo.tit.dicat̄ in oī iur̄o authoritas ſuperioris excepta:ſed ſuperioris ius. Et iō Pa.in c.q̄to. ext. eo qn̄ iuramentū ex oī parte licitū eſt,ſ. tam ex parte iurantis, q̄ iur̄m recipientis: & materiæ: rn̄det cum diſtinctione dicens: Aut tale iur̄m fuit p̄ſtitum per inferiorē in materia ſpectante principaliter ad Papam, vt ſi iurauerint canonici non recipere aliquē in canonicum vltra numerum talē:& tunc poteſt Papa abſoluere a tali iur̄o ſine cā,quia in tali iur̄o intelligitur excepta authoritas Papę:vt in c.venientes.eo.tit.& hoc ibi no.Hoſt. Aut fuit p̄ſtitū in alia materia,& tūc aut materia, in qua p̄ſtatur,eſt ad honorē Dei principaliter,puta,pro fabrica eccłę,vel religionis ingreſſu, & ſic ſine cā nullus poteſt abſoluere niſi Deus. Et ſic intelligit Io.An.poſt Vin. in c.2.de ſpon. quia Papa non pōt remittere obligationē Deo q̄ſitā ſine cauſa 24 q.1.manet.22.q.4.ſi is qui.& multo minus pōt abſoluere ſeipſum,de iure pat.per veſtras. Si tn̄ alium abſoluit præſumitur ī dubio abſolutus quo ad eccleſiā militantē. Si aūt ſubeſt cā, Papa pōt abſoluere,vt in c.ſi verò.eod.tit. imò & ep̄s,ſicut & votū commutare vt dicit Inn. & in c.debitores.& Pan.in c.cū cōtingat.eo. tit.qui ēt poterit interpretari ſcđm d.Ant.in d.c.quanto. & Spe.in tit.de delegato.qn̄.ſ.dubitatur đ eius validitate, & alijs dubijs. Quæ 4 aūt ſit inter Papam, & ep̄m dr̄ia,dicetur.§.3. & 4. Eſt aūt iuſta cā ſcandalum vitandū, ſec. Inn.in c.venerabilem.de elec. & gl.in c.quanto de iureiu. vel cum maior vtilitas imminet in commutatione,vt no.In.in d.c. debitores. & eſt tex.in c.peruenit.el 2.eod.tit. vel ſcđm Direct. ſi malum exemplum prorogetur in multos,vel quacunq; alia eorum arbitrio iudicanda, meo iudicio.de quib.cauſis in c.nos ſanctorum.15.q.6.& c.authoritatē. Aut materia, in qua eſt p̄ſtitum,non pertinet ad Papam, nec ad honorem Dei, ſed commodū hominis,& ſic Papa ſine cauſa remittere nō poteſt,vt no.Arch.in ca.authoritatem.15.q. ſed poteſt ex cauſa, vt in capitu. quanto. extra eod.& in capit.ſecundo,de voto.

3 Tertio †quæritur,vtrum ep̄s poſſit in iuramentis diſpenſare? Et dicit Ray.ꝙ idem iudicandum eſt de abſolutione a iuramento & a voto,& gl.eius dicit, ꝑ nō ſolum Papa, ſed ēt epiſcopus diſpenſare poteſt in iuramēto, ſicut & in voto. Et ſecundum S.Th. 2.2.q.89. art.9.ad tertium,diſpenſare poteſt,quādo dubium eſt, vtrum id, quod ſub iuramento,cadit, ſit licitum, vel illicitum proficuum, vel nociuum,aut ſimpliciter, aut in aliquo caſu, & intellige a fortiori ſi ſit manifeſtum. Si autem ſit manifeſte licitum & vtile, non videtur,inquit,habere locum diſpenſatio, vel cōmutatio:niſi aliquid melius occurrat ad communem vtilitatem faciendum quod maxime videtur pertinere ad poteſtatem Papæ, qui habet curam vniuerſalis eccleſiæ. hæc ille, cuius mens eſt, quòd iuramentum licitum ex omni parte,ſ.iurantis, & eius cui iuratur, & materiæ,ſi indiſpenſabile, & vtile ſit incommutabile, niſi occurrat vtilius ad commune bonum, quod ſi ſit bonum diœceſis, commutabit epiſcopus, alioquin Papa vt innuit illud verbum,maximè. Igitur in iuramēto manifeſte licito, ſ. ex omni parte, epiſcopus non diſpenſat, ſed Papa, & hoc ex cauſa. Sed ſi ſit turpe ex parte iurātis, vel materiæ, vel ex parte recipientis,poterit diſpēſare, vnde ſecundum Inno.diſpenſat in iuramentis,ſi ſunt dolo.metu,aut vi extorta. Et ſecundum Panor.in c.1.de iureiur.ſi notoriè conſtat de turpi receptione, poterit diſpenſare abſque hoc,quod citet ſuſcipientem,vel cogat relaxare, puta ſi quis metu exegit iuramentum ſuper eo,de quo alias etiam de iure tenetur, vt exemplificat idem Pan.in can.ad noſtram. el 2.eo.tit.

Qvarto †quæritur,quæ dr̄ia in diſpēſando ſit inter Papam & ep̄m? Et dicit Arc.poſt Pan. ꝙ Papa hoc poteſt reſpectu totius orbis: epiſcopus vero reſpectu ſuæ diœceſis. Item ille poteſt reſpectu magnarum perſonarum, & in multū dubijs,quomodo pōt intelligi c.venerabilem,eod.titu. Iſte vero hoc poteſt in alijs. Item, vt dicit Pan.in c.propoſui.de conceſ.præb. ep̄s non liberat ex toto a voto, ſed cōmutat in cām magis acceptā. extra de voto.ca.1.quod intellige,qn̄ votum tenet, & ligat:Papa aūt poteſt ex toto liberare, quemadmodū ipſe Deus. Sed de hoc tertio infra Votum 4.§.3. Inferior autem epiſcopo non habens epiſcopalem iuriſdictionem nō poteſt a iuramento abſoluere, ſicut

nec

nec in voto dispensare:vt no.in c.1.de voto.

5 Qvinto †quæritur,vtrum licite qs possit
petere absolutionem a iuro in casu in quo te
net.Et Pa.in c.cum contingat.eo.ti.respõdet
cum distinctione.Nam aut iuramentum con
tinet turpitudinem ex parte suscipientis, ma
ximè concurrente materia turpi, super qua
præstatur: ex parte iurantis nullo imminen-
te peccato, & si potest peti absolutio nõ ob-
stante contradictione aduersarij:& casus est
in c.debitores.eod.tit. Aut iuramentum nul-
lam aliam turpitudinem habet, nisi quia est
contra legem præstitum:& in hoc distingue.
Aut.n.lex resistit propter fauorem Reipubli
cæ principaliter, & non est necessaria abso-
lutio, quia iuramentum non valuit, de foro
comp. si diligenti. Aut resistit principaliter
propter fauorem iurantis, licet secũdariò in
fauorem publicum,vt in muliere,minore, &
hmôi,& tunc si seruari potest sine dispendio
salutis,absolutio peti non potest.c.si verò.cũ
similibus.eo.ti.quod intellige quãdo sine do
lo,vi,aut metu,sed sponte, & scienter est iu-
ratum. Si verò iuramentum sit in contractu,
& datur enormis læsio, licet iurauerit nõ cõ
trauenire, petere tamen poterit absolutio-
nem, quia præsumitur dolus.l.omnes. § Lu-
cius.ff.de his quæ in frau.cred. & l.qui testiũ.
ff.de probatio.& quia nihil interest. vtrũ in-
terueniat dolus a proposito vel re ipsa.l.si qs
cum aliter.ff.de verb.obl. & quia verba iura
menti debent intelligi ciuili modo, s. ꝙ non
contraueniat vlla ratione, vel causa,exceptis
grauibus læsionibus. ar.l.creditor. §.Lucius.
ff.mand. intellige nisi scienter iurasset, quia
cessat dolus,& re ipsa,& ex proposito,ideo-
que non poterit. Sic etiam si non intellexit
enormem læsionem, licet dixerit non con-
trauenire neque paruæ,neque magnæ,vt po
nunt notarij, nõ propterea prohibetur quin
petere absolutionem,de quo vide sup. Arbi
ter.§.7.circa finem.

6 Sexto †quæritur,vtrum & à quo in iura-
mento possit fieri commutatio.Et dico,ꝙ de
hoc in c.peruenit.summatim dr̃, ꝙ non deie
rat qui iuramenti complementum in melius
commutat.Circa quod Pan.ibi sic distinguit.
Nam iuramentum, aut concernit vtilitatem
priuatam,aut honorem Dei. Si concernit vti
litatem priuatam commutari non potest, ẽt
in melius, sine consensu eius, cui præstitum
fuit, nec in hoc prodest superioris authori-
tas.ex hoc quod no.in c.quanto. eo.ti.& per
Inn.in c.cum inter.de renunc.Pro quo etiam
facit, quia debitor vnam rem ẽt meliorẽ pro
alio inuito creditore soluere nõ potest. Inst.
quibus mo.tol.ob.in prin.Si verò concernit
honorem Dei requirit superioris authoritas
in commutatione,secundum Ant.si dubium
est vtrum illud,in quod vult quis commuta-
re,sit maius bonum. Et idem si euidenter est
maius bonum,sed obseruatio eius,quod iura
uit nõ impedit illud,vel turbat,puta, quia iu
rauit adire S.Antonium. & nunc vult adire
Sepulcrũ, põt.n.implere primum, & postea
secundum,quia requiritur superioris autho-
ritas saltem epi, qui sicut votum, ita & iura-
mentum potest commutare, secundum Inn.
in c.debitores.eo.tit.Si verò seruari non po-
test iuramentum sine perturbatione, vel de-
sertione maioris boni propria authoritate
contrauenire potest,secundum d.Anto.sicut
si iurauit adire Sepulchrum, aut contrahere
cum aliqua,potest propria authoritate intra
re religionem,quia pro tpali obsequio impe
dit dño perpetuã seruitutem.ar.de vo.c.scri-
pturæ.Sed no.ꝙ si nõ sit ad honorẽ Dei, nec
priuatã vtilitatẽ, sed pp bonum cõe, idẽ vr̃,
sicut si esset ad priuatam vtilitatem,quia cõ-
mutari non poterit sine consensu eius,qui ha
bet curam boni communis.

7 Septimo †quæritur,vtrum aboleri possit
iuramentum per irritationem gubernatoris,
seu domini? Et dicit S.Tho.2.2.q.89.ꝙ ad v-
numquemque pertinet irritare, idest, annul-
lare iuramentum a sibi subditis factum,circa
ea,quæ est eius potestati.subduntur, sicut po
test pater irritare iuramentum puellæ, & vir
vxoris, vt dicitur Num.30. quod secundum
Veru. videtur intelligendum in his, quæ non
possunt fieri sine scandalo, & præiudicio vi-
rorum. Et idem secundum Arch. de filijs, &
seruis,videtur.

8 Octavo †quæritur,vtrum ille,cui iuran-
do aliquid promittitur, possit abolere iura-
mentum relaxando illud. Et dicit S.Tho.2.2.
q.89.ꝙ si promissum erat aliquid pertinẽs ad
eius vtilitatem,puta seruitium, vel pecunia:
quia intelligitur ei soluisse promissum, quan
do fecit Deo secundum eius voluntatem. Si
vero promissum pertinet ad honorem Dei,
vel vtilitatem aliorum, vt religionis ingres-
sus vel opus pietatis,tunc absoluere non po
test ille cui promittitur, quia promissio non
est facta illi principaliter, sed Deo, nisi fortè
sit interposita conditio, si illi videbitur cui
promittit, vel aliquid tale concor. Hostiens.
Rayn.

Nono

9 Nono † quæritur, quid si duo, vel plures si bi inuicem aliquid sub iuramento promittunt? Et dicit Ioan. Andr. in cap. 2. de spon. & Io. de Lig. in clem. 1. de vsur. quod possunt sibi inuicem relaxare iuramentum, quod concernit vtilitatem iurantium tantum; secus si concerneret cultum Dei, vel religionem, uel pietatem, puta, quia iurauerunt ingredi religionem dicere duo psalteria pro inuicem, vel quod de sunt lucro dabunt certam partẽ pauperibus quia huiusmodi sibi remittere non possunt. Similiter nec si iurauerunt id, ad quod tenebantur: puta, quod non faciant furtum, quod non falsificabũt merces. Similiter nec si iurauerunt facere, vel non facere aliquid simpliciter, quod non pertinet ad eum cui iuratur, vt quod non negotiabuntur, vel non facient talem artem, si tamen tale iuramentum respiciat incommodum alterius, puta communitatis, vel aliorum, non valeret, vt dictum est. Similiter non tenetur, quando iurando de aliquo faciendo, vel non faciendo intendebat, quod ille, cui iuratur, similiter faceret, quia si ille non seruat, nec iste tenetur, cõcor. per omnia Direct. facit, quod no. Host. Inn. & Ber. in c. peruenit, el 2. & facit ca. sicut el 3. de iureiur.

10 Decimo, † quid si duo habentes mensurã, vel stateram communitatis, quam consueuerant portare ad vendentes, & inde mercedem recipere, iurauerunt sibi inuicem eam de cætero non portare? Et dicit Verue. ꝙ si ex hoc multum damnificati sunt, vt quia prouisum est de alia mensura, non possent authoritate propria venire contra iuramentum, si forte ex hoc ad extremam necessitatem deuenirent, vel nullo modo habere possent, vnde viuerent, episcopus tñ absq; tanta necessitate posset iurm in melius commutare, cũ nulli sit vtile, sed aliquibus damnosum. Et si alter eorum periurat portando, reliquus non tenebitur iuramento, si intendebat iurare sub conditione, ꝙ alter seruaret iuramentum, tenebitur vero, si iurauit absolute, & si nescit quomodo iurauit, vel intenderit, tũc si emolumentũ erat cõe nihilominus tenet, quia nullum ex hoc fit ei præiudicium. Si vero emolumentũ est solum portantis, tunc benignius est interpretandum. s. ꝙ fidem non seruanti non promiserit cũ damno suo, & lucro alterius, quia generaliter, ẽm Host. & Ber. si duo aliquid inuicem sibi iurarunt, vno non seruante, alius non tenetur. extra eo. sicut. el 3. nisi illud esset in honorem Dei, puta dicere psalterium pro inuicem, vel certam eleemosynam elargiri, supra Iuramentum. 4. §. 2.

11 Vndecimo † quæritur, vtrum venditor iurans non contrauenire venditioni, & tunc dicens se deceptum vltra dimidiam, debeat audiri? Et dicit gl. in cap. cum causa. de emp. & vend. ꝙ non si est maior, secus autem si minor, quia per tale iuramentum non excluditur, nisi beneficium ætatis nõ autem quod renunciet iuri communi, vnde possunt agere ad supplementum precij, aut venditionis rescissionem, nisi iurasse rem, aut precium non repetere, eo quod vltra dimidiam esset deceptus; quia tunc vtraque via esset illi præclusa ꝑp iuramentum. Addit tñ Pan. ibi, quod si minor esset enormiter læsus, posset petere absolutionem à iurõ, etiam si interuenisset verba magis specifica, vt qu à dixit se velle donare totum, quod plus valebat etiam in magna quantitate, quia in minor præsumitur deceptione: arg. l. si quis cum sciret, ff. de pro emp. Et idem credit de maiore, vt possit petere absolutionem ratione enormissimæ læsionis, intelligendo, quod non donauerit, quod plus valebit, quia non præsumitur in tanta quantitate donatio, sed deceptio, hæc ille ibi, si tamen præsumeretur donatio secus.

12 Dvodecimo † quæritur, vtrum possit quis propria authoritate venire contra iuramentum extortum dolo? Et Archid. post Pan. distinguit. Nam si iuramentum venit super contractu reprobato, potest, vt supra Iuramentũ 4. & 8. Si vero iuramentum non venit contra dispositum a iure, distinguendum est, quia si tantus est dolus, quod excedit mentem iurantis, puta quia eo cessante non iurasset, similiter, potest, arg. per id, quod not. Io. And. in c. vnico, de commo. de quo etiam vide in d. §. 8. Si vero dolus non excludit consensum, vt quia non dat causam contractui requiritur absolutio, quæ præstari debet non obstãte contradictione aduersarij, propter eius turpitudinem, & dolum. Et similiter requiritur vbi interuenit metus, qui in odium aduersarij metum inferentis faciliter debet impendi, vt in cap. verum, eod. tit. non solum si metus cadebat in constantem vnum, vt vult ibi glo. sed etiam si metus fuit vanus, secundum Host. quod magis placet Pan. in odiũ cogẽtis, nec commodum ex suo dolo reportet. Sed intellige, quando iurans intendebat se obligare alias propria authoritate conuenire potest, iuxta prædicta.

13 Decimotertio † quando turpitudo reperi-

peritur ex parte recipientis iuramentum, ita
quod locus est petitioni absolutionis, sed iu-
rans antequã absolueretur incidit in periu-
riũ, q̃ritur vtrũ possit absolutionem petere si
cut ante periurium? Et dicit Arch. post Pano.
extra eo. c. 1. quod aut iam est elapsus termi-
nus solutionis, & non dẽt audiri: quia frustra
implorat legis auxilium, qui committit in le-
gẽ, de vsuc. quia frustra. Et hoc sentit Fed. con
sil. 288. & hoc non perseueret in periurio, sed
dẽt soluere vsuras, & postea repetere, vt in c.
debitores extra eod. si vero non est elapsus
terminus, sed mora committitur ex sola in-
terpretatione, sic instante termino solutionis
peti non potest relaxatio a iuramento, ne in
termino incidat in periurium, secundum Ioã.
And. & sic solum põt peterẽ relaxationem an
teq̃ constituatur in mora solutionis, sed non
placet do. Ant. dictum Fed. s. quod audiri non
debeat periurus relaxationem petẽs, quia cũ
esset obligatus ad soluendum in termino, &
ad soluẽdum simpliciter, quatenus remaneat
obligatus post terminum, potest petere rela-
xationem, quod Pan. putat verum si non per-
seuerat in peccato: licet inciderit in periuriũ,
de quo est sibi pœnitentia imponenda: secus
si in peccato perseueret.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, vtrum iurãs
soluere quod alter turpiter accipit: puta, vsu
ras possit petere absolutionem ante solutio-
nem? Et dicit Arch. post Pan. in cap. 1. eod. tit.
quod si simpliciter iurauit soluere vsuras, tũc
habet plura remedia. ¶ Primum, vt soluendo
impleat iuramentum, deinde repetat extr. eo.
debitores. ¶ Secundum, vt petat creditorem
compelli ad relaxationem iuramenti: vt in d.
cap. 1. & hoc nisi instaret terminus solutionis,
ita quod ex mora incideret in periuriũ: quia
tunc non audiretur, sed prius soluat, & postea
repetat, & idem si terminus est elapsus. ¶ Ter
tiũ, vt petat absolutionem ab episcopo, quod
quidem remedium Inn. putat esse subsidium
subsidiarum, id est, non valens nisi seruato se-
cundo remedio, & consentit Io. And. sed Do.
Ant. tenet, ꝙ sit subsidium, idest, valens per se,
quot magis placet Pan. quia si episcopus ab-
soluit a iuramento metu præstito, nec est ne-
cesse recurrere ad iuramentum recipientem,
vt in d. c. ad aures extr. de his, quæ vi metusve
cau. fi. multo magis in casu isto. ¶ Quartum, vt
conuentus excipiat, se non teneri ad obseruã
tiam iuramenti, cum ipse creditor propter
suam turpitudinem illud relaxare teneatur, &
illud relaxari petit, quod tamen facere debet
ante terminum solutionis elapsum. ¶ Quin-
tum, vt iudex ex officio suo compellat credi-
torem, resistere ab vsurarum exactione. Si ve
ro iurauit soluere, & nullam super hoc queri
moniam mouere, vel iudici denunciare, tunc
habet ẽt plura remedia. ¶ Primum, vt soluat,
& postea repetat, quia non iurauit nõ repete-
re, & hoc iurm̃ est strictè intelligendum, vt in
c. ad audientiam. de his, quæ vi. met. &c. sed
hoc ego non approbo, quia virtualiter, & se-
cundũ suam mentem iurauit non repetere, si
non mentiebatur. ¶ Secundum, ut denunciet
ecclesiæ: quia nullum iuramentum obligare
põt, quin possit quis ecclesiæ denunciare cri-
minosum, vt in c. quemadmodum. eo. tit. quod
Pan. post Host. videtur limitare, vt denũciet,
si videt intentionem suam super salute proxi
mi fundatam, & non super interesse suo prin
cipaliter, quia obstaret illa iuramẽtũ. Sed ego
dico de mente S. Thom. esse, ꝙ hoc possit in-
tendens principaliter suum interesse, quia ex
quo iuramentum nullum est, illud me non ad
stringit, ad hanc intentionem, vel allam. ¶ Ter
tium est, vt faciat se absoluere, sine citatione
creditoris, secundum Io. Andr. quod Pan. non
placet: quia hoc implicite querela continet, q̃
abiurauit. Sed ego dico, ꝙ iuramentum non
querelandi non valuit cum sit contra publicã
iustitiam. Quartum est, vt iudex ex officio suo
compellat creditorem relaxare iuramẽtum,
vel ab exactione desistere. Si vero iam soluit
vsuras, potest repetere, quod si iurauit non re
petere, vel querulari, semper remanet sibi
uia denunciandi, quæ per iuramentum exclu
di non potest.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, vtrum vocã
da sit pars aduersa, cũ quis petit relaxari sibi
iuramentum factum ad instantiam eius? Et di
cit Arch. post Pan quod si iuramentum cõti-
net aliquam vtilitatem ex parte recipientis:
relaxari non debet, nisi vocata parte, quia ni-
hil fieri debet in præiudicium absentis. de cã.
pos. cap. 1. & si aliter fiat, absolutio non valet:
quod tamen limitat, nisi notorie constet iura
mentum continere turpitudinem ex parte re
cipientis, ita quod parti absenti certũ sit nullã
defensionem competere in hoc quo casu va-
let absolutio parte non vocata, ad quod cap.
bone, de elect. Sed si nõ constet manifestè de
turpitudine, vt quia non constat, ꝙ iurauerit
soluere vsuras: puta quia contractus erat sub
forma licita conceptus: & sic non põt consta
re de turpitudine ante finem termini: vel ꝑꝑ
absentiam partis, vel quia terminus instabat,

tunc non fiat absolutio parte non vocata, vt in c.debitores.eo.tit. Do.autem Anto.dicit, ꝙ si tanta sit turpitudo ex parte recipientis iuramentum, ꝙ ei nulla actio acquiratur, nec contractus iuramento firmetur, non est necesse partem vocari, quia nullum potest interesse prætendere, sed supposito, ꝙ debeat pars vocari, si tamen absolutio fiat parte non vocata tenet, sicut dicitur de absolutione ab excommunicatione, quod ego verum puto, quando iuramentum iustè petebatur relaxari, alias secus, nisi eo casu quo relaxans posset de iure partis auferre, & dare alteri parti.

DE IVRISDICTIONE.

1 *Iurisdictio quid & quotuplex sit.*
2 *Ordinariam iurisdictionem qua donent.*

1 IVRISDICTIO † secūdum Azo. est potestas de publico introducta cum necessitate iurisdicendi, vel æquitatis statuendæ, & dicitur iurisdictio quasi iuris dictio a iure dicendo, & est facultas quædam concessa ei, qui iuri dicēdo præest, qua commissa intelligūtur omnia concessa, sine quibus explicari non potest. ff. de iuris. om.iud.l.2. Secundum Herueū sic describitur, iurisdictio est, qua præsides alicui reipublicæ potest dicere ius, statuendo, sententiando, vel cum obligatione subditorum ad habendum id, ꝙ dr̄ pro iusto. Iurisdictionum quædam est ordinaria, & quædam delegata.

2 ORDINARIAM † dant quatuor. Primo lex inanimata, vel canon: & hoc in dubio, secus si appareat, ꝙ velit delegatam. Secundò lex animata, vt Papa, vel Imperator, & non inferior nisi eps̄ suo vicario. Tertiò, consuetudo. Quartò vniuersitas approbata, vt mercatorum cerdonum, & aliorum artificum, qui possunt de suo corpore creare, & eligere iudicem ordinarium: & similiter vniuersitas facultatum artium, vel legistarum, de quo no. in ca. cum ab ecclesiarum. de offi.ord. Item alia est plena, s. solius Principis, alia semiplena, s. aliorum a principe. de quo vide C. eo. titu. l.3. Item quædam est voluntaria, quando. s. nemo se opponit, quæ exerceri potest omni tempore, & loco, ff. de adop. l. emancipari, quædam contentiosa, s. quando litigatur, quæ expedri non potest a iudice procedente, seu sedente non pro tribunali, nec diebus feriatis, nec de nocte 3.q.3. spatium. de off. deleg. consuluit.

1 *Ius quid.*
2 *Aequitas quid.*

1 IVs † dictū est quasi iustum, dist.7. c. ius autem, & secundum Isid. 5. Etymo. cuius multas significationes ponit Ioan. And. de re iud. in prin. lib.6. & S. Tho. 2.2.q.57.ar.1. & in proposito sumitur prout est pars boni, & æq, cuius merito quis nos Sacerdotes appellat, i. sua iura cuilibet ministrantes, seu sacrorum præceptorū ministros, ff. de iust. & iu. l.1.2. respōso, & est quid medium inter æquitatem, & rigorem. Est autem rigor excessus, siue austeritas iuris aliquoties ad terrorem scriptus, qui seruandus non est, nisi vbi timetur exemplū mali. dis.45. sed & illud, quandoque tamen sumitur aliis modis, vt inf. Rigor.

2 AEQVITAS † verò est iustitia dulcore misericordiæ tēperata, & hanc iudex semꝑ dēt habere pro oculis. ff. de eo. ꝙ certo loc. l. ꝙ si Ephesi. & dist.45. disciplina, & dist. 50. ponderet, quia melius est de misericordia, quā de seueritate reddere rōnem. 26.q.7. allegāt, quod Rayn. intelligit nisi ex causa iusta seruetur rigor, aut fiat dispensatio. Et quia iura humana semper intendunt cum misericordia punire, quia deriuantur a diuino, ideò æquitas ēt in ipso rigore seruāda est, quādo expedit, vnde proprium eius est discedere a verbis legis seruata eius intētione, vt sup. Æquitas, dictū est. Vide antem multa de iure canonico, & ciuili. inf. Lex. Diuiditur aūt ius naturale, gentiū, ciuile, & publicum, de quo vide dist. 1. ꝑ totum & ff. de iust. & iure per totum. Vtrum autē valeant ea, q̄ fiunt contra ius, vide inf. lex. §. vlt.

IVSIVRANDVM, vt dicit Pan. ext. eo. in rub. & Iuramentum, & Sacramentum sunt synonyma, i. idem significantia, vt ibi probat. Dicitur verò iusiurandum, secundum aliquos, vt no. in auth. sacramenta. C. si aduer. vendi. qa ius ponitur pro expressione verborum, quod non placet ibi Petro, & Cyno: & dicunt, ꝙ multa sunt necessaria, vt iuridicè iuretur, vt sit sensus, cum dicitur de iurando iure, idest, iuramento iure facto, & dicit Host. in Summa eo. tit. §.1. quod melius diceretur de facto iurato, vel de iure iurato. Est autem multiplex, iuxta sup. iuramentum 1. §.2.

DE IVRE PATRONATVS, & patrono.

1 *Ius patronatus quid.*
2 *Patronus quibus modis quis fiat.*
3 *Patrono quale, & quotuplex ius atquiratur.*
4 *Patronus an possit aliquid exigere in recognitionem.*
5 *Ius patronatus quomodo transeat ad hæredes, vel legatarios.*
6 *Ius patronatus quomodo vendatur, & confiscetur.*
7 *Præsentatio, & institutio qualiter, & quando fieri debeant.*

8 *Patronus qualem præſentare debeat.*
9 *Patronus quando poſſit præſentando variare, & a quis præſentatorum præferatur.*
10 *Patronatum ſi duo contendant, qualiter inſtituet epiſcopus.*
11 *Patronus qualiter debeat præſentare.*
12 *Patroni vnius contemptus, an impediat inſtitutionem.*
13 *Patroni plures ſi in præſentando diſcordent, quis præferatur.*
14 *Patronorum maior pars qualiter ſit accipienda.*
15 *Præſentare qui ſint idonei.*

1 IVs patronatus a iure, & patrono dictum multipliciter in iure nominatur. Dicitur enim quandoque aduocatio.ext. eo.quia clericus. quandoque vicedominatus, vel cuſtodia, ſeu guardia, extra eo.præterea: quandoque ius frequentationis, vel confeſſionis. 16. q.7.piæ mentis: & c.Frigentius, quæ nomina pro eodem ſupponunt. de ſta.mon.in ſingulis.§.fi.eſt igitur ius patronatus, ſecundũ Hoſtien. poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium eccleſiaſticum, intellige ſimplex & ꝯ vacans, ſecundum Ray.Goff.Inn.& Ber. Vel eſt ius honorificum, onerosum, & vtile, alicui competens in eccleſia: pro eo quod de conſenſu diœceſani eam fundauit, cõſtruxit, vel dotauit ipſe, vel is, a quo cauſam habuit ſecundum Io.And.& Pan.in rub.de iure pat. Quomodo autem ſit honorificum, onerosũ, & vtile, vide inf.§.2.per totũ.Patronus quoque dupliciter ſumitur loquendo iuridice, ſ. ciuiliter, ſeu ſecundum iura ciuilia, & ſic patronus eſt, qui ſeruum manumiſit, & aduocatus qui patrocinatur ĩ cauſis, & canonice, ſeu ſecundum iura canonica, & eſt his, qui habet dictam poteſtatem præſentandi.

2 PRIMO † verò quæritur, quõ quis poſſit eſſe patronus, ſeu acquirere ius patronatus? Et dico multa. ¶ Primum, ꝙ tribus modis fit qs ecclæ patronus, quia patronum faciunt dos, ædificatio, fundus: vt dicit verſus, & intellige ꝙ per quodlibet horum efficitur quis patronus, ſec.Io. And.quod Arch.limitat, ſi fiat authoritate epi. Et ſic patet quod multi poſſũt eſſe patroni, vt quia vnus dedit fundũ: alius ædificauit, alius dotauit: vel etiã ſi plures fundauerunt, aut ædificauerunt, aut dotauerunt, aut infra, particula tertia circa prin.Primo ergo eſt quis patronus, quia eccleſiam fundauit, i.fundum ad ædificandum dedit: de iure patro.cap.a nobis.& cap.abbatem, 16.quæſt. ſecunda, ſed ſi fundus pereat eccleſia facta, vel fienda, perditur hoc ius. Secundo, quia eccleſiam conſtruxit.16.quæſtio.2.monaſterium, quod intellige ſi de cõſenſu epi fiat, cũ alio modo eccleſia fieri non debeat.de conſecrat.diſt.1.nemo.de iu.pat.ca.quoniam.& ca. nobis fuit.16.q.7.filius.Et idem eſt etiã ſi mulier ſit quæ conſtruxit, ſm Arch. & idem ſm Hoſt & ſi quis funditus deſtructam de cõſenſu epiſcopi reparauit, & intellige etiam de eadem materia, quia perinde eſt, ac ſi de nouo feciſſet, de Iudæ.conſuluit.& in authẽ. vt nullus fab.orat. do.§.1.ſecus ſi ſolum refecit. ſecundum Lau.& primus ædificator ꝑdit ius patronatus: niſi fundum dediſſet, ſecundum Glo.in c.qm̃.eo.tit.vel dotem æquum tamen eſſet ſecundum Hoſt. vt antequam reædificationi eps conſentiat, antiquus patronus requiratur, & ipſe in reædificando, ſi voluerit, cæteris præferatur. Tertiò, quia eccleſiam dotauit.d.c.filijs.& c.quicunque ibidem, quod qdam intelligunt de dote ante conſecrationẽ data, quia nulla ſeruitus rei ſacræ poteſt imponi, l.ſeruitutes.ff.de ſerui.l.2.§.vltim.& qđ humani iuris deſinit eſſe, ſeruitutem non recipit.ff.commun.præd. l.caueri. Sed quia habere bonum patronum non videretur ſeruitus, ſed beneficium, cum nõ gratia ſui, ſed eccleſiæ patrocinetur quo ad tẽporalia: iõ melius Inn.& Hoſt.hoc intelligunt, de data etiã poſt conſecrationem: quia ſine ſubſtantia rerum non poteſt eccleſiæ deſeruiri. 1.q.3.ſi qs obiecerit.& eo caſu ſec.Io.And.efficitur dotans patronus cum ædificante.quod Pan.in c. quoniam.eo.tit.limitat verum, quando fundator ad dotationem compelli nõ põt, vt fit in iſtis capellis. Archid.verò limitat primò, ſi fiat authoritate diœceſani, & a conſecrari faciente, vel ipſo epo conſecratori dos haberi non poteſt: limita etiam ſi detur nomine dotis: quia ſi quis aliquid magnum dederit eccleſiæ ante conſecrationem vel poſt, non dotis nomine, erit quidem beneficio: ſed non patronus, ſecundum Inno.& Panor.in d.c.quoniam.& Archid. ¶ Secundum. Quantũ ad fundationem, & conſecrationem eccleſiæ remanent multæ quæſtiones, quas Arch.poſt aliquos Doctores ſic determinat: Si vnus materiam in conſtruendo, alius gratis operas ponit, vt faber, aut ſoluit ponenti, ambo erunt patroni, ſi de hoc cum authoritate epiſcopi cõuenerunt, alias nõ, ſed ſupple erit ſolus ille, qui materiã poſuit. Si tutor nomine pupilli, vel de eius pecunia, aut in eius fundo eccleſiam fundet, cõſtruat, vel dotet, ius patronatus acquiritur pupillo, & non tutori, quia om-

omnia acquisita per tutorē ex rebus pupilli, acquiruntur pupillo.de pecul.cleri.c.2.Si clericus de pecunia propria ecclesiam construat in fundo ecclesiæ, vtrique, idest, clerico, & ecclesiæ acquiritur hoc ius:quia ecclesiæ suæ conditionem deteriorem facere non potuit, de don.c.2. & idem si in fundo proprio est pecunia ecclesiæ, vt sentire videtur Io.An.Sed si ex pecunia ecclesiæ emptus est fundus, & facta constructio:licet non eius noīe,ecclesię tātum acquiritur hoc ius argum.12.q.2.Apostolicos. Et ex his patet, quod si laicus capellam in ecclesia construat, & dotet, nō acquiritur hoc ius illi soli, sed etiam ecclesiæ simul, secū dum Pan.in c.ad audientiam.de eccl. ædifica. quia ecclesia fundum ponit. Si ex pecunia militis non eo sciente,nec eius nomine alius ecclesiam construat,non acquiritur hoc ius militi,q̄a non fuit consensus episcopi ad militē. d.cap.quoniam,nec forte expedit ecclesię militem habere patronū, nec etiam constructori, quia fraus & dolus nemini debent patrocinari.de resc.c.sedes, sed remanebit ecclesia libera. Si de pecunia fęnebri vsurarij ecclesia 3 constructa est,licet de talibus non sit ecclesia construenda.de vsur.c.quia frustra,nec eleemosyna facienda.1.quæst.prima.non est putanda,sed restituenda sunt propter hoc tamē non est ecclesia illa demolienda. 14. quæst.6. c.competimus, & ius patronatus acquiritur ipsi vsurario,quia dominium pecuniæ erat ipsius,immo & res empta ex eo: vt notatur per Modernos,in cap.cum tu.de vsur.quod limitant,si aliunde habet vnde soluat his,a quibus extorsit:alias ecclesia fit libera.arg.eorum q. no.1.q.1.non est putanda. Et idem dicendum de ecclesia ædificata ex pecunia furis, aut simoniaca, vel acquisita per meretricium, vel alium illicitum modum. In vltimo tñ casu nō est pecunia restituenda,vel eroganda pauperibus,vt in alijs. ¶ Tertium. Quantum etiam ad omnes actus inducentes hoc ius, remanēt multæ quæstiones,quas Arch.post aliquos solemnes Doct.sic determinat:Si plures inæqualiter tribuunt ad actum inducentem ius patronatus.hoc non impedit æqualem acquisitionem illius iuris.ar.de consue.cap.fin.li.6 Non enim requiritur quod quilibet det sufficientem dotem,ex quo sunt plures. Vnde secundum Innoc. possunt esse plures in constituenda dote,& quilibet erit patronus. & idem gl. 63.distin.in Sum.& sic glo.in cap.quicunque. 16.q.7. quæ vult,quod dans modicam dotem non sit patronus:limitatur quādo vnus, solus dat:secus si plures dant sufficientem. Et idem dic in ædificatione,& fundatione. Et si vnus habuit licētiam a diœcesano, alij non: ille solus erit patronus,& intellige a diœcesano,nō quidem ædificantis,sed diœcesis in qua est fundus.eo.tit.nobis,de fo.comp. sanè.Si episcopus licentiam dare non vult, vt quia vult pecuniam,vel alia de causa:referatur hoc Papæ, qui eum compellet.eo. tit. nullus.vel licentiā dabit,nisi subsit iusta causa negandi. Vtrū autem hoc casu recursus haberi possit ad Metropolitanum.Tanc.Vinc.& Gofr.videntur sentire quod sic,contrarium sensit Host.Sed alij dicunt si episcopus monitus licentiā dare recusauerit, vel neglexerit sine iusta causa:eam dare poterit archiepiscopus, quia negligentiā suffraganei supplet.9.quæst.3. cum simus.negligentia autem est lapso tempore monitionis nulla causa assignata. Si vacuerit sedes,capitulum poterit dare licentiam ædificandi ecclesiam,quia in his quæ sunt iurisdictionis nō ordinis, vt est hoc capitulum succedit:de ma. & ob.cum olim.

Secundo † quæritur, quotuplex & quale ius acquiratur patrono? Et dico, quod quadruplex, iuxta illud, Patrono debet honor, onus emolumentum.Præsentet, præsit, defendat, alatur egenus. ¶ Primum ergo est, quod habet hunc honorem,vt præsentet instituendum ad præbendas,siue ecclesias nō collegiatas,extra eo.fere per totum.in collegiatis autem in electione iam facta non fienda postulatur assensus patroni.eod.tit.a nobis,vel etiam in fienda,si in fundatione hoc cōcessit episcopus patrono clerico, & Papa laico,vt in d.c. nobis,iuncta gl. Et si episcopus, vel alius prælatus sine patroni præsentatione rectorem instituit īstitutio ipso iure nulla est,per c. decernimus.16.q.7.secundum Io.An.in ca.2.de off. vica.li.6. Quod fallit primo,si patronus fuisset negligens in præsentando,quia elapso tempore episcopus bene instituit,& secūdo si instituens sit Papa,quia instituere, potest sine pręsentatione patroni.licet secus sit in alijs prælatis citra Papam:extra eod.cum dilectus.& similiter potest legatus de latere, si patronus sit ecclesiasticus:secus si secularis,pro quo vide gl in cle.per literas de pręben.& Pan.in c. quoniam.extra eo.& est casus d.ca.cum dilectus.¶ Secundum est, quod habet hunc honorem,quod quasi principalis, & primus in ꝓcessionibus incedit.19.q.7.piæ mentis,& cap. Frigentius.¶ Tertium est, q̄ habet hoc onus, quod sit defensor ꝑcipuus ecclesiæ, ideo q̄ tenetur

netur eam defendere ab omnibus oppressoribus.16.qu.7.filijs. vnde ei tenetur de administratione rationem reddere presentatus.intellige,si patronus sit ecclesiasticus,vt no.i c. cũ &plantare.depriui.& Pa.in c.ex literis,&c. cum propter.eod.tit.non tamen valde strictè dicendo quid expendat quotidie,sed in genere,vt no.Pan.in c.ex literis extra eod.¶ Quartum, vt habeat hanc vtilitatẽ:quod si vergat ad inopiam,alatur de bonis ipsius ecclesiæ. d. ca.filius.ita.s.quod ex reditibus vltra necessaria remanentibus ecclesia tenetur alimentare patronum pinguius, quam alios pauperes, 16.q.7.quicunq.el 2.& c.nobis,in fine,de iure patronat.

4 Tertio † quæritur, vtrum patronus aliquid possit exigere in recognitionem iuris patronatus?Et dico quod non,secundum Pan.in c.præterea.el 2 eod.ti. nisi in fundatione hoc a diœcesano fuisset sibi reseruatum. Nam in ipsa fundatione potest patronus laicus de cõsensu episcopi certum retinere censum. d.ca. præterea. non tamen potest seruitium aliqđ exigere post fundationem,vt dicit ibi Pan. nisi reseruatum fuerit per episcopum tempore fundationis,vel alias iure cautum.Vnde si episcopus authoritatem præstitisset, posset tale ius vendere titulo apud ipsum remanente.Et dicit primo per illum tex.se alias consuluisse, ꝙ populus patronus exigere non põt a presbytero certos cereos in recognitionem iuris patronatus,ex quo illud non fuit reseruatum tẽpore fundationis: nec potest patronus propria authoritate aliquod seruitium, vel aliud temporale sibi reseruare: sed hoc facere dẽt episcopus ad eius petitionem. Infert ẽt secundo ꝙ si patronus in testamento mandauit ecclesiam construi: & reseruauit aliquam pẽsionem annuatim filijs soluendam,ꝙ eam exigere non poterunt,nisi episcopus illud reseruet patrono per statutũ.¶ Et tertio, ꝙ patronus donare non potest ius patronatus sine cõsensu epi:& intellige laico,vel clerico rõne patrimonij.Secus si vult donare ecclesiæ.extr. eo. illud.Immo secũdum Doct.si eps statuisset pẽsionem patrono immoderatam respectu redituũ ecclesiæ,vel q̃ ex post facto incipiat multum grauare; reduci poterit ad moderationẽ debitam. ¶ Fallit quod dictum est de reseruatione cum authoritate episcopi, primo quando patronus non dedit dotem pinguem, & abundantem,sed solum necessariam ad sustẽtationem ministrorum,quia tunc nullum seruitium poterit sibi retinere,vt no.Pan.in c.1. de cen.¶ Secundo,quando locus religiosus,puta,monasterium,in proprio solo proprijs expensis ecclesiam construxit, quia talis locus habet in ea omnia temporalia bona,sicut episcopus omnia spiritualia.de priuil.cum & plãtare.§.in ecclesijs.& de capel.mo.c.1.& nihilominus habet dictus locus ius præsentandi, de supp.neg.præla.c.sicut.

5 Qvarto † quæritur specialiter, vtrum & quomodo ius patronatus transire possit ad hæredes,vel legatarios.Et dico multa.¶ Primum.Pro intellectu dicendorum aduerte, ꝙ dupliciter hoc ius trãsit in alium.Primo secũdum se;sicut cum permutatur cum alio spirituali.Secundò gratia eius,cui est annexum,vt cum venditur, vel donatur, aut aliter transit in alium villa,vel huiusmodi,vñ & dicitur trãsire in alium cum vniuersitate bonorũ, vt 16. q.7.nemini.& extra eo. ex literis & c. cum seculum,nisi specialiter de ipso excipiatur,secũdum Host. sic etiam transit ius sepulchri.ff.de contrah.emp.l.in modicis. & similiter omnia iura,quæ possunt per laicos possideri. Sed secus de decimis & ecclesijs & alijs iuribus merè spiritualibus,secũdum Inno.quia illa cum vniuersitate non transeunt, quod Host.limitat,nisi vniuersitas transiret in ecclesiam, vel locum religiosum, quia tunc etiam illa transeunt. Non potest autem secundum Arch. & Io.And. tolli a patronis etiam a Legato de latere, sed solum a Papa; qui ẽt hoc non facit, nisi ex causa vrgenti,ne laici retrahantur a cõstructione,& dotatione ecclesiarum. Ius igiť patronatus transit ad hæredes, secũdum Pan. in c.1.de iure patr. & omnes Doc. Et erit hoc ius apud quemlibet hæredum insolidum, etiã si ex inæqualib.partibus sint hæredes,secundũ glo.in c.1. eod.tit.modo non sit aliquis hæres constitutus in certa re, & cuilibet patronorũ competit, quo ad omnes effectus præter Sacerdotis præsentationem, quæ ita est apud oẽs communiter, ꝙ non est apud aliquem singulariter extra eo.c.1.& 2.vt communiter tenent Doct.licet forsan, vt dicit Inn. pinguior sit vox illius, qui plus habet in hereditate?Et ratio est,secundum glos.quia cum hoc ius sit indiuisibile, non possumus dicere vnum habere duas partes in eo, sicut in hæreditate. ¶ Secundum. Nec potest diuidi hoc ius inter hæredes,secundum Pan.in d.c.1. qualitercunque intelligatur ista diuisio, cum ipsum ius sit in corporale, possent tamen conuenire patroni,vel alternatis vicibus præsentent.d.cle. fin. & de hoc possunt pacisci secundum Host.

&

& Ber.licet contrarium senserit Inn.quod in telligi pôt,vt honestius si sic semper concordent,& similiter si habēt plures ecclesias,possent conuenire,vt vnus in vna,& alius in alia præsentet,quia sicut in tēpore ita & respectu locorum est permissa diuisio, & hæc non est ea,quæ prohibetur in d.cap.primo.de iu.pat. ¶ Tertium.Et non solum ad suos,sed ēt ad extraneos hæredes transit,secundū Pan.in c.cū seculum.eo.tit.de mente Io.And.& Inn. quia si filij solum succederent,nō posset patronus illud trāsferre in aliam personam ēt cū vniuersitate,quod patet falsum in d.c.cum seculum & in c.illud.eod.tit. Vnde transfertur in quoscunq; hæredes, & non solum in mares, sed ēt in fœminas.arg.cle.fi.de conces.pb. & sentit gl.in c.quoniā inuestiturā.16.qu.7.& ideo secundum Fed.cons.3.filius, qui repudiauit hæreditatem paternā nō erit patronus, similiter nec filia dotata non succedens patri, quia renunciat hęreditati.Ex his collige duo. Primū,ꝙ si filia est hæres, succedit sicut masculus,vt dictū est.Secundum,ꝙ ius patronatus regulatur ab hæreditate ēt inter filios, & sit filius,q̄ non est hæres,non succedit in hoc iure,quod sentit Ioan.And.in c.si verò.eo.tit. dicens,quod vbi est consuetudo, quod solus primo genitus succedat,vt in Anglia,alij filij non succedent in iure patronatus;imò secundum Pan.in d.c.1.eo.tit.si pater instituit filiū in certa re,& extraneum hæredē vniuersalē, ius patronatus in extraneum transibit, & nō in filium,vt d.capit.1. ¶ Quartum.Succedunt autem hęredes per stirpes,& non in capita,secundum Pan.in d.ca.1.& hodie determinatū est in cle.fi.ext.eo vnde si plures succedūt vni ex duobus patronis ecclesiæ, omnes habētur loco vnius.¶ Quintū.Nec potest hoc ius adiudicari vni ex hæredibus,secundū Pan.in cap. quærimonia.eo.ti.quia si æqualiter diuidunt, tunc si datur habenti minus ꝓ restauratione, illicitū est,& simoniacum.eod.tit. præter ea. ¶ Sextum Pan.in d.c.cum seculum refert. Ioā. And.dicere,quòd quemadmodum ius patronatus potest donari,ita & legari,quia legatū est donatio quædam facta a testatore,vt Inst. de leg.in prin.ideoq; infert,quod si donat̄ ecclesiæ,non est necesse interuenire cōsensum episcopi,sicut in donatione inter viuos.Si autem legatur laico, vel etiam clerico nomine proprio,tunc debet interuenire cōsensus episcopi,sicut in donatione.Dicit tamen hoc speciale fauore vltimæ voluntatis, vt consensus episcopi possit interuenire etiam ex post facto,licet sit consilium vt habeatur consensus tempore testamenti, vel ante mortē testatoris.Et idem sentit Ioan.And.in d.cap. cum seculum.eod.tit.dicens quòd sine licentia episcopi tenet legatum factū de eo ecclesiæ sed non priuatæ personæ.Fede.autem fuit in singulari opinione,quòd titulo legati trāsferri possit sine consensu episcopi.Sed moderni cōmuniter tenent, quod dictum est, maximè Cald. dicens quòd ante consensum episcopi ius patronatus consistit apud hæredem, quia ex ordinatione laici ius hoc nō potest in aliū transferri,& hoc plus placet Pano. quia iura communiter loquuntur de filijs, vel hæredibus,non autem de legatarijs, vt in cap.filijs, 16.q.7.extra eo.cap.1.

6 QVINTO † q̄ritur, quomodo generaliter transeat in alium etiam in fiscū? Et dico multa.¶ Primum.Hoc ius directè non dicitur spirituale, quia cadit in laicum, sed secundum quid inquantum per ipsum præstatur via ad consequendum spirituale beneficium, vnde etiam vocatur annexū spirituali extra eo. de iure.¶ Secundum.Summarie loquendo secundum Host. hoc ius transfertur in alium quatuor modis.Primò,sc.licet successione,vt dictum est, & secundò, permutatione ad aliud spirituale,de re.permu.ad quæstiones.& c. fi. & tertiò,donatione, extra eo.ꝑterea, & quartò,venditione,quia licet specialiter vendi nō possit,ext.eo. de iure tamen transit cum vniuersitate,nisi de ipso excipiatur,vt dictū est, extra eo.ex literis & c.cum seculum. Adde, quòd similiter trāsit cum vniuersitate in conductione ad firmam,seu ad pensionem. d. ca. ex literis,& similiter secundum.Io.And.in legatione, quæ est quædam donatio. ¶ Tertiū. Donatione hoc ius sic transit in alium, quod donari non potest cuicunque laico sine licentia episcopi.ext.eo.præterea,maxime vbi dubitatur ne fiat in fraudem,& in potentiorem transferatur ibi innuitur,clerico autē sine tali licentia donari potest,quod Pan.in d.ca.cū seculum,videtur limitare,si clericus recipiat nomine ecclesiæ suæ, si verò nomine ꝓprio, requiritur dicta licentia, & idem sentit Ioan. And.in d.c.cum seculum,vt patuit. §. priore, partic.6.Ecclesiæ verò & loco religioso,secūdum Doct.cōiter,sine licētia episcopi donari potest,vt not.in c.nullus,& c.ex insinuatione & c.illud.& c.vnico.eo.tit.lib.6.¶ Quartum. Si autem vendatur specialiter, est simonia: si verò ematur intentione priuandi, aut præsentandi quem velit, spoliari debet emptor, & ec-

& ecclesia esse libera, secundũ Inn. Sed si ema
tur cum vniuersitate temporaliũ, cum qua, &
ipsum transit, non est simonia, secundũ Host.
& Cald. & patet ex c. ex literis. e. ti. Quod in
c. quia clerici limitat Pan. nisi illa temporalia
principaliter emantur propter hoc ius con-
sequendum, quia esset simonia, s. ex parte em
ptoris. Limita etiam, nisi & ipsum cum talib.
in venditione exprimatur, quia secundum
Ioan. And. in c. vnico. eod. titu. lib. 6. si dicatur
vendo tibi villam, & ius patronatus quod ha
beo in villa, non valet venditio, sed secus si
simpliciter villam vendit, vt in clem. pastora-
lis. de rę iud. Et idem si vendatur palatium, in
quo est capella, quia licet contrarium notet
Inno. & Host. in d. cap. ex literis. tamẽ verior
est opinio dicentium, quòd transit illud ius
patronatus cum palatio. arg. l. si mercede. §. si
eum fundum. ff. de actio. emp. Et ideo emptor
& feudatarius cum acquirant directum, vel
vtile dominium rerum, similiter acquirũt ius
patronatus licite sicut alios fructus habẽt. ff.
de contr. emp. l. in lege. §. dolia. ¶ Quintũ. In
feudum hoc ius dari potest cum vniuersitate
vt in d. cap. cum seculum non autem speciali
ter & expresse, secundum Host. quia feudum
requirit homagium, quod est rei temporalis,
pignori autem dari nõ potest simpliciter, vt
planum est, nec cum vniuersitate, secundum
Inno. licet alij sint in contrarium. Et ratio po
test esse, quia dato opposito, scilicet ꝙ esse pi
gnoratum cum vniuersitate, non posset præ-
sentare creditor; quia nõ potest vti re pigno
rata; nec debitor, quia transtulit in creditorẽ
& sic fieret detrimentum ecclesiæ, quod esse
non debet d. cap. cum seculum. ¶ Sextum. Pu-
blicatis bonis omnibus patris nõ confiscatur
hoc ius, nec eo priuat̃ filius si publicatio fiat
ab Imperatore, vel iudice seculari etiam pro
crimine læsæ maiestatis, q̃a Imperator priua
re hoc iure laicum non potest, cum habeat il
lud a Papa, vt no. gloss. Archid. in cap. filij. 16.
quæst. 7. quod intellige verum, nisi hoc ius es
set in aliqua, s. vniuersitate seculari: quia cum
ea transiret. Vide etiam glo. in c. satis peruer-
sum. dist. 56. quæ dicit, ꝙ licet pater commise
rit crimen læsæ maiest. ex quo filij efficiuntur
infames. l. quisquis. C. ad l. Iul. ma. infames au-
tem etiam promoti deijciuntur. 6. quæst. 1. in
fames filij tamen clerici non perdunt benefi-
cia: quia non efficiũtur infames: & sic nec ius
patronatus, imò etiam si non sunt clerici, nisi
cum vniuersitate, vt dictum est. ¶ Septimum.
Secundum Archid. dist. 71. cap. hortamur, ius
patronatus præscribi non potest a laicis etiã
parochianis. Sed Ioan. Andr. in Nouel. super
regula, quod alicui gratiose. in 6. diffuse dispu
tans efficaciter destruit rationes Arch. & cõ
cludit contrarium, vide ibi. ¶ Sextò, cũ patro
nus habeat pręsentare episcopo rectorẽ insti
tuendũ in ecclesia, cuius est patronus. 17 q. 7.
decernimus, quæritur quando debeat præsen
tare, vel episcopus instituere? Et dico multa.
¶ Primũ patronus si est laicus, præsentare te-
netur intra quatuor menses a tempore vaca-
tionis. Si verò est ecclesia, monasteriũ, vt cle
ricus, intra sex, etiam si ius patronatus habuit
ex collatione laici extra eo. si laicus. lib. 6. ali-
ter episcopus ordinabit. de ecclesia. ar. extra
eo. quoniã. & c. cum propter. Sed intellige si
patronus scienter omittit præsentare: q̃a ei
ignoranti non currit dictum tempus, secun-
dum Fed. & Ioan. And. in c. 2. de sup. neg. præ-
lat. & Pan. in c. cum propter. extra eo. tit. ¶ Se
cundum. Si autem patroni sint simul laicus, &
clericus, vel ecclesia seu monasterium, habe-
bunt similiter tempus sex mẽsium ad præsen
tandum secundum Ioan. And. & Arch. in cap.
vnico. eo. tit. lib. 6. & glo. in d. c. si laicus, cõtra
Host. ita quod ratione communionis priuile-
gium ecclesiæ transibit ad laicum, ad instar
eius quod dicitur de eo, qui habet rem cõmu
nem cum pupillo: quæ vsucapi nõ potest præ
scribi propter pupillum, vt l. si communem.
ff. quemad. ser. amit. & ita per ecclesiam cõse
quitur quod per se non posset. Et idem Pan.
in cap. eam te. eod. tit. quia magis dignum tra
hit ad se minus dignum, de cõse. eccl. vel alta.
c. ꝙ in dubijs. Sed intellige de patrono eccle
siastico habente hoc ius ratione ecclesię: quia
si haberet ratione patrimonij, esset idem per
omnia sicut in laico. eod. tit. cum dilectus. &
glo. in cle. fin. eo. tit. & no. Pan. in d. c. eam te.
¶ Tertium. Si patroni ex cõtentione de patro
natu occupati intra dictum tempus non præ
sentãt: nihilominus episcopus prouidebit. Nã
duo sunt casus, vt no. Pan. in d. ca. quoniam in
quibus episcopus sine præsentatione patroni
rectorem instituit. Primus, quando præsenta
tus sine scandalo institui non potest. Secun-
dus, quãdo contentio super patronatu nõ de
ciditur intra tẽpus præfixum patronis ad prę
sentandũ. Ex hoc vltimo habes casum in quo
non valenti agere currit tempus. Nec tñ est
simile de electoribus, & præsentatoribus, q̃a
si non deciditur qõ inter electores intra tem-
pus ad eligendum præfixum, non deuoluitur
propter hoc ad superiorẽ potestas liberè or

dinaudi eccleſiam,ſm Hoſt. & Io.Andr. quia non eſt,quod imputetur habentib.ius eligẽdi, cũ per eos nõ ſteterit, ſed per litẽ ſibi motã,vnde cum contrariũ ſtatutum non ſit,niſi in p̃ſentatione, nõ debemus hoc ius extẽdere ad electionẽ vbi hr̃ pinguis ius, & eſſet p̃iudicium maius: cum fortè daretur ſuperior non gratus,vel non expediens, pro quo videtur tex.c.2.de in integ.reſt.vbi longo tempore fuit certatũ ſuper iure eligendi, nec tamẽ fuit ad ſuperiorem deuoluta ptãs. ¶ Quartũ. Semeſtre,quod in c.nulla.de cõceſſ.præb.dat̃ ſuperiori, cũ facta eſt deuolutio ad eũ in beneficio conferendo non habet locum in habente inſtituere præſentatum per patronũ, ſm Dom.de Rota,vt refert Pan.in d.c.nulla. quia ille tex.loquitur in eo,qui habet conferre:non autem extenditur ad habentem inſtituere,quia inſtitutione non debet eſſe tp̃s ita prolixum, cum inſtitutor habeat ſolũ examinare præſentatum: alioquin longo tempore poſſet vacare beneficium, i.per annum, ſi inſtitutor haberet ſex menſes, ſicut & eccleſiaſticus patronus.Et quis reſpectu inſtitutionis non habetur tempus a iure præfixum,remedium eſt ad ſuperiorem recurrere,qui præfigat tempus inſtitutori.Et idem in eo,qui habet confirmare electionem, vt.ſ. tempus ſibi per ſuperiorem præfigatur,ſi differt intra tẽpus debitum confirmare.hæc ex illo.

8 Septimo †quæritur,quales poſſit,vel teneatur patronus præſentare? Et dico multa. ¶Primũ patronus tenetur præſentare alium à ſe,& quantũcunq; idoneus ſeipſum præſentare non poteſt extra eo per veſtras, p̃t tñ pr̃ præſentare filium ſuum, vel nepotẽ,ſi ſit idoneus,ſm Hoſt.& Gof.& Bern.quin potius vr̃ præſentandus, q̃ alius,ſ.cæteris parib. de cohab.cle.c.1. Si ẽt ſint plures patroni,poſſunt præſentare vnum de ſeipſis.arg.de ele.c.cum in iure. Similiter vacante eccleſia,poteſt ep̃s vocare patronum,& illi motu proprio conferre, ſm Hoſt.arg.d.ca.cum in iure. & idem Pan.in d.c.per veſtras.& cõiter Doctor.Et ſi obijciatur, quia inſtitutio facta ſine præſentatione patroni eſt irrita, vel irritanda, vt in c.illud.eo.tit.reſpondet idem Pa.ꝙ patronus acceptando collationem, vr̃ conſentire,nec tamen ſe ingerere,cum hoc non habuerit originem a ſe,ſed a ſuperiore. Item præſentatio interuenit, aliquando ex poſtfacto, vt in c.ſi vero.extra eod. ¶Secundum. Si patronus præſentet non idoneum,ſeu indignum,ſi ipſe eſt collegiũ, vel perſona eccleſiaſtica,priuatus eſt pro ea vice iure præſentandi, & deuoluitur ad ſuperiorem extra eod. cum in cunctis.& de ſupp.negl.præla.ſicut.Et idem, ſecundum quoſdam, ſi ſit laicus, ſaltẽ eſt priuandus,licet ſm Inn.benefaciat epiſcopus ſi iterum remittat prouiſionẽ patrono laico. Et hoc ſequitur Sum. Roſ.ſed Suppl. & Sum. Ange.melius tenet, ꝙ non ſit priuatus quod etiam tenet Arch.in c.ſuſpecti.de præb.lib.6. & Inn.& Ber.in c.cum vos.de offi.ord. vbi dicit gl.ꝙ non eſt priuatus,vel priuandus:quia laicus eſt minus expertus circa eccleſiaſtica, & minus habet tempus ad præſentandum, q̃ clericus, vnde & variare poteſt non clericus, extra eod.cum aũt. Et hoc elicitur ſubtiliter ex d.c.cũ vos.& hoc ſequitur Arc.addens, ꝙ poteſt priuari. Peccaret tñ mortaliter patronus ẽt laicus ſciente præſentando indignũ, quia infideliter agit in officio ſibi commiſſo.

9 Octavo † quæritur poſito, ꝙ multi poſſunt variando pręſentari,quis eorum ſit pręferendus?Et dico multa.¶Primum.Poteſt patronus laicus duos ſucceſſiue præſentare: ita ꝙ variare poteſt antequam epiſcopus cõfirmet. Et iudicio epiſcopi relinquitur quem velit inſtituere:extra eo.cum autem.Ex quo patet,vt ibi elicit Pan.ꝙ variare poteſt accumulatiuè, ſed non ex toto recedendo a primo, alias epiſcopus non haberet illam facultatẽ. Si vero patronus ſit collegium, vel eccleſiaſtica perſona,variare non poteſt.Sed primus eſt præferendus, extra eod.cum aduoc. & Panor.addit de mente Innoc. ꝙ eius præſentatio hẽt vim electionis, quia ſicut electores variare nequeunt,de elect.publicato,ita nec præſentantes,& idem ſentit Arch.ita ꝙ poſſet appellare acquiſito ſibi iam iure, ſi ſine cauſa repelleretur,ſecundum Gof.arg.extra eo.paſtoralis. Et intellige de patrono eccleſiaſtico, cui competit præſentatio iure eccleſiæ, ſecus iure patrimonij, quia idem eſt per omnia in eo,quod in laico.pro quo vide glo. in cle.2.eo.tit. ¶Secundum.Si duo ſint patroni laicus, & clericus, qui primo præſentauerunt vnum.& deinde variando laicus pręſẽtauit alium.Pan.in c.cum autem.eo.tit.dicit, quod non habebit locum diſpoſitio d. c.cum autẽ. vt.ſ.ep̃s poſſit gratificare, quia primus eſt potior, cum præſentatus fuerit ab vtroq. ſecũdus vero a laico tantum. Item quia licet patronus variare poſſit in præiudicium præſentati,non tamẽ compatroni. ¶Tertium.Et ſi præſentatus ſecundo ſit idoneus magis,ſecundum Pan.in d.c. cum aũt.epiſcopus non

habebit optionem, licet Io. And. videat ſenti
re contrarium per c. ſi forte. 63. vbi dr̃, quod
vbi vota ſunt paria, præferendus eſt, qui ma-
ioribus iuuatur meritis: & facit d. c. cum aũt.
dum ponderat, quod ſecũdus erat æquè ido-
neus, ſecus ergo ſi idoneus magis. Imò putat
Pan. quod ſi magis idoneus poſtergaret, poſ
ſet appellare, quia id committitur iudicio e-
piſcopi, tanquam boni viri, quia verbũ, iudi-
cium, ſapit diſcretionem & arbitriũ boni vi-
ri. ¶ Quartum. Si autem patroni variãt in pa
ri numero, vt quia vnus vnum, & alius aliũ
præſentat: quidam dicunt epm̃ non habere
optionem. Io. Andr. vero dicit, ꝙ ſic: adducẽs
d. cap. quod autem. Sed Pan. ibi tenet primũ.
alleg. glo. 16. q. 7. ſi plures. & Inn. in c. 1. eo. ti.
& ſequitur Gaſp. de Cal. & Doct. Car. quini-
mò de iuris rigore poſſet attentari, quod epi
ſcopus inſtituere poteſt extraneum, ex quo
patroni non concordant, ſecundum eundem
Pan. ¶ Quintum. Si pupillus, ſiue puer, qui eſt
patronus, hñs ſeptem annos, & vltra præſen
tet idoneũ, & eius tutor alium q̃uis æqualẽ,
ſec. Arch. præferendus eſt is, quem præſenta-
uit pupillus: quia pupillus eſt dominus, & idẽ
Barth. Brix. ¶ Sextũ, epſ, qui præſentatũ ido-
neum malitioſe recuſauit admittere, ad pro-
uidendum ei in competenti beneficio com-
pellatur, extra eod. paſtoralis, quod quidẽ, c.
ſm̃ Arc. loquitur qñ primo præſentatus erat
dignior ſecundò: ſecus ſi ſecundus erat æque
idoneus, & variare patrono conceditur, &
epſ in hoc habet liberum arbitrium, vt in ca.
aũt. eod. tit. & ſic puniri non debet, ꝙ ẽt not.
Gof. in Sum. imò ſecundum Io. And. poſt Ho.
ſi non erat æque idoneus, dũmodo idoneus.
Dicit ẽt Pan. in d. c. cum autem, quod epiſco-
pus incidit in dictam pœnam poſtergando
primum ſine cauſa. Secus ſi non ſpreuit inſti-
tuere primum, ſed diſtulit, vt haberet cauſã
examinandi, & ante inſtitutionem patronus
alium præſentauit, quia non debet puniri ali
qua pęna, quia vſus eſt legis authoritate, qđ
intellige ſi ſecundus fuit æque dignus, vel ſal
tem dignus, & patrono licebit variare.

10 Nono † quæritur, quid iuris ſi dubitaẽ quis
præſentantium ſit patronus? Et dico, ꝙ ſi q̃-
ſtio ante prædictum tempus quatuor men-
ſium, quo ad laicum, & ſex quo ad eccleſiaſti
cum, finita non fuerit: epiſcopus inſtituet ſal
uo iure eius, qui vicerit, extra eod. ſi verò, &
capit. quoniam, in quibuſdam, qui inſtitutum
ab epiſcopo debet repræſentare, vt in d. cap.
ſi vero.

11 Decimo † quæritur, quomodo debeant pa
troni præſentare? Et dicit Arch. poſt Archie.
ſuper c. decernimus. 16. q. 7. quòd fieri ſolet vt
patroni, ſiue parochiani, ſi ſunt patroni, con
ueniant in eccleſia, ſicut monachi in capit. &
conueniunt in aliquem, vt præſentetur, & il-
lum eligunt, vt in præſentandum, quod fieri
conſueuit per ſcripturam. Poſſunt etiam cõ-
promittere in aliquem, vt nomine eorũ eli-
gat, vel præſentet, vt ſibi vr̃. Sed per talem e-
lectionem non acquiritur ius electo. de iure-
iu. cap. fi. & ea non obſtante poſſunt patroni
variare, quia illa electio, non eſt niſi quædã
poſtulatio, quæ antequam ſuperiori præſen-
tetur non impedit aliam, de poſtul. ca. bonæ.
el 1. Vtrum autem ſit neceſſarium, quòd ſic
conueniant, vel debent eſſe. vide §. ſeq.

12 Vndecimo † quæritur, vtrum contemptus
alicuius patroni impediat inſtitutione alicu-
ius præſentati ab alijs? Et dico multa. ¶ Pri-
mum. Secundum Arch. in d. cap. decernimus.
trib. modis ſpernitur patronus, vel quia non
vocatur, eum expectari, & vocari commode
poteſt, vel ſi adeſt, ſed repellitur, vel non au-
ditur, ſiue admittitur ad conſiliũ. ¶ Secundũ.
Io. And. in nouel. ſuper c. qm̃. eod. tit. dicit, qđ
ſi patroni habeant præſentare, vt collegiũ,
contemptus alicuius patroni impedit inſtitu
tionem præſentati ab alijs, ſicut in electioni
bus, vt extra de præb. cum in eccleſijs. lib. 6.
Et ratio eſt, quia non ſinguli, vt ſinguli, ſed vt
corpus habent præſentare, & conſequenter
neceſſe eſt vocari exiſtens de corpore, & ita
ſeruatur. Si verò præſentent, vt ſinguli, dato
quod aliqui præſentationem ſuam faciant a-
lijs non vocatis, tenet, & illis non vetaẽ quin
poſſent eũdem, vel alium præſentare, & ĩ in-
ſtitutione ſeruabitur, quod dicitur in d. cap.
quoniã. vt. ſ. inſtituatur habes plures voces, ſi
eſt idoneus. Et hoc ſequitur ẽt Fed. Pan. autẽ
dubitat, an hoc ſit verũ per theoricã. Bart. in
l. omnes populi. ff. de iuſ. & iu. vbi dicit, qđ ſi-
ue à collegio conſenſus ſit explicandus, ſiue
à plurib. vt ſunt ſingulares, dummodo ĩ actu
maior pars præiudicet minori, ſemper dẽnt
ſimul eſſe, per l. iuriſgẽtium. ff. de pac. & hoc
plus placet Pan. quia ex contrario dicto ma-
ior pars patronorum poſſet negligere mino
rem, quæ ſi fuiſſet præſens, potuiſſet induce-
re aliam ad cõſenſum alterius, pro quo facit
c. 2. & quod ibi no. de arb. lib. 6.

13 Dvodecimo † quæritur, quid ſi patroni
ſint plures, & in præſentando diſcordẽt? Et
dicit Summ. Piſanel. poſt Summam Confeſ.

quod

quod ille debet præfici, qui maiorib. iuuatur meritis, & à pluribus eligitur, extra eo.ti.quoniam. Et si numerus est æqualis: ad merita recurrendum est dist.63.si fortè. Si vero omnia sunt æqualia potest episcopus dicere, qđ concordent, & iterum præsentent. dist.79.si duo, & si non concordant, locus est gratificationi de ele.c.venerabilem.§.obiectioni. Si tamen neuter potest poni sine scandalo: tunc episcopus ecclesiam ordinauit, vt melius videbit expedire: vt in d.c.quoniam. & concordāt Host. addens. quòd si episcopus talem ecclesiam ordinare non potest, eam interdicat extrahens reliquias in patronorum ruborem. ext.eo.ca. 1.& 2. quod secundum Innoc. Ber. & eundem Host. intelligendum est de reliquijs, quæ sunt extra altare in capsis: aliàs non liceret. Quod si nec sit pñt compesci, vel ad concordiam reuocari: putat recurrendū ad brachium seculare, de off.or.c.1. Et hæc intelligenda sunt, nisi inde maius scandalum oriretur, quia tunc essent omittenda. dist.50.vt constitueretur. Et interim durante discordia ponetur ab episcopo in ecclesia œconomus, appellatione cessāte, qui eius fructus, aut expendet in vtilitatem ecclesiæ, aut fideliter instituendo reseruabit. de off.ord.cum vos. Archid. vide si oportet.3. par.tit.12.c.vlt.§.vlt.

14 DECIMOTERTIO † quæritur, vtrum maior pars patronorum, quæ in institutione alicuius requiritur intelligenda sit respectu omnium patronorum, vt ex decem vocibus habeat sex: vel respectu minorum partiū, vt ex decem vocibus habeat quatuor, si nullus alius habet plures quam tres? Et dicit Panor. in ca. quoniam, extra eod. post Ioan. Andr. quod si præsentatio fit ab istis, vt à collegio, requiritur maior pars respectu totius collegij, & vř tex. in c. ecclesia, el 1. de elect. Aut præsentant tanquam singuli, & tunc sufficit maior pars respectu aliarum partium, & sic intellige d.c. quoniam. Hoc autem dictum notandum est, quia facit ad multa. Vbi enim plures habent explicare aliquem actum, aduertendum est vtrum habeant hanc potestatem, vt collegiū, vel vt singuli, vt primo casu requiratur maior pars totius collegij secūdo verò sufficiat maior respectu minoris. Aduerte tamen pro prædictis, secundum Inn. & Hostien. quod in huiusmodi licet tantam vocem habeat vnus ex patronis quantum alius, tamen attendenda sunt merita personarum, sicut & in electionibus ecclesiasticis. de electi.dudum, & n te stibus, vt de testib. in nostra.

15 DECIMOQVARTO † quæritur, cuius ætatis vel conditionis debeant esse, qui vocantur, quando secularis vniuersitas habet præsentare? Et dicit Archid. post Archiepis. & Hugo. quos refert, quòd cum vniuersitas secularis vocari debet ad eligendum, seu nominandū rectorem ecclesiæ omnes maiores. 14. anno. vocari debent siue sint mares, siue fœminæ, siue virgines, siue coniugatæ: siue viduæ, & minorum tutores. ff. ad municip. l. filium. §. si vidua: & similiter filijfamilias, si alibi, quam in iudicio patris habent domiciliū istud tamen, vt dicit Arch. quod vocentur fęminæ, de populo ad eligendum, communiter non seruatur, & in hoc consuetudini standum est: si tamen aliqua in particulari habet hoc ius in aliqua ecclesia, ad ipsam bene spectat præsentatio, sicut ad viros hæc ille.

IVSTITIA, secundum quod sonat habitum virtutis, vt colligitur à Sancto Tho. 1.2.q. 60. 2.2.q.58. & 61. 2. dist. 20. & 27. 3. distin. 9. & 33. sic diuiditur. Nam quædam est infusa, & quædam acquisita: & vtraque eodem modo diuiditur. Acquisita est duplex, scilicet generalis, quæ est ordinans ad bonum commune & particularis ordinans ad singulares personas. Generalis est duplex, scilicet per casualitatem: quæ est iustitia legalis, ordinās omnes virtutes ad bonum commune, differens realiter à qualibet alia virtute, & per prædicationem, quæ est virtus in communi: vt imperata à legali, seu vt ordinata ad commune bonū, differens ab alijs virtutib. secundum rationē tātum. Iustitia etiam particularis similiter est duplex, s. commutatiua, quæ dirigit vnam priuatam personam ad aliā: in his, quæ inter eas consistunt: distributiua, quæ est directiua ordinis eius, ꝙ est commune ad singulares personas, distribuens singulis, vt decet.

DE LAICIS.

1 *Laicus, an possit esse procurator, vel syndicus ecclesiæ.*

2 *Laicus, an possit esse procurator clerici ad eligendum.*

3 *Laicus, an possit esse vicarius episcopi.*

4 *Laicus, an possit accusare clericum.*

LAICVS à laos Græcè, Latine populus dictus est, quasi popularis, id est, de populo, non de clero. Sicut.n. patet per Hier. 12.q. 1. duo sunt Christianorum genera, scilicet clerus electus in sortem dñi, diuinis officijs mancipatus, a clero sors: & laici, i. populus, quāuis quidam de vtroq; participēt, vt Deo deuoti, i. conuersi, quia sunt de clero, & tñ laici dñr,

fortè à litos, quod eſt lapis, quaſi lapidei, & duri, nõ facile ſuſceptiui impreſſionis literariæ. Vnde ꝓprie ad clerum ſpectant clerici, i. q ꝑ primã tonſuram ordinantur, tandem ad horas canonicas, & ſacrificiũ altaris: ad populũ verò, ſeculares: medij ãt sũt cõuerſi, & oblati.

1 PRIMO † verò quæritur, vtrum laicus poſſit eſſe procurator, vel ſyndicus rerũ eccleſiaſticarum? Et dicit Colle. vt refert Pan. in cap. decernimus, de iud. quod generalis adminiſtrator eſſe non poteſt loco prælati abſentis, vel qui reputatur abſens ſicut minor, vt de ætate & qual. c. 2. Sed ſi prælatus præſit ſpiritualib. bene poteſt committi laico temporalium cura, maximè vbi clericus nõ reperit idoneus. Allegat no. per Inn. dicentem, quod laicis generalis adminiſtratio committi nõ poteſt, vt ſuper omnes dominentur, ſed ſpecialis quarũdã rerũ, ita vt ſuperiori adminiſtratori reſpõdeat, quod placet Pan. qui alleg. glo. in c. iudicatũ. 89. diſt. Et ideo d. c. decernimus, dicit, ꝙ non poteſt eſſe œconomus, nec hr̃e generalẽ adminiſtrationem omnium bonorum eccleſiaſticorum tam temporalium, quam ſpiritualium, & ſic præſit omnibus, ſed bene poteſt eſſe œconomus eccleſię in temporalibus. 16. q. 7. in noua. Et hoc idem tenet Gaſp. de Call. & Hoſt. & Io. And. in c. vnico, de ſynd.

2 SECVNDO † quæritur, vtrũ laicus poſſit eſſe procurator clerici ad eligendũ? Et dico ꝙ non, vt no. Doc. in d. ca. decernimus, q̃a vbi habet exercere actum ſpiritualẽ iudicio ſuo, nec põt conſtitui laicus, vt no. Io. And. in reg. quod alicui ſuo non licet. de reg. iur. libr. 6. Et ſic limita, c. 1. de procu. lib. 6. & ſolum hẽt locum in iudicialibus, vbi etiam in cauſis ſpiritualib. admittitur ad agendũ, & defendẽdum.

3 TERTIO † quæritur, vtrum laicus poſſit eſſe vicarius epi? Et dico ꝙ non, vt no. Doct. in d. c. in noua. & in ca. contingit. de arb. & in ca. vno. de ſyn. & facit gl. in d. ca. decernimus, dicens quod cauſę ſpirituales non poſſunt committi laicis etiam tanquã delegatis per epm. Quod intellige in ſpiritualibus: quia ſi eps habet iuriſdictionẽ temporalem in loco, poteſt laicum facere vicarium ſuũ, vt in c. ſi. ne clerici, vel mona. lib. 6. ſed in ſpiritualibus non: imò nec clericum coniugatum, ſecundum Docto. de cler. coniug. c. vno. lib. 6.

4 QVARTO † quæritur, vtrum laicus poſſit clericum accuſare? Et dicit Barth. Brix. 2. q. 7. in prin. quod ſic, ſi eſt bonæ famæ 2. q. 7. clericos, & idẽ Gratianus, vt patet per totam quæſtionem, & ſecundum aliquos accuſare poteſt proprium prælatum ꝓꝑ delictum, quia ſua intereſt habere bonum prælatum, vt 23. diſt. illud. Sed certior eſt opinio, quod non poſſit, niſi proſequendo iniuriam ſuam. 4. q. 6. omnibus, de teſt. de cætero. & in crimine hæreſis, & ſimoniæ, & læſæ maieſtatis. 15. quæſt. 3. ſanè, de ſimo. tãta, & in crimine ſacrilegij, ſecũdum quoſdã. 17. qu. 4. §. qui autẽ. In his autem omnibus ita demum admittuntur laici, ſi bono zelo denuncient crimen, de ſimo. licet autẽ. Et ſi accuſatus fuerit vitæ ſuſpectæ, admittuntur laici malæ vitæ. Si verò fuerit bonæ vitæ, admittuntur ſolũ laici bonæ vitæ, de ſimo. per tuas. Clerici verò admittũtur contra clericos, niſi fuerint criminoſi, vel irregulares. 2. q. 7. præſumunt, & c. ipſi Apoſtoli, Imò & ſi ſint irregulares, admittuntur ad accuſationẽ eorum, qui ſunt eiuſdem ordinis, vel inferioris, vt in d. cap. ipſi Apoſtoli. Et hæc intellige de ſolenni accuſatione. Vtrum laicus poſſit ꝑdicare, inf. Predicator. Vtrum verò ei poſſit committi verberatio clerici, ſupra Excommunicatio, 6. §. 4. caſu 11.

DE LATRIA ET OMNI adoratione.

1 *Latria, dulia, & hyperdulia, quomodo differant.*
2 *Adoratio latriæ quibus debeatur.*
3 *Adoratio hyperduliæ quibus conueniat.*
4 *Adoratio duliæ in quibus locum habeat.*
5 *Adorare, an poſſit quis aduerſarium, quando credit eum eſſe Chriſtum.*

LATRIA Græce, Latine dicitur religio, ſecundum Aug. 10. de ciuitate Dei, ca. 4. & eſt virtus moralis, qua Deum adoramus, & colimus, & ſecundum Aug. habet quatuor nomina, quia apud Græcos dicitur latria id eſt, cultus, & theoſebia, id eſt, diuinus, vel bonus, cultus apud Latinos verò dicitur religio, & pietas. Huius virtutis actus imperati, mediante alia virtute eliciti ſunt actus omniũ virtutum, quos omnes ordinat in reuerentiã Dei, vt viſitare viduas. Ia. 1. eliciti verò immediatè ab illa interiores & principales ſunt deuotio, & oratio, exteriores vero, & ſecundarij ordinati ad interiores, quibus ipſa veluti ſignis vtitur ad mentem excitandam, & mouendam in ſpiritualia, ſunt adoratio, quę corpus exhibet ad reuerendum Deum, & alij quibus Deum rebus exterioribus colit, vel promittendo, vt in voto, vt in ſacrificijs, decimis, præmitijs, & huiuſmodi, de quibus omnibus S. Tho. agit, 2. 2. q. 84. & ſequentibus multis, ſignificat etiam actus ipſius virtutis.

1 PRIMO † vero quæritur, quomodo cõueniant

niant & differãt latria, dulia, & hyperdulia? Et dico quòd in hoc conueniunt, quia ſunt virtutes quibus honoramus honoranda differunt vere ſic. Nam latria Deum honoramus & colimus, vt patet ex dictis & eſt ſeruitus, quæ ſoli Deo per ſe debetur, & hoc ratione principij creationis, & gubernationis. 3. di. 9. & 2.2.q.81. aliquibus vero alijs ratione Dei; vt inf. §. ſeq. Dulia verò honoramus creaturam, & eſt ſeruitus, quæ debetur creaturæ. 2. di. 9. & 2.2.q.105. Hyperdulia verò eſt potiſſima ſpecies duliæ conueniens creaturæ ex vnione ad Deum. 2.2.q.103.ar.4. ad ſecundum. 3. di. 9.q.2.2. concor.

2 SECVNDO † quæritur, quæ adoranda ſint latria? Et dico, ꝙ primo tota Trinitas; & hoc vna adoratione. 3. diſt. 9. 2.2.q.81. ¶ Et ſecundò humanitas Chriſti. 1.2. q.25. & hoc vt eſt vnita verbo, ſcilicet in perſona, non autem ſecundum ſe: ſed hyperdulia, vt ibidem. ¶ Et tertio caro Chriſti. 3. diſtin. 9. & 1.2.q.25. ¶ Et quartò imago Chriſti. 2.2.quæ.81. & 1.2.quæ.25 ¶ Et quinto diuinæ relationes. 1.2.q 28. ¶ Et ſextò hoſtia, ſub conditione tñ habituali, ſi ſit ritè conſecrata. 3. diſt. 9. q.1. arti.2. q.vlt. ad ſecũdum. ¶ Et ſeptimo crux Chriſti vt repræſentans Chriſtum extenſum, & tangens ipſum, & eius ſanguine perfuſa, ſed crux ĩ alia materia debet adorari latria, vt imago tantum, 2.2.q.25. 2.2.103.3. Tertium, vt res autẽ quædam adoratur hyperdulia tertia diſtin. 9. ¶ Et octauò omnia talia quæ fuerũt Chriſti, vt claui, lancea, corona, veſtes, & huiuſmodi ratione contractus tantum. 1.2.q.25. In prædictis tamẽ ſunt aliquæ difficultates, quas diffuſe tetigi in additionibus ad porta. 3. diſt. 9. & in Roſa aurea caſu 12. & 59.

3 TERTIO † quæritur, quæ adoranda ſint hyperdulia? Et dico primo, ꝙ humanitas Chriſti ſcd̃m ſe, vt dictũ eſt. Et ſecundo crux Chriſti, vt res quædam, vt dictum eſt: qđ nõ intelligitur vt in ſe, nec ſcd̃m ſe præciſe, quia rei irrationabili, vt ſic nullus honor debetur, vt patet. 3.p.25. neque vt tangens vel repræſentans Chriſtum ſeu illi actu cõiuncta; quia ſic adorat̃ latria, ſed vt res Chr̃i ſeparata a Chriſto. vide vbi ſup. Et tertiò mater Chriſti, quæ ratione ſui licet adoretur dulia, tamẽ vt mater Chriſti, adoratur hyperdulia. 3 diſt. 9.

4 QVARTO † quæritur, quæ adoranda ſint dulia? Et dico ꝙ primo mater Dei in ſe? vt dictũ eſt, & ſecundo, reliquiæ Sanctorum. 2.2.q.25 & tertio viri ſancti. 3. diſt. 9. & intellige ſancti, ſecundum noſtram opinionem.

5 QVINTO † quęritur, vtrum poſſit quis adorare aduerſarium ſine peccato, quando creditur eſſe Chriſtus? Et dico ꝙ non, niſi ſub cõditione ſi ita eſt actu, voce, aut mente expreſſa: quia ipſa nouitas inſolitæ rei conſiderationem, & diſcuſſionem requirit, ſicut beata virgo cogitabat qualis eſſet angelica ſalutatio.

LATRO publicus dicitur, qui inſidiatur & aggreditur in publicis ſtratis nocturnis vero populator agrorum, qui nocte agros incendit, & vaſtat. de quo ſu. Fur. §. 1. & Excõmunicatio 7. §. 2. hoc ſecundum leges impune licet occidere. de quo ſup. Homicidium 1. §. 2. par. 6. nec gaudent immunitate eccleſiaſtica ſi confugiunt ad eccleſiam, vt ſup. immunitas 3. §. 2. Vide etiam inf. Prædo & Raptor.

LAVDEMIVM eſt ſolutio quinquageſimæ partis, vel æſtimationis rei fienda domino ab eo, qui de nouo acquirit emphyteuſim. Vide ſup. Emphyteuſis. §. 20.

DE LEGATIS PRIMO in genere & abſolute.

1 *Legatum quid.*
2 *Legatum quot modis fiat.*
3 *Si an, & quando ſit conditionalis.*
4 *Cum dictio, quid importet.*
5 *Si, &, cum qualiter differant.*
6 *Fructus medij temporis an debeantur ex legato diẽ.*
7 *Legatum conditionale quando valeat, non impleta conditione.*
8 *Legatum ſub conditione impoſſibili, vel inhoneſta an valeat.*
9 *Legatum vxori, ſi caſte & honeſte vixerit, an prohibeat ſecundas nuptias.*
10 *Legatum factum eccleſia ſub conditione ſepultura an valeat.*
11 *Legatum ſub conditione vt fiat aliquid quod iam factum eſt, an valeat.*
12 *Legatum an teneat, ſi legatarius pramoriatur.*
13 *Legatum ſi nupſerit, an debeatur ingredienti religionem.*
14 *Legatum an valeat, ſi legatarius moriatur ante euentum conditionis.*
15 *Legatum conditionale an expiret, ſi purificetur conditio ante mortem teſtatoris.*
16 *Legatum an vitietur falſa demonſtratione, vel falſa cauſa.*
17 *Legatum ſi voluerit, an tranſeat ad heredes.*
18 *Legata qua actione petantur.*
19 *Legata quando peti debeant.*
20 *Legatarij quo ordine petant.*
21 *Legatum quibus modis efficitur caducum.*

1 LEGATVM est donatio quædam a testato-
re relicta, & ab hærede præstanda. Debe
tur no. post mortem testatoris, & post aditã
hæreditatẽ ab hærede: vt colligit Inst. de leg.
§.1. Et hodie legatum & fideicõmissum sunt
ferè idem: & quicquid iuris est in vno, est ẽt
in alio. ff. de leg. 1. l. 1. sed fideicommissum di-
ctum est, quia olim pẽdebat ex fide hæredũ.
Et ideo fideicommissarij dicuntur, quorum
fidei legata soluenda committuntur: qui etiã
dicuntur testamentorum executores.

2 PRIMO † verò quæritur, qũo possit fieri le-
gatum? Et dico ꝙ omne legatum fieri potest
quibuscunq; verbis aptis & idoneis: vt si di-
catur, lego, do, dari iubeo, volo, rogo, posco,
opto, vt des. l. 2. C. cõi. de le. si tñ verba demõ
stratiua sint annexa, vide sup. Condõ. §.4. Et
hoc multipliciter fit. ¶ Primò quidem purè:
vt cum dr̃, lego tali centũ: & tunc statim mor
tuo testatore legatum cedit legatario: vt in-
fra §.15. ¶ Secundo vero in diem: vt, lego ta-
li ad pascha. Et tunc si dies est omnino incer-
ta, vt lego tibi centum die qua inimicum vi-
cero; legatũ est conditionale. l. dies. ff. de cõ-
dit. & demons. & l. stipulatio ista. §. inter cer-
tam. ff. de ver. obl. & not. glo. in l. Seius Satur-
nius. ff. ad Treb. Si vero est certa omnino; vt
lego Titio in paschate futuro, vel quando cu
ret 1505 & huiusmodi, vel est certe ad minus
in se, licet incerta in proprio subiecto; vt, le-
go Titio quando erit 25. annorum, quod. s.
tempus certo eueniet, sed forte tunc non vi-
uet Titius, tunc legatum factum tali tempo-
re vel die, statim a die mortis testatoris cedit
legatario quo ad transmissionem, quia si le-
gatarius moreretur post mortem testatoris,
& ante illum diem, nihilominus legatum de-
betur hæredibus eius; vt patet in l. vnica. §.
cum igitur. C de capt. tol. Et idem dic quan-
do legantur fructus, qui nascẽtur ex tali fun
do; quia licet moriatur legatarius tñ ad suos
hæredes transmittit; vt not. glo. in l. itẽ quia.
ff. de pac. Sed intellige nisi aliud impediat. l. si
ea quæstio. C. de his qui. vt indi. Patet quòd
dictum est l. si cum hæres. ff. quando dies leg.
ced. & l. hæres. in prin. ff. de cond. & demon.
vbi patet ꝙ quando quis legat Titio posses-
sionem cum morietur, licet sit incertum qñ
morietur, quia tñ certum est ꝙ morietur, le-
gatum est ad diem certum. &c. sic debebitur
eius hæredibus, sed si legaret sic, hæres dato
possessionem Titio cum morieris, secus est; 4
quia sic est conditionale, quia est in diem in-
certum, quia ignoratur quis prior sit moritu
rus, hæres. s. vel Titius. ¶ Et tertiò, ex die: vt, le
go tali a paschate antea: & tunc distingue, vt
de legato in diem. ¶ Et quartò, sub conditio-
ne per ly si: vt, lego tibi centum si filiam meã
acceperis, vel per cum: vt, lego tibi centum
cum fueris 14. annorum, & tunc inest condi-
tio hæc: dum completus fuerit 14. annus, &c.
non aliter. C. de leg. l. fin. Hoc tamen fallit in
libertate, vt dicendo, seruum meum liberum
esse iubeo, cum filius meus fuerit quatuorde
cim annorum: vt videatur potius relicta esse
in diem: quàm sub conditione. C. de fidei-
commis. liber. l. fideicommissaria. ¶ Et quin-
to, pure & sub conditione simul: vnde si in
singulos annos aliquid alicui legatum sit, plu
ra sunt legata: & primi anni erit purum: se-
quentium vero cõditionale, scilicet si viuat:
vnde eo mortuo non transmittitur ad hære-
des. l. si in singulos. ff. de ann. leg. Quando igi
tur fit sub conditione legatum ante condi-
tionis euentum non cedit legatario: vnde si
moriatur ante conditionis impletionem, re-
manebit apud grauatum, & non transmittet
ad suos hæredes: sed tamen limita, vt infra §.
4. & 10.

3 † SED pro notitia præmissorum sciendum
est primo, ꝙ ly si, non semper conditionẽ fa-
cit. Nam quando apponitur tempori preteri
to, vel præsenti, non facit conditionem pro-
priè. l. institutio talis. in fi. ff. de cond. inst. & l.
eas. in princip. & l. si ita stipulatus fuero hãc
summam. ff. de verb. oblig. nec obstat. l. si sic.
ff. de leg. 1. quia impropriè loquitur. Simili-
ter ly si, non facit conditionem: quando re-
spicit euentum futuri temporis certum om
ni certitudine, secundum Bart. in l. 1. ff. de cõ
dit. & demonst. & idem dic quando conditio
est impossibilis. l. 1. ff. de cond. inst. Quãdo au
tem eueutus est certus, sed incertũ est quan-
do, vt mors: sic facit conditionem, sec. Bart.
vbi sup. & glo. in l. in omnibus obligationib.
ff. de regu. iur. & similiter conditionem facit,
quando euentus est omnino incertus. Quan-
doque etiam ly si, ponitur pro quia. l. videa-
mus. in prin. ff. de in l. iur. & l. Titium, & Mæ-
uium. ff. de administ. tuto. Quandoque etiam
pro quamuis. l. fin. C. de liber. & eorum lib. &
quandoque simul cum ly, & hoc modo, etsi
negotijs familiaribus præpediti, & stat pro
quamuis. l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. ope. nun.
& diffuse Bar. vbi sup.

SCIENDVM † est secundo, ꝙ ly cum, aliquã-
do habet vim copulæ, l. illi cum illo. ff. de vsu
fruc. leg. & sic non facit condõnem, nisi ante

appa-

appareat voluntas disponentis.l.si ita fuerit. §.fi.ff.de test.manu.& l.si ancilla.ff.de lega. 1. Aliqñ verò est coniunctio, videlicet qñ apponitur verbo præteriti, vel præsentis tẽporis: & sic ẽt non facit condõnem, sed ponitur causatiuè cum pro quia, vel aduersatiuè pro quãuis.l.demonstratio.§,1.ff. de cond. & demon. & ibi Bart. Aliquando reperitur aduerbiũ, s. cum pro quando: quod est cum apponit̃ verbo futuri temporis, & sic tunc vr̃, ꝙ nõ sit differentia inter si, & cum, & ꝙ vtrunque faciat conditionem.l.qui promisit.ff.de cõd. indeb. cum multis alijs in gl.d.l.demonstratio.

5 Sed † quia multæ leges vñr contrariæ sciẽdum est tertiò, ꝙ Bar. ibidem dicit, ꝙ est triplex dr̃ia. ¶ Prima, quia si principaliter denotat condõnem, secundariò verò tempus, q̃a nulla est condõ, quæ non habeat in se futurũ tempus: cum vero principaliter tempus, quia est aduerbium temporis: secundariò verò cõditionem, ꝙ probatur in l.si Titio, ff. quando dies leg.ce. Et ideo quãdo ponitur circa substantiam obligationis, vel circa volũtatem, q̃ exprimitur per verbum futuri subiunctiui: si ponitur per si, non valet, sed bene per cum, v.g. Stipulatio quæ fit sic, promitto tibi centum si volueris, non valet, secus dicendo, promitto tibi centum, cum volueris.l.centesimis §.fi.ff.de verb.obl. quia in primo conditio est expressa per si, in secundo est tacita per cum & expressa nocẽt.l.nonnunquam.ff. de cond. & demon. ¶ Secunda differentia est, quia si legas mihi decem cum petiero, nõ facit condõnẽ mihi decem cum petiero.ff.de ver.obl.& l.Titia.ff.de cond.& demon. sed bene si legas decem si petiero, vt no. in d.l.si decem, quia ꝑ si, est cõdõ expressa, per cum, tempus principaliter, & consequenter cum talis expressio tꝑis sapiat exactionem de præsenti, siue executionem, nullam suspẽsionem inducit, ideoque licet moriatur antequam petat, non deficit cõdõ.l.liber homo.§.decem.ff.de verb.obligat. ¶ Tertia dr̃ia, quia ly si, siue apponatur circa dispositionem, siue circa executionem, facit dispositionem condõnalem l.quib.dieb. §.quidam Titio.ff.de cond.& demon. sed cum facit dispositionem condõnalem in vltimis voluntatibus, vt in d.§.quidam Titio. vbi no. secus in contractibus, sed bene dispositionem resoluendam sub conditione, vt ff. de in diem addict.l.2.& ibi bona glo. Cum tamen facere dispõnem condõnalem in vltimis voluntatibus limita verum, qñ additur dispositioni vltimæ, quæ concernit voluntatem disponendi siue dispositionem.l.si cui legetur.ff. de leg. 1. nisi qñ relinquitur coniunctæ personæ, quia tũc in dubio facit diem.d.l. Seius Saturninus. ff.ad Trebe. sed secus, qñ dispositio concernit præceptum soluendi, siue executionẽ, & tꝑs certum, saltem in se, sicut est tẽpus certæ ætatis, quia tunc non facit condõnem, sed dilationem, quia de natura ly cum, est facere tẽpus, l.his verbis, & ibi Bald. C.quando d.l.ced. aduerte ẽt, ꝙ licet dicatur, lego tibi centum ea condõne, vt facias tale quid legatum non est conditionale, sed modale.l.Mẹuia.ff.de manu test.& l.3.ff.de dona. Et sic verbum, ea conditione accipitur impropriè secundum Bar. in d.l.quibus diebus.

6 Secundo † quæritur, vtrum relictum in diem debeatur cum fructibus intermedij tẽporis? Et distinguo. Nam si dies fuit appositus gratia legatarij, puta quia puer, sic debẽtur, si verò fuit appositus gratia hæredis, sic non debentur. Et sic concordat l. in fideicõmissaria.ff.ad Treb.& l.in fideicommissi.§.cũ Pollidius.ff.de vsuris.& l.cum.de annu.leg. & est gl.in l.his verbis.C.quando di.leg.ce.

7 Tertio † quæritur, vtrum valeat legatum conditionale non impleta cõditione ex defectu legatarij, vel alio modo? Et distinguo. Aut enim conditio respicit factum eius cui relinquitur solum, puta si manumiserit seruum suum, & tunc si conditio deficit per casum, vt quia seruus naturali moritur morte, sic consequetur legatum. ff. de condit. instit.l.qui sub conditione.§.quoties, nisi fuerit in mora.ff.de cond.& demon.l.penul. Si verò deficit per alium, puta, quia fuit interfectus, tunc aget contra interfectorem lege Aquilia.l.inde Neratius.§.idem Iulianus.ff.ad legẽ Aquiliam, & si occisor est non soluendo, de æquitate admitti debet ad legatum.l.Titio.§. fin.de condit.& demonstrat.& in fin.ff.de eo per quem fa.est. Aut consistit in facto eius, cui relictum est, & etiam alterius, & tunc si per casum fortuitum euenit ne impleat, admitteret legatum, nisi fauore alimentorum, leg.annua.ff.de ann. leg. Si verò non per casum, sed per factum alterius, sic non amittet sed habebit. Probatur hæc distinctio in l.ĩ testamento.ff.de cond.& demonst.& in gloss.& in l.1.C.de institu.& substi.& est æqua nisi aliquo casu dicatur fauore libertatis.l. cum ita legatur.ff.de cond.& demonst. vel e iam nisi conditio esset inhonesta: quia sic habetur pro non adiecta, l.cum ita legatum sit.ff. de conditio.& demonstr.

Qvar-

8 QVARTO †quæritur, vtrum expiret legatum factum sub cõditione impossibili, vel in honesta? Et dico, ꝙ conditio sic impossibilis, non vitiat legatum.vt l.obtinuit.ff.de condi. & demõstrat.imò nec si sit possibilis, sed per legatarium fieri non potest: vt si legatur aliquid alicui, & eius fideicommittitur, vt emptum alienum seruum manumittat: & dominus eum vendere non vult. Habebit enim legatum, quia per eum nõ stetit, quo minus fideicõmissum ꝓstiterit; vnde & si seruus mortuus fuisset, a legato non submoueretur. l.si Titio.ff.de leg.1.Et idem dico de conditione inhonesta: quia habenda est pro non adiecta. Vnde legatum factum sub conditione si nupserit Sempronio, si non nupserit illi, nõ expirat, si sit indignus eius nuptijs: secus si possit illi honeste nubere.arg. d.l.cum ita legatũ sit.& l.cum tale legatum.§.Meuiæ.ff.de cõd. & demon.Et idem si legatum sit, vt nubat secundum arbitrium Sempronij; quia perinde est, ac si hæc conditio non sit adiecta.l.filiæ suæ.ff.de cond.& dem.

9 QVINTO †quæritur, quid si legetur vxori sub conditione, si caste, & honestè vixerit, & illa transfert se ad secunda vota? Et dicit Bar. in l.mulier.§.cũ proponeretur. ff.ad Treb. ꝙ legatum non admittet: quia hoc est castè & honestè viuere.31.di. Nicena.Sed limita, nisi aliud senserit testator, vel habeat vsus loquẽdi. Pro quo facit, quod not.idem in l. Labeo. ff.de supe.lega.& in l.omnes populi.ff.de iust. & iure.& Inn.in c.olim.de verb.sign.& gl.in c.nonnulli.de rescri.quia communis vsus loquendi præfertur propriæ significationi verborum in quacunque materia. Et idem tenet Pan.in cap.vt clericorum.de vita & ho.clericorum addens, ꝙ cautè addendum esset, si caste vixerit, & in viduitate.Oldradus autem dicit stãdum communi intellectui testatoris, qui intendit, ꝙ alteri non nubat, ꝙ quidam verum dicunt, si talis sit simplex, & idiota: quia potest ignorare in matrimonio esse castitatem: secus si doctus esset. Ang. autem de Aret.in §.iuris præcepta. Instit.de iust. & iure.dicit, quòd intelligitur donec alteri non nupserit, vel corpus suum corruperit: si talia verba prolata sunt a marito, vel filijs, vel hæredibus, qui læduntur per transitum ad secunda vota, vt no.glo.in l.fi.& ibi Doct.C.de ind.vidui.tol.secus si proferantur a lege, vel a patre, matre, vel alijs coniunctis mulieris, vel penitus extraneis: quia nubendo legatũ nõ perdet, vt §.cum proponeretur.l.mulier. ff.ad Trebe.nisi fortè nubat tali, qui esset dedecori agnationi suæ.& relinquenti.argu.l. 3.§.si emancipatus.ff.de contra tabu.secus si corpus suum corruperit.Intellige tamen Angel.in authent.quomodo opor.epi.§.hæc de Deo, si nubat tantum semel. pro quo text.l. boues.§.hoc sermone.ff.de verb.signific.per quem textum quidã dicunt, quòd si quis mãdauit bona sua distribui in dotandis mulieribus, indistincte intelligitur de primis, vel secundis nuptijs, non de tertijs. Ego autem dico prædicta omnia vera esse, si voluntas testatoris ignoretur: sed si sciatur, aut probabiliter coniecturetur, in vtroque foro seruabitur sine prædictis distinctionibus, quia vltima voluntas testatoris pro lege seruãda est. 13.q.2.c.vltim.

10 SEXTO †quæritur, an teneat legatum factũ alicui ecclesiæ sub conditione, quòd ibi sepeliatur, si quid accidat, propter quod ibi non debeat sepeliri, vt quia se occidit, vel morit excommunicatus, & huiusmodi? Et dicit Bartol.post Dy.in l.miles.§.ream.ff.de adul.quòd nihilominus soluetur legatum ecclesiæ: cum facto legantis, & eius culpa hoc acciderit, & sequitur Bald.in l.si quis ad declinandam. C. de episc.& cler.& l.1.C.de his quæ pœn.no. Ratio, quia in legato ad pias causas attenditur duplex fauor, s.legãtis, & cui legatur, & consequenter licet hoc casu esset fauor alicuius legantis, non tamen cessat fauor ecclesiæ, cui legatur. Nec obstat, quòd non sit impleta conditio: quia est impossibilis, & consequenter non vitiat legatum, vt l.obtinuit, ff. de cond.& demonst.

11 SEPTIMO †quæritur, vtrum valeat legatũ factum sub conditione, quòd fiat aliquid qđ iam factum est: puta, quod fiat altare in tali loco ad honorem talis Sancti, & hoc iam legatarius fecerat? Et dico, quòd non, sed efficitur caducum, per l.conditionem, ff.de condi. & demonstr.& hoc videtur ibi tenuisse Bar. vbi dicit, quòd ad actionem consequendam non sufficit aliquid fieri fato. & videtur esse tex.ibi in fin.dicens, si fato fecerit, non videtur obtemperasse voluntati, sed ad pœnã eui tandam dicit de mente Dyn. non referri qualiter fiat: vt l.ea quidem. C.si man.ita alie.Et sic patet, quòd non debetur prędictum legatum: nec ligaretur talis si fieret excommunicatio contra non soluentes legata; nec incurreret alienã pœnam, si esset apposita, ꝓ quo facit, quod no.Lud. de Rom. & Bar. in l.cum seruus, ff.de verb.obl. & l.forma.§.si cũ ego. ff.de

ff.de censi. Et valet ad multa prædicta Bartol. distinctio.

12 Octavo † quæritur, vtrum teneat legatum, si legatarius præmoriatur leganti? Et dico, ꝙ non, sed remanebit hr̄dib. legantis, secus autem si moreretur post mortem q̄dem testantis, sed antequam hæres adiret hæreditatem: quia tūc dētur hr̄dibus legatarij, l. vnica, §. sed vt manifestetur. C. de cad. tol. Limita tamen ista, vt inf. Legatum 2. §. 5. parti. 1.

13 Nono † quid si legetur aliquid alicui sub conditione, si liberos habuerit, vel nupserit, & ille religionem ingreditur? Et dico, quod nihilominus debet habere legatum, vt sup. Hęreditas 4. §. vlt. Vnde & si puellæ relinquantur mille, si nupserit, & si religionem intrauerit, cētum nihilominus si intrabit, habebit mille, vt dictum est ibidem.

14 Decimo † quæritur, quid fiet si legatarius moritur ante euentum conditionis, sub qua factum est legatum? Et dicit Pan. in capit. nos quidem. de testa. quod autem legatum est factū personæ intuitu animæ: puta, quia alij personæ fuisset testator relicturus, & tūc deficiēte illa persona conuerti debet in alium vsum pium, vt voluntas defuncti, vel effectus impleatur sicut dicimus in legato facto in ciuitate, propter perpetuam memoriā defuncti, quod alibi fiet, si fieri non possit, vbi ordinauerat, vt l. legatum. ff. de vsufruc. leg. Si vero relictum fuit contemplatione personæ, vel collegij certi, non habitu respectu ad piā causam: tunc deficiente legatario, expirat legatū & remanet apud grauatum, vt l. pater. §. Tusculanus. ff. de lega. 3. C. de cad. tol. l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione. Si autem dubitatur, an habuerit respectum ad animam, vel personam: tunc in dubio fauore animæ, vel religionis præsumere debemus, quod ad piā causam reliquerit, arg. l. sunt personæ, ff. de reli. & sum. fu. Et notat, & sequitur Bar. in d. §. Tusculanus. Et hæc deputatio ad aliū piū vsum fieri, dēt de consensu episcopi, & hr̄dis simul. d. l. legatum. & not. in cle. quia contingit. de re. do. ¶ Et faciunt ista ad quæstionem, si relinquitur aliquid puellæ maritandæ, ea mortua antequam relictū assequeretur vtrū expiret, vel sit conuertendum in aliam puellam maritandam? Et dicit Pan. in d. capit. nos quidem, ꝙ ex varijs coniecturis iudex coniecturabit, an testator respectum habuerit ad animam, vel ad fauorem puellę, fortè quia sibi diu seruierat: nam tunc præsumptio est, ꝙ voluerit eā potius remunerare. Secus ergo si ex coniecturis hoc non poterit constare, q̄a tunc debet conuerti ad aliam puellam maritandam, quia vr̄ factum contemplatione animæ. Et idem de omni legato, quod consequi non potest suum effectum.

15 Vndecimo † quæritur, an expiret legatū condōnale, si purificetur condō anteq̄ legatū firmetur morte testōris? Et dico, ꝙ sic: puta, quia legauit quidā centū puellæ maritandę, i. si vel q̄n maritabitur, & an̄ eius mortem illa nupsit. Non. n. post eius mortem poterit hoc petere, si testm̄ non reuocetur, quia sicut expirat legatum absolutè factum, si legatarius p̄moriatur absolutè, ita expirat factū sub aliqua conditione, si legatarius quantum ad illā conditionē moriatur, ꝙ sit cū illa conditio iā esse non pōt, & præterea idē est, ac si relictū esse aliq̄d vt fieret, ꝙ iam erat factum. Si tn̄ aliter cōstaret de volūtate legātis, seruāda eēt.

16 Dvodecimo † quæritur vtrū falsa demōstratio, vel cā vitiet legatū? Et dico, quod falsa demonstratio nō officit, q̄a ibi constat de re, & volūtate, vt dicēdo, lego tibi seruū meū emptū à Titio, cū sit emptus ab alio modo cōstet de seruo. Inst. eo. §. huic proxima, vide su. Conditio. Similiter non vitiat falsa causa: vt lego Petro centum, quia mihi tale seruitium fecit; cum tamen non fecerit. Instit. eod. §. longe secus si conditionaliter, vt ibidem.

17 Decimotertio † quæritur, quid si legentur centum Titio sub conditione, si voluerit? Et dico, quod legatum non transibit ad hæredes Titij, nisi ille expresserit se velle. l. si ita legatum sit. §. illi si volet. ff. de le. 1.

18 Decimoqvarto † quæritur, qua actione petuntur legata? Et dico, ꝙ non solū per actionem personalē sed ēt per in rē, & hypothecariam in res mortui: & idē dico in fideicōmissis: vt inst. de le. §. nostra. & C. cōia de leg. l. 1.

19 Decimoqvinto † quęritur, q̄n p̄nt peti legata? Et dico, ꝙ solū post aditam hæreditatē, nisi sint ad pias cās. Vnde scito, q̄d rei legatæ dn̄ium, postquam adita est hr̄ditas, ipso iure trāsit ab eo, q̄ legauit, ad legatariū recta via. ff. de fur. l. à Titio. not. gl. in c. Ray. de testa. Et ideo ex tunc pertinet ad legatarium fructus rei legatæ: no. gl. in l. legatis, C. de vsur. l. a Titio, ff. de fur. l. legatum. la 2. ff. de leg. 2. & l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de lega. 1. Fallit hoc q̄n legatur res aliena. l. cum alienam. C. de le. & l. non dubium. ff. de leg. 3. Et in legato relicto in gn̄e. l. apud Officium. ff. de op. leg. Et in relicto alternatiue. l. hmōi. §. Stichum. ff. de lega. 1. & l. statuliberum. §. Stichum. ff. de leg. 2.

Et

Et in relicto in diem, quia nisi adueniente die non transit. l. Sempronius. ff. de vsufru. leg. Et quando aggrauat hæredem ad vendẽdum rẽ l. vxorem. ff. de lega. 3. Ad quem autem pertineat soluere legata, ad hæredem videlicet, vel ad proprietarium, an magis ad vsufructuarium omnium bonorum, vide inf. Vsus, & vsus fructus. §. 9. parti. 5.

20 DECIMOSEXTO † quæritur, quo ordine capient legatarij? Et dico quod nullum ordinẽ obseruamus, sed simul æqualiter tuemur. l. is, cui. §. si plures. ff. vt in posses. leg.

21 DECIMOSEPTIMO † quæritur modis legatum efficitur caducum? Et dico, quod tribus in genere. Primo, quando id quod legatur in testamento, habetur pro non scripto, quod tripliciter contingit. Aut scilicet, quia decessit legatarius, quem testator viuere credebat. Aut quia id quod legatur, nec est, esse potest in rerum natura, vt equus mortuus quem testator viuere credidit. Aut quia rei legatæ nullum est commercium, vel, quæ alienari prohibentur, & dicit Azo. quod ẽt si sit commercium, sed cum difficultate grandi, vt in p̃dijs necessarijs Cęsaris, non valet legatũ, nec etiã æstimatio dabitur. Instit. de leg. §. sed si talis res, nec volũtas testatoris appareret, velle ęstimationem dari, quando æstimari possent. ff. de leg. 1 l. si quis inquilinos. Excipitur, secundum eundem, casus quando redemit hominem liberum ab hostibus quia potest liberari a pignore, quod tacite habeo in eo, donec soluatur pretium, vel seruierit per quinquennium, l. senatus. ff. de lega. 1. Item aduerte, quod si commercium rei legatæ sit in communi, sed non hæredi sic damnato ad dandum, tamen valebit legatum, & præstabit talis damnatus. Si vero commercium non sit ei cui præstari debet aut, p̃p eius delictum, puta, q̃a hæreticus, aut propter sectã: puta, quia Iudæus, qui non potest habere mancipium Christianum, tunc nec res, nec æstimatio debetur. Aut propter conditionem status, vt quia est seruus, cui militia non debetur. Aut per vitium corporis, quia est claudus, & legatur stipendium cursoris, & sic si testator sciebat, dabitur æstimatio, alias non, vt no. gl. in lege, sed si res, ff. de legatis primo. Item ea quæ sunt cõiũcta ædibus, ne vrbs deformetur, non sunt in commercium, ff. de leg. 1. l. cætera. Item nec res sacræ. ¶Secundo, dicitur legatum caducum in casu caduco tripliciter, aut quia legatarius præmoritur, quam testator, vel efficitur seruus pœnæ, aut quia testamentum improbe inofficiosum dicit. ff. de inoff. test. l. Papinianus. §. meminisse. aut etiam propter graues inimicitias extortas inter legantem, & legatarium: si tamen redeant ad amicitiam, reintegratur legatum, sed propter leues inimicitias non efficitur caducum. ff. de adi. leg. l. 3. in fin. & ff. de his q̃b. vt indi. l. si inimicitię. ¶Tertio dicitur propriẽ caducum, quod post mortem testatoris deficit quacunq; ratione, vt si legatarius spernat, vel conditio, sub qua legatum est, deficiat. C. de cadu. tol. l. vnica.

RVRSVS DE LEGATIS SECVNDO, a quo fieri possint, aut cui facta esse intelligantur.

1 *Legare quis possit.*
2 *Legare cui possit.*
3 *Legari, an possit fratribus mendicantibus.*
4 *Annuos reditus, an liceat hr̃e fratribus minoribus.*
5 *Legatũ factũ duob. re. coniunctis, qñ accrescat vni.*
6 *Legatum factum Episcopo, an censeatur factum contemplatione Ecclesiæ.*
7 *Legatum factum Ecclesiastico nõ habenti administrationem, an censeatur factum fauore ecclesiæ.*
8 *Legatum factum ecclesiæ Sanctæ Mariæ, cuius erit si multæ sint tales Ecclesiæ.*
9 *Legatum factum filiofamilias, an censeatur factum contemplatione patris.*
10 *Legatum factum canonicis, an censeatur factum contemplatione ecclesiæ.*
11 *Legatum uia ad ecclesiam, an censeatur, factum contemplatione ecclesiæ.*
12 *Legans Titio, & filijs eius, censetur medietatem patri legare.*
13 *Legatum cedendi lapides, an transeat ad hæredes.*
14 *Legatum, si quis faciat alicui adimi, & sibi relinqui, an teneatur.*
15 *Legatum non uitiatur errore nominis.*
16 *Legatum, an uitietur ob vitium legatarij, quod si testator sciuisset, non legasset.*

LEGATVM secundo considerandum est, quantum ad eum, qui legare potest, & cui legare intelligitur.

1 PRIMO † ergo quæritur, quis possit legare? Et dico multa. ¶Primum. Legare potest omnis, & solus ille, qui potest testari. ff. de legatis. 1. l. 2. Et ratio est, quia legatum relinqui non potest, nisi in testõ, vel codicillo: vñ testari, codicillare, & legare quantum ad hoc æquipollent, vt qui vnũ potest, possit & reliqua. ff. de iur. cod. l. diu. §. codicillos is demu. Fallit. hoc in legatis ad pias causas, vt inf. Legatum. 4. §. 10. qui ãt qui possint testari, inf. Testamentũ. §. 1. Secundum. Minor tamen, prodigus, aut furiosus ingrediẽs religionem, testari, legare, &

& disponere potest de rebus suis, etiã sine authoritate curatoris, secundum cõmuniter Docto. vt dicit Pan. in ca. in præsentia. de probat. dummodo tẽpore dispositionis, & ingressus non sit furiosus. Et hoc aperte sentit. Io. And. ibi: quia in istis spiritualibus nõ curamus de patria, vel curatoris authoritate, vt in c. si annum de iud. libr. 6. ¶ Tertium. De filio autem familias quantum ad bona castrentia, vel quasi, non est dubium, quod de his potest testari, secundum Cyn. in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccl. nec quantum ad profectitia, quod de his non potest testari; sed dubium remanet in bonis aduentitijs, & Pan. ibidem putat bona aduentitia ingresso, indistincte acquiri monasterio, tum quia amplius non est filius in potestate patris, & sic non acquiritur vsusfructus patri, tum quia clerici, & personæ religiosæ sunt priuilegiati super bonis aduentitijs, ita vt plenam habeant ipsorum administrationẽ: ita quod illud, quod laicis est aduentitium, clericis reputatur castrense, vel quasi. Et hac ratione forte idem dici potest de bonis acquisitis prius, vt statim per ingressum gaudeant illo priuilegio, & de quo vide supra Clericus 4. §. 14.

2 SECVNDO † quæritur, cui possit aliquid legari? Et dico multa. ¶ Primum. Regulariter illi soli potest legari, qui potest hæres institui. de quo vide supra. Hæreditas. 3. §. 2. & quæ sit persona certa: aliter non valet. l. vulgo. ff. de stat. ho. fallit tamen in hoc aliquibus casibus, de quib. in §. seq. & infra Legatum. 4. §. 3. ¶ Secundum. Potest tamen pater legare filius spurijs ratione alimentorum, vel relinquere dotes filiabus spurijs, cum dos succedat loco alimentorum, secundum Bar. in auth. ex complexu. C. de incest. nup. licet spurij non possint hæredes institui. ¶ Tertium. Ecclesiæ construendæ, secundum Panor. in c. nos quidem. de testa. potest aliquid legari, sed non donari: quia non valet donatio facta loco construendo, vt in c. Abbate sana. de re iud. lib. 6. Rationem diuersitatis ponit Bart. in l. seruos ad custodiam. ff. de ali. & cib. leg. quia donatio requirit personam & sciẽtiam, id eo absenti, licet possit donari, non tamen fit dominus antequam sciat, & consentiat. l. absenti. ff. de dona. & de præbend. si tibi absenti. lib. 6. Incertæ etiam personæ legari potest, dũmodo ex euẽtu possit certificari. l. cum pater. §. surdo. ff. de legat. 2. secus si certificari non posset euentu. vt not. glo. in d. ca. nos quidem. ¶ Quartum. fratribus minoribus, qui. s. annuos reditus habere non possunt, per clem. exiui. §. quicunq; annui. de ver. sign. potest aliquid legari, vt in d. clem. §. cupientes, modo non sit valor hæreditatis, vel tanta eius pars, quod præsumatur fieri in modo, & forma legati fraudulenter pro successione hæreditatis, de qua non sunt capaces.

3 TERTIO † quæritur, vtrum legari possit aliquid fratrib. mendicantibus? Et dico multa.

4 PRIMVM. † Fratribus minoribus non licet habere annuos reditus, vt §. priore dictũ est, tamen hoc debet intelligi pro victu, aut vestitu, & ad tempus nõ modicum, vnde secundum Car. in d. cle. exiui, post Fed. eos possunt habere, si relicti sunt ad certum vsum diuini cultus: puta vinum pro sacrificio: frumentum pro hostijs, & conuentus est capax, & similiter si relicti sunt pro victu, aut vestitu, vel indistinctè, non perpetuum, sed ad modicum tempus: quia videtur legatum vinum, cuius sũma quo ad solutionem diuisa est, nec per hoc tollitur mendicitas, sed subleuatur, sed si relinquuntur ad tempus non modicum, non valet, quia cõputatur inter immobilia, vt in d. §. quicunque annui. Dicitur autem tempus nõ modicum, secũdũ Sum. Ang. id quod est vltra decennium, sed melius dicitur secundum Sũ. Ros. decennium, vel vltra, vt no. in clem. 1. de rebus eccle. non alie. in glos. Addit etiam ipse Cardi. quod non repugnat mendicitati seruare victualia, quando timetur, quod alio modo haberi non poterunt. ¶ Secundum. Legata ãt quæ fiunt eisdem fratribus minoribus, dum quidam indirectè relinquũt hospitalibus, aut collegijs, cum onere soluendi singulis annis duas petias panni, vel huiusmodi, secundum Pa. in cap. in præsentia de probatio. & in ca. nimis praua. de exces. præl. non valent, qa esset habere quandam proprietatem, & possẽt esse tot annui reditus, quod eos nõ oporteret mendicare, ꝙ est contra eorum regulam. Prædicatores tamen non sunt incapaces ex eorũ regula, sed ex constitutionibus: sed intellige ista non licere: non quidem indistincte, vt tenuit Sum. Ros. sed quando possideantur quasi reditus & proprietates, exigendo etiam in iudicio: secus eleemosynaliter extra iudicium petendo, vt §. sequent. ¶ Tertium. Petrus de Palud. ordin. prædicat. in epistola ad Magistrum ordinis eiusdem, loquens de dicto ordine, & consequenter de omnibus mendicantibus, de anniuersarijs perpetuis sic dicit. Sicut non est contra ordinem, imo de ordine recipere quotidianus eleemosynas, ita etiam

anniuersaria perpetua, nec hoc est hre reditus recipiẽdo gratis, & petẽdo extra iudiciũ, nec est in hoc necessaria dispẽsatio sicut nec in quotidie mẽdicãdo, sed repetere illa in iudicio tanq̃ reditus sibi debitos, non licet absque dispensatione, quæ fieri non debet, nec illud dissimulari, nisi ex causa necessitatis: puta, in locis vbi ita charitas refriguit, quod fratres seminantes spiritualia nõ possunt aliter metere corporalia: hęc ille, addens idem esse de cẽsibus annuis, & reditibus fratrum ad vitam, & concor. Arch. & Farinerius ord. mi. generalis in const. dicens, ꝙ non licet fratribus inducere aliquem ad talia legata facienda, ꝙ si facta fuerint, in iudicio non petant: quasi innuens, ꝙ extra iudicium, per modum eleemosynæ peti possunt. Ex his Sum. Ros. infert, quòd annum prouentum locorum possessionis, vel hmõi, non licet minoribus ẽt extra iudicium exigere: sed recipere sponte oblatũ. Sed per exactionem si intelligit compulsionem ad dandum, nihil est, quod dicitur: quia hoc extra iudicium non fit nisi per violentiam. Si vero intelligit petitionẽ, dico quòd hoc possunt, secundum Sum. Ang. licet is, qui est daturus, ad hoc in conscientia teneatur: sicut possũt petere eleemosynam ab eo, qui ad eam tenetur ratione superfluitatis. Prædicta limita de reditibus, & prouentibus ad magnum tempus: quia si sint ad modicum, possunt mendicantes illos petere in iudicio, exceptis minoribus, quibus non licet per dictã clemen. §. verum. de verbor. signifi. Pro prædictis etiam aduerte sequi ex dictis Petri, qđ idem prouẽtus respectu vnius fratris potest repugnare mendicitati, non respectu alteriꝰ, vt quia vnus intendit in iudicio repetere, & non alius. ¶ Quartum. Quod dictum est de perpetuis anniuersarijs, idem a fortiori dici potest de prouentib. quos aliquando domini ordinant annuatim fratribus dari super datijs, vel gabellis iustis, quia sunt eleemosynæ, cum sponte & ad beneplacitum dentur, reuocentur.

5 QVARTO † quæritur, vtrum legatũ factũ duob. re coniunctis, si vnus repudiat, aut viuo testatore moriatur, aut deportetᷣ, vel huiusmodi, accrescat alteri? Et dicit Pe. de Peru. in tract. de cap. porti. episc. quòd sic. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. & l. vnica §. his ita. C. de ca. tol. non aũt accrescit cognatione legali coniunctis. l. mulieri, & Titio. ff. de cond. & dem. Est autem notandum, quòd legatarij dicuntur coniuncti re, & verbis, quando vna res legatur eis copulatim: vt, lego Stichum meum Petro, & Martino, & re tantum quando legatur diuisim, vt lego Petrum Stichum meum; item, lego Martino Stichum meũ: vt Insti. de leg. § si eadem res. in text. & gl. & verbis tm̃, vt quando Petro, & Martino legatur fundus æquis portionibus. Præfertur autem coniunctus re, & verbis, alijs coniũctis re, & verbis tantum, præferatur coniunctis re tantum, est opinio diuersa. Sed dic, quod non æqualiter veniunt, vt no. in d. l. re coniuncti. Vnde dicit Ange. Aret. Inst. de pupil. subst. §. singulis, qđ quando testator dicit, lego filiabus meis centum pro qualibet, licet sint verbaliter coniunctæ, tamen quia quælibet ad sua centum, & sic ad rem diuersam vocantur, non est inter eas ius accrescendi, & casus est, & ibi Bar. in l. huiusmodi, §. 1. ff. de leg. 1.

6 QVINTO † quæritur, vtrum legatum factum episcopo, in dubio præsumatur factum contemplatione ecclesiæ? Et dico duo. ¶ Primum. Cum aliquid relinquitur constituto in dignitate non ratione dignitatis, sed ratione suæ personæ, illud est suum, & si ante diem cadentem legati moriatur, expirat legatũ, vt supra dictum est Legatum 1. §. 8. & argum. l. cum princ. & seq. ff. de legat. 2. Sed si legatum assequatᷣ, erit suum, & ab intestato succedũt propinqui. argum. cap. qui nos. de testamẽ. Si vero relinquitur ei ratione dignitatis, vł loci, in quo habet dignitatem, etiam si moriatᷣ ante diem cadentem legati, debetur successori quia dignitas non moritur. 12. quæstio. 2. liberti. ¶ Secundum. Ad quęstionem igitur motam dicunt aliqui, quod cum aliquid relinquitur principi, videtur legatum esse dignitati, ex hoc, quod relictum est sub nomine dignitatis: vnde successori debetᷣ, si ille moriatur ante diem legati cadentem: quia dignitas non moritur. di. cap. liberti. Sed vbi relinquitᷣ aliquid Augustæ, si illa moritur ante diem legati cadentem, legatum perijt. l. cum principi. & sequen. ff. de legat. 2. quia cum dignitatem habeat, non ex se, sed ex Augusto, non videtur ei relinqui sub nomine dignitatis, sed sub nomine proprio: vnde non debetur Augustæ succedenti, nisi alio medio probabili concludatur testatoris voluntas. Et ex his de mente Bart. faciunt theoricam, quòd si quid relinquatᷣ expresso nomine proprio tantum, videtur relictum personæ: expresso vero appellatiuo tantum, relinquo. Principi, vel episcopo: videtur relictum dignitati expresso verò vtroque, si præcedit propriũ, vide-

videtur cedere personæ: si appellatiuū dignitatis, vel ecclesiæ, cędit dignitati. & de hoc p Card. in l. ciuib. ff. de reb. dub. Pan. autem in c. requisisti. de testa. dicit, q in dubio ad coniecturas est recurrendum, vt si factum a persona coniuncta, non præsumatur factum contemplatione ecclesiæ, quamuis dixerit, relinquo hoc episcopo, vel domino Ioanni, nō expresso episcopo. & sic erit suum, & succedent propinqui, ab intestato. cap. quia nos. de test. Si verò legetur ab extraneo, præsumitur factum contemplatione ecclesiæ. & idem per omnia dic de quocunq; habente administrationem, seu prælationem in ecclesia. Sed ego dico, quod potest coniunctus non amare coniunctum, & econtra extraneus extraneū amare, & similiter nomine ꝓprio possumus significare dignitatem, Imperatorem vocando Cæsarem, & econtra nomine appellatiuo certam personam, sicut cum rusticus cognominatus rex: ideo voluntas testatoris in dubio ex coniecturis exploranda est probabilibus primo quidē ex realibus, & verbalibus simul, si possibile est, vt innuit text. in d. cap. requisisti. deinde vero ex sūptis à rebus, vt facit Panor. deinde vero ex sumptis à nomine si reales deficiunt, vt facit Bart. Est autem notandum, quod verbum, administratio hic verificatur in habēte dignitatem, seu ministerium in ecclesia separatum à congregatione, & secundum Inn. in d. c. requisisti. administrationem habet, qui potest absoluere prælatio et hic sumitur large, vt comprehēdat etiam habentes ecclesiam curatam. Extraneus etiam dicitur, qui non est coniunctus in quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis, vt est tex. in auth. licentia. C. de episc. & cle. & in auth. de ecc. tit. §. interdicimus. coll. 9. & idem glo. 12. q. 3. c. 1. & est communis opinio, quamuis aliqui aliter teneant.

7 Sexto † quæritur cuius contemplatione præsumatur factum legatum ecclesiastico, non habenti tamen administrationem in ecclesia? Et dico, quod de habente administrationem dictum est. §. priore de non habente vero, qui tamen est ecclesiasticus, dicit Panor. in d. cap. requisisti. de testam. quod in dubio præsumetur factum intuitu personæ, si proprium potest habere, si vero habere non potest proprium: puta, quia religiosus, sic præsumitur factum intuitu monasterij, vel ecclesiæ. Facit. l. Deo nobis, C. de episcop. & cler. & 18. quæst. 1. cap. vnico. Et sic quando factum est intuitu ecclesiæ, disponere non poterit, nisi sicut de rebus ecclesiæ.

8 Septimo † quæritur, cuius erit legatum factum ecclesiæ S. Mariæ indistincte cū in loco sint multæ? Et dicit Pan. in c. indicante. de test. quod in dubio dabitur ecclesiæ parochiali, si vocatur illo nomine, alioquin dabitur pauperiori, secundum communiter Doct. & si sint æquales, secundum communiorem opinionem dabitur episcopo, vt distribuat, vel gratificet alteri, & si nulla sic vocetur in loco illo, secundū glo. in d. c. nos quidem. de test. dabitur ecclesię cathedrali, vt not. in gl. præfati c. indicante. & facit l. quæ conditio. ff. de condi. & demon. vbi testator mandauit aliquid fieri in foro, & non dixit in quo intelligitur de foro illius municipij vbi habitat; & hoc de authoritate episcopi, & executoris. Similiter quando legatur aliquid ecclesiæ faciendæ, & non dicitur de loco: episcopus, & executor prouidebunt de loco constructionis; & hoc fauore piæ causæ, nisi aliter constet de mente testatoris.

9 Octavo † quæritur, vtrum legatum factum filio familias in dubio præsumatur factum intuitu patris? Et dicit Bart. in l. cum aliquis. C. de iur. deliber. & refert Panor. in cap. Raynutius. de test. quod si fit per ista verba, lego filio Martini, intelligitur contemplatione patris, maximè si exprimatur nomen filij, puta Titio filio Martini, & nominatio patris intelligitur facta causa demonstrationis, non obst. d. l. cum aliquis. quæ loquitur in seruo; quia exprimitur qualitas, quæ si esset vera, legatum de iure acquireretur domino, & sic videtur contemplationi domini factum sed secus in filio quia filiatio non facit relictum acquiri patri, quia posset esse emancipatus, & maximè hodie cum in aduentitijs acquiratur filio proprietas. Si vero fieret de patre mentio; & de patria potestate, idem esset sicut de seruo; de quo tamen dubitat Pan. quia filiationis qualitas non impedit proprietatem acquiri filio, & ideo videtur, quod solum vsusfructus acquiratur patri.

10 Nono † quæritur, vtrum legatum factum omnibus canonicis talis ecclesiæ; etiam expressis nominibus, ꝓ̄sumatur ecclesiæ contemplatione factum? Et dico, quod sic, per l. ciuib. ff. de reb. du. vbi dicit tex. quod ciuibus ciuitatis legatum, vel fideicommissum datum, ciuitati relictum videtur, quod verum est, secūdum gloss. nisi datum sit vt singulis; quia non ciuitati, sed ipsis ciuibus acquiritur. Facit, l. annua. §. a Titia. ff. de annu. leg. Secus si vni

non

non habenti administrationẽ, vel prelationẽ, qui est simplex canonicus: quia sibi nõ ecclesiæ acquiritur, vt dictum est: nisi probaretur legatũ factum fuisse intuitu ecclesiæ, vel nisi legatarius fraudẽ adhibuisset. d. c. requisisti. in fi. de test. & facit l. nonnunquam. ff. ad Treb.

11 DECIMO † quæritur cum legatarius vti nõ potest legato, nisi respectu ecclesiæ: vt quia legauit quis clerico viã per suum fundum, qua vadat ad ecclesiam: vtrum in dubio intelligatur factum intuitu ecclesiæ? Et dico quod sic & sic acquiritur ecclesię, & ita intelligo quod no. gl. in l. non plures, C. de sacrosan. eccl. ne legatum sit inutile. Vide etiam quod notant doct in l. 1. C. eod.

12 VNDECIMO † quæritur quid si quis legat sic: lego Petro & filijs eius possessionẽ vel aliud Et dico, quod Petrus habebit medietatem, & filij eius aliam medietatem consequenter. ff. de vsufr. acc. l. si quis Titio. & de test. c. Raynaldus. in glo.

13 DVODECIMO † quæritur, vtrum legatum, quo nihil licet cædere lapides in solo testatoris transeat ad meos hæredes? Et dico quod non, & est tex. in l. apud Iulianum. §. si quis. ff. de leg. 2. Et ratio secundum gl. est, quia est ius personale.

14 DECIMOTERTIO † quæritur, vtrum faciẽs legatum alicui adimi, & sibi relinqui per suggestionem, solicitudinem, vel importunitatem, teneatur? Et dico do. Barto. Cæpo. in suis cautelis quod teneatur actione de dolo, vel in factum subsidiaria ei, cui ademptum est, vel cui ideo non est relictum. ff. de doli excep. l. 1. not. Ang. in l. fi. C si quis ali. testam. prohi. & facit l. 1. & ibi no. C. de peti. bo. subla. li. 10. Sed melius dic, vt infra Restitutio. 2. §. 6. qui incipit, aliquando.

15 DECIMOQVARTO † quæritur, quid si testator erret in nomine? Et dico non officere, modo constet de quo sentit. l. si in nomine. C. de test. Facit. ff. de leg. 1. l. 4. Instit. de leg. §. si quis in nomine.

16 DECIMOQVINTO † quæritur de quotidiana quæstione. Pone quod legatarius commiserit aliquid, quod si testator sciuisset, vt quia vxorẽ eius corrupit: quæritur, an legatarius repellatur exceptione? Et videtur dicere glo. in l. fideicommissum. C. de fideic. quod sic: ꝙ Bar. dicit procedere sine scrupulo, si hoc commisit viuo testatore: si vero commisit post mortem eius, est dubium: quia dici non potest, ꝙ testator tacite reuocauit. & ideo tunc puta dicendum, quod legatum non extinguitur; sed a legatario aufertur tanquam ab indigno, vt nota. in l. sorore, C. de his qui. vt indi. hæc ex illo. Et sic ex prædictus videtur dicendum quod talis legatarius possit tenere cum bona conscientia dictum legatum, do nec per iudicem aliter fuit iudicatum. Secus tamen videtur dicendum, si testator diceret, relinquo vxori meæ centum, si caste vixerit, quia si fornicetur non poterit in conscientia illa habere, seu vsufructum.

RVRSVS de Legatis tertio, quantum ad rem legatam, quid scilicet possit aut quid intelligatur legari.

1 *Legari quid possit.*
2 *Legari an possit res aliena, etiam in foro conscientia.*
3 *Legata vna re, an intelligantur legari ei annexa.*
4 *Legatum in genere, an valeat.*
5 *Legate quatuor mensura olei, quæ sunt in tali uase, an debeantur si ibi non reperiantur nisi duæ.*
6 *Legato omnium bonorum mobilium, an contineantur fructus & debita.*
7 *Legans lancem minorem, qualem debeat.*
8 *Legans vni fundum, & alteri vsumfructum, quid intelligat.*
9 *Legato alimentorum, quid debeatur.*
10 *Legatum annuum, an singulis annis debeat peti.*
11 *Legatum dotis quid ualeat.*
12 *Legans creditori, an videatur, velle compensare.*
13 *Legato si sit annexum onus, an ratione eius detrahat de gabella.*
14 *Legans ancillam nomine Bertam, si eam vendat, & aliam Bertam emne an debeatur secunda.*
15 *Legatam rem si vendat testator, an postea teneatur heres.*
16 *Legatis Titio centum, quæ si perda, iterum lege alia centum, an semel tantum debeantur.*

LEGATVM tertio considerari potest, quo ad rem legatam, quid scilicet possit, aut quid intelligatur legari pro quo etiam vide infra lex. §. 16. ad fi.

1 PRIMO † igitur quæritur, quid legari possit ex bonis non alienis? Et dico multa. ¶ Primum. Legari potest quod nondum est in rerũ natura, modo sit futurum, vt fructus futuri in tali fundo, aut quod nascetur ex ancilla, & huiusmodi. Inst. de le. §. ea quoque res. ¶ Secundum. Quælibet res testatoris, & hæredis similiter legari potest, nec refert an sciuerit, vel ignorauerit esse suam, vel hæredis. Instit. eo. §. si quis rem suam. Et ratio huius patebit. §. si quidem. ¶ Tertium. Iura, actiones, & seruitutes, & huiusmodi incorporea, similiter legari possunt, nisi viuẽs testator debitũ exegerit vel remiserit. Et in dubio p̃sumitur legatũ

luiſſe adimere exigendo, vel redimendo. Inſt. de leg. §. cum autem in tex. & in glo. ¶ Quartum. Debitori ſua liberatio legari poteſt. Inſtit. eo. §. ſi quis debitori, niſi teſtator viuus exegerit. Inſti. ibidem. §. cauſam.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum teſtator legare poſſit rem alienam ēt in foro conſcientiæ? Et dico, ꝙ ſic ſi ſcienter legauit: & hæres tenetur eā emere, & præſtare, vel ſoluere, ęſtimationē, ſi eam hr̃e non poteſt, vt poſſit æſtimari. Inſti. de lega. §. non ſolum. & §. quod āt. Sed pro intellectu prædictorum dico multa. ¶ Primum. Quantum ex Pan. extra, de teſta. in c. filius colligitur, intellige, ꝙ dictū eſt cū tali diſtinctione. Aut. n. res legata ſcienter, erat teſtōri pignorata, vel in ea habebat aliqđ aliud ius: & tunc non præſumitur legaſſe, niſi ius quod habebat: & ſic non dabitur æſtimatio, vt in l. ſerui electione. ff. de lega. 1. & ſic ſi legauit fundum, quem conduxerat per qnquennium, hæres ſoluet penſionem, & legatarius habebit vſum fūdi, ſine aliqua ſolutione. l. qui concubinam. §. qui hortos. ff. de lega. 3. Aut res legata erat ſimul cōis teſtatori, & alteri: & ſic intelligitur legaſſe partem ſuam ſolum, niſi dixiſſet totam talem rem, vel aliquid æquiualens: quia ſic æſtimatio deberetur, vt not. Bar. in l. cum alienam. C. de lega. Aut res oīno eſt aliena: & tunc ſi eſt hæredis, debetur res oīno, & eſt text. in l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de leg. 2. Si verò nō eſt hæredis, ſed alterius: ſi legauit: ſcienter, debetur res: vel æſtimatio, ſi æſtimari pōt, d. l. cum alienam, ſed ſi illius rei commertium hr̃i non poteſt, legatū eſt inutile, vt quia legauit rem ſacrā, vel principis, l. apud Iulianum, ff. de leg. 1. Si verò legauit ignoranter: tunc aut extraneo: & nō valet indiſtinctè, ſm Sum. Ange. vel melius ſm Sum. Piſ. non valet, niſi res eſſet hæredis: quo caſu tenet̃ cā p̃ſtare. d. l. vnum, §. ſi rem tuam, aut niſi relinquerit pſonæ coniūctæ, cui alias tantum de ſuo erat relicturus, ſi ſciuiſcet. d. l. cū alienā. Et Bal. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. tenet eccleſiā coniunctā pſonā, cum ſit omnium fideliū mater. 12. q. 2. qui abſtulerit. Sed Pan. in c. filius. de teſta. tenet ꝙ non, ſed ſolum coniūctū ſanguine eſſet hic coniunctā perſonam, vt in c. nonnulli, de reſcri. Ego autem dico cōiunctam perſonam, vel extraneam per accidens ſe hēt, ſed per ſe conſiderandum eſt, ſi ei alias erat relicturus, & tenetur hæres ēt extraneo, tum quia ſi alias erat relicturus, eſt rō legis, tū voluntas eius pro lege ſeruanda eſt. 13. q. 2. c. vl. ¶ Secūdū. Quæ deciſa ſunt particula priore, communiter Doct. tenent eē vera ēt in foro canonico, & conſcientiæ, vt refert Pan. in d. c. filius, de teſta. ipſe verò ibi tenet contrarium pp tex. dicentem, ꝙ ſecundū leges ſeculi hęres cogitur ſoluere rē alienā legatā: ſed quia lege Dei, non lege huius ſeculi viuimus, valde iniuſtum vr̃, vt res tibi legatæ, quæ cuiuſdam eccleſiæ eſſe perhibentur, a te teneantur. Sed ſuum motiuum eſt inefficax, quia ſm Inn. tex. loquitur in reb. eccleſiæ, legatis alteri eccleſiæ, in quibus legatū non tenuit: vnde indubitanter in omni foro tenenda ſunt prædicta, quia procedunt in virtute huius, ꝙ voluntas teſtatoris ſeruāda eſt, ſi ſcitur, aut probabiliter deprehenditur p coniecturas, & eo caſu idem eſt, ac ſi legaſſet alternatiue rem principaliter, aut ſaltem pretium eius. ¶ Tertium. Per prædicta ſoluitur quæſtio. quæ de facto accidit, ſ. vtrum muliere legante monaſterio pro ſalute animæ veſtem alienam. i. ſoceri, teneat legatum? Et dico, qđ ſic, iuxta prædictam diſtinctionem. non obſt. d. c. filius, quia cōior eſt lectura Inn. ꝙ loquatur in rebus eccleſiæ: quem ēt intellectum tenet glo. in c. ſi epiſcopus. 12. q. 5. vbi Archid. vr̃ dicere, ꝙ hoc caſu legatarius agere poterit ad æſtimationem. Et hoc ſcilicet legatum valere, & ſaltem æſtimationem deberi, communiter tenet Doct. in d. l. cum alienam.

3 TERTIO † quæritur, vtrum legata vna in re, aliqñ dēat intelligi legata eſſe etiā alia in dubio? Et dico multa. ¶ Primum. Legata domo, debetur etiam hortus ei cohærens, ſecūdum Pan. in c. Raynutius, de teſtam. ff. ſi ſerui. ven. l. teſtatrix. & ff. de act. emp. & ven. l. ſi creditor. in fi. quod limita primò in dubio, quia ſi aliter conſtaret de voluntate legantis, ſecus eſſet, & ſecundo qñ eadem ianua claudit domum, & hortum: ſecus ſi ſic non cohæret, quia non debetur. Et ſic intellige glo. in ca. ſi. 12. q. 2. & Pan. vbi ſup. De hoc in ca. ſancitum de cenſi. vbi domus, ac hortus ponuntur vt diuerſa. ¶ Secundum. Legatis veſtib. vxori ornamenta aurea, vel argentea earum non vr̃ legata. quia acceſſoria pretioſiora ſuo principali non accedunt. Sed tamen Lud. Ro. tenet, quod veniēt ēt pretioſiora, & accedāt principali. vt l. & ſi nō ſunt. §. pueniamus. ff. de au. & arg. leg. & Bar. ibi in l. cū aurū dicit gl. falſam. in l. 2. ff. de pec. leg. qui vult, ꝙ acceſſoria p̃tioſiora nō extinguātur deſtructo principali. Eſt āt aduertendum, ꝙ Bar. in l. nulli prorſus, C. nulli licere in frę. & eque. ſol. lib. 11. notat mulierib. nō eſſe de iure prohibita ea, quę ſpe-

ſpectant ad earum ornatum,ſed hodie in mul
tis ciuitatibus eſt ſtatutum,quod aliqua orna
menta eis portare non liceat. Propter quod
dicit,eo caſu,quo ſunt prohibita, nõ poſſunt
dici acceſſiones veſtium.arg.d.l.vt eodẽ mo-
do non poſſent dici mulieris cauſa empta ea,
quæ gratia eius ſunt prohibita. Hæc ex illo.
¶ Tertium.Legato chirographo, intelligun-
tur legatæ actionis quæ ſunt in eo.l. qui chi-
rographum.ff.de leg.3.¶ Quartum.Legato le
cto venit ornamentum eius:vt in l.librorum.
§.fi.ff.de le.3.

4 QVARTO † quæritur,quid debeatur qñ le-
gatum ſit in genere?Et dico, ꝙ legatum nul-
lum eſt ſi genus illud ſit generaliſſimum: vt,
lego ſubſtantiam,vel rem. Si vero eſt ſubal-
ternũ:vt,lego animal,corpus, & huiuſmodi,
ſimiliter eſt nullum:quia data muſca eſſet ꝗs
liber. Si vero eſt genus inferius,quod impro-
prie dicitur genus: ſed eſt ſpecies ſpecialiſſi-
ma,tunc diſtinguendum eſt. Nam ſi res huiuſ
modi generis habet certos fines à natura de-
ſignatus,vt bos,equus,& huiuſmodi eſt varia
opinio.Sed placet mihi opinio Ioannis,quam
ſequitur Accur.in l.legato generaliter ff.de l.
1.ſ.quod aut teſtator equos reliquit ſeruos,
vel boues incertos, & de incertis ſunt in ſuo
patrimonio,& tunc eliget legatarius, vt In-
ſti.eo.§.ſi generaliter,dum tamen non eligat
optimum.d.l.legato. Aut non ſunt in ſuo pa-
trimonio, & ſic electio erit hæredis, vt ff. de
tritico leg.l.3.in princ.& l.4. Et ſimiliter vbi
teſtator de certis ſeruis ſenſit incertum, pu-
ta,quia legauit vnũ de ſeruis ſuis; ſic electio
erit legatarij.l.qui duos.ff. de lega. 1. Si verò
habet certos fines ex ſola diſtinctione huiuſ-
modi,vt fundus.ff.de leg.1.l. quod in rerum,
§.ſi quis,ſic non valet:quia videtur deriſoriũ:
quia hæres præſtando fundum vnius digiti,
vel vnguis liberaretur,d.l.quod in rerum, §.
ſi quis.at.Si verò hẽt facto hoĩs, vt domus, ꝗ
per factum hominis de duabus ſit vna diruen
do parietem,& huiuſmodi,vt.ff.communia ꝑ
dio.l.ſi quis duas §.1.ſic aut legans domum in
genere reliquit domos aliquas,& electio erit
legatarij,aut non reliquit:& legatum erit de
riſorium.ff.de lega.1.l.ſi domus.Aduertendũ
eſt tamen,quòd quando electio datur hæredi
in rebus legatis in genere, & iſtud genus eſt
talis qualitatis,quod in ipſo ſunt quædam ni-
hil valentia,& quæ non habere magis expe-
dit,quam habere tunc non poteſt talia dare,
ſed debet rem mediocrem,vt in d.l.legato.&
C.de donat.l.ſi quis argentum.§.1.& C.com-
mu.de legat.l.fina.§.1.Si vero ſumus extra ta
lia,poterit hæres dare nummum in tali gene
re.l.ſi ita ſcriptum ſit.in fi.& l.apud Iulianum
§.Scio.ff.de le.1.& ff.de reg.iu.l.ſemper in ob
ſcuris.ff.de verb.obl.l.ſi ita ſtipulatus. Fallit
hoc in legatis ad pias cauſas, quia debetur id
quod melius eſt fauore piæ cauſæ,vel ſaltem
mediocre,puta,legatum eſt vas,dabitur argẽ
teum inter aurum, & orichalcum,vel ſtan-
num,vt habetur,& not.in l.Titia §.Seia. ff. de
auro,& argento legato,vbi dicit Bar. quod ſi
legatur calix,intelligitur argenteus, ſi plane
ta intelligitur de ſerico,& ſic de ſimilibus.

5 QVINTO † quæritur, quid iuris ſi quis le-
gauit quatuor lagenas olei, quæ ſunt in tali
vaſe,quæ ſcilicet non ſunt niſi duæ; vel ſi de
pecunia quæ eſt in tali capſa legauit vni 30.
alij 20.alij 10.& non ſunt niſi triginta? Et di-
co ſolum deberi id quod inuenitur, l. ſi quis
teſtõ.ff.de lega.1.& vnicuique pro rata defal
cabitur,vt ſcilicet is cui 30.legauerat,nõ ha-
beat niſi 15 alius 10.alius 5.Facit l.cum certus
numerus.ff.de tri. vi. & oleo leg. & de legnis
eſt caſus in l.ſi quis ſeruum.ff.de leg.2.

6 SEXTO † quæritur, vtrum legans mihi om
nia bona ſua mobilia, in dubio intelligatur
etiam omnes fructus, & debitores legaſſe?Et
dico,ꝙ ſic,omnes fructus, qui tempore mor-
tis teſtoris erant à ſolo ſeparati.ff.de rei ven-
di.l.fructus,ſed non habeo de tali legato no-
mina debitorum ſuorum,niſi aliter de mente
conſtiterit:quia nomina debitorum non ſunt
mobilia nec immobilia,ſed in tertia ſpecie,ff.
de re iud.l.à diuo Pio,§.in venditione. Item
quia non eſt noſtrum quod nobis debetur:ſed
tantum illud quod poſſumus vendicare.ff.de
auro & arg.leg.l.2.Sed de hoc dic,vt ſup.Alie
natio.§.9.Et idem dic de lignis, & lapidibus
ad ædificium præparatis,quod non veniunt.
arg.ff.de leg.3.l.ligni appellatione.§.fi.

7 SEPTIMO † quæritur, quid ſi habens lan-
cem maximam,minorem,& minimam,legat
lancem minorem?Et dico,quod debetur me-
diæ magnitudinis in dubio,ff.de auro, & ar-
gen.leg.l.qui lancem.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum is qui legauit
vni fundum,alij vſumfructum fundi in dubio
debeat intelligi legaſſe vnicuique ipſorum di
midium vſusfructus dicti fundi? Et dicit Lud.
de Ro.quod ſic.l.ſi alii.ff. de vſufruc. leg. ſe-
cus in iudicis ſententia:vt l.& puto.§. 1. & ff.
fam.erci.

9 NONO † quæritur, quid habebitis cui le-
gatur victus,& veſtitus, ſeu alimenta, quod
idem

idem est? Et dico ꝙ habere debet cibum, potum, vestes, lectum, habitationem, & ea sine quibus viuere non potest. ff. de alimenta. & ciba. leg. l. legatus. ff. de verbo. sign. l. victus, non tamen ea quæ pertinent ad disciplinam. d. l. legatus. intellige non necessariam, vt supra Alimenta, in principio.

10 DECIMO, † si testator legauit filiæ suæ nuptæ quotannis aureos decem pro indumentis, & illa per quatuor annos dictam summam a fratribus non petiuit, q̃ritur an petere possit summam præteritorũ annorum? Et dico ꝙ non arg. l. quidam prædia. ff. de vsuf. leg. I.

11 VNDECIMO † quæritur, quid vxori valeat legatũ quo legatur ei sua dos? Et dicit Asten. ꝙ plenior est actio ex legato, quàm ex dote, Inst. de leg. §. & si vxori, quia vt ibi dicit gl. legatum statim debetur: dos verò, si cõsistat in mobilibus, debetur post annum. Item valet, quia non habebit probare dotem fuisse tantæ quantitatis si exprimatur: alias sic. C. de fals. causa adiect. l. 3.

12 DVODECIMO † quæritur, vtrum legãs creditori suo in dubio videatur voluisse compẽsare? Et dicit Pan. in c. officij. de test. ꝙ sic, per l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. mat. vbi dicitur, ꝙ filia, cui debebatur dos, & factum est legatum non potest repetere vtrunque quia vr̃ testator legasse animo compensandi cum dotẽ, & ibi Bar. & cõiter Moderni hoc limitant verum, qñ relictum est per debitorem necessarium, qui ex necessitate iuris tenebatur ad debitum. Secus per debitorem voluntarium, qui. s. sua voluntate se obligauit ad debitum, quia hoc casu non vr̃ factum animo compensandi, nisi sit expressum, vt probatur in l. vnica. §. sciendum C. de rei vxo. act. vbi habetur, quod si maritus, qui tenetur, s. ex voluntario contractu matrimonij, restituere dotem post mortem, aliquid vxori simpliciter legauerit, illa poterit petere vtrunque. Et similiter dic de legato facto cuicunque creditori a debitore, ad quod C. de hæ. inst. l. si compensandi. ff. de leg. I. Lucius, & ff. de leg. 2. l. vlt. §. pe. & in d. c. officii, vbi legatum episcopo simpliciter factum, non minuit portionem sibi debitam ex aliis legatis factis ecclesiis, q̃uis, vt dicit ibi Pan. legator non est debitor episcopi necessarius, aut voluntarius, sed ecclesiæ ipsæ, quibus reliquit.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, si legato sit annexum certum onus, an ratione dicti oneris sit legatarius absolutus a soluenda gabella, qua ex statuto debetur solidus pro libra, vel huiusmodi? Et dico, ꝙ tãto minus soluere tenetur, quanta est oneri æstimatio, vt vr̃ voluisse Dyn. & Bal. per l. sed si hoc ff. de cond. & demon. Et hoc facit secundũ Sum. Ros. contra gabellarios, quib. pro sacco frumenti debent quatuor solidi, uel hmõi, ut solui n̄ debeat de eo, ꝙ accepit molens, ꝙ rationabiliter diceret, si per portam transiret frumentum solum dũ fertur ad molendinum, sed ubi transit p̄ p̄ multas causas, de his non habet iudicare datarius, sed accipere, quod statutum est.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, si legans ancillam nomine Bertam eam uendiderit, & emerit aliam uocans eam similiter Bertam, an debeatur Berta secunda? Et dico, ꝙ sic. ff. de cond. & demon. l. filiæ suæ, ꝙ limita nisi testator uendendo habuerit animum adimendi legatum, de quo dic, ut §. seq.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, vtrum legatis aliquibus rebus, & postea venditis per testatorem, teneatur hæres? Et dico quòd sic, nisi vendendo testator habuerit animum adimẽdi legatum. Inst. eod. §. si rem, & in dubio probabit hæres voluntatem defuncti esse mutatam, vt no. gl. in d. §. si rem. Et idem dicendum si rem legatam pignori tradidit, quia nisi habuerit animum adimẽdi legatum, tenetur hæres eam redimere, & tradere legatario. d. §. si rem. Inst. eo.

16 DECIMOSEXTO. † Quid si testator dicit, lego centum Titio: & si ea perdiderit, iterum lego alia centum? Et dico, quod hæres semel tantum restituere tenetur. ff. de lega. 3. l. fideicommissa. §. si quis decem. Quomodo legari possit vsusfructus, & quomodo intelligantur talia legata, relinquo vxorem meam dominã & vsufructuariam, vide infra Visus. §. 13.

RVRSVS DE LEGATIS IIII. ad pias causas.

1 *Legatum, quod dicatur esse ad pias causas.*
2 *Legatum pro male ablatis incertis, an dicatur ad pias causas.*
3 *Legatum incertum, an censeatur esse ad pias causas.*
4 *Legatum consanguineo pauperi, an sit ad piam causam.*
5 *Legata ad pias causas, an gaudeant eodem priuilegio cum legato ecclesiæ.*
6 *Legato ad pias causas facto, an detrahatur Falcidia vel Trebellianica.*
7 *Legatum ad pias causas, an valeat, quot testes requirantur.*
8 *Legata ad pias causas, an valeant sine institutione hæredis.*

9 Legata ad pias causas, an valeant in testamento minus solemni.
10 Legata ad pias causas, an vitientur vitiato testamento.
11 Legatum ad certum vsum, an possit ad aliũ vsum conuerti, a quo fiat talis commutatio, & an requiratur consensus haredes, nu. 12. 13. 14.
15 Legata praestari quis iudex compellat.

LEGATVM quartò considerandum est, quã do est ad pias causas.

1 PRIMO † verò quæritur, quod legatũ dicatur esse ad pias causas? Et dico, ꝙ tale est omne, quod relinquitur pro anima, vt sentit gl. & clarius Bar. in l. si quis Titio. ff. de leg. 2. Et quod relinquitur miserabilibus personis, vt pupillis, viduis, peregrinis, pauperibus, & huiusmodi auxilio proprio destitutis, secundum Pet. de Peru. in trac. de canonica portio- 2 ne episcopi, alleg. 17. dist. c. 1. quia huiusmodi personæ in iudicio, & extra quadam prærogatiua lætantur, C. quando Imper. inter pup. & vi. per totum. & in leg. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. & in authent. de eccl. tit. §. fin. & de verb. sig ca. super quibusdam. in fi. quod verum limita de pupillis, & viduis pauperibus de foro compet. ex tenore. de offic. dele. significantibus. Et quod relinquitur ecclesiæ, vel alijs pijs locis. de testi. ca. fin. Pia autem loca sunt hospitalia, monasteria, & 3 quęlibet alia loca, in quibus senes, pauperes, & languidæ personæ aluntur, & alia opera charitatis exercentur. dict. l. si quis ad declinandam. & l. orphanotrophos. ibidem, & de relig. do. de xenodochijs. Et secundum quosdam ꝙ relinquitur ad custodiam ciuitatis, vel aliorum locorum communium, seu publicorum, argum. ca. 3. de immun. eccle. & C. 4 de don. l. pen. §. 2. sed clare. l. illud. C. de sacro san. eccl. & quæ ibi no. & ꝙ relinquitur ad refectionem pontium, & viarum, vt dicit glos. in l. 1. §. ad municipium. ff. ad legem Falc. similiter murorum, & fossatorum vrbis, aut castri, & similiũ: & hoc si necessitas immineat, 5 aliàs non: arg. l. ad instructiones C. de sacros. ecclef. & l. omnes prouinciarum, & l. ad portus. C. de oper. pub. & l. vnica. C. de quib. mu. & l. pen. C. de priuil. Do. Aug. & c. 2. & c. non minus. & c. aduersus. de immun. eccl. Et ꝙ legatur in ornamentis ecclesiæ, pro luminaribus fabrica, libris, & alijs ad cultum diuinũ pertinẽtibus, siue sit ad temporalem, siue ad 6 perpetuum cultum. de test. c. fi. & facit gl. C. ad l. Fal. aut similiter. Et ꝙ relinquitur pro redimendis captiuis. l. nulli. C. de epis. & cler. in auth. de eccl. tit. §. si quis. col. 9. Et ꝙ relinquitũ ꝓ maritandis puellis, scd'm Bar. in l. 1. ff. solu. mat. & in l. si ego. prin. ff. de iure dot. & in l. 2. ff. de don. & arg. c. fi. de fer. vbi dñt Doctor. ꝙ dos est pia cã: & consequenter relictum pro dote, est ad piam causam. Et ꝙ relinquitũ pro alimentis intellige egentium. 12. q. 2. aurum. Et gñaliter ꝓ Deo relinquitur, pro aĩa cẽset relinqui. Et ideo conclude, ꝙ propriè dr̃ relictum ad pias causas, qñ relinquitur pro Dei honore, aut Sanctorũ: vel pro salute aĩæ, quibuscunq; personis, aut locis relinquat̃, quia piũ est, ꝙ fit ꝑꝑ cultum diuinum, secus ꝓ honore mundi, aut ꝑpetua fama, qa nõ dr̃ piũ. In foro tñ causarũ, si dubium fuerit, præsumetur omne relictum supradictis, ad piã causam esse relictum, i. pro Deo & animę salute.

2 SECVNDO † quæro, vtrũ dicatur ad pias causas legatum pro male ablatis incertis? Et dicit Io. And. in add. ad Spec. de instr. edit. quod sic, si relinquatur pauperibus, vel ecclesijs, & hmõi, alias non, vnde dicit potius considerari cui, quàm quare legat. l. illud. C. de sacros. eccl. vbi dicit gl. quod quando legatur diuiti pro anima, non est ad pias causas, secus si nõ diuiti. d. l. si quis Titio, quòd verum est quo ad præsumptionem: secus quo ad veritatem quæ principaliter respicit intentionem.

3 TERTIO † quæritur, quid si leget centum, nõ expressa causa ꝑꝑ quam, nec persona cui legat. Et dicit Io. And. vbi supra, illud esse legatum ad pias causas. Et vt not. Alb. in d. l. ad instructiones. C. de sacros. eccl. legatum incertum ad pium, vel publicũ vsum, puta viarum & pontium refectionem, valet vt ff. de leg. 2. l. quidam in testamento.

4 QVARTO † quæritur, vtrum relictum consanguineo pauperi sit ad piam causam? Et dicit Bal. in l. 1. C. de sac. san. eccl. quod non, nisi dicat pro anima & pro Deo hoc se facere. Et facit quod no. Cardin. in d. l. 1. sed intellige quo ad præsumptionem.

5 QVINTO † quæritur, vtrum legata ad pias causas gaudeant eodẽ priuilegio cũ relicto eccl'æ? Et dicit Pan. in c. relatum el 1. de test. quod sic: quia ecclesia priuilegiatur ꝑꝑ animam contemplationem Dei. facit quod not. Io. And. in c. 1. de in integ. rest. li. 6. vbi voluit quod sicut ecclesia, ita & alia pia loca possũt petere restitutionem in integrum.

6 SEXTO † quæritur, vtrum delegatis ad pias causas possit Falcidia, vel Trebellianica detrahi? Et dicit Pan. in c. Raynaldus. de test. cõmuniter teneri, quòd non, quo ad Falcidiam,

quo

quo vero ad Trebellianicam.Bar.in l.Marcellus.ff.ad Treb.& Bal.in l.id quòd pauperib.C. de epis.& cle.& multi alij tenent etiã, ꝙ non detrahatur, sed Io.And.tenent contrarium, in gl.sua & multi alij, vt no.Albe. in l. si quis ad declinandam.C.de epi.& cler. Prima aũt opinio est magis pia & tenenda, quia rationabilius est hoc de Trebellianica, quam de Falcidia sicut potior est in hæreditate hęres, cui absolute relinquitur, quam hæres cui relinquit vt restituenda alteri: vnde testator sicut potest prohibere Falcidiam, ita & Trebellianicam, vt inf.Legitima.§.12.

7 Septimo † quæritur, quot testes requirãtur aut valeant ad legata pia? Et dico, vt infra Testamentum 1.§.5.& 7.

8 Octavo † quæritur, vtrum valeãt legata ad pias causas sine institutione hæredis? Et dicit Pan.in c.indicante.de test.ꝙ si testator noluit mori intestatus: non valent.Inst.eo.§.ante hæredis quod intellige in foro causarũ: vt patet ex dicẽdis §.seq.sed vbi quis eligit mori intestatus, valent nedum legata ad pias cãs sed & quæcunque alia. Qui autem talia legata facit, in dubio videtur voluisse mori intestatus: vt probatur tex.in d.c.indicante. & facit quod leg.& no.in l.3.ff.de iu.cod.

9 Nono † quæritur, vtrũ legata ad pias cãs valeant in testamento etiam minus solẽni voluntate facto? Et dico, ꝙ sic, extra de test. cũ esses, quia in tali legato sufficiũt duo, vel tres testes: cum tamen ibi dicat dom.Ant.de Butr. quòd de iure ciuili in testamento requirũtur septem, nisi sit rusticorum, in quo sufficiunt quinque, sicut & in codicillis.C.de test.l.final. Sed quia d.c.cum esses, videtur cũ duob. aut tribus testibus requirere ẽt presbyteri p̃sentiam quærit an valeat testamentum non assistente presbytero parochiali? Et dr̃, quòd sic quantum ad legatum ad pias cãs, secundum communiter Doct.non autem in alijs, nisi adsit presbyter cum duob. testibus, & sic d.c.debet intelligi, secundum c.sequens, s.c. relatũ, ꝙ de duobus testibus, non de presbytero mẽtionem facit. Et dicit Spec. ꝙ si adessent tres alij testes, & nõ presbyter, non valeret. & idẽ si alius presbyter, & non suus, quia a solẽnitate legali, non debet, nisi quantum expressum est in iure canonico, vnde cum text.requirat presbyterum suum: dempto presbytero suo remanemus in dispositione iuris ciuilis, & ꝯ ista est communis opinio. Ipse tamen aliter determinat, vt inf.Testamentum 1.§.5.

10 Decimo † quæritur, vtrum ex defectu testamenti vitientur legata ad pias causas? Et dicit Pan.in c.indicante.de testa.ꝙ non, ſm vnã opinionem, vt no.in l.1.C.de sacros.eccle. & in l.eam quam. C. de fideicom. pro quo facit quod no.Bar.in l.1.& Bal.in l.illa institu.ff. de hær. inst. qui tenet, ꝙ cum quis relinquit sua respectu piæ causæ dispõni Titij valet: licet non valeat testamentum, qñ hæres ponitur in voluntate alterius; de quo inf.Testamentũ 1. §.9.Rõ diuersitatis est, quia talis, cuius arbitrio cõmittitur, hẽt regulam iuris diuini, humani, & gentium, limitantem eius voluntatẽ, quæ est, vt præ omnibus Deo, & religioni debeantur, & ad redimenda peccata.13.q.2 aĩæ. de pęn.dist.1. medicina, iõ quod aliud facere non põt. In profanis aũt nulla est regula limitans: ideoque posset aliud velle quã testator, & propterea cum volũtas testatoris sit incerta, ideo est captatoria.i.adulatoria, seu deceptoria, secũdum gl.in c.cũ tibi, de test. Aduertendum est hic secundum Bar. de Saxofer. in sua Minorica, ꝙ aut testator voluit, qđ testamentum valeret iure directo testamẽti, & nõ aliter, & sic si testamentum est nullũ, quia instituit hr̃dem incapacẽ: hæres, ad quẽ veniũt bona, non tenetur in conscĩa, aut voluit, ꝙ si nõ iure testamenti, saltẽ valeret iure codicillorum, & oĩ alio modo quo posset, & tũc ille ad quem bona peruenerunt, tenetur implere legata defuncti, & sic est præsumentum, nisi quando testator prouidit sibi, puta aliũ substituẽdo, vel quando ordinauit, q̃d faciẽdum sit, quod ordinauerat, non habebit effectũ, & facit l.cum proponas C.de hæred.instit. Item dic secundum Bar.in l.in testamento. ff de fideicom.lib.& Panor.in cap.primo, de succes. ab intest.quòd licet volũtas defuncti non fuerit perfecta ratione publicationis, vt puta, q̃a testamentum manu sua cõscripsit, volens postea redigi in publicam formã, sed morte, vel furore præuentus nõ potuit, quod nihilominus hæres tenetur. Item si testamentum facere cœpit, sed complere non potuit, legata facta valent, quia negari non potest, quin sit perfectus consensus ratione voluntatis, licet non ratione operis. Item Bart. in l.cum quis. C.de iur.& fact.igno.tenet, quod si testamentum est nullum, vel quia deficit voluntas defuncti, vel ex præteritione hæredis, ignorando, quod eum habeat, sic legata non valent, quod limita nisi sint realia, quod etiam si filium se habere sciuisset, nihilominus fecisset. argum.17.qu.4.ca. fi. Sed quando est irritum ex præteritione, vel exhæredatione nominis

debentur omnia legata vt in authē. ex causa. C.de liber. præt. Quando etiam est nullum, quia non sunt testes sufficientes, vel deficit solennitas aliqua iuris ciuilis, si constat hæredi de voluntate defuncti, vel per duos testes, ꝓbari potest, obligatur naturaliter iure gentiū ad illam implendam.

11 Vndecimo † quæritur, vtrum legatū ad certum vsum, possit ad aliū conuerti? Et dicit Arch. post Lap. in cle. quia cōtingit, de relig. do. quòd ea, quæ ad certum vsum largitione sunt deputata fidelium, ad illū debent, & non ad aliud, salua sedis apostolicæ authoritate, cōuerti. de reli. do. q̄a cōtingit. Et sicut hoc, s. mutare legata, nō licet in facto: ita nec in modo, nec in loco, de rest. spo. Pisanis. Ex causa tamen, puta quia in loco illo fieri nō potest vbi est legatum, licet mutare. de test. nos quidem. & hoc etiam per episcopum, vel aliū inferiorem a Papa. Sed Pet. de Peru. vbi supra distinguit. Nā si ipse vsus impleri potest de iure & de facto: puta, quia legauit q̄s vt monasteriū fiat in tali diœcesi, episcopus est contētus: & sic de iure tenet, de consecra. dist. 1. nemo, & nullum est impedimentū in facto: quia pecunia est parata, & cętera necessaria: nec est, qui aduersetur, & potest fieri de facto: tūc dicit, ꝙ in alium vsum conuerti non potest, & est casus ca. nos quidem. de test. & ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. prima, de quo etiam est casus in l. nulli. C. de epi. & cle. Immo si per legatarium non impletur tale legatum redit ad hæredem & pro hoc est casus in cap. cum dilecti. de dona. & facit quod no. de cond. appo. ca. verum. Et hæc intellige vera, nisi ī legatis ad pias causas, si interueniat dispensatio Papæ. Si verò ille vsus potest impleri de iure, sed non de facto, puta, propter guerras, vel q̄a pecunia est modica, vel non est locus in ecclesia vbi legauit pro capella fienda, & huiusmodi, tunc iste casus est in l. legatam. ff. de admi. re. ad ciui. ꝑti. & in dicto cap. nos quidem. ibi, impleri nō potest, quod verbum intelligitur etiam de potentia. facit de rescr. sciscitatus & potest fieri commutatio authoritate superioris, etiam si in testamento sit clausula, quod ad aliū vsum conuerti non possit quam deputatum. Ratio est, quia voluntas testatoris interpretanda est secundum ius commune, vt res magis valeat, quam pereat de verborum signifi. abbate, iōque cum de iure communi possit in alium vsum conuerti, talis clausula non obstabit. Et ex his dicit Specu. quod si mihi legatur, vt vadam vltra mare, & nullus audet ire, quod assequar legatum, licet non vadam: modo vadam ad similem locum. Similiter si testator legat pro labore itineris, vel pœnitentiæ sibi iniunctæ, vt vadam Romam, & propter impedimēta non possum, quòd assequar legatum, modo vadam ad locum similem. d. l. legatum. Excipitur tamen, quòd legatur pro subsidio terræ sanctæ, quia si non possum modo, expectabitur tempus, & seruabitur legatum, de vo. magnæ. Si verò talis vsus potest impleri de facto, sed non de iure, tunc aut est, quia non est ad aliquem finem honestum, puta, quia legauit quis centum vt fiat ludus theatralis in ecclesia, qui est illicitus. de iu. re. de vita, & hon. cler. cum decorem, & sic legatum inutile est, nec fiet conuersio. argumen. eorum, quæ not. glo. in l. 1. ff. de cond. insti. aut hoc est no. quia non fit ad finem honestum, sed quia ius habet, & tunc fiet conuersio in alium visum honestum, vt est casus in l. legatum ciuitati. ff. de vsufruct. lega & sic intellige dicto ca. nos quidem in verbo, non potest impleri, scilicet de iure. Exemplum. Testator legat, quòd Prædicatores, aut Minores se conferant ad habitandum in suis domibus, & ibi diuina celebrent pro salute animæ suæ, quòd de iure fieri non potest, per cap. vnicum. de exces. præla. lib. 6. tamen vsus est honestus, quia pro anima, & cultu diuino. ¶ Similiter legat, quòd fiat ecclesia in tali loco, quod fieri non potest propter priuilegium, quod habent Prædicatores, & Minores, vel huiusmodi: ideoque fiet in loco congruo, & honesto.

12 Dvodecimo † quæritur, cuius authoritate talis commutatio fiet? Et dicit Petr. de Peru. vbi supra, quòd si non subest causa, intellige ex parte rei, vel legati: puta, quia potest de iure, & de facto impleri, adde, & nihil apparet in quod sit bonum mutare: tunc, inquit, solus Papa potest. l. legatum. ff. de admi. rer. ad ci. perti. & clemen. quia contingit. de relig. domi. Si verò subest causa legitima: potest diœcesanus, etiam si potest impleri de facto, & de iure: nisi testator prouidisset quid fiendum de legato vsu non impleto, quo casu fieri nō potest commutatio: vt not. Bar. in l. liberto. §. Lucius, & ibi text. ff. de annu. legat. intellige saltem per diœcesanum. Bart. autem in d. l. legatum, aliter distinguit per illam l. Quando enim relinquitur, vt fiat opus non licitum, intellige non quia sit in se in honestū, sed quia ius prohibet, vt §. priore. tunc conuertitur in aliud authoritate proximi superioris causa cognita, & vocatis his quorum interesse potest,

potest, vel legatum.ff.de vsufruct.lega. Quãdo verò potest licitè fieri: tunc si pecunia pro hoc relicta sufficit, non potest in alium vsum conuerti, nisi authoritate Principis: vt d.l. legatum, in princ. si verò non sufficit, conuerti potest absque Principis authoritate, vt d.l. legatum. hæc illo. Vide pro his et, not. per Bald. Ang. & Sali. in l. si testamentum. C. de test. vbi strictius dicunt, quòd non licet Papæ alterare vsum illarum rerum, quæ per fideles sunt relictæ: quod intellige de potestate ordinaria & in non pijs: secus de absoluta, vel in pijs legatis. Ex quibus omnibus conclude, quòd voluntas ac legata testatoris circa pias causas possent per Papam mutari in alium pium vsum, etiam sine causa se tenẽte ex parte rei: non autem sine causa se tenente ex parte ipsius papæ, q̃a oportet, quòd faciat bono fine qua est causa. Vnde secundum Bal. in l. rescripta. C. de prec. Impe. offe. omnis ratio motiua principis, habetur pro causa. Per episcopum vero, secundum aliquos, indistinctè mutari non possunt, quod Summa Ros. videtur tenere in ti. Legatus, §.7. alleg. cle. quia contingit de relig. dom. licet ibidem, §. nono, sentiat oppositum. Secundum alios verò possunt ꝑ episcopum mutari: primò ex causa legitima, s. se tenente ex parte rei, non autem sine causa, & secundo in dubio, an causa sit legitima necne & hoc tenet Petr. de Peru. & Archi. post Lap. vbi supra. & Bar. de Saxofer vt supra, & facit dictum Lud. de Roma. in not. quod legatum factum pro calice, vel reparatione ecclesiæ, si ecclesia non habet opus, potest per episcopum solum fieri conuersio in alium vsum piũ At dict. verò clem. dico, quòd limitatur communiter, maximè secundum Lap. vt episcopus hoc non possit sine causa. Et idem est secundum gloss. ordinariam, & Lap. in dict. cle. de legato sedis apostolicæ, quia scilicet hoc non potest sine causa. Et idem videtur tenere Zab. ibi, dicens, quòd legatus de latere hoc potest, quando conuerti non potest ad vsum destinatum.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, vtrum in tali commutatione requiratur consensus hæredis grauati? Et dicit Petr. vbi supra, quòd si impleri non potest de iure, vel de facto, requiritur consensus hæredis grauati, & ecclesiæ cui legatum est, & ita loquitur l. legatum, ff. de vsufruct. leg. Et idem dic quandocunque ex causa legitima debet fieri mutatio Et si ecclesia, cui legatur, consentit commutationi hæredes vero dissentiunt, episcopus fauebit ecclesiæ legatariæ fauore voluntatis defuncti adimplendæ, & non hæredi, & est casus in d.l. legatum. Quod tamen fallit in legato ꝑ monasterio fiendo, quod sine consensu hæredis commutari non potest, nisi fuerit negligens, quo casu episcopus elapso termino hoc põt sine eius consensus d.c. nos quidem. Prædicta autem faciunt ad quæstionem, quam notauit Spec. & Io. And. de eo, qui relicto hærede, & tribus commissarijs iussit ædificari, & dotari ecclesiam, quo mortuo duo commissarij voluerunt legatum conuertere in transferendo vnum monasterium male situatum, sed tertius, & hęres dissensit, & tenent, quod nedum duo ex his, sed nec omnes contra volũtatem hæredis potuerũt, quia in ecclesia nouiter cõstructa ius debet acquiri patronatus, & per id memoriꝗ defuncti conseruatur. Et remittit Ioan. And. ad ea, quæ no. in c. nos quidem, de testa. Veruntamen in prædictis excluditur authoritas sedis Apostolicæ, quia vt dicit Gul. de monte Laud. Papa potest in legatis ad pias causas, quicquid voluerit facere.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, vtrum legatum factum pro cõstruendo hospitali, in quo poneretur rector ad arbitrium certi prælati, possit per hæredes mutari in ædificationem, Monasterii religiosorum? Et dicit Lap. in d. clem. quia contingit, & refert Dom. Anto. in dicto cap. nos quidem, & Ioan. And. cum quibusdam Iuristis consuluit, quòd sic, cũ licentia episcopi, etiam contradicente illo prelato quia qui melius facit, non aliud sed idem facit de iureiuran. peruenit. el 2. & facit c. scripturæ. de vot. & regula plus semper. de reg. iur. li. 6. Sed contra, quia voluntas defuncti pro lege seruari debet, vt patet 13. quæ. 2. c. vltima voluntas. de celeb. Miss. c. cum Marthæ. & consequenter foma mãdati debet diligentissima accuratione seruari, nec eo casu plus cõtinet in se, quòd est minus, vel ecõtrario. de præb. c. cum de beneficio. lib. 6. & in hoc videtur residere Lap. & Zab. & dicunt illud nõ esse simpliciter maius, quã hoc, sed sunt diuersa opera pietatis, quæ se habent secũdum excedens & excessum. Dicit autem ad hoc Do. Anton. quod ista sunt vera in materia odiosa, vel ambitiosa, & consequenter restringibili, de pb. c. quamuis. lib. 6. Opinio verò Io. And. loquit in materia fauorabili, maximè animæ defuncti, in qua fit plena interpretatio, de donat. c. cum dilecti. Vnde verisimiliter præsumitur, ꝙ defunctus nõ cõtradixisset demonstrando sibi vsum vtiliorem. Facit ad hæc quod not.

Bartol.in l.final.de oper.publ.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, quis possit suum officium impendere, vt legata consequantur suum effectum? Et dico duo. ¶ Primum, secundum Pau.in capit.nos quidem.de test. hoc potest etiam iudex secularis, etiam in legatis ad pias causas. tex.est in auth.de ecclesi.tit.§.si quis ædificationem. Similiter tam secularis, quam ecclesiasticus potest compellere, vt legata soluantur, quæ fiunt non certę personæ, vel si certæ, tamen est talis, quod non potest in iudicio petere, vt sunt fratres minores.d.§.si quis. Secus si legatum sit factũ certæ personæ non ad piam causam, quia tũc oportet, quòd solum ad instantiam partis cõpellat. ¶ Secundum, secundum eundum Pan. in c.si hæredes.de test. si testator prouidit sibi de executore, episcopus non se potest intromittere in legatis ad pias causas, nisi ĩ defectum, vt inf.testamentum 2.§.3.& 8.& in c. tua nos.de test.& in authen.de eccles.tit.§.si quis pro redemptione. Si vero de executore sibi non prouidit, tunc in legatis pro redemptione captiuorum, & alimonijs pauperum prouidebit episcopus, vt in d.§.si quis pro re. & l.nulli.C.de epis.& cler.in alijs autem hæres, vt in d.cap.si hæredes. & cap.tua.& cap. nos quidem.de testa. nisi in negligentiam, vt infra Testamentum secundo, §.6. De cautela danda volenti legare pro anima, sed timenti parentes, vide inf.pactum.§.12.

LEGATVS, vide sup.Delegatus, §.10. Et adde quòd impedientes legatos, vel nuntios Apostolicos, ne exerceant sua officia, ipso facto sunt excommunicati, & terræ, regna, vel loca eorum sunt interdicta tandiu, q̃diu in contumacia perstiterint eorum dñi. c.super gentes, & regna.de offi.leg.lib.6.

DE LEGITIMO, ET legitimatione.

1 *Legitimus filius quid sit.*
2 *Legitimare quid sit.*
3 *Legitimatio triplex.*
4 *Legitimatio facta a iure quotuplex sit.*
5 *Legitimatio iure ciuili quot modis fiat.*
6 *Legitimatio iuris ciui. an valeat quo ad spiritualia.*
7 *Legitimatio facta ab homine quotuplex sit.*
8 *Legitimatio qualiter fiat.*
9 *Legitimatio Papa quo ad temporalia, an valeat in terris Imperij.*
10 *Imperator vbi possit legitimare.*
11 *Comites Palatini, an legitimare possint, in praiudicium agnatorum.*
12 *Legitimatio quatenus extendatur ex parte legitimanti.*
13 *Legitimatio per sequens matrimonium, an fiat in filio clerici in quatuor minoribus constituti.*
14 *Legitimum se pronunciari, an quis petat.*

1 LEGITIMVS † filius est, secundum Ray. q̃ de legitimo matrimonio natus est, vel de eo, q̃ legitimum reputabatur, supple, licet interesset impedimentũ. extra, qui fil.sint legit. cũ inter Ioannem, & hoc siue ambo in facie ecclesiæ coniuncti sunt bona fide, credẽtes se legitime copulatos, cum tñ non essent: siue si aliter tantum hoc credebat; quia sic ẽt legitimus est filius, & vtrique parenti succedit: extra eo.ex tenore. Secus si clandestine contraxissent: quia vr̃ fuisse ignorantia affectata: & multo magis si ambo impedimentum sciẽtes publicè contraxerunt. de clan.desp. cum inhibitio. Consentit supra Thom. & Petr. Sed adde, quòd etiam sunt legitimi, qui nati sunt de sponsa, si sponsalia fuerunt cõtracta in faciem ecclesiæ, & ibi non fuit impedimẽtum, nec copula fornicaria. Et sic intellige Pan. in cap per tuas.qui fil.sint leg. imò etiam si copula fuit fornicaria, vt videtur casus in ca.is qui.de spon.& ibi hoc videtur tenere Pan. Si vero sponsalia fuerunt clandestina, non tamen fuit impedimentum, nec copula fornicaria: dicit glo.fin.in c.lator qui fil.sint leg. q̃ clandestine contrahentes non dicuntur coniuges. Sed Ala dicit hoc procedere respectu nubentium, non respectu filiorum, sed dicuntur coniuges, & placet Pan. ex quo infertur, quòd natus ex masculo, & fœmina simul habitantibus, præsumitur legitimus, quasi fauore legitimationis, maxime secundum Innoc. si se vocabant coniuges. de quo vide ibi Pan. & idem in casu nostro fauore matrimonij. Si autem sponsalia fuerunt clandestina, & copula fornicaria, sed nullum erat impedimentum: videtur, quòd filij sint illegitimi; nisi ex diuturna cohabitatione præsumatur matrimonium, vt sup.Filius, §.8. quia non est matrimonium verum nec præsumptiuum.

2 LEGITIMARE † autem, est habilitando de illegitimo legitimum ex gratia facere. & legitimatio, est habilitatio illegitimi actus legitimos, ad quos ex illegitimitate erat inhabilis. de quib.inf.eo.ferè per totum.

3 LICET † autem legitimatio in ordine ad legitimantem distinguatur, vt inf.§.1.& 2.tñ in se, & in ordine ad suum effectum est triplex

plex,vt colligitur ex Ant.de But. in c.per ve
nerabilem.qui fil.sint legi. dicentem quòd le
gitimatio est triplex. Quædam enim est ple-
nissima, per quam deletur fundamentum vi-
tij, a quo legitimationis & illegitimationis
differentia consurgit,quam solus Papa face-
re potest, quia solus disponere potest super
matrimonio. Quædam verò est plenior,quæ
integrat ad iura primœuæ naturæ, nō dispo
nendo in vitium,quam potest & Papa & Im-
perator, secundum ea quæ spectant ad illos.
Quædam verò est plena, vt dispensatio cum
illegitimo in aliquo effectu legitimationis,
non integrando ex toto, quam etiam facere
potest eorum vterq;,hæc ex illo.Sed intelli-
ge,quod disponere in vitium,& facere,quod
illicitè coeuntes licitè coniungantur: puta
concedēdo matrimonium in quarto gradu.

4 PRIMO † vero quæritur,quotuplex sit legi
timatio facta a iure? Et dico, scd'm Pet. de Pa
lud.in 4.distin.41.quæst.37. quod est triplex.
Quædam.n.est communis iuri canonico &
ciuili,vt quando in vxorem ducitur concubi
na,ex qua prius nati sunt filij, quia tunc per-
sequens matrimonium filij prius ex illa su-
scepti fiunt legitimi quo ad omnia, si tempo-
re conceptionis poterat esse vxor legitima,
quamuis alias meretrix cōmunis, siue media
te, siue immediate ducta fuerit, aliter nun-
quam de quo sup.Illegitimus.§.3.¶Quædam
vero est iuri canonico propria,quę est per re
ligionis ingressum,s.cum effectu profitendo,
quo legitimatur ingrediēs quo ad omnes or-
dines,& nullam dignitatem proprie dictam,
vt quòd sit prælatus per electionem.de fil.
presbyt.capit.1. quia curam animarum iure
ordinario,siue per electionem,siue per com
missionem,habere non potest. Et quod dicūt
aliqui,episcopum posse dispensare cum spu
rio religioso ad curam & abbatiam, non le-
gi,inquit:similiter, quod possit ex hoc succe
dere,vel ordo pro eo,qui succederet, si esset
legitimus,C.de sacrosan.eccles.l.Deo nobis,
non credo,quia est stricti iuri. Vnde si est le-
gitimatus quo ad ordines, non propter hoc
est quo ad successionem.

5 QVAEDAM † verò est propria inris ciuili,
quæ fit multis modis, de quibus expresse ha-
bentur iura ciuilia in diuersis locis.¶Primus
est,quando pater (intellige non habens filios
legitimos) filium naturalem tradit curiæ ci-
uitatis suæ vnde est oriundus, vel si est oriun
dus de veteri,aut noua Roma, offert eum cu
riæ cuiusque ciuitatis metropolitanæ,& fit
officialis.in ea.Inst.de nup.§.vlti. ¶Secundus
est quando pater offert illum Imperatori, &
fit curialis, in authent.quibus mod.nat. effic.
sui.§.si quis igitur.Si tamen iste non succedit
agnatis ascendentibus, vel descendentib. vt
ibidem. ¶Tertius est,quando pater filiam na
turalem matrimonio copulauerit officiali ci
uitatis, vnde est oriundus: vel si est pater o-
riundus de veteri, aut noua Roma, copulet
officiali ciuitatis metropolis. C.de nat.liber.
l.3.& l.final.¶Quartus est,quia nullo alio le-
gitimo existente, vel si existit,non contradi-
cit,sed consentit, filius naturalis patre defun
cto offert seipsum curiæ in officialem,& il
la eum recipit,vt in dicto §.si quis igitur.Erit
enim legitimus,vt succedat patri ab intesta-
to,non tamen alijs cognatis ex parte patris,
nec ipsi illi,vt in d.auth.§.filium vero.¶Quin
tus,quando pater, deficiente prole legitima,
offert principi preces pro filijs naturalib. vt
sint legitimi successores, etiā sine matrimo-
nio, dum tamen Princeps preces admittat.
dict.auth.§.illud tamen. ¶Sextus,quando pa
ter in testamento dicit eum sibi velle succe-
dere, si tamen filius post mortem patris prin
cipi supplicauerit,& testamento ostenderit:
quia tunc dono principis & legis erit hæres
legitimus, modo sequatur voluntatem pa-
tris,vt in dict.authen.si vero is qui. ¶ Septi-
mus quando pater in vltima voluntate nomi
nat filium,& hæredem instituit, C. de natur.
liber.authen.item si quis, quod limita secun-
dum quod in casu sequenti. ¶Octauus,quan-
do in publico instrumento,id est,scripto per
notarium, aut etiam si sit scriptum propria
manu cum subscriptione trium testium, no-
minauerit eum filium, nec adiecerit natura-
lem, quod Bald.in cap.innotuit.de elec limi
tat,si addat suum, quasi dicat,in sua potesta-
te,& sic legitimum:nec sufficeret sola nomi-
natio,secundum eundem. Et hoc casu si sunt
plures filij naturales ex eadem matre nati: li
cet testimonium dederit vni tantum, omnes
tamen erunt legitimi.Et hoc intellige,quan-
do non super est pro legitima, secundum gl.
in c.per tuus,qui fil.sint legit.quam sequun-
tur communiter Doct.

6 EST † autem notandum,quòd prædicta le
gitimatio iuris ciuilis propria secūdum Pet.
de Pal.non tenet quo ad spiritualia, nec etiā
quo ad alia: quia leges, inquit, Imperatoris
in his quæ nec ecclesiastica nec spiritualia
sunt, ligant, nisi per Papam reprobentur, in
ecclesiasticis aūt & spiritualibus, cuiusmodi
est

eſt cauſa legitimationis & matrimonialis, nõ ligant, niſi per canones approbẽtur, etiamſi non reprobentur ſpecialiter. Sum. verò Angel. vr̃ aliud extremum tenere, ſ. ꝙ indiſtinctè dicta legitimatio valeat. Ego verò dico, quòd melius dicit Summ. Roſ. cum Innoc. & Bern. eam valere ad ſecularia & temporalia, quo ad ſucceſſionem & dignitates in terris ſubiectis poteſtati legitimantis: & ĩ alijs, vbi non fit alteri præiudicium: non autem ad ordinem, vel dignitatem eccleſiaſticam. Et ad Petrum dico, quòd legitimatio, quo ad ſecularia & temporalia, non eſt cauſa eccleſiaſtica, vel ſpiritualis merè: alioquin quo ad hæc conditor legum Imperator non poſſet legitimare, quod falſum patebit. Contra Sum. verò Ange. dico, quòd legum poteſtas non poteſt ſe plus extendere, quàm Imperatoria, a qua habent efficaciam, quæ poteſtas Imperatoria non ſe extendit ad legitimandũ quo ad omnia indiſtinctè, vt etiam patebit. Spurij verò, quantum eſt per leges, legitimari nõ poſſunt, ſed ſolum per Papam, vel Imperatorẽ, aut alium eius authoritate, ſecundum Rayn. Petr. & Alber.

7 SECVNDO † quæritur, quotuplex ſit legitimatio facta ab homine? Et dico, quòd eſt triplex, ſecundum eundem Petr. vbi ſup. Quædam enim fit per epiſcopum, quem certum eſt poſſe legitimare quantum ad minores ordines & ſimplicia beneficia, id eſt, quæ nec curæ ſunt, nec dignitatis. de fil. presbyt. cap. 1. & de facto diſpenſare videtur, ſi ordines, vel beneficium illegitimo conferat ſcienter, quod de ſubditis intelligendum eſt, cum non ſubditum ſoluere nõ poſſit a pœna legis, ſicut nec ligare, vnde ei nec beneficiũ nec minorum ordinum executionem dare poteſt, niſi a ſuo epiſcopo fuerit legitimatus. Ad antecedentia autem legitimatus, videtur etiam & ad ſequentia legitimatus eſſe. Vnde quia canonici, maximè cathedralium eccleſiarũ, in iudices impetrantur, videtur, ꝙ ſi aliàs illegitimi iudices eſſe nõ poſſunt. quia de hoc ſunt opiniones: tamen eo ipſo, quòd canonici ſunt, in iudices, ſicut & cæteri, poſſent impetrari: quia cui licet quod maius eſt, non debet quòd minus eſt non licere. Ad ſucceſſionẽ verò hæreditatis nec epiſcopus nec aliquis prælatus Papa inferior poteſt legitimare, quia non eſt ei permiſſum. ¶ Quædam verò fit per Papam: extra eodem, per venerabilem, quem certum eſt legitimare poſſe ad omnem ordinem, beneficium, dignitatem eccleſiaſticam: cum hoc nihil ſit aliud quam impedimenta iuris canonici amouere: & ad oẽs actus ſeculares & ſpirituales, & ad ſucceſſionem hæreditariã in terra ſibi ſubiecta, ſi ſit illegitimus iure poſitiuo, quia omne tale poteſt remouere non ſolum a principio, ſed etiam ex poſt facto: non faciendo, quòd legitimatus ſit natus legitimè, ſed faciendo, quòd a ſucceſſione non repellatur ratione illegitimatus, imò ſecundum Pe. de Pal. etiam ſi ſit illegitimus iure diuino, aut naturali, qa cum non priuetur per hoc, quod natus eſt illegitimè alioquin a quocunque legitimatus priuaretur: ſed per hoc, quòd nũc iudicatur illegitimus, eccleſia, cuius eſt iudicare, an ſit illegitimus, etiam ad ſucceſſionem poteſt eũ facere haberi pro legitimo, hæc ex illo, qui intendit, quod licet illegitimitas ſit de iure diuino, aut naturali, tamen inhabilitas illegitimi ad ſuccedendum eſt de iure poſitiuo, & conſequenter tolli poteſt ab eo, De terra verò non ſubiecta illi, patebit. inf. §. 4. ¶ Quædã verò fit per principem ſecularem, imperatorem, aut alium principem eius authoritate, aut alium non recognoſcentem ſuperiorem in temporalibus, de quo vide per Doct. in c. per tuas. qui fil. ſint legit. Quem quidem Imperatorem certum eſt poſſe legitimare ſup prole præſenti in temporalibus, puta in ſucceſſionibus & honoribus ſeculi in terris ſibi mediatè vel immediatè ſubiectis: non aũt in terris eccl'æ: cum abſurdum ſit, eum maioris eſſe poteſtatis in terris eccleſiæ, q̃ Papa, ſecundũ multos, in terris Imperij. Item, quia ĩ illis non habet iuriſdictionem temporalem, ſed Papa. Similiter nec in ſpiritualibus, puta in promotione ad ordines, etiam in terris ſuis, vnde legitimatus ab eo ſimpliciter, vel ab alio eius authoritate, indiget diſpenſatione, ſi vult promoueri. Vide gl. 10. diſt. cap. lege. nec erit legitimus in dominio eorum, qui imperatorem non recognoſcũt, quantum ad ea, per quæ fieret alteri præiudicium: puta, q̃tum ad ſucceſſionẽ bonorum ab inteſtato, vt no. in d. c. per venerabilem. Similiter nec ſup prole futura, quia non poteſt ſua lege tollere gradus conſanguinitatis & affinitatis. Et hæc procedũt de Imperatore iam coronato de non coronato autem magis eſt dubiũ: tamen Iac. de Are. & Ioann. And. tenent, quòd poteſt. ¶ Quãtum vero ad alios principes, legitimare poteſt ſubditũ ſuum quicunque in t̃palibus non habet dominũ temporalẽ ſuperiorem, quia ex hoc poteſt pœnas t̃pales ſuo-

suorum subditorũ statuere, vel destituere, vt vult secundum Arch. & Pet. de Pa. Vnde si lex ciuilis dicit spurium non succedere, nõ ligat spurium Franciæ, nisi in quantum placet regi Francorum hæc omnia ex Arch. post Petr. de Pal. Sed intellige de non recognoscente superiorem licite & iuridice propter cõcessionem ecclesiæ, vel consuetudinem rationabilem, & præscriptam, vel huiusmodi.

8 TERTIO † quæritur, de qualitate, vel modo legitimationis ab homine? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Panor. in d. cap. per venerabilem: quatuor requiruntur, vt valeat legitimatio. Primo, vt exprimatur qualitas legitimationis, s. an sit spurius, vel incestuosus, vel naturalis tantum. Secundo, vt exprimatur an habeat fratres legitimos, aut natules. Tertio, quod pater & filius legitimandus, consentiant. Vnde Bartol. in l. inuiti. ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. concludit, ꝙ pater legitimare non potest filios bastardos ipsis inuitis. & idem dicit de naturalibus natis ex concubinis, nisi filius sit infans, vt l. iubemus. C. de eman. lib. Et est ratio secundum Ludou. de Rom. quia liber homo non potest nolens alterius subijci potestati dicuntur tamen cõsentire, si sciant suam legitimationem impetrari, & non contradicunt, & est gloss. sing. in l. adoptionibus. ff. de adopt. aliquando tamen communiter contrarium tenebatur, quia in præiudicialibus taciturnitas non habetur pro cõsensu. Quarto, quod si pater mortuus fuerit vocẽtur agnati vt cõsentiant, nisi princeps legitimare vellet ex certa scientia ipsis nõ vocatis, quia potest ex certa scientia restituere in integrum cum præiudicio alterius, vt not. in l. 1. C. de sen. pas. & in l. in causæ. ff de minorib. Si tamen pater viuit, sufficit si ipse consentiat, & similiter si est mortuus, & disponit vt legitimaretur post mortem suam, nec tunc esset necesse, quod agnati vocarentur, quia tũc etiam ipsis inuitis posset legitimari, adeo qđ etiam succedet ab intestato ipsis agnatis. ¶ Secundum. Adde quo ad primum prædictorum, quod secundum Io. And. in adi. ad Spec. in tit. qui fil. sint legi. si quis impetrando legitimationem dicit se spurium, & sit spurius duplicatus, vt qa ex vxorato, & vxorata, si hoc non exprimatur, impetratio non valet, sed reputatur subreptitia, facit in simili clem. 1. de præb. & de fil. presby. c. fin. ¶ Tertium. Adde quo ad secundum, & tertium, quod secundum An. de But. si legitimatio fiat in vita patris, potest disponere de hæreditate, ꝙ vult in præiudiciũ sperantis hæreditatẽ, & valet legitimatio non citata parte, sed tamen exigitur, quod mentio fiat agnatorum. & idem si fiat ad instantiam filij intuitu patris, sed tamen requiritur assensus patris a principio, vel ex post facto. ¶ Quartum. Dicit autem generaliter, quod omne tacitum, quo expresso princeps non legitimasset, habet uitiare legitimationẽ, & eam facit subreptitiam, immo secundum Panorm. in d. cap. per venerabilem, etiam si non ita de facili legitimasset. ad quod de rescr. postulasti. sed saltem primum est verum. ¶ Quintum. Adde pro quarto, quod secundum Ant. de But. quãdo legitimatio fit post mortẽ patris, si fiat per verba restrictiua, vt dicendo, conferimus tibi legitimationẽ, tunc non retro trahatur. ¶ Si vero fiat per verba restrictiua, vt dicendo, integramus te ad omnia primæua naturæ, ac si legitime natus esset, quod fieri debet, quando legitimãs vult totaliter integrare, tunc retro trahitur, sed diuersimode secundum diuersos. Nam secundum aliquos sic retrotrahitur, ꝙ tollit ius alijs medio tempore quæsitũ, secundum Barto. autem in l. Gallus. ff. de lib. & posthum. non tollit, nisi aliud legitimato specificetur restitutum. Et hoc tenet Ioan. And. in addi. Spec. & Anto. de But. dicens, quod si non appareat de expressa voluntate principis, ꝙ voluerit alteri præiudicare, nec exprimatur aliud de iure alteri quæsito valet legitimatio, sed non ad præiudicium alterius. Et hęc intellige de legitimatione, quam quis facit in terris suis, alibi autem non posset, etiam citatis illis, quibus ius est quæsitum, nisi consentiant.

9 QVARTO † quæritur specialiter, vtrum Papa legitimare possit quo ad successionem hæreditariam, & alia temporalia in terris imperij? Et dico, ꝙ sicut Archid. recitat in hoc duę sunt opiniones. Quidam enim dicunt quod ex quo aliquis legitimatur a Papa in spiritualibus, videtur per consequentiam legitimatus in temporalibus, quo ad successionem scilicet & dignitates, ne sit absurdum, & quasi monstrosum, vt legitimatus ad spiritualia, illegitimus ad temporalia censeatur, quam opinionem tenet Gof. in Sum. & concordat d. ca. per venerabilem. Alij vero dicunt, quod hoc non potest quo ad successionem, quæ esset præiudicialis hæredi, sed quo ad actus spirituales, & dignitate seculares, quod de facto tenuit in Regno Franciæ: quia primogenitus comitis Flandriæ legitimatus non successit in comitatu, sed alius minor legitimus. Ve-

ritas autem quantum ex Archid.post Petr.de Palud. colligitur. est vt in terris sibi temporaliter non subiectis legitimare possit, primo quantum ad actus spirituales, & secundo quã tum ad dignitates, vel officia publica nõ præiudicantia alteri: puta, esse iudicem ordinarium, vel delegatum: & tertio quantum ad successionem respectu iuris quærendi; puta, viuente patre, quando constat de mente Papæ exprimentis quasi ad successionem; vt iuxta dicendi infra. §. 7. quia hoc spectat ad ius positiuum, vt sup.§.2.dictum est, quarto vero respectu iuris iam quæsiti, vt quia legitimatur post mortem patris iam acquisitio alijs iure in hæreditate paterna, aliud est; quia obstat non solum ius positiuum, decens ipsum non debere succedere, sed etiam naturale, dicens rem iuste quæsitam, sine culpa & facto suo perdi non debere. Vnde Papa facere non potest, nisi sit dominus temporalium, in casu in quo hoc Princeps posset. hæc ex illis. Ad de quinto, quantum ad prolem futuram, secundum Ant.de Butr. scilicet faciendo, quod legitime nascatur, qui alias illegitime nasceretur, scilicet remouendo aliquem gradum consanguinitatis, vel affinitatis generaliter. sicut Gregorius IX. remouit quintum, & sextum. vnde hodie in his gradibus nascuntur legitimi. Vel particulariter cum aliquibus dispensando, vel contrahant in gradibus stantibus: puta, tertio, vel quarto: & generaliter remouendo omne impedimentum matrimonij iuris positiui. Omnes autem Doctor. communiter concordant quo ad tria prima, & quintum: sed in quarto est tota diuersitas. & tenent multi Canonistæ, quod non põt in terra non sua sine consensu temporalis Domini non recognoscentis superiorem legitimare prolem præsentem, cum præiudicio iuris quæsiti alijs vt Io.& Ber. & Pan. vt illi imponit Summ.Ang. quæ hoc sequitur. Alij vero, quos sequitur Sum. Ros. contra Ang. hoc limitant, & melius, sicut Anto.de Butr qui limitando excipit, quando legitimat sibi suppositum, vel de proximo supponendum: puta clericum factum, vel de proximo clericandum: quia tunc legitimando, simpliciter intelligitur legitimatus quo ad successionem, & honores. & simpliciter Pan. qui in d. c. per venerabilem. simpliciter excipit, quando hoc facit ex maxima, & ardua causa; puta, quia inde sequit̃ maxima fidei dilatatio, vel huiusmodi: quia tunc papa exercere potest iurisdictionem temporalem, vt in d. cap. per venerabilem. & in cap. pro humani. de homicid. li. 6. & quando dominus temporalis nõ recognoscens superiorem consentit, & quando ipsum non recognoscentẽ superiorẽ legitimat, aut filios eius, & quando vult incipere a radice matrimonij, vt in c. tanta. qui filij sint legit. & in c. quia circa de consang. & affin. Alij vero adhuc magis appropinquantes veritati, dicũt duo. Primum, quod Papa in hoc absolutè & sine distinctione põt. & secundũ, quod hoc non põt directè, sed indirectè tãtum, per hoc, ꝙ legitimare potest in maioribus .i. spiritualibus, vel per hoc, quod potest in radicem matrimonij, id est per hoc, quod illud matrimonium potuisset facere legitimum. Et quãtum ad primum verum dicunt, vt patet per dictũ c. per venerabilem. in prin. vbi Papa virtualiter sic arguit, & dicit: Sedes apostolica legitimat non solum naturales, sed etiam adulterinos filios ad actus spirituales, etiam ad episcopalem dignitatem, in quibus maior prouidentia, authoritas, & idoneitas requiritur, ergo legitimare potest ad seculares: quia qđ in maiori conceditur, licitum esse videtur & in minori præsertim si preter Romanum Pontificem inter homines superiorem alium non recognoscant, quod etiam videtur posse probari per simile; quia eo ipso, quod aliquis ad apicem episcopalis dignitatis attollitur, eximitur a patria potestate. & hæc ibi. vbi clarè patet propositum. Et si dicatur, quod intelligitur in terris ecclesiæ tãtum, siue in patrimonio beati Petri, contra primo: quia hoc excluditur per ly præsertim, quod Ioan. glossat, id est, maxime, quamuis alij contra intellectum dictionis glossent, id est, tantum. Secundo, quia probatio adducta, scilicet, quia spiritualia sunt maiora, vbique probat cum vbique sunt maiora, etiam in terris Imperij. Si etiam dicatur, quod intelligitur de actibus secularibus non præiudicantibus iuri quæsito alicuius, contra primo, quia hunc sensum dicta probatio excludit, cũ & illi sint spũalibus minores: secundo, quia etiam excludit illũ, simile adductum, quia ep̃alis dignitas cõfertur cũ præiudicio patris. Secundum vero dictũ. s. ꝙ hoc possit solũ indirecte esset falsum: quia qui directè põt maius, directè põt & minus. Vnde decepti sunt in textu, non distinguentes inter posse & facere, quia tex. non dicit, quod dispẽsans in spiritualibus, consequẽter possit dispẽsare in secularibus: sed quod consequẽter dispensat. s. etiã si nihil aliud exprimatur, quod in non p̃iudican tibus indubitanter

est verum:& similiter in alijs, si cõstet de voluntate Pontificis. Sed cõtra prædicta arguo per tex. ibi dicentem: Id autem, s. legitimare quo ad secularia in patrimonio B. Petri, liberè potest Apostolica Sedes: ex quo vr̃, quòd alibi hoc liberè non possit. Sed dico, ꝙ vtiq; in terris sibi non subditis temporaliter hoc Papa liberè non potest, sed requiritur causa non solum ex parte legitimandi, vt in dicto patrimonio, sed etiam ex parte Imperatoris, vel principis cui præiudicare non potest, dispensando cum subditis eius eo modo quo sunt subditi, idest, quo ad temporalia, sine cã, vel licentia eius, ex causa tamen potest, puta, quia ille deberet legitimare, & non vult, vel non potest de facto, aut de iure, vel huiusmodi. Concludo igitur, & dico, ꝙ cum potestas Imperatoris, & a fortiori aliorum principũ, vt probant Verue. & August. de Ancho. & recitat Archid. tertia parte, tit. 23. sit subdelegata respectu Papæ 2. quæstio. prima, cap. quicunque litem, & sic deriuata a Deo mediante Papa, qui secundum San. Thom in secunda distinct. 44. in lege tenet apicem in potestate spirituali, & tẽporali, & tota iurisdictio Imperatoris a Papa dependeat, quia illum instituit, & destituit, vt infra in titu. Papa, stultum est dicere, quòd non possit circa subditos eius, quicquid ille potest, vel vltra, maximè de plenitudine potestatis, quicquid sit de potestate iurium: quæ tamen non legi aliquid contra hoc aperte dixisse, imò expresse, dict. capitu. per venerabilem, concludit, quòd ex causa hoc potest, etiam extra patrimonium beati Petri, & hoc non solum, si ad ipsum recurratur, vt videtur velle gloss. sed simpliciter, modo subsit causa ex parte domini temporalis, qua non extante, hoc non posset immediate de iure: quæ præiudicaret domino sine causa. Et si de facto contrarium tenuit in Regno Franciæ, & hoc non fuit, quia Papa hoc non potuerit: sed quia non expressit suam voluntatem quantum ad successionem, vel ex alia causa. Quòd etiam hoc non seruetur in practica, non est quia Papa non possit, sed quia non vult, vel certe non expedit.

10 QVINTO † specialiter quæritur de Imperatore, vbi possit legitimare? Et dico, ꝙ in terris sibi subiectis mediate, vel immediate: imò de iure ipse solus potest in toto Imperio, nõ autem alij Reges, vel Principes recognoscẽtes eum in dominum, quia legitimatio, sicut & famæ restitutio, & similia, reseruata videntur Principi, cuius est proprium dispensare circa suam legem. Secus si essent principes, vel ciuitates non recognoscentes in tẽporalibus superiorem: quia isti tantam habent potestatem, quantam Imperator in suo Imperio, vnde & in cap. per venerabilem dicitur, ꝙ videtur aliquibus, Regem Franciæ ex hoc, quòd superiorem non recognoscit, posse legitimare filium suum non inquãtum est pater, sed inquantum est princeps. In terris autem ecclesiæ non potest legitimare per rescriptum, maxime quantum ad ea, quæ piudicant iuri quæsito, vel quærendo, quia in eis nullam habent iurisdictionem: potest tamen in eis legitimare per legem generalem, secundum Antonium de Butr. quia virtus legis eius se extendit ad existentes in terris ecclesiæ, non ex virtute legis solum, sed ex generali approbatione ecclesiæ. distinc. 10. si in adiutorium, & Papa approbare censetur eo, quòd non reprobat. Similiter legitimare nõ potest in terris eorum, qui superiorem in tẽporalibus licitè non recognoscunt, eadẽ ratione, & multominus hoc potest, qui eius authoritate legitimat: sed hoc potest solum vbi & Imperator. Pro hoc autem sciendum est, quòd vt patet per dic. cap. per venerabilem, Rex Francorum superiorem in temporalib. non recognoscit, quòd gloss. dicit verum de facto, de iure tamen subest, inquit, Imperio Romano 7. quęst. 1. in apibus. ad quod etiam, de elec. cap. per venerabilem multa adducit, & idem tenet Hostien. contra Innocen. dicẽtem, quòd de iure tamen subest Papæ, & nõ Imperio, quia oẽs Principes seculares Imperatorem recognoscere debent in dominum 68. distinct. Adrianus. Ex quo dicit quòd Reges Hispaniæ, Angliæ, & Franciæ tenentur de iure obedire Imperatori, licet de facto nõ obediant. & sentit, quòd contra Imperium præscribere non potuerunt, nisi præscripsissent passiue, id est, nomine ecclesiæ Romanæ, forte tamen inquit, interim excusantur a peccato, dum Imperator non exigit ab eis obedientiam, sicut in simili notatur de decimis, & consentit Ioann. And. Panorm. autem in dict. cap. per venerabilem, dicit, quod præscribere non potuerunt, vt ipsi non subsint Imperio, qa sine possessione pręscriptio non procedit: non potest autem quis possidere seipsum: iura autem Imperij in suis regnis ꝑscribere potuerunt. Ad quod facit quod nor. Ioan. And. in c. cum episcopus. de offic. ordin. lib. 6. & cum hoc transit Sum. Rof. Sed Dom.

Ant.

Anto.dicit posse defendi, ꝙ isti contra Imperium prescripserunt: quia plures possunt esse Imperatores: quemadmodum quādo plures eliguntur in discordia, de consuetudine vterque ministrat, vt no.glo.in clem.Romana.de iureiur. & hoc tenet etiam quantum ad non subijci: quia licet nemo possit esse in possessione sui eo modo quo dominus serui: secus eo modo quo liber homo est in possessione libertatis.

11 Sexto †quæritur, vtrum Comites Palatini, vel alij habentes authoritatem legitimandi ab Imperatore, legitimare possint in præiudicium agnatorum? Et dicit Dom.Anto.in d.c.per venerabilem, ꝙ non, & similiter si habeant illam a Papa, quia huiusmodi concessiones, tanquam præiudiciales alijs, sunt restringendæ, vt leg.1.§.si quis a Principe, ff.ne quid in loco pub. ꝙ intelliguntur sine aliorũ præiudicio.ff.de off.deleg.super eo.Bal. autē in rubric. C.est in contrarium, quando simpliciter est concessa authoritas legitimandi. Panorm.autem in dic.cap. per venerabilem, dicit inspicienda fore verba potestatis collatæ; & vbi esset data simpliciter, credit, quòd possint legitimare in præiudicium agnatorum, quemadmodum & Imperator, quia in hac legitimatione iura non loquuntur, nisi de patre: cum agnatis non præiudicetur, nisi respectu speciei. Posset autem dici, quod dictum Bald.& Panorm.est verum quo ad filios naturales tantum, maximè cum præiudicatur solum in spe; non autem in spurijs, & alijs natis ex coitu legibus damnato; nisi expresse concedatur, & facit quod not. Ioann. And.in addit.ad Spec.in tit. qui fil.sint leg.dicens, si spurius dupliciter, scilicet ex patre vxorato, & matre maritata, impetrat rescriptum legitimationis, non valet, si nō sit expressum vtrunque. facit etiam quod dictum est supra §.3.dicto tertio, facit etiam quod dicetur §.sequenti.

12 Septimo †quæritur, quomodo intelligenda sit legitimatio ex parte legitimati? Et dico multa. ¶ Primum. Legitimatus quo ad ordinem & beneficium ecclesiasticum, si quidē hoc fiat ab episcopo, non intelligitur legitimatus, nisi ad ea, ad q̄ eps potest, s.ad ordines minores, & beneficium sine cura, & dignitatē, & poterit etiam in alia diœcesi promoueri, quia hoc est de iurisdictione ecclesiastica, & in nullius præiudicium: non tamen erit legitimatus ad actus seculares, secūdum Sum. Pis.nisi in terris subditis temporaliter Papæ, quod non intelligas, quantũ ad successionē, quæ Summo Pontifici reseruatur, vt dictum est, sed quantum ad dignitates seculares, & alia nulli præiudicantia. Si vero hoc fiat a Papa, poterit promoueri ad parochialem ecclesiam, non ad personatum, vel rectoriam, ad quam per electionem procedi consueuit. de præb.c.vlt.& consentit Ray.Gof.& Hostien. ¶ Secundum. Si Papa aliqua exprimat, ad quę aliquem legitimat, sec.Ant.de But. non propter hoc intelligitur legitimare ad alia, nisi quando sunt minora, & non præiudicatiua alijs, sicut si legitimat ad dignitates, non legitimat propter hoc ad successionē, sed ad posse esse conseruationem, & hmōi. ¶ Tertium. Legitimatus a Papa simpliciter in foro cōi, scd'm Ant.de Butr. non intelligitur legitimatus ad successionem, nisi exprimatur, etiā si legitimaretur quo ad omnia: nec scd'm Gof. est legitimatus quo ad dignitates, sed verius, scd'm Host.est, ꝙ sic, quia talis est perinde, ac si ex legitimo matrimonio esset natus, cum hoc faciat lex mortua.c.tanta. qui fil. sint le. & multo magis viua.ff.de const.prin.l.beneficiū, & sicut simpliciter restitutus ad oīa restituitur.C.de sent.pas.l.1. sic simpliciter legitimatus, intelligi dēt ad oīa legitimatus. extr. de priu.quia circa, & idem Asten.li.8. Sed intellige semper excepta præiudicialia, vt dictum est. ¶ Quartum. Legitimatus a Papa ad dignitates secundum Gofre.in Sum.& Host. non intelligitur legitimatus ad episcopatū, & alias dignitates maiores, sed tātum quo ad inferiores, de concess.præbend. dilectus. quia cum hæc indulgentia sit odiosa, est restringēda: extra, de consang. quod dilectio. ¶ Quintum. Si Papa dispensat in matrimonio cōtracto in gradibus prohibitis iure canonico: nō propter hoc legitimat filios ante conceptos, sed conceptos post legitimat, quo ad omnia: & si expresse legitimet ante conceptos, non erunt quo ad omnia, i. quo ad temporalia in terris Papæ non subditis, secundum D.Anto. Sed verius secundum Io.Andr.& Pan.in d.c. per venerabilem. legitimando matrimoniū vt ex tunc, erunt legitimi per omnia, modo proles fuerit generata ex coitu matrimoniali saltē effectu, licet de iure positiuo non tenuerit. ¶ Sextum. Legitimatus ab aliquo principe seculari, vel ciuitate, s'm Innoc. intelligitur legitimatus quo ad omnes actus seculares in terris subditis legitimanti, sed non intelligas de prejudicantibus, nisi specialiter exprimantur, iuxta prædicta: in alijs autem

terris quo ad præiudicantia tantum, & intellige, etiã si expresse fuisset legitimatus ad præiudicantia, sed propter hoc non erit legitimatus ad spiritualia. ¶ Septimum, legitimatus, ab Imperatore cum clausula ista, sine præiudicio filiorum legitimorum: secundum Lud. de Bolo. in addi. consi. 29. Io. Ana. inci. in Christi nomine. debet intelligi, quod æqua lance succedat: non autem quod in totum ab hæreditate excludatur: quia in omnibus literis maxime gratiosis, debet euitari maligna, & calida interpretatio, & eligi sana. de decimis. ad audientiam. & de clericis non residen. Interpretatio autem, quod iste in totum excludatur à successione, parum aut nihil prodest: quod esse non debet. vt in capitul. si papa. de priuilegijs. libr. 6. & esset contra mentem, & verba legitimantis, & produceret effectũ contrarium, contra omnia iura mundi, vt patet in l. legata. inutiliter, ff. de lega. 1. Et præterea ꝙ tale præiudicium non attenditur virtute dictæ clausulæ expresse probatur per tex. iuncta gl. fi. in c. 2. de pactis. li. 6.

13 Octavo † quæritur, vtrum filij nati ex clerico, non existente in sacris, sed in minoribus, & concubina, legitimentur per sequens matrimonium? Et tenuit Rich. Mal. quod non, quia coitus concubinarius in clericis est totaliter reprobatus à lege, vt in authent. de san. episcop. §. clericos. vnde non possunt dici filij naturales, nec consequenter legitimari per sequens matrimonium. Sed Ioannes Andreas in mercu. in reg. sine culpa recitato dicto Richar. determinat contrarium per regulam, ꝙ ex quocunq; coitu sint nati, modo potuerit esse vxorius, si consensus affuisset, legitimantur per sequens matrimonium: secus si tunc non poterat esse vxorius. Bart. autem in l. concubinam. ff. de concub. distinguit, an ille clericus fuerit bñficiatus necne, sed hoc nihil facit contra Ioannem Andr. quia dato, quod esset beneficiatus, nihilominus si cõtraheret matrimonium teneret, & cõsequenter legitimarentur, per d. c. tanta. Et per dictam regulam patet, quod si Saracenus habuit filiũ ex Christiana, & postea effectus Christianus contrahat cum illa, non ꝑꝑ hoc filius legitimatur. quia tempore conceptionis non poterat esse matrimonium, vt in c. caue, 28. q. 1. Et idem dic de nato ex coitu incestuoso, licet post modum ex dispensatione ecclesiæ contrahatur matrimoniũ, nisi aliud in dispẽsatione dicatur, quia tempore conceptionis non poterat esse matrimoniũ, obstãte impedimento consanguinitatis & affinitatis. Et sic Pan. in d. c. tãta cõcludit, ꝙ vbi coitus non poterat esse vxorius, obstãte impedimento ꝑpetuo, non remouibili sine dispensatione ecclesiæ, filij per sequens matrimonium nõ legitimant.

14 Nono † quæritur, vtrum possit quis petere se pronunciari legitimũ? Et dicit Inn. quod non, nisi ad aliquem effectum: puta, si agitur de successione, & imputatur sibi, quod non est legitimus, quia tunc hoc potest petere, vt in c. qui filij sint legi. vel si diffamatur de illegitimitate. Et idem Pan. in c. causam. eo. tit.

DE LEGITIMA PORTIONE.

1 *Legitima portio quotuplex sit, & quid in eis computetur. & nu. 2.*
3 *Legitima debita iure natura, an possit statuto, vel consuetudine tolli.*
4 *Legitima an perdatur per nõ confectionẽ inuentarij.*
5 *Legitima filij, an perdatur per crimen patris in læsam maiestatem.*
6 *Legitima an priuari posset filius non implens voluntatem piam patris.*
7 *Hæres institutus an possit repudiare hæreditatem retenta legitima.*
8 *Legitimæ supplementum petit, qui est institutus in minori parte.*
9 *Falcidia in quibus casibus cesset.*
10 *Falcidia an detrahatur etiam de legatis ad pias causas vna cum alijs.*
11 *Falcidia quæ cessat in legatis ad pias causas, an pertineat ad onus hæredis, vel aliorum legatariorum.*
12 *Trebellianica in quibus casibus cesset.*
13 *Legitimã, & Trebellianicã, an quis simul deducat.*
14 *Institutus in re certa, an per omnia habeatur loco legatarij.*
15 *Ecclesiæ hæres adiens sine inuentario an teneatur in solidum.*
16 *Legitimam, an sufficiat habere quoquo titulo relictam.*
17 *Legitimam an debeant habere parentis iure institutionis.*
18 *Legitima an sit aucta in ascendentibus sicut in descendentibus ad trientem, vel semissem.*

Legitima portio est pars hæreditatis aliquibus a lege decreta. Cum enim olim posset testator totam hæreditatem suam alteri relinquere, lex statuit aliquid relinqui legitimis hæredibus, vt patebit.

1 Primo † ergo quæritur, quotuplex est legitima portio? Et dico quod est triplex. ¶ Prima dicitur legitima, vt C. de inoffic. testam. l. omni-

l.omnimodo, dicitur etiam aliquando debi-
ta pars, vt in l. ſcimus. C. eodem. aliquando
debitum ſimpliciter: vt in authentica. de trien
te & ſemiſſe, §. 1. aliquando debitum bonorũ
ſubſidium: vt C. de inoffic. donatio. l. ſi totas,
aliquando dicitur pars debita iure naturæ, vt
in authentico, de triẽte & ſemiſſe. §. hoc nos.
Hęc debetur iure naturæ filijs qui ſine cau-
ſa exhæredari non poſſunt, & eis mortuis
debetur nepotib. ex eis legitime natis: & huic
nullum grauamen poteſt imponi per legata
aut fideicommiſſa: ſed per debita tãtum non
poteſt etiam ei imponi dilatio, vel conditio
aut modus, & ſi apponantur, habentur pro
non adiectis, d. l. omnimodo. & duabus ſequẽ-
tibus. Et hæc eſt talis: Si fil j ſunt quatuor,
vel infra, debent habere tertiam partem; ſi
quinque, vel vltra, debent habere medieta-
tem, C. de inoffic. teſtamen. auth. nouiſſima. Et
intellige etiã partem, vel medietatem eius, ꝙ
eis deferebatur ab inteſtato. vt not. gl. in l. ſi
arrogator. de adoptio. & ibi Barto. pro hoc al
legat. l. Papinianus. §. quoniam autem. ff. de
inofficio. teſtamen. Et intellige detractis debi
tis ſi quę eſſent. Pro quo facit l. veniſſe, ff. de
verborum ſignifi. ¶ Secunda, dicitur Falcidia
a Falcidio authore, q̃ debetur iure inſtitutio-
nis, & eſt quarta pars totius hæreditatis, quã
inſtitutus hæres retinet & detrahit ſibi de ſin-
gulis legatis, niſi ad pias cauſas, ſi hæredi
tas eſt exhauſta legatis, vt quia ſupra dodran
tem in tres partes hæreditatis eſt aliquid lega
tum vel fideicommiſſum, de teſta. Raynaldus,
auth. ſimiliter, C. ad legem Falcid. Inſtit. eod.
1, reſpon. ¶ Tertia dicitur Trebellianica, a Tre
bellio authore, quæ debetur iure inſtitutio-
nis, & eſt quarta pars totius hæreditatis: ſicut
cum inſtitutus hæres vniuerſaliter, vel in cer
ta quota hæreditatis, rogatur vt alteri reſti-
tuat hæreditatem ſine liberis moriendo: po
teſt ſic inſtitutus retinere quartam partem to
tius hæreditatis. Inſtit. de fideico. hære. §. ſed
quia. & C. ad Treb. per totum, etiam ſi plures
fuerint hęredes: tamen inſtitutus hæres in cer
ta parte eam non habebit, ſecundum Bald. in
l. 1. ff. ad leg. Fal. Vnde no. ſecundũ Pan in cap.
Rayn. de teſta. quod hæc quarta Trebellianicą
non detrahitur per hæredẽ cõſtitutum in re
certa, ſed per vniuerſalẽ, vt cõſuluit Bal. ꝑ l. 1.
ff. ad l. Fal. id eſt, per conſtitutum hęredẽ inſo-
lidum, vel in quota hæreditatis, ſicut Falcidia
detrahi poteſt per inſtitutum in dimidia, vt ꝓ
batur in cap. Raynal. de teſta. Et hæc detrahi-
tur de tota hæreditate, ſicut Falcidia deduci-
tur non ex tota hæreditate, ſed ex ſingulari-
bus relictis.

2 SECVNDO † quæritur, quid computetur in
iſtis legitimis? Et dicit Panorm. in cap. Rayn.
de teſtamen. quod in Falcidia non computan
tur, niſi ea, quæ obuenerunt hæredi iure inſti
tutionis: non autem legata, vel alio titulo pro
uenientia. in Trebellianica vero computan-
tur non ſolum, quæ obuenerunt illi iure in-
ſtitutionis, ſed etiam quæ ex teſtamento: pu-
ta, iure legati, vel donationis, non autem a-
lia obuenientia extra teſtamentum, & de prę
dictis eſt caſus, vt ibi Barto. & Ange. & Imol.
in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & ibi ponunt
rationem differentiæ, cum gl. quæ dicit, quod
ideo eſt, quia in falcidia plus grauatur hęres,
cum onera hæreditaria remaneant penes
eum inſolidum: ideoque releuatur in hoc vt
illud ſolum computetur in falcidiam, quod
iure hæreditario capit. in Trebellianica autẽ
non ſuſtinet onera, niſi pro parte, ideoque
plus grauatur. In legitima vero ſeu in portio
ne debita iure naturæ computantur non ſo-
lum prouenientia ex teſtamento quocunque
titulo, ſed etiam vndecunque ſint profecta,
ſcilicet a defuncto: ſecus ſi quid caperetur ex
tra patrimonium defuncti: quia illud in quar
tam non imputatur, vt l. ſcimus. §. repletio-
nem. C. de inoff. teſt. ꝙ ẽt vult Bartol. in d. l. in
quartã. Et ſic patet, ꝙ captum extra teſtamen
tum, non computatur in quartam Trebellia-
nicam, vt l. pater filium. ff. ad Trebellia. & ta-
men computatur in legitimam debitam iure
naturæ. Cuius ratio eſt, ſecũdũ Bartol. in d. l.
in quartam: quia falcidia, & Trebellianica de
betur occaſione teſtamenti, ideo in eam non
computatur, niſi quod venit ex teſtamento,
debita vero iure naturæ, uenit aliunde, cum
non proprie proueniat ex voluntate patris,
ſed ex legis diſpoſitione: quia velit, nolit pa-
ter, oportet filium habere legitimam ſuam.
¶ Et ex his patet, quod in alijs quartis, quæ de
berentur ex alijs diſpoſitionibus, vt mulieri,
vel viro ex forma ſtatuti, computatur quic-
quid extrinſecus venit, vt in authent. præte-
rea. C. vnde vir. & vxor. ¶ Aduertendum eſt
tñ circa hoc vltimum, ſecũdũ Pan. in d. c. Ray.
ꝙ aut pater donauit filio ob cauſam, puta do-
tis, vel donõnis ꝓpter nuptias, & illud impu-
tatur in ſuam legitimam, vt in authen. ex teſta
mento. C. de collatio. aut fuit donatio fa-
cta ſimpliciter, & tunc ſi tenuit, vt quia fa-
cta fuit filio emancipato, vel filio, vt bene me
rito, illud non computatur: quia valet hęc do

natio,ac si fuisset facta extraneo. Aut dona-
tio non tenuit in vita: & tunc computatur in
legitimam,etiam si morte confirmetur.Et ex
his infert Pan.in d.cap.Raynutius,quod Falci
dia magis est privilegiata, quam Trebelliani-
ca,& ista est magis, quam legitima. ¶ Aduer-
tendum est etiam, secundum Host. quantum
ad modum inchoandi huiusmodi quartas, si
hæres institutus sit de liberis testatoris, ad
quem pertinet portio naturalis: primo ex to
ta hæreditate deducet legitimam portionem,
scilicet tertiam,id est quatuor vncias;ex reli-
quis vero octo vncijs defalcabit per legem
Falcidiam iure institutionis, quartam,i. duas
vncias, reliquas vero sex, id est, medietatem
hæreditatis diuidet inter legatarios pro rata.
Inst.ad leg.Falc.§.cum autem.

3 Tertio † quæritur vtrum legitima debita
iure naturæ possit per statutum, vel consuetu
dinem tolli in totum? Et dicit Alber.in l.quo
niam in prioribus.C.de inoffi.testa.quod Do-
ctores communiter, & etiam Vltramontani
tenent, quod non alij vero magni tenent,q̄d
sic. Sed prima opinio videtur esse verior,scili
cet quod non in totum: licet possit per statu-
tum,vel consuetudinem minui,aut distingui,
quia sicut a natura dependet alimentatio filij
a patre.ff.de iust.& iur.l.1.§. hinc descendit,
ita post mortem patris alimẽtatio filij ab hac
portione iure naturæ dependere videtur, vt
innuitur in auth. de trien.& sem.§.1. ad fin.&
§.prohibemus autem ibi;si vult filiorum,&c.
Pro hoc facit Inst.de iur.natu.§.1.ff.de pact.l.
ius agnationis. Cyn. autem in l.sancimus. C.
de nup.& Dyn.in reg.indultum.& Bar.in l.Ti
tio.§.fi.ff.de cond.& demonst.tenet, quod tol
li potest in totum, quia ista portio est de iure
ciuili,cum olim non esset. Sed hæc ratio non
concludit; quia est de iure ciuili solum quan-
tum ad taxationem talis quantitatis,non autẽ
absolutè.Potest tamen in d.ca. Raynutius.di-
stingui, & bene. Nam aut filius non hẽt vnde
viuat aliunde. & sic vera est opinio prima, &
mouetur, quia iure ciuili spurio nihil debet,
vt in auth.ex complexu.C.de ince.nup.& ta-
men ius canonicum sequendo naturalẽ æqui-
tatem disponit, vt habeat alimenta.de eo qui
duxit in matr.c. cum haberet. ergo fortius in
legitimo,si hoc vult ius ciuile,posset ius cano
nicum hoc tollere. Aut hẽt vnde viuat,& sic
est vera secunda. Aduertendum est tñ, ꝙ licet
in legitima ista filius grauari non possit per fi
deicommissum, s̄m opi.cõem, per l.quoniam
in prioribus. C.de inoffic. testamen. & l.cum
patronus.ff.de leg.2.de quo Bar.& Dyn. dubi
tauerunt in l.1.ff.de vulg.& pupil. sub tamen
succedentes ab intestato ipsi filio, si illum de-
cedere contingat impuberem, possunt graua
ri,& est casus in l.si fundum per fideicommis-
sum cum l.sequen.ff.de leg.primo. Vnde dicit
Bal.in l.cum virum.C.de fideic. quod substitu
tus filio impuberi,poterit grauari,vt restituat
legitimam filio debitam. Et si verba sunt du-
bia: puta testator dixit,post mortem filij mei
impuberis hæreditas integra restituaẽ Seio:
nec expressit, per filium, vel succedentes ab
intestato filio meo, vel per substitutum datũ
filio meo: fideicommissum debebitur in legi-
tima, etiam secundum Bar.in l.qui duos.ff.de
vul.& pupil.subst. & communiter sequuntur
Scrib.ibi, & refert Pan.fuisse, consultum per
Io.de Imo.& Fulg.in cap.Raynutius.de testa.
& licet Bar.in l.cohæredi.ff.de vul.& pupilla.
subst.aliter dixerit.

4 Qvarto † quæritur,vtrum per non confe-
ctionem inuentarij perdatur legitima debita
iure naturæ? Et dico,quod Bart.in authen.sed
cum testator.C.eo refert gl.tenere,quod nõ,
in auth.hoc amplius.C.de fideicom.

5 Qvinto † quæritur, vtrum legitima debita
iure naturæ amittatur per crimen patris in le
sam maiestatem? Et dico,quod Cardin.in cle
mentina pastoralis.de re iud.refert Land.tene
re,quod non;& filios audita condemnatione
patris,si furtim subripiant legitimam,non te-
neri ad restitutionem principi,saltem in foro
animæ, quia possunt tenere de iure naturæ,
quod per ius positiuum tolli non potest. Ad
hoc,de testa.Raynutius. quia pater nõ potest
priuare filium legitima, nisi in casu ingratitu
dinis.C.de inoff.testa.l.quoniam in prioribus
& facit c.ius dictum,de verb. sign. & authen.
de hær. & Falc.§. si quis autem non implens,
vbi dicitur, quod etiam propter reatũ inobe
dietiæ filius priuari non potest legitima. Sed
Zen. tenet contrarium,quia per contractum
potest tolli legitima: cum debeatur deducto
ære alieno,vt l.Papinianus.§.4 ff de inoffi. te-
sta.In delictis autem quasi contrahimus,quia
per quasi contractum quis se obligat ad pœ-
nam.ff.de iu.fis.l.Imperatores. Hãc opinionẽ
tenet Io.de Lig.& dicit veriorem,quia legiti-
ma est quota bonorum,quam pater habet tẽ-
pore mortis: nihil autem habet,quando sunt
confiscata.ff.de interd. & releg.l.3. Et pro ista
opinione facit,quod not.Bar.in authen.si qua
mulier.C.de sacrosanctis eccl. vbi dicit,quod
portio legitima filio, debita, non debetur,

nisi post mortem naturalem, vt l.prima. §. si impuberi.ff.de col.bo.vbi dicit Bar. quod ille. §.facit ad quæstionem, an pater debeat soluere condemnationem vsque ad legitimam, si filius condemnetur pro maleficio? Et dicit, ꝙ videtur text.ibi, quod non, quia in vita patris non debet legitima separari, vt in d.§. si impuberi, & in l.fin.ff.de lib.agno.dicit, quod filius nullum ius habet in debito bonorũ subsidio viuente patre. Et de hoc vide casum in d. l.fin. quia patronus nullum ius habet in bonis liberti, pro quo l.secunda.ff.si a Pan.quis fue. manu. Sed quod dicit Bar. legitimam non deberi, nisi post mortem naturalem, intellige, vel sibi ęquiualentem, scilicet mortẽ ciuilem: puta, religionis ingressum, quãdo hęc habet, quo ad bona temporalia omnino eundem effectum, quem habet mors naturalis, puta, si ingrediatur religionem fratrum Minorũ, vt no.Bart.in d.auth.si qua mulier. Pro quo etiã facit c.cum simus, de reg. & idem est de quacunque religione, in qua ingressus bona sibi retinere non potest etiam in communi. Primam opinionem Landul.Summ.Angel.tenet tanquam magis piam, licet de rigore iuris minus veram, quia per titulum lucratiuum, & donationem, pater in præiudicium filij alienare non potest.C.de inoffi.do.per totum, & de don. & quod ibi no.ca.fi. fiscus autem hoc capit ex titulo lucratiuo, ideoque non potest in præiudicium filij Ad Zen.dicit verum dicere, quando ex quasi contractu damnificauit principem in bonis, alias non est æs alienum, nec proprie pater tenetur ex quasi cõtractu, sed simpliciter ex delicto. Ad Ioan. de Lig.dicit patere, quia alienatio facta titulo lucratiuo in fraudem filij, non valet. Ad Bar.nihil dicit, nec illum adducit. Summa autem Rosc.tenet opinionem secundam: & ita tenendum est, quia Summa Angel.male probat, & male soluit. Patet primum, quia quod dicitur, patrẽ alienare non posse titulo lucratiuo in prę iudicium filij, verum est, sponte sua, quod nõ est hic, vbi cogitur, & præterea hic ipse non alienat, sed ius. Patet etiam secundum quo ad Zen.quia princeps damnum patitur in honore saltem, & est æs alienum non ex sublatione, sed ex legis condemnatione. Et quo ad Io. de Lig. quia valet talis alienatio, quando est coacta, & a lege.

6 Sexto † quæritur, cum dicitur in testamento, quod si filij non fuerint executi volũtatẽ testatoris, sint exhæredati, & priuati legitima debita iure naturæ, an incurrant dictã pœnã non exequendo, maximè ad pias causas? Et dico, quod glos.in ca.si hæredes.de testa.limitat authen.hoc amplius.C.de fideicom. dicens, ꝙ filius institutus non implens voluntatem in relictis ad nõ pias causas, solum priuatur successione defuncti, non autem debito iure naturę, sed si relicta sunt ad pias causas, priuatur etiam debito iure naturæ. Et licet gl.in fi.non videatur istam opinionem firmare, eã tamen sequitur Host.licet fateatur, quod si filium pęniteret, ecclesia posset illi facere aliquã eleemosynam. Pan.autem dubitat de hoc: quia iura loquuntur de relictis in testõ: hæc autem portio filio debetur extra omne testamentũ, cum sit quasi debitum naturæ. Vnde iura solum voluerunt excludere a commodo habitu per defectum: quia ex quo noluit onus, non debet habere honorem, seu emolumentum. Quæ ratio cessat in debito iure naturæ, quod debetur sine aliquo onere, vt l.quoniam in prioribus: de inoffi.testa. Item negare nõ possumus quin res sit dubia: & in dubijs sequi debemus partem benigniorem, vt in reg.odia. de regu.iur.li.6.vide etiam §.9.casu 4.

7 Septimo† quæritur, vtrum filius institutus hæres possit repudiare paternam hæreditatẽ retenta sibi legitima? Et dicendum est, quod non: quia cum etiam in legitima fuerit institutus, non potest pro parte acceptare, & pro parte repudiare, secundum Bar.in l.gerit.ff.de acquir.hære.& Bal.in l.vnica, C.quando non peten.par. Et eadem ratione idem dicendum est patre decedente ab intestato, quia non potest agnoscere hæreditatem paternam pro parte, & pro parte abstinere.

8 Octavo† quæritur, quid si filius institutus sit in minori parte? Et dico, quod nihilominus aget vsque ad supplementum, d.l. omnimodo, quia hæc legitima datur in bonorum subsidium de iure naturę.

9 Nono† quæritur, in quibus casibus esset Falcidia? Et dico, quod in multis. ¶Primo, in his, quæ sic legantur, quod alienari non possunt, vt perueniant ad successores eius, cui relicta sunt, C.ad l.Fal.auth.sed in ea.re. ¶Secũdo, in his, quæ ad pias causas relinquuntur, vt in authen.similiter.C.ad l.Falc.& Bald. in l.a iure. §.a Titio.ff.de cond.& demonst. Si tamen ecclesia, vel pius locus institueretur hæres: tũc detraheretur Falcidia de legatis factis alteri ecclesiæ, vel pio loco: quia currit priuilegium cum priuilegio: & sic concurrentibus priuilegijs vtuntur iure communi. Pro quo facit l.assiduis.C.qui pot. in pignu.hab.& no.Panor.

in c.in præsentia,de proba.& idem tenet Dy. & sequitur Albe. in l. si quis ad declinandam, C. de episc. & cler. Et quod dictum est,Falcidiam non deberi delegatis ad pias causas:Bal. in d.l.auia dicit verum, etiam si indirectè relinquatur:puta,cū legatur mihi fundus, cum pacto,quod restituatur ecclesiæ.¶Tertio,in testamento militis,C.ad l.Falc.l.in testamento. Sed hodie corrigitur per auth. de hær.& Fal. §.fin.ideoque non cessat. ¶ Quarto, in male ablatis certis,vel incertis legatis, & similiter in alijs alienis.l.imponenda.C.ad l.Falc.& tenet Sum.Ang.sed melius Sum.Ros.cum Bart. in l.1.C.de sacrosan.eccles. distinguit: quia si sunt incerta.cessat Falcidia, quia sunt ad pias causas,i.pro anima illius cuius erant. Si vero sint certa relicta his, quibus debentur, non sunt ad pias causas; quia proxima causa relinquendi, est debitum,& non causa pia:quæ est solum,quando nulla necessitas subest:sed sola religio,& liberalitas in Deum.Vnde in his vr̃ concludere, ꝙ Falcidia possit detrahi, si probari nequeunt,si vero his,cui relinquuntur,ꝓbaret sibi debita esse aliunde, quam ex testō. detrahi non posset, sed cessaret. ff. de au. & arg.leg.l.qui vxori.Hæc ex Bart quem sequitur Sum.Ro.indistinctè.Sed melius dicitur,ꝙ Bart.loquitur in foro causarum: in foro autem animæ ēt si probari nequeunt,modo hæres sciat, vel probabiliter credat esse aliena, non potest Falcidiam subtrahere, quia esset subripere aliena. Et si pater pro malè ablatis tantum leget, ꝙ legitima iure naturæ debita minuatur,dicit Asten.lib.3.titu.25.post Monal. quod si talia malè ablata probari nō possunt,hæres soluere non tenetur, vt debitum, id est,vt æs alienum,sed vt legatum. Vnde si legitimam iure naturæ debitam minuit, soluere non tenetur,intellige in foro causarum, etiam in foro conscientiæ, nisi sciat,vel probabiliter credat ita esse. Secus in illo, cui Falcidia competit, quia cum talia legata sint ad pias causas,cessat hodie, vt dictum est:ideoq; illam non detraher. Consilium autem datur tali patri a Monal.si filium inducere non pōt, vt velit ea restituere male ablata quæ quasi totā hæreditatem exhauriūt, vel ad hoc se obligare,legitima non detracta, vt restituat ipse dum viuit,vel faciat codicillum,in quo ordinet oīa bona sua distribui pauperibus,ꝓ malè ablatis incertis, asserens, quod plura sunt male ablata,quā sua bona, & similiter,q̄ probari nequeunt,relinquat his, quib debentur. ¶Quinto,si testator certus de quātitate sui patrimonij prohibeat expresse deduci Falcid. in auth.sed cum testator.Cod.l.Fal.¶Sexto,si hæres non fecerit inuentarium ſm modū, & tempus statutum a iure, vt in d.auth. sed cum testator. ¶Septimo,si hæres intra legitimum tp̄s voluntati non paruerit testōris, de testa. Raynaldus. ad fin. vbi dicit glo. tempus legitimum esse tempus anni a iussu iudicis computandum,intra quod si non paruerit:dicit ēt,ꝙ perdit omnia excepto eo, quod sibi debetur ex fideicommisso.¶Octauo de legato dotis,vt l.2.§. idem quæsiuit, ff. de dote præle. ¶ Nono,in libertate legata.l.Papinianus.ff.de inof. testamento. ¶ Decimo,quando legatur instrumentum rei alterius. ¶ Vndecimo,in casu legis beneficio,quando.s. occulrauit, vel negauit res hæreditatis.ff.ad legē Falcidiam. vide etiam infra §.12.casu.

10 DECIMO † quæritur, vtrum factis multis legatis,tam ad pias causas quam non pias, excedentibus facultatem hęreditatis,debeat fieri detractio de vtrisque,an solum de his,q̄ nō ad pias? Et dicit Alber.in l.si quis ad declinandam.C. de episc. & cler. ꝙ fit communiter de vtrisque non obstāte, quòd cesset Falcidia in his,quæ ad pias causas,quia non est Falcidia, sed declaratio legati inanitur facti ab initio. ff. ad Treb.l.1.§.si is qui quadraginta.

11 VNDECIMO † quæritur, cum in legatis ad pias causas cesset Falcidia; vtrum hoc pertineat ad onus hæredis,an aliorum legatariorum? Et dicit Bart.in auth. sed & in ea. C. ad legem Falcidiam,ꝙ onerantur hæredes,& legatarij,quia ista legata debent ante omnia detrahi,vt æs alienum. ff.ad l.Falci.l.æris alieni. & sic ex hoc hæres minorem quartam,& alij legatarij minus habebunt de legato.

12 DVDECIMO † quæritur, in quibus casibus cesset Trebellianica? Et dico, quòd in multis.¶Primo, in legatis ad pias causas, vt dictum est sup. Legatum 4.§.6.¶ Secundò,si testator,prohibuit.vt in auth.de hæred.& Falcidia.§.si verò expressum. ¶ Nā si potest tollere Falcidiam multo magis Trebellianicam, quæ minus est priuilegiata, vt ff. ad l. Fal.l. in quartam.Et licet contrarium teneat gl.in authen.sed cum testator. C. ad l. Falc. tñ Bar.in l.Marcellus. ff. ad Trebel. concludit ꝙ pōt,dicens idem tenere Odof.Iac.de Arer.& Cy.& est opinio cōis, & verior, vt in d.§.si vero. ¶Tertio,quando substitutio euanescit, vt puta, quia restituere rogatus si decideret sine liberis, vel non maritaretur, & huiusmodi, ingreditur religionem,vt in authen.nisi roga

ti.C.ad Trebel.¶Quarto,quando solo iudicis officio compulsus adijt hæreditatē, quia totū restituet.Insti.de fideicom.hære.§. in primis. ¶Quintò,in fideicommisso vniuersali relicto ad pias causas:quod vniuersale dicitur,quãdo tota hæreditas venit restituenda, sicut dicitur particulare,quando restituenda veniunt solū quædam particularia bona. Hoc enim tenet Bar.in authen.sed in ea,C.ad leg.Falc. contra glo.in ca.1.de test.lib.6.non obstante ratione in contrarium,s.quia si in fideicommisso vniuersali non detrahatur,frustra erit hæres. Dicit enim in lege Marcellus.ff.ad Trebel.hoc esse contra textum in corpore,vnde sumitur authen.similiter.C.ad leg.Fal. vbi loquitur quãdo tota substantia est exhausta.Nec est in vacuum hæres,quia text.in d.authen.de hæred. & Falcid.§. si vero expressum dicit,quod habet meritum quo ad Deum: quia exercuit actum pietatis. ¶Sexto, admittitur tam ipsa, quam Falcidia, secundum Bal.in l.scimus.§.licentia.C.de iure delib.per negationem fideicommissi in qualitate,vel quantitate facta: si ille,cui fideicommissum est factum,probauerit qualitatem,vel quãtitatem fideicommissi: nec aliquã ex ipsis poterit detrahere.¶Septimo, secundum aliquos per non cōfectionem inuentarij. Sed verius est secundum Bar.in d. auth.sed cum testator, quod non debet induci correctio legis corrigētis,vt l.pręcipimus. C.de adop.& idem tenet Iac.de Bel.& Cyn.

13 DECIMOTERTIO† quæritur,vtrum quis possit deducere duas legitimas portiones, scilicet,debitam iure naturæ,& Trebellianicam? Et dico de hoc olim fuisse opiniones, vt patet in l.quanquam.C.ad leg.Fal.hodie vero distinguendum est cum Bart.in l.Papinianus.§. meminisse.ff.de inoff.testa. & Bald. in l.filium quem habētem.C.fam.ercis. & Canonistis in cap.Raynutius.& in cap.Raynaldus. de testa. Nam si substitutio, aut rogatio sit facta pure, aut certum diem, intellige de præsenti, quod perinde est, ac si sit purè facta,tunc detrahere non poterit,nisi vnam quam voluerit. Sed si sit facta sub conditione:puta,si decedat sine liberis,vel ad incertum diem:tunc poterit deducere ambas. Et sic concorda ius canonicum, & ciuile, & hæc est opinio communis, ſm Pan.in d.c.Raynutius,vbi ēt approbatur, sicut & d.c.Raynaldus.licet cōtrarium videatur de iure ciuili,vt in auth.de rest.§.quamobrem.Vnde dicit Bar.quod vbi quis esset rogatus de restituendo incontinenti, vel pure, nō obseruaretur illa decretalis de duplici portione deducendo,vt sæpe consuluit. Quod quidem sæpe accidit, quando dispositio non valet iure testamenti,& est apposita clausula, ꝙ valeat saltem iure codicillorum, de qua vide infra Testamentum 1.§.11.Tunc enim si testamentum non valeat aliqua ratione,vt quia in eo non sunt testes debiti,vel alia causa: testator videtur voluisse, quod hæreditas restituatur venientibus ab intestato statim, vt not. in auth.ex causa.C.de liber. præterit. & sic non detrahetur,nisi vna quarta:hæc ex illo.Ratio autem diuersitatis, secundum Doct. vt refert Asten.li.3.tit.25.& Pan.in d.ca.Raynutius est, quia in restitutione fienda purè de præsenti concurrunt eodem tempore duæ deductiones,quod regula iuris ciuilis non patitur,vt l. in ratione,§.quod vulgo.ff.ad l.Falc.& in l.iubemus.C.ad Treb.& in d.l. filium quem habētem.Vbi vero non est fienda purè,vel ad certam diem de præsenti,sed ad incertam posset incontinenti deduci quarta debita iure naturæ: quia eam sine omni grauamine debet habere in processu vero temporis deducet Trebellianicam, in qua cum fructus percepti cōputantur, minus diminuitur substantia hæreditatis,quam si fieret restitutio incontinenti, vbi substantia eius minueretur. Et per hoc videtur,quod si dies illa incerta,vel conditio emergeret ante perceptionem fructuum, detraheretur altera portio tantum.

14 DECIMOQVARTO† quæritur,vtrum institutus in re certa habeatur per omnia loco legatarij?Et dicit Panor.post gloss.in d.c.Rayn. quod habetur loco legatarij,quo ad quædã, & quo ad quædam loco hæredis. de quo dicēdum,vt in l.quoties.C.de hære. insti. Et inter cæteros effectus operatur hoc vnum notabile in instituto in re certa, quia cohærede non potente, vel nolente adire hæreditatem, iste habebit illam in totum, quia non potest testator decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.l.1.§. si ex fundo.ff.de hæred.insti. quam vtilitatem iste non assequeretur, si esset purus legatarius, quinimo perderet legatum,ex quo non aditur hæreditas ex testamēto.C.si quis om.cau.test.quasi per totum,nisi ad piam causam: quia talia debentur,etiam non adita hæreditate, vt voluit Bart. l.1.C.de sac.san.eccl.De quo vide sup. Legatū 4.§.8.9. & 10. ¶Decimoquinto quæritur, quid si ecclesia,vel hospitale instituitur hęres & adeat absque beneficio inuentarij, an teneatur in solidum?Et Bar.in d.auth.sed cum testator, respondet ꝑ verbū,cogitabitis,sed i l.1.C. de sacros.

eccl.tenet,quòd non,quia iura ciuilia nō pos sunt obligare ecclesiam,& pia loca,vltra vires hæreditatis,cum talis obligatio nō sit de iure naturali,vt in legatis ad pias causas cessat omnis solennitas iuris ciuilis. Si tamen aliquis sacerdos instituatur hæres ratione consanguinitatis,vel amicitiæ, nō intuitu diuinæ religionis,tunc putat teneri insolidum, vt in auth.de hære.& Falc.§.penul.Secus si amore Dei,vel pro anima sua.

16 DECIMOSEXTO † quæritur, an filio sufficiat habere legitimam,quocunque titulo relicti?Et dicit Bar.in auth.nouissima.C.de inoff.testa.quod hodie habere debet iure institutionis,vt in auth.vt cum de appe.cogno.§. aliud.Ratio,quia est titulus magis honorabilis. Item,quia habet ius accrescendi in hæreditate,vt no.in l.quoties.C.de hær. inst. Et debet eā habere cum vsufructu,vt in auth.de trien.& semis.§ prohibemus.Et sic l. vxori meæ. ff. de vsufructu leg.est correcta in filijs.Dicit etiam glos.in d.§.aliud,quod non minimo facta institutio excludit querelam, vt in dicta authen.vt cum de appel. cogn. §. cæterum si qui. aget tamen ad supplementum, vt C. de inoff.testa.l.omnimodo.Nec sufficeret,si filio relinqueretur fideicommissum vniuersale,vt vult Barto. in l.ita tamen,§.qui rogatus.ff.ad Treb.& in l.scimus.§.cum autem. C. de inoff. testa.vbi glos.reprobat,quia tex.in corpore, vnde sumitur auth.nouissima præallegata, expressam mentionē facit,quod non valet iure fideicommissi quod etiam videtur expressum in d.§.qui rogatus.Glo.tamen singularis in d. auth. nouissima. de qua ibi Ale. de Imo.facit magnum festum,distinguit,quia si testamentum fiat solenne,debet institui.Si verò minus solenne puta,inter liberos,sufficit quocūque relicti titulo, dummodo aliquid relinquatur quia defectus alicuius solennitatis iuris positiui,illud non vitiat,vt in §.ex imperfecto, l. hac consultissima.C.de testam. & aget vsque ad supplementum. Secus si præteriti fuerint aliqui ex ipsis filijs:quia testamentū esset nullum.l.filio præterito.ff.de iniusto ruptoq; testamen.Itē limita, quod dēt habere iure institutionis,nisi institutio omitteretur in fauorē filij,vt in casu l.multi.de liber. quod posthu. vt notabiliter videt̄ concludere Bar. & Imo. in l.cum ex filio de vulga.& pupilla.sub.Item fallit si statutum hoc non diceret, secundum Bal.in l.fina.C. de bon.quæ lib.Et nota,quod mater non habet habere legitimam filij, nisi quando filius facit testamentum,vel moritur ab intestato:secus si pater facit testamentum filio impuberi,vt in c.si pater.de testa.lib.6.

17 DECIMOSEPTIMO † quæritur, vtrum hodie parentes debeant habere legitimam iure institutionis.Et dicit Bar. in auth. nouissima, quod gl.in l.1.§.1.ff.si à pa. quis fue. ma. tangit istam q.in patrono,& concludit,quòd patronus potest habere quocunque relicti titulo.Pater autem,& patronus æquiparantur ad omnia,exceptis quibusdam, quæ notantur in d.l.1. inter quæ non reperitur ista diuersitas ergo &c.Præterea quod non mutatur expresse,remanet incorrectum,vt l.præcipimus.C. de appel.hæc Bar.Bald.autem in l.1.C. de bo. poss.contra tab.lib.tenet contrarium: vbi dicit, quod filius debet relinquere parentibus iure institutionis,& fundat se per tex.expressum in d.l.omnimodo.circa prin.& idem Iac. de Beluis.Et hæc opinio tenenda,vbi filius testans nullos filios relinquit:quoniam vbi filij superessent,nulla legitima videtur debita patri,imò in nihilum succedit,vt est glos. valde not.Inst.quib. mod.ius patriæ potest.sol.§.nostra.autem in verbo,paterno.Et non mirum, quia in successione prima causa est liberorū, vt in auth.de hære.ab intesta.circa prin.Glo. tamen in l.pater filium ff. de inoff. test. tenet debere institui patrem,etiam extantibus liberis,sed primum est verius.

18 DECIMOOCTAVO † quæritur, vtrum in ascendentibus sit aucta portio legitima, sicut est aucta in filijs,vsque ad trientem, & semissem.Et dicit Bartol.in d.authen.nouissima, de mente gl.& Doct. quod sic, vt in authen. de trien.& semi.§.1.

LENO,secundum glo.in §. quod si in adulterio.23.q.1.est qui damnatam adulterā ducit,vel qui eam sibi reconciliat.C.de adult. l.castitati,vel qui scienter adulteram tenet, vt in d.§.quod si,vel recipit pecuniam pro adulterio.ff.de adul.l.secunda.§.lenocinii.Sed limita prædicta in tribus primis casibus vera, nisi essent emendata. Item lenocinium committit, qui habet mancipia quæstuaria, quia hoc non est minus quam proprio corpore facere quæstum l.palam.§.lenocinium.ff. de ritu.nup.

DE LEPRA ET LEPROSO.

1 *Lepra superueniens solui sponsalia de futuro,sed nō matrimonium,& nu.2.*

3 *Lepra an excuset ab obligatione reddendi debitum, vel cohabitatione.*

4 *Leprosi an teneantur ad decimas.*

LEPRA inter morbos contagiosos computatur: vnde secundum iura leprosi ab hominum habitatione separantur de coniug. lepro. cap. 1.

1 PRIMO † verò quæritur, vtrum lepra superueniens soluat sponsalia, s. de futuro ad instantiam sani? Et dico, quòd sic: extra eod. literas, & idem est de qualibet alia enormitate superueniente, quia in obligatione generali de contrahendo matrimonio subintelligitur, nisi quicquam turpe superueniat, vt in c. quemadmodum, de iureiur.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum lepra superueniens soluat matrimonium, vel impediat contrahendum? Et dico, quòd non soluit matrimonium, extra eo. c. 1. & c. literas, in quo licet dicatur consummatum, tamen secundum Ho. & Pan. debet intelligi, i. contractum. Similiter nec impedit, quia potest contrahere leprosus, si inueniat volentem, ext. eo. c. 2.

3 TERTIO † quæritur, vtrum soluat coniugem sanum ab obligatione reddendi debitũ coniugale, vel seruitij, aut cohabitationis? Et dico quo ad debitum coniugale, quòd nõ, secundum glo. in d. cap. 1. nisi eo modo quo dictum est sup. Debitum. §. 1. s. propter periculũ infectionis probabile: non obstante, quòd in c. 2. eo. tit. in hoc casu nulla exceptio inuenitur, quia intelligitur propria, secus de cõmuni & generali, quæ in multis casibus inuenit scilicet ratione dicti periculi, vel etiã ratione impossibilitatis, sicut fortè quis ex horrore reddere non potest, sicut nec moueri qui & si ob hoc ex cõmunicaretur, haberetur pro excommunicato apud ecclesiã, non tamen quo ad Deum, secundum Pan. arg. c. literas, de rest. spol. & in c. inquisitio de sent. excom. Similiter non absoluit à debito seruiendi in necessarijs: cum hoc sit minus periculosum, quã debitum coniugale. Absoluit autem secundum S. Tho. in 4. distin. 32. a debito cohabitandi in eodem lecto, vel in eadem domo, quia non ita inficitur ex coitu, sicut ex frequenti cohabitatione, & idem gl. in d. c. 1. Filij quoque leprosorum debent manere cum sano, ne inficiantur, secundum omnes.

4 QVARTO † quæritur, vtrum leprosi teneãtur ad decimas? Et dicit glo. in cap. 2. de eccl. ædi. quòd sic nisi de hortis & nutrimentis animalium suorum, quæ solæ ibi excipiuntur, sed intellige quando communiter viuunt: vt ibi, aliàs de omnibus simpliciter dare tenentur, vt alij Christiani.

5 QVINTO † quæritur, vtrum leprosi habere possint ecclesiam & presbyterum qui celebret eis? Et dico, quòd sic, si tot sunt simul communiter viuentes, ꝙ eam cum cœmeterio possint constituere; modo veteribus ecclesijs de iure parochiali non fiat iniuria. d. c. 2.

6 SEXTO † quæritur, vtrum sacerdos factus, leprosus possit in ecclesia parochiali ꝑlationis officio fungi? Et dico, ꝙ si sine scãdalo, & abominatione populi nõ potest illud exercere, debet ab officio remoueri, ita tamen ꝙ secundum facultates ecclesiæ administrẽtur illi necessaria quousq; vixerit, vt in ca. tua nos de cler. ęgro. Rectoribus vero ecclesiarũ, qui sine scandalo eorum qui sunt sani, altari seruire non possunt, dandus est coadiutor, q curã habeat animarum, cui auditori ad sustẽtationem cõgrua portio de facultate ecclesię eiusdem assignetur, vt in c. de rectoribus. de cler. ægro. Ex quo etiam patet, ꝙ non prohibetur celebrare, quãdo hoc sine scandalo potest, vt in secreto, & huiusmodi, arg. d. ca. de rectoribus, vide de hoc supra, Corpore vitiatus. §. 7.

LEX.

26 *Lex quibus modis tollatur.*
27 *Lex quid tollat.*
28 *Legi contrarius actus, an sit nullus ipso iure.*
29 *Fraus si fiat legi, an valeat factum.*

LEx dicta est, secundum S.Th.1.2.q.90.a ligando, quia obligat, quod omni legi est commune: vel à legendo, quia scripta est, quod omni non conuenit, sed ei primo quæ apud nos legis nomen habuit, i. humanæ constitutionis, deinde etiã diuinæ. Sunt verò quatuor generalia nomina ex diuersis sumpta ad significandum idem, s. lex, eo quod liget, vel legatur: ius redactum, maxime in scriptis, eo quod per hoc iustum cognoscatur & reddatur: statutũ, eo, quod firmetur deliberatione, quasi in statu, idest in gradu immobili situm vel positum, & constitutio, quasi simul statvitio, eo quod ad eam deliberandam multi, i. populus conuenirent. Nec tamen significat constitutio solum id, quod populus statuit: sed ampliatur ad omne statutum & legem. Est igitur lex, secundum eundẽ ibi, ordinatio. s. actiua rationis. s. practicæ: ad bonum commune. s. terræ, ciuitatis, prouinciæ, regni, aut mundi, ab eo qui curam habet communitatis, de iure non facto promulgata. Et qua diffinitione sic intellecta sequitur primò, quod lex sit aliquid rationis. s. propositiones vniuersales rationis practicæ actu, vel habitu consideratæ, vt dicitur 1.2.q.90.ar. 1. siue dictamen practicæ rationis, vt ibi. q.91. art.1 Et secundo, quod voluntas principis nõ habet vim legis, sed iniquitatis, nisi vt regulatur aliqua ratione, vt etiam dicitur ibi. art.1. ad 3. Et tertiò, quod nullum præceptum habet vim legis: nisi secundum ordinem ad bonum, s. commune, ad quod omnis lex, vt ad finem ordinatur, vt ibi art.2. Et quarto, quod nullũ præceptum, vel ordinatio iniustè præsidentis est lex: nec obligat in aliquo foro.

1 PRIMO † verò quæritur, quot, & q̃ sint propinquæ partes, seu species legis in communi? Et dico, quod quantum ex S.Th.1.2.q.91.& Thomistis colligitur, sunt septem. ¶ Quarum prima est lex æterna, quæ est ordinatio rationis Dei ad bonum cõe totius mundi: seu sub alijs verbis est conceptus gubernationis rerũ in Deo.1.2.q.91.art.1. quam legem, seu præceptum Deus dedit cœlis, & consequenter alijs iuxta illud Psal. Præceptũ posuit, & non præteribit. ¶ Secũda est lex naturalis, quæ est participatio quædã legis æternę, & impressio diuini luminis in creatura rationali, qua inclinatur ad debitũ actũ & finem.1.2.q.91.art.2. siue sub alijs verbis, est ordinatio rationis in homine impressa à Deo in ordine ad finẽ debitũ. ¶ Tertia, est lex Mosaica. ¶ Quarta, est lex Euangelica. Omnes hæ quatuor sũt leges diuinæ. ¶ Quinta est cõsuetudo, q̃ est quædam lex humana, inquãtũ hẽt vim legis ex principis, seu populi voluntate: quæ quid sit, dictũ est supra, sicut & de omnib. spectantibus ad illã. ¶ Sexta est lex canonica, quæ applicãdo diffinitionem legis in cõi suprapositam ex mẽte S.Th. si non sit vniuersalis, est ordinatio rõnis ad bonũ cõe ecclesiasticũ, ab eo q hẽt auctoritatẽ promulgatã, si verò sit vniuersalis, est ordinatio rationis ad bonũ cõe ecclesiasticũ totius orbis à Sũmo Pontifice promulgata. Si vero sit particularis, est ordinatio rationis ad prouinciæ, vel loci cõe bonum ecclesiasticũ, à metropolitano, vel diœcesano, aut ecclesiastico collegio habente auctoritatem promulgatam: & tũc proprie dicitur lex municipalis quæ videtur appropriare sibi nomen statuti. ¶ Septima est lex ciuilis, siue politica, quæ si diffinitur cõiter ad iustã & iniustã, vniuersalẽ & municipalem, sic lex est constitutio populi quia maiores natu simul cũ plebe aliquid sanxerunt. dist.2. lex. Sed si distinguamus ad mentẽ S.Th. si sit vniuersalis & iusta, est ordinatio rationis ad bonũ cõe ciuile totius vrbis a tota multitudine, vel gerẽtes vices eius promulgata. Si vero sit particularis, est ordinatio rõnis ad bonũ cõe, prouinciæ, vel loci, à tota multitudine, aut gerẽtes vices eius promulgata. Et etiam quædam lex specialis conformis generali idest rescriptũ: & quædã priuata, quasi generali aduersa. i. priuilegium, de quibus infra in locis suis. Cum ãt sint septem genera legũ vniuersalium, de ęterna nõ intendimus, cum spectet ad Theologos, nisi quatenus infra in tit. voluntas. §. vnico. dicetur de cõformitate voluntatum, similiter nec de Mosaica, q̃a hodie non viget nisi quatenus continet naturalem, similiter nec de Euãgelica, nisi quatenus cõtinet præcepta, de quibus infra Præceptũ, per totũ, & consilia, de quibus infra Religio. nec de consuetudinaria, quia de hac dictũ est supra. Cõsuetudo, sed solũ de naturali ex parte: & de canonica, inq̃tum habet aliquid commune cũ ciuili, & de ciuili principaliter, & de vtraq; principaliter inquantũ est vniuersalis: inquantum verò est particularis, vel municipalis secundario, inquantum in ea saluantur, quæ de lege in communi dicuntur.

2 SECVNDO † quæritur, q̃ sint partes harum trium legum, naturalis, canonicæ, & ciuilis: & quomodo allegentur? ¶ Et dico quãtum ad

naturalẽ, ꝙ cum partes eius accipiantur solum penes contenta in illa, licet numeraliter sint nobis innumerabilia: in genere tamẽ sunt tria, s. principia, conclusiones, & particulares determinationes, de quibus sup. Consuetudo. §. 9. quæ tamẽ tria dispersa sunt per totum ius canonicum, ac ciuile: vnde particulariter non allegantur. ¶ Quantum verò ad ius canonicum, dico, ꝙ partes eius dupliciter sumuntur. ¶ Primò quantum ad conditores, vel modum condendi tales leges: & sic distinguuntur, secundum noïa significantia hmôi legis præcepta, quæ sunt canon, decretum decretalis. Canon aũt Græcè, Latine dr̃ regula 4. dist. canon. quõ in medicina sunt canones regulantes in medicando, & scriptura dr̃ canonica, quia regulat in credẽdo, & agẽdo: & oẽ quod habetur in corpore iuris canonici, etiam si non sit constitutio ecclesiastica, sed dictum alicuius doctoris, sed strictè, & in proposito dr̃ canon constitutio ecclesiastica facta in concilio vniuersali, vel prouinciali. & sic capitur de consti. canonum. Decretũ verò secundum Spec. dr̃ quandoque sñia diffinitiua, ff. de re iud. l. decretum. vel interlocutoria. ff. de asses. l. 1. in fi. Quandoque est consensus eligentium in scriptis redactus. 2. q. 1. legum. de elect. innotuit. Quandoque illud, quod capitulum, vel ordo, vel vniuersitas, vel maior pars ordinauit. ff. quod cuius. vni. l. planè. & quasi per totum. Quãdoque authoritas iudicis in alienationibus rerum præcipue minorum interposita, vt C. de præd. mi. l. interposita. & per totum. Quandoq; authoritas principis in rescriptis beneficialib. interposita. Quandoque, vt in proposito dicitur, id, quod Papa statuit de consilio Cardinaliũ, nulla facta consultatione, quod & in scriptis redigitur; vt de rescr. cap. præsenti. 20. di. decreta. & c. seq. Decretalis verò epistola est, in qua Papa ad consuetudinem alicuius respondet. de rescr. c. 1. siue solus, siue de fratrũ consilio, vt de elec. bonæ memoriæ. Inueniũtur, & alia nomina significantia iuris canonici ꝓcepta: sed semper significant aliquid prædictorum ex alia ratione, vt dogma, ꝙ consistit in doctrina fidei: mandatum in doctrina motum interdictum, in quo nulla pœna adijcitur; sanctio vbi adijcitur pœna. tamen vnũ pro alio frequenter ponitur, 25. quæstio. 2. si quis. ¶ Secundo sumuntur partes iuris canonici secũdum libros in quibus continetur, q̃ sunt quatuor. s. Decretũ, Decretalis, Sextus, sic dictus, ꝙ post quinque libros Decretaliũ sit editus, & Clementinæ, sic dictus, quia constitutiones contineat Clementis V. Aliæ aũt constitutiones papales, quæ emanarunt post cõpilationem Decretalium, nõ habent vim, nisi de eis mentio fiat in 6. vel nisi sint editæ post Sextũ: vt probatur in prologo dicti Sexti. Decretũ diuiditur in tres partes, primò. s. in distinctiones centum, vel centũ, & vnã, secundum eos, qui vltimã distinguunt. Allegatˀ aũt sic. 26. di. acutius, ita ꝙ ly acutius, est principium capituli. Et secundo in causas 36. distinctas per quæstiones, distinctas per capitula, excepta tertia quæstione 33. causæ, quæ distinguitur per septem distinctiones, & vocatˀ tractatus de pœnitentia: & allegatur sic, 16. q. decimæ. quæstio tñ de pñia allegatur sic, de pœn. dist. 3. septies. Et tertiò in tractatum de consecratione, distinctum per quinq; distinctiones: & sic allegatur, de cons. dist. 1. vasa. liber verò Decretalium in quinque libros diuiditur diuisos ꝑ rubricas, & capitula; & sic allegatur, extra de Iudæ. & si iudæos. imò melius omittit ly extra, i. extra decretũ, secũdũ Pan. in proœmio Decretalium; quia allegatio quanto breuior, tanto melior, modo intelligatur. Sextus verò, & Clementinæ eodem modo per easdẽ rubricas distinguũtur, sicut & decretales, & eodem modo allegãtur, excepto, qđ additur lib. 6. vel in cle. sic, de sent. exc. si iudex. lib. 6. de verb. sign. sæpe. in clem. Quantum vero ad ius ciuile dico, ꝙ partes multis modis sumũtur, de quib. prosequitur. S. Th. 1. 2. q. 95. ar 4. & ibi vide si vis: sed q̃tum pertinet ad pñtem considerationem, dupliciter sumuntur. ¶ Et primo quantũ ad modum descendẽdi a iure naturali: & sic diuiditur in ius naturale. i. gentiũ, ꝙ. s. a natura, et sine lege hẽt authoritatem; & ius legale. i. lege positũ, vt patet 5. Ethic. & ius gentium deriuatˀ a naturali, vt consuetudo: vnde & ipsum est aliquo modo naturale, & ius vero legale deriuatur, vt particularis determinatio, de quo vide §. seq. par. 3. pro quo sciendum est, quod ius siue iustũ naturale dr̃, ꝙ ex sui natura est alteri adæquatũ: quod dupliciter cõtingit, s. secundum suam absolutam rõnem, sicut fœmina adæquatur masculo, vt inde fiat generatio, & secundum aliquid inde consequens: sicut ager adæquatur isti, vel illi, vt si suus proprius non scđm suã rõnẽ absolute, sed scđm opportunitatẽ colẽdi: & similiter hic hõ illi, vt sit eius seruus nõ scđm suã rõnẽ absolute, sed inquantum vtile est huic regi ab illo, & illi iuuari per istũ. Naturale aũt primò modo con-

cõuenit omnibus animalibus, ſicut & apprehendere aliquid abſolute: ſed naturale ſecundò modo eſt hominis proprium, quia ꝓpriũ eſt rõnis cõſiderare aliquid comparatiuè ad illud, quod inde ſequitur: & hoc eſt ius gentiũ. Vnde dicit Iuriſconſultus, ꝙ naturalis ratio inter hoĩes conſtituit id, ꝙ apud oẽs gentes cuſtoditur, vocaturq; ius gentiũ. ¶ Secundò diuiditur, quantũ ad libros, in quib. continetur: & ſic diuiditur in tres partes principales, quarũ prima dr̃ Digeſtum: & ſic ſcribit. ff. & continet 50. libros, diuiſos in tria volumina, Digeſtum vetus, & Infortiatum, & Digeſtum nouum, quorum quodlibet diuiditur ꝑ libros, & libri per rubricas, & rubricæ ꝑ leges, ſeu capitula, & hæc aliqñ per paragraphos: vnde Digeſtũ vetus continet 23. libros. & partes 24. i. dictas rubricas. Infortiatũ vero cõtinet 14. libros, & rubricã vnã. Digeſtũ autem nouũ continet libros 12. vnde totũ. ff. continet 50. libros. Secunda dr̃ Codex. & ſcribit ſic. C. vel ſic, Co. & continet nouẽ libros. vt ſup. Tertia verò dr̃ volumen, ꝙ in ſe continet quatuor volumina, ſeu opera: primũ dr̃ Inſtituta, ſcd̃m tres libri Codicis numerati cũ nouẽ prioribus, licet ſint in alio volumine. tertium Authenticum. quartum, liber ſeu vſus feudorũ. Quidam tñ ius ciuile diuidunt ĩ quatuor partes principales. ſ. ff. C. auth. Inſt. ¶ Allegatur aũt ius ciuile ſeptem modis. Primo ſic. ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ideſt, Digeſtis, de edendo. l. ſi quis. §. tali, vel tali. & ſignificat hoc eſſe in aliquo 50. librorum. ff. Secũdo ſic, C. de epiſ. aud. l. minime. i. Codice de epiſcopali audientia. l. tali, vel tali. Tertiò ſic, C. de agr. & cenſ. l. cum ſcimus. lib. 11. & patet totũ, excepto, quod addit lib. 11. ad denotandum dictam legem non eſſe in nouem primis libris Codicis, ſed in trib. qui ſunt in volumine, quorũ primus eſt decimꝰ, ſcd̃s vndecimus, tertius duodecimus. Quartò ſic, C. de epiſ. & cle. auth. ſtatuimus, i. Codice de epĩs & clericis auth. ſtatuimus. Pro quo aduerte, quod quædam ſnĩæ ſunt extractę de libro Authenticorum, & denotatæ in margine Codicis, vel ẽt in aliquibus codicibus inſertæ textui, ſecundum conuenientiã rubricarũ, q̃ non ſunt quærendæ in Authẽtico: ſed in Codice ſub rubrica allegata. Quintò, ſic, Auth. de leno. §. ſancimus. i. authentico, de lenonibus, §. tali, & alia ponitur collatione tali, & deſignatur allegata eſſe in lib. Authenticorum, qui continet nouẽ collationes: vnde ly authentica in genere fœminino importat legem: in neutro verò librum Authẽticorũ. Sextò ſic, ĩ libro, vel in vſi. Feu. de proh. feu. alie. ca. qm̃. i. in lib. vel vſib. feu. de prohibita feudi alienatione, c. tali. & patet totũ. Septimò ſic, Inſt. de re. di. §. item ea. & patet totum ex dictis. Et ſic patet, ꝙ quãtum ad allegationes diuiditur in quinque lib. ſ. Digeſtum, Codicẽ, Authenticum, librum Feudorum, & Inſtitutum, quia Codex trib. modis allegatur.

3 Tertio † quæritur, quæ ſunt tradita per doctores de lege naturali, q̃ expedit noſtræ intentioni eſſe ſcita? Et dico ꝙ ſunt multa. ¶ Primum. Secundum S. Th. 2. 2 q. 93. art. 2. lex naturalis non eſt eſſentialiter habitus rationis, quo. ſ. ratio agit, q̃a ipſa eſt quoddã actũ, ſiue conſtitutum per rationem: ſed habitus, i. aliquid habitualiter tm̃, in quantum principia eius aliqñ habitu tantum conſiderãtur, i. ipſa principia humanorum actuum contẽta in habitu, qui eſt ſynteresis; puta, nõ inferre iniuriam, reddere depoſitum, vim vi repellere, & huiuſmodi, quæ omnia habent rationẽ vnius legis naturalis, inquantum omnia referuntur ad vnum principium ſcilicet bonum eſt faciendum, & malum vitandum, quod eſt primum præceptum legis naturalis, vt ibi ſubtiliter probatur, ſuper quo, inquit, fundantur omnia alia præcepta, vt ſcilicet omnia alia facienda, aut vitanda pertineant ad præcepta legis naturalis, quæ ratio practica naturaliter apprehendit eſſe bona. Hæc ex illo. ¶ Secundũ. Sicut dicit S. Th. 1. 2. q. 94. art. 5. aliquid dupliciter poteſt intelligi eſſe de iure naturæ. Primò, quia ad illud natura inclinat, vt quod nemini facienda eſt iniuria. Secũdo, quia natura contrarium nõ induxit: ſicut dicere poſſumus de lege naturæ eſſe, qđ homo ſit nudus, quia natura illi veſtimenta non dedit, & ſic eſt etiam de lege naturæ communis omnium poſſeſſio, quia ſcilicet diſtinctio poſſeſſionum, proprietas, & ſeruitus nõ ſunt inducta a natura: ſed per hominem rõnẽ inuenta ad vitæ vtilitatem. ¶ Tertium. Sicut dictum eſt ſup. Conſuetudo. §. 9. in lege naturali tria ſunt. ſ. prima eius principia: vt, declina a malo, & fac bonum, nulli nocendum, ſecundum rationem viuendum, & hmõi: & quædã conclusiones principiorum communiũ, quæ ſunt quaſi ſecundaria præcepta: vt non occides depoſitum reddes, iniquum punies, & oĩa p̃cepta decalogi, vt 1. 2. q. 100. art. 3. & artic. 5. ad primum. & quædam particulares determinationes: vt iniquum punies hoc, vel illo modo. ¶ Quartũ. Ius naturale tꝑe non variatur

riat,sed permanet immutabile, vt dicit Gratia.di.50.§.1.quod S.Tho.12.q.94.art.5.sic exponit,quia cum dupliciter hæc lex intelligat mutari,s.per subtractionem, vt iam non sit de lege naturæ,quod prius erat, & per additionem, primo modo quantum ad sua prima principia est omnino immutabilis: quantum verò ad secunda præcepta,quę sunt quasi ꝓpinquæ primorum conclusiones,est immutabilis in pluribus,sed ĩ paucioribus potest mutari,vt dicetur in sequenti particula.Secundo vero modo mutari potest, quia multa ad naturalem legem superaddita sunt, tam per leges diuinas, quam humanas, pertinentia ad vtilitatem humanæ vitæ. Tu vero adde,ꝙ ét primo modo mutari potest,quo ad particulares determinationes,sicut &ꝯ lex humana,à qua habent vigorem.¶Quintum.Ius naturale,secundum Isido.in lib.Etym.est commune omnium nationum, quod S.Th.1.2.q 94.art. 4.dicit esse verũ quãtum ad prima principia secundum rectitudinem, quia.s.semper sunt recta,& obseruanda, & secundum notitiam, quia.s.semper, & ab omnibus cognoscuntur esse recta,& seruanda. Et similiter est verum quãtum ad conclusiones,secũdum rectitudinem,& notitiã,vt in pluribus, sed in paucioribus deficit, quantũ ad rectitudinẽ propter particularia impedimenta, sicut depositũ in casu non est reddendum, quia esset damnosum,& consequenter irrationabile,vt si repetatur ad impugnandum patriam, & similiter deficit in paucioribus quantum ad notitiã, ex hoc,ꝙ aliqui habent rationem passionib. deprauatam:vel malam cõsuetudinem,seu malã habitudinem naturæ: sicut Germani olim non reputabãt latrocinia esse peccata,vt refert Iulius Cæsar.Nec obstat quod dicit Gratia.in prin.Decretorũ,ius naturale esse quod in Lege, & Euangelio continetur, quæ non sunt omnibus cõia: quia vt dicit S.Tho.non ideo sic dr̃ quasi oĩa contenta in illis sint de iure naturæ, cum ibi quædam tradantur supra naturam,vt spectantia ad fidem,sed quia ea, quæ sunt de iure naturæ ibi plene continentur,vt quod fiat,vel non fiat alteri, quod quis sibi vult,fieri,vel non fieri.Quantum vero ad particulares determinationes non est omnibus commune: quia vt patet vbi sup.q. 95.illæ non habent vigorem,nisi ex humana lege,quæ.s.non est eadem apud omnes.¶Sextum.Ius naturale prius est omni lege create, quia cœpit ab exordio creaturæ rationalis, vt dicit Gratian.di.6.in fin.& post hoc exordium habuit ius consuetudinis.

4 Qvarto †quæritur,quis posset facere legem? Et dico quòd secundum Hostien.canonem, i.ecclesiasticam constitutionem facere potest Papa generalem in omnibus spiritualibus,& ecclesiasticis.de const. c.& generale Concilium eius auctoritate factum.dist.3.regula,& Legatus in prouincia sua,de offi.leg. c.de loc.& cond.ex rescr. & Concilium prouinciale, siue legatus ad faciendum illud specialiter destinatus.d.st.16.quod dr̃,& metropolitanus cum suo concilio prouinciali de paruis negocijs,& spectantibus ad onus suũ, non autem de magnis, vt spectantibus ad fidem.17 dist.multis, sed sui canones obligant solùm sibi subditos,i.prouinciales. & secundum Arch.dist.3.§.1. durant etiam eo recedente.de offic.leg.nemini.de alijs autem præceptis,inhibitionibus, & interdictis, dicit, ꝙ si prohibeat aliquem aduocare potest tempus suæ administrationis, ille aduocare poterit.ff.de pœ.l.vlt.secundum Vinc.& similiter si ad tempus prohibet illud. ff.de pœ.l.mortis.Si vero sententialiter cũ causæ cognitione,suo officio finito nihilominus tenet statutum.& intelligitur. C. de postu.l.1.Et similiter canonem facere potest episcopus in sua diœcesi.de maior. & obed. si quis,& hoc saltem in suo concilio synodali, secundum glo. distinc.18.§.1.licet propriè non consueuerit dici canon,sed constitutio synodalis. Et similiter capitulum potest sibi constitutionem facere,extra eo.c.cum accessissent,& vniuersitas clericorũ, ac magistrorum, extra eod. ex literis.& similiter statuere aliquod ius, distin. 11.catholica.vbi dicit Arch.quòd nullum statutum facere potest ecclesia cathedralis, vel alia sine consensu episcopi. de consuet.cum consuetudinis, & de his, quæ fi.à præl.nouit. nisi sint aliqua minima. Et ratio est,quia episcopus est caput cathedralis ecclesiæ, & aliarum,de testi.requisisti. & sine capite nihil est faciendum,secundum Innocen. qui sic no.de const.cum accessissent. & quod videtur contradicere,extra,de const.cũ oẽs. & de cle.nõ re cum dilectus. Dic,ꝙ illa iura possunt intelligi,quando illa constitutio facta fuit authoritate episcopi, vel non erat qui illam impugnaret: aliàs non valeret, nisi Papa ex certa scientia illam confirmasset, secundum Ber. Compost.qui ita not.in d.capit.cum omnis. ¶Legem vero ciuilem generalem facere potest in temporalibus Imperator. C.de legib. l.2.& l.fi. & præfectus prætorio, & oẽs quib.

Impe-

Imperator hoc mandat, & populus Rom. & Romanus Senatus, & omnis ciuitas, seu populus potest sibi legem facere. Et probantur hæc omnia Instit. de iur. na. §. 1. & 2. Dicit autem Bal. in l. omne populi. ff de iust. & iur. ꝙ quantum quis habet de iurisdictione, tãtum habet de auctoritate condendi legem, vel statutum, nec vlterius extenditur, nisi hi, quorum interest consentiant, vel ad minus sint præsentes, secundum Innoc. c. 1. de loca. & in c. a nobis, el 1. de sent. excomm. & alleg. c. fin. de his quæ fiunt a præla. Ratio secundum Do. Ant. in cap. cum laicis. de reb. eccl. non alie. quia potestas statuendi dependet a iurisdictione, & imperio in statuente, & subiectione, quo ad eum, in quem statuitur. de constit. eccle. 96. dist. bene quidem gl. & Bart. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. ¶ Omnium autem dictorum in hoc. §. quo ad canones & leges rationem assignat S. Tho. 1. 2. q. 90. quia, inquit, ordinare aliquid ad bonum commune, quod facit lex, est vel totius multitudinis, vel alicuius gerẽtis vices eius, vnde legem condere pertinet ad totam multitudinem, vel ad personam publicã, quæ habet curam totius multitudinis. Et dicit etiam idem in 2. distin. 44. in lit. quod potestates spiritualis & secularis Papa apicem tenet. Vnde dico, ꝙ ipse potest quo ad ciuilia ex causa facere legem vbique melius, quam Imperator, vide supra Legitimatio. §. 4.

5 QVINTO † quæritur, quæ, vel quot requiruntur ad legem esse iustam? Et dico secundum Arch. post S. Th. 1. 2. q. 96. art. 4. qđ leges dicuntur iustæ, vel iniustæ, secundum quadruplex genus causarum, quod sic intellige, quia requiritur ad iustitiam earum iustitia secundum omnes causas simul, ad iniustitiam vero sufficit iniustitiam secundum vnam, quia secundum Dio. bonum ex totali, & integra causa, malum ex singulis defectibus. ¶ Ex fine igitur dicitur lex iusta, quando ordinatur ad bonum commune: quod est finis eius; iniusta vero, quando est contraria bono communi, sicut quando imponitur ad priuatam vtilitatem imponẽtis, vel cupiditatem aut gloriam, iniusta est. ¶ Ex causa vero efficiente iusta est, si statuens non excedit suam potestatem, quia scilicet eam facit subditis suis; iniusta vero si fert eam super eos, in quibus non habet potestatem, puta si laicus quicunque, etiam Imperator, faciat legem etiam super clericos, vt quod respondeant in foro suo, vt soluant tallias, & huiusmodi. ¶ Ex forma vero iusta est, quando est secundum æqualitatẽ proportionis imponuntur onera subditis in ordine ad bonum commune, quia cum vnus homo sit pars multitudinis, quilibet homo qđ est, & quod habet est multitudinis, sicut & quælibet pars, quod est, totius est: vnde ex causa iusta a rectoribus imponuntur collectæ, secundum proportionem, puta ad se defendendum in bello iusto, iniusta vero quando non imponuntur onera proportionaliter sed aliqui alleuiantur, aliqui nimis notabiliter aggrauantur. ¶ Ex natura vero iusta est, quando est de rebus in se iustis: iniusta vero quando est de illicitis, puta contra ius diuinum, aut naturale.

6 SEXTO † quæritur, quæ & quot requirãtur ad hoc, quod lex habeat vim obligatiuam in se, siue in communi? Et dico, quod multa. ¶ Primo, ꝙ sit iusta: quia alias non habet rationem legis, secundum S. Thom. vt dictum est. ¶ Secundo quod sit publicè promulgata, aut solenniter edita: puta in cõcilio populi, scđm Pan. de postu. præla. c. 1. ¶ Tertio, quod elapsũ sit tempus, post quod incæpit obligare circa quod sciendum est, quod Hostien. & similiter Ber. quos sequitur Supple. dicit indistinctè constitutionem generalem incipere arctare post duos menses a publicatione, vt in authẽ. vt fac. no. constit. in rubro & nigro. colla. 5. & idem Ioannes Andr. nisi aliud in constitutione caueatur, quia inquit, cum hoc sit iure ciuili expressum, & iure canonico contrariũ non sit cautum, illud seruabimus, quoniam ẽt roboratum videtur extra, ne cle. vel mona. capitu. vlt. & de sent. excom. nouerit. inferiorũ autem constitutio secundum eundem Hostiẽ. puta, capitulorũ & vniuersitatum, vel episcopi, & huiusmodi, ligat incontinenti facta promulgatione, nisi forte absentes, & ignorantes, quibus neque tempus dabitur, neque limitabitur, sed relinquitur iudicis arbitrio. extra. qui ma. accus. pos. capitu. fin. Sum. vero Ange. indistinctè dicit legem, postquam est solẽniter edita, ligare scientes sine expectatione temporis alterius. Summa vero Ros. melius distinguit Pan. in c. cognoscentes. extra eodem. Nam aut constitutio ponit tempus, post cuius lapsum vult ligare, & standum est tempori, & sic intelligendum. ca. cum singula, & de præb. li. 6. adeo ꝙ si constitutio dicat, quod ex nunc vult ligare, immediate ligat, quod intellige respectu retractationis actus, non aũt respectu pœnæ, quia absurdum esset ad pœnam obligari ignorantes, vt in d. capit. cognoscentes. nam verba generalia debent restringi ad hoc

hoc vt absurditatē non includant. Aut consti tutio non apponit tempus, sed loquitur simpliciter, & tunc si est inferioris a Principe, immediate ligat omnes facta promulgatione nisi forte absentes, & ignorantes, quibus nec tempus dabo, nec limitabo, sed iudicis arbitrio relinquo: in constitutionibus tamen inferiorum a Principe opinio est determinata, quod non ligant ignorantes, extra eod. vt animarum libr. 6. Si vero est constitutio principis, secundum omnes dantur duos menses, vt in dicta auth. vt fac. not. constit. quod quidem tempus incipit currere secundum aliquos a publicatione facta in prouincia, vt videtur velle d. auth. secundum alios vero a publicatione facta in curia Romana. pro quo vide glo. super data lib. 6. vbi dicit Ioan. And. primum esse verum in constitutiones Imperatoris, qui discurrit per prouincias. secundum vero in constitutione Papæ, qui sic non discurrit. Et ita expressè tenet Panor. in ca. nouerit. de sentent. excomm. dicens non esse necesse cōstitutionem Papæ publicari in qua libet prouincia, sed satis esse si in curia Romana. Et ita tenet Summa Ros. & tenendum est, cum eius statuta non sint singulorum auribus inculcanda. de po. præla. cap. 1. licet ipse Panorm. in d. cap. cognoscentes. dicat se de hac opinione Ioann. Andr. dubitare. Summa tamen Angel. idem tenet esse de vtraque constitutione, contra illud quod seruatur in practica; & præterea cum nulla forte decretalis publicata sit in omnibus prouincijs, nulla vbique ligaret. Si vero ante terminum dicti temporis constitutio veniat ad notitiam, immediate ligat, secundum gloss. in capitu. 1. de reb. eccles. non alien. lib. 6. & idem Panor. ibi, & idem Hostiens. & idem Panorm. in cap. de postu. præla. & placet Io. de Lig. quia frustra expectatur euentus, cuius nullus est effectus. de offi. deleg. cum contingat. ¶ Quartò, quod per inferiores sit suscepta & approbata. dist. 4. in istis. §. leges. vbi & virtualiter hæc ratio assignatur, quia si mores vtentium possunt legem confirmatam abrogare, possunt etiam facere ne firmetur, & accipiat vim obligatiuam. Et si opponitur, quod hoc sit absurdum, quia potestas condentis legem penderet à subditorum arbitrio: dico primo hoc esse inconueniens in principe seculari, id est, Imperatore: quia vt recitat, & sequi videtur Arch. distin. 3. lex. quidam, vt Landu. dicunt populum posse auferre Imperatori authoritatem, quam in eum transtulerunt, iuxta §. sed quod principi. Instit. de iur. nat. sicut iudex, qui delegauit, sed omnes ecclesiæ non possunt auferre authoritatem à Papa, quia eā habet a domino. Vide si vis Archiepiscop. 3. parte. tit. 18. capitu. vnico, columm. 3. Esto tamen quod illud sit inconueniens in Imperatore, sicut in Papa: dico quod hoc non sequitur: quia potest princeps deputare executorem compellentem ad obseruantiam legis: quo casu necessaria erit susceptio legis subditis cō pulsis. Et dato, quod compelli non possint: adhuc non sequitur illud inconueniens, quia eo casu, quo princeps vult compellere, sed nequit, non receptio non impedit vim legis, cum eo modo eam impediat quo consuetudo tollit, scilicet quia princeps scit, & tolerat. ¶ Circa hoc Cardin. in procem. clemen. duo dicit, primum quod non receptio tunc excusat, quando lex per consuetudinem contrariam est nō recepta: quam princeps scit, & tolerat. quod intelligo, quia alibi, vel a maiori parte est recepta, & sic intelligitur dictum capitulum, *in his.* & capitu. sequen. secundum quod alias non receptio nihil operatur. Ego autem approbo primum dictum, & secundum, quando maior pars recipit, vel princeps non receptionem non tolerat, secus si eam scit, & tolerat: puta, si condita lege antequam veniat tempus receptionis actualis, seu vsus, propositum mutat, & tolerat non vsum. ¶ Pro maiori autem horum notitia sciendum est, quod glossa singularis in capitulo, quia circa. de consanguinitate, & affinitate dicit, quod tolerantia, & dissimulatio principis in actu de iure prohibito inducit dispensationem, quod dominus Anton. intelligit, quando constitutio Papæ a principio non recipitur, Papa scient, & tolerante: quo casu tolerantia excusat a peccato, non autem si a principio recipitur & ab aliquibus, & ab aliquibus non: hoc autem Panormitanus limitat, quando maior pars populi recipit eam quia tunc minor peccat, secus econtra. Et hoc nota pulchram theoricam, quod vbicumque lex generalis recipitur in vsu a certo genere personarum, ab alio vero non: non recipientes non peccant, saltem per longa tempora, ad quod distinctio quarta leges. Secus si in eodem genere personarum maior pars recipit, quia minor nō excusatur, sed potest habere locum illud, de præbend. cum iamdudum, scilicet, Multa per patientiam tolerantur, & cæter. Et ex his etiam colligi potest alia theorica, scilicet quod etiam lex

præ-

præceptiua tollitur, si moribus vtentium nõ recipitur, licet aliud censeat Host. cuius dictũ est verum, quando lex est principis inducens ex natura sua peccatum ex contrauentione, vt quia concurrit cum lege diuina, sup. Consuetudo. §. 3.

7 SEPTIMO † quæritur, quot, & quæ requirantur ad hoc, vt lex obliget, & liget istum hominem, vel illum in particulari? Et dico, ꝙ requiruntur quatuor requisita ad hoc ꝙ in se habeat virtutem obligatiuam, de quibus in §. priore dictum est, & vlterius requiritur, ꝙ non ignoret legem sine culpa, sed eam sciat, aut ignoret sua culpa: iuxta ea, quæ dicta sũt supra Ignorantia. §. 8. Et qui voluerit ignorãtiam probare, postquam sciẽtia præsumitur, i. post tempus quo lex cœpit arctare, indubitanter admittendus est, secundum Pano. in d. cap. cognoscentes. & in c. fi. qui ma. accu. pos. & in l. fi. ff. de decre. ab ord. & in c. 1. de postu. præl. vbi dicitur, quòd non facile admittitur ex quo sequitur, quòd admitti põt. Ex quo etiam patet, quòd in conscientia non ligatur ignorans sine culpa sua: alioquin frustratorie admitteretur ad probandum suã ignorantiam. Admittitur autem secundum Direc. & Ioan. And proprio iuramento. de sent. excom. si verò el 2. vel in alio modo si probare potest, quia fuit in alio loco, vel extra diœcesim, secundum Ber. Inn. & Hos. in cap. cum in tua. qui ma. acc. pos. Si tamen præsumptio aliqua esset contra eum, non crederetur iuramento: quia in dependentibus a conscientia alicuius non statur iuramento eius, vbi sunt coniecturæ aliquæ in contrarium, vt dicit Panor. in c. vidua. de reg. quod intellige in foro contentioso: secus in foro animæ, vbi conscientiæ suæ statur.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum lex canonica, vel ciuilis, aut quæcunque cõstitutio, vel statutum obliget ex sua transgressione ad mortale semper, & ĩ omni casu? Et dico, quod lex vel statutum quandoque præcepit, quandoq. mandat, quandoque consulit, quod quando fiat, vide inf. Præceptum. §. 2. Omnis igitur transgressio præcepti, mandati, vel consilij, si fit ex cõtemptu, est peccatum mortale eo modo, quo dictum est sup. Contemptus. §. 2. Transgressio verò mandati cessante contemptu est veniale tantum, secundum Doc. quod intelligo etiam in cõstitutionibus ciuilibus: quia secundum Arc. post Ang. leges Imperiales iustæ obseruationis necessitatẽ imponũt etiam in foro conscię. Transgressio verò p̄cepti, seu statuti præceptiui, humani, canonici, vel ciuilis, cessante contemptu, de se, & regulariter est peccatum mortale, nisi fiat ex rõnabili cã, secus si fiat, ex causa rationabili vera, vel saltem probabiliter credita. Hoc enim sentit S. Th. quo ad ius canonicũ. 2. 2. q. 147. ar. 3. ad secundum, vbi dicit, ꝙ transgrediens p̄ceptum de ieiunio ex contemptu, vel impediẽdo finem legislatoris, peccat mortaliter, nisi ex causa rationabili. Et similiter quantũ ad ius ciuile. 2. 2. q. 96. ar. 6. vbi dicit, ꝙ oĩs lex ordinatur ad bonum commune. Sed contingit, ꝙ aliquid seruari communi saluti sit vtile in pluribus, quod tamẽ in casu est nociuũ, & tunc lex non est seruanda, vt si lex mandet non aperiri portas dum ciuitas est obsessa, nihilominus aperientur contra verba, & secũdũ mentẽ legis, eo casu quo hostes insequerent aliquos, per quos ciuitas conseruat̃. Hoc tñ considerandum est, ꝙ si obseruatio legis, scd'm verba non habeat subitum periculum, cui oporteat statim occurri, non pertinet ad quemlibet interpretari, quid sit vtile, sed est solius principis, qui ꝑꝑ hmõi casus hẽt authoritatem dispensandi in legibus. Si vero sit subitum periculum, non patiens tantam morã, vt ad superiorem possit recursus haberi ipsa necessitas dispensationem hẽt annexam, q̃a necessitas non subditur legi. Hæc ex illo. & sic verum est illud, necessitas nõ habet legẽ: sed ipsa sibi facit legem. 1. q. 1. remissionem. §. sed notandum. Idem ẽt sentit Archid. in c. vtinam. dist. 76. dicens, ꝙ præcepta quæ per modum statuti, vel constitutionis proponuntur, non eodem modo obligant oẽs, sed secundũ quod requiritur ad finem, quẽ legislator intendit, cuius authoritatem si quis transgrediendo contẽnat, vel alio modo transgrediatur, quod impediatur finis quem intẽdit peccat mortaliter. Sed si ex rõnabili causa non seruet, & præcipuè si nõ decerneret esset seruandũ legislator si adesset, non est mortale. Et si obijciatur, ꝙ pręcepta ecclesiæ obligãt sicut p̄cepta Dei, scd'm illud Luc. 10. Qui vos audit, me audit dic qđ p̄cepta Dei sunt iuris naturalis, & secũdũ se necessaria ad salutem, sed statuta ecclesiæ sunt de his, quæ non sunt per se de necessitate salutis, sed solũ de institutione ecclesię, vnde pñt esse aliqua impedimenta, propter quæ quis ad obseruanda ieiunia non tenetur, scd'm S. Tho. Hæc ex illo. Et consentit Pan. super rubr. de ob. ieiu. dicens, ꝙ in omni præcepto legis positiuæ admittit exceptio causæ rõnabilis, vt in c. si quãdo. de rescr.

reſcrip.alias tranſgreſſio eſſet mortale,ēt ſi-
ne contemptu.Nec eſt facienda diſtinctio an
tranſgreſſio fiat ex cōſuetudine, vel ne:quia
iteractio actuum de ſe ex veniali non facit
mortale. Et ſi obijciatur, quia ebrietas ſi eſt
aſſidua,eſt mortalis.25.diſt.§. alias ea demū
dic vt ſup.ebrietas.§.1. Opinio autem Sum.
Ang.eſt, quòd non ſit mortale facere contra
præceptum legis humanæ,niſi ex cōtemptu,
vel conſuetudine.De hoc etiam ſup.Ieiuniū.
§.8.& ſup.Inobedientia.

9 Nono † quæritur, vtrum leges humanæ,ca
nonicæ,vel ciuiles obligent in foro conſciē-
tiæ, ſic quod ſemper ſint ſeruandæ? Et dico,
ꝙ ſec.S.Tho.1.2.q.96.& 2.2.q.60.leges huma
næ,ſi ſunt iuſtæ, habent vim obligandi in fo-
ro conſciæ a lege æterna, a qua deriuantur,
ſecundum illud Prouerb.8. Per me reges re-
gnant,&c.non autem ſi ſunt iniuſtæ, niſi ra-
tione ſcandali vitandi in his,quæ ſunt contra
Deum. Sed hæc dicta ſunt vera regulariter,
in caſu tamen aliter eſt. Vnde Pan in ca. quia
plerique.de immu.eccl.ex mente Doctorum
ponit duas regulas ad cognoſcendū qñ ligāt
in foro conſcientiæ. ¶ Prima eſt,ꝙ vbicunq;
ius poſitiuum habens concurſum legis, ſeu
æquitatis naturalis diſponit ſuper reſtitutio
ne,vel retentione, ſeruanda eſt talis lex, etiā
in foro conſcientię, & probatur regula,quia
lex poſitiua peccati non nutritiua,eſt ſeruan
da etiam in foro conſcientiæ, ex quo nulla
alia lex diſtinguit eo caſu inter forum iudi-
ciale, & pœnitentiale:nec ſubeſt cauſa diſtin
guendi. ¶ Secunda.Vbicunq; inter legem po
ſitiuam, & naturalem datur diſcrepantia, ſer
uanda eſt lex, ſeu æquitas naturalis in foro
animæ,niſi lex poſitiua ex aliqua iuſta, & ve
ra cauſa diſponat contra illam,quod quomo
do fieri poſſit, vide ſup.Conſuetudo.§ 9.
¶ Adde tertiam,quando ius ciuile non conti-
net in ſe peccatum, nec ab eccleſia reproba-
tur, quia ſeruari debet in foro conſcientiæ,
quia vbi Euāgelicis, & canonicis decretis nō
obuiauerint, oī reuerentia dignæ habeātur,
ſ.leges ciuiles,diſt.10.§.ecce,niſi vt inf.§.eo-
dèm.caſu 10.& §.15.per totum. Et quantum
colligitur ex Inn.in c.quia plerique.de imm.
eccl.& de hom.in c.ſicut dignum. & ex conſ.
21.& Fed.& Io.Cal.& Panor.in prol.Decre-
talium.& Io.And.in cap. quanquam de vſur.
& multis alijs in caſibus vndecim, lex cano-
nica,ciuilis,aut etiam præceptiua,in foro cō
ſciæ non eſt ſeruanda. ¶ Primò,quādo lex po
ſitiua diſtinguit inter forum conſcientiæ, &
contentionis,quia non ſeruabitur in foro cō
ſciæ authoritate ipſius legis.cap.tua.& quod
ibi no.de ſpon. ¶ Secundò,quando ius ſe fun
dat ſuper præſumptione, & non ſuper verita
te,quia in foro conſciæ attendimus ad veri-
tatem, vt credamur confitenti de omnibus:
quia ſolum agitur de præiudicio animæ eius.
de hom.ſignificaſti. vnde ſi veritas ſit contra
præſumptionem, non ſeruabitur. Vnde licet
hæres non fecerit inuentarium,tamen in cō-
ſcientia non tenebitur, niſi inquantum veri-
tas ſe extendit, quamuis ius aliter velit, quia
præſumitur plus eſſe in hæreditate, vt in au-
th.de hære.& Fal.no.& probatur in d.ca.tua.
& in c.literis.in fi.de reſti.ſpol. & ī c.a nobis.
el 1.de ſent.excom.pro quo vide Bald.in l.1.
C.de ſacroſ.eccl. Si autem ius hoc faceret in
pœnam:vide inf.Pœna. ¶ Tertiò,qñ lex non
eſt ad vtilitatem communem, ſed princeps
propter vtilitatem propriam edidit.facit ca.
erit aūt lex.di.4.quo caſu dr̄ lex īiuſta ex fine,
ſecundum Pan.in c.canonem.de conſtit.& S.
Tho.1.2.q.96.artic.4.Adde idem eſſe ſi ſemel
inſtituta ſit ad bonū cōe,ſed iam ad illud non
militat: puta, cum inſtitutum eſt pedagium,
ad ſecuritatem, & commoditatem viarum, &
non cuſtodiuntur viæ, vel non reficiuntur
pontes, & huiuſmodi. ¶ Quartò, quando lex
non diſtribuit æque onera ſubditis, quia eſt
iniuſta ex forma,ſecundum eoſdem. ¶ Quin-
tò,quando excedit authoritatem ſtatuentis,
vt patet in ſtatuto epiſcopi, quod non ligat
delinquentes extra ſuam diœceſim ēt ſubdi-
tos ſuos,vt in c.vt animarum,de conſti.lib.6.
quia eſt iniuſta ex authoritate ſine cauſa effi-
ciente. ¶ Sextò,quando inducit ad peccatum
contra legem Dei,vel naturæ, vel iuris cano
nici, qa eſt iniuſta ex materia, cuius ſunt mul
tæ, de quibus infra §. ſequenti, quod limita,
niſi in pœnam deneget aliquid propter ali-
quod bonum publicum,vt ꝙ nō ſoluens ga-
bellam non audiatur,vel inſtrumentum non
regiſtratum in libris communis non reputeť
authenticum,ſed falſum:quia locum habebit
etiam in foro conſcientiæ,ſecundum Bald.in
c.ſi quis triginta ſi de feu.controu.fue.& idē
exemplificat Bar.in extrauagan. ad reprimē
dum, in verbo denunciationem in Macedo-
niano & Velleiano. ¶ Septimò, quando eſt
pœnalis; quia ante condemnationem nō te-
netur quis ſoluere pœnam in foro animæ,vt
eſt gl.in cap.fraternitas,12.q.2. de quo dic vt
infra Pœna.§.26. ¶ Octauò,quando rō legis
ceſſat in foro animæ: quia licet lex cām, vel
ratio-

rationem non exprimat, eam tamen non debemus coniecturari, & ad limites eius legem limitare vel ampliare, iuxta theoricam Doc. in l. non dubium. C. de legibus, cuius exemplum vnũ est in clausione portarum, de qua sup. §.13. prope medium. Aliud vero, si statuto caueatur: quod vir lucretur dimidiam dotis vxore moriẽte, causa non expressa: cuius causam debemus coiecturari expensas mariti in deducenda vxore ad suam domum, & consequenter si eam non deducit, non lucratur; secus si æquè lucraretur mulier vt vir: quia tũc causa æstimaretur affectus maritalis: ideoque etiam si non duxisset, lucraretur. Et hoc not. Panor. in capitu. ex publico. de conuer. coniu. & facit quod idem not. in c. quia in insulis. de sta. mo. quo inf. §.17. ¶ Nono, qñ verba legis non adaptantur ad aliquem casum, quia nec eius dispositio adaptabitur, si de mẽte aliter non constiterit, vt est notabile dictum Barto. in lege 4. §. toties. ff. de dam. infec. & in l. ita autem. ff. de admi. tut. vbi dicit, ꝙ si statuto caueatur, ꝙ soluantur ꝓ gabella de quolibet cõtractu sex denarijs ꝓ libra iusta non hẽbit locum in re æstimabili, qa cũ verba non ãdaptentur nec dispositio, & facit ca. indemnitatibus. §. sed cum eas. & ibi Gem. de elec. libr. 6. & Barto. in l. constitutum. ff. de test. mil. ¶ Decimo, quando lex ciuilis, licet nõ sit improbata iure canonico, tamen fouet lucrum odiosum proximo, vel rigorẽ quendam: cuius exẽplum est in cap. filius noster. de testamen. vbi licet lex ciuilis disponat valere legatum rei alienæ, non est tamen fouenda in foro animæ, quia fouet lucrum odiosum hæredi, nec est fundata super naturali æquitate apertè nõ constito de voluntate defuncti, & facit in simili ca. ex parte, in fi. de cen. & cap. dilecti. de iud. & c. 1. de do. & contu. de quo dic, vt supr. Legatum 3. §. 2. ¶ Vndecimo, quando lex ciuilis non fuit moribus vtentium recepta, & ca non aliter non disponit expresse, quia non obligat de necessitate, vt no. Pan. in c. literas. de iuram. calum. De lege autem canonica, vel statuto, dic vt sup. § 6. ad fi.

10 Decimo † queritur, quæ sint leges imperiales iniustæ ex materia, vel secundum animam non ligantes, & non seruandæ? Et dico, ꝙ sunt multæ. ¶ Primo, illæ quæ concedunt filium germani vnius posse copulare matrimonium cũ filia alterius germani, vt Inst. de rap. §. inter eas, & C. de nup. l. nemini: qa secundũ Deum tales debent penitus separari de cõsangui. & affi. non dẽt. & 35. q. 3. ꝓgeniẽ. ¶ Secundo, illæ quæ dicunt puellam raptam non posse contrahere matrimonium cum suo raptore, C. de ra. virg. l. vnica. quia hodie secũdum Canones, p̃t de rap. c. fi. licet secũdũ antiquos Canones nõ posset. ¶ Tertio, illæ quæ concedunt homini soluto tenere mulierẽ solutã in concubinam, vt in auth. quib. mo. nat. effi. sui. §. si quis, quia secũdũ Deũ etiam simplex fornicato est peccatũ, & excludit a regno Dei. 1. Cor. 6. ¶ Quarto, illæ q̃ concedunt viro occidere adulterum vxoris deprehensum in adulterio, si est persona vilis, & cui non debeatur reuerentia. ff. de adul. l. marito. l 1 1. & l. si adulterium, & C. de adult. l. Gracchus hodie autem iure nouo non solum deprehensum in adulterio, sed etiam vbique post trinam denunciationem potest occidere: vt in authent. vt liceat matri, & auiæ, §. pen. & vlt. & quæ concedunt patri habenti filiam in sua potestate, occidere adulterum filiæ in domo sua, vel generi fornicantem, & ipsam filiam, ff. de adul. l. pater. & l. non in ea, & etiam inuẽtum in rebus venereis, per l. quod ait, ff. de adul. q̃ secundũ gl. sunt antecedentia scelus, scilicet apparatus, colloquia, locus constitutus, cõuiuia, basia, tactus, & idem Bar. & similiter de latrone, & populatore agrorum, quia secundũ Deũ nihil horum licet, secundum illud Exod. 20. Non occides. de quo etiam vide supr. Homicidium 1. §. 2. par. 5. ¶ Quinto, qui damnant tenentem in vxorem depræhensam in adulterio. C. de adulte. l. crimẽ. & l. castitati, quia secundum Deum, & iura canonica potest illam tenere sine pœna, modo velit ab adulterio recedere 31. q. 1. §. obauditur. ¶ Sexto quæ concedunt in multis casibus repudium vxoris, & dissolutionem matrimonij rite contracti: & maxime in casu, quo no. in capitu. lege distin. 10. & 27. q. 2. sunt qui dicunt, quia hoc in eisdem. capitul. prohibetur. ¶ Septimo illæ quæ vxorẽ nubentem intra tempus luctus mariti, idest vnius anni; damnant infamia, & multis pœnis. C. de secun. nup. l. 1. & 2. quia dicit Apostolus, ꝙ nubat mulier, cui vult. de secund. nup. c. 1. in fi. vbi no. Inn. quod ei remittuntur omnes pœnæ, quæ sunt tantũ ad pęnã ipsius secus si inde proueniat aliquid ad alios, quod Dominus Ant. de But. magis ibidem declarat, dicens, quod pœnæ fundatæ super odio secũdarum nuptiarum, vel festinatione transitus sint correctæ, vt in d. c. fi. quia contrahere matrimonium non est odiosum, neque prohibitum, sed ab Apostolo ꝑmissum, quæ vero fundatur sup fauore primi matrimonij, adhuc durant:

rant:ſicut ſi mater conſequitur aliquid àb in-
teſtato, vel ex teſtamento alicuius filiorum
prioris matrimonij:habet ſolum ſuper eo vsū
fructum dum viuit, remanente proprietate
apud filios eiuſdem matrimonij ſi extant: qui
bus non extantibus conſequitur plenum ius:
vt l.fœminæ.§.fin.de ſecun. nup. Adde quod
reſtant pœnæ poſitæ in fauorem filiorum, &
propter culpam matris,ſicut lex imponit pœ
nam matri,quæ agnouit tutelam filij, & tran
ſiuit ad ſecunda vota,non petito tutore filio:
vt in lege omnem matr.C.ad Tertul. ¶ Octa-
uo, illæ quæ filium ſpurium dicunt non eſſe
alendum,vt ſupra filius.§.4.¶ Nono,illæ quæ
dicunt hæredem,ſi non fecerit inuētarium te
neri ad omnia debita defuncti:cuius cōtrariū
dictum eſt ſupra Hæreditas. 3.§.5. ¶ Decimo
illæ quæ in certis caſibus dicunt hæredem nō
teneri de maleficio defuncti:quia vt ibi ſupra
patet, tenetur ad omnia eius debita etiam ex
maleficio inquantum hæreditas ſufficit.¶Vn-
decimò, illæ quæ volunt relictum in vltima
voluntate non valere,niſi habeat ſeptem,vel
quinque teſtes. C. de teſt. l.ſi vnus.& l.fi.quia
ſecundum Deum in relictis ad pias cauſas,ſuf
ficiunt tres,aut etiam duo teſtes,de teſta.cum
eſſes:& ca.relatum.¶Duodecimo, illæ quæ di
cunt hominem non teneri ex promiſſione nu
do pacto ſine alia iuris ſolennitate, cum non
oriatur inde actio. ff.de pactis.l.iuriſgētium.
quia ſecundum Deum, & Canones mortali-
ter peccat recedens à pacto,extra de pact.ca-
pitu.1.22.q.5. iuramenti cum his, quæ ibi no.
& idem ſi promitto vni recipienti pro alio:
quia ſecundum Deum teneor, non autem ſe-
cundum leges, niſi promiſſio facta fuerit per
ſonæ exiſtenti ſub alterius poteſtate:vt ſeruo,
ſeu filiofamilias, vel procuratori,ſeu negotio
rum geſtoris, quia per hos bene acquiritur
patri,& domino. Inſtit.per quas perſon.nob.
acqu.obli.per totum.& ff.& C.de procura.&
de neg. geſt.¶ Decimotertio illæ quæ inter
ementes,& vendentes,concedunt,vel pręmit
tunt deceptionem,iuxta dicta ſupra,Emptio.
7.¶ Decimoquarto, illæ ſecundum quas non
licet emere,ſeu vēdere iura, & actiones, quę
quis habet contra alium pro minori pretio,
quam ſit debitum principale, aliter non va-
let emptio, nec petit poteſt, niſi vſque ad id
quod ſolutum eſt, nec etiā poſſunt talia iura
pro parte vendi,& pro parte donari,C.mād.
l.per diuerſas.& l.ab Anaſtaſio. ſed ſecundū
Deum talis emptio licet,modo non fiat ī frau
dem vſurarū,ſed propter intereſſe,aut labo-
rem,qui forſitan erit in rehabendo, ſeu quia
dubitat̄ ne debitor fugiat, aut veniat ad pau-
pertatem.Sed de hoc vide infra Vſura 2.§.1.
¶ Decimoquinto,illæ ſecundum quas poſſeſ-
ſor malæfidei longiſſimo tempore, id eſt. 30.
vel xl.anno.præſcribit: quia hoc eſt falſum ſe
cundum iura canonica,extra,de regu.iur.ca-
pitu.poſſeſſor.libro.6.vide infra Præſcriptio.
¶ Decimoſexto,illæ quæ maleficio cogitatio-
num regulariter non puniunt.ff.de pœn.l. co
gitationis.quia omnis mala cogitatio, vel a
Deo,vel per pęnitentiam punienda eſt. 33.q.
2.omnis.¶ Decimoſeptimo,illæ quæ licet pu-
niant magos,& veneficos, tamen qui hæc fe-
cerint contra imbres,ventos,& grandines,ſe
cundū eas præmiantur.C.de malef.l.eorum;
quia ſecundum Deum talia etiam ſic facere
eſt grauiſſimum peccatum, vt probant S.Th.
2.2.q.96.¶ Decimooctauo,illæ ſcd̄m quas li-
citum eſt in cauſa ſanguinis corrumpere accu
ſatorem.ff.de præuari. l.fi. quia hoc ſecūdum
Deum non licet.1.5.qu.69.¶Decimonono,il-
læ quæ vſuras præmittunt, ſed hodie etiā per
leges omnes abrogatæ ſunt vt infra Vſura.§.
1.q.1.ſicut quæ puniebant mulierem in lupa-
nari,vt dicit S.Th.

11 Vndecimo † quæritur,quæ ſint leges iniu-
ſtæ non litigantes etiam laicos,nec ſeruandæ
in foro contentioſo,eccleſiaſtico, vel ciuili?
Et dicit Inno.in cap.fi.de reb. eccle.non alie.
& ſequitur Panor.in c.1.de reſt.in integ.quod
vbi ius canonicum in aliqua materia dat re-
gulam ſpecialem, non debemus illam diſtin-
guere per ius ciuile.v.g. canon inducit ſuam
ſolennitatem in alienatione rei eccleſiaſticæ,
ideo ſeruare non debemus illam iuris ciuilis
poſitam in authen. hoc ius. C.de ſacroſanct.
eccl.Ex hoc elicio,quod in foro eccleſiaſtico
nulla lex valet, cui aliquis canon ſpecialiter
contrariatur,quod etiam patet,quia diſtin.10.
per totum,patet,ꝙ leges ſeculares legibus ca
nonicis contrariæ nullius ſunt momenti:& le
ges ſacros Canones ſequi non dedignantur,ꝑ
cipue in matrimonijs,vſuris,& hmōi,in auth.
vt non lux. con.na. colla. 6. in auth. vt cle. a-
pud propri.epiſ.col.6.ſi vero eccleſiaſticū,qđ
ſaltem in foro eccleſiaſtico eſt indubitatum
vt etiam ſentit Io.And.in regula,Poſſeſſor.li.
6. relinquens ſub dubio de foro ciuili vtrum
in eo poſſit Papa leges corrigere, vel aufer-
re:& expreſſe Panor.in c.clerici.de iud.dicit,
quod in materia eccleſiaſtica non datur con-
trarietas inter Canones & leges, quia ſupple
leges ſuccūbunt, in materia vero indifferētis
ſeruatur

seruatur canon in foro suo,& leges in suo:in foro autem ciuili an sint seruandæ leges, quibus contrariantur aliqui canones, sūt opiniones. Quidam enim dicunt indistinctè, quod Papa potest leges:quo ad vtrunque forū tollere, & consequenter edendo Canones contrarios eas corrigit, id est deponit, ad quod dist. 10.constitutiones. & de test.cum esses,quidā vero indistinctè dicunt illum non posse leges tollere,nisi quo ad suum forum. Inter hos vero Ioan. Andr.in glo.super regula, possessor. dicit se medium incedere, dicendo, quod eas tollere potest quo ad forum ciuile solum in terris,in quibus habet temporalē iurisdictionem, quia potestates distinctæ sunt.16.distin. cum ad verum.10.distinct.quoniam in his tantum,in quibus periculum animæ vertitur, eas tollere potest quantum ad vtrunque forum vbique,vt probatur,de iud.nouit. de præscri. c.fi.& de secun.nup.c.pen.quia in his leges sacros Canones imitari non dedignantur.auth. vbi sup.hæc ex illo. Et verum dicit de facto, & forte quo ad posse iuridicū cessante causa rationabili,& ita practicatur, vt.s.solū in causis ecclesiasticis Canones corrigāt leges in foro ciuili, quantum ad posse autem absolutæ potestatis, vbique eas potest corrigere quātū ad vtrunque forum, quia omnia iura positiua subsunt eius voluntati,secundum S.Thom.& alios Theologos,non obstant, quod potestas illæ,s. Papæ & Imperatores sint distinctæ, q̄a hoc non dicitur quasi sint disparatæ, vt vna non possit contra aliam,sed quia sunt subordinatæ, & vna dependet ab alia simpliciter, vel secundum quid. Vide tamen de his etiam hic. §.15.post medium,& inf.Obedientia.§.10.

12 Duodecimo† quæritur,quæ pœna sit statuentium leges iniustas? Et dico,quod si tales leges sint simpliciter contra Dei, vel ecclesiæ mandata: puta,quod liceat sic,& facere simoniam,vel alienare feudum ecclesiasticum,vel huiusmodi,ipso iure non valent.dist.8.quę cōtra.32.q.7.flagitia.extra,de simo.cap. cum in ecclesiæ,& c.non satis.extra,de consti.quæ in ecclesiarum,& facientes,inducentes,consentientes,& seruantes peccant mortaliter,d.ca. cum in ecclesiæ,& d.capit.non satis. quod intellige si sint contra mandata Dei, vt patet, vel naturæ, vel etiam si sint contra ius positiuum,secundum Host.ad pauperes opprimendum,& impediendum iustitiam,quod intellige ēt de iure ciuili, vt cum imponuntur indebita grauamina, & similiter si contra mādata ecclesiæ prius edita,q̄a est superbia, & inobedientia disponere contra dispositionem superioris, secus si essent contra eadem mandata posterius edita, quia dictum est,quod per superuenientes Canones non tolluntur in foro ciuili,nisi forte in his, in quibus legum conditor non habebat potestatem,puta disponendo de causis ecclesiasticis, quia tunc videtur mortale,si contra voluntatem ecclesiæ fecit: quia contra iustitiā vsurpatiuè egit, quod est mortale in re notabili,secundum S.Th. Si vero essent contra libertatem ecclesiasticā, tūc condentes & seruantes sunt excommunicati ipso facto, vt sup.Excommunicatio 9.§.10. Et si quod lucrum eis, vel alijs damnum ex talibus legibus iniustis sequutum est,conditores, & hæredes eorum, & qui eos ad condendum induxerunt, tenentur insolidum, & similiter seruantes tenentur de omni lucro, quod eis earum occasione peruenit, & de omni damno quod intulerunt, sicut in simili dicam de participantibus cum raptoribus.Et vltra prædictum casum etiam alijs irrogatur excōmunicatio, vt patet si considerent super vsuris faciendis, vel non restituendis,vt in clem. ex graui.de vsur. & idem videtur Suppl. si super simonia facienda, cum hodie simonia cadat sub excommunicatione papali per extrauagantem Eugenij Quarti,cum detestabile.Sed quia excommunicantur simoniaci, & non statuentes,aut deliberantes de simonia,& pęnæ sunt restringendæ,hoc non credo verum.

13 Decimotertio†quæritur,vtrum in iure canonico sint aliqua non ligantia, & non tenenda,quantum ad text.aut gloss. aut Doctores ecclesiasticos in genere,licet ecclesia non possit errare determinando de fide,& maioribus,vt dictum est sup.Ecclesia.1.§.2.similiter nec Papa vt Papa,vt inf.Papa.§.5.& dico tria iuxta tria quæsita.¶Primum,quantum ad tex. iuris canonici attinet, in decretis sunt multa per contrariam consuetudinem abrogata,seu reuocata: sicut quod clerici inchoent ieiuniū quadragesimale immediatè post sexagesimā. distinct.4.statuimus.cum duobus capit.seq. & tamen contrarium facere non est peccatum, vt dist.ead §.vlt. Et quod dies rogationū ante Ascensionem ferientur.de cons.dist.tertia, pronunciandum, & ieiunentur.ea.dist.rogationes. Et q̄ hebdomada sancta,ac paschæ ferietur, d.c.pronunciandum. Et q̄ certa forma seruetur in literis dimissorijs clericorū transeuntium ad officiandum in alia diœcesi. dist. 63.quod secundum gl.abijt in desuetudinem, sed licet illa forma nō seruet, seruādū tn̄ est,

ſecundum Arch.quod traditur poſt diſtin.72. ſcilicet,quod clericus alienæ diœceſis non recipiatur ad officiandum ſine literis dimiſſorijs,id eſt, teſtimonialibus ſui epiſcopi, quod quia non obſeruatur,& non ſine peccato,ſequitur, quod ſcelerati ſuum iudicem fugiẽtes non cogniti admittuntur:imò aliquando nullum ordinem penitus habentes. Et quod iuramentum fiat a ieiunio.22.q.5. honeſtum,& ꝙ non exigatur ſolemne, id eſt in iudicio, & huiuſmodi, in quadrageſima, aut aduentu, vel diebus dominicis: vt ibi in cap.decreuit.quorum vtrunque per conſuetudinem abrogatũ eſt,ſm gl.ibi.Et quod reperto furto in monaſterio ignorato authore, ſic fiat purgatio, vt Abbas,vel alius ex monachis celebrata Miſſa omnibus Dei communionem ſub hac obteſtatione, corpus Domini ſit tibi ad probationẽ, quod ſecundum gloſſ. ibi,hodie eſt abrogatũ, quia indebite fieret,cum qua concordat.San. Th.in 4.Et quod ſacramenta,ſ.altaris non debent niſi a ieiunis celebrari,i.confici:excepto die Cœnæ Dñi,de conſe.d.1.quod ſecundum gl.eſt abrogatum quantum ad illam exceptionem.Et quod dicitur,de conſec.diſt.2. in cap. triforme.de vna ex tribus partibus hoſtiæ reſeruanda in fine Miſſæ: quod hodie non ſeruatur,ſed ſimul duæ ſiccæ ſumuntur. Et quod dicitur in c.tribus gradibus,de ieiunio ſeruãdo per aliquas horas ſcilicet poſt ſumptum ſacramentum,quod hodie non ſeruatur, ſed paulo poſt comedi poteſt,ſecundum S.Th. Et quod dicitur in c.omnis.de continendo ab actu cõiugali per tres, quatuor, vel quinq; dies ante cõionem,quod gl.dicit eſſe de conſilio,& cõſequenter eſt debitum honeſtatis,non neceſſitatis. ¶Multa etiam edita antiquo iure in eiſdem decretis ſunt immutata, vt quod electio papæ fieret non ſolum a Cardinalibus,ſed etiam ab alijs religioſis,& clericis.diſtin.23.in nomine, quæ hodie fit per Cardinales: extra de elect.per totum.& cap.vbi periculum.eo.titu.lib.6.Et quod electio epiſcoporum fieret non a Canonicis tantum,ſ.maioris eccleſiæ, ſed etiam ab alijs religioſis clericis.diſt.63.obeuntib. quæ dudum ſecundũ iura communia ſic fiebat a canonicis cathedraliũ eccleſiarũ, & confirmabatur a Metropolitanis: hodie vero, quãdo ambitio, & laſciuia totam eccleſiã deturpauit,Papa reſeruat ſibi collationẽ omnium dignitatum,ſecundum Archi. id eſt, patriarcharum,Metropolitanorũ, Epiſcoporũ, Abbatum,præpoſiturarum, & plebanatuum, ſeu prioratuũ eccleſiarum collegiatarũ, & capitula,in his ſe non habent intromittere.¶O quis det illa tempora redire,quibus populi ſibi eligant & acclament Antiſtites:qui ideo nunc raro ſunt ſancti, quia crebro inſtituũtur iniqui,& omnium clericorum peiores.Et qđ certa tempora circa ætates ordinãdorum, puta anni 20.ad ſubdiaconatum,ad diaconatum 25.30.vero ad Sacerdotium, & certa interſtitia,ſeu interualla ſeruentur,diſt.77.& 78.per totum quæ hodie per cle.de æta.& qualitate, ord.ſunt immutata,iuxta dicenda. infr. Ordo 4.§.2.Et quod certi gradus,i.ſex conſanguinitatis, & affinitatis ad contrahendum obſeruarentur,35.q.2.3.& 4.quæ hodie immutata sũt per decretalem,non debet.de conſanguin. & affinita.& reducta ad quartum conſangui. & affinit.incluſiuè. Et quod omnes in Cęna Domini,& ter in anno communicent.ſ. Natiuitate,Reſurrectione,& Pentecoſte.de conſ.diſt. 2.in Cœna, & in c.ſeculares. & in alijs tribus capitulis,quod ex modo loquendi videtur eſſe ſub præcepto,quod hodie eſt ſub concilio. excepto die Reſurrectionis, qui ſolus eſt de ꝓcepto,per ca.omnis.de pœ.& re. ¶Multa etiã Gratianus monachus author illius libri ex ſuo ſenſu in illo loquitur, quæ non tenentur. ¶Primo.Nam in diſt.13.§.1.dicit, quod ei,qui vrgetur inter duo mala,licitum eſt minus eligere, vnde videtur, ꝙ quis poſſit eſſe perplexus inter duo peccata, ita quod neceſſe ſit alterum committere,quod ibi glo.ſum.reprobat,cui concor.S.Thom.¶Secundo.Nam diſt. 95.§.ſed illud poſt ca.presbyteros dicit,quod fortè neceſſitate vrgente in abſentia eporũ, vbi eſt conſuetudo presbyteri poſſunt in frõte chriſmare,quod eſt falſum, in quacunq; neceſſitate,& conſuetudo in hoc eſt corruptela, nihil faciens.de conſuetu.quanto, & ſic tenet S.Tho.& alij Theologi,& videtur glo. firmare:nec epiſcopus in hoc poteſt diſpenſare,ſed Papa hoc poteſt, ſecundum S.Thom. & alios Theologos, & licet aliqui hoc negent, quod patet,quia Grego. aliquando in hoc diſpenſauit,vt patet diſtin.ca.peruenit. ¶Tertio.Nam 2.q.1.ca.de manifeſta.ſentit,quod in notorijs quæ ibi vocat manifeſta,non requiritur iudiciarius ordo, quod ſimpliciter non eſt verũ, ſed loquitur diminute. vnde & glo. ſuper ca. de manifeſta, notãter ponit triplex notoriũ, ſcilicet facti,& iuris,& prȩſumptionis,& quȩ & qualis in eis requiratur probatio,vide ibi: & inf.Notoriũ.§.5.¶Quarto Nam q.ea.in ca. Deus omnipotens.in §.quando. dicit quod q. probatus eſt notorius peccator, poſt ſecũdã,

&

& tertiam correctionē, i. monitionem, si in corrigibilis inueniatur, est damnatus per sen tentiam, non tenetur, quia in huiusmodi notorijs non requiritur monitio præcedens. ¶ Quintò. Nam 11.q.3.§.euidenter itaq;.post c.ad mensuram: dicit, ꝙ imponēs manus violētas in personam ecclesiasticam incurrit anathema, secundū illud 17.q.4. si quis suaden te. & exponit anathema.i.separationē a Sacramentis, & ingressu ecclesiæ, non aūt Communione fidelium, quod ecclesia non tenet, secundum gl.ibi: quia in contrarium. est cap. peruenit, de appel. Nec valet correctio Io. vt dicatur, ꝙ talis non est vitandus antequā denuntietur, quia est expresse contra c.cum nō ab homine, de sent.exc. ¶ Sextò. Nā ea.q.§.cū ergo sententia.post ca.non solum reus. illud Greg.sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta temenda est, i.seruanda, exponit iusta.i.data pro crimine, quod vere est in illo homine: iniusta vero cum non est in eo illud crimē ꝓ quo fertur: puta furtum, sed aliud, puta adulterium, & male deceptus secundum gloss.ex eo, ꝙ Greg.subintulit, ne ipsam sententiā ex alia culpa mereatur, qui Greg.aliam culpam vocat ipsum contemptum sententiæ. De hoc sup. Excommunicatio 3.§.4. ¶ Septimò. Nam 12.q.1.quærit vtrū liceat clericis habere propria bona, arguens pro & contra. & demum in c.præcipimus.§.cum ergo.soluit, ꝙ hoc licet clericis Orientalibus, quibus licet vti matrimonio, & Occidentalibus, qui ante suam ordinationem legitime habuerunt vxores & filios: alijs autem non, quod est falsum secundum glossam summariam, quia omnibus clericis licet, nisi renunciauerint proprijs, vt religiosi, vel se voto ad hoc adstrinxerint, vel tempore ecclesiæ primitiuæ, & conco.S.Th. ¶ Octauò. Nam 14.q.1.quærens vtrum clericis in iudicio liceat sua repetere. Respondet dupliciter, primo licere clericis, etiam perfectis, in iudicio contendere, non pro captādo lucro, sed pro damno vitando: secūdo, quod & si non pro suis rebus, tamen pro communibus ecclesiarū suarum defendēdis licet stare in iudicio. Sed imperfecta est ista solutio, & glo.sum.perfectius soluit, dicens hoc posse omnes clericos, qui possunt habere proprium, & si non habent, vt religiosi, possunt repetere bona ecclesiarum, vel monasteriorum suorum, si sunt prælati, vel de mandato prælatorum, si prælati non sunt: omnes etiā clerici possunt agere in iudicio pro miserabilibus personis de mandato superioris. 16.q.1. peruenit, quamuis magis deceat per alios, i. laicos litigare. ¶ Nonò. Nam 16.q.1.dilectio. §.potest etiam aliter dici, quòd ad præscribēdum sufficit habuisse bonam fidem, cum quis cœpit possidere, licet medio tempore habuerit conscientiam rei alienæ, sed licet hoc sit contra iura ciuilia, tamen glo. dicit hoc non tenere secundum ius canonicum, cui in hoc standum est, sed oportet habere bonam fidē, id est, credere se iuste possidere omni tempore quo præscriptio currit. de regu.iu. possessor. libro 6. ¶ Decimò. Nam 22.q.4.§.vlt.dicit quod iurans aliquam ducere in vxorem post votum castitatis, non prohibetur seruare hoc iuramentum, sed iniungenda est ei pœnitentia de violatione voti, quod quidem licet sit verum consummato matrimonio, quia eam dimittere non potest, non obligatione iuramenti, sed maiori vinculo Sacramenti: tamen si non consummauit, prohibetur sub mortali non seruare iuramentum, qa maius, & prius, & consequenter obligatius est vinculum voti, quam illius iuramenti. Ibi etiam subdit, quòd iurans se non fieri clericum, vel religiosum, iurat illicite, non secundum se, sed solum ex modo: puta, quia inconsiderate, quia non adimitur per hoc salus animæ, vel corporis: sed secundum Sanct. Tho. hoc iuramentum est illicitum secundum se, quod est non solum quando adimitur salus animæ, vel corporis, sed etiā quando minuitur, vel impeditur profectus animæ per obseruantiam iuramenti. ¶ Vndecimò. Nam 24. q.5.§.1.dicit, quòd cogens aliquem ad iurandum, peccat mortaliter, si periurat quod & gl.affirmat, sed intelligitur si scit, aut verisimiliter credit, quod iurabit falsum, vt declarat August.in c.ille qui.ea.q.de hoc tamen supra Iuramentum 2.§.8. ¶ Duodecimò. Nam 14.q.1.audiuimus, §.si autem post dicit, quòd lapsus in veterem hæresim, est excommunicatus, & consequenter suspensus ab executione ordinis, & iurisdictionis, & consequenter excommunicare non potest, sed si nouā confingat, non est excommunicatus, & cum toleretur ab ecclesia, s.cum est occultus, potest excommunicare, & alia agere. Sed glos. dicit indistincte, quod est excommunicatus, nec potest excōmunicare, siue sequatur veterem, siue nouam confingat, s.nisi sit omnino occultus, iuxta illud quod dictum est sup. Excommunicatio 3.§.11. Valent tamen alia quæ facit dum toleratur. Et idem dicit de schismaticis: nisi fortè in Summo Pontifice

cum duo creantur, & quolibet credit se esse Papam, quod intellige quando haberent causam credendi, & pro vtraque parte essent rationes vehementes, sm Arch. vt accidit inter Vrbanum, & Clementem. ¶ Decimotertiò. Nam etiam dist. 50. quærens vtrum lapsi post baptismum, sed pœnitentes possint promoueri ad ordines, dignitates, vel curas, vel iam promoti in eis permanere: soluit dupliciter. Primò in ca. sacerdotes. §. quo modo, ꝙ sic, si verè pœnitent; non si ficte, i. non in odiū criminis, sed alio respectu. Secundo in c. presbyteros. §. possunt & aliter, ꝙ sic, si peccata sūt occulta: sed si sunt manifesta, quia scandalizant: sic nec promoueri possunt, nec exequi in susceptis. Sed vtraque solutio est imperfecta & confusa: nec vera simpliciter, licet saluabilis cum aditione, secundum Arch. 4. par. tit. 11. c. 8. §. 2. Quantum enim ad primam dicendum est, quòd si crimina inducunt irregularitatem, non possunt his irretiri, quantumcunque pœniteant, sine dispensatione ordinarij, vel beneficiarij, vel vti susceptis. Exemplum in enormibus, vt in homicidio, mutilatione, hæresi, schismate, simonia in ordine suscepto, dignitate, & beneficio curato, ēt occultis, in quib. solus Papa dispensat: & in mediocribus cum sunt notoria: vt in adulterio, sacrilegio, incestu, & huiusmodi, in quibus ēt episcopi aliquando dispensant. Si vero non inducunt irregularitatem, possunt peracta interiori pœnitentia, & promoueri, & exequi in prædictis. Quantum tamen ad debere, vel non debere dispensare cum prædictis, ꝓcedit prima solutio vt fiat, si vere pœnitent, non autem si ficte. Quantum verò ad solutionem secundam, supplendum est quia si talia occulta sint enormia, necessaria est dispensatio. Si verò, non sunt enormia, per secretam pœnitentiam purgata non impediunt. Manifesta vero suo seu notoria per confessionem in iudicio, vel conuictionem, vel euidentiam facti, quæ nulla possit tergiuersatione celari, siue sint enormia, siue mediocria, indigent dispensatione; si tamen sint mediocria & non notoria, sed tamen a multis scita, nō indigēt dispensatione, sed priuat a pœnitentia purgantur. Et hæc satis possunt elici ibi ex glos. sum. ¶ Decimoquartò. Nam de pœn. distin. 1. quærens vtrum sola contritione, & secreta satisfactione absque confessione sacramentali, cum tamen adsit facultas, possint peccata deleri; arguit pro & contra, & demum in §. vlti. non determinat, sed relinquit iudicio lectoris, quam sequatur opinionem, licet secūdum gl. sum. videatur ad hoc declinare, ꝙ sit necessaria confessio ad ꝙ facit. c. fi. Et eodem modo magister Sent. hanc quæstionem motā in quarto in determinatam relinquit. Sed B. Tho. ibi in expositione literæ dicit, quod tūc sine præiudicio salutis potuit vtraque opinio teneri: sed postquam ecclesia per Innocentiū Tertium hoc determinauit, secus est, & concor. glos. sum. in fi. post multas falsas opiniones recitata. ¶ Secundum dictum principale hoc est. Quantum ad glossas Decretorum dico, quòd sunt satis bonæ & necessariæ, & similiter glos. summariæ, quæ ponūtur in principio distinctionum, vel quæstionum, in quibus cum multæ recitentur opiniones, vltima est melior. Sunt tamen in diuersis capitulis aliquæ glo. non veræ aliquando. ¶ Primò. Nā 13. q. 2. in c. tempus glo. videtur tenere, ꝙ his, qui sunt in inferno mediocriter mali, valent suffragia facta pro eis ad diminutionem pœnæ, licet nunquam liberentur quod S. Thom. in quarto, improbat. Decepta est autem, male intelligens ibi August. qui dicit mediocriter malos eos, qui descēdunt ad purgatoriū, quibus dicit valere suffragia, vt tolerabilior sit ipsa damnatio, idest, condemnatio ad pœnam purgatoriam, vt. s. alleuietur. ¶ Secūdo. Nam de cons. distinct. 2. super cap. trib. ponit multas opiniones de speciebus Eucharistiæ cum sumuntur, s. ꝙ non descendunt in stomachum mistæ alijs cibis, vel descendunt quidē, sed per sudores, aut occultos meatus exeunt, seu resoluuntur, vel quòd quàm citò atterūtur dentibus, desinit ibi esse corpus Christi, quæ omnes sunt falsæ per San. Thom. & alios Theologos, secundum quos est idē iudicium de eis, vt de alijs cibis quantum ad digestionem, & nutrimentū: & tandiu sub eis est corpus Christi, quandiu durant in stomacho ēt si sumantur a mure contra aliam glo. ea. distin. in capitu. qui bene. dicentem, quòd statim ibi desinit esse, cum a mure species sumuntur. de quo vide sup. Eucharistia 3. §. 3. & Eucharistia 4. §. 1. in fi. ¶ Tertiò. Nam ead. distin. super ca. timorem videtur dicere, quod post institutionem Eucharistiæ, & ante resurrectionem Christi, solus Christus poterat conficere, & quòd si in triduo mortis aliquis apostolorū consecrasset, non fuisset ibi corpus Christi sine anima: & quædam alia quæ communiter non tenentur: licèt secundum Capreo. dici possit hoc sacramentum sit institutum fuisse, vt solum Christo viuente conficeretur.

Quartò

¶Quarto. Nam dist.40.super capit.si Papa tenet, quod non solum pro hæresi, sed pro quolibet notorio crimine, ex quo scãdalizatur ecclesia, posset deponi Papa, si post monitionẽ esset incorrigibilis, quod est falsum, vt sup.cõcilium.§.3.¶Quinto.Nam 22.q.2.super ca.ne quis arbitretur tenet mendacium officiosum, quod alicui prodest, & nulli nocet, esse peccatum mortale in viris perfectis, i. perfectè ab renunciantibus omnibus tẽpalibus, quod secũdum S.T.2.2.q.110.est falsum, quia perfectio personalis, aut status perfectionis nõ facit veniale de se esse mortale, nisi ratione scandali, quod tamen in huiusmodi non semper esset mortale, sed raro, ꝙ determinare difficile est.

¶Sexto.Nam 2.q.1.super c.si peccauerit, quærit primo, vtrum fraterna correctio intelligatur de occultis, vel manifestis? & videtur tenere secundum Io.quod de occultis, quæ tamen sciuntur a paucis, & probari possunt. Sed S. Tho. dicit simpliciter de occultis mortalibus.

¶Secundo quęritur, vtrum ad eam teneantur omnes ex præcepto? & dicit, quod quantum ad peccatum perpetrandum tenentur omnes quantum ad perpetratum prælati solum ex præcepto, subditi vero ex cõsilio, sed Beatus Tho.probat simpliciter ad hoc omnes teneri.

¶Tertio quæritur, vtrum ad denunciationem admittantur omnes, vt criminosi, & infames? & dicit, quod admittuntur omnes, modo bono zelo denuntient, quod de criminosis non præsumitur, quia sua vitia non correxerunt. Sed veritas est, secundum Archid.quod ad denunciationem euangelicam, id est charitatiuam, vbi intenditur solum emẽdatio, omnes admittuntur, nisi præsumatur, quod hoc non intendant, sed ad iudicialem, vbi etiam intẽditur punitio, seruandum est, quod dr̃ extra de accusa.qualiter, & quando, & c.inquisitionis, vide sup.denunciatio. ¶Tertium dictũ principale est hoc. Quantum ad doctrinas ecclesiasticas triplex est genus. Quædã.n.sunt reprobatæ tanquam falsæ, & hæreticæ.24.q.3.c.pe. & dist.15. Sancta Romana. in palea, extra de Sum.Tri.& fid.cath.damnamus. Quædã vero in d.c.Sancta Romana. declarant apocriphæ, id est quasi occultæ, seu secretæ, secundũ Archid.dist.16.in prin.quia.s.non in ecclesia, sed remotè, & secretè sunt legendæ, quod intellige de apocryphis ex dubietate veritatis, de quibus loquitur d.ca. Sancta Romana.de quibus quisque liber est ad credendũ, quod vult, vel non credendum, non autem intelligitur de apocryphis solum ex dubietate authoris, cuiusmodi sunt aliqui libri in Biblia, qui tamẽ publicè leguntur. Quædam vero sunt approbatæ, de quibus vide in dicto cap.Sancta Romana, & adde quod inter doctr. Doctorum solemniter approbatas, est etiam hodie doctrina Sancti Doctoris, vt patet per extrauagantẽ Io.22. & per bullam Vrbani V.directam archiepiscopo, & cãcellario, & magistris, & vniuersis in ciuitate Tholosana, cuius vltima verba sunt hæc. Volumus insuper, & tenore præsentium vobis iniungimus, vt dicti B.Tho.doctrinam tanquam veridicam, & catholicam sectemini, eamque studeatis totis viribus ampliare. Adde etiam, quod secundum Angel. & Archid.in cap.noli.distinct.9. in doctrinis Doctorum approbatis, aliquid potest reprehendi, quod hinc patet, quod inuicem aliquando contraria scripserunt, sicut Hiero. tenuit non esse bigamum eum, qui vnam vxorem habuit ante baptismum, & aliam post, & August.tenuit contrarium, cuius etiam sententia præfertur.distinctione 26.acutius. in spectãtibus tamen ad fidem, & mores necessarios ad salutem, nullo modo discordant Sancti Doct.realiter, secundum Archid. Adde etiam secũdum Archid.super cap.quis nesciat.distinc.9. quod rubricæ Decretalium authenticantur in proœmio Decretalium, vbi dicitur, vtantur, & extra, vt lit.penden.nihil Innoc.in glos.rubricę, & similiter rubricæ, vel tituli legales sunt authentici.ff.de in integ.resti.l.prima, nõ autem rubricæ Decretorum, vnde aliquando inueniuntur falsæ.16.quæstione prima, placuit secundum Innocentium, qui ita no.in proœmio Decret.quæ tamen ponuntur ibi dicta conciliorum, vel summorum Pontificum, vel Doctorum, approbata sunt, sed non dicta Gratiani, secundum Io.And.

14 Decimoqvarto † quæritur, vtrum omnes ligentur lege, quasi legi subiecti? & dico ex Arch.& S.Th.2.2.q.96.ar.5. quod cum lex habeat duo, i. quod sit regula, & habeat vim coactiuam: dupliciter aliquis subditur humanæ legi: primo.s.vt regulatus regulæ, & secundo sicut coactus cogenti. Primo modo humanæ legi omnes subijciuntur, qui subdunt ptãti eius qui fecit legem, nõ autem alij, siue simpliciter sint absoluti a subiectione ptãtis, vnde qui sunt de vna ciuitate, vel regno, non subduntur legib. principis alterius ciuitatis, aut regni, siue sint absoluti quantum ad aliqua solum, sicut subiectus proconsuli regulatur eius mãdatis, sed nõ in his, q̃ dispẽsãtur ab Imp. Secũdo aũt mõ subdũtur mali, quorũ voluntas a

lege discordat:non boni, quorum volũtas le
gi consonat: quia quod est coactum,est violẽ
tum,& contrarium voluntati: vnde isto mo-
do lex iusto posita non est.1. ad Thimo.1.sed
impijs.Igitur vt dicitur 30.q.2.in c.duæ.qui le
ge priuata,id est Spiritus sancti ducitur,nõ ad
stringitur lege publica: quia.s.illa lex est sup
omnem legem humanam, vnde secundum qđ
ea ducuntur viri spirituales, non subduntur
humanæ legi,quantum ad ea, quæ sunt cõtra
ria ductioni Spiritus Sancti, ad quam tamen
ductionem pertinet,vt viri spirituales subdã-
tur humanæ legi,secundum illud.1.Pet.2.Sub
iecti, &c. & omnis anima potestatibus subli-
mioribus subdita sit.11.q.1.magnũ. Princeps
etiam,vt dicit Iureconsultus,solutus est legi-
bus suis, s. quantum ad vim coactiuam, quia
nullus seipsum cogit,nec alius in eum potest
ferre sententiam, & sic dixit Dauid, Tibi soli
peccaui, id est a te solo sum puniendus, vt
patet de pœn.dist.3. totam,non autem quan-
tum ad directiuam,sed est subiectus, secundũ
iudicium Dei: vnde debet eam seruare ꝓpria
voluntate,vt de const. cum omnes.Est etiã su
pra legem,inquantum potest eam mutare, &
in ea pro loco,& tempore dispensare,hæc ex
illis. Igitur potest dispensare secũ ex cã,sicut
cum alijs,sine cã vero nõ seruando peccaret.

15 DECIMOQVINTO† quæritur, vtrum leges,
aut statuta laicorũ ligent clericos,& alias ec-
clesiasticas personas,vt teneantur hæc obser
uare?Et dicit Pan.in cap. ecclesia S.Mariæ, de
Const. quod aut lex disponit specifice super
rebus ecclesiasticis, & bonis earum, & sic est
nulla, & non seruanda, tanquam condita ab
eo,qui non habet potestatem, quia nec Impe
rator, nec alius secularis habet potestatem su
per ecclesias,aut ecclesiasticas personas,vt in
d.c.ecclesia. Et hoc verum est,nisi in duobus
casibus.Primo quando est priuilegiatiua, ꝗa
potest quis priuilegiare etiam non suum sub-
ditum,& sic intelligitur cap.nouit,de iud.vbi
allegatur lex Theodosij. Secundo,quãdo est
fundata super naturali ratione, quia tunc ser
uari debet non ratione legis,sed ratione iusti
tiæ naturalis,l.scire oportet,ff. de excu.tute.
§.qui non iustè. Aut lex disponit generaliter
non faciendo mentionem de clericis,& eccle
siasticis, & tunc si potest non seruari sine pec
cato, vt in præscriptione malæ fidei, non est
seruanda a quocunque,de præsc.c.fin.& ca.li
cet mulieres,de iureiu.li 6.Si vero est rationa
bilis,& non contradicẽs Canonibus, seruãda
est,etiam quo ad clericos, & ecclesiasticas ꝑ-
sonas,si est fauorabilis, vt in c.requiris,el se-
cundo,de appe.Vnde statutum disponens, vt
existentibus masculis mulier non succedat,
porrigitur etiam ad clericos, vt no.Pan.in ca.
constitutus,de rest.in integ. Et similiter priui
legiũ concessum hominibus alicuius loci, cõ-
prehendit etiã clericos illius loci, licet nõ ex
primat Ad quod facit ca.dilecti. de foro cõp.
& no.per Io.de Lig.in capit.quod clericis. de
fo.comp.Bal.in l.cunctos populos.C. de sum.
Tri.Vbi etiam notandũ est,ꝙ quando talis lex
generaliter disponens, potest se habere ad cõ
modum & incommodum, non potest dici
præiudicialis: sicut si statutum disponit,quod
primogenitus succedat:secundogenitus,licet
sit clericus,non succedet. Similiter in statu-
to,quo masculi excludunt mulieres,non suc-
cedet mulier,licet sit effecta religiosa. Vnde
omnes leges disponentes super contractibus
emptionis,venditionis,locatio,commoda, &
huiusmodi, si non contradicunt canonib. vel
legi naturæ, sunt seruandæ, etiam quo ad ec-
clesiasticas personas.Pro quo facit c.1. de no.
ope.nun.& est de mente Host.& Ioan.And.in
c.ecclesia,vt lite pend.Sed si afferunt præiudi
cium simpliciter,secus est: vt qui non facit in
uentarium, vel intra tale tempus non adiuit
hæreditatem,sit priuatus, & huiusmodi, quia
nunquam potest esse ad commodum ecclesia
sticorum:ideoque non tenetur:similiter quã-
do statuitur ne possit aliquid vendi non subdi
tis.Si vero lex ciuilis est generalis, & rationa
bilis,sed deuians a canonibus, cuius exemplũ
est in c.2.de arb.li.6.tunc in foro seculari ser-
uabitur,sed non in ecclesiastico, neque in ter
ris subiectis dominio ecclesiæ,quia debet ser-
uari tunc lex canonica in vtroque foro. pro
quo facit ca.si duobus de appe. & quod no.in
c.quod clericis,de fo.comp. Aut lex ciuilis di
sponit super materia ad ecclesiã pertinẽte,nõ
disponendo de ipsa materia, sed tollendo lu-
crum,ꝙ alias declarat,vel imponendo pœnã
actum explicanti. Exemplum primi de rapto
re contrahente matrimoniũ cũ rapta, in quo
casu lex priuat omnib.bonis datis sibi a rapto
re,& sic non valet,vt vult gl.no.in c.de puel-
li.36.q.2.& eam sequi videtur Fed.cons.35.&
mihi placet,quia videtur intimidare matrimo
nium: & sic non est seruãda,etiam quo ad nõ
ecclesiasticos. Exemplum secundi.Statutum
punit contrahentem sine consensu patris,vel
agnatorum,& non valet sm Panor.vbi supra.
Item aliud exẽplum. Lex punit mulierem cõ-
trahentẽ intra annum luctus, vt C.de secund.

nup.quasi per totum. & non valet, rõne ₚdi-
cta, quod limita, vt sup.§.10.casu 7. Aut lex ci
uilis disponit circa accidentia temporalia ad
actu spiritualem, vt in dote, & tunc si non cõ
tradicit canoni, valet c.Raynutius & c. Ray-
naldus, de tes.& quod no.in c.2. de dote post
diuor.re.& hoc verum, nisi intimidet contra
ctionem matrimonij Si vero contradicit ca-
noni tunc pendet ab illa quæstione, cuius fo-
ri sit causa dotis.& Inn.in c.de prudentia. de
dote post diuor.re.& Pan.tenuit quod est mi
sti fori.& sic lex seruabitur in foro suo, & lo
cus erit ₚuẽtioni.c.cũ sit generale.de fo.cõp.
Aut lex ciuilis procedit circa actũ specialem
præsumendo, & lex canonica inuenitur con
traria: puta, lex præsumit matrimoniũ, si ma-
sculus & fœmina simul habitant. l.in liberæ.
ff.de ri.nup.si sit libera, & non facit quæstum
de corpore, vt ibi: lex vero canonica ₚsumit
adulteriũ, siue fornicationẽ.30.qõ.5.aliter &
sic standum est in vtroque foro iuri Canoni-
co; quia lex imitatur canones.de iu.c.clerici.
Et secundum hæc limita iura dicentia leges
seruandas, quæ Canonibus non contradicũt.

16 Decimosexto, † circa legis intellectum quæritur qũo lex sit interpretanda? Et dico, ꝙ quid, & quotuplex sit, & a quo fiat interpretatio legis, dictũ est supra. Interpretatio, qũo autem debeat se habere interpres interpretando, vt veniat ad legis intellectum, dico ex Pan.in c.ad audientiam.de dec.ꝙ diuersitas vocabulorum inducit diuersitatem rerum: & raro contingit, ꝙ duo vocabula idẽ per oĩa importent aliàs ars induceret superfluitatẽ. Et de hoc est pulcher text. in l.si ijdẽ codicilli. C.de codic.& ad hoc d.c.ad audientiã. Et ibi dicit Io.de Lig.ꝙ si apparet de mente legis, est ei standum, ẽt contra propriũ verborum significatum, vt in l.cum pater, §. dulcissimis, ff.de leg.2.vbi verba restringuntur ₚ rõnem expressam. Ratio est, quia verba deseruiunt intentioni, non econtrario: cũ se habeant verba & intentio, seu rõ vt corpus & anima, quia sicut anima corpori, ita ratio legis verbis dominatur ad quod l.non dubium. C.de leg. Si verò de mente non constat: tunc si verba sunt clara, non est ab eis recedendũ, vt in c.fi.de verb. sig. Quod intelligo, vbi rõ non est expressa in lege: nec coniectari põt rõ naturalis eius, q̃a vt singulariter dicit Cy. & alij post eũ in d. l.non dubiũ. vbi rõ nõ est expressa in lege, debemus coniectari ₚ similia rationem naturalem, q̃ mouere potuit legislatorem, qui sine ratione non fuit motus; cum sine ratione non sit lex 4.dist.erit aũt. & secundũ illam rationem coniecturatã possũ restringere & extendere legem ẽt odiosam, vt §.seq. Sed vbi dictam rationem coniectari non possumus, procedit dictũ Io.de Lig. videlicet, ꝙ recurratur ad verba, si clara sunt. Si verò sunt dubia, tũc facienda est interpretatio per alias leges, si fieri potest, quia iura debent iuribus cõcordare, vt in c.cum expediat.de elec.lib.6. Si vero per alia iura apparere non põt intellectus, tunc recurrẽdum est ad consuetudinem ciuitatis, vt l.minime. & l. si de interpretatione. ff.de legib. & in c. cum dilectus.de consuetu. Si verò non apparet de consuetudine loci, recurrendum est ad similia, vt in l.non pñt.ff. de legib. In defectu vero oĩum, recurrendum est ad principẽ, quia eius est interpretari, cuius est condere. Qđ debet intelligi, quando per remedia supradicta, vel similia haberi non potest legis certitudo, & sic intellige legem vnicam, C.de prof.qui in vrb.Constan.lib.12. vbi datur Doctoribus potestas interpretãdi, & idem in iudicibus, iuxta no.in c.cum speciali.de app. Vide tñ quod no.Bar.in l.non aliter. ff.de leg.3. vbi dicit, ꝙ primo debemus inspicere q.d sen serit testator, quia ante omnia voluntas testatoris dominatur.l.cum virũ. C.de fideicõ. Quod si non apparet, debemus deinde inspicere quod est verisimile.l.si mater. C.de inst. & subst.sub cond.fa.& l.mulier.ff.ad Trebel. Et si non apparet, quid sit verisimile, tũc inspicimus propriam significationem verborum. & ita loquitur d.l.non aliter. Vide etiã glossa singu.quam oẽs sequuntur in l. tale pactum. §.fi.ff.de pact.quæ dicit, ꝙ dispositio facta in vnum casum trahitur ad alium, de quo si disponẽtes cogitassent, verisimiliter idem disposuissent. Quod nota, quia facit ad multa. De prędictis autem do.Bap.a Flisco in quodam opusculo sic dicit; Quantum ad interpretationem legum & canonum, quod quantum ad hoc vniuersale est, cõclusio est, quòd vnius dispositionis vnus est intellectus, & nõ plures, nam intellectus sumitur a ratione, nõ a cortice verborum, l.scire leges. ff.de legib. & ideo in illa lege dicit Bald. quòd cuius est multiplex intellectus, eius veritas ignoratur. Et ideo Bartol.in l.in ambiguo. ff.de reb. dub.dicit, ꝙ quãdo vna lex habet plures intellectus, qui oẽs possunt esse veri: illa lex reputatur inutilis, nisi probent̃ per alias leges. In hoc aũt aduertendum est, quòd illa lectura, seu ille intellectus, est magis tenẽdus, qui

vitio caret, si alij vitio nõ carent, quod probatur per reg. l.in ambiguo. ff.de legi. & in l. capienda.ff.de regu.iu. Præterea ille intellectus est magis tenendus, qui est minus dubitabilis, p reg.l.quod Labeo.& ibi no.ff.ad Carb. & declarat do. Abb.in c.cum in iure. de elec. Bart.tamen in d.l.in ambiguo.vult, ꝙ ille intellectus sit magis tenendus, qui probatur p meliores rationes & leges. Præterea, quando ex proprietate sermonis duo intellectus includuntur, ille est magis tenendus, qui colligitur magis proprie. Ita probat. l.nepos Proculo ff.de verb.sign.

17 Decimoseptimo † quæritur specialiter, quomodo lex sit interpretanda ex sua ratione, seu causa finali? Et dico, ꝙ quid sit ratio, vel dicta causa, & quomodo importetur & cognoscatur dictum est sup. Causa, qũo verò ex ea debeamus legem interpretari, & duci ĩ mentem eius; patet ex statim dicendis hic, & §.seq. nam ratio legis plus debet attendi, quã lex ipsa, i. quam legis verba. l. 1. C.quæ sit longa consue.& dist. 1.consuetudo. vbi dr̃, ꝙ lex est quicquid in ratione consistit. vnde Bal. in c.1.de const.dicit, ꝙ lex consistit in substantia rõnis, & Bar.in l.cum mulier. ff.sol.mat.dicit, ꝙ ratio legis & mens legis idem est, quod intellige causaliter, & de ratione finali, quæ dr̃ ipsa lex, secundum Bald.in c.dilectus. el 2. de rescr. qui etiam dicit in l.si quis seruo.C.de fur. ꝙ ratio finalis est anima legis. Et ideo vbicunq; habet locum ratio legis, hẽt locum ẽt lex.C.de interd.l. 1.scd̃m Arc.& sequit̃ Gem. in cap.vbi periculum, de elec.li.6. & hoc ẽt si verba cõtradicant, vt l.scire oportet.§.aliud. in verbo, sed & si maxime verba legis. ff. de excu.tu. quia non in folijs, sed in sensu consistit Euangelium. 1.q.1.Marcion.& ca.intelligentia, de verb.sign.& facit tex.in l.3. C.de liber.præt. quia vbi, inquit, manifestissimus est sensus testatoris, interpretatio verborũ nusquam tm̃ valet, vt melior sensu existat. Bald. etiam in l.commissoriæ.C.de pac.inter emp. & vẽd. dicit, ꝙ licet iudici sic imposita necessitas seruandi statutum secundum formam, prout iacet ad literam, argu.l. 1.§.si is qui nauem, ff.de exercito. tamen non habebit locũ hæc necessitas, nisi saluo intellectu, quia litera occidit, & spiritus viuificat. Pro quo facit gl.in c.illo vos.in ver.pignus, de pign. Vnde si qua iura dicunt legem seruandam etiam in foro animæ: verum dicunt, quando eadem est ratio in vtroque foro, quia sic in foro animæ non cessat, secundum Pan.in capit.tua.de vsur.in fi. Sed tamen prædicta intellige iuxta dicenda §.seq.

18 Decimooctavo † quæritur, vtrum ex ratione legis sic debeamus interpretari, & intelligere legem, vt eam in similibus, & odiosis ac pęnalibus extendamus? Et dico, ꝙ extẽsione legis ad similia, dictum est sup. Argumẽtatio.§.1. Quantum verò ad odiosa & pœnalia, dictum est etiã ibi aliqualiter, sed plenius patet ex statim dicendis. ¶ Nam secũdum Io. de Imo.& Gem.in c.si postquam.de elec.li.6. duplex est mens legis, s.cõprehensiua, & extensiua, de quibus inf.§.20. quæ duo sic intellige, non quia dicunt duas mentes, sed eandẽ comparatam dupliciter, vel ad duo. s. ad rẽ, de qua agitur in lege, cuius est ratio: siue ad casum in ea comprehensum, & sic dicitur cõprehensiua: & ad aliam rem similem, siue ad alium casum, & sic dicitur extensiua. Igitur, secundum mentem comprehensiuam fit extensio legis in pœnalibus, & a fortiori in fauorabilibus, secundum Io.de Imo.& Gemin. vbi sup. Sed proprie non est extensio. Et sic intelligo quod dicit Pan.in ca.quia in insulis. de statu monach. ꝙ lex debet ampliari, & restringi ad limites rõnis expressæ, ẽt si verba non patiantur, vt in l.adigere. §.quamuis, ff. de iure pat.& in l.cum pater.§.dulcissimi, ff. de leg.2. & in l.pater.§.fundum.ff.de leg.3.& facit c.cum dilecta, de confir.vtil.vel inuti.& bonus tex.in reg.fi.de reg. iur.lib.6. & quod no.Bar.in l.item quæritur, §.qui impleto.ff.loca. Et idẽ Pan.in c.1.de iur.cal.dicit, ꝙ ẽt in pęnalibus, seu odiosis, qñ ratio est expressa, extenditur & ampliatur dispositio legis ad limites rationis expressæ, not.glo.in cle.1.in verbo, eligatur, de elec.& in clem.2.in verbo, pileum, de vit.& ho.cler.& in d.re.fin. & quod no.ibi Dy.& Io.And.in merc.& quod not.in d.§.dulcissimis. Secus autẽ esset in dictis pęnalibus, secundum eundem Pan.in c.1.de sen. & re iud. vbi allegaretur simile sub terminis facilioribus, vel parib. vt not.Inn. in ca.cum speciali.de app. Secundum mẽtem vero legis extensiuam non fit extensio legis in pœnalibus ex identitate rõnis: sed solum in nõ pęnalib. scd̃m eũdẽ Io.de Imol.& Gem.& de elec. c.statutum, li 6. Pro quo sciendum est, quòd ĩ hoc est magna difficultas inter Canonistas. Nam Io.And. fuit sibi multum contrarius, in glo.suis: quia in c.dispendia.de rescrip.li 6. dicit, quod per identitatem rationis habet locum dispositio, sed non pœna, sed in clem.1. de elect. aliter sentit. Glo. verò dicti capituli,

sæpe,

sæpe.dicit, quod constitutio pœnalis extenditur ad alium casum, quam comprehensũ, quãdo est eadem ratio, & omnimoda similitudo: & tunc propriè non dicitur extensio: quia scilicet, quod est ex ratione legis, est ipsa lex. & Dom.Pet.dicit istam glo.esse singularem. Sed Io.de Imo. & Io.And. dicunt non fieri extẽsionem legis, seu constitutionis pœnalis, etiam si sit omnimoda similitudo, & subsit eadem ratio, vt etiam no.Io.An.in regu.odia.de reg.iu. lib.6. Et hoc communiter tenetur pro conclusione, & regula vera, & probat c.constitutionẽ, de reg.iu.li.6. vbi patet, quod cõstitutio loquens de Prædicatoribus, & Minoribus, non habeat locum in alijs mẽdicantibus, licet sub esset eadem ratio: vnde propter identitatẽ rationis lex eam prorogauit ad alios mendicantes. Fallit tamen hæc regula in multis, secundum Gemi.in d.cap.sæpe.quam ibi vide si vis. Ego autem teneo opinionem dictæ gl.in cap. sæpe.cum limitatione, quod ratio sit expressa saltem indubitatè præsumpta. Et dico, quod constitutio pœnalis, cuius ratio, est expressa per legem extenditur ad casum alium nõ expressum, si ratio sit par simpliciter, seu eadẽ, aut certe maior: & legislator particulariter non disponat in contrarium declinando a ratione legis propter aliquam particularẽ, aut priuatam considerationem, quia sicut Philosophicè loquendo est impossibile esse eandem causam, quin sequatur idem effectus; ita loquendo iuridice, impossibile est esse eandem rationem, & non esse idem ius: cum ratio ipsa sit formaliter ius & lex: nisi hoc sit ex voluntate legislatoris, vt dictum est: quam tamen se qui non tenemur, nisi exprimatur, vt patet ꝑ Sanct.Thom.de virtu. quæst.23.art.7.& infra Obedientia.§.vlt. vnde nisi ipse specialiter disponat contra, vel præter rationem legis, semper fiet dicta extensio in pœnalibus, vbi ratio est expresse in lege, & est eadem, vt leg.his solis, C.de reuoc.dona. ad quod etiam tex.optimus in leg.secunda, §. quid si curatores. & §.quid si decesserint, ff. ad Tertullian. & leg. palam.in §.senatus. de ritu nupt. Nec potest dici propriè, quod sit interpretatio extensiua, sed potius intensiua, seu intellectiua: quia lex non est aliud, quam ratio legis, vt probatur in leg.non dubium, C.de legibus. Et quod lex pœnalis extendatur, si in ea est scripta ratio naturalis, aut ciuilis, tenet post Bald. post Bar. & similiter Panorm.etiam si ratio non sit expressa, modo sit indubitate præsumpta, vt supra Argumentatio, §.primo. Sed vt dixi, limita nisi legislator specialiter, & expresse disponat in contrarium dictæ rationis declinando ab ea. Vnde gloss.prima, in capit. constitutio.de elect.libro sexto.vult constitutionem pœnalem non extendi ad casum alium etiam si ratio legis sit expressa, quando ipsa constitutio est exorbitans. Vide etiam infra Pœna.§.4.

19 Decimonono † quæritur, vtrum lex, vel constitutio pœnalis debeat aliquo casu latè interpretari? Et no.Bar. vnũ singulare in leg. quemadmodum, C.de agri.& cen.lib.vndecimo, quod licet lex pœnalis, & odiosa extra proprium significatum nullatenus extendatur, vt in regula odia.tamen vbi extensio tendit in fauorem Reipublicæ, ita debemus ipsam extendere sicut legem fauorabilem: vnde cum pertineat ad fauorem reipublicæ puniri maleficia, vt prouincia quieta ꝑmaneat, leg.congruit, ff.de offic.præsi. si per statutum punitur faciens, punitur etiam fieri faciens. Huius ratio, licet Bartol. non dicat, est: quia pars totum quod est, totius est, vnde cum stricta interpretatio in pœnalibus sit in fauorem alicuius hominis, qui est pars totius multitudinis, contemni debet ille fauor propter fauorem totius communitatis. Pan.quoque in ca. ex tenore, qui fil. sint leg.dicit, quod constitutio pœnalis debet & potest extendi, & largo modo interpretari, quando emanat, vt euitẽtur pericula animarum: cuius rationem intellige esse, quia pro salute animæ contemnenda est corporis salus. Sed limita quando etiam ipsa larga interpretatio expedit saluti animarũ. Et ex his fieri potest regula generalis Philosophica, quod quoties illud, in cuius fauorem tendit larga interpretatio constitutionis pœnalis est fauorabilius eo, in cuius fauorem tẽdit interpretatio stricta, large interpretanda est: quia eius, quod magis diligimus, oppositum magis odimus regulariter, secũdum Philosophum.

20 Vigesimo † quæritnr, quomodo monstretur & deprehendatur mens legis comprehensiua, & extensiua? Et dico, ſm Ioan.de Imo.& Gem.in d.c.si postquam.de elec.li.6. ꝙ cõprehensiua monstratur ex quatuor. ¶ Primo, ex cõi vsu verborum; quia præualet omni rigori & significationi verborum, ff.de leg.3.l. librorum, §.quod tamẽ Cassius.& de consuet. cum dilectus. ¶ Secundo, si aliter intelligendo sequeretur absurdus intellectus: cũ lex debeat esse possibilis & honesta.4.dist.erit autem. & no.Barto.in l.omnes populi, ff. de iust.& iure.

Exem-

exemplum.Lex dicit,qui occiderit hoĩem ca
pite puniatur.Si ad literam debet intelligi,se
quitur, ꝙ occidens seipsum defendendo,[vel
furiosus deberet occidi cõtra cle.si furiosus,
de homic.quod est absonum. ¶Tertiò,quan-
do in lege est expressa ratio legis: quia ex il-
la,vt dictum est, colligitur mens legis,& fa-
cit cle.1. de elect.Exemplum in ca. ex parte,
de postul.vbi prohibitio de aduocando facta
monachis, extenditur ad canonicos: quia li-
cet sint diuersi, tamen quia cõstitutio fundat
se super religione, extenditur etiam ad cano
nicos. Et ideo omnis constitutio, quæ habet
respectum ad religionem, licèt loquatur de
monachis, comprehendit etiam canonicos,
& omnes qui tria vota promittunt. Secus si
loqueretur de religione cum aliqua qualifi-
catione,puta, monachus niger, & huiusmo-
di.¶Quartò,quando per eandem constitutio
nem, vel per aliam apparet id quod ibi est
positum,gratia exempli fuisse positum, sicut
leg.prima,ff.vti possid.dicitur,quod licet ver
ba edicti loquantur de æde, tamen in fundo
etiam habent locum, vt in §. hoc interdictũ
omnibus.idem mens autem extensiua secun-
dum eosdem comprehenditur ex identitate
rationis non scriptæ, vt in l.prima, C. de in-
terd.& releg.facit capitu.inter cætera, de re-
scrip.& capitu.2.de transl.præl.quia de simi-
libus ad similia idem iudicium est: vt dicitur
in d.cap.

21 VIGESIMOPRIMO †quæritur,vtrum si lex
aliquid non prohibet, intelligatur esse con-
cessum? Et dico, ꝙ in ca.inter corporalia,de
transla.habetur duplex argumentum: vnũ,s.
ꝙ prohibita intelligantur omnia, quæ non
sunt concessa: dicente tex.ꝙ nonnunquã in-
telligitur prohibitum, quod non est conces-
sum; aliud quòd concessa intelligantur om-
nia,quæ non sunt prohibita, & vtrunque ar-
gumentum habetur ibi in gl. quæ & soluit di
cens primum habere locum in iudicijs: adde,
& contractibus stricti iuris, vt in arbitrijs,&
priuilegijs,& rescriptis licitis,secundum ve-
ro in iudicijs, & contractibus bonæ fidei, in
beneficijs,absolutionibus,& in edictis prohi
bitorijs,in quib quilibet admittitur,qui non
prohibetur. Dicit aũt Host ꝙ si cõstitutio ꝓ-
mulgata est affirmatiuè, omnia quæ cõtinet,
& ex eis sequentia videntur concessa,nisi re-
periantur prohibita: puta concessum est con
trahere matrimoniũ: ergo cuilibet, & semꝑ,
nisi reperiatur prohibitum. Si vero promul-
gata sit negatiua, omnia ex ea sequentia in-
telligun tur prohibita, nisi reperiantur con-
cessa: sicut prohibetur ne quis occidat: ergo
semper, & omnibus prohibetur, nisi quando
inuenitur concessum.

22 VIGESIMOSECVNDO †quæritur,vtrum lex
indulgens aliquid quod potest tendere in al-
terius præiudicium, intelligatur falso inter-
esse partis? Et dico,quòd sic:vt tenet Bald.de
pa.iura.fir.& Pan.in c.1.de iud.

23 VIGESIMOTERTIO †quæritur,vtrum cõ
stitutio intelligatur respicere præterita, vel
futura?Et dico,quod futura solum,de const.
ca.cognoscentes,& ibi Pan.& hoc nisi in ea
nominatim de præteritis caueatur. eod.tit.c.
fi.Sed adde singulare dictum Pan.in c.qm si-
moniaca.de simo.ꝙ constitutio iuris antiqui
declaratoria addens nouam pœnam,nõ ex-
tenditur respectu pœnæ ad præterita, & sic
respectu illius pœnæ censetur constitutio no
ua,ꝙ optime probatur ibi. Nã licet ante illã
constitutionem Concilij simonia cõmittere
tur in receptione monialium pretio dato; tñ
ista pœna non erat sic statuta,s.quod monia-
les committentes simoniam in earum rece-
ptione de monasterio pellerẽtur, in arctiore
ad agendum pœnitentiam detrudendæ,ꝗ pę
na non extenditur ad moniales ante dictam
constitutionem per simoniam receptas. Hãc
opinionem tenet Pau. de Eleaz. in procemio
Clem.& idem Card.per gl.in cle.ex graui.de
vsur.& idem Laud. Et dicit idem Pan.in d.ca.
fi.ꝙ vbi constitutio est declaratoria iuris na
turalis extẽditur ad præterita:quia is qui de-
clara, nihil de nouo inducit. l. hæredes palã.
ff.de testa.Vnde potius ligat constitutio anti
qua,ꝗ noua declaratoria.Sed vbi constitutio
est partim declaratoria, & partim noui iuris
editoria licet concernat præterita,inquantũ
est declatatoria,nõ tamen inquãtum est no-
ui iuris editoria. Exemplum: Dicit constitu-
tio, ꝙ nemo audeat vsuras exercere, & qui-
cunq; exercuerit,puniatur publicatione om
niũ bonorũ. Nã certe licet factum sit damna
tũ de præterito,tñ pœna publicationis cum
sit de nouo, non extenditur ad eos, qui vsu-
ras exercuerunt ante istã constitutionẽ.¶Et
per hæc soluitur qõ subsequens:gabellarij e-
xigentes pedagia a clericis sunt iure commu
ni excommunicati episcopaliter solum:vt in
c.quanquam.de cen.lib.6. sed deinde per ex-
trauagantes, & processum curiæ, a tempore
Pauli Secundi sunt excõicati Papaliter. Quæ
ritur ergo, vtrum illi, qui inciderunt in an-
te dictas extrauagantes sint excommunicati
epi-

episcopaliter tantum, vel etiam Papaliter? Et dico, quod episcopaliter tantum: q̃a licet illæ posteriores cõstitutiones sint iuris veteris de clinatoriæ, pœnæ tamen in eis contentæ sunt nouæ, & ad præterita non extenduntur, & idem in similibus dicito.

24 VIGESIMOQVARTO † quæritur, vtrum lex, vel statutum loquens per verba præteriti temporis indulgendo aliquid, extendatur ad futura? Et dicit Panormit. in d. capitu. cognoscentes, de constitut. quod non ne detur materia delinquendi, vt est text. limitans hanc materiam in l. cum lex, ff. de leg. per quam dicit Bar. q̃ si statuto cauetur, quod quilibet bãnitus soluens decem, eximatur de banno, nõ habet locum respectu eorum, qui bannietur de futuro, quia daretur materia delinquendi. Secus autẽ si cessaret hæc ratio, quia licet loquatur per verba præterita, vel præsentia, extenditur ad futura, quia lex semper loquitur, l. Arriani. C. de hære.

25 VIGESIMOQVINTO † quæritur, vtrum leges humanæ sint mutandæ faciliter? Et dicit Aug. in primo de lib. arbit. quod lex temporalis quamuis iusta sit, mutari tamen per tempora iuste potest, quod secundum S. Tho. 1. 2. q. 97. art. 1. dupliciter contingit, si lex sit quod directiuum actũ humanorum. Primo scilicet ex parte rationis, cui naturale videtur gradatim ab imperfecto ad perfectũ venire, vnde sicut primi philosophantes tradiderũt imperfecta quædam, per posteriores magis perficiẽda: ita in operabilibus primi intendentes inuenire aliquid vtile hominum commutati, instituerunt imperfecta quædam in multis deficientia, quæ posteriores mutauerunt instituẽtes aliqua, quæ a communi vtilitate deficere possent in paucioribus. ¶ Secundo, ex parte hominis permutationem conditionis hominum, quibus secundum diuersas eorum conditiones diuersas expediunt: sicut scd̃m Aug. vbi supra, si populus sit moderatus & grauis, & communis vtilitaits diligentissimus custos rectè fertur lex, qua sibi liceat creare magistratus, quæ potestas sibi recte adimitur, si paulatim deprauatus, flagitiosis regimen cõmittatur. Vnde sicut ciuilia, ita & canonica iura aliquando mutata sunt, sicut patet distinc. 63. capitu. vota circa electionem Pontificum, quæ principibus catholicis vsu, & constitutione præsentabatur, vt illa eorum authoritate roborata nullus hæreticorũ, aut schismaticorum auderet contraire, sed quia Imperatores suum modum ignorantes, aliquando non in numero consentientium, sed destruentium, imo exterminantium esse voluerunt, frequenter etiam in hæresim lapsi vnitatem ecclesiæ impugnare conati sunt, sanctorum patrũ contra eos instituta prodierũt, vt se electioni nõ ingererent, & qui eorum suffragio ecclesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur. Non tamen debent leges sine causa multum vtili, vel necessaria mutari, distinctio. 12. rediculum, quia vt dicit Sanctus Thom. cum ipsa legis mutatio, quãtum in se est, habeat detrimentum communis salutis, siue vtilitatis, eo quod consuetudo iurat ad obseruantiam legis, quæ ab ea habet maximã virtutem, secundum Philosophum, secundo Pol. nunquam debet lex mutari, nisi ex alia parte tantum recompensetur communi saluti quãtum ex ista derogatur, quia in tantum per eius mutationem rectè mutatur, in quantum per eius mutationem prouidetur bono communi, hoc autem contingit ex aliqua maxima, & euidenti vtilitate, prouenien te ex nouo statuto, vel ex eo, quod est maxima necessitas: quia lex, aut grauamen, aut iniquitatem, aut nocumentum continet.

26 VIGESIMOSEXTO † quæritur, quibus & quotupliciter lex tollatur? Et dico, quod multis, & multipliciter. ¶ Primò, per consuetudinem contrariam, vt dictum est supra Consuetudo. §. 6. & infra Statutum. §. 3. ¶ Secundo, tollitur etiam per non vsum aliquo modo; pro quo scito, quod, vt colligitur ex Panormitan. in capitulo Ioan. de clericis coniug. si non vsus habet in se actum tacitum contra dispositionem iuris inducit consuetudinem derogatoriam legis. Exemplum: lex defert hæreditatem cõmuniter, & æqualiter filijs, tam masculis, quam fœminis, l. maximum vitium. C. de liber. pre. sed consuetudo defert solum primogenito, uel solum masculis. Licet igitur secundo geniti, vel fęminę nunquam sint vsi illa lege communi, tamen consuetudo inducitur propter actum tacitum contrarium legi. Si vero non vsus non habet actum contrarium legi tacitum, vel expressum, non inducitur consuetudo cõtra legem pro non vsum: sicut, & verb. g. tia, licet sint plus, qui centum anni, quod nullus vendidit hermaphroditum: non tamen est abrogata lex, quæritur, ff. de statu homi. quæ vult vt æstimetur scd̃m statum præualẽtem. Similiter licet non agam contra eum, qui mihi damnũ dedit actione legis Aquiliæ, non tamen per hoc abrogatur illa lex: quia ipsa non ne cessat ad agendum, sed dat facultatẽ. ¶ Ter-

tio

tio tollitur per legem,siue constitutionẽ con
trariã.pro quo not.ꝙ Pan. in c. cum accessis-
sent.de const.& Bar.post Cy.in d.l.omnes po
puli.ff. de iust.& iu.dicit,quod prior lex, vel
cõstitutio tollitur per legem contrariã poste
riorem licet non fiat mentio de prima de co-
gna.spir.c.1. nisi habeat clausulam derogato-
riam ad secundam,quo casu opus esset facere
mentionem de prima.arg.l.si quis in princ.ff.
de leg.3.& in c. nonnulli. de rescri.Aliqui ta-
men dñt oportere facere mentionem de pri-
ma habente dictam clausulam derogatoriam
ad secundam,si loquamur de priuilegio,& re
scripto, quæ sunt priuatæ leges, non autem
si de legibus & statutis,per clemẽ.dudum, de
sepul. quia cum princeps præsumatur omnia
scire, videtur velle reuocare scienter statuen
do in contrariũ, sed secus in priuata, quæ est
in facto:& placet hæc opinio,etiã si lex prior
priuata non habeat dictam clausulam:quia di
cit Archid.simpliciter,quod posterior consti
tutio priorem tollit, etiam si de illa non fa-
ciat mentionem,nisi prior sit rescriptum, de
rescrip.ceterum,vel priuilegium,vt not. dist.
18. quoniam in glos. vel nisi sit consuetudo:
quia non tollitur per sequentem constitutio-
nem,nisi fiat mentio de ea,de constit.licet .li.
6. Vnde etiam si non habeant dictam clausu-
lam,adhuc posteriori lege non tolluntur,ni-
si de his fiat mentio.

27 VIGESIMO SEPTIMO † quæritur, quid lex
tollat?Et dico, quod tollit multa.¶Primo le-
gem,vt dictum est. §. priori, & secundo con-
suetudinem generalem, iuxta dicta supra con
suetudo. §.6. Consuetudines autem & statuta
particularia locorum,vel personarum singu-
larium, constitutio noua principis non tol-
lit, modo sint rationabilia,cum sint facti, &
in facto consistant,& ea possit Papa rationa-
biliter ignorare, nisi de hoc constitutio ex
pressam fecerit mentionem, de constitut.li-
cet,lib.6.Vnde tertio tollit consuetudines,&
statuta specialia, si de eis faciat mentionem.
¶Quarto etiam tollit statuta specialia, etiam
si de eis non fiat mentio specialis, quando il-
la continent solum ius commune, quomodo
intelligo dictum Dire.Nam si episcopus fecit
statutum, quo solum cauetur ius commune,
& Papa deinde fecerit nouam constitutionẽ
contrariam illi statuto, vt extra,de ætate, &
qualit.præterea, quæ quantum ad præsenta-
tiones patronorum est hodie reuocata. de In
stit.si is.lib.6. dicit idem, quod sicut sublatum
est ius commune,ita & statutum episcopi, qđ
simpliciter continebat id,quod & dicta decre
talis: quia illud non est facti, nec consistit in
facto,imo est iuris,& cõsistit in iure:quia hoc
loco cessat ratio d.c.licet secundum Innocen
tium,& Host.Et si contrarium diceretur, iam
episcopi possent tollere authoritatem Sum.
Pontifici faciendi iure in suis diœcesib.statuen
do simpliciter quæ iure cauentur,hæc no.Ar-
ch.& Io.And.in d.c.licet.

28 VIGESIMOOCTAVO † quæritur, vtrum a-
ctus gestus contra legem,sit nullus ipso iure?
Et dicit regula iuris, quod quæ contra ius
fiunt,debent pro infectis haberi. Quam re-
gulam quidam,vt refert Ioannes Andreas: di
cunt habere locum solum quando ius prohi-
bet aliquid non simpliciter sed addit, & si cõ
trariom fiat,non valeat.Sed hoc inquit,repro
batur per l.non dubium,C.de leg.vbi habere
expresse quod sufficit legislatorem aliquid ꝓ
hibuisse:licet non adiecerit, si contra factum
fuerit,non valere.¶Quidam vero vt Sum.Pis.
& Suppl.tenent regulam sine illa limitatione
dicentes, quod indubitanter tenendum est
quæque lex prohibet nullo alio addito: quæ
contra fiunt ipso iure non valere,nisi sint ta-
lia,quod eorum effectus reuocari non possit,
vt homicidium, quod scilicet tenet de facto.
Et si quid aliud lex addit, hoc potest esse tri-
pliciter. Primo addendo verba annullantia,
vt dicendo,si contra factum fuerit, si irritum,
& inane,& tunc est planũ.ff.de tut.l.mutuo.
§.sub conditione. Secundo addendo verba
exprimentia modum, per quem illud factum
annullatur,vt dicendo,qui contrafecerit, re-
moueatur exceptione tali,vel tali,vt Macedo
niani,aut Velleiani, de dolo, & huiusmodi,
& tunc valet factum contra legem prima fa
cie,sed remouetur exceptione opposita. Ter
tio addendo verba confirmatiua:vt,si contra
factum fuerit,valebit quidem,&cæt. & tunc
valet.ff.de fideiuss.l. Græcè. §.a tutore, & de
interd.& releg.l relegatorum. §. ad tẽpus. &
ff.quando appellan.sit.l.1. §.biduum. Et hæc
est sententia Dionisij,& Cyn.Sed contra hãc
opinionem obijci potest eo modo,quo Ioan.
Andr.obijcit in glos. contra regulam prædi-
ctam,de matrimonio contracto post simplex
votum,quod tenet,vt de vot.cap.vno. libr.6.
& contracto contra interdictum ecclesiæ,ex
tra.eo.per totum,& inter compatres ex cate
chismo,de cogn.spi.c.2.li.6.& de snia sub cõ-
dõne data, q̃ tenet.2.qu.6. biduũ.& de eccle-
sia consecrata per alienũ epm,& de omnibus,
q̃ fieri prohibentur, tamen facta tenent, vt in
d.§.

d.§.ad tempus.& de his,quæ fiunt contra ius, & poſtea confirmantur, quæ idem allegat in regula;non firmatur,de reg.iu.lib.6.Et ſoluit ipſe primo ſecundum Ioan.Ber.& Accur.hāc regulam habere veritatem in his,quæ habent perpetuam prohibitionis cauſam:cōtraria vero in his quæ temporalem. Vel ſecundo, inquit,dic hanc regulam eſſe veram, niſi eodē, vel alio iure tolleretur,id eſt, ad annullandū certa actio, vel exceptio paratur, vt in his, q̄ fiunt dolo vel metu,ſecundum Dy.quia factū tenet:licet non teneat conſiderato effectu.ff. eo.l.nihil intereſt,& ſic intelliguntur contraria. Vel tertio,inquit, dic quod illa non ſunt contra ius: quia licet ius non aſſiſtat,nō tamē plenè reſiſtit. hæc ex illo, ſed tu ſi vis tenere primā opinionem, ſolue per ſecundam reſpōſionem Io.And.quod omnia illa iura tollerētur, quia adduntur prohibitioni verba confirmatiua, vel per tertiam,quæ redit in ſecūdā.

¶Pan.autem videtur opinionem Sum. Piſ.diſtinguendo limitare;quia in c.in nomine Domini,de teſta.ad quæſtionem principalem reſpondet diſtinguendo. Nam ſi diſpoſitio,i.cōſtitutio non eſt pœnalis regulariter actus eſt nullus,vt in regula,quæ contra ius, & in l.nō dubium.C.de legibus,quod intellige quando lex habet perpetuam cauſam prohibitionis, id eſt ratio prohibendi eſt perpetua: ſecus ſi tēporalis: de quo vide infra Matrimonium 8. impedimento 16.& in c.vides, 10.diſt. vbi eſt bona glo. Si vero diſpoſitio eſt pœnalis,quidam dicunt, quod per appoſitionem pœnæ ſuſtinetur actus; quia lex tunc non videtur ſimpliciter prohibere, ſed vltra proceſſit apponendo pœnam,quod verum eſt,niſi lex vltra pœnam inducat actus nullitatem, vt in l. iubemus.C.de ſac.ſanct.eccl.& in c.quia propter.'de elect. Et licet hæc opinio non videatur placere Bar.in l.prætor.ff.de no.ope. nuncia. quia allegat d.l.iubemus. & multa iura,q̄ vltra pœnam inducunt actus nullitatem: tamen reſponderi poteſt, & in iuribus illis lex non fuit contenta pœna,ſed etiam voluit inducere actus nullitatē.¶Ego vero ſuppoſito, ꝙ regula non intelligatur in maleficijs,quę.ſ. tenent de facto,ſicut occiſus reuiuiſcere non poteſt,ſed vt dicit Ioan.And.tenet in his,quæ de iure ſortiuntur effectum,id eſt,alias ſortiri poſſent,nec in habentibus temporalē cauſam prohibitionis, ſed in habentibus, perpetuam. Colligendo omnia prædicta,quæ vera ſunt ad rectum ſenſum, dico ꝙ contra ius fit aliquid duob.modis, Primo ſimpliciter, qñ.ſ. ius prohibet nullo addito, vel addicta actus nullitate, & tunc indubitanter non valet, & ſecundo ſecundum quid,ideſt,aliquo addito, quod eſt prohibere ex parte,& ex parte concedere, vt patebit, & fit tribus modis,& quidem ſi prohibitioni addatur pœna extra ea, quæ ſecundum ſe ſunt illicita,id eſt maleficia, factum tenet,niſi expreſſē annulletur; quia ſi prohibetur: puta, dicendo,nullus emat a tali ſub pœna decem:eſt prohibere vno modo,& alio modo concedere: quia eſt dicere nullus emat ab illo,& ſi quis vult emere,ſoluat decē vnde tenet emptio.Si vero addatur confirmatio actus prohibiti,& contra legem facti,etiā eſt prohibere aliquo modo,i. ante factum,& aliquo modo non, id eſt, poſt factum, & ſic etiam tenet,licet interuenerit peccatū. Si vero addatur modus annullandi,etiam eſt prohibere aliquo modo,i. ante factum, & aliquo modo concedere.ſ. poſt factum,donec irritetur:vnde tenet in ſe prima facie,ſed non conſiderato effectu,& ſic patet, ꝙ factum contra ius,eo modo,quo eſt factum contra ius,nunquam tenet iure, licet teneat alio modo, quo a iure toleratur.

¶ Sed tamen aduertendum eſt,& iam aliqualiter patet ex dictis,quod ſecundum Pan. non ſemper ex non obſeruātia legis inducitur ipſo iure nullitas,ſed aliquando irritat ipſo facto, aliquando præſtat cauſā irritandi. Si enim lex iubet aliquam ſolemnitatem adhiberi tempore contractus, ſi alter fiat,actus eſt nullus ipſo iure,vt in ca. ſiue ex. 12.q.2.& c.auditis.de elect.& in d.l.nō dubiū & C.de teſt.l.hac conſultiſſima. Si vero iubet aliquam ſolemnitatem adhiberi poſt contractum, vel alium actum perfectum, tunc ſi ſolemnitas illa non interuenit, non inducitur nullitas actus ipſo iure, ſed non valet in effectu, quia debet annullari, niſi aliud expreſſe caueatur in diſpoſitione, & hoc videtur probari in l.vniuerſa.C.de præci.Imper.offe.Exēplum, ſtatutum dicit, de quolibet contracto ſoluatur gabella in decem ſolidis pro libra, certè ſi non ſoluatur, contractus remanet validus, licet poſſit annullari, quod procedit ēt ſi lex dicat,alias non valeat, quia debet intelligi non valet,ſ.in effectu, vt in d.l.vniuerſali ſecus diceret,non valeat ipſo iure,vel ipſo facto. Ex prædictis poteſt colligi ratio, quare aliqui actus contra legem facti tenere dicuntur,& nō ſunt nulli ipſo iure, & sūt quatuor. Primus eſt ſecūdum gl.in c.tua fraternitas.de ſpon.duo.& Io.And.& Ber.& Accur.qñ cauſa prohibitionis eſt temporalis,& nō perpetua,

vt in c.1.de matr.con.contra.inter eccle.quæ
dr̃ temporalis, qñ eſt reſtricta ad certum tem
pus:puta, ſi prohibeatur matrimoniũ ꝓpter
venerationem certæ diei, vel ſi prohibeatur
profeſſio fieri intra annum, vt in cap.ad Apo
ſtolicam.de reg.iur.lib.6. Secus ſi prohibitio
nis cauſa eſt perpetua: puta cum prohibetur
aliquid ſecundum ſe propter malum, ꝙ inde
ſequi poteſt, vel bonum, quod poſſet impedi
ri, vt matrimonium in certo gradu, & ſic ĩtel
lige dictam legem, non dubium &c.vides.di.
10.& c.contradicimus.35.q.3.& c.non opor
tet.33.q.4.¶Secundò, ſecundum Card. in cle.
1.de reſcrip.quando lex punit contrafacien
tem, quia tenet, ſi expreſſe non annulletur fa
ctum contra, ſecus quando punit, ſed ſolum
prohibet, & ſic loquitur d.l.non dubiũ. ¶Ter
tiò ſecundum Pan.in c.ad Apoſtolicã. de reg.
quoniam prohibitio legis concernit princi-
paliter fauorem alicuius, quia talis prohibi-
tio habet potius vim exhortationis reſpectu
illius, pro cuius fauore principaliter fit, qui
renunciare poteſt. Pro quo facit. 4.di.§.hæc,
& ſi legibus, & infert poſſe per hoc interpre
tari, licet ſtatuto caueat, ne mulier poſſit con
tractum facere, ſine præſentia duorum agna
torum, quod valeat contractus ſine præſen-
tia eorũ, ſi ſtatutum expreſſe actum factũ nõ
annullet. facit l.ſi quis in conſcribendo.C.de
pact.& dictũ c.ad apoſtolicam.vbi patet obli
gationem acquiri Deo licet actus ſit prohibi
tus a lege fauore volentis ꝓfiteri. ¶ Quartò,
ſecundum Card.in cle.1.de iure pat. concor-
dant gl.ibi & Pau.quãdo lex dat certam for-
mam ſuper eodem: quod alicui conuenit ex
ſua poteſtate, ſicut ſi epiſcopo qui abſoluere
poteſt ex ſua iuriſdictione ab excommunica
tione, quam ſibi conditor canonis non reſer-
uauit, lex mandat, quòd non abſoluat, niſi fa
ciat ſic vel ſic: quia ſi contrarium faciat, abſo
lutio tenet. Secus qñ lex dat talem poteſtatẽ
ei qui alias eam nõ habebat cum tali forma,
quia forma non ſeruata nihil facit.

29 VIGESIMONONO † quæritur, vtrũ teneant
facta in fraudem legis? Et dico, ꝙ in fraudem
legis nihil agendum eſt. ff.de legib.leg. con-
tra legem, quia cũ quid prohibetur vna via,
intelligitur prohiberi, & alia.de regul iur.
c.cum quid.li.6.Vnde facta in fraudem legis,
non tenent: vt no.Bart.in l.amplius.ff.rem ra.
hab.alleg.l.ſi libertus minorem, & ibi text.ff.
de iure patr.Secus autem ſi quid fieret ĩ frau
dem hominis, etiam principis. Vide Pan.in c.
dilectus.el 2.de præben. & quod not.in d.l.ſi
libertus. Quomodo autem fiat fraus legi, vi-
de ſup.Fraus § 1.

¶De materia, etiam legis, vide ſupra Conſue
tudo, & inf.Statutum.

DE Libello actoris & famoſo.

1 *Libellus quid & quotuplex ſit.*
2 *Libellus quid continere debeat.*
3 *Libelli oblatio, an ſit de ſubſtantia ordinis iudi-
ciarij.*
4 *Libellus famoſus quid, & quæ ſit pœna compo-
nentis.*
5 *Libellum famoſum componens qua pœna feriatur.*

LIBELLVS diminutiue quaſi paruus liber
dictus, iuridice dr̃ multis modis, ṗt.n.hoc
diminutiuum deſcẽdere a liba libæ, vel a libũ
libi, & eſt panis azymus, ſiue ſubcinericius, d̃
quo in l.iudice, C.de epiſc.aud.vbi tex. dicit,
quod incarceratus debet tradi libellus duob.
aut tribus diurnis, gl.i.panibus, poteſt ẽt de-
ſcendere a liber libri, & ſignificat primò ge-
neraliter oẽm paruum librum, quicquid con
tineat, ſicut & codicillus paruũ codicẽ. Secũ
do ſumitur pro ſcriptura de mandatoris, vel
tertio pro ſcriptura recuſationis, vel quarto
pro ea quam dat vir vxori repudiatæ, qui etiã
dr̃ libellus repudij: vel quinto pro ſcriptura
appellationis.ff.de appell.l.1.ſexto pro ſcri-
ptura, quam iudex dat appellãti Apoſtolos.
de app.c.cordi.li.6.ſeptimò pro ſcriptura cõ
tinente preces oblatas Principi. C.qñ libell.
princ.ob fallit conteſta.octauò pro ſcriptu-
ra infamatoria: quæ dicitur libellus famoſus.
nono proprie pro ſcriptura agentis, quę con
tinet quæſtionem & futuram actionem.

1 PRIMO † igitur quæritur, quid, & quotu-
plex, & qualis ſit libellus agẽtis? Et dicit Cy.
quod eſt breuis ſcriptura intentionem acto-
ris, vel accuſatoris contra reum clare depro-
mens, vel eſt breuis ſcriptura actoris petitio-
nem, & cauſam continens, & actionem com-
plectẽs. Eſt autem duplex, ſ.accuſationis, qui
in criminalibus, & conuentionis, in ciuilibus
locum habet, vt eſt gl.in prin. capitu.primo,
de lib.obl.& vt patet ex deſcriptione, nõ de-
bet libellus eſſe verboſus, vel vtens ſuper-
fluis, nec obſcuris, vel alternatiuus, quia alter
natiua obſcuritatem ponit, vt not.in gl.3.l.ſi
rem.ff.de rei ven. eſt tamen libellus incertus
admittendus, vbi incertitudo venit ex facto
aduerſarij, iuxta not.in capitu. ſignificanti-
bus, de libel.obl. de quo vide ibi, & gloſſ.au-
ream, in c.Abbate ſane.de regu.iur.in verbo,
dominij, lib.6.

2 SECVNDO † quæritur, quæ & quot debeat
con-

continere dictus libellus? Et dico, quot plura, vt in his versibus: Quis, quid, coram quo quo iure petatur, & à quo, Recte compositus quisque libellus erit: nam libellum conuentionis oportet continere quis, i. sit, qui conuenit alium i. nomen actoris, & quid petatur. i. rem petitam, & coram quo agitur, i. nomen iudicis: & quo iure quis petit, & sic causam petendi, & a quo petiturus, i. nomen rei, debet etiam continere diem, in quo libellus datur: sed in libello accusationis contineri debet nomen accusatoris, rei, & iudicis, & crimen de quo agitur, & quandoq; persona, cum qua crimen dicitur commissum locus, & dies accusationis, & mensis in quo crimen est commissum, sed diem & horam ponere non est necesse, secundum Gof. vide Pan. in rub. de libel. obla.

3 TERTIO † quæritur, vtrum obligatio libelli sit de substantia ordinis iudiciarij? Et dico, quod Ber. cap. 1. de libel. obla. ponit opiniones pro, & contra, & concludit, quod sic. Vnde semper offerendus est iudici in principio litis, & in scriptis, & per eum reo, vt deliberare possit. 3 qu. 3. offeratur. in modicis tamen causis scriptura non requiritur. 11. q. 1. si quis cum clerico.

4 QVARTO † quæritur, quid sit libellus famosus? Et dico, quod secundum Doct. est compositio in scriptis facta in infamiam alicuius, eius quod probare non vult, & in publico iactata, vel in loco, vbi inueniatur.

5 QVINTO † quæritur, quæ sit pœna componentis libellum famosum? Et dico, quod est quadruplex, secundum quod quatuor modis potest agi contra eum. Si enim agatur criminaliter, & secundum leges, & sit certum de authore, si sit conuictus, secundum gloss. sum. 5. q. 1. secundum leges decapitatur, siue deportatur. 5. q. 1. hi qui inuenti. & l. vnica, C. de fa. libel. & fit intestabilis. 4. q. 3. ob carmen. ff. qui testamen. fac. non possunt. l. qui. Si vero agatur secundum canones, verberandus est 5. qu. 1. c. 1. & anathematizandus, vt in d. ca. his qui & c. 2. ea. q. Sed si sponte confitetur, cum non possit probare: mitius agitur cum eo. 5. q. 1. capit. 2. & sic intellige, quod punitur ad arbitriũ iudicis, de officio delegati. de causis. in fin. Si vero de authore certum non est, debet moneri, vt prodeat in publicum, & probet, ꝙ scripsit, quod si non fecerit, primo priuabitur Sacramentis, postea excommunicabitur, & hoc est, cum innocens aliquis infamatur, secus si fuerit reus, qui accusatur, quia expedit peccata nocentium nota esse. ff. de iniu. l. eum qui. in princ. hæc glos. quæ videtur tota contineri ibi in c. 2. & adde, quod etiam poterit deponi, cum illud crimen sit graue, & damnatione dignissimum. 25. dist. §. nunc autem. Circa quam glo. aduerte, quod Sum. Ange. multipliciter deficit: primo quia eam tenet indistincte, cum tamen Sum. Ros. sequens Azo. dicat talem gl. locum habere in iudicio, quia extra nemo debet alium prodere. 6. quæst. 1. sum de pœni. dist. 1. homicidiorum, & de hoc vide infra Rixa. §. per totum. Secundo quia deprauat glo. quantum ad illud: si vero sponte confitetur, cum non possit probare locum, cuius de sum. habet, sed si sponte confitetur, non timore probationum, mitius cum eo agitur, in quo habet sensum, scilicet, quod non mitius agatur cum eo, si sponte quidem fatetur, sed timens ne conuincatur, quia cum etiam minor culpa sit confiteri, q̃ obstinare persistere vsque dum conuincatur, debet esse minor pœna. Aduertendum est etiam secũdo de mente dictæ glossæ, & textus in dicto cap. 2. quod si author huius rei occultus prodeat in publicũ probaturus quæ continentur in libello, liber est a dicta pœna. Aduertendum est tertio, qđ secundum iura ciuilia, qui hunc libellũ inuenerit ignarus, & non statim destruxerit, vel occultauerit sed vim eius manifestauerit. s. dolo, quasi author huiusmodi delicti capitali sententiæ subiugatur, vt in d. l. vnica. Et sic etiam secundũ canones punietur, vt author. Si vero agitur ciuiliter, s. actione iniuriarum, quæ non publici iudicij, sed priuata continet querelam. C. de iniur. l. iniuriarum, pœna erit secundum iuramentum actoris, & iudicis taxationem. Inst. de iniu. §. pœna. Si vero agatur in foro pœnitentiali, tenetur sicut & alij detractores ad restitutionem famæ, s. alium libellum in contrarium faciendo, & vltra hoc tenetur de omni damno satisfacere.

De Libero, Libera, & Libere.

LIber dicitur is, qui nullius subest potestati. ff. de capitul. & postli. reuer. l. non dubito. §. liber autem populus, siue liber est, qui ex ingenuis nascitur, & a libertate dicitur. Et sunt liberi filij, filiæ, & cæteri omnes in recta linea discendentes vsque ad trinepotes, & vlterius dicuntur inferiores, seu posteriores, sicut etiam parentes dicuntur omnes ascẽdentes per paternam, seu maternam cognitionem nobis coniuncti vsque ad tritauum, & vlterius dicuntur superiores seu maiores, ff. de verborum significatio. l. liberorum. Videtur autem, quod appellatione liberorum veniant

niant legitimi tantum, aut etiam naturales.
Vide Pan.in c.in præſentia.de probat.intricã-
tem.& eo viſo, dic cum gl.in clement. vnica.
de baptiſm.quod nomine liberorum non ve-
niunt naturales domini quo ad liberorum
commodum,vel honorem: licet veniant quo
ad parentum reuerentiam. Appellatione au-
tem filiorum regulariter non compræhen-
duntur nepotes,Inſtitu. qui da.tut.poſſunt in
fin.& eſt glo.ſuper verbo,liberi, in clementi-
na vnica.de baptiſ.& facit gl.in c. præſentia.
de probatio. ¶ Hoc autẽ verbum,libera,adiũ
ctum poteſtati,videtur excludere alterius cõ
ſenſum,vt dicatur libera poteſtas,quando po
teſt quis ſine alterius conſenſu diſponere. de
poſtulatione prælat. capitul. fin. Non tamen
ſignificat vltra mandatum generale, cum da-
tur libera poteſtas aliquid faciendi: & conſe
quenter non videntur conceſſa,quæ requirũt
mandatum ſpeciale de communi vſu, licet ſe
cus ex ſignificato attento de iure ſcripto:quia
tunc ſignificat poſſe fieri, quod ſine manda-
to ſpeciali non fieret, excepta donatione.l.
procurator cui generaliter,ff.de procurat.iũ-
cta l.filius,ff.de donationibus.Significat ergo
quod poſſit alienare: quod non poſſet procu-
rator, cui conceſſa eſt generalis adminiſtra-
tio,non expreſſo verbo,libera: cuius ſignifi-
catum additur & operatur: non aũt ſignificat
donationem, quæ ex ſua natura eſt gratuita.
Vide Bartol. in l. qui Romæ, §. Callimachus.
ff.de verbo.oblig.¶Hoc autem verbum,libe-
re,excludit omnem moram,& conditionem.
de præbend.extirpandæ.§.penul.& cap.ſi be
neficia.eodem titul.lib.6. & de offic.ord.cap.
ordinarij. §. ꝙ ſi fortè.lib.6. ibi per Io.An.&
Arch.de homic.pro humani.li.6.imo ſecundũ
multos denotat quandam prærogatiuam ab-
ſolutam, ſeu dominium ſuper actum cui adij
citur vt l. procurator cui libera ff.de procur.
l.iuſiurandum,quod ex conuentione.§.fin. ff.
de iureiurand. de elect. cum nobis olim.in fi.
vide per Barto. in l.alio. ff.de alimen. & cib.
legat.& Panor. in capitu. cum liberum de ſe-
pul.& in ca.veſtra.de loca.Vnde liberum do-
minium non habet quis ſuper actũ, circa quẽ
cum illum vult exercere, impeditur aliqua-
liter:omnis enim prohibitio, ſiue temporalis
ſiue perpetua contradicit libertati.l.libertati.
ff. de ſtatu hom. ꝙ nota, quia facit ad multa.
¶ LIBERTVS, eſt ſeruus manumiſſus.de quo
inf.Manumiſſio.

DE LITE, ET LITIGIOSIS.

1 *Lis quid, & quot ſit eius principium.*
2 *Litis conteſtatio quid ſit.*
3 *Litis quaſi conteſtatio quid ſit.*
4 *Litem pendere quid ſit.*
5 *Litigioſa res quæ ſit.*
6 *Litigioſus quis dicatur.*
7 *Litigioſi quæ ſit pœna & num. 11.*
8 *Cedere quando quis poſſit actionem litigioſam.*
9 *Ceſſio actionis an poſſit fieri in clericum.*
10 *Litigans an teneatur ad reſtitutionem expenſarum & damnorum.*

LIS a contentione limitis dicta eſt, ſm il-
lud Vergilianum, Limes erat poſitus li-
tem vt diſcerneret agri. de verborum ſignifi.
forus, & dicitur motalis cum fuerit conteſta
ta:de verborum ſignificat. ex parte el 2. & ca
pitulo,aduerſario.de except.Eſt autem lis idẽ
quod litigium,vt innuit San.Thom.2.2.quæſ.
116.& de mente eius ibi ſic diffiniri poteſt;lis
eſt contradictio verbalis,oppoſita amicitiæ,
ſeu affabilitati,facta animo contriſtandi.Si.n.
contradictio fiat ratione perſonæ, cui non
vult quis aſſentire, pertinet ad diſcordiam:
ſi vero fiat ratione perſonæ, quam quis con-
triſtari non veretur ſic eſt litigium oppoſitũ
affabilitati,ſiue amicitię,cuius eſt alijs delecta
biliter conuiuere. Et ſic lis ſemper conſiſtit
in hoc, quod quis alicui malum infert,vel au-
fert bonum: quia triſtitia, ſiue contriſtatio
non eſt niſi de malo inhærente, vel bono re-
cedente. Eſt autem duplex lis: quædam ſci-
licet priuata,id eſt,quę vertitur inter aliquos
nullo præſente:vel præſente priuata perſona
aut publica,non vt publica,ſed vt priuata: &
quædam publica,ſeu iudicialis, quæ vertitur
inter aliquos coram publica perſona,vt publi
ca:de qua glo.in dicto capitulo, forus.dicit,
quod importat cauſam ciuilem, non crimina
lem:quod verum eſt quantum ad primam no-
minis deriuationem, quæ eſt a limite agri,
tamen non video quare agitatio cauſæ crimi
nalis non poſſit dicit litigium,ſecundum prin
cipia S.Thom.

1 PRIMO † vero quæritur, quid ſit principium
litis in iudicio? Et dico quod eſt conteſtatio,
quæ eſt initium actionis & conflictu,s non ob
ſtante quod oporteat ad libellum præcedere,
ſuper quo fiat conteſtatio, vt de libel. oblat.
capitul. 1. quia ipſa oblatio libelli eſt diſpoſi-
tio ad conteſtationem, vnde ſemper neceſſe
eſt, quod præcedat libelli oblatio.extra eod.
c.1.niſi de partium conſenſu remittatur.

2 SECVNDO † quæritur, quid ſit litis conteſta-
tio? Et dico, quod ſecundum Goffre. eſt nego
tij principalis hincinde apud iudicẽ ſcã narra

tio, & subsecuta responsio siue negando, siue concedendo, quod primo l est intelligendum iudice interrogante, & secundo verbaliter, id est ore tenus secundum Pan. ext. eo. c. vnic. & tertio intellige, quod hæc fiant, procedendo in cā, & ea intentione directè, & a proposito: & quarto per principales p̄sonas, nō p̄ aduocatos, nisi fortè principales adeo fuerint indiscreti, vt eorū defectus de licentia iudicis suppleatur per alios, vt in c. pastoralis. de iud.

3 Tertio † quæritur, quid sit litis quasi contestatio? Et dico quod est, quando aliquis cōuentus in iudicio super rebus mobilibus, quas possidet nomine alieno, nominat dominum in iudicio, & accipit inducias ad denuntiandū domino, vt ad iudicem veniat, aut mittat, si ipse dominus non comparet in termino sibi dato: tunc enim lis dicitur quasi contestata contra dominum, siue habetur pro contestata ad interrumpendum longi temporis præscriptionem, vt in cap. quoniam frequenter. §. in alijs ver. quod si super, vt lit. non contest.

4 Quarto † quæritur, quid sit litem pendere? Et dico, quod est litem contestatam esse vsq; a sententiam diffinitiuam, vel terminum litis, sed lis dicitur pendere quo ad hoc vt nihil innouetur, cum citatio legitimè peruenerit ad partem, vel per eam stetit quo minus peruenerit, cum tali expressione, quæ potuit instrui, super quo conueniatur, vt summat Ioā. And. in cle. 2. eod. tit. & potest addi, vt ibi not. quod perueniat debito tempore.

5 Quinto † quæritur, quæ sit res litigiosa? Et dico, quod est res mobilis, vel immobilis, vel se mouens, de cuius dominio causa mouetur inter petitorem, & possessorem iudiciaria cō uentione, vel precibus principi oblatis, & iudici insinuatis, & per eum futuro reo cognitis, ita dicitur in auth. litigiosa res, C. de litig. & sic res efficitur litigiosa ante litis contestationem per solam iudiciariam citationē, vel libelli, id est supplicationis oblationem, scilicet factam principi, & ita tenet glo. in c. ecclesia. el 1. vt lite pend. & in c. primo, eod. tit. lib. 6. & Panorm. in d. capit. ecclesia. licet quidam teneant, quod solum efficitur litigiosa per litis contestationem, vt in d. c. 1. glos. recitat, & improbat. Sed tamen Pan. ibidem dicit, quod gl. imperfectè loquitur, nihil attingens de actione, an & quando efficiatur litigiosa, ita q̄ cedi sine vitio litigiosi alteri non possit, & ideo ipse ibi sic distinguit, & limitat: nā cum agitur tripliciter, scilicet actione reali, personali, aut mista, vt supra actio. illud, quod dictum est, verum est, quando agitur actione reali, & agitur de dominio. C. de litig. in auth. litigiosa, & idem de quasi dominio, vt Publiciana. de qua gloss. in capitulo abbate sanè, de re iudi. lib. sexto, puta, cum petitur res bona fide empta, & recepta a non domino, quia Publiciana est eiusdem naturæ, vt no. in d. authent. & idem si agatur de parte dominij, ut de vsufructu, quia res erit litigiosa per conuentionem solam. argum. in d. authent. & ibi no. & Barto. in l. prima. ff. de litigio. & hoc de ipsa re. An vero, & ipsa actio realis cum agitur de dominio, vel quasi, vel de eo, quod est pars dominij, efficiatur litigiosa per conuentionem solam, vt sic non possit ulterius cedi sine uitio litigiosi. Bart. in d. l. 1. ff. eod. & in l. 2. C. eod. tenet idem in actione, quod in re ipsa, sed Ioan. And. in capitu. fin. extra eo. tenet, quod respectu actionis requiritur litis contestatio: unde ante uendi poterit, licet non ipsa res. Et hoc plus, inquit mihi placet, quia cum d. auth. faciat mentionem solum de re, nō de actione ad rem, respectu actionis stabimus iuri antiquo, quod uidetur requirere contesta. lit. ut l. secunda, & l. fi. C. de litig. Sed si agitur non de uero dominio, uel quasi, sed de alio iure, puta, hypothecaria: tunc res non efficitur litigiosa, unde potest uendi cum onere suo, ut in d. authen. sed ipsa actio efficitur litigiosa tā tum per litis contest. ut erat de iure antiquo, d. lege secunda, & l. fina. Si autem, inquit, agatur actione confessoria, uel negatoria, supple quod est etiam agere actione reali: tunc subdistinguo, nam si actor dicit se ius habere: puta, agit ad præbendam tentam ab alio quam dicit suam, & tunc res efficitur litigiosa: intellige per conuentionem, seu citationem, quia inquit, licet incorporalia non sint in bonis nostris, sunt tamen in quasi bonis. Secus si dicat aliquod ius deberi, quia cum non contendatur de dominio, vel quasi, non efficitur ipsa res, seu ipsum ius litigiosum, ut not. Innocent. in cap. cum M. de constit. & limitandum est, & distinguendum dictum Bartol. in d. l. 1. quod in incorporalibus res non efficitur litigiosa, ut in authent. eod. §. ad hoc. Ipsæ tamen actiones efficiuntur litigiosæ per litis contesta. argum. in d. l. 2. Si uero agitur actione personali, Bar. in d. l. prima, dicit, quod si non contenditur de re ipsa, sed de aliquo opere facto in re, res ipsa nunquam efficitur litigiosa, etiam si illa actio sit in rem scripta. Si uero contendatur de re ipsa, efficitur litigiosa ipsa, & actio per litis contestat. ut dicta leg. secunda,

C.eo.ſed ipſe in l.2.C.eod.ſimpliciter dicit,ꝙ ipſa res non efficitur litigioſa, ſed ipſa actio efficitur litigioſa per litis conteſt.& idem Io. And.extra eo.c.fin.& clarius Inn.in d.ca.cum M.vbi ſentit, quod licet per actionem perſonalem agatur ad ipſam rem, nihilominus non impeditur alienatio per litis conteſtationem, quia non efficitur litigioſa, ex quo non contenditur de ipſius dominio. Et hoc plus placet Pan.& videtur ei tex.expreſſus in auth.de litig.poſt prin. Si vero agatur actione miſta, ſecundum Bar.in l.2.C.eo.& l.1.ff.eo. ſi actio ſit vniuerſalis olim,& hodie efficitur litigioſa res,& actio per ſolam controuerſiam, ſeu citationem,vt l.diuus.ff.de pet.hær.& l. alienationes.ff.famil.erciſ.& not.in gl.vbi patet, ꝙ poſt citationem non debet poſſeſſor hæreditatis alienare regulariter aliquam rem hæreditariam ſiue agatur petitione hæreditatis,ſiue iudicio fam.erciſ.& hoc placet Pan.quantum ad res ipſas, de quibus dicta iura loquuntur,ſed ipſæ actiones non prohibētur cedi ante litis cōteſtationem.Vnde ſtarem,inquit iuri antiquo , vt ipſa actio vniuerſalis efficiatur. litigioſa per ſolam conteſtationem.vt d.l.2.& fi.C.eo.Si vero actio eſt particularis,vt communi diuidundo,quę datur ad diuidendū rem particularem communem tam res , quā actio efficitur litigioſa per litis conteſt.ut l.1. C.cōmu.diuid.iuncta l.1.& no. gl.in d.l.alienationes,& Bar.in iuribus præalleg.

6 Sexto † quæritur,quis ſit litigioſus;& dico, quod philoſophice eſt is, qui ad omnia contrariatur cauſa contriſtandi , vt patet in 2. Eth.id eſt ille, qui non eſt cum viuentibus affabilis, ſeu delectabilis, vt decet,ſed onerosus, quia facilè verbis contendit. Sed iuridice litigioſus eſt,qui tenetur litigioſo contractu, qui eſt quando res, vel actio litigioſa transfertur in aliū,vel pignori datur,aut obligatur.Vnde dicit gl.in d.c.eccleſia,vt lit.pend. quod vitiū litigij dr̄ , cum quis rem litigioſam transfert in alium lite pendente,ſiue ſint res, ſiue actiones.C.de litig.l.vlt.& in authe.ibi poſita.imo in d.c.eccleſia.dicit Pan. quod res litigioſa ſine vitio litigioſi non poteſt pignorari,vel aliter obligari,vt videtur text.in l.ſi filius.§. fin. alias eſt in l.1.ff.quæ res pig.obl.poſ.& ſentit gl.in l.1.C.commu.diui. & ſequitur Bar.in d.l. 1.imo ſecundum glo.ibi in c.eccleſia.el 2. incidit quis in vitium litigioſi per contractum locationis,quod Pan.in d.c.eccleſiæ.el 1.dicit verum in locatione ad tempus longum, vel longiſſimum,quia tunc conſtituitur ius in re.ff.de ſuperfic.l.1.& 2.ff.ſi ager vec. vnde ꝓhibitus vendere,& obligare, prohibetur in longum, vel longiſſimum tempus locare, vt dicit gloſ. in clement.vnic.de reb.eccle.non alien ſecus in locatione ad tempus modicum, quia res litigioſa lege prohibetur ſolum alienari,pignorari,vel obligari,vt in d.l.fi.C.de litig.& d.l.ſi filius prohibitus autē alienare, vel obligare, non prohibetur locare ad modicum tempus, vt eſt maximè iuncta glo.in d.clem.vna.& in l.pen.§.inſtitutio.ff.de leg.2 vbi hæc no.Dyn. & Bar.quod tamen Pan.vbi ſup.limitat,niſi locatio ad tempus modicum ſit facta in potentem ſeriosè, ita quod re haberi non poſſet de facto quia ſatis tūc res videtur alienata, & obligata,& ratio magis,quam verba, attendenda eſt,vt l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.2. & in c.fi.de reg.iur.lib.6.& quod no.ibi Dyn. & in l.non dubium.C.de legi.fit enim fraus legi.de priu.quanto.& de immu.eccle.c.fin.lib. 6.Sunt tamen caſus,vt dicit glo.in d.ca. eccleſia. el primo , in quibus litigioſa res alienari poteſt,qui ponuntur in d.l.vlt.C.de litig.ſ.nomine dotis,donationis ante nuptias,trāſactionis , & dimiſſionis rerum hæreditariarum factæ,vel per legati,vel per fideicommiſſi cauſam. Et hoc locum habet in ſpecialibus iudicijs,in vniuerſalibus vero, cum agitur de hæreditate,prætor pręmittit quandoque fieri alienationem, ſcilicet pro impenſis funeris, ꝓ ſolutione debiti,pro cibarijs familiæ.ff.de petit.hære.l.diuus.hæc in gl. dicit tñ ibi Pan. qđ inquantum illa excipit cauſam legati, & fideicommiſſi,hodie illa lex fi.quantum ad hoc recipit correctionem,per authē.de litig.vbi dicit,quod ſi res litigioſa legatur alicui,tunc hęres debet iudicium ad finem perducere, & ſi euicerit,rem tradat legatario,alias liberatur, cum videatur teſtator legaſſe litis euentum, legando rem litigioſam:ipſe tamē legatarius, ne fiat colluſio contra eum,poterit in lite aſſiſtere hæredi,vt in d.auth.de litig.Adde etiam prædictis ſecundum Ang.in authent.de litig. quod litigioſa res alienari poteſt ab alijs, inter quos de ea nulla eſt lis.

7 Septimo † quæritur,quæ ſit pœna eius, qui eſt iuridicè litigioſus , ſeu quid operatur vitium litigioſi? & dicit Pan.vbi ſup.quod olim erant multæ pœnæ,de quibus per Bart.in l.1. ff.de litig. quæ hodie videntur ceſſare per pęnam legis nouæ , quæ latius videtur prouidere,ſ.C.de litig.l. fin. & ſunt principaliter duæ pœnæ. Prima,quia contractus non tenet.Secunda, quia contrahentibus ſcienter imponū

tur certæ pœnæ, de quibus in d.l.fi.quas ipse post Host.sic declarat. Si vterque contrahentium ignorat, probabilis ignorantia excusat, de const.cognoscẽtes.de cler.exc.mi apostolicæ,licet in venditore,vel aliter alienante difficulter reperiatur, cum non possit ignorare rem esse litigiosam,nisi successerit alteri, per reg.is qui in ius,de reg.iur.lib.6. Vnde hoc casu contractus non tenet, sed aliæ pœnæ cessant.Si vero vterque scit,tunc non tenet cõtractus, & procedet lis suo more,vt prius,sed pœnæ committuntur, quia emptor perdit pretium,& venditor cogitur tantundem conferre de suo, & vtraque quantitas applicatur fisco,vt d.l.fi.& adde,ꝙ emptor restituet rem,s. venditori.Si vero aliter tantum sciuit,tunc ille solus punitur, & ignorans lucratur etiam partem pretij: si vero emptor recuperat pretium suum,& lucretur tertiam partem de eo, quod vẽditor soluere de suo tenetur,reliquæ duæ partes applicatur fisco. Et idem dic in donatione: quia æstimabitur res, & procedetur ad pœnas modo prædicto. Addit Pan.Primo, quod si quis rem litigiosam sacræ domui dedicauerit, punitur in duplum applicãdum petendi,ff.de litig.l.pen. & vlt. secundum Host. Addit etiam secundo, quod est alius effectus huius vitij: quia sententia lata contra alienantem, mandatur executioni absque alia tela iudicij contra eum, in quem facta fuit alienatio,vt no.Bar.in d.l.1. & latius per eum declaratur in l.creditores. de pign. Addit tertio has pœnas procedere, si fiat alienatio durante litigio. Si autem instantia est perempta:tũc aut per lapsum triennij de iure ciuili, & non impeditur contractus: nec habent locum suprascriptæ pœnæ, sed durat vitium litigiosi, quo ad quid,vt l.1.C.de præscr.longi temp.& per Bar.in d.l.1.aut quia actor renunciauit liti:& tunc ex toto cessat vitium litigiosi.arg.l. postquam liti.C.de pact.no. glo.in d.l.1.C.de præscr.long.temp.

8 Octavo† quæritur generaliter,an & quando quis possit cedere actionẽ litigiosam, vel aliam,vt valet cessio?Panorm. in ca.fi.de alie. iud.mut.distinguit sic. Si enim cessio facta est in vltima voluntate, tenet, vt not.in leg. nomen.ff.de leg.3. sic tamen quod si actio erant in iudicium deducta per defunctum, non debet agere legatarius,sed hæres: & si euicerit, omnem talem vtilitatem, quam consequenter,debet legatario restituere,& si nihil consequetur,nihil restituat,vt dictum est §.priore. Sed si actio non erat deducta in iudicium, poterit legatarius post cessionem agere,vt in auth.nunc si hæredi.C.de liti. & hoc secundũ gl.in auth. nunc si hæres sumptibus hæredis, si erat litigiosa cum legabatur. l. cum seruus. ff.de leg.1.Si vero facta est litigiosa viuo,aut mortuo testatore, sumptibus legatarijs. ff.de leg.1.l.seruus legatus,nisi hæres fuerit in mora.arg.ff.de leg.1.l. cum res. Si vero cessio facta est, non in vltima voluntate, sed inter viuos,distinguendum est. Nam si fit potentiori ratione officij,seu dignitatis præcipue,nõ valet, & cedens perdere debet omne ius, quod habeat,& iste est proprius casus.l.2. C.ne lib. po.& hoc verum ſm Spe.in titul.de ces.actio post Vinc.quando fit potentiori malitiose cã opprimendi aduersarium secus si bona fide. arg.l.qui stipendia.ff.de procu. & placet Pan. Si vero cessio fit potentiori,non ratione officij,vel dignitatis: sed ratione nobilitatis, vel quia ditior,vel alio respectu,tunc si fuit facta cessio, ratione iudicij mutandi, potest excludi cessionarius per exceptione, vt l.pe. & qđ ibi no.ff.de alien.iud.mut.cau.fac. non perdit tamen actionem cedens, sed punitur secundum vnam opinionem, quia non potest amplius cedere istam actionem alteri,nec potest in ea constituere procuratorem: sed tenetur prosequi,vt videtur innuere d.l.pen.Sed glo. in d.l.pen dicit,quod in isto casu vr̃ transtulisse magis rem quam litem, & sic cessionarius habebit rem si euincatur: & cedens expensas litis facit in damnum suum, secus si non fuit facta ratione iudicij mutandi,quia tenet,vt patet ex no.in gl.in l.1.C.ne lice.po. Si vero cessio fiat inter viuos, & non potentiori, distinguitur. Nam si est dubitata, quod est eo ipso, quod in litigium deducta est,quia dubius euẽtus litis sic regulariter alteri cedi non potest, sed cedens incidit in vitium litigiosi, vnde puniri debet,vt in l.fin.C.de litig.& per gl.in ca. ecclesia.el 1. ne lite pen. quod tamen fallit in casibus ibi enumeratis. Vbi tamen notãdum est,quod in casibus,in quibus potest fieri cessio,prosecutio actionis nõ fiet a cessionario, sed a cadente, secundum Inn.in quadam gl in d.ca.fi.qui allegat in argum.l quanquam ff.de aqua plu.arc. Si uero actio non est dubitata, tunc regulariter potest cedi titulo donationis, uenditionis, uel alio titulo legitimo, ut probatur,C.de hæred.uel actio.uend.l.nominis uenditio.& in l.per diuersas.C.man. Prætenditur tamen simulatus contractus ex multis. Primo ex pretij modicitate, & æstimatur ista actio,secundum Pan.ibi,secundũ dubium

expensas, labores, & huiusmodi. Secundo quando in cessione non exprimitur titulus: vt quando dicit, cedo actionem, &c. nec dicit pro qua causa, vt probatur in d.l. per diuersas, & tenetur communiter doct. Tertiò, quando cessio fuit pro parte vendita, & pro parte donata, vt d.l. per diuersas. Ratio, quia ista cessio est odiosa: secus in alijs, quia valet. Et isto casu admittitur cessionarius vsque ad quantitatem quam exbursauit: in alia vero perdit actio, vt d.l. per diuersas. Quartò, quando cessio pure venditur, tamen pretium non soluit nisi pro parte, & de reliqua confitetur se recepisse. Quintò, quando dicit se donare propter benemerita, quæ non sunt: fallit in casibus contentis in d.l. per diuersas, vbi nō præsumitur simulatio: vt puta, si inter cohæredes, est facta cessio, vel cum est facta insolutum, vel pro munimine rei suæ: vt cum domus tua minatur ruinam domui meæ, ego timēs mei, emo ius tuæ: item si fit inter legatarios, & fideicommissarios: & vel quando hæres cessit actionem legatario, similiter in societate, s. quando socij sibi cedunt actionem.

9 Nono † quæritur, an cessio actionis possit fieri clerico? Et dicit Pan. in d. cap. fin. quòd non per vēditionem, quia vilius emere, & carius vendere clerico non licet: posset tamen clerico, vel ecclesiæ bona fide donari, secundum eundem ibi.

10 Decimo † quæritur, vtrū litigans teneatur ad restitutionem expensarum, & damnorum parti aduersæ. Et dico quod sic si sciebat se iniustā causam fouere, aut si a principio hoc nesciunt, sed tamen cognouit in causæ processu & non desijt, arg. c. dominus. de secund. nup. & in l. si quis inficiatus, & ibi Bar. Vndecimò, quæritur, quæ pœna litigiosi philosophiæ, de quo supra. §. 6. Et dico quòd de iure non debet ordinari. 46. dist. §. 1.

Literæ alienæ nō debent aperiri, vt sup. Falsarius, §. 1. literæ autem proprie aliquando præiudicant proximo, & tenetur scriptor ad restitutionem, vt inf. Restitutio, §. 10. aliquando verò præiudicant scribenti. Et de hoc Pan. in c. fraternitati. de cler. non resi. cōcludendo post Bart. in l. Lucius. ff. de fideiuss. distinguit. Aut enim sunt literæ generales, sicut cum dicitur, præsentium latori fidem adhibeas, & isto casu cum iste lator non possit contrahere, aut aliquid intentare in præiudicium scribenti, si is, cui scribitur, mutuaret illi pecuniam, & huiusmodi, non præiudicaret scribenti, vt in l. fi. C. quod cum eo, qui in ali. potestat. quia sunt literæ commendatitiæ, nisi aliud addatur, puta, sub periculo meo, & huiusmodi: vel nisi dolose dedit illi literas, quia tunc teneretur; arg. leg. venditor. ff. de dolo. Aut sunt literæ magis speciales: puta, quia dr̄ in eis, tali de mea intentione plene informato plenam fidem adhibeas: quia tūc tenetur, & aget actione mandati contra scribentem ille, cui scribitur, sed non debet ei credere in aliquo quod ei approprietur. facit l. si vero non remunerandi. ff. mand.

Litigator, est non solum actor, sed etiam reus, & litigatoris nomine etiam reus comprehenditur. de lit. contest. c. 1. li. 6.

Liuellarius contractus, qui dicitur datio, vel acceptio ad liuellum, idem est quod emphyteusis, & ibi vide de laudemio soluendo, & licet quidam, vt Bart. in l. si finita. §. si de vectigalib. ff. de dam. infect. teneant quo differt, quia emphyteusis fit a domino, datio autem ad liuellum à non domino, idest a vasallo, emphyteuta, & huiusmodi: tamen temporibus nostris communiter non differunt: nisi quando ista datio fit illicite, & in fraudem, vel in formam vsurarum, vt infra Vsura. 2. §. 15.

DE LOCIS RELIGIOSIS.

1 *Locus quotuplex sit.*
2 *Cœmeterium inter loca religiosa annumeratur.*
3 *Hospitale vel oratorium, vt fiat locus religiosus: quia requiratur, & in dubio quomodo cognoscatur, & nu. 4.*
5 *Locus ex circunstantijs religiosus, aut profanus iudicatur.*
6 *Loca quæ sint religiosa.*
7 *Basilica dicitur ecclesia nondum consecrata, & an eadem immunitatis gaudeat priuilegijs.*
8 *Locus vt immunitate gaudeat sufficit quod authoritate episcopi sit constructus.*
9 *Priuilegia, quæ ecclesiasticis conceduntur, ad hospitalia episcopi authoritate fundata extenduntur.*
10 *Hospitalia ad se confugientes tuentur a sæculari potestate.*

Loca hic non sumuntur phylosophice, vt sunt superficies corporum locātiū, & continentium alia corpora, eo modo quo cōmune corpus dicitur esse in loco, sed sumuntur pro humanis habitationibus in vita, vel post mortem, quæ diuiduntur in profanas, siue priuatas: religiosas, siue publicas, & sacras, vt colligi tur ex gl. & Pan. in ca. abolendæ, de sepul.

1 PRIMO † vero quæritur, quotuplex sit locus?
Et dico, quod triplex: vt iam patet, ex dictis,
Nam Pan. ibi sup. dicit: Quidã locus est omni-
no priuatus, vt quia non est deputatus ad vsũ
publicum, scilicet a diuina. adde siue sit perso
næ priuatæ, siue Reipublicæ: & talis potest li-
citè vendi, etiam vt ibi fiat cœmeterium, vel
ecclesia. 12. q. 2. aurum. Quidam vero est reli-
giosus, sed non sacer, vt ille, in quo sepultus
est aliquis de voluntate domini, C. de rel. &
sum. fun. l. 2. & talis vendi non potest, secun-
dum gl. & verum est secundum Inn. de iure ci
uili: quia immediatè quatenus corpus, maxi-
me Christiani, vt addit Lud. de Ro. tangit illũ
locum, desinit esse in dominio alicuius. l. quã-
quam. ff. de aqua plu. arcen. non autem de iu-
re canonico. Vnde putat locum non effici re-
ligiosum, nisi authoritate Pontificis depute-
tur ad talem vsum, pro quo c. ad hæc. de relig.
dom. & hæc opinio fuit originaliter glossato
ris decreti. 13. q. 2. in ca. ecclesiastico. Sed Pan.
distinguit soluendo dictã gl. & ius ciuile. Nã
iste locus strictè nõ est religiosus quo ad hoc,
quod gaudeat priuilegio religiosi loci, & pu-
blici, sed largè, quia deputatus ad vsum pium:
sicut dicimus, quod laici valde boni possent
appellari religiosi, quasi ad diuinum cultum
religati, & in ecclesia, de const.

2 QVIDAM † vero est locus religiosus, & sacer,
vt est locus cœmeteriatus, i. deputatus ꝑ cœ
meterio ecclesiæ, & iste indubie vendi nõ po
test, quia non est in bonis alicuius: de præb. ra
tio, ꝙ ff. de re. diui. l. in tantum. §. sacer. Dici-
tur autem secundum Pan. sacer largè propter
episcopalem benedictionem, sed non strictè:
quia non fit ibi consecratio, seu vnctio cum
oleo sancto, vt in ecclesia, vel altari: vnde so-
lum benedicitur; ecclesia vero consecratur,
de consec. d. 2. nemo. Vnde dicimus cœmete-
rium minus dignum, quam ecclesia.

3 SECVNDO † queritur, quid requiritur ad hoc,
quod hospitale, vel oratorium fiat locus reli-
giosus gaudens ecclesiastica immunitate? Et
dicit Archid. post Ludo. de Ro. in quodam suo
consil. quod oportet in eius constitutione in-
teruenire authoritatem episcopi, de reli. do.
ad hæc. Simplex autem hospitale ad pauperes
recipiendos sine altari, cœmeterio, vel alio
iure episcopali, construi potest per priuatam
personam sine licentia episcopi, vt no. Inno-
cen. in d. cap. ad hæc. & in cap. quædam. 18. q.
2. & in cle. quia contingit. de relig. dom. imo
& oratorium simplex, vt ibi oretur, licet mis-
sa ibi celebrari non possit sine episcopi con-
sensu de consec. dist. prima, vnicuique. & cap.
clericos. quod etiam no. Hos. & Io. And. de cẽ
sibus, cap. fi. imo in tali oratorio fieri non po-
test erectio campanarum, de priui. patentib.
Sed talis locus non est religiosus; quia secun-
dum gloss. in cle. quia contingit de relig. dom.
potest per ædificatorem ad profanos vsus cõ
uerti, quod non esset, si effectus esset religio-
sus, vt in reg. iur. semel Deo.

4 TERTIO † queritur, quomodo hospitale, vel
oratorium in dubio cognoscetur esse locus
religiosus, id est episcopi authoritate funda-
tus? Et respondet Arch. post Lud. de Ro. quod
recurrendum est ad præsumptiones, ex quali
tate circunstantiarum talis loci, si enim habet
omnes circunstantias loci profani, est profa-
nus, ad episcopi curam non pertinens, quam-
uis esset celebrationi, & orationi deputatus:
prout ferè est in omnibus palatijs magnorũ,
vbi sunt capellæ habentes formam oratorij,
quæ circunstantiæ sunt non habere cœmete-
rium, vel signum sepulturæ, & si institutio,
vel datium eius fiat per laicos non requisita
authoritate diœcesani, nec eo existente in
possessione exercendi ep̃alia iura, & si ex bo-
nis eius soluantur collectæ cõitati laicorum:
& si oratorium, si ꝙ est, regatur per laicos, &
si non habet campanile, vel campanam super
tectum, si vero hospitale habet oratoriũ ædi-
ficatum in forma ecclesiæ, habens campanile
erectum supra tectum, & campanã, qua pul-
satur cum ibi celebratur, & altare in forma la
pidea, scilicet fixum, sicut habẽt alię ecclesię,
ibique per sacerdotes celebratur publicè: p̃su
mendum est locum esse religiosum. Et ita de-
terminat Arch. de consec. dist. 1. nemo. & eum
sequitur Io. Cal. in suo consi. art. c. quod inter
rogasti. dist. 27. & c. vidua. 27. quæst. 1. & de re
gu. vidua. & idem si sit ibi cœmeterium, vel si
gnum sepulturæ; quamuis enim perceptio de
cimarum, & oblationum, & onus baptizandi
non censeantur facere ecclesiã curatam, vt te
net Host. & Io. And. in nouel. in cap. quia non
nulli. de cler. non resi. quod sequitur Feder. in
suis consilijs arguunt tamen locum ipsum ec
clesiasticum, & religiosum, vt not. gl. in clem.
quia contingit. de reli. do. in verb. altare. con-
sentit Io. Cald. in suis consil. Sed quia istæ cir-
cunstantię variari possunt multis modis; ideo
5 ipse Fede. consi. 125 & Arch. videt̃ velle, † ꝙ
iudicabitur locus profanus, vel religiosus ex
pluribus circunstantijs, quia pro eo iudican-
dum est, pro quo faciunt plures rationes, de
dec. suggestum, quod intellige si sunt pares:

alioquin ex potioribus iudicabitur, vt etiam ipse Arch.innuit.vnde concludit, quod hospitale non debet censeri locus profanus ex hoc solo, quod non habet campanile supra tectũ, vel habet nomen alicuius laici: puta, domini Bonifacij, & non alicuius Sancti, vel quia datur per laicos, & administratur in temporalibus si cum is officiatur per clericos in horis, & celebrantur ibi continuè missæ, aut habet cæmeterium, vel sepulturam: quia tũc ex potioribus circunstantijs censebitur religiosa domus, & visitabitur a diœcesano, nisi sit exēptum: quo casu seruabitur cle. quia contingit. de relig. do. imo dicit idem Lud. quod in dubio eo ipso, quod ipsæ missæ celebrantur, prę sumitur authoritate episcopi ædificatum, & dictum est singulare Arch. de consec. dis. 1. nemo, quod verum est, quando continuè celebrãtur, & per clericos in horis officiatur, vel concurrentibus alijs adminiculis, de quibus supra alias non videtur sufficere, licet in locis profanis dicantur aliquando missæ. Dicit etiam Pan. in c. inter dilectos, de don. quod si longo tempore ibi fuerunt celebrata diuina publicè, & omnibus admissis indifferenter, & eleuata campana: signum esset, quod locus esset publicus, id est religiosus.

6 QVARTO † quæritur, quæ loca sint religiosa? Et dico, quod licet iam aliqualiter pateat ex dictis, tamen adduco tex. in c. ad hæc. de relig. dom. vbi habetur, quod religiosus est locus authoritate episcopi etiam ad vsum hospitalitatis deputatus, & ad mundanos vsus redire non potest, & a fortiori loca religiosa sunt ecclesiæ, & capellę, & monasteria, authoritate episcopi, vel Papæ ad cultũ diuinum deputata. Et ibi a contrario sensu infert Pan. qđ hospitale non efficitur religiosum, quod non est authoritate Pontificis ædificatum, vel deputatum ad hospitalitatem, sed redire potest ad humanos vsus, quod intellige eo viuente qui ædificauit: secus autem si decesserit, per auth. de eccl. titu. §. si quis ædificationem.

7 PRAEDICVA † faciunt ad multa, & primo ad quæstionem, an basilica, id est ecclesia nondũ consecrata gaudeat priuilegio immunitatis, licet diuina mysteria ibi non fuerint celebrata. gloss. in cap. ecclesia. de immunit. eccles. dicit, quod non, mota per text. ibi, in qua diuina mysteria celebrantur a contrario sensu, & idem Abb. & idem Clemens, vt refert Host. qui fuit egregius Iurista. Sed ipse Host. tenuit

8 contrarium: † quia sufficit secundum eum, quod locus sit ædificatus authoritate Pontificis primarium lapidem imponentis: intelligē per se, vel per alium, cum non possit redire ad vsus humanos, vt in d. cap. ad hæc. & textus in eo quod dicit, celebrantur, exponit, id est celebrari possunt. Hunc sequutus est do. Cardin. quia cum ista materia sit fauorabilis, non est restringenda, sed relaxanda. Sequuntur similiter alij Doctores, vt recitat Pan. in d. cap. ecclesia, quia multum facit textus pro eo, cũ non se fundet super celebratione, licet de ea fiat mentio in narratione, sed super deputatione, quia est deputata diuino obsequio. quę ratio vendicat sibi locum, licet ibi non fuerit celebratum. Sequitur & ipse Pano. adducens vltra prædicta l. omnia priuilegia. C. de episc.

9 & cle. vbi probatur, † quod omnia priuilegia concessa ecclesiasticis extenduntur ad hospitalia, scilicet episcopi, authoritate fundata: ergo fortius ad ecclesiam de proximo cõsecrãdam, & ista opinio indubitanter tenenda est, quia dicit Arch. in c. diffiniuit. 27. q. 4. quem referendo sequitur Bal. in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler.

10 QVOD † fugiens ad hospitale, tutus est a iudice seculari, sicut si fugisset ad ecclesiam, qđ verum est hospitali authoritate episcopi fundato, per quod scilicet videtur eius authoritate deputatum ad vsum pauperum, etiam si adhuc fortè nullus sit repertus. Si ergo hoc verum est de hospitali ad receptionem pauperũ ordinato, stultum est hoc negare de ecclesia ordinata ad tam sancta mysteria. Quod tamē Pano. videtur limitare, nisi consuetudo sit in oppositum: cui dicit hodie standum, vt no. Innoc. in c. inter. de immuni. eccle. Vtrum autem mendicantes possint noua loca recipere, vel antiqua mutare, vide sup. excomm. 9. excommunicatione 44.

DE LOCATIONE, ET conductione.

Condu-

10 Conductor, an aliquando possit discedere ante finitum tempus.
11 Colonus postquam seminauit agrum, quem dominus vendit, an expelli possit per emptorem.
12 Conductor si uti non possit, an sit minuenda pensio.
13 Conductionis pretium, an diminuatur propter sterilitatem, & augeatur propter fertilitatem, & numero 14.
15 Pensio, vel census in quibus casibus remittatur.
16 Expensæ conductoris, an restituantur.
17 Conductor an teneatur de damno, quod accidit in re locata.
18 Locans vasa vitiosa, an teneatur de vino perdito in eis.
19 Probatio culpæ, an incumbat locatori, vel conductori.

1 LOCATIO † est personæ, vel rei ad vsum facta concessio, mercede in pecunia numeranda conuenta: alias si res, vel species pro mercede daretur, non esset locatio, sed alius contractus innominatus, s. do, vt facias, & ageretur præscriptis verbis. ff. deposi. l. prima §. si quis seruum. Conductio vero est personæ, vel rei ad vsum acceptio interuentu pecuniariæ mercedis. Igitur locator est, qui sub pecuniaria mercede locat rem, vel personã suam. Conductor vero est, qui huiusmodi accipit soluendo pensionem. d. §. si quis. Vnde si meam domum te inhabitare patiar sub pecuniaria mercede mihi data, vel danda, ego locator, tu verò conductor es: & si tu operaris in re mea certa mercede pecuniaria tibi danda: tu locator operarum tuarum, ego vero conductor earundem dicor. ff. eo. l. qui operas, sed respectu operis est econtrario: quia ego locator tu cõductor diceris. ff. eo. l. item quæritur. §. 1. & §. si gemina. Aduertendũ tamen est, quòd contractus innominatus inducitur secundum naturam contractus nominati cui assimilatur, nisi aliud actum fuerit, vt in di. §. si quis. & sequitur Bartol. ¶ Primo autem quæritur, quid locari possit? Et dico, quod omnes illæ res, quæ vendi possunt, nisi sint seruitutes prædiales, puta, iter, actus, via, &c. quæ locari nequeunt: vt est tex. & gl. in l. locare. ff. loc. seruitutes autem personales, quæ sunt vsusfructus, bene possunt locari, ff. de vsufru. l. arboribus, sed non seruitus vsus, vt Instit. & de vsu, & habit. §. minus. sed si fit ab vsufructuario, extinguitur locatio per mortem ipsius vsufructuarij; vt C. de iure dot. l. si socrus. & per maximam & mediam capitis diminutionem. Institut. de vsufruc. § finitur, a proprietario autem fieri non potest locatio seruitutis personalis. Res tamen venalis locari non potest æstimata periculo conducentis quo ad perditionem, & deteriorationem: sed videtur fieri in fraudem vsurarum: quia res æstimata intercedi loco pecuniæ l. si vero. § quod ait. ff. sol. mat. nec est vera locatio: quia locator rem suo periculo tradit.

2 SECVNDO † quæritur, quis possit rem locabilem locare? Et dico multa. ¶ Primum. Locare non potest aliquis prælatus religiosus ad vitam, vel certum tempus, scilicet longum, reditus, vel partem eorum, aut iura, vel possessiones monasteriorum, vel aliarum administrationum sibi commissarum: nisi necessitas, vel vtilitas cõuentus, siue loci exposcat, & accedente consensu conuentus, vel superioris, si conuentum non habeat: aliter suspẽsus est ipso facto: nec conductori acquiritur ius aliquod: tamen hoc non extenditur ad locationes, aut venditionis fructuum, vel redituum ad modicum tempus, vt in clemen. monasteriorum. de rebus eccles. non alien. cum ibi not. ¶ Secundum. Beneficiatus locare potest reditus ecclesiæ suæ sine aliqua licentia, secundum Panorm. in capitu. vestra, de loca. quòd intellige ad tempus non magnum, puta, annorum nouem: & facit gloss. in clem. 1. de rebus eccles. non alienan. Nec impedire valet hoc statutum, aut prohibitio superioris in contrarium propter verbum, libere, quod ponitur in litera. ¶ Tertium. Et si beneficiatus ante tempus finitum locationis moriatur, extinguitur locatio, quia clericus cõparatur vsufructuario, vel vsuario. de pec. cler. capit. fin. & ideo extinguitur sicut ius vsufructuarij. de donatio. consultationibus, de pign. cap. final. & sic no. Ioann. Monal. in capitu. hoc consultissimo, de rebus eccles. non alienan. libro 6. & si conductor soluit pensionem, non habebit a successore in eodem beneficio: nisi sit conuersum in vtilitatem ecclesiæ, vt not. Host. cap. secundo, ne præl. vic. suas. Quartum. Sacerdoti nunquam licet locare operas suas pro diuinis officijs dicẽdis. de sim. cap. cum in ecclesiæ, & multis capitulis. aliter esse simoniacus, licet tamen ei pacisci cum aliquo, quod moretur in aliqua ecclesia, vt celebret ibi diuina. Ita tamen quòd non habeat intẽtionem ad diuina, sed ad mãsionem quam ibi facit, vel ad laborem quem sustinet, vel ad damnum quod patitur ratione moræ, vt in cap. ad quæstiones. de rerum permu. per arg. & no. Inn. in cap. pe. ne præl. vic. suas. de hoc vide inf. Simonia. §. 9.

¶Pro temporalibus autem exercitijs potest locare: sed intellige si personæ suæ cõueniat. ¶Quintum. Conductor locare potest alteri rem conductam, nisi aliud conuenissent. C. locati. l. nemo. & tunc res posterioris cõductoris sunt obligatæ dño principali, vsque ad illã quantitatem, quia secundus conductor tenetur primo. ff. eod. leg. si lege. Vnde scholaris contrahens societatem cum alio scholari, recedens secundum Pan. in capitulo inter dilectos. de fide instrumen. potest alium loco sui ponere in domo, vel camera conducta. & idem Bald. in dicta leg. nemo. nisi vellet locare partem suam personæ inhonestæ, quia tũc non posset. Et idem intellige de omni persona iniusto prædicante, eadem ratione, vel nisi inter eos aliud esset conuentum. d. l. nemo. An autem hoc possit inuitis socijs. Bald. videtur tenere, quòd sic. & idem Cæs. in lege viã, C. loc. Sed melius gl. Insti. loc. in fi. dicit, quòd licet possit alteri locare iure conductionis: ratio tamen societatis prohibet, quæ præualet iuri locationis, cum videatur electa industria personæ. Instit. pro socio. §. soluitur. & idem tenet Spec. de iu. §. 2. & clarius Azo. per l. perceptione. ff. de his, qui deiec. vel effu. addens, ꝙ si scholari non degit in domo, vt versari debet, potest contra eum agi actione pro socio, sed vtili, quia directe datur quando contrahitur societas ad commodiorem vsum, & quæstum vberiorem: de qua leges loquũtur, vt no. Spe. vbi supra. Ex quo videtur, quod in materia odiosa nõ venit socius in domo. Vnde si statutum dicit, ꝙ socius teneatur pro socio, non veniet socius in domo, quia non est proprie ista societas: & in odiosis verba strictè capiunt. l. 3. & hæc aũt verba. ff. de ne. ge. & in c. in nostra. de iureiur. Insuper dicit Pa. in d. ca. inter dilectos, quòd si male versatur, & compesci non potest sua insolentia, poterit expelli per l. si conuenerit. in fin. ff. pro socio. & 5. quæst. 4. in loco. ¶Sextum. Si duo socij habent domum communem, & vnus vult habitare, alius vult eam tradere ad pẽsionẽ, præferendus est is, qui vult habitare. de quo vide glo. in l. Sabinus. ff. communi diuid. Pro quo etiam not. quod id quod est mihi cõmune cum alio, non est meum proprie. C. qui testa. fac. poss. l. quanquam. per quod infert Bal. quod in statuto caueatur, vt amputetur manus vulneranti in domo percussi: non intelligitur de domo communi: cum verba in statutis debeant proprie intelligi. l. ille aut ille. & l. non aliter. de leg. 3. Licet autem commune proprie non sit meum; tamen socius peregrè profectus pensionem petere non potest a socio, si totam domum communem inhabitauit: sed bene petere posset si eam alteri sub pensione locasset, secundum Bald. & Imol. in l. duo fratres. ff. de acq. hær. quod Pau. de Cas. dicit se habuisse de facto.

3 TERTIO †quæritur, cui possit res locabilis locari? Et dico multa. ¶Primum. Res locabilis locari potest omnibus qui possunt eã emere, nisi sit miles, vel curialis, quibus non possunt locari prædia ad colendum, ne omisso vsu armorum ad opus rurale se transferant. C. loc. l. milites. l. curialis. & l. vlti. Subuenitur tamen ignoranter facienti. ff. loc. l. si qs ignorans, vbi dicitur, quòd potest exigere mercedem & idem vř in clericis, & monachis, nisi ex causa necessitatis, ne cler. vel mon. in cap. primo, & secundo, vbi hoc not. Ber. & Host. ¶Secundum. Fructus decimarum locari possunt ad annuum censum laicis, secundũ Pan. in c. vestra. de loc. ¶Tertium. Domus propinqua vni magistro locari non potest alteri magistro, ita, quod voces adinuicem confundantur: & si factum fuerit, primus expellere poterit secundum C. de stu. lib. vrb. Rom. l. vnica, in fine. Et hæc causa tractari potest in ferijs tempore messis, secundum Host. de iud. significauerunt. ¶Quartum. Id quod in particula priore dictum est, dici potest secundum Summ. Angel. indistincte de quocunque alio impediente lectionem dicti magistri, argum. d. l. vnicæ. Sed melius distinguendum est, aut dicendum, vt statim. Vnde ad quæstionem, an Doctor possit expellere fabrum, qui moratur iuxta scholas. Bar. in l. 1. ff. solu. matrim. refert Io. de Are. distinguẽdum, nam si Doctor præuenit fabrum, præfertur, vt l. 2. si quis. ff. ne quid in loco publ. Si verò faber præuenit doctorem, tunc aut Doctor non põt commode scholas alibi facere, & tunc etiam præfertur, quia propter necessitatem frangitur diuina reuerentia, l. omnes. C. de fer. Aut potest scholas alibi commode facere, & tunc secus eo, ꝙ præuenit faber, vt leg. si plurib. ff. de legat. 1. Si vero concurrunt, præfertur Doctor: quia maior præfertur minori. Et hoc præcedunt, nisi aliæ circunstantiæ præponderẽt. Vnde Barr. dicit hoc tantum pendere ex officio iudicis, considerata dispositione locorum, & antiqua consuetudine contractæ, quia forte est consuetum semper legi, & ex alijs circunstantijs præferat Doctorem, vel fabrum, & idẽ in duabus scholis se impedientibus. C. de stud.

ſtud.lib. vrb. Rom.l.1. lib.11. & in ambiguis præfertur Doctor fabro, quia in eo verſatur publica vtilitas, & in communi, & in quolibet particulari: cum quilibet poſſit audire Doctorem, & addiſcere, & per ſcientiam quis efficitur Doctor, & fortè Papa Et idem puto ſi faber ſtat iuxta domum vnius ſcholaris, vel plurium, ad quod proprie facit d.l.1.ſolu.ma. hæc Bar. Et per hoc etiam dici poteſt, quod ſcholaris, vel Doctor poteſt inhibere alij ſcholari, vel Doctori, vt legat voce demiſſa. Prædictis adde tex.in ca.pridem.15.q.7. vbi episcopo volenti facere baptiſterium prope monaſterium, Gelaſius Papa inhibuit: quia propter ſtrepitum aduentantium monachi non poterant quietè & ſecure deuota officia celebrare, & ſic poſſunt religioſi expellere fabrum inquietantem officia diuina, vel infirmorum quietem, & huiuſmodi.

¶Quintum. Non licet etiam locare, ſicut nec vendere aliquid alicui, ſi credatur eo principaliter vſurum ad peccatum mortale, vt gladium ad iniuſte occidendum, & domum ad fœnerandum: vide infra Vſura 9.§.vlt.

4 QVARTO † quæritur, vſque quo poſſit fieri locatio? Et dico, quod ad tempus, & in perpetuum.ff.ſi ager vectig.l.1. dicuntur enim agri vectigales, qui perpetuo locantur, ſcilicet quãdiu vectigal ſoluatur, vt d.l.1.& ſuccedit hæres in locatione, & conductione, ſi moritur conductor intra tempus locationis in iure cõductionis: ſecus in vſufructu, qui perſonalis eſt, & extinguitur cum perſona ff.loc.l.ſi quis domum.§.ſi fructuarius.

5 QVINTO † quæritur, quo tempore merces ſit ſoluenda? Et dicit Azo.& Gof.& communiter Doct.in c.propter ſterilitatem, extr.eo. quod ſi quid actum eſt, illud ſeruabitur; alias conſuetudo regionis: de qua ſi non appareat, id quod minimum eſt, id eſt, in fine anni, vt dicit l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de regu.iur. & not.Hoſtien.& Ber.de cenſi.cap.ex parte. & facit de regu.iur.in obſcuris.lib.6.ff.de ver bor.obligat.l.qui hoc anno.& l.eum qui.& ff. quando dies vſusfru.leg.ced.l.1.in princip.& hæc ſecundum Panor.in ca.propter ſterilitatem.eod.titul.vera ſunt etiam in alijs contractibus, vbi quis ſe obligat ad aliquid faciendum pro certa mercede, niſi cauſa, quare datur merces, aliud requirat, puta, quia datur pro ſumptibus, quia tunc ſecundum Panorm. in princ. debet fieri ſolutio, quia videtur hoc tacite actum. Si vero ſoluitur pro labore, vel remuneratione: conſideranda eſt qualitas perſonæ, & veriſimiliter iudicandum: qua conſideratione veriſimili ſoluendi ante finem ceſſante, in fine ſoluetur, adde ſecũdum Panor.in ca.peruenit.de arbit.quod qui promiſit ſoluere annuatim, tenetur ſoluere in principio anni, qui vero ſingulo anno, tenetur in fine.

6 SEXTO † quæritur, an conductor in ſoluendo penſionem teneatur quærere dominum? Et dicit Panorm.in ca.ſignificante. de pig. ex mente Barto.in l.item illa.ff. de conſtit. pec. quod aut ſolutio debet fieri reſpectu alicuius rei, vt pro aliqua re, aut non, & ſi primum, tunc ſi creditor eſt eiuſdem fori, in quo eſt illa res ſituata, ire debet debitor ad domum creditoris. Si vero ſunt diuerſi fori, non tenetur ire; ſed ſufficit, quod dicat in domo ſua, ſum paratus facere: ſi quis eſſet, qui reciperet. ideo infert Panor. quod ſi emphyteuta non eſt de foro domini, non tenetur pro ſoluendo canone dominum quærere: ſecus ſi eſt eiuſdem fori, & ſic intellige c.propter.de loc. Si vero ſolutio non eſt fienda reſpectu alicuius rei: vide cum ibi.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum is qui alicui locauit molendinum ad molendum ei, & filijs, ac hæredibus eius certa mercede, in perpetuum tenebitur illis omnibus eodem pretio molere, ſi fiat illorum multiplicatio in infinitum? Et dicit Pil.& Hug. quod non: quia non videtur de hoc cogitaſſe.l. ſi quis in vna.ff. de peric.& con.rei vend. Sed Alb.in Authen.hoc ius.C.de ſacroſ.eccl.dicit, quod imò tenetur deſtricto iure ad quod facit l.ſi ſeruus, ita 2.reſponſo.ff.de ſer.vrb.præd. ſed de æquitate cõſcientiæ tene primum.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum is qui conduxit fundum ad medium, vel certam partem, nulla facta mentione de arboribus, habebit aliquam partem de fructibus arborum? Et dico, quod non; ſed locator habebit omnes. ff. de vſufr.leg.fructus.& ſi colonus deſtruat arbores tenebitur, ſimiliter eius culpæ imputatur, ſi quis eius odio arbores excidat.l. ſi merces. §.culpæ.ff.loc.quod limita ſecundum gloſ.in d.§.culpæ quando ſuo dolo, vel culpa tale odium eſt cauſatum: alias non.

9 NONO † quæritur, vtrum aliquando locator poſſit expellere conductorem, vel inquilinum? Et dico, quod inquilinus propriè eſt, qui conduxit rem vrbanam. l. errorem. in gloſſ. iuncta leg. licet. C. loca. & propriè vrbanum prædium. Colonus vero licet large ſit omnis conducens prædia colen-

colendo ſub pecuniaria mercede, ſecundum Io.An.tamen proprie dicitur, qui ruſticã rem conducit. Vnde inquilinus reſidet in ciuitate, colonus autem in villa, vt ff de acq.poſſ.l.qui pignoris.& l.ſi quid quod.§.etiam per colonos. eod.tit.conductor vero eſt quoddam generale vtrique conueniens, vt ex diffinitione patet. Vnde quantum ad præſentem quæſtionem nihil differt inter inquilinum, & conductorem. Dico ergo, ꝙ poteſt ſecundum Doc. in d.c.propter.in quatuor caſibus ¶ Primò, ſi domus locata neceſſaria facta ſit ſuæ habitationi: puta, ſi deſtructa eſt domus ſuæ habitationis, vel poſtea duxit vxorem, vel ſimilis neceſſitas occurrit, quod intellige ſi neceſſitas ſuperuenit locationi iam factæ, & aliter prouidere non poteſt, vt l.ædem.C.de loc.aliter non diceretur neceſſitas; ſecus ſi tempore locationis aliam domum non habebat, qa imputabit ſibi nec poterit expellere, ff.lo.l.ſi quis domum.§.huic ſubiungi. ¶ Secũdo, cum domus eget refectione, quia ruinam minat, quam tempore locationis non minabatur: quo caſu, ſicut & in præcedenti, fiet remiſſio penſionis pro temporis rata, de loc.propter ſterilitatem. & d.l.ædem. & l.quærô. § inter locatorem ff de loc.vel prouidebitur de alia domo æque idonea.ff.eo.l.cum plures.in pri. & refecta domo poterit conductor petere in ea reponi, ſecũdum gl.iuncto tex. in l.ſi duo. §.cum inquilinus.ff.vti poſ. & ibi per Bartol. ¶ Tertiò, quando conductor in domo peruerſe cõuerſatur, etiam ſine læſione rei, vt puta, tenet publicas meretrices, vel etiam peruerſos hoĩes, vt lenones, & huiuſmodi.arg.in authen.de leno.§.ſancimus.& ſic nõ remittitur penſio, ſec.Hoſt.vel ſi verſatur peruerſe cum læſione rei, tenendo porcos in ſolario, incidendo arborem, non colendo ſuo tempore, & tunc recipitur penſio, ſed aget locator ad intereſſe de damno dato, ſecundum Hoſ.d.c. propter ſterilitatem. ¶ Circa hoc ſcito, ꝙ in iſto tertio caſu dixerunt aliquis non eſſe remittendã partem penſionis pro rata temporis quaſi compenſando, ſed poteſt agere contra inquilinum pro dãno dato actione legis Aquiliæ, vel ex locato, quod Pan.ſecundum Io.Andr.limitando dicit verum, qñ peruerſe verſatur dando damnum: ſed ſi ſe haberet ꝑuerſe in domo ſine damno, põt expelli non remiſſa penſione pro rata, quia dominus nõ debet ſuſtinere hoc damnum ex culpa inquilini, ꝙ intelligitur quando dominus ignorabat cõditionem inquilini, alias damnum erit ſuum, quia expelli non poterit ante tempus. ¶ Quarto, quando inquilinus per biennium non ſoluit penſionem, ſed ſi paratus ſit ſoluere, audiendus eſt.ff.loc.l.quæro. ¶ Circa hoc autem Pa.ibi diſtinguit. Nam ſi locatio facta eſt ad longum tempus, ideſt, decem annorũ, tunc hoc eſt dupliciter: quia aut primo fuit conſtituta vna penſio pro toto tempore, & poteſt expelli ſi non ſoluit tempore conuento, quia ſi non ſeruat contractum, nõ eſt ſibi ſeruanda fides, aut ſecundò fuit cõſtituta ſingulis annis, & tunc habet locum d.capitulo propter. vt ſi non ſoluerit per biennium poſſit expelli, quod procedit etiã ſi factum fuit vt non poſſet expelli durante tempore, quia debet intelligi eo ſoluente penſionem, vt eſt tex.in l.quæro.§.inter locatorẽ.ff.eo.Si vero locatio fuit ad tempus modicum, non eſt neceſſe expectare biennium, ſed expelli põt ſi non ſoluit tempore debito, etiam authoritate propria. Et eſt ratio diuerſitatis hic, & ibi, quia hoc caſu inquilinus nõ habet ius in re, vnde ſi expellitur, nõ competit ſibi aliquod interdictum contra dominum, arg.in l.colonus.ff.de vi, & vi arma.ſed in priori caſu colonus poſſidet naturaliter, & habet pinguius ius, ad quod leg.ſecunda.ſi ager vectig. vnde non poteſt ſic repẽte expelli, ſed expectatur biẽnium, licet poſſit dominus agere actione locati ad recipiendam penſionem tempore debito. Adde quod not. domin. Alexand. de Imol.donſil.127. quòd ſi conductor iurauit ſoluere canonem ſingulo anno, & ceſſat ſoluere anno vno, ipſo iure cadit a iure ſuæ conductionis, qui eſt periurus.l.ſi quis maior.C. de tranſact.& in terminis in contractu locationis decidit Bald.in cap.querelam.de iureiur.ſuper gloſ. prima.imò dicunt communiter Doctor.in d.l.ſi quis maior.quod diſpoſitio illius legis habet locum in omni contractu iurato.

10 Decimo †quæritur, vtrum inquilinus poſſit ſimiliter propter neceſſitatem dimittere domum ante finitum tempus contra domini voluntatem? Et dicit Pan.in d.ca.propter, qđ ſic, ſm Vinc.& Io.And.quod ẽt tenet glo.in l. ſi in lege.§.ſi domus.ff.locat. Ex quo inferri põt, ꝙ dimittere poteſt propter peſtem, quia eſt probabilis neceſſitas, & facit tex.in l.habitatores.ff.eo.& intellige, ꝙ poteſt dimittere remiſſa penſione pro rata: alias nihil ei prodeſſet iſta facultas. Et ſic in cõſcientia ſeruãdum eſt: quamuis ſecundum Pan. in practica vix, poſſit obtinere, ſcilicet in foro cauſarũ.

11 Vndecimo † quæritur, vtrũ colonus postquam agrum seminauit si dominus eum vendiderit, expelli possit per emptorem? Et dico, quod non, sed medietatem fructuum habebit, vel vt conuenerant: si tamen venditor omnes fructus accepisset, ager colonus contra venditorem. ff. de legatis primo, l. nihil speciale: tamen colonus habet priuilegium fisci, secundum Rod. Hic tamen aduerte, ꝙ succedens in re locata, si est de beneficijs ecclesiasticis, & locatio sit facta ab habente administrationem, & cum debitis solennitatib. & causis, de quib. sup. alienatio, & ad debitum tempus, tenetur stare locationi, & si ecclesia foret læsa posset petere restitutionem in integrum capitu. 1. de rest. in integ. & c. 1. de reb. eccles. non alienan. Si vero locator non habuit administrationẽ, vt sunt canonici simplices, sic non tenetur stare, quia æquiparatur vsufructuario, qui locare non potest vltra tempus vitæ suę. l. si quis domum. ff. de loca. nisi cum causa rationabili, & episcopi authoritate fecisset. Cum vero res locata non est ecclesiastica, tunc successor vniuersalis tenetur stare. l. viã veritatis. C. loci successo, vero particularis in dicta re non tenetur stare, nisi locator habuisset administrationem plenam, vt maritus in prædio dotali, quia sic tenetur, vt in l. si filio. §. si ff. sol. mat. & idem in tutore respectu pupilli, l. si tutelæ. ff. de administratio. tuto.

12 Dvodecimo † quæritur, vtrum minuenda sit pensio, quando conductor vti non potuit re conducta? Et distinguo, quia aut locator locauit res, aut operas. Et quidem si locauit res, si stetit per locatoris voluntatem quo minus conductor re conducta vteretur, sic tenetur ei ad interesse. l. si de fundo. C. loca. Si vero stetit non per eius voluntatem, sed per casum fortuitum ex parte locatoris contingentem: puta, quia propter eius delictum publicatur est fundus locatus, vel ex parte rei locatæ: puta, si ædes locata combusta est, vel ager terræ motu corruit, sic pensio remittitur pro rata l. si quis domum. in fin. & l. ex conducto. §. 1. & l. sed addes. §. si quis. ff. loc. Et idem dicendum est, quando ex necessitate locatori aduenientẽ oportuit conductorem expellere, vel propter refectionem domus. l. qui insulam, in princip. & l. si fundus. ff. eod. Si vero stat per conductorem, vel eius culpam quo minus re locata vtatur: nihilominus totam pensionem soluere tenetur. l. colonus. §. nauem. ff. de loca. ¶ Si vero ex casu fortuito, scilicet ex parte eius accidẽte stetit, similiter tenetur, quando locator alteri locãdo verisimiliter mercedẽ habuisset, alias non: vt patet ex l. fin. §. fin. ff. ad l. Rho. de iac. facit l. sed addes. §. cum querelam. ff. loc. Si vero qs locauerit operas, si per eũ non stat quominus eas soluat, sed per conductorem, præstabit conductor pensionem, etiam si casu fortuito impediatur, vt est casus in d. §. cum quidam, quod vero puto in conscientia, quando locator alias inuenisset mercedem, si tali non locasset. Si vero stetit per locatorem non impeditum casu fortuito, tenetur ad omne interesse, nec mercedem habebit. Si vero impeditum casu fortuito: sic remittitur pensio pro rata temporis, vt est casus in l. si vno. §. item cum quidam ff. loca. & in l. si hi. C. loca. & in l. aduocationes, C. de condit. ob causam, non autem tenetur ad interesse, & si iam inchoasset operas, vel fecisset aliquas expensas ad se præparandum, & tali casu fortuito impeditur, repetet illas expensas, quas fecit propter hoc, vt videtur in l. pecuniam. i prin. ff. de condit. ob causam, de eo qui parauerat se ire ad locum, & fuit impeditus tempestate; fallit hoc, vt non remittatur pensio, quando ex casu fortuito stat per locatorem in aduocato: quia non reperitur salarium ab eius hæredibus eo moriente, l. 1. ff. de va. & extraor. cog. & idem de quocunque habente officium publicum, quomodo loquitur, l. arboribus. §. de illo, ff. de vsufru. & l. diem functo. ff. loca. & l. diem functo. ff. de offic. asses. Idem fauore libertatis, vt in l. cum hæres. §. Stichus. ff. de statulib. Hæc eliciuntur ex Azo. & Barto. & alijs Doc. in d. §. cum quidam, & sic tene, nisi consuetudo aliter hẽret. vide sup. Fã. §. 2.

13 Decimotertio † quæritur, vtrum rei vsu non impedito sit facienda remissio propter sterilitatem in fructibus? Et dico, quod sic aliquando, sed nota, quod quando sit tantę sterilitas, vt fiat remissio, sunt opiniones, vt recitat Panor. in d. c. propter. ¶ Prima est, vt tũc fit, quando fructus seminis non potuerunt colligi, sed hæc non tenetur communiter. ¶ Secunda est, vt in hoc stetur opinioni vulgari. argum. in l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fundo instructo: & satis est ista sustentabilis, ex quo lex non determinat. ¶ Tertia est, vt si vltra dimidiam iusti pretij læsus est conductor fiat remissio pro rata, quam tenuit Cy. in l. licet. C. eodem. & expressius ibi Bartol. quia iste contractus est bonæ fidei, quæ in conductore non patitur tm̃ damnum, sine culpa sua. ¶ Quarta est, quam posuit Bart. in l. si merce-

§. uis.

§.vis.maior.ff.locati. hoc esse quando dedu-
ctus sũptibus nihil percipit colonus, sed hanc
Pan.ibi merito improbat.¶ Quinta est, quam
idem Bartol. in eadem lege, licet posuit, vt
hoc sit quãdo vix colligit duas ex tribus par-
tibus eius, quod solebat colligi. Quam opi-
nionem Ioannes Andreas videtur fouere, dũ
ponit exẽplum in eo, qui pro tribus sextarijs
terræ solitus erat colligere quindecim, & sol
uebat domino tres aureos, si colligit decem,
soluat duos, sed si anno sequenti colligit 30.
fit compensatio. Et hanc opinionem sequitur
Summa Ange. ego autem dico standum con-
uentioni, quæ si in hoc nulla sit, approbo se-
cundam opinionem, quæ est Goffr. secundum
quod vulgaris, idest communis opinio est in-
formata cõsuetudine patriæ, ita quod in hoc
certa regula dari non potest. Sed cum loca-
tio, & conductio sint contractus bonæ fidei.
Instit. de act. §.actionum. merces debet con-
uenire arbitrio boni viri, l.si in lege.ff.locati.
Quando igitur propter dictam sterilitatem
fiat recompensatio pro rata, dico hoc esse,
quando euenit præter consuetudinem casu
fortuito sine culpa coloni: puta, ex grandi-
ne, vel alia aeris in temperie, quod limita se-
cundum Hostien. & Panor. quando non po-
test fieri compensatio cum fertilitate anni p̃-
cedentis, vel sequentis immediate durante ea
dem locatione. Si vero hoc non contingat ca
su fortuito, sed vitio, & debilitate terræ, secũ
dũ Directo. nulla fit remissio, vt quia vinum
coacuit, vel herbis segetes sunt corruptæ, q̃a
hoc potest imputari colono, qui herbas non
remouit. Et idem dicit, etiam si soluitur certa
species, quia licet non sit proprie locatio, ta-
men quo ad hoc idem est iudicium. ¶ Sed ad
uerte, quod ista de partiario non intelligun-
tur: qui lucrum, & damnum patitur cum do-
mino: quia non fiet illi remissio, vt no.glos in
dicto ca.propter ¶ Aduerte etiam, quod si fru
ctus affuissent, sed post collectionẽ emarcue-
rint, vel exercitus eos consumpsit, & huius-
modi non dicetur sterilitas, nec fiet remissio:
secus si erant colligendi, vt in l. ex conducto.
§.si uis.ff.de loc. & l. damnum.C.eodem.

14 Decimoqvarto † quæritur, vtrum augen
da sit pensio propter fertilitatem? Et dicit Pa
normit. vbi supr. quod non Primo si hoc sit,
quia fructus valẽt plus solito: sicut nec fieret
minutio, si minus valerent: nec secundo, si sit
propter industriam coloni, nec sua industria
si sit sibi damnosa, vt ff.eod.l. ex conducto. &
l.si.C.de alluui. nec tertio, si contingat ꝑꝑ bo
nitatẽ rei, quia bonitatẽ dominus locauit me
liori pretio, quam potuit, sed fit si contingat
casu fortuito: puta, si locaui molendinum,
ex quo conductor percipiebat solum 50. sed
propter alia molendina nunc destructa hoc
anno percipit centum, fiet pensionis augmẽ
tum ꝓ rata, sicut fit remissio propter sterili-
tatẽ casu fortuito contingentem, quia contra
riorum eadem est disciplina.31.di.c.hospitio-
rum, & l.1.ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur. &
idem gl.in l.si merces.ff.eodem.

15 Decimoqvarto † quæritur, quibus casi-
bus generaliter sit facienda remissio census,
vel pensionis? Et dico, quod fit primo si cõdu
ctor expellitur, iuxta dicta su.§.12 & secundo
propter vim maiorem, cui resisti non potuit,
& tertio propter id, quod præter consuetudi
nem a casu euenit, puta, tempestatem, vel a-
liam intemperiem aeris in deuastatione fru-
ctuum, vt in d.l.ex conducto, & quarto specia
liter propter sterilitatem, vt sup.§.13.

16 Decimosexto † quæritur, quid iuris sit
conductor aliquid expendit in re conducta?
Et dicit Host. quod si expendit necessario, vel
vtiliter auxit, ædificauit, vel instituit, aget cõ
tra locatorem, vt restituat expensas ff.loca.l.
dominus. & in d.l. sed addes. §. inquilinus. &
ibi gl. Sed clarior tex. est in l.colonus 1. resp.
ff.eo. Si tamen posset tollere impensas sine læ
sione, rei non tenetur locator, sed conductor
eas tollere potest, vt in d.§.si inquilinus. Præ
dicta autem non intelligas de expensis factis
pro animali locato pascendo, vel colẽda pos
sessione, & huiusmodi, sed de alijs, puta, cura-
tione morbi, reparatione ruinæ, plantatione
vinearum, & huiusmodi de quo etiam vide æ-
dificium in prin.

17 Decimoseptimo † quæritur, vtrum con
ductor teneatur locatori de damno, quod in
re locata contingit, & ex qua culpa? & di-
cit Hostien. quod teneatur si contingit sua cul
pa, vel eorum, quorum opera vtitur. Et tene-
tur de dolo. & lata, & leui culpa, quia gratia
vtriusque celebratur iste contractus. Instit.
quib.mod.contrah. ob. §.vult. & ita commu-
niter tenẽt gloss. & Doct. in l. si quis domum.
§. Celsus. & in l. si merces. & §. qui colum-
nam.ff. locati. de damno vero illato ab alio,
non tenetur, si obuiare non potuit. ff. eo-
dem, sed de damno. similiter nec de casu
forruito, nisi eo modo, quo dictum est su-
pra commodatum; §. 9. tenetur tamen de
custodia. d.l. qui mercedem, quia & merce-
dem pro sola custodia accipiens, tenetur

etiam de leuissima.extra,de depo.bona fides. Et idem intelligas de locatore operarũ.Quidam autem,vt Mar.in d.§.qui columnam,dicunt,locatorem operarum ad transuehendas columnas, & similia, quæ faciliter franguntur, teneri etiam de leuissima, propter textũ dicentem, culpa abest, si omnia facta sunt, q̃ diligentissimus quisque obseruasset.Sed concordia fit sic,vt teneatur de leuissima,si locauit operas in re, quæ curam diligentissimam requirit,vt in adamãte expoliendo,veste aurea incidenda:aliàs vera erit opinio gl. quòd teneatur solum de leui Nec obstat gloss.in l. qui mercedem in l.dominus.ff.eod. vbi dicit, quod si specialiter mercedem accipit pro custodia,tenetur de leuissima; quia pro hoc sciẽdum est, quod si sumus in contractu, in quo quis tenebatur solum de lata culpa,vt in deposito acceptio mercedis pro custodia tacit, vt teneatur etiam de leui: & sic intellige ca. bona fides.de depo. & l.1.§. si vestimenta.ff. deposi. Si verò quis tenebatur de leui culpa, vt in locato;acceptio mercedis pro custodia rei locatæ facit, vt teneatur etiam de leuissima,& sic loquitur & intelligitur d.l.qui mercedem. & d.l.dominus. Et hoc quidem Sum. Ange.& Ros tenuit indistinctè.Suppl.autem limitat, quando quis obtulit se custodiæ.arg. l.1.§.pen.& ff. depos.& hoc tene, quia est regula doctorum, vt patet ex Pan.in d.ca.bona fides.iuncto cap.vnico,de commo. ꝙ in contractu celebrato gratia alterius tantum, venit culpa leuissima:nõ autem gratia vtriusq;, nisi aliud addatur: sed tantum leuis; modo etiam ipsa acceptio mercedis pro custodia:est quidam contractus,& fit gratia vtriusq;. Vnde nisi aliud addatur limitans,non venit leuissima. Ex his patet, quod multi conductores rerum,& locatores tenentur de damno. Qui enim recipit pallium meum, & per errorem dedit alteri,tenetur,quia error in facto proprio non toleratur.l.item quæritur §.item si pallio.ff.eo.qui etiam vestimenta poliẽda accepit, tenetur si mus ea corrodit. d.l.itẽ q̃rit. §.si fullo.Si etiam nauta me inuito ponas res meas in alia naui, q̃ ego posuerim, tenetur si perierũt.d.l.itẽ quæritur.§.1.vbi patet,quod non tenetur si transtulit non inuito dño, sed bona fide,& sine culpa,etiã si mala fide transtulit: sed eadem nauigatione vtraque nauis perijt.ff.ad l.Rho.de iac.l.fi.§.1. quia licet fuerit in culpa,rem meam infideliter pertractãdo,ex illa tamen culpa non perijt:ex quo omnino erat peritura, quod est valde notãdum.

18 Decimooctavo †quæritur,vtrum locãs vasa vitiosa ignoranter,propter quod emarcuit vinum,aut effusum est, teneatur? Et dico,quod sic, ad restitutionem in interesse & vini:nec ignorantia eum excusat. Secus autem in pascuis locatis,vbi locatore ignorante fuit herba pestifera, & interierunt animalia conductoris,quia non tenetur, vt in dic.l. sed addes.§.1. vbi dicit gl.hoc esse speciale in locato,vt interesse extra rem hic veniat.Ratio diuersitatis esse potest:quia dicta ignorãtia ibi non præsumitur sine negligentia sciẽdi,quod scire debuit:secus in herbis. In conscientia tamen non haberet locum dicta lex, nisi quando locasset talia vasa pro bonis, secus si simpliciter exhibuisset videnda ꝑ conductorem, ignorans an essent bona, vel ne: quia nunc cùm non sit in aliqua culpa,nõ tenetur. Et quod dictum est in vasis, intellige in omni re vitiosa,ex qua damnum prouenire potest, nisi vitium sine culpa ignoretur cum locatur. A fortiori autem tenetur ad restitutionem interesse,qui locat rem vitiosam scienter.argu.d.l.sed addes. quod no. pro his qui locant equos se demergentes in aquas, quia tenentur si vestes destruantur, secus in commodato.

19 Decimonono †quæritur,cui incumbet probatio,vbi in locato vnus affirmat dolum, aut latam culpam interuenisse, & alius negat,puta,pastor,qui locauit operas? Et dicit Sum.Ange.quod vbi tenetur de dolo, & lata culpa, probatio incumbit dicenti interuenisse dolum,vel latam culpam. Sed vbi tenetur de leui, aut leuissima: tunc tenetur cõductor probare se casu amisisse.Sed Sum.Ros.& Supple.dicunt probationem incumbere Pastori, & bene, quia consuetudo legum interpres obseruat,& Hos.hoc probat dicens, quod cũ ipse ratione officij debeat habere custodiã, si dicit amissam ouem, probet absuisse dolum, siue culpam: sicut argẽtarius probare debet se amisisse rationes cum ruina, vel incendio. ff.de eden.l.si quis ex argentarijs,§.fin.& idẽ videtur dominus in lege veteri determinasse, vt patet.Exo.22.& idem in custode carceris.ff.de cust.re.l.fi.Alias autem,qui dolum allegat.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat. Vide etiam supra Custos.§.4 an liberetur conductor a custodia,si dominus aliam custodiã ponat.vide autem multa supra in verbo Familia.lucrum non dicitur, nisi deductis expensis.l.illud.in gloss. C.de col. & ff. pro socio.l. Mutius.

DE

DE LVDO SEV IOCO IN GEnere, & in ſpecie.

1 LVDVS † vel iocus eſt locutio, vel operatio, in qua nihil quæritur, niſi delectatio animalis. 2.2.q.173. artic.2. Vnde eſt in remedium contra fatigationem animalem, dans animę quietem. i. delectationem. ibid. & 1. 2. q.1. ar.6. ad primum. & 3. cõtra. c.25. pro quo aduerte, ꝙ ſicut ẽt quantum appetitum ſenſitiuum eſt duplex concupiſcentia. ſ. naturalis, & animalis. 1.2.q.33. ita eſt, & duplex delectatio, ſ. naturalis, quæ eſt de eo, quod absẽs apprehenditur, vt naturæ conueniens; cuiuſmodi. ſ. ſunt omnia pertinentia ad conſeruationem indiuidui; vt cibus, potus, & pertinẽtia ad potentias vegetatiuas: & animalis, quę eſt de eo, quod apprehenditur, vt conueniẽs ex diſcurſu. i. operatione rationis particularis, ſeu cogitatiuæ. Primò verò quæritur in genere, & ſummatim, quid de ludo ſcripſerit S. Thom. Et dico eum ſcripſiſſe fundamẽta totius materiæ ludicræ: vnde ſuppoſita diffinitione de qua ſtatim dictum eſt, ſic dicit: Triplex eſt ludus, ſ. turpis, vt theatralis ad luxuriam prouocans: recreatiuus, ſcilicet, qui honeſtè ad recitationem fit: & deuotus, qui venit ex vbertate deuotionis: de quo dixit Dauid, Ludam & vilior fiam. 2. Reg. 6. Quorum primus a quolibet debet euitari: tertius debet a quolibet aſſumi. ſecũdus debet ſumi, ſed a pœnitente temperatius. 4. di. 16. q. 4. art. 2. q. 1. In ludis autem intellige recreatiuis, cauenda ſunt tria. primò. ſ. dicta ac facta turpia, vel nociua, ſecũdo reſolutio grauitatis. Vnde dicit Tullius in 1. de off. ꝙ ſicut pueris non omnem ludendi licentiam damus, ſed eam quæ ab honeſtis actionibus non ſit aliena: ſic & in ipſo ioco aliquid probi ingenij eluceat, tertio indebitæ circunſtantiæ ſecundũ perſonã tempus, locum, & huiuſmodi, 1.2.q.168. ar.2. Et ſi quis ad recreationem debite ludat eſt meritorium in habente charitatem. 2. diſ. 40. ar. 5. in cor. ſi verò ludat indebitè ad recreationem opponitur eutrapeliæ: ad quietem verò inordinatè ludere pertinet ad mollitiem. 2.2.q.168. art.1. ad tertiũ. Exceſſus aũt in lu. ſ. recreatiuo, ẽ duplex. ſ. rõne turpitudinis, vel nocumenti, & ratione circunſtantiæ indebitæ; quorum primus eſt peccatũ mortale, intellige in re notabili: ſecũdus eſt veniale, niſi in eo ponatur finis 2.2.q.168. art.3. & ſi obijciatur, quod poteſt eſſe tertiꝰ exceſſus, nimis reſoluẽdo grauitatem; dico hoc eſſe nõ poſſe, niſi vno illorum duorum modorum, vnde ille modus reducitur ad alios. Defectus ẽt ludi eſt peccatũ, ſed minus, quam exceſſus ibidem. arti.4. hæc ſunt, quæ ille ſummatim docuit, quæ diffuſe, vide ibi ſu. Et ſi quæratur de alea, ad quem ludũ pertinet? Et dico, ꝙ ſecundum ſe pertinet ad recreatiuũ: quia de ſe nõ eſt peccatum etiam ea ratione, quia innititur fortunæ: alioquin in nullo caſu liceret: eo tñ modo quo diuina, aut humana lege prohibetur. de quo inf. §. 9. dico, ꝙ pertinet ad turpẽ. inquantum eſt cum peccato inobedientiæ: & ſic etiam patet quomodo ſit intelligẽda quorundam diuiſio dicentium ludum diuidi per diuinum, i. deuotum; & humanum. i. recreatiuum, & diabolicum, id eſt turpem, qui eſt triplex. ſ. ludibrioſus. i. cõſiſtens in ludibrijs, qui ſecundum ſe eſt turpis; alearis ab alea, cuiuſmodi ſecundum Verue. eſt omnis, qui fortunæ innititur; & quaſi alearis, id eſt, miſtus ex fortuna & ingenio, vt ludus tabularũ cũ taxillis; quia reſpectu taxillorum viget fortuna; ingenium vero reſpectu tabularum ducendarum; & idem de chartis, & iſti ſunt turpes vel ſecundum ſe, vel ex humana prohibitione. Quidam dicitur vulgariter ludus, qui non eſt ludus, vt qui fit ſuper aliquo euentu, & huiuſmodi, de quo inf. §. 6.

2 SECVNDO † omiſſo ludo diuino, quæritur de humano vtrum ſit peccatum? Et dico, ꝙ ludus humanus eſt, qui fit ad recreationem propriam, vel aliorum: ad quòd reducitur ſi fiat cauſa virtutis experiẽdæ. Et iſte aliquando dicitur theatralis a loco apto ad theorandum, id eſt, ſpectandum, aliquando larualis, ab impoſitione laruarum, quæ vulgò dicunt maſcaræ; aliquando hiſtrionalis, quãdo quis de ſua perſona facit ludum, vt bagatellator, & qui inſeruiunt exercitio prouocãdi hoĩes

ad ridendū, ad quod reducitur, si quis sit stragitator sine vitæ periculo: nam cum periculo vitæ iam ludus non est humanus, sed diabolicus, aliquando hastiludialis, vt quando lanceis certatur, & vulgariter dr̃ giostra. Aliquando dicitur torneamentalis, in quo olim se milites intra circulum ad pugnandum concludebant, sed hodie non est in vsu. Aliquando pilealis, ballistalis, scachalis, chorealis, & huiusmodi, qui sunt vocabulis plures, vt l. natura. ff. de præscrip. verb. Iste igitur ludus de se non est malus, sed potius est virtuosus, pertinens ad materiam virtutis eutrapeliæ, vt patet 2.2.q.168. articu. 2. aliquando est prohibitus, & hoc aliquando etiam sub præcepto ratione materiæ, in qua fit, quia scilicet est turpis, vel nociua, aut ratione circonstantiæ. Vnde est prohibitus primo quoties sibi, vel alij imminet ex ludo probabiliter periculum mortis corporalis, aut mutilationis, vel grauis debilitatis membri alicuius, vt in torneamento: extra eodem, per totum, hoc est mortale, quia est contra præceptum illud Mat. xx. Diliges proximum tuum, & te a fortiori: & facit l. cruenta. iuncta gloss. C. de glad. & l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil. Secus quando non immineret probabiliter, licet aliquando raro accidisset, vt in hastiludio. Secundo est prohibitus ratione probabili periculi animæ suæ, vel alterius, & hoc etiam est mortale, vt crebro accidit in choreis, & generaliter quoties continet in se turpitudinem. Tertio ratione circunstantiæ loci, & erit mortale si fiat in ecclesia cum irreuerentia magna, quæ tamen arte diffiniri non potest, sed prudentis arbitrio. De hoc Summa Angelica sic dicit. Tales ludi, qui de se non sunt mali, nullo modo fieri possunt in ecclesia, aut loco sacro. de vita & honestate clericorum, c. cum decorem, d. capitu. decet. de immu. eccl. li. 6. Vnde non excusarem a mortali, qui talem faceret in ecclesia, nisi foret quid modicum cum videatur iure diuino prohibitus ibi, Domus mea domus orationis vocabitur, hæc ibi. Sed sua cōclusio non videtur vera, quia non est rationabile, ꝙ ludens ad scachos in loco sacro sine contemptu peccet mortaliter. Sua etiam probatio est inualida, quia capitu. cum decorem, loquitur de ludis theatralibus, qui erant cum quodam ludibrio, & turpitudine, c. āt decet, non est præceptiuum, cum prohibeat in ecclesia ēt fabulationes, de quibus nullus sapiēs diceret, quod sint mortalia. Nō etiam est mortale omne, quod est contra ius diuinum, alioquin mortale esset omne mendacium, cum sit contra illud, Pacem, & veritatē diligite. Zach. 8. Dico ergo, qđ esset mortale ibi choreizare, aut per laruas repræsentare vana, & huiusmodi importantia irreuerentiam magnam: nō autem vniuersaliter est mortale ibi ludere, nec etiā est veniale repræsentare ibi deuota, puta præsepe domini, & huiusmodi, secundum glos. in capitu. cum decorem. Quarto est aliquādo ꝓhibitus ratione personę: nam clericis, & multo magis religiosis ꝓhibitus est omnis ludus cum armis, vt in c. continebatur. de homicid. quia & arma portare prohibentur, & sub præcepto. cū inde excommunicentur, vt in c. clerici arma. de vi. & ho. cler. nisi ex cā iusta, quę ſm gl. intelligitur si per loca periculosa transierint, quia licet eis illa portare ad terrorē latronum, sed percutere non dēnt, quod intelligitur nisi eo casu, quo oporteret eos, aut percutere, aut pereuti, vel spoliari. Similiter prohibetur illi ludus histrionalis, vt no. in cap. donare dist. 86. de quo dic vt supra ars. §. 7. & supra clericus 3. §. 8. generaliter ratione honestatis clericalis omnis ludus, in quo ex propria persona facerēt ludum in publico, vt saltatio, choreizatio, & huiusmodi: vnde essent eis huiusmodi mortale, arg. capi. pro delictione. in fi. de consecrat. dist. 2. & quod not. Docto. in d. c. cum decorem. Secus in secreto cū aliquib. domesticis. Et similiter interdictus est eis ludus larualis, quia habitum mutare non possunt, nisi in causa rationabili, vt supra. Excommunicatio 6. §. 5. Prohibetur etiam eis ludus schacorum, secundum Iaco. de Are. in l. si quis cum sciret. ff. pro emp. & Cyn. & Petr. in authen. de san. episcop. & cle. §. interdicimus. el 2. Et ratio est ſm Mat. in d. cap. §. interdicimus, quia a diuino offō, cui dēnt insistere, vt l. generaliter. C. de epis. & cle. non minus deuiare facit ludus schacorum, quam ludus alearū, qui est eis ibidem prohibitus. Et hoc sequitur Summa Ros. contra Summa Ange. præsertim in religiosis. Sed ista probatio non est bona: alioquin esset illis interdictum omne exercitium mentis implicatiuum, puta studium Musicæ, vel Astrologię, aut piscatio, vel huiusmodi. Vnde dico cum gloss. in authent. interdicimus. C. de epis. & cler. quod dicta opinio non est vera, nisi vbi propter hunc ludum omitterent officia diuina, ad quæ tenētur, ad alias licitum est eis, sicut & secularibus ludere ad scachos, secundum Rich. in 4. dist. 15. & Laud. nisi rōne schandali, vel inhonestatis clericalis: puta ludendo publicè, vel etiā nisi ludendo cum secu-

ecularibus.2.qu.7.laicos 23. distin.his igitur. & idem dic de cantu seculari in chitaris, & huiusmodi. Quinto est prohibitus ludus humanus ratione scandali, vt si clericus, vel religiosus aliquem ludum exerceret in publico, ex quo seculares scandalizarentur, quod posset esse mortale, iuxta dicenda infra Scandalum.§.3.Sexto ratione cupiditatis, vnde tenet Mat.vt not.Cardin.in clemen.2.de vita, & honest.cle. ꝙ ludens ad scachos causa cupiditatis peccat mortaliter, quod quidem verũ est, quãdo ipsa cupiditas esset peccatum mortale; de quo sup.Auaritia.§.1.sicut & quoties quis ludit ex intentione alicuius, ꝙ sit mortale, alias autem non: licet semper sit illicitum ludere ex cupiditate, quia ludus non est concessus nisi gratia necessariæ recreationis suę, vel socij.Sed aduerte, quod ludus dicitur fieri ex cupiditate lucrandi, quando quis non luderet cessante spe lucri:secus quando luderet etiam si crederet nec perdere, nec lucrari.Septimo ratione temporis:puta, si quis vellet ludere ad pilam in parasceue, quando non est tẽpus recreationis, sed doloris:& posset esse mortale propter magnitudinem irreuerentiæ, quæ arte diffiniri non potest, sed arbitrio boni viri Sum.autem Ang.hic tenet, quod sit mortale in die festo, in quo prohibetur opus seruile ludus vnus, in quo requirit multa seruitus, vt hastiludum, ꝙ etiam Richar. in 4.dis. 37.dicit esse mortale: non autem est mortale in alijs requirentibus modicam seruitutem, nisi quis in eis tota die occupetur, omissis diuinis.Sed ista conclusio non est vera, alioquin non liceret de festo ludere ad pilam, in quo etiam requiritur magnum exercitium corporale & similiter non est possibile sine mortali choreizare in die festo quacunque honestate, vel cautela data, quod nullus sapiens diceret: non est etiam peccatum, maxime mortale, hastiludium, quãdo fit sine periculo probabili: quia si licet exercere militiam, licet ẽt illam addiscere, quod illo exercitio fit, de quo infra §.8.in fin. & infra Torneamentum. Probatio etiam sua non est bona: quia opus corporale ordinatum immediate ad spirituale, vel animale, non est seruile, nec illicitũ in die festo: sicut qui studet ad intelligendum, licitè libros defert, mutat, & reuoluit: & si qs ludit ad recreationem, imo & si quis araret ludo, & ioco, non esset opus seruile: vnde idẽ exercitium, puta piscari, ex fine est seruile, & non seruile, sicut & licitum, ac illicitum. Dicit autem eadem Sum.Ang.quod in ludis qui fiũt gratia ingenij, aut virtutis exercendæ, id est in quibus ista exercitatur: alias non esse ludus si fieret solum illo fine, vt patet ex dictis supra.in princ.non licet ludere vno ludo, nisi per vnum solidum, id est, aureum, vt in auth. alearum. C. de relig. & sumpt.fun. & dicitur ludus vnus, secundum Bart. in l.inficiando. §. insanus.ff. de fur.pro toto illo tempore continuato, quo aliqui inuicem ludunt.Ex quo infert d.Sum.limitando, quod si magnis in ludo non concedetur, nisi solidus, paruis non conceditur, nisi grossus.Sed ista non sunt de mente illius legis, quæ solum intendit prohibere dissipationem patrimonij: & si essent hodie, non tenent ob contrariam consuetudinem: quia etiam militibus in hastiludijs præmia magna proponuntur.

3 Tertio † quæritur, vtrum, & quomodo primis ludus diabolicus, i.ludubriosus sit peccatum? Et dico, quod ludibriosus a ludibrio, quod est derisio, dictus est: vnde aut est ludibriosus, quia est in derisum proximo, & sic dico, vt sup.Derisio, vel est ludibriosus, quia est de his, per quæ quis venit in ludibrium, i. derisum, quod si est quia per hæc ludens deridetur, tanqnam deficiens in intellectu, seu stolidus: non videtur mortale, nisi ratione scandali. Si vero deridetur quantum ad volũtatem, quia.s.per hoc reputatur vitiosus, vel prouocatiuus ad uitia, vt quia ludendo vtitur verbis, actibus.aut rebus prouocantibus ad lasciuiam: sic est peccatum mortale.

4 Qvarto † quæritur, vtrum & quomodo ludus diabolicus alearis sit peccatum? Et dico, quod hic ludus nõ est peccatum, vel est veniale, quando luditur aliquid modicum causa recreationis, vel conuiuij, & in hoc omnes Docto.conueniunt quo ad laicos saltem: quia hoc permittitur, ff. de alea.l.quod in cõuiuio. Et intellige modicũ respectu personæ ludentis, & tale modicum quod quis faciliter donaret: in quo cessat ratio prohibitionis huiusmodi ludi, quæ est multitudo malorum ex ludo sequentium. Hoc tamen intellige esse licitum, nisi interueniat aliquid eorum, quæ ludum humanum faciunt esse peccatum, de quibus.§.priore dictum est. Quantum ad clericos vero gloss. in authen. de san. episcop.§.interdicimus, videtur tenere, quod sit eis mortale, ẽt in modico: ex recreatione: sed inspecta ratione allegandarum legum, & considerato, quod legum correctionem debemus euitare, de elect.cũ expediat. lib. 6. dico hoc non esse verũ: quia hoc nõ prohibuit eis

Papa,

Papa, nec Imperator potest prohibere, quia illi non subduntur. Si vero luditur, sed nō ex recreatione aliquid modicum, eo modo quo dictum est, sic semper hic ludus est peccatum ludenti, participanti, & inspicienti, quia prohibetur lege ciuili. ff. de alea per totum, & C. eod. in constitutione Græca, & C. de relig. & sump. fun. auth. alearum, & maximè si sunt clerici, & in authé. de san. epis. §. interdicimus. & similiter iure canonico, vt de vi. & ho. cle. vbi prohibetur clericis, & tamen vacat ibi argumentum a contrario sensu, quia alibi prohibetur etiam laicis, vt dist. 35. c. 1. & est mortale secundum Rayn. quod patet ex pœna, quæ est excommunicatio, vel depositio, vt dist. 35. eps imo dicit ibi Hug. ꝙ est mortale semper, quod tamen non est verum, nec illud ca. hoc probat: quia dicit deseruiens, & ly de, auget, vt ff. depos. l. 1. in prin. & ideo est mortale. Primo ſm gl. ibi, & Rod. ei qui valde seruit ludo, id est in consuetudinem ducit, & hoc sequitur Sum. Ang. sed quia secundum Arch. post beatum Th. consuetudo etsi aggrauat peccatum, speciem tamen eius non mutat, vt de veniali fiat mortale, ideo melius Sum. Rosc. & Supp. sequendo doctrinā ordinis nostri, dicunt hoc esse mortale laicis quādo luditur ex auaritia, quod secundū Arch. est, qñ quis ludit non ob recreationem, sed ad acquirēdum aliquid notabile per ludum. Vnde intelligo, ꝙ ludus fit ex auaritia quando ludens non luderet, nisi cum spe lucrandi. Ex solatio vero, qñ ludens luderet, ēt si neutram partem crederet lucraturam, licet desideret & speret lucrari. Et rō est, quia qñ aliqua duo, puta, ludus, & spes lucrandi, ita se hēnt, ꝙ posito, vel remoto vno, puta spe, alterum ponitur, vel remouetur, oportet alterum esse causam alterius, sed si mota spe stat ludus, illa non erat causa ludi. Vnde non omnis qui appetit lucrari, ludit propter lucrum, & ista auaritia supposita ludi prohibitione, est mortale in re notabili, quia intendit spoliare proximum modo indebito, & hoc etiam clericis, cum prohibeatur iure canonico, est multo magis, quam laicis.

5 Qvinto † quæritur, vtrum & quomodo sit peccatum ludus quasi alearis, vt chartarum, & huiusmodi? Et dico, secundum Arch. idem esse iudiciū quod de aleari, quia in ludo chartarum principaliter valet fortuna, & idē dic in ludo tabularum, & idem in omnibus, in quibus principaliter fortuna victoriam parat, quia omnes isti secundum mentem Veru. veniunt nomine ludi alearum.

6 Sexto † quæritur, quid iuris de eo ludo, qui vsitatur crebro apud omnes, dum duo litigāt super veritate alicuius sententiæ sub aliqua pœna, puta, vno dicēte, talis princeps est mortuus: alio vero dicente, ꝙ non, ludunt aureū lucrandum a veridico, & a falsifico soluendū? Et dico hoc non esse proprie ludum: cū hoc inuentum non sit ad recreandum vires animales, sed potius cum sit idem ac si dicatur, do si dixeris verum: reductiuè est contractus innominatus, scilicet do vt facias, siue si feceris, quia ad facere reducitur dicere. Et dico secundum mentem Arch. hoc esse peccatū, quia dicit hoc lucrum non esse licitum, sed turpe ex auaritia descendens, & nulli vtilitati, sed vnitati deseruiens & prodigalitati. Non tamen tenetur restituere necessario qui lucratur, sed pauperibus debet erogare magis ex cōsilio, quam ex præcepto, argu. 14. q. 5. non sanè. & c. qui habetis. Etsi enim lex diuina, vel naturalis prohibeat omnem actum auaritiæ & illicitæ acquisitionis, vt meretricij torneamenti, & huiusmodi: nulla tamen lex in huiusmodi restitutionem mandat. Est autem quædam similitudo quantum ad futurum euentum, inquantum scilicet ibi aliquid valet fortuna, tamen ludentes principalius fidunt se in ingenio coniectando quam fortunæ.

7 Septimo † quæritur, vtrum in ludo alias licito licitum sit vti habitu religiosorum? & dico quod non, sed grauiter punitur hoc faciens, vt in auth. de sac. san. epis. §. fi. & pen. & argu. C. de epis. au. l. minimè. Sed vt ibi patet vtraque lex de secularibus loquitur, & prima loquitur maximè de theatralia exercentibus: secūda vero de turpibus mulieribus, & in publico. vnde secus est in religioso secretè, sicut si ex recreatione frater minor induat habitū prædicatoris, vel econtrario. & idem in similibus. de hoc sup. apostasia. §. 4.

8 Octavo † quæritur, vtrum & quantum peccent inspectores ludorum, spectaculorum, & hmōi? Et dicit Mona. ꝙ inspectores & participes ludorum, intellige prohibitorum, saltem venialiter peccant, maximè si sint clerici. auth. de san. epis. §. interdicimus. de vi. & ho. cle. clerici. Et idem diceret de spectaculis, cum sit ratio par: vtrum vero peccent mortaliter inspectores, quando ludus exercetur cū mortali. gl. in d. §. interdicimus. vr̄ tenere, ꝙ sic, si sūt clerici. Sed hoc nō bene dicitur; quia hoc peccatum consistens in videndo nō prouenit ex aliqua prohibitione legis positiuæ, q̄ clericos plusquam laicos in hoc coerceat: vnde, pue-

nic ſolum ex prohibitione legis naturalis, ex
hoc, ſcilicet quod aſpiciendo faciunt aliquid
ſecundum ſe malum: quæ lex naturalis nõ di-
ſtinguit inter clericos, & laicos. Summ. vero
Ange. contra id, quod ſup. Curioſitas. §. 3. di-
ctum eſt, dicit hoc eſſe mortale ſolum ſi ex
iſto aſpectu aliqui inducuntur efficaciter ad
ludendum, vel ad ludum cõtinuandum. Si ve
ro non inducunt, non eſt mortale, niſi aliquid
mali miſceatur, vel non eſſent tales, qui corri
gendo poſſent facere ceſſare, quia tales pecca
rent mortaliter, cum videantur conſentire er
ranti. 84. diſt. error. Sed iſta non dicuntur ſuffi
ciẽter; quia cũ tales nõ videãt, niſi ex delecta
tione: ſi eſſent contenti talia fieri, vt ipſi vide-
rent, ẽt cõſentirent in peccatũ mortale, quod
eſt mortale. ¶De his Arch. virtualiter in ſecũ
da par. ti. 3. c. 7. §. 11. ſic dicit: Si ſpectacula re-
præſentant pia, vt adoratio magorũ, & huiuſ
modi, ſicut licitum eſt ea exercere, ita & vide
re; licet in eis reſecanda ſint vana, & turpia. Si
vero non ſunt talia, tũc aut ſunt expreſſe pro
hibita a iure, vt torneamenta, & duella. extra
de tor. per totum, & 2. q. 4. Monomachiam, vel
etiam ſibi probabiliter imminet periculũ vi-
tæ, aut notabilis læſionis; horum exercitium
eſt mortale, non autem inſpectio; niſi quis ita
eſſet affectus, vt etiam vellet videre ſi præci-
peretur cõtrarium, vel niſi propter hoc omit
tantur diuina in diebus feſtis: intellige diuina
de præcepto, & ſic intellige capitu. qui die ſo
lemni. de confecr diſt. 1. vel niſi dent operam
efficacem ad hæc facienda. Si autem non ſunt
expreſſe prohibita; tunc ſi repræſentant mul
tum turpia mortale eſt exercere, & volunta-
riè videre, cum ſit delectari de turpib. tũ etiã
quia eſt exponere ſe periculo tentationis. Et
ſic intellige illud Aug. diſt. 86. q. venatorib. de
vindentibus venatorẽ, quæ delectãtur, vię mi
ſeris: quia loquitur de hiſtrionibus, & venato
ribus cum beſtia dentata, reſpiciẽs vero a ca-
ſu, neſciens talia fieri, nõ videtur de facili cõ
demnandus pro leui, & incauto aſpectu. Si au
tem alia vana, & ſolatioſa repræſentẽtur non
in opprobrium eccleſiæ, vel cleri, aut religio
nis, de ſe non eſt mortale exercere, aut vide-
re, vt facere laruas aſpicere choreizantes, cur
rentes ad brauium, ſe exercentes in palęſtra,
vel haſtiludijs, aut alijs ludis: licet per accidẽs
poſſit eſſe ibi mortale, ratione intẽtionis, aut
periculi, aut ſcandali. Hæc ex illo. Ex quo &
oĩb. præmiſſis infero duo. Primum, ꝙ haſtilu-
dium non eſt torneamentũ, nec de ſe morta-
le: ſecundũ, quod per ſe loquendo inſpectio
ſpectaculorum non eſt mortale peccatum, ni
ſi ratione efficacis inductionis ad mortale,
aut complacentiæ in illud, volendo tale q̃d
fieri, vt videatur; aut ceſſationis a corrigẽdo,
per accidens vero eſt mortale ratione inten-
tionis, aut periculi animæ, vel corporis, vel
ſcandali, vide etiam ſup. Curioſus. §. 3.

9 Nono quæritur, quæ ſit pœna contra tenẽ
tes ludum alearum prohibitũ? Et dico, quod
eſt multiplex. ¶Primo enim domus, in qua lu
ditur, debet publicari, vt in d. authe. alearum.
in verbo, domibus eorum publicatis. ¶Secun-
do, quia ſi tenens ludum verberetur, ex tali in
iuria actio nulla oritur, nec punitur verberãs
aut damnum illi dans, quandocunque, & vbi-
cunque factum fuerit, ſiue tempore quo ludi-
tur, ſiue alio, ſecundum Bal. in d. rub. & Bart.
& etiã tex. in l. 1. §. notandum ff. de alea. ¶Ter
tio, quia ſi fuerit ei aliquid ſubtractum tẽpo-
re, quo in domo eius luditur, ſiue a luſoribus,
ſiue ab alio, repetere nõ poterit, nec hẽt rei ꝑ
ſequutionem, nec etiam pœnalẽ furti: vt eſt
tex. in d. l. 1. §. 1. ff. de alea. in conſcientia tamẽ
illud retineri non poteſt, nec illi reſtituẽdũ,
quia lex eum priuat in pęnam, ſed pauperib.
erogandum eſt. art. c. cum tu. de vſuris. ¶Quar
to, quia ſi alium cõpulit ad ludendũ, etiam ex
metu non cadente in conſtantem virum, pu-
niri poteſt iudicis arbitrio, & carcerib. tradi,
vt i d. tex. §. 1. ibi. qui cõpulit, & iſta cõpulſio
intelligenda eſt ẽt eo mõ quo grauis tẽtatio,
vel perſuaſio hominem impellere, vel cõpel-
lere dr̃ eo ipſo, quod ſtat cũ altari parato, hoc
eſt, præſtat domũ, taxillos, ſcamnũ, lumina, &
huiuſmodi: quia iſtis ſuaſionib. & illecebris di
citur compellere iuuenes non valentes refre
nare calores iuueniles. l. fi. §. filij autem. C. de
bo. quæ lib. Sicut dicimus in materia Macedo
niani. l. 1. & 3. ff. ad Maced. & per totum. Ali-
ter, niſi ita acriter dicta lex intelligeretur, nõ
haberet effectum, ꝙ non eſt dicendum. l. ſi p̃-
tor. in prin. ff. de iud. quæ lex prædicta poteſt
etiam intelligi in omnibus alijs blanditijs, &
ſuaſionibus inducentib. homines ad ludũ, vt
dicãtur cõpellere ad ludum; ſicut dicimus de
virginum raptoribus, quod niſi eſſet, qui ſoli
citaret, qui doloſis artibus circumueniret, nõ
faceret eam puellam in tm̃ dedecus ſeſe pro-
dere text. eſt in l. vnica. §. 2. C. de rapto. virgi.
¶Quinto, quia omnis contractus celebratus
inter inuicem ludentes non tenet, vt no. Bar.
in l. ſi quis cum ſciret. in fi. ff. pro empto. Vnde
etiã non valet tranſactio in ludo facta, ſecun-
dum Panor. in c. clerici. de vi. & hon. cler. Nec

ven-

vendens in ludo tenetur de euictione:vt in l. si filiofamilias.§.1.ff. quarum rer. act. non da. ¶Sexto, quia mutuans pecuniam lusoribus, vt secum ludant, eam repetere non potest: vt est gl. ordinaria in l.1.in princ.& l.fi.ff. de aleato. quod verum credo, non solum si mutuans sit ludens, sed etiam si non ludat, modo mutuet ludenti scienter, vel ludere volenti, quia videtur casus in l.verum.§.pe.ff.de mino.non obstante, quod loquatur de minore, sicut & l. si vero non remunerandi.§.si adolescens.ff.mā. quia idem est de maiore: tum quia hoc dicit glo.in d.§.si adolescens, tum quia d.l. verum, loquitur quando minor priuilegiatus mutuat minori etiam priuilegiato, & tamen ibi licet sint in pari priuilegio, potior est conditio ꝑdentis pecuniam. Et facit, quod no.Bar.in d.l. si quis cum sciret. si autē mutuaret alteri, quā colludenti, licet in ludo, secundum Pano. vbi supra competit repetitio. Ad quod vide text. cum gl.in l.1.ff.de alea.& in l.pe.& vlt.C.eod. vide etiam §.seq.

10 Decimo † quæritur, quæ sit pœna clerici ludentis ad aleas? Et dico, ꝙ de hoc sic legitur dist.35.ca.1. Eps, aut presbyter, aut diaconus aleæ, aut ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certè damnetur: subdiaconus autē, aut lector, aut cātor, aut desinat, aut communione priuetur. Et vt ibi patet, idem est in laico, ꝙ in clerico in minoribus. Hodie etiam idem est in subdiacono, quod in diacono, secundum Hos.extra, de ser.non or.mirantur. Ad hoc tamen vt dictas pœnas, s.depositionis, vel excōicationis incurrant, duo requiruntur, vt colligit ex Doctoribus. Primo, quod habeant ludū in cōsuetudine, secundum Ray. Vnde dicitur, deseruiens. Secundo, ꝙ prius moneantur, & nō corrigantur: quia etiam pro mortali nullus est excommunicandus, nisi sit contumax, secūdum B.Tho.in 4. vnde dicitur, aut desinat, debet tamen in vtroque casu pœnitentiam agere de peccato. Sed prædicta intellige de ludente cū mortali peccato: secus de ludente licite, aut cum veniali: puta, ex recreatione quid modicum, quia secundum Rayn. dictæ pœnæ non inferuntur, nisi pro mortali.

11 Vndecimo † quæritur, vtrum aliquo casu restituere teneatur, qui vicij per aleæ ludum? Et dicit B.Thom.2.2.q.32.artic.7. quod in tribus casibus tenetur quis diuino iure restituere illi, a quo est lucratus nec sufficit dare pauperibus. ¶Primo, quando lucratus est ei qui rem suam alienare non potuit. Et huiusmodi, secundum Arch.post Rayn.sunt furiosi, & ꝓdigij, id est quibus ratione prodigalitatis dati sunt tutores, vt exponit Arch. & minores 25. anno. maximè pupilli, & mente capti, & surdi, & cęci; & perpetuo morbo laborantes, qa hi cum rebus suis superesse, id est, prouidere non possunt dandi sunt tutores, vel curatores Inst.de cura per totum. & serui, & filij non emancipati: nisi habeant peculium castrense, vel quasi, & clerici quo ad bona ecclesiastica, quæ pauperum sunt. 16.q.1.quoniam. & religiosi, & vxores. Qui enim lucratur, his tenetur restituere, secundum S.Th.Ray. & Pet. & alios, nisi sit quid modicum, de quo præsumitur, quod curator non curat. ¶Secundo quando quis lucratur fraude, quia hoc, vt furtū reputatur, secundum S.Th.& Ray.ar.14.q.5.nō sane, & secundum Pis. intellige fraudem etiā ante ludum, vt quia finxit se inscium ludi. ¶Tertio, quando quis traxit alias non lusurum per vim, aut nimiam importunitatem, siue in principio ludi, siue in medio, secundum B.Th.& Azo. & Ray. qui adducit ad hoc d.ca. non sane.

12 Dvodecimo † quęritur, vtrum is qui lucratur per aleas, præter tres casus, de quibus in §. priore dictum est, vt qui lucratur ei, qui potest alienare sine fraude, & sine attractu, teneatur restituere, vbi non viuitur legibus imperialibus, aut si viuitur per contrariam consuetudinem abrogatæ? Et dico, secundum Richard. quod licet ludus fortunæ vtroque iure sit prohibitus: tamen restitutio non mandatur fieri nisi per ciuile: imo leges non mandant restitutionem, sed concedunt repetitionem vsque ad 50. annos, vt l.fin.C.eodem. & in d.authen alearum. Igitur vbi non viuitur legibus imperialibus, aut si viuitur, sunt abrogatæ ipsæ, & statuta municipalia, si qua sunt, qui lucratur, restituere non tenetur, secundū communem sententiam, quia solo iure ciuili ista restitutio mandatur, quod abrogatum supponit, lucrum tamen ipsum erogandum est pauperibus, secundū penè omnes, quia est turpe, vt infra. Turpe lucrum, quod quidem dicunt aliqui esse verum ex necessitate præcepti: alij vero melius dicunt hoc esse consilium, ne scilicet pateat via ludis. Et ista est opi Mo.Alca. Ange.Are.Fran.Zab.Pet.de Palu.Ray. qui dicunt, quod consuetudo potuit dominiū transferre in vincentem. & Io.de Imo. qui allegat ista, nec reprobat; & Io.And.& Ioā.Cald. qui in d.c.clerici. dicunt tutum esse dari pauperibus, non aūt necessarium. & Asten. & vt ibi videtur etiam S.Tho.& Rich. qui dicunt, ꝙ talis

restituere non tenetur, & tamen nihil dicunt de dando pauperibus. Et pro hoc facit theorica Verue. quod vbi restitutio non est facienda certæ personæ, sed pauperibus: talis restitutio est de consilio: exceptis tamen quibusdam casibus in quibus præcepit expresse fieri restitutionem, vt infr. Restitutio 8. §. 2. & ideo ista opinio tenenda est, vt non negetur absolutio nolentis erogare pauperibus: sed alia tãquam magis misericors, & secura est consulenda. Nec obstat prædictis, quod episcopus auxilio præsidis potest talia lucra, si non repetuntur, exigere, & pauperib. distribuere, vt dicit tex. in dicta auth. alearum & sic videtur esse pauperum: tum quia hoc abrogatum, vt supponitur: tum quia licet in pœnam illa possit auferre, non sequitur tamen, quod ipsi dare teneantur, sicut nec in alijs casibus, in quibus fiscus turpiter acquisita tollere potest, vt in l. 1. C. ad l. Iul. rep. & in l. 1. ff. de iure fisci. Est tamen hic notandum quod Sum. Ang. tenet huiusmodi leges Imperiales non esse abrogatas, quod verum est eo modo quo dicit, s. pro non vsũ, vt patet ex dictis supra. Lex 16. sed sunt abrogatæ per contrarium vsum, in quantũ aliquãdo repetentibus non fit ius. Vnde dicit Alex. Lom. in titu. de vsur. quod sunt abrogatæ per consuetudinem contrariam, quod patet inquit, quia repetenti ludo perdita in foro ciuili, & iudiciali non datur actio, nec sententia restitutionis sibi fiendæ, & idem tenet Scot. in 4. dist. 16. & sequitur Sum. Ros. & est verum in multis locis.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, vtrũ is qui lucratur potenti alienare sine fraude, & tractu, vbi viuitur legibus Imperialibus, vel municipalibus non abrogatis quo ad restitutionem teneatur restituere? Et dico de hoc esse multas opiniones. ¶Prima dicit indistinctè, quod talis restituere nõ tenetur, sed de necessitate tenetur erogare pauperib. & sic tenuit Hugo. & Placen hac ratione, quia cũ turpitudo vertitur ex parte vtriusque melior est conditio possidenti. ff. de condi. ob tur. cau. l. 3. & 4. Sed hæc opinio est falsa, quantum ad primum dictum & secundum, vt patebit. Ad rationem vero dicit Azo. hoc esse verum forte cum dedi aliquid, vt turpe quid faceres, secus si dedi contrahendo, vbi lex contractum prohibet. C. de agr. & censi. l. quemadmodum. Secunda distinguit dicens, quod tenetur restituere, si per sententiam iudicis ad hoc fuerit arctatus, seu condemnatus, alias non: quia iura non mandant fieri restitutionem, sed concedunt posse fieri repetitionem, tenetur autem dare pauperibus sic quod si prius dedisset, & posterius fieret repetitio, excipere posset corã iudice, si posset probare erogationem factam pauperibus, & sic tenuit Pet. de Palu. in quarto, & Sum. Ang. quantum ad hoc, quod restituere non tenetur, nisi fiat repetitio, quod patebit falsum, licet dicat non esse necessario lucrum erogandum pauperibus, quod patebit verum, & addit, quod vbi lex imperialis, quã scilicet nullibi credit abrogatam, non ligat vt in terris ecclesiæ, & similium, non potest fieri repetitio, quod etiam est falsum, quia huiusmodi leges si non sunt abrogatæ, ligant etiã in terris ecclesiæ, vt patet ex dictis supr. Lex. §. 9. ¶Tertia autem opinio dicit, quod tali iure durante sic acquisitum est simpliciter restituendum ei, a quo acquisitum est ex iure positiuo, quia iura prohibent non solum ludum, sed etiam acquisitum per ipsum: & malę fidei possessor dicitur, qui contra legum iura mercatur, de agr. & cens. l. quemadmodum. & hęc est opinio Azo. & glo. super c. episcopus. dist. 35. & c. clerici, de vita & honest. cler. & Sanc. Tho. vbi supra. & in 4. dist. 15. & Richa. in 4. & Ray. & Ber. in d. c. clerici. & breuiter Host. dicit, vt refert Arch. & fere omnes Doct. sic sentire. Fallit tamen quod dictum est secundum Arch. in eo, qui lucratus est ei, qui traxerat ad ludum, qui non tenetur restituere ei, qui amisit, sed erogare pauperibus, secundum Rayn. & Innoc. in c. quia plerique, de immun. eccle. quod intellige de consilio, & non præcepto. Fallit etiam in eo, qui modicum ex recreatione lusit, quia restituere non tenetur, si ludus fuit licitus, & honestus.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, vtrum vincens per ludum humanum qui scilicet innititur viribus, aut ingenio, teneatur restituere, sicut per ludum pilæ, & balistæ, schacorũ, & hmõi? Et dico huiusmodi ludos non esse prohibitos, vt dictum est, & est text. in l. pe. & vlt. ff. de alea. vbi cõcessus vr̃ omnis ludus, qui fit gratia virtutis experiendæ: intellige nisi aliter ius naturale, vel ecclesia prohibuerit, vt torneamentum, & dicunt quidam, vt recitat Pan. in d. c. clerici. quod hoc casu quod vincit, non subiacet restitutioni, cum non submittãt se homines fortunæ, sed exinde proueniat bonum, cum exerceantur ingenia: non tamen debet ludi in magna quantitate, quia iam nõ fieret ex recreatione, sed cupiditate. Pan. etiam dicit, quod vbi quis luderet propter lucrum, esset idem quod de ludo fortunæ.

15 De-

15 DECIMOQVINTO † quæritur, quomodo teneatur particeps in ludo illicito? Et dicit Archid. de dante, pecuniam ad partē lucri, quod tenetur de eo, quod ad illum peruenit: & idē videtur de alijs, qui concedunt domos, vel taxillos, vel consulunt, quia ista damnificatio fit volente damnificato exponere se tali periculo, secus in furto, & rapina, & de hoc infra. Restitutio. 3. §. 6. par. 2.

16 DECIMOSEXTO † quæritur, vtrum possit q̄s licitè retinere, quod lucratus est in torneamentis? Et dicit Richar. vbi sup. quod sic, quia ecclesia, & si prohibuit torneamentum, non tamen acquisitionem per ipsum, vnde peccat quidem, sed restituere non tenetur, vnde debet pauperibus erogare, de consilio tamē magis, quam de præcepto, dicit Arch.

17 DECIMOSEPTIMO † quæritur, vtrum possit fieri compensatio, si is, qui lucratus est cū obligatione restituendi, perdat cum eo, qui & ipse restituere tenetur? Et dico multa. Primum. Non fit compensatio, si persona sit alia, quia staret inæqualitas iustitiæ, cum is non recipiat, quā amisit. Secundum. Si vero persona sit eadem, sed ludus alius genere; puta, quia vnus erat licitus, & non alius, non fit etiā cōpensatio, quia vnum lucrum, scilicet ludi illiciti, est obnoxium restitutioni, & non aliud, ideo qui perdit ad pilam decem, & lucratus est ad aleas alia decem, nihilominus tenetur soluere decem, quę ipse in veritate debet; nec potest componere alia decem; quia sibi in veritate non debentur, cum ea restituere teneatur, si accepit. Tertium. Si vero persona sit eadem, & ludus idem in genere, & specie diuersus, vt vterque licitus, vel vterque illicitus, & multo fortius si sit idem specie, numero diuersus, puta, quia vterque est alearis, vel pilaris, aut si sit idem numero, quod est quando ad alia non diuertitur, s. per notabile spatium, argum. l. continuus, in princ. ff. de verb. obl. tunc si vterque ludentium perdere potest, fit compensatio tripliciter. Primo si ludus sit vnus numero, vt planum est, quia in his, quæ sunt eiusdem rationis consistentia in numero, pondere, & mensura, & eiusdem liquiditatis, tenet compensatio, vt sup. eod. tit. §. 1. & facit, quod no. Bar. in l. inficiando. §. infans. ff. de fur. Secūdo si sit vnus specie, eadem ratione, quia semper vterque erit licitus, vel illicitus, & eadem erit ratio obligationis hinc inde. Tertio si sit vnus genere, quia eadem est ratio. Nec obstat, si vterque sit illicitus, tum quia si hac ratione, quia ludus est illicitus, ille cui vici, non tenetur mihi, eadem ratione nec ego illi, & sic fit compensatio saltem impropria, falso credito extinguendo falsum debitū, tum etiā quia, & si dare sit casum, in quo quis non teneatur ei, cui vicit ratione paris turpitudinis, pōt tñ illi restituere, & restituendo liberatur. vt no. Sum. Con. li. 2. tit. 8. q. 25. ad fi. Si vero vterque perdere non pōt, iterum fit compensatio tripliciter, vt sup. q̄a ratio par est, & neuter eorū debet etiā in ludo licito pro tunc, q̄a nō habet: vnde perdat. Si vero alter tantum perdere non potest, si ludus sit vnus numero, fiet compensatio saltē impropria quantum ad totum, si vterque æqualiter vincit, aut perdit: q̄a nullus lucratur, cum lucrum sit, quod reportatur in fine; vel pro rata, si alter altero plus vincit, quia non est alter lucratus, nisi q̄d excedit partem illam. Si vero ludus sit alius, & alius numero, vel specie, non poterit compensare de subtilitate iuris is, qui vicit, perdere non valenti, quia acquirit patri, vel domino, non autem perdit. De æquitate tamen cōsciētiæ credo, ꝙ fieri possit. ar. eius quod not. Pan. in c. filius. de testa. & c. ex parte. de cēsi. Quartum. Circa istam materiam Sum. Ros. tenet vnum falsum, contra prædicta, & contra mentem Summistarum sui ordinis, i. Sum. Ange. & Sup. & hoc ex friuola ratione, dicens: Si ludus sit cum eadem persona, sed alio, & alio tempore, non fit compensatio, quia per interitū rei morosus debitor nō liberatur. l. in re furtiua. ff. de cond. fur. tangit etiam aliud fundamentum, quia quæ prius vicerat, danda erant pauperibus, ludendo autē nō pauperū bona, sed sua amisit. Sed dico ad primum motiuum, ꝙ ista lex intelligitur in re certa & determinata, sicut si debeo istū equū, aut summam decē librarum in ista moneta numero, vel specie, non liberor, si pereat equus, vel ista moneta. Secus in re incerta, cuiusmodi est aliqua sum. puta, 10. librarum, quia ista non interit, q̄diu stant aliqua bona ludentis, quia si ꝑdit aurū, quærit argentum, & soluat, & econtrario. Ad 2m dico, ꝙ illa non erant pauperum, q̄ prius lucratus erat etiā contra legē, vt istemet Doctor prius dixerat, sed etiam ipsius lucratoris

18 DECIMOOCTAVO † quæritur, occasione prędictorum de visitata quæstione episcopus .n. statuit, vt ludens ad azarum sit excōicatus, vel puniatur in tantum, modo vnus vno sero lusit cum pluribus, & pluries vicit, ac ꝑdidit. Quæritur, an sint hic plures ludi, & plura delicta, & plures excommunicationes, necne? Et dicit Bartol. in l. inficiando. ff. de fur. quod

quod totum illud videtur vnus ludus, donec ſit habitus pro completo, & ſoluto reddentibus luſoribus, vt l. contractus. C. de fide inſtr. nec poteſt dici perfectè viciſſe, donec ludus non ſit perfectè completus, qui adhuc ſuper eſt ſpes perditionis. Item circa lucrum dico, quod pluralitas perſonarum, cum quibus vna ſimul ille luſit, non dicitur facere plura delicta: quia illæ non dicuntur offenſæ ab illo, ſed magis reſpublica: ideo vnum eſt delictum, vt l. ſi plures. ff. arb. fur. cæ. Sed prædicta intellige, niſi illo ſero magno ſpatio diuertatur ad alia, quia eo caſu diuideretur actus, vt patet ex 5. Phyſ. & conſequenter delictum, quod eſt actus humanus, malus diuerſæ etiam perſonæ colludentes ſimul continuè, vel quaſi, non multiplicant delicta: quia omnes tenent locũ vnius colludentis. Si vero colluderent ſucceſſiue, videretur ludus diuidi, & multiplicari: ſicut multa facit peccata, ſecũdum Doctores, qui ſucceſſiue, continuè, vel quaſi multas fœminas, concupiſcit, & per hoc dici ſolet ad illud ſtatutum dicens, quod nullus poſſit ducere vltra tres famulos, & vnus duxit viginti: dicit enim Bart. quod eſt vnum tantum delictũ, & non vnum pro quolibet famulo vltra dictum numerum, cum ipſi ex tali ductione nõ offendantur, ſed reſpublica, quæ eſt vna. Et idem ſi mandetur ſub certa pœna, vt ad conuiuium nullus habeat plus, quam decem, quia vn[illegible]ſt delictum, ſi quis habuerit 30. vel 40. Decimonono quęritur, iterum occaſione prędictorum de hac quæſtione, dicit ſtatutum, ad nuptias non poſſe inuitari vltra 12. dominas, modo quidam vxorem ducebat ipſe, & filius ſuus, quæritur, vtrum inuitari poſſit viginti quatuor dominæ, tanquam ſint duæ nuptię, an duodecim tantum? Et dicit Bartol. quod licet ſint duo matrimonia, & ex hoc reſpectu dici poſſunt duæ nuptiæ: tamen quia hoc fit vna ſimul quo ad ſolemnitatem vnicę nuptiæ dicuntur, vt l. patris, & filijs. ff. de vulg. & pupil. Sed Ange. hoc non admittit, quia d. l. nihil ad hoc facit, quia ibi teſtamentum filij ſine paterno eſſe non poteſt: vnde filiale a paterno dependet; ideoque dicuntur vnum, ſed nuptiæ patris, & filij non ſunt dependentes, vel inſeparabiles; ideoque fortè contrarium eſſet dicendum. Et hoc indubitate tenendum eſt, vt patet ex ratione ſtatuti, quæ eſt, vt non multiplicentur nimis expenſæ, & competenter honorentur propinqui, ſponſi, & ſponſæ: qui hic ex parte ſponſarum duplicantur.

De Luxuria in genere, & in ſpecie.

1. *Luxuria quot ſint ſpecies.*
2. *Luxuria quomodo, & quando ſit peccatũ mortale.*
3. *Fornicatio quando ſit peccatum mortale.*
4. *Inceſtus quæ ſint pœnæ.*
5. *Stupri quæ ſint pœnæ.*
6. *Raptores quæ ſint pœnæ.*
7. *Sodomitæ quæ ſit pęna.*
8. *Sacrilegæ Luxuriæ, quæ ſit pœna.*

LVXVRIA a luxu, id eſt ſolutione, ſeu fluxu dicta, importat quandam ſolutionem in voluptates. Vnde & ſecundum Iſidor. in libro Etymol. luxurioſus dicitur quaſi ſolutus in voluptates. Et quia voluptates venereæ maximè hominem ſoluunt, ideo ſecundum San. Tho. 2. 2 quæſt. 153. Luxuria primo, & principaliter eſt circa voluptates venereas; ſecundario etiam exceſſum dicit in alijs, & ſic luxuria dupliciter ſumitur. Primo, ſcilicet large, & eſt abundantia, ac ſuperfluitas rerum corporalium, quomodo dicit Ambr. in c. poteſt fieri, de pœn. diſt. 1. quod ægritudo corporis peccatum repellit, luxuria carnis, id eſt abundantia deliciarum peccatum adolet, ideſt nutrit, & ſecundo ſtricte, & proprie, & eſt inordinatus appetitus venereorum.

1 PRIMO † vero quæritur, quot ſunt ſpecies luxuriæ? Et dico, quod ſex, de quibus 36. q. 1. §. cum ergo. alias incipit, lex, & S. Thom. 2. 2. q. 154. & 4. d. 41. fornicatio, ſcilicet ſimplex adulterium, inceſtus, ſtuprum, raptus, & vitiũ contra naturam, additur etiam ſacrilegium, vt cũ quis abutitur perſona ſacra, ſed iſta ſpecies non eſt luxuriæ proprie, ſed reperiri poteſt etiam in alio generi, puta, furti, homicidij, vel huiuſmodi, de quo dic, vt S. Thom. 2. 2. q. 154. artic. 10. Quamuis Sum. Roſc. dicat abuſum monialium ad inceſtum pertinere, quod etiam patet in cap. hi ergo. 22. q. 1. iuncta glo. Fornicatio proprie eſt coitus ſoluti cum ſoluta, ſecundum S. Tho. 4. d. 41. & dicitur Fornicatio ſimplex, licet largè ſit omnis illicitus coitus viri ad fœminam, imo largiſſimè eſt omne peccatum. 2. 2. q. 151. artic. 2. & 4. diſt. 39. articu. 6. ſecundum; ſed intellige ſoluti quolibet vinculo, ſ. coniugij, conſanguinitatis, affinitatis, ordinis, & religionis, ſeu voti. Adulterium autem eſt alieni thori violatio. 32. qõ. 6. non męchaberis, vt dictum eſt ſupra. Inceſtus autem eſt coitus cum perſona conſanguinea, vel affine, vnde inceſtuoſi dicuntur, qui conſanguineis, vel affinibus abutuntur. 36. qõ. 1. §. cum ergo. Stuprum vero proprie eſt illicita virginum defloratio ſub cura parentum,

existentium.2.2.q.154.ar.6.& dist.41.aliqñ tñ largè dr̃ stuprum quælibet alia species luxuriæ, sicut adulterium dr̃ stuprum. 32. q.4. nemo. & Numeri 5. Raptus verò secundũ Ray. in tit. de rapto.§.no.est, cum puella violẽter, & contra eius, vel parentum voluntatẽ educitur, vt corrupta habeatur in vxorem. 36. q. 1.§.cum ergo.vel etiam, vt habeatur in concubinam, extra de rapto.cũ causa. & glo.eius in verbo, vxorem, dicit, ꝙ raptus quoque cõmittitur, si quis rapiat, aut etiam semel abutatur muliere renitente.36. q.1. §.ex hac. scd̃m S.Th.autem.2.2.q.154.art.6. raptus sic potest describi. Raptus est violentia facta mulieri, vel parentibus, propter coitum assequẽdum et matrimonialem: vnde est raptus si violentia adhibeatur mulieri, non patri: vt quando non ipsa, sed vsus eius violenter rapitur. 36. q.1.§.ex hac.vel econtrario patri, & non mulieri: puta, quia consentit: siue inferatur virgini, siue puellæ, corruptæ, aut viduæ, vel maritatæ, adde ex S.Thom. vel etiam sanctimoniali.36.quæst.2.raptores.c.si quis non dicam. Vitiũm vero contra naturam, secundùm Sanct. Thom.vbi sup.ar.11. est actus venereus repugnans non solum rationi rectæ, quod est commune in omni vitio luxuriæ: sed etiam ipsi ordini naturali actus venerei, qui conuenit humanæ speciei, qui scilicet est, vt fit inter masculum, & fœminam eiusdem speciei in vase, & situ debito. Quod quia pluribus modis potest contingere, ideo ista species luxuriæ tanquam subalterna continet sub se multas specialissimas. Prima dicitur mollities, vel immũditia, quę est cum quis sine coitu spontè polluitur. Secunda dicitur Sodomia, quæ est secundum S.Th. quando coitus est inter masculum, & masculum, vel fœminam, & fœminam, ita quod sexus debitus non seruatur. vnde malè Sum.Ang. diffiniuit Sodomiã, quod est turpitudo in masculum facta. & c.vsus quod adducit.32.q.7.est expresse contra eum. Tertia dicitur bestialitas, quæ est, quando coitus est cum re alterius speciei. Quarta retinet sibi nomen contra naturam, & dicitur vitium contra naturam, & est, quando quis coit cum sexu fœmineo, & eiusdẽ speciei: sed non seruatur modus naturalis coeundi quantum ad instrumentum non debitum: aut alios monstruosos, & bestiales concũbendi modos, vt dicit S.Th. qui videtur velle, quod vbi sexus est debitus, licet vas, seu locus sit indebitus, quod non sit Sodomia, sed peccatum contra naturam tantũ: qui scilicet est, vbicunque sequi non potest generatio quod intelligo nisi raro: vt si mulier prębeat terga, vel forte etiam si supergrediatur. & de hoc sup. Debitum.§.4.per totum.

2 SECVNDO † quæritur, quomodo, & quando in luxuria sit peccatũ mortale? Et dico, quod omisso peccato contra naturam cum propria vxore seruato debito vase, de quo supra Debitum. §.4. omnis alius actus venereus omnium prædictarum specierum est de se peccatũ mortale, & in huiusmodi est mortale multipliciter. Primo, si opus ipsum perpetretur. Secundo, si deliberetur ipsa perpetratio, secũdum illud Matt.5. Qui viderit mulierem, &c. & in hoc omnes Doct. conueniunt, quod hoc peccatum est eiusdem speciei cum ipso opere exteriori, quod etiam Sum.Ang. concedit: sed tamen dicit non esse necessario confitendam istam circunstantiam, scilicet an quis deliberauit de soluta, an de coniugata: quia hoc est tãtum contra vnam prohibitionem. s. non cõcupisces vxorem proximi tui. Sed tamẽ hoc stultum est dictum: tum quia pari ratione non tenebitur eam cõfiteri, qui actu perfecit opus: quia non egit contra plures prohibitiones plus quam is, qui deliberauit: tum quia ista circunstantia, s. coniugata, variat speciem: & eo casu fit contra castitatem, & cõtra iustitiam, propter iniuriam factam marito in persona coniuncta: & consequenter fit cõtra duo præcepta; nec sua ratio aliquid valet, vt patuit. Tertio, deliberando, & consentiendo circa delectationem operis expresse, vel tacitè, etiã sine intentione perficiendi, iuxta ea, quæ dicta sunt supra Delectatio.§.1.& 4.

3 TERTIO † quæritur, quid iura, & Doctores de fornicatione tradiderint? Et dico multa. Primum. Fornicatio simplex secundum omnes Docto. indubitatè est peccatum mortale, vt patet ex rationibus S.Thom.3. contra cap. 119.& ex tex. Apostoli Gal.5. vbi patet, quod excludit a regno Dei: & similiter Rom.1. Nec in hoc excusat ignorantia; quia est contra legem naturalem: nec potest esse sine lata culpa addiscendi, quæ pertinent ad salutem, cum pene ab omnibus prædicetur, & sciatur. Secundum. Qui accedunt ad publicas meretrices, nescientes hoc esse prohibitum, non excusantur a mortali, & toties quoties: quia ignorantia iuris naturalis, & diuini in casu tã claro neminem excusat.1.quæst.4.per totum. & similiter est mortale aliquem ad hoc inducere.de pœn.distinct.1.noli.& 2.qõ.1.not. Tertium. Fornicatio simplex est peccatum grauius in viro, quam in fœmina; sed contra est

de adulterio, quia grauius est in fęmina, quã in viro, secundum S.Tho.4.dist.35.& ibi vide rationem. Quartum. Simplex fornicatio in clerico publicè tenente concubinam inducit depositionem, si monitus nolit corrigi, quia talis primò quidem debet monitus suspendi a beneficijs,&, si se non correxerit, debet ab eis perpetuò remoueri: siue sit in sacris. extra, de coh.cler.& mu.Sicut siue non. vt ibi in capit.si autem clerici.vbi videtur innui, quòd requiratur monitio trina, quòd si tale crimẽ sit notorium, suspensus est ipso iure, vt dictũ est supra, Clericus 2.§.4.& 30. Si verò sit publicum ex fama tantum, ita quòd merito talis habeatur suspicio, quod scandalum generetur, etiam si non appareat accusator, erit purgatio indicenda: in qua si defecerit, aut se purgare noluerit canonicè punietur, extra, de coha.cle.tua.& interim non debet in officijs euitari. Quintum. Clericus in sacro ordine aliquam ducens in vxorem priuari debet ordine & beneficio ecclesiastico, & mulier, si erat libera, redigi in seruitutem ecclesiæ.dist. 32.eos qui.si ancilla, debet vendi.di.81. quidã clerici.& filij inde nati rediguntur in seruitutem ecclesiæ.15.quæst.vlt.multæ. Item clericus est excommunicatus ipso facto, vt supra Excommunicatio, 9 §.quarto. & quando ab ea separatur, debet illam abiurare, scilicet quòd de cætero ad illam non accedet, nec cõmedet, aut bibet cum illa, nec in eadem domo manebit, nec in alio loco, nisi tam publico, quòd mala suspicio esse non possit: nec loquetur cum ea, nisi coram idoneis testibus, & certa necessitate, & hoc in ecclesia, vel alio publico loco. 35.quæstion.6. ab isto die, qui cle.vel vo.ex literarum. Si tamen habetur suspectus, quòd forsitan iuramentum non seruabit, exigi non debet, sed per sententiam interdicti, aut suspensionis, vel aliorum huiusmodi est compescendus.extra, de coha. cle.clericos, & concordat Rayn.& Hostiens. qui etiam addit, quod nihil per iuramentum iungendum est alicui, si de transgressione verisimiliter timeatur. Addit etiam Rayn. quòd, si ducta esset ancilla, & filij paruuli, nõ venderetur, ne filij propter eius absentiam perirent: sed in monasterio truderetur. distinctio.34.fraternitatis. Sed ibi gloss.dicit, quod pęnarum diuersitas, quæ hinc inducitur, dat episcopo optionem, vt scilicet eligat quam voluerit: imò innuit, quòd in casu d.c. fraternitatis, non fuit contractum matrimonium. & idem Rayn.

4 QVARTO † quæritur, quid iuris de incestu, omisso adulterio, de quo suo loco dictum est? Et dico multa. Primum. Incestuosus, secũdum Pan.in d.c.1.de eo, qui cog.consang.vx. suæ.duplicem pœnam incurrit. Prima est, q̃a priuatur facultate cõtrahendi matrimoniũ. Secunda, quia nec exigere potest debitum a propria vxore, quam prius habuit antequam commisit incestum.27.q.2.qui dormierit.nisi scilicet cum eo dispensetur, & si exigit, mortaliter peccat, secundum Vin.quia facit contra præceptũ canonis.arg.c.2.de maio. & ob. Sum.verò Ang.contra Ros.hoc intelligit vniuersaliter de quocunq; incestuoso, & non solũ cum vxoris cõsanguinea: sed dic, vt inf. Matrimonium 7.impedimento vltimo. Scd'm. Si aũt incestuosus contrahat de facto, scd'm Pa. in c.transmissæ.de eo, qui cog.cons.vxo. suæ. matrimonium tenet, & reddere tenetur debitum, exigere tamen non potest sine mortali, nisi cum eo dispensetur, hoc tamen idem Pa. in c.literis.de præsum. vr̃ velle hanc pœnã.s. q̃ incestuosus contrahere, vel exigere non possit hr̃e locum solum, q̃n constat de incestu qualitercunque.arg.d.c.ex literis.& 27.q.1.si quis sponsam. Tertium. Si aũt vxor commisit incestum cum mariti consanguineo de consensu mariti, si fuit violentata absolute, secũdum Rich.nullum ei pręiudicium generatur, vt in ca.discretionem.de eo, qui cog.cons.vx. suæ, vbi sine culpa sua non debet suo iure priuari. Si verò per coactionẽ non cadentẽ in constantem virũ mortaliter peccauit, & cõmisit incestum, credit tamen in detestationẽ criminis viri non esse mulieri interdictũ debitum petere a viro, & illi reddere tenetur. Si verò fuit inducta leui motu, nõ licet ei debitum petere, sed tamen si vir petat, reddere non tenetur, quia potest ei adulterium illud obijcere, vir aũt debitũ petere nõ põt scd'm eundem ꝓp affinitatem contractã sua voluntate, & præcepto. Quartũ. Marito incestuoso vxor põt debitũ negare, scd'm Host. vt refert Pa in c.trãsmissæ.de eo, qui cog.cons.vxo. Si tñ ipsa semel petierit, reddere tenetur, quasi sit viro reconciliata. Sed Pan.dicit melius tenere oppositũ do.Anto. & Car.quia isto casu non priuatur exactione cõtemplatione vxoris, sed attrocitate delicti, ideoq; non põt sibi hanc pęnã remittere, nec ẽt exigẽdo debitũ vr̃ sibi velle remittere. Quintum. Secundum Pa.in d.c.1.si incestus est verè cõmissus, puta, cũ ꝓprijs, aut vxoris suæ, cum qua matrimonium consummauit, consanguineis, tunc eps di-

dispensare nō potest vt cōtrahat, vel exigat, nisi ex causa: puta, ratione iuuentutis, & huiusmodi: quo casu bene poterit. 35. q. 6. si duo. & idem tenet, & dicit cōiter tenere Doct. in c. transmissæ, de eo qui cog. consang. vx. suæ. Si verò incestus non est verè cōmissus: puta, quia cognouit consanguineam sponsæ nondum cognitæ, sic eps poterit dispensare ēt sine cā, vt contrahat: non tñ cum sponsa illa de futuro, si commistus est in vase, & ibi cōsummauit cum eius consanguinea, sed cū alia, q̄ sibi non sit affinis, quod etiam Sum. Angel. dicit posse sine dispensatione, adducens gl. in c. quidam. 37. q. 2. sed nec glos. hoc dicit, nec est verum, vt patet ex Pan. in d. cap. 1. in vltimis verbis, iuncto c. se. vbi iuncta gl. patet expresse hoc esse factum, quia is qui cognouit matrem sponsæ, glos. i. de futuro, aliam sponsam habere non potest, nisi ex dispensatione.

5 QVINTO † quærit, quid de stupro iura tradiderint? Et dico vnam solum quæstionē circa hoc decidendam. s. an stuprator virginis teneatur ad aliquid? Et dico, ꝙ Dominus determinauit Exo. 22. ꝙ si eam seduxit, tenetur habere in vxorem, si pater voluerit, & dotare, vel saltem dotare. Et Deu. 22. dicit, ꝙ tenetur patri in l. siclis: sed quia hæc pertinebant ad præcepta iudicialia, hodie non obligant, nisi quatenus ecclesia, vel aliqua ciuitas ea assumpserit tanquam æqua. vnde nec S. Th. qui ista recitat 2. 2. q. 154. intendit asserere ita seruandum esse, vt patet 1. 2. q. 104. ar. 3. sed vult, per hæc probare, quòd stuprator ex naturali iure tenetur virgini, & patri satisfacere secundum taxationem factam a iure positiuo, qui quantum ad virginis dotationem est eadem, vt dicetur, quantum verò ad patrem, non est iure communi positiuo determinatum, quid dēat. Circa hoc aūt dicit canon, ꝙ si eam seduxit, teneatur eam dotare, & ducere, aut saltē dotare, si pr̄ eam dare noluerit. de adul. c. 1. ꝙ quidem glos. Limitat verum de iure antiquo, hodie verò aut ducit eam, aut verberatus, & a sacris exclusus detruditur in monasterium, de adul. c. 2. Sed hæc limitatio stare non pōt, vt patet intuenti d. c. scd̄m quod loquitur qñ non vult eam ducere, quo casu dabit dotem, & vapulabit, vt su. Quidam uero alij, vt Ray. & Sum. Confess. lib. 2. tit. 5. q. 6. & quidam alij glossatores limitant hoc verum de raptore, vt intelligat̄ si seduxit, i. seorsum duxit a domo paterna, extrahens eam per violentiam. Sed certe ista limitatio communiter non tenetur, & de adult. cap. 2. patet, ꝙ capitur seducere pro decipere, & nōn pro rapere: & præterea bonus sensus non patitur, vt, quæ in titulo de stupro dicuntur, per extortas expositiones trahantur ad titulum de raptorib. Et ī loquendo de stupratore, dicit Pan. in ca. 1. de adul. ꝙ, si eam seduxit, vel decepit, tenetur eā dotare, & vlterius accipere in vxorem, si pater vult, eam sibi dare, vt ibi. ca. 1. & 2. & si eā non vult, accipere, debet corporaliter castigari, nec sola constitutio dotis eum liberat, si pater eam vult, dare; &, si eam nō vult, dare, nihilominus tenetur ad dotem iuxta consuetudinem patriæ, & si sit clericus, q̄ contrahere non pōt, nihilominus tenet̄ ad dotē: vt patet per Pan. ibid. c. 2. Et si vir neget eam virginem fuisse, non incumbit probatio patri, aut virgini, secundum Pan. in d. c. 1. & cōiter Doctores, quia præsumitur virgo ex quo hr̄ pro virgine: & imputet̄ isti qui abusus est, q̄a rōne delicti probatio transfertur in illū. Si vero illam non seduxit, sed sponte acquieuit, secundū Pan. adhuc hēt locum d. c. 1. ꝙ loquitur de seducente: quia virgo semper præsumitur seducta & decepta: quia, si non essent hoīs īsidię, tantum facinus non perpetraretur. C. de rap. virg. l. vnica. Prædicta autem vera sunt. secundum Sum. Ang. ēt in foro consciæ, sed q̄a ad pœnas legales nullus tenetur, nisi condēnatus, intellige in foro contentioso, s. si quis fuerit condemnatus, secundum Arch. & Roman. & Supple. sed in foro conscientiæ dicit Archid. post Veruec. sic seruandum, ꝙ si eam deflorauit volentem, non tenetur, quia non seduxit, si autem inuitam, vel seductam, puta, promissionibus & mendacijs, nō videtur, fuisse voluntaria, vnde iniungendum est ei, quòd satisfaciat ad arbitrium boni viri, vel cum ea componat, & si promisit eam ducere, vt copulam extorqueret, seruet promissū, & multo fortius si iurauit. Et hoc secundum Arch. nisi esset nimis distans eorum conditio: puta, si mulier est plebeia, vir nobilis, & potens, quia nō præsumitur mulier fraudē ignorasse, vel etiam si magnum aliquod scandalū creditur prouenturum, & tunc petat remissionē promissi, & aliter satisfaciat, scd̄m suā facultatē & mulieris indigentiam. Quæ quidem notanda sunt propter eos, qui sub deceptiōne, accipiēdi puellas ī vxores, eas trahūt ad copulandum intentione non accipiendi, quia tales, ex quo eas accipere promiserunt, vel a fortiori, si eas acceperunt, tenentur eas accipere, & dotare secundū aliquos, licet animū habuerint decipiēdi, & si eas accipere nō possunt,

poſſunt, vt quia iam contraxerunt cum alia,
vel pater eam tradere non vult, tenentur do
tare, vel aliter ad arbitrium boni viri ſatisfa-
cere. Vide etiam inf. Matrim. 4. §. 8. Secũdum
leges autem ſtuprator debet regulari, & di-
midia pars bonorum eius publicari: aut ſi eſt
vilis perſona, debet verberari. Inſti. de publ.
iud. §. 2. Si autem per vim fecerit, capite ple-
ctitur. Inſt. vbi ſup. §. ſin autem.

6 Sexto †quæritur, quid iuris de raptu? Et
dico multa. Primum. Raptoris pœna, vt nũc
loquimur de raptore, ſecundum leges eſt vt
capite puniatur, & eius ſubſtantia raptæ ap-
plicetur. ſ. ſi ingenuam rapuit: ſecus ſi ancil-
lã, vel libertam, quia decapitatur quidẽ, ſed
ſubſtantiam nõ perdit: nec diſtinguit vtrum
volentem quis rapiat, vel inuitam, ſponſam
propriam, aut alienam, coniugatam, vel non
coniugatam: & ſimiliter omnes fautores ra-
ptorum capite puniũtur. Probantur hæc om
nia. C. de rapt. vir. l. raptores. Secundum cano
nes autem raptor efficitur ſeruus raptæ, niſi
velit ſe redimere: & ſi mulier voluntarie ra-
pta eſt, obligatur raptor ſeruire patri, aut ſe
redimere. 36. q. 1. de raptoribus, quæ tamẽ pę
na ſecundum gl. Rayn. imponi põt in foro iu
diciali, non pœnitentiali; & ſimiliter ipſe ra-
ptor cũ ſuis fautoribus dẽt excõicari. 36. q. 2.
ca. 1. & 4. Secundum. Has tamen pœnas aliqñ
raptor non incurrit: primò, ſecundum Pano.
in c. cum cauſa. de rap. vbi præceſſit tractatus
de nuptijs; & pro matrimonio contrahẽdo
puella fuit abducta: quo caſu de iure canoni-
co non committitur raptus: quia matrimo-
nium debet eſſe liberum, & puella fortè non
poterat contrahere libere in domo parẽtũ:
vnde ius canonicũ libertatem matrimonij,
ius verò ciuile delictum raptoris conſidera-
uit. Vbi verò tractatus non præceſſit, ſemper
committitur raptus. Secundò, quando quis
rapuit ſponſam propriam. 36. q. 1. lex illa. &
qõ. 2. ſi quis virginem. & extra eo. cum cãm.
non obſtat, ꝙ l. vnica. C. de rapt. vir. velit ra-
ptũ committi, ẽt in ſponſa de futuro: quia vt
dicit Pa. vbi ſup. potius iuri canonico in hoc
ſtandum eſt. ar. cap. vlt. & pen. de ſec. nupt. &
quod no. in regula, poſſeſſor, de reg. iu. lib. 6.
Dicit tamen S. Tho. 2. 2. q. 154. art. 7. ad quar-
tum, quod ſponſus peccat, violentiam infe-
rendo, licet excuſetur a crimine raptus: quia
ex deſponſatione habet aliquod ius in ſpon-
ſa ſua: quod quantum ad ſponſam de præſen
ti poſt debitum tempus ad debitum redden-
dũ intelligo, quando rapit non tentatis alijs
vijs pacificis, ſecus vbi omnia tentaſſet, & nõ
proficeret. argu. glo. in dicto capit. lex illa. &
c. ſi quis virginem. Adde ex Hoſt. ꝙ ſponſa de
præſenti monaſterium intrare non poterit,
ſi vir eam raptam cognouit carnaliter; quia
vſus eſt re ſua, licet indebite. Tertiò, qñ puel
la conſentit: vt in d. cap. cũ cauſam, intellige
in matrimonium, etiam contra voluntatem
parentum, ſecus ſi conſentiat ſolũ in rapinã:
quia eſt vere raptus, & raptor punitur. d. ca.
de raptoribus. Quartò quando rapuit fœmi
nam turpem, quia dictæ pœnę ſecundũ Gof.
intelliguntur infligendæ ſi rapuit mulierem
honeſtam: ſecus ſi meretricem: quia ſecũdum
leges non punitur dicta pœna. C. de adulte. l.
qui adulterium. Tertium. Si quis ſeruã. ſ. ſuam
inuitam violauerit, aut ſeruum, iniuriarum
actione tenetur. de pęn. diſt. 1. ſi quis. & ſi pſe
uerat in vitio non petendo illam, nec poteſt
reſiſtere, quin ſibi violentiam inferat, ſi ali-
ter ſuæ pudicitiæ conſulere non poteſt, lici-
te poteſt inire fugam, ſec. Arch. ſicut etiam li
cet vxori recedere a viro trahente ad mor-
tale: & ecõtrario. 28. q. 1. idololatria tenetur
ẽt ſerui corrupti, ſecundum gloſſ. ibi: vt ff. de
ſer. cor. l. 1. §. vlt. C. de fur. l. ſi qs ſeruo. Quar-
tum. Secundum Rayn. ſi princeps committat
iudici eccleſiaſtico poteſtatem puniendi ta-
les: ipſe citra mortem, vel mutilationem, vel
enormem ſanguinis effuſionem poterit iube
re raptorem incarcerari, & flagellari; ita ta-
men quòd flagella in vindictã ſanguinis tran
ſire non videantur, vel pęna pecuniaria mul
ctari. Quintum. Aduertendum etiam, ꝙ ſecũ-
dum leges raptores filiorum, ſeu filios ſedu-
centes a parentibus, ſi ſunt nobiles damnan-
tur in metallum ſi verò non ſunt nobiles, aut
ſi pluries hoc commiſerunt, damnantur ad
mortem, & ſeruus, vel libertus ſubijcitur be
ſtijs. C. de plagia. l. fin. & ibi gl. Vtrum autem
poſſit eſſe matrimonium inter raptam, & ra-
ptorem, vide inf. Matrimonium 8. §. 11.

7 Septimo † quæritur, quid iuris de vitio
contra naturam? Et dico, ꝙ pœna Sodomitæ
eſt, ꝙ ſi clericus eſt, deponatur, vel ſi apparet
corrigibilis, traditur religioni ad perpetuã
pœnitentiam, ſi verò eſt laicus, debet excõ-
municari, & a cætu fidelium vſq. ad cõdignã
ſatisfactionem fieri alienus. de exceſ. prel. cle
rici. & ſecundum leges vltimo ſupplicio cõ-
demnatur, authen. vt non li. contra na. col. 6.
Nec mirum, quia eſt peccatum maius adulte
rio. 32. q. 7. vſus. & grauius, quam cum matre
coire, vt ibidẽ in c. adulterij. Vnde pp ipſos

actus

actus sodomitarum, fames, terræmotus, & pestilentiæ fiunt, & ciuitates cum hominibus pariter pereunt, vt dicitur in auth. vbi sup.

8 Octavo † quæritur, quid iuris de sacrilegio, vt est species luxuriæ? Et dico, quod sacrilegium est: si quęcunque luxuria in loco sacro committatur, & similiter si cum persona ecclesiastica, vt sunt moniales, beguinæ clerici, & religiosi, & generaliter secundum S. Th. 2.2.q.154.art.10. quælibet species luxuriæ, secundum quod violat aliquid pertinens ad cultum Dei, est sacrilegium. Vnde, vt ibi dicit, cõcurrere potest cum diuersis luxuriæ speciebus. Si enim quis abutatur persona coniuncta sibi secundum spiritualem cognationem, est sacrilegium ad modũ incestus: si vero abutatur virgine sacrata, inquantum est sponsa Christi, est sacrilegium per modum adulterij inquantum vero est sub spiritualis patris cura constituta, erit quoddam spirituale stuprum & si inferatur violentia, erit spiritualis raptus, qui etiam secundum leges ciuiles grauius punitur, quam alius raptus. vnde Iustinianus Imperator dicit. Si quis, non dicam rapere, sed attentare tantummodo matrimonij iũgẽdi causa sacratissima virgines ausus fuerit, capitali, pœna feriatur. De pęna autem sacrilegij, inf. Sacrilegium. Nono quæritur de comparatione specierum luxuriæ, quæ. s. sit grauius peccatum? & sumendo dicta doc. maxime S. Tho. 2.2. vbi supra, dico sic. Horum prædictum maximum est, quod fit contra naturam, in quo infimum est molities: supremum, bestialitas: medium, sodomia, deinde maius, est incestus: deinde adulterium, deinde stuprum, quorum vtrunque aggrauatur violentia: vnde raptus virginis, aut vxoris alterius, grauius est simplici stupro, vel adulterio: omnia autem hæc aggrauantur sacrilegio, infimum autem omnium est fornicatio. Vtrum autem in tactibus, & osculis, & huiusmodi sit peccatum, vide supra delectatio. §.4.

DE MAGISTRO.

MAgister dicitur, s. appellatiue, & de hoc sup. Doct. & antonomasice, & sic est magis. Sententiarum, qui non tenetur in multis, sed approbatur per S. Th. & alios Theologos. Primo, nam dicit in primo, di. 17. quod charitas, qua dilegimus Deum, & proximum, non est aliquis habitus creatus, sed est Spiritus Sãctus. Secundo, nam in di. 24. eiusdem, dicit q᷑ termini numerales, vt trinus, vnus, & huiusmodi, non dicunt positionem, sed priuationẽ quod sic intelligit, vt cum dicitur, Deus est vnus: ly vnus, nihil ponit, sed priuat multitudinem Deorum, & similiter cum dicitur, personæ sunt tres: excluditur singularitas, & solitudo. Tertio, nam in distinct. 31. eiusdem dicit, quod similitudo, & æqualitas nihil ponunt: sed tantum priuant, sicut & termini numerales, vt sit sensus. Pater est æqualis filio, i. nec maior, nec minor, & similis, i. nõ diuersus, nec alienus. Quarto, nam in 3. di. 2. dicit, quod prę mium in Angelis præcessit meritum. Quinto, nam distin. 30. eiusdem dicit, quod nihil de cibis transit in veritatem humana : naturæ. Sexto, nam eadem distin. dicit, quod semel est de substantia patris. Septimo, nam in 3. dist. 3. dicit, quod humana anima separata a corpore est persona. Octauo, nam dist. 22. eiusdem, dicit quod Christus in triduo suæ mortis fuit homo. Nono, nam in 1. dist. 4. dicit, quod sacramenta veteris legis nullo modo iustificabant, et ex charitate facta. Decimo, nam di. 2. eiusdem dicit, quod baptizati baptismo Ioannis, non ponentes in eo spem, non rebaptizabantur. Vndecimo, nam in 5. dist. eiusdem, dicit, quod Deus potuit cõmunicare creaturæ potentiam creatiuam. Duodecimo, nam 13. distin. eiusdem, dicit, quod hæretici, præcisi, suspẽsi, schismatici: & degradati consecrare nõ possunt. Decimotertio, nam dist. 27. eiusdem, dicit, quod maritus alicuius spõsæ per cõsensum de præsenti, quam tamen non cognouit, bigamus vocatur, & ad sacros ordines promoueri non potest. Decimoquarto, nam d. 34. eiusdem dicit, quod cognoscens sororem spõsæ legitimæ, postremo non potest vxori debitum reddere. De his vide S. Tho. in suis locis, & Arch. 4. partit. 11. cap. 8.

DE LÆSA MAIESTATE.

MAiestas dicta est a maioritate, quasi maior potestas, & primo ac principaliter Deo secundo Christiano Imperatori: licet crimen læsæ maiestatis committatur etiam in his, qui Imperatorem repræsentant. Nam hoc crimen, est vbicunque quis contra vrbem aliquid molitur, intellige sine ordine iuris: aut profugit ad hostes, vel eos iuuat qualicunque causa, scilicet armis consilio, vel pecunia, aut subiectas prouincias nititur facere rebellare, vel seditiones, & bella mouet in ciuitate, vel prælatum, magistratum, aut principem occidit, aut contra latus eius mili-

tat, vel arma fert, aut accipit contra Reipublicam. Et idem dicitur crimen perduellionis, id est hostile: perduelliones enim hostes dicuntur: secus si committitur non contra rem publicam, quia non videtur perduellionis, sed simpliciter læsæ maiestatis. Et nota, quod non subditus crimen læsæ maiestatis, non committit, ut in §. rursus, in clementi. pastoralis. de re iudica. vbi Rex Siciliæ Robertus non eo modo subfuit Henrico Imperat. quod crimen læsæ maiestatis in eum commiserit. Notandum est etiam, quod in confiscatione bonorum, propter læsam maiest. ecclesiasticam, est necessaria senten. vt supra excõic. 7. §. 11. dub. 3. Et similiter propter læsam maiestatem diuinam, vt supra hæresis 1. §. 8. partic. 3. multo magis hoc est necessarium propter læsam maiestatem humanam ciuilem: vide vbi sup. maior dicitur is, qui 25. annorum impleuit ętatem. de quo not. Instit. de cura. per totum, & Doct. ext. de rest. in integ. capitu. 1. vide etiam infra minor. Maioritas non requiritur a seruo Dei, sed minoritas, siue inferioritas. distinct. 40. multi distin. 93. diaconi sunt, & secundum Rayn. principaliter consistit in quatuor. & intellige de ecclesiastica. Primo, quidem in ordinis prærogatiua, sicut præsbyter maior est diacono, distinct. 93. legitimus, in fin. extr. eod. statuimus. Secundo in prærogatiua consecrationis, sicut episcopus maior est presbytero. distinct. 95. olim. & capitu. episcopus. Tertio in prærogatiua administrationis, sicut Archidiaconus est maior archipresbytero. & ei subest, atq; dēt obedire. dist. 25. perlectis. Quarto in prærogatiua antiquitatis, secundum quod maior est, vel qui prius fuit ordinatus, vel religionem prius intrauit, vel qui prior est ætate. distinction. 75. ordinationes, extra eod. capit. 1. de elect. dudum el 1. Quintum additur secundum Host. secundum prærogationem eius, qui ordinauit, quia ordinatus a superiore inter alios eiusdem ordinis magis est honorandus, extra eod. capitu. per tuas. Adde, quod secundum glos. in ca. lex. in verbo, maiores. distinc. 2. maiores natu dicuntur nobilitate, antiquitate, dignitate, scientia, vt 2. q. 7. quærendum, & capitu. criminatio, sed maioritas est ciuilis. Maior pars in collegijs præualet regulariter: vnde quod fit a maiori parte capituli, vel collegij, regulariter vires obtinet. 65. dist. c. 1. & 2. & 3. nisi ex alia parte præponeret auctoritas, de elec. dudum. de testi. in præsentia. Quandoq; tamen præualet minor pars. s. quando ab ea aliquid rõnabiliter fuerit obiectum, vel ostensum, ext. eod. c. 1. Nec oportet vocari absentes, nisi in elec. vt sup. elect. 1. §. 5. & similiter in cessatione a diuinis, vt supr. cessatio. §. 1. & cõcordat Alb.

DE MALEDICTIONE.

1 *Maledici quid possit.*
2 *Maledictio quando sit licita.*
3 *Maledictio illicita an sit peccatum mortale.*

MAledictio, vt ipsum nomen sonat, est ꝓlatio mali, siue per linguam exterius, siue per intellectum in corde, a qua descendit maledicere in vi vnius dictionis, quod importat malum proferre, sicut in viduarum importat defectum prolationis, sicut balbutiens male dicit, siue loquitur, etiam si loquatur de bonis. Tripliciter autem contingit maledicere, secundum Sanctum Tho. 2. 2. q. 76. s. enunciatiue detrahendo, & causaliter, seu imperatiue, iubẽdo, s. vt alicui fiat malũ: puta, ꝙ fur suspẽdat, & optatiue, seu ĩprecatiue optãdo alicui malum, & hoc dupliciter, scilicet per accidens, i. sub ratione boni, vel quia hoc est iustum, vel quia est vtile, vt s. melior fiat, aut alijs non noceat iniuste, & per se, i. sub rõne mali, & sic est peccatum, & de hoc hic loqtur. Vnde maledictio proprie est imprecatio, seu exoptatio mali alicui facta sub rõne mali, i. intendendo ipsum malum, vt colligitur ibi ab eo. & 23. q. 3. Deus large tamen accipitur etiam pro blaspemia Dei, vel Sanctorum, vt in c. statuimus, de malefi. de qua dictum est su. blasphemia in fi. principij. & §. 8.

1 PRIMO † vero quęritur, quid possit, vel nõ possit maledici de facto, & cum effectu? Et dico secundum S. Th. 2. 2. q. 76. quod benedictio, vel maledictio proprie conuenit ei solum, cui potest bene, vel male contingere, i. creaturæ rationabili, aut etiam alijs non secundum se, quia est vanum, cum eis malum non eueniat, sed in ordine Deum, vel ad creaturam rationabilẽ, & hoc tollendo subuentionem: sicut Deus maledixit terram, vt per eius sterilitatẽ homo puniretur, vel ad significationem, sicut Christus maledixit ficum, in significationem Iudeæ, vel etiam gratia cõtenti: sicut Iob maledixit diei suę natiuitatis propter culpam originalem, quam nascendo contraxit, & Dauid montibus Gelboe propter cœdem populi in eis factam.

2 SECVNDO † quæritur, quando maledictio sit licita, vel illicita? Et dico ex S. Th. vbi supr. quod quantum ad creaturas rationabiles, si loquamur de maledict. indicatiua, qua. s. malum alte-

alterius refertur, est idem ꝙ detractio, intellige si malum illud sit culpæ, & non pœnæ: quia nō est detractio: si dico, ille est infirmus, nec peccatum, vnde eodem modo est licita, vel illicita, sicut & detractio. Sed de ista hic non intendimus. Si verò loquamur de imperatiua, & optatiua, eodem modo vtraq; est licita, vel illicita: quia facere aliquid, & velle illud, se cōsequuntur in bonitate, vel malitia. Vnde vtraq; est licita, si imperetur, vel optetur malum per accidens, i. sub rōne alicuius boni eo modo, quo in §. priore dictum est, & vtraque illicita, si imperetur, vel optetur malum per se quasi ipsum malum intendendo. Adde illud S. Tho. ꝙ velle, & facere se consequuntur in bonitate, vel malitia, esse verum, nisi illud facere spectet ad publicam potestatem, quia licet mihi optare ad bonum mortē alicuius, quam tamen mihi non licet imperare, vel inferre. Adde etiam specialiter de diabolo, secundum eum ibi art. 1. ꝙ eius naturā, cum bona sit a Deo, maledicere non licet culpa tamen eius est maledicenda, secundum illud Iob 3. Maledicant ei, qui maledicunt diei. Nec obstat illud Eccle. 21. cum maledicit impius diabolum, s. ꝑꝑ culpam, maledicit ipse animam suam: quia intelligitur, quod simili ratione ostendit se maledictione dignū. Quātum vero ad creaturas irrōnales, si maledicātur īperatiue, vel optatiue in ordine ad Deū, inquantum creaturæ Dei, est peccatum blasphemiæ: in ordine verò ad creaturas rationales dicit Sum. Ros. ꝙ non licet eas maledicere, nisi ex speciali Dei reuelatione. Sed ego dico, ꝙ est idem iudiciū sicut de maledictione rationali, secundum mentem S. Tho. ibi, licet hoc expresse non dicat: quia tunc ꝓpriè creatura rationalis est, quæ maledicitur, vnde est licita, si sit propter bonum: illicita verò, si sit propter malum. Et ita tenet Alexan. de Ales 22. tract. de maledictione, sed si maledicantur secundum se est vt dicit, vanum, & otiosum, & consequenter illicitum: quantum vero ad Deum planum est, ꝙ semper est illicita ēt indicatiua, quia ei nullum malum cōuenit. Et de hoc sup. blasphemia. in princ. & §. 7.

3 Tertio † quæritur, vtrum maledictio illicita sit peccatum mortale? Et dicit S. Thom. 2. 2. vbi su. art. 3. ꝙ maledictio sub ratione mali, tam imperatiua, quam optatiua, secūdum suum genus est peccatum mortale, quia repugnat charitati, quia proximum diligentes volumus ei bonum: vnde neq; maledici regnū Dei possidebunt. 1. Cor. 7. & tanto grauius, quanto personā, cui maledicimus magis amare, & reuereri tenemur. Vnde qui maledixerit patri suo, & matri, morte moriatur. Leui. 20. Contingit tamen, inquit, quod aliquando sit veniale, vel propter mali prauitatē, quod quis imprecatur: vel propter affectum proferentis: dum ex leui motu, vel ludo, vel surreptione talia verba profert: quia peccata verborum ex affectu pensantur. Quæ autem: sit pœna Deum publice maledicentis, vide sup. blasphemia, §. 7.

¶ Malefactor an possit fugere, vel se defendere. vide sup accusatio. §. 16.

DE MALEFICIO, ET MALEFICIATIS.

1 *Maleficium quid, & quot modis sumatur.*
2 *Diaboli scientia ad quid se extendat.*
3 *Diaboli potestas quo ad corpora, & animas, & numero 3.*
4 *Diaboli voluntas qualis.*
5 *Dœmoniacorum facta qualia.*
6 *Dœmones qualiter vexent homines, circa copulam carnalem.*
7 *Maleficia quomodo possint auferri.*
8 *Maleficium vnum an liceat tollere per aliud maleficium, & nu. 9.*

1 Maleficivm † a malefaciendo dictum vt ex ipso noīe patet, importat malū illatum alicui, & consequenter damnū iniustū; quia damnū iuste illatum nō est malum simpliciter, licet sit malū isti, vel illi. ¶ Igitur maleficiū tripliciter sumitur. ¶ Primò ꝓ damno iniusto voluntario rerū. Secundò pro dāno iniusto personæ, vt si quis vulneretur, aut occidatur, & hoc similiter voluntarie; quia si nocumentū ꝑter propositū inferatur, vt cū iudex ꝑꝑ imperitiam male iudicat, vel de domo aliquid eiectum est ꝙ nocuit, non dr̄ maleficium, sed quasi maleficium. Insti. de oblig. quæ ex quasi deli. per totum. ¶ Tertiò pro dāno iniusto personæ illato a diabolo, quo quis scdm̄ vsum cōem loquendi dr̄ maleficiatus, quia illud dānū patitur, & maleficus, vel malefica dr̄, qui illud damnum procurat fieri a diabolo pacto expresso, vel tacito interueniente: & ad hoc tertium maleficiū pertinet signum fœderis quod est inter diabolum, & maleficum, quod signum ēt maleficum dr̄, vt infixio gladij intra circulū, plumarum inuolutio, imago cerea cum acubus infixis, & huiusmodi. Ad hoc etiam maleficium reducitur omnis diuinatio, & incantatio, siue alligatura, quia, vt patet 26. qō. 5. nec mirum. ad hoc pertinet sortilegium, quod est diuinatio, & oīs incātatio. De isto autem tertio maleficio

solum

ſolum hæc intendo ſpeculatiuè, declarando
qũo fieri poſſit, aut deſtrui. Ad cuius intelle-
ctum oportet aliqua quærere de ſcientia, &
poteſtate diaboli. ¶Primò ergo quæritur, ad
quid ſe extendat ſcientia diaboli? Et dico ex
S.Thom.1.q.64.ar.1. ad quintum & 2.diſt.18.
q.2.art.1.& 3.contra ca.154.quod dœmones
tripliciter cognoſcunt veritatem, ſ.per natu
ram, reuelationem, & experientiam. Et per
experientiam quidem præcipuè adducit dœ
mon hoĩum inclinationes, & modos ſuperan
di illos, dicente Cypr. quod diabolus oĩa ten
tandi genera, inſidiaſque deijciendi vſu ipſo
vetuſtatis edidicit, quod quomodo fiat, cũ nõ
ſyllogizet, alibi aut dixi, aut Deo volente di-
cam. Per reuelationem autẽ cognoſcit quan-
tum Deo placuerit reuelanti. Per naturam ve
rò, vt patet 1.q 89.art.3.& quæſt.109.ar.5. &
veri.q.20.ar.4.& 2.contra cap.97.a principio
ſuæ creationis ſtatim cognouerunt dœmo-
nes omnes ſpecies rerum creatarum a Deo
per ſpecies inditas, & per ſimilitudinem ſpe-
cierum ſtatim quilibet eorum poteſt omnia
indiuidua ſub vna ſpecie contenta cognoſce-
re diſtinctè, vt patet 1.q.57.ar.2. & 2.diſt.3.q.
3.art.3 & 2 contra.cap.98. Ex quibus patet,
quod quilibet diabolus perfecte cognoſcit
virtutes omnium angelorum, & cœlorum, &
ſtellarum, & volucrum, & animalium, & pi-
ſcium, & arborum, & herbarum, & metallo-
rum, & lapidum, & eleementorum, vnde co-
gnoſcunt, quæ hominibus quocunque modo
prodeſſe poſſunt, aut etiam obeſſe.

2 SECVNDO † quæritur, ad quid ſe extendat
dilatoria poteſtas quantum ad motum corpo
rum? Et ex S.Tho.1.quæſt.105.art.1.& q.110.
art.2.& 3.& 4.q.114.& q.117.& 2.diſt.7.q.3.
art.1.& diſt.8.q.1.& 3.contra c.103.dico tria.
¶Primum. Angeli mali, vt de bonis taceã, nõ
poſſunt naturaliter imprimere aliquam for-
mam in aliquod ſuſceptiuum, quod intellige
primò de corporalibus cuiuſmodi ſunt fortu
næ ſubſtantiales, & accidentia corporum, ſe
cus de ſpiritualibus, quia poſſunt illuſtrare
phantaſmata, imò & intellectum abſolute, li
cet non ex ſuppoſitione ſui iniqui finis: licet
ibi non ſit proprie impreſſio leuis, ſed con-
fortatio: & ſecundo intellige de formis habẽ
tibus eſſe per modum quietis, ſecus de haben
tibus eſſe per modum tranſeuntis etiam cor-
poralib. quia poſſunt mouere localiter, &
conſequenter imprimere illam formam ad
quam ſequitur motus localis violentus, quæ
eſt quædam impreſſio non durans. ¶Secũdũ.
Angelis malis obediunt oĩa corpora inferio-
ra ad nutum quantum ad motum localẽ, vt
probat S.Th. vbi ſup. ita ꝙ ſicut aĩa humana
ſe hẽt ad mouẽdum vnum ſolum corpus ſibi
vnitum, ita illis ſpũs tanquam eleuatiores ſe
habent ad mouendum oĩa inferiora, vt dicit
Aug. excepto, ꝙ non poſſent mouere totam
terram, aut vnum aliud elementũ. vt dicit S.
Tho.q.16.art.10.ad octauum, & in opus, quia
hoc eſſet euertere ordinem naturæ, ſed bene
poſſent mouere turrim, aut mõtem. ¶Tertiũ.
Angelus malus naturaliter tanta celeritate
moueri poteſt, vt in tempore imperceptibili
ab Oriente in Occidentem, & a cœlo ad ter-
ram, & econtrario moueri poſſit, nullo me-
dio pertranſito, & ẽt motu continuo, cũ ſuũ
moueri ſit ſuum operari, quod eſt cõtractus
rerum, circa quas mouet, eo mõ quo mouet
nr̃a imaginatio, vt patet 1.q.53.& in multis a-
lijs locis, & conſequenter põt aliquod corpꝰ
celerrime deferre. Ex his tribus ſequitur, ꝙ
angelus malus facere poteſt oĩa, q̃ fieri poſ-
ſunt per motũ localem, aut per applicationẽ
virtutum actiuarum naturalium, vt pluuias,
ventos, & hmõi, & ſimiliter condenſare aerẽ
& illum fugare, & in eo apparere in forma
viri, aut mulieris, vel beſtiæ huiuſmodi, vt ex
perientiæ docent, & Sancti tradiderunt.

3 TERTIO † quæritur, ad quid ſe extendat dia
bolica poteſtas ſpecialiter circa hominẽ quã
tum ad animam, & corpus, & res, ac famam?
& dico multa, quæ habentur a S.Th. in diuer-
ſis locis inf. allegan. ¶Primũ. Boni Angeli im-
primere poſſunt in noſtrum intellectũ. 2.diſt.
85. ſextum 1.2.q.70. ſecundo. 2,2.q.172. pri-
mum, 3 c.154. ſed hoc non eſt imprimendo lu
men, ſed confortando, ſecundo vbi ſup. & ve
ri.q.2.3.c. tertium. Angeli verò mali non pñt
imprimere in intellectum noſtrũ, vt patet in
loc. præal. quod non intelligitur abſolutè: qa
cum hoc cõſequatur naturalem proprietatẽ
angelicam, conuenit bonis, & malis: ſed intel
ligitur ex ſuppoſitione ſui iniqui finis; quia
cum intendant hoĩem decipere: cum hoc nõ
ſtat, ꝙ intendant eius lumen confortare; quia
per hoc euaditur deceptio: pñt autẽ priuare
hominem vſu rationis. 1.2.q.80.arti.3. quia, ſ.
poſſunt localiter mouere oẽs humores hoĩs,
& reducere ad caput imò poſſent organa po
tentiarum ſenſitiuarum mouere, & auferre
de capite, ſi permitteret ¶ Secundum. Poteſt
dęmõ nr̃am immutare voluntatem, non dire
ctè mouẽdo, ſed ꝑſuadẽdo, & cõcitando paſ-
ſiones. 1.q.3.& 1.2.q.9.art.6. ma.q.16.ar.11.

¶Tertium. Tam boni, quam mali Angeli agũt in nostra phantasmata, applicando lumẽ suũ, & ea ordinando. 2. dist. 2. & 1. 2. qu. 80. artic. 2. quod angelus malus non facit, vt homo illuminetur ad intelligẽdum, seu vt sciat percipere dubitationes, quas soluere nesciat, vt accidit in scrupulosis, qui subtilissime dubitant, & ineptissime errant, ac falluntur, nullum pene habentes lumen, aut iudicium intelligentes. ¶Quartum. Dæmones ad aliquod peccatum hominem efficacissime inclinant operando interius. s. in phantasiam, & appetitum sensitiuum. 1. 2. qu. 80. art. 2. ma. q. 16. articu. 2. quod intellige, quia possunt per motum spirituum, in quibus sunt phantasmata, reducere ad imaginationem illa phantasmata, quæ habent allicere concupiscentiam, vel irascibilem concitare, & inclinare intellectum ad iudicandum, & nolentem ad volendum, ꝙ expedit ad perpetrandum peccatum. Et adde, quod spiritus, qui sunt in homine, possunt mouere. & per illos cõcupiscentiam excitate. Et similiter adde, quod etiam per exteriora ad idẽ inducunt tripliciter. Primo exterius suadẽdo, sicut Christo tentator apparuit in forma humana loquens, & aliquibus sanctis in forma iuuencularum blandientium. Secundo exterius aliquid ostendendo fictum, sicut Antonio ostendit discum argenteum, & euntibus ad ludum ostẽdit, viros, & fęminas, & solatia carnalia, aut aliquod verum, sicut procurare potest, quod ecclesiam adeunti occurrat mulier: aut videat, aut audiat aliquod lasciuiũ & turpe. Tertio, aliquod corpus exterius intus mittendo: quia cum ad nutum possint corpora mouere localiter homine dormiẽte, vel aliter potest in nostro stomacho dæmon ponere inflamantia iræ, aut concupiscentiæ: puta, aromata, aut vinum, vel huiusmodi.

¶ Quintum. Dæmon potest immutare omnes sensus hominis, tam interiores, quam exteriores. 1. q. 3. arti. 3. & 4. veri. q. 1. 3. qu. 12. 8. po. q. 6. 3 decimumtertium. ma. qu. 16. 1. sextumdecimum, quod intellige, vt etiam homo decipiatur aliter apprehendendo, quã sit: qđ fieri posset multipliciter, primo per hoc quod diabolus ex aere corpora format, ostendens, quæ non sunt, sicut aliquos perruit sub forma draconis, & monialis credidit se manducare lactucam, & erat corpus aereum. Secundo applicando per modum localem, quædam actiua naturalia, quæ hoc facere possunt sicut secundum S. Tho. quædam herba fumigans facit trabes appasere serpentes. Tertio, reducendo spiritus, qui sunt in homine ad phãtasiam, & eam suo modo immutando, vt patet ĩ phreneticis, & arreptitijs, & ĩsanis. Quarto per acrisiam, vel aorasiam, quæ est cecitas, qua celantur nobis non omnia, sed quæddam: sicut oculi disciplinorum euntium in Emaus tenebantur, ne Iesum agnoscerent. & de hoc diffuse dixi feria secunda Paschæ in Aurea rosa. ¶Sextum. Diabolus potest in corpus humanum inducere infirmitates, vt patuit in Iob, & intellige omues infirmitates inducibiles per corpora inferiora: quia nouit virtutes omnium eorum, & eas potest corporibus humanis applicare. ¶Septimum. Potest etiam nocere in rebus, vt patuit in Iob, quem subito accepta licentia rebus omnibus spoliaui, & similiter in forma: quia potest sumere formã humanam, & obliqui, & fingere casus, in quibus videantur delinquere: sicut permisit se inueniri sub lectulo cuiusdam sancti viri in forma puellæ.

4 QVARTO † quæritur, quid appetat astuta, & iniqua diaboli voluntas? Et dico multa, ex Sanct. Thom. ¶Primum. Liberum arbitriũ dęmonum obstinatum est in malo, nec reuerti potest ad bonum. mal. quæst. 16. art. 5. & veri. qu. 24. ar. 10. vnde omnis motus liberi arbitrij eorum est inordinatus. veri. vbi supra, ar. 11. quia scilicet omnia volunt in ordine ad suũ malum finem, & in omnibus, quæ agunt propria voluntate peccant mortaliter. 1. qu. 64. 2. quintum. 1. 2. qu. 89. ar. 4. & 2. dist. 7. ¶ Secundum. Dæmones fingunt se esse animas defunctorum, vt viuentes ducant in errorem 1. qu. 89. 8. secundum. q. 117. 4. secuudum ma. qu. 16. art. 1. ¶ Tertium. Et similiter faciunt aliquas leuitates, vt faciant se hominibus familiares, quos decipere conantur. 1. qu. 89. artic. 4. tertium ma. 79. ad quartum. ¶ Quartum. Et similiter inuocari per mendacia, & vanas superstitiones adueniunt, vt homines talia credant po. quæs. 6. ar. 10 ad octauum. ¶ Quintum. Et similiter alliciuntur diuersis generibus herbarum, animalium, carminum, & rituum, vt signis aliquorum sibi placentium, non vt reb. 115. artic. 5. ad tertium, & po. q. 6. ar. 10. ¶ Sextum. Et similiter adueniunt ad inuocationem diuinæ virtutis: ne omnino credantur exclusi a iustitia diuina. po. q. 6. artic. 10. ad quintum ¶ Septimum. Et similiter vocati sub certa constellatione, licet non subsint cœlis, tamen adueniunt, & hoc vt decipiant, & errare faciant homines, vel coacti a superioribus dæmonibus. 1 q. 115. arti. 5. & po. q. 6. artic. 10. &

quo

quolibet.2.q.7.¶Octauum.Et similiter vocati à virginibus veniunt, vt ducant homines in opinionem suæ diuinitatis, quasi ement munditiam.po.q.6.artic.10.ad quartũ. ¶ Nonum. Et similiter inuocati per necromãticos alligant alios inferiores aliquibus corporibus puta,annullis,vel ampulis,vt patet 2.quol.2.q. 2.ar.1.& quol.3.q.1.arti.1.quod ideo faciunt, vel quia odiunt illos, vel vt lucrentur necromaticos: vnde etiam superiores expellunt inferiores à corpore,licet non ab anima, vt patet.3.q.43.arti.2.ad tertium,quod scilicet faciunt eadem ratione,vt homines lucrentur,q̃ eos ad hoc inuocant, vel alios. ¶ Decimum. Et similiter plus vexant lunaticos in augmento lunæ, vt eam infament.s. quasi malam creaturam Dei: & rursus, quia tunc illorum cerebrum est ad patiendum dispositum magis.

5 QVINTO † quæritur,quomodo reddi possit ex præmissis, ratio eorum, quæ fieri videmus per homines diabolicos? Et dico eam reddi posse ex dictis dæmonibus: ad quorum intellectum dico multa. ¶ Primum.Homines diabolici,qui miranda operantur virtute,vel ope diabolica,omnes habent cum diabolo expresse,vel tacite pactum,secũdum Augusti.s. vt eis expresse inuocantibus illum; vel tacitè scilicet dũ q̃dam faciunt,ad quorum factionẽ cõsueuit operari,ipse illis suffragetur,in quo pacto diabolus expresse, vel tacitè spondet suffragium,& illi expresse,vel tacite spondẽt obsequium,& famulatum eius voluntati simpliciter,siue in omnibus,aut quantum ad aliquid.¶Secundum. Huiusmodi effectus omnes quantum mihi occurrit, reduci videntur ad quinque, quia aut sunt primo diuinationes: aut secundo infirmitates: aut tertio sanationes: aut quarto falsæ apparitiones: aut quinto effectus mirabiles, & iudicio vulgi impossibiles.¶ Tertium. Quantum ad diuinationes dictum est supra. Diuinatio, quomodo possunt dæmones scire,& docere futura: præsentia,aut occulta omnia norunt, aut noscire possunt,secũdum omnes Theologos, exceptis cordium cogitationibus: vnde sciunt omnia principium cõsilia, & tractatus hominum & corporum dispositiones,& breuiter,exceptis cogitationibus, sciunt omnia, nisi a Deo prohibeantur: sicut prohibiti sunt secundum S.Th.scrutari virginitatem B.Mariæ: vnde sciunt de his omnibus diuinare,etiã de his, quæ a præsentibus deriuentur, licet coniecturaliter, sicut si sit determinatum esse id consilio alicuius regis,quem scit non esse leuem, neq; mutabilem,probabiliter enuntiat, quod tale bellum erit præsentia quoque distantia omnia,similiter norunt,& quia subite mouentur ea subito nuntiant.¶Quartum.Quantum vero ad infirmitates,& sanationes,patet, quod sciũt omnia proficua,& nociua,& ea possunt subito a longissimis partibus afferre, & visibiliter,& inuisibiliter locis opportunis applicare, non solum exterius, sed etiam interius inferendo per os dum homo dormit, aut dũ putat se bibere,vel quid aliud sumere,& hinc est,quod vetula aut alio incantante sanantur infirmitates, & malefico torquente imaginẽ torquetur homo multum distans: quia hoc diabolus operatur ex pacto tacito,vel expresso cum prædictis.¶ Quintum. Quantum vero ad apparitiones,patet,q̃ per aeris condensationem possunt quã voluerint formam oculis ostendere,licet aliquando cogantur apparere aliter, quam velint per diuinam prouidẽtiam.Vnde dicit S.Tho. super Iob, quod frequenter apparent in figuris bestiarum, quæ designant conditiones eorum ex prouidentia diuina,& 2.distin.21.q.2.art.1.& 2.2.quæst. 165.ar.2.ad tertium, & super Iob dicit,quod tentaturus dæmõ primos parẽtes non potuit quam voluit formam assumere,sed tãtũ serpẽtes.Quantum vero ad effectus mirabiles,vt q̃ quis euomat acus, clauos,pilos,ossa magna, vel quod plumæ sint ingeniosissimæ consertæ, & huiusmodi patet, quomodo ista fieri possunt:quia aut istæ sunt illusiones,ita quod vñr ea,quę non sunt,siue per actiua naturalia hoc efficiẽtia,siue per acrisiã, siue per aeris condẽsationem; aut si sunt verę res,ipse diabolus inuisibiliter huiusmodi stomacho ĩtulit, &inde visibiliter educit non obstante,quod videantur ita magna; quia potest ea diuidere,& integrare saltem apparente, cum localiter huiusmodi corpora, & partes eorum ad nutum moueantur ab eo,& inuicem conglutinẽtur.

6 SEXTO † quæritur specialiter, quare & quomodo dæmones possunt vexare homimines circa copulam carnalem? Et dicit Sanctus Thom.in 4.distinct.24.art. 3.ad primum quod potestas maleficiorum permittitur dæmonibus a Deo in actu generatiuæ potentiæ magis,quam in alijs: quia per eam peccatum originale transfunditur.Petrus autem de Pal. in 4.dicit, quod hunc actum, seu copulã possunt multipliciter impedire. Primo ex hoc quod possunt motum localem corporum facere,aut prohibere; vnde possunt impedire corpora,ne mutuo propinquent directe, vel indi-

indirectè se interponendo assumpto corpore. Secundo, quia põt ad factum illud inflãmare, vel infrigidare, adhibendo occultè virtutes ad hoc validas. Tertio, turbando imaginatiuam & æstimatiuam, quæ reddant mulierẽ exosam. Quarto prohibendo directè rigorẽ membri, sicut & motum localem cuiuscũque organi. Quinto, prohibendo missionem spirituum ad membra, in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias seminis, ne descẽdat ad vasa generationis, vel ne ab eis recedat, vel ne excidatur, aut ne emittatur.

7 SEPTIMO † quæritur, quomodo maleficia possint auferri, & dico quod solum tribus modis. ¶Primo diuina virtute, siue Deus immediatè soluat, siue angelo, vel homini det supernataralem virtutem soluendi, & hoc planum est: & sic sancti viri, & fideles destruunt aliquando per orationes, & adiurationes. ¶Secũdo, virtute naturali angeli mali, si sit natura superior angelo malo authore maleficij, quia angeli mali natura superiores possunt inferiores alligare, & soluere, siue expellere de corporibus, & consequenter remouere possunt actiua naturalia, per quæ inferiores faciunt maleficia vel nocumenta in corporibus maleficiatis. ¶Tertio, virtute naturali angeli boni, si sit natura superior ãgelo malo authore maleficij: quia non est de eo ratio minor, q̃ de angelo malo superiore. Non aũt potest alio modo remoueri maleficium, si angelus author eius velit illud durare: quia si hoc fieri posset, esset maxime per hominem medicum applicantem actiua naturalia cõtraria ad sanandũ, quod tñ est impossibile: quia homo est minoris potestatis, q̃ diabolus, cui corpora inferiora obediunt ad nutum in motu locali: vnde diabolus semper remouere põt actiua applicata ab homine, & conseruare applicata a se in nocumento: si tñ diabolus cessaret a nocendo, vel malefaciẽdo, & homo sciret actiua naturalia, quibus illud nocumentum sanari potest, & ea posset applicare, posset homo soluere maleficium. Et similiter si ad sanandum nõ requirantur aliqua actiua, posset homo soluere maleficium destruendo signum fœderis inter dæmonem & maleficium: quo.s. durãte durat maleficium, quod tamen, si diabolus nollet, homo facere non posset: quia nunquã posset tale signum inuenire: aut si inueniret, destruere: puta, plumas conglutinatas.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum licitum sit vti opere diaboli in soluendis maleficijs, tollendo, s. vnum per aliud? ¶Et dico primo, quod vt sup. in princ. huius tit. patuit, maleficium, a quo maleficus dicitur, sumitur dupliciter, primo pro iniusto nocumento illato a diabolo ad requisitionẽ malefici: & secundo ꝓ signo fœderis inter diabolũ & maleficum: sicut maleficium dicitur imago, ad cuius torturam torquetur maleficiatus. ¶Dico secũdo, ꝙ secũdũ S.Tho.2.2.q.92. superstitio est vitium oppositum religioni per excessum, inquantum diuinum cultum exhibet, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet. Huius vitij sũt duæ species subalternæ, quarum prima consistit in exhibendo diuinum cultum Deo vero modo indebito. Secundo vero in exhibendo cultum diuinum ei, cui non debet. Et hæc diuiditur in tres alias species; quarũ prima est idololatria. Secunda est diuinatiua, quæ & ipsa in multas species diuiditur, vt inf. Superstitio. §.4. Tertia est obseruantia; ad quam pertinet ars notoria & omnes obseruationes ordinatæ ad corporum immutationes, puta, ad sanitatẽ, & ægritudinem, id est omnes incantationes, & ligaturæ. ¶Dico tertio, quod generaliter omnes diuinatores, & incantatores dicuntur malefici, & specialiter magi, vt patet in d.c. nec mirum. 26. quæst. 5. ¶His præmissis ad quæstionẽ dico, quod licitè maleficium destrui potest per orationes & adiurationes, vt patet ex dictis supr. Adiuratio. §.4. Potest etiam quilibet sciens maleficium, id est signum fœderis prædictum destruere, quicunque illud scit, si põt, diabolo, scilicet non impediente: sed tamen nulli licet hoc facere per aliud maleficium, i. per aliquam incantationem, vel obseruantiã, quia hoc esset esse maleficum, & habere pactum cum diabolo. Similiter nulli licet aliquẽ inducere ad soluendum maleficium per maleficum; quia esset inducere ad peccatum: similiter nec licet vti parato soluere per maleficium, vt patebit. ¶In hoc tamen sunt opiniones inter Summistas: quia cum Summ. Ros. & Suppl. sequentes doctrinam sanam S.Tho. Archi. & aliorum Theologorum dicunt aliquo pacto hoc non licere. Summa vero Ange. suo more in determinando audax & periculosa, dicit hoc licitum esse, probãs authoritate Petri Aureo. & ratione, quia malo alterius vti licet ad bonum nostrum, & exemplo, sicut secundum August. licite vtimur iuramento infidelis iurantis in nomine Dei sui, & potest addi de parato fœnerari, a quo licitè accipitur mutuum.

¶Sed ista opinio est nefanda, & occasio infinitorum peccatorũ, & maxime conferens ad di-

latandum regnum diaboli, quod sic patet. Nã est contra legem naturalem requirentem reuerentiam, & fidem ad dominũ suũ, quia suo domino nõ est fidelis, qui ab eius inimico certante cum eo de statu, petit aut accipit auxilium, etiam parato auxiliari, quia hoc pertinet ad habere amicitiam cum illo; cum naturale sit amare benefactorem, diabolus aũt est inimicus Dei, quærens vsurpare sibi dominiũ mundi, & volens adorari vt Deus, secundum Theologos, & scripturas, & experiẽtiam. Est etiam contra legem Dei: quia magi sunt malefici, & parati exercere opera diaboli, cum artem istam exerceãt, & tamen dicit Leu. 20. Anima, quæ declinauerit, id est accesserit ad magos, & ariolos, ponam faciem meam contra illam, & interficiam illam. ¶ Est etiam contra ius canonicum, quod non solum prohibet alicui suadere, vt talia faciat, sed ẽt ad domum talium accedere, nec mihi dubium, quin Aug. taliter determinantem appellaret apostatam a fide, qui in ca. non obseruetis. 26. q. 7. enumeratis multis speciebus diuinationum, & alligaturis, ac incantationibus, concludit. Qui has scilicet obseruantias, & quascũque diuinationes, obseruat, aut attendit, aut cõsentit obseruantibus, & qui talibus credunt, ad domũ eorum euntes, aut suis domibus introducunt, & interrogant, sciant se fidem Christianam, & baptismum præuaricasse, & tanquam paganum, & apostatam, id est retro abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternum incurrisse: hæc ibi, vbi nota, non solum prohiberi suasionem ad faciendum maleficium, sed etiam consensum. Est etiam contra iura ciuilia, quæ prohibent istos consulere: vnde etiã iste compilator dicit infr. tit. Mathematicus, quod diuini ad limen alterius accedere non debẽt, alias concremantur, nec aliquis eos suscipere, seu consulere, alias deportantur, & bona eorum confiscãtur, & diuinator gladio vltore feritur, vt C. de malefi. & mathe. l. nullus, l. nemo, & l. culpa. Ecce ergo, quod quantumcunque sint parati, non licet eorum operibus vti. ¶ Est etiam ista opinio occasio innumerabilium peccatorum, quia aperit viã omnibus incantationibus, cum vbique sint viri, & fœminæ parati incantare, & soluere maleficia per maleficia, & consequenter multi ĩcurrẽt ad huiusmodi, in quo diaboli regnũ consistit, quia adire huiusmodi est ab eo expetere beneficia sanitatum. Ad authoritatem autem, quam iste adducit, dico, quod ille Doctor nullius est authoritatis, quia fundauit multas falsas opiniones, vtpote cuius studium fuit omnibus contradicere. Ad rationem dico, quod licitum est malo alterius vti ad bonũ nostrũ, quando ipse actus, quo vtimur, de se non importat aliquid illicitum, sicut Deus licite vtitur peccatis ad sui gloriam, ea permittendo, & puniendo, & inde bona eliciendo, quia ea permittere non est aliquid in se illicitum. Secus autem si ipse noster vsus esset in se illicitus, sicut parato occidere inimicum meũ non licet mihi vti ad homicidium, quod cedit in bonum meum, quia ipse vsus est aliquid in se malus, id est consensus directus in homicidiũ: vnde San. Doctor inde ma. 13. q. 4. sic dicit. Aliud est consentire alicui in malitia, aliud est vti malitia alicuius ad bonum, ille enim alicui in malitia consentit, cui placet, vt ille malitiã exerceat, & ad hoc fortè eum inducit, & hoc est semper peccatum, vtitur autem malitia alterius, qui hoc malum, quod alijs facit, retorquet ad aliquod bonum. hæc ille. Et ita est in proposito, tum quia ipse vsus est, cum accessit ad tales, quod iura prohibent: tum quia est cum cõsensu directo in aliquid, quod sine peccato fieri non potest, & ideo est consensus in peccatum. Ad exemplum autem dico, qđ non est simile, quia in tali iuramento ipse vsus est consensus in aliquid, quod de se non est malum, & sine peccato fieri potest, i. in hoc, ꝗ ille dictum suum firmet iuramento, licet ipse ex sua malitia hoc faciat cum peccato, sicut a simili dicit S. Th. quod accipiens mutuum sub vsuris non dat occasionem vsurario vsuras accipiendi, sed mutuandi: illa autem sumit occasionem peccandi ex malitia sui cordis. Et ita patet rationem dissimilitudinis stare in hoc, quod ibi directè consentitur in peccatum, nõ autem hic: vt patet ex verbis Aug. ad Pub. dicentis, quod qui fide vtitur per falsos Deos iurantis ad bonum, non pacto illius se sociat ꝗ per dæmonia iurauit, sed pacto eius bono, quo fidem seruauit. Et similiter ex verbis San. Tho. 2. 2. q. 78. artic. 4. dicentis, quod accipiens mutuum sub vsuris non consentit in peccatũ vsurarij, sed vtitur eo, nec placet ei vsurarum acceptio, sed mutuatio, quæ est bona. Vnde in 4. distinct. 34. artic. 3. ad tertium, istam opinionem damnat.

9 NONO quæritur, vtrum in dissoluendis maleficijs licitum sit, vel tolerabile retundere vana vanis, id est aliquibus de se non illicitis, vt dicit Host. in ca. literæ vestræ. §. mulier. de frigid. & malef. Et pro solutione quęstionis de claro, quomodo sit illicitum credere maleficis,

cis, & dico, hoc non esse quasi sit illicitũ credere, quod maleficio faciẽte opera sua sequatur aliquis effectus, puta, sanitatis: quia hoc aliquando est verum ad sensum, sed peccatum est credere quod effectus, qui videntur, sint a malefico virtute verborum suorum, aut eorum, quæ facit, si talia sunt, quæ de sui natura non sint nata sic efficere: quia talia fiũt a diabolo mediante aliquo pacto cum malefico. Et ista est mens Henr. de Gan. quolib. 5. & similiter Sco. & patet idem 26. q. 5. nec mirum. iungendo finem principio. & ibid. qõ. 2. illud. Ad quæstionem igitur dico, quod illud dictũ habet veritatem. Primo, quando quis faceret illa vana, id est indifferentia, & de se non illicita, credens, aut volens experiri an per talia soluatur maleficium, non per operationẽ diaboli, sed per eius cessationem ab operando: vtpote qui habebat pactum cum malefico, vt a vexando desisteret, si fieret tale quid ablatiuum signi prioris: talia enim aliquando diabolus aliquibus reuelat, & deinde veniunt in notitiam hominum. Secundo, quando quis talia facit, nesciens esse illicita, & peccata: quia tũc tolerari potest, quasi non mortaliter peccãs: & credo istam fuisse mentem Host. Est autem falsum illud dictum, si quis talia indifferentia exerceat superstitiose, quasi credens talib. eo modo, quo & alijs incantationibus: quia omnia remedia vana non naturalia sunt illicita, & pernitiosa. 26. q. 2. illud, & multo magis est falsum, si quis credat quidem talia vana esse vana: sed tamen ad exercitium talium diabolum cooperari ad solutionem maleficij.

MALITIA, est priuato abstractiuè significata, a qua malus denominatur malus: sicut mors est malitia corporis, qua dicitur mortuus: & cæcitas, malitia oculi, a qua dicitur cæcus. Diuiditur autem malitia secundũ priuationes formarum, & perfectionum: sed tamen inquantum ex malitia dicimur peccare, malitia tripliciter dicitur. 1. 2. q. 78. ar. 1. ad tertium. & ma. q. 3. ar. 12. ad octauum. ¶ Primo habitus vitiosus, ex quo qui peccat, ex malitia dicitur peccare. ¶ Secundo dicitur malitia ipsa mali electio actualis. ¶ Et tertio culpa p̃cedens: sicut cũ quis ex inuidia impugnat gratiam fraternam. Sum. autem Ang. dicit, quod malitia dicitur primo habitus vitiosus, secundo, contemptus, & abhominatio spiritualiũ, & tertio, peccatum in spiritum sanctũ. addẽs, quod his duobus modis semper est mortale, secundum S. Th. 2. 2. q. 35. Sed quicquid sit de diuisione, quę ex dictis patet sustentabilis: tamẽ falsum est, quod dicta abominatio semper sit peccatum mortale: vt ibi, art. 3. ad secundum argumẽtum, cuius solutionem iste non vidit, sed solum corpus articuli, & de hoc sup. Acedia. §. 1. in fine.

DE MANDATO, MANDATORE, & Mandatario.

1. *Mandati quæ actio competat mandatori, vel mandatario.*
2. *Mandatum quatenus se extendat.*
3. *Mandatum quando expiret.*
4. *Mandans delictum an puniatur pœnis statuti sicut committens.*
5. *Mandans an teneatur de delicto post multum tempus commissio.*
6. *Mandans an teneatur de casu fortuito.*
7. *Mandatarius non seruans formam mandati an faciat aliquid validum.*

MANDATVM dicitur, quasi manu datũ, quia per alium proprie fiat; & Theologicè loquendo est iussio facta de bono meliori, id est, ad quod quis non obligatur ex necessitate: vt colligitur a S. Th. 1. 2. q. 99. art. 5. Sed loquendo iuridicè, mandatum secundũ Azo. est officium, id est obsequium, seu ministeriũ ab eo, qui gratuitum gratis suscipit exhibendum, vel clarius, est imperium, quo quis aliquid iubet ad satisfactionem suæ voluntatis: nulla data pecunia, vel alio, quæcunque verba interueniant, quod ideo dicitur, quia si mã detur aliquid alicui ad satisfactionem, seu vtilitatem eius, cui mandatur dicitur persuasio, & persuasor, non mandator: vt not. Bart. in l. non solum. §. si mandator. ff. de iniur. Si autem data pecunia, aut non est circa delictũ: & mãdatarius dicitur locator, & mandans conductor & non est mandatum propriè, aut est circa delictum: & sic mandatum accipiens dicitur assassinus, de quo in c. pro humani. de homi. lib. 6. mandator vero est is, qui aliud mandat alicui, mandatarius vero est, qui mandatum suscipit adimplendum.

1 PRIMO † vero quæritur, vtrum inter mandatorem, & mandatarium oriatur actio? Et dico, quod sic hinc inde, nam mandatori, & eius hæredi contra mandatarium cum primo cogi non posset, quod reciperet mandatum cõpetit actio mandati directa, inquantum mandatoris interfuit factum fuisse quod mandabatur. ff. eod. l. si vero. §. fin. & l. si mandato Titij, & rursus ipsi mandatario, qui mandatum suscepit, competit actio mandati contraria, si

quas expenſas fecit, vel impēſas ratione mandati ſuſcepti, inquantum non exceſſit fines mandati, ff.eod.l.ſi vero non remunerandi. Si vero mandata exceſſit, eas non repetet actione mandati contraria, ſed actione negotiorũ geſtorum, ſi vtiliter expendit, ſecũdum Mar. l.10.& Accur.contra prout legitur.& no.Inſtit.eo.§.is qui.& ff.eod.l.ſed Proculus cum l. ſequenti.& C.deneg.geſt.l.fi.in gl.vlt. Si autẽ mandaui tibi fundum emere, & nondum ſoluto pretio ages mecum mandati, vt ſuſcipiam obligationem qua teneris venditori: quia & ego agere poſſum tecum, vt cedas mihi actionem empti.ff.eod.l.ſi mandato meo primo reſponſo.vide etiam inf.§.6.

2 SECVNDO † quæritur in genere, quomodo obliget, vel intelligatur mandatum? Et dico multa. ¶ Primum. Si mandatum fiat poſterius, non denegat primo, niſi de eo faciat mẽtionem.de offic.ord.graue. Secundum. Similiter ſi mandatum ſit generale, non prohibet niſi illicita.de verb.ſigni.ſuper quibuſdam, & tantum valet quo ad omnia, quantum ſpeciale quo ad quædam. de vo.& vo.re. magnæ. §. rei. ¶ Tertium. Si autem mandatum ſit ſpeciale, derogat generali, etiam ſi de eo non faciat mentionem.de reſcrip.paſtoralis, ſecundum Bern. quod tamen in quatuor caſibus fallit. Primo in generali, quod effectum eſt ſpeciale, de off.deleg.ex parte. Secundo, in priuilegijs, de reſcrip.cum ordinem. Tertio, quando res non eſt integra, & quarto in legatis. ff. de ſupel.leg.l.4. ¶ Quartum. Mandatum rei turpis, nullum eſt.ff.manda.l.3. ¶ Quintum. Mandatum qualificatum, ſecundum Panor.in cap. de reſt.ſpo.diſtribuitur in duo mandata: & ſi impleri non poteſt in facto, ſeu in ſubſtãtia, impleri debet in modo, ſeu in qualitate. Ex quo infertur, quod ſi duo mandantur, etiam data certa forma, licet non poſſit ſimul impleri, debet tamen fieri, quod poteſt: & valebit actum: facit quod no.per gl.& Doct. in c. conſtituimus, de reſcrip.

3 TERTIO † quæritur, quando expiret mandatum? Et dicunt quidam tam mandatum, quam præceptum finiri morte mandantis, & præcipientis, ſi nominibus expreſſis ſcribantur, ſecundum Io.And.14.quæſt.1.quod præcipitur. Alij vero dicunt, quod præceptum non præcipitat mors præcipientis: mandatum autem mandatore cadente cadit: vt not.de reſcript. eam te.& ca.in his.de verb.ſign. Sed communiter Doct.tenent in c.gratum.& in cap.relatum.de off.dele.quod re integra expirat mandatum morte mandatoris.C.manda.l.mandatum. alias non. Quomodo autem res dicatur integra: vide ibi per Doctor. Sed prædicta intellige de præcepto, & mandato iuriſdictionali, id eſt, quo datur iuriſdictio ad aliquid exequendum circa aliquam cauſam.ar.dict.capitulo gratum.& cap.relatum.non autem de obligatiuo præciſe, quo quis obligatur ad aliquid faciendum; puta, ieiunandum, quia talia præcepta expirant morte præcipientis, niſi fiant per modum conſtitutionis, vt conſuetudo interpretatur.

4 QVARTO † quæritur, vtrum mandans delictum, includatur ſub diſpoſitione iuris, vel ſtatuti punientis eum qui fecerit tale delictum? Et Panorm.in cap.mulieres.de ſentent. excommun.ſic diſtinguit. Nam aut verba ſcripta ſunt in rem: puta, dicit ius, ſiue ſtatutum. Pro homicidio imponatur talis pœna; & ſic includitur ex propria ſignificatione verborũ & de homicidio, quod mandauit, tenetur.l. hæc verba.ff.de alleg.& leg. aut qui aliter, §. hæc verba.ff.quod vi, aut clam, & vtrobique per Barto.& per Cyn.in l.non ideo minus.C. de accu. Aut verba ſunt ſcripta in perſonam: vt quia dicitur, ſi quis commiſerit homicidiũ, puniatur tali pœna: & ſic ſi committit per inſtrumentum quod neceſſario operatur neceſſitate facti, ſicut mittens ſagittam: vel neceſſitate iuris, ſicut quando procuratori, vel ſubdito aliquid mandatur licitum; ſic includitur mandans: quia ipſe vere facit: quoniam actus attribuitur principio. & facit l.item Mela. §. 1.ff.ad l.Aquil.& pro hoc text.in l.ſi pater.in final.ff.de manu.vin.& l.3.§.ſi procuratur.ff. quod quiſque iur. Vnde ſi ſtatutum punit proponentem exceptionem contra inſtrumentum: mandans procuratori proponere, tenetur pœna ſtatuti. Si vero inſtrumentum per quod explicatur, operatur voluntate propria, non neceſſitate facti, vel iuris: puta, quia mandauit delictum committi, & mandatarius non tenetur obedire: tunc in diſpoſitione iuris communis mandator comprehenditur, non ex propria ſignificatione, ſed iuris interpretatione: quod vult parum intereſſe, vel per ſe, vel per alium facere: vt dicit text. in l.prima.§.deieciſſe, ff.de vi, & vi ar. ſed non habebit locum in ſtatuto, in quo fictio non habet locum. leg.3.§.hæc verba. ff. de negot. geſt.& hoc tene: licet Bald.in dicta l.non ideo minus aliter diſtinxerit. Diſtinguo tamen ſecundum Barto.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.ſic: nam aut ſtatutũ indulget, puta, homi-

cidæ

cidæ remittatur certa pars pœnæ, & ſic com
prehenditur, quia ceſſat odium, & fauor eſt
ampliandus.re.odia.libro 6.aut punit, & tunc
aut in pœna regulari, quæ non multum exor
bitat a iuris cōis diſpoſitione: & ſic includit;
quia tunc ſtatutum debet interpretari ſm̄ ius
cōe, vt in ca.cum dilectus. de conſue.no.Inn.
in c.cauſam quæ.de reſcr.& Bar.in d.l.omnes
populi.qua quidem pœna ius cōe vult, vt cō-
prehendatur, vt dictum eſt. Exemplum. De iu
re communi non eſt expreſſa pęna; ſtatutum
exprimit pœnam, & loquitur de faciente, &
tunc includitur. Aut punit pęna irregulari, &
quæ exorbitat a iure cōi, & ſic nō includitur,
ſed habebit locum in caſu ſuo, & hoc ſenſerũt
Docto.antiqui in ſimili in l.quæcunque.C. de
ſer.fug.in illa quæſtione, nunquid maſculinũ
concipiat fęmininũ, quod in odio regulari cō
prehenditur, ſed in irregulari non. Nec obſt.
prædictis cap.mulieres.de ſent.exc.in verbo,
verè, quod innuere vr̃, ꝙ non interpretatiuè,
quia illud verum eſt ſm̄ Bart.in l.ſed ſi vnus.
ff.de iniu.in peccato, ſed nō in pęna. Et quod
non verè comprehendat, facit text. vt famæ.
de ſent.excom.vbi, inquiens, facere videãtur;
ergo interpretatiuè. Ad idem, de cle.pug.in
duel.ca.2.vbi pug.vere homicida dicit; & mã
dans non, licet teneatur de homicidio. Item
quia tex.ponit, vt diuerſa, facere, & mandare.
diſt.50.c.ſi quis viduam.& de homic. ſicut di-
gnum. Ergo in pœnis a iure communi irregu
laribus, per ſtatuta non habebit locum, vbi fi
ctio non habet locum, vt dixi. Item dic, quod
quo ad effectus naturales, qui ex ipſo facto
proueniunt, vel requiruntur, nunquam ſunt
paria, facere per ſe, vel per alium. Et facit, qđ
notat Bar.in d.§.deieciſſe. vbi vult, quod non
eſt idem, adulterium facere per alium, ſicut
per ſe; ſed quo ad effectus ciuiles, qui conſi-
ſtunt in reprimendis iniurijs, tene, quod ſupra
dictum eſt, niſi quando ius punit aliquem qui
perſonaliter fecerit; quia tunc non includi-
tur in pœna faciens per alium. Et ſic intelli-
ge, & limita glo.in cap.ſciant cuncti, de elect.
lib.6.& iura in ea allegata.

5 QVINTO † quæritur, quid ſi quis mandauit
delictum, & mandatarius poſt multum tẽpus
exequitur? Et concludit Innoc.in c.ad audien
tiam.de homic. quod tenetur, ſi non reuoca-
uit expreſsè, vel tacitè: puta, quia fecit pacem
cum inimico, vel parentelam.l.3.§.fina. & ibi
gl.& Bartol.ff.de adimen.leg. & hoc ſequitur
Bal.in d.l.non ideo minus.

6 SEXTO † quæritur, vtrum mandans teneatur
mandatario de caſu fortuito? Et dicit Panor.
in c.ſicut.de iureiu. quod agens actione man
dati petit damna, quæ veriſimiliter continge
re potuiſſent: quaſi mandans ea cogitare de-
buerit a principio, ſecundum Inn.in d.c.ſicut.
& ſic petit expenſas, & damna.ar.ff.de negoc.
geſt.l.Neſennius. & ſic dicit intelligendam, l.
inter cauſas.§.non omnia.& d.l.ſi quis alicui.
§.impendia.ff.manda.niſi damna contigiſſent
ex caſu fortuito, qui veriſimiliter non fuiſſet
cogitatus.d.§.non omnia. Et hoc etiam tenet
Ioan.Andr.in reg.damnum.in mer.lib.6. Sed
Accur.dicit illum.§.non omnia.de curialitate
non debere ſeruari, nec ſecũdum aliquos, de
iure, ſi in caſum fortuitum incidat, non incur
ſurus, niſi propter impletionem mãdati prin
cipaliter; vt vult Inn.in c.ſicut.el 3. de iureiu.
Barto.autem in l.ſeruus communis.ff.de furt.
videtur diſtinguere, & concordare, vt prima
opinio ſit vera, ſi ambaſiaria fuit procurata.
Si vero non fuit procurata, tũc aut portabat
res non neceſſarias, vt puta, propter pompã
duxerunt plures equos, quam deberent, vel
alias res, & tunc non debet ſibi emendari, vt
d.l.ſeruus.§.quod vero, quia eſt, quod eis im-
putetur. Si vero portabant res neceſſarias, &
tunc iſtæ debent eis emendari, ſcilicet ſi alias
non erant perituræ naturaliter. l. cum duob.
§.damn.ff.eod.& d.§.quidam ſagariam. Et ita
dicit determinaſſe quendam ſolemnem Do-
ctorem. Et hoc tanquam æquiſſimũ tene quo
ad omnia neceſſaria: etiam ſi cum eis portaſ-
ſent ſuperflua, modo nō fuerint cauſa perdẽ-
di neceſſaria. Vnde omnia decide, & determi
na ſub hac maxima, ꝙ quicquid abeſt, & alias
non abeſſet, mandatario ratione mandati, ẽt
a caſu, ſiue omnia ſua culpa, reſarciendum eſt
a mandatore. Et intellige prædicta in eo, qui
gratis ſuſcipit mandatum; nam mandatum de
bet eſſe gratuitum.l.1.§.1.ff.manda. Vnde iſti
ſtipendiarij, qui pretio adducuntur ad bellũ,
agere non poſſunt ad damna: quia non ſunt
mãdatarij, vt dictum eſt: ſimiliter nec qui cau
ſa pietatis, vel parentelæ, & huiuſmodi, hoc
faciunt.32.q.3.non inferenda. nec qui ex debi
to tenetur. 2.q.3.ſi dominus, & cap.Iulianus.
Vide quod not.in d.l. Neſennius. & etiam ſu-
pra Bellum primo.§.10.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum mandatarius nõ
ſeruans formam mandati, faciat aliquid vali-
dum? Et dico, quod non; quia geſta contra for
mam mandati nulla ſunt, & non ſolum quan-
do fit expreſsè contra formam, ſed etiã quan-
do fit præter, & citra formam, quia quando

ad actum datur certa forma, paria sunt agere contra, præter, & citra illã. Pro quo vide tex. cum gl. in ca. si cui. de elec. lib. 6. & ca. prudentiam. de officio delega. & facit l. diligenter. in prin. ff. man. & no. Pano. in cap. fi. de resti. spo. quod limita, vt sup. Absolutio 3. §. 1. De mandatis Dei, & ecclesiæ, vide inf. Præceptum per totum. Qui autem sint casus requirentes speciale mandatum, vide per glo. magnam in capit. qui ad agendum. de proc. lib. 6.

MANIFESTVM tripliciter præsumitur. ¶ Primo scilicet, vt est idem, quod notorium, & sic est id, quod per confessionem, vel probationem legitimè notum fuerit: aut rei euidentia, quæ nulla possit tergiuersatione celari. de ver. sig. cum olim, & ibi dicit glo. quod propriè manifestum dicitur, quod non indiget probatione. ¶ Secundo, vt est species diuisa contra notorium, & sic manifestũ dicitur, quod semper ex scientia, & certo actore procedit possibile probari. C. de test. l. hæredes. Sed intellige possibile probari sufficienter, sed nõ per omnes, aut partẽ maiorem; quia esset notoriũ. Vnde manifestum, secundum aliquos, dicitur, quod probari potest de facili per multos testes, vel authores, sed non per tot, quod fiat notoriũ, quod probatione non indiget. Vel secundum Spec. est, quod patet pluribus, sed non omnibus, sicut notorium omnibus, patet, & not. in l. ciues. C. de appel. per Bal. & Butr. & intellige omnibus, id est, maiori parti: & est idem cũ priore dicto, & hoc modo intellige gl. 3. in fi. in ca. constitutionem. de ver. sign. lib. 6. dicentem, euidens, & manifestum est, cuius probatio est in euidenti, & manifesto, quod intellige, etiam si talis probatio colligatur ex coniecturis, & verisimilibus præsumptionibus, pro quo est text. in l. licet. ff. de lega. 1. vbi dicitur, euidens voluntas testatoris, quæ coniecturis elicitur, & Ab. Sicu. in c. 1. de cler. non re. manifestum autem hoc modo aliquando dicitur etiam occultum. C. de appe. l. eas. quia occultum dr, quod quinque sciunt. de pœ. dist. 1. §. hæc autem secreta. & gl. in c. manifesta. 2. q. 1. ¶ Tertio sumitur cõiter ad notorium, & manifestum propriè, & sic manifestũ est idẽ, quod patens omnibus, s. vel aliquibus. Est autem notandum, secundum Pan. in d. c. cum olim, quod in dispositione, in qua fit simpliciter mentio de manifesto, ad sciendũ, an debeamus accipere manifestũ proprie, id est, vt distinguitur a notorio; considerare debemus materiã subiectã vt no. in c. Rom. 1. q. 3. & etiam vsum loquendi. argum. cap. quamuis. de verb. significa. Sed in dubio debemus capere propriè, ad quod l. non aliter. ff. de leg. 3. & in c. fi. de verb. sign. & maximè in pœnalibus.

DE MANVMISSIONE, ET Manumissore, & Manumissis.

1. *Manumissio quid, qualiter, & quando fiat.*
2. *Manumissio quomodo reuocetur.*
3. *Manumissio facta in fraudem creditorum non valet.*
4. *Manumittere quis possit, vel non possit.*
5. *Manumissor, an possit in manumissione retinere aliquod seruitium spirituale.*
6. *Patronus, quot ius habet in libertum.*
7. *Manumitti an possit, qui propter delictum incidit in seruitutem.*
8. *Manumissus ab ecclesia, & priuato, in quibus differant.*

MANVMISSIO a manu, & missione dicta est, quasi emissio rei de manu, vel extra manum, quæ prius manu detinebatur, & in proposito sumitur a manu metaphoricè dicta, id est, potestate, quam dominus habet in seruum: vnde manumissio est datio, seu collatio libertatis; manumissus vero dicitur seruus libertati donatus: Institut. de libert. in prin. post quam donationem dicitur libertus id est, libertati donatus; manumissor vero est dominus donans libertatem, qui deinde dicitur patronus.

1 PRIMO † vero quæritur, qualiter, & quando fiat manumissio? Et dico, quod fit multis modis. Aliquando enim fit in ecclesia sub aspectu episcopi, & plebis, de quo debet ad cautelam fieri scriptura. C. de his, qui in eccl. ma. l. 1. de ser. non or. ca. 1. Aliquando vero fit corã iudice, & dicitur manumissio vindictæ, quia vindicta appellabatur virga prætora, quæ tãgebantur, a prætore, qui manumittebantur, Inst. de liberti. §. in multis, & ibi gl. & quidem si ad hoc fiat, vt manumissus ordinetur, potius coram ecclesiastico, quam coram seculari iudice fieri debet. arg. de ser. non or. c. 1. Aliquando fieri potest in secreto; vt dicente domino, esto liber, vel inter amicos, vel per epistolam, vel per testamentum, aut quamcunque vltimam voluntatem, etiam diebus feriatis, tam de die, quam de nocte: & a iudice in via, id est, non pro tribunali sedente, d. §. multis. & si fiat a principe, per solam voluntatem fieri potest. C. de com. ser. mã. l. cum apud. Insuper serui fiunt liberi aliter, quam per manumissionem, vt infra, Seruus. § 5.

2 SECVNDO † quæritur, quomodo manumissio reuocatur? Et dico, quod propter

omnes

omnes causas, ex qbus reuocatur donatio. de quibus supra, Donatio. 1. §. 12. in auth. vt liber. de cæte. §. illud. & de do. c. fi.

3 Tertio † quæritur, vtrum valeat manumissio facta in fraudem creditorum? Et dico, quod non. C. qui manumit. non poss. l. 1. & Insti. ex qui. cau. ma. §. 1.

4 Qvarto † quæritur, quis possit, vel non possit manumittere? Et dico, quod hoc potest dominus maior 20. annis, nisi careat alias administratione, vt furiosus, & prodigus: minor vero 20. annis manumittere non potest inter viuos, nisi ex causa: & tunc si est maior. 17. ann. C. qui ma. non pos. l. si minor. sed in vltima voluntate potest, ex quo potest testari, id est, post 14. annum. C. eodem authenti. sed hodie. Item episcopus potest manumittere seruos ecclesiæ benemeritos 12. quæs. 2. si quos. & alios non benemeritos, dum tamen det ecclesiæ pro vno duos eiusdem meriti, & peculij. 12. q. 2. episcopus qui mancipium, quod intelligit Veruec. si de suis bonis proprijs non de rebus ecclesiæ. Item potest manumittere causa miserationis. 12. qu. 2. cum redemptor. quod quidam dicunt, posse intelligi de benemeritis. Sed tu intellige simpliciter: quia alia, & alia ratio manumissionis est pietas, & bene meritum esse, vt patet in d. c. cum redemptor. & d. c. episcopus. iunctis gl. Abbas autem non potest manumittere seruum monasterij, nisi de consensu episcopi, & monachorum. distin. 54. Abbati. Intellige nisi sit consuetudo contraria, de his quæ fiunt a præl. c. nescitur. Intellige etiam de monasterijs non exemptis. Item seruus communis plurium manumitti potest ab vno, sed manumissor alios seruare debet indemnes. C. de com. ser. ma. l. 1. Sum. autem Ang. simpliciter concedit, quod libertatem inter viuos dare potest, qui habet rerum suarum administrationem, & 18. annum incæpit, allegans Inst. qui ex cau. ma. non lic. §. pen. sed melius Sum. Ros. & Suppl. post Archi. & Pis. hoc limitant, si faciat ex causa, vt euitetur contradictio legum. ¶ Quinto quæritur, vtrum manumissor in manumissione possit aliquod spirituale seruitium imponere, puta, quod sibi dicat horas, & huiusmodi? Et dico, quod sic: ita quod, si seruare noluerit, etiam si fuerit ordinatus, degradatur, & pristinæ seruituti subijcitur. de ser. non ord. nullus. Et si obijciatur contra, argum. capit. quæcunque. distinc. 54. vbi non ordinantur qui manumittuntur, retento seruitio aliquo: dicit glos. in dicto ca. nullus. illud intelligi de obsequio temporali, quod retinetur in eo, qui manumittitur, non ad ordines, sed vt laicus remaneat: non autem in eo, qui manumittitur ad ordines.

6 Sexto † quæritur, in quibus consistit ius patronatus, quod patronus habet in libertum? Et dico, ꝙ in multis, vt no. in l. fin. C. de bo. lib. in glo. ¶ Primo scilicet, vt nõ proponat turpem actionem, aut exceptionem aduersus patronum. ¶ Secundo, vt ei reuerentiam exhibeat tam in faciendo, quam in non faciendo. ¶ Tertio, debet illi præstare alimenta, si alias non habet. ¶ Quarto, potest eum in seruitutem reuocare ratione offensæ in illum commissæ. ¶ Quinto, habet ius succedendi illi, s. liberto; nam libertus tenetur illi relinquere legitimam, quæ est tertia pars suorum bonorũ, si in bonis habet plus, quam centum aureos, & nullos habet liberos cum decedit. Si vero minus quam centum aureos habet in substantia, non tenetur ei aliquid relinquere, quod si mortuus fuerit ab intestato, nullo liberorum relicto, succedit in totum, & nomine liberorum veniunt legitimi tantum, vt sup. Liber, in prin. vide supr. Hæreditas 1. §. 4. vide etiam Insti. de succes. li. §. sed nostra constitutione. Ad quid autem tenetur patronus liberto, gl. in §. libertinorum. Inst. de lib.

7 Septimo † quæritur, vtrum possit manumitti is, qui propter delictum incidit in seruitutem? Et dicit Pan. in c. ita quorundam, de Iudæis, quod non, secundum Io. And.

8 Octavo † quæritur, in quo differunt, manumissus ab ecclesia, & manumissus à priuato? Et dicit Host. quod in multis. ¶ Primo, scilicet quia isti liberti ecclesiæ reuocãtur in seruitutem propter operas non præstitas. 12. q. 2. diaconi. quod Innoc. in c. de famulis, extra, de ser. non or. intelligit de impositis. non de alijs: quia ad ea non tenentur: imo nec de impositis, nisi sint obsequia multum necessaria, puta, quia negant alimenta, secus de illis scilicet libertis priuatorum. su. de lib. c. solo. ¶ Secundo, quia istorum filij etiam nati post manumissionem obnoxij sunt ecclesiæ 12. q. 2. de libertis. & c. liberti el. 2. secus in illis. C. de liber. l. 1. & 2. ¶ Tertio, quia isti tenentur ecclesiæ seruire, etiam si eis nulla opera sint imposita. 12. qu. 2. diacon. in fin. & c. liberti el 2. secus in illis. C. eod. d. l. 1. & 2. & no. Inn. in d. c. de famulis coniunctis, quæ no. secũdũ Ray. in Sum. Cõfes. li. 3. ti. 17. q. 14. ¶ Quarto, quia isti si iniurientur ecclesiæ, vel illam accusent, aut contra eam testificentur reuo-

cantur iu seruitutem, etiam si fuerint ordinati.distin.54.qui ex famulis.& in prædicto capit.diaconi, & d.c.de famulis. ¶ Quintò, quia isti manumissi, vt ordinentur, non possent de acquisitis quocunque modo ad alios transmittere, secūdum aliquos: quin potius omnia ad ecclesiam pertinebunt, sed verius est, vt hoc sit verum solùm, quando in manumissione fuit dictum: aliàs etiam testamentum condere possunt de his quæ acquisiuerunt. 12. q. 3. c.1.& 2.Et idem tenet Rayn.Vl.& Host.

MARTYRIVM est idem quod testificatio Christianæ veritatis, aut doctrinæ: sicut & martyr Græcè, Latine dicitur testis: ad quam testificationem secundum S.Thom. 2.2.quæst.124.& Petr.de Pal.in 4.distinct.49. tria requiruntur. ¶ Primo requiritur pœna quæcunque, sed quæ est mors, vel ex qua sequitur mors. ¶Et secunda causa, idest, veritas fidei, vel opus virtutis, ita quòd dicta pœna sustineatur pro cōfessione fidei, aut pro quocunque bono opere faciendo, vel peccato vitando. ¶ Et tertiò voluntas, vt voluntarie dicta pœna sustineatur; licet innocentes sine vsu voluntatis fuerint martyres ex gratia: de quo, & de prædictis omnibus, vide S. Thom. vbi sup. ¶ Ex quo etiam in diuersis locis multa de martyrio & martyribus colliguntur. ¶Nam martyr non baptizatus, si resurgat, debet baptizari. Heb.6.colum.3. ¶ Et in martyrio fit plena absolutio a pœna & culpa.4.distin.4.& 3.q.68. Et martyres in tormentis percipiebant aliquid de gloria Dei: essentiam tamen diuinam non videbant. veri 4.13.art.3.ad nonum. ¶ Et martyriū est opus maxime perfectionis, non secundum se, sed vt imperatur a charitate, & eam ostendit. 2. 2.vbi supra. ¶Et quo ad actum, id est, mortem, potest esse sine charitate, sed quo ad modum, i.promptè, & delectabiliter esse nō potest sine magna charitate quolib.4. quæst. 10. ¶ Et martyrium oblatum tolerari debet patienter, sed quæri non debet, cùm dari non debeat occasio agendi iniuste.22. vbi sup.ar. 1.ad tertium. Sed intellige quòd dicta occasio dari non debet sine necessitate: secus ex necessitate, sicut licitum est indigenti accipere mutuum ab vsurario, & mulieri pulchræ adire ecclesiam sub oculis lasciuorum, quos euitare non potest. ¶Et est martyriū de præcepto, secundum præparationem animi.2.2. vbi sup.& 4.dist.49.quod dictum S.Bonauen. diffundit in 3. dist.39. dicens: si adest necessitas aut amittendi vitam, aut iustitiam, quilibet, tenetur magis dilecto Deo mori, quam illo offenso viuere. Si quis etiam videt, quòd per suam mortem potest seruari fides, vel iustitia, & persequutio non est personalis, sed vniuersalis, tenetur de præcepto mortem sustinere: sicut prælatus quando videret, quod ex sua fuga sequeretur dispēdium in fide, vel iustitia in ecclesia, & similiter quilibet alius tenetur ex præcepto sustinere mortem: sicut facit B.Thom.Cantuariensis.Si vero adest solùm opportunitas manifestandi gloriam diuinam, & ædificandi ecclesiam, martyrium est super rogationis, & non necessitatis. Si verò homo daret se morti pro Christo, eo, ꝙ vitam haberet exosam mortaliter peccaret: quod intellige extra casum necessitas, & quādo non fieret principaliter pro Christo, sed pro vita effugienda.

MASCVLINVM concipit aliquando fœmininum. ff.de verb.sig.l.1.ff.de pact.l. tres fratres.& de elect.c.generali.li.6.sed distinguit, nam aut ipsum masculinum est adiectiuum, vt quicunq;, quisquis, quidam; & sic intelligitur homo, vel persona, & concipit fęmininum in omni materia, in qua ratione, vel lege, aut statuto, vel vsu, non est differentia inter virum & mulierem; quia tunc ad paria iudicantur; sicut ibi, qui noctu proiecerit nocēs de fenestra, soluat decem. venit ēt mulier.l.quicunque. C.de ser.fug. & sumitur significatum ex paritate delicti; secus si dicat, quis potest postulare in ætate 17.ann.nec ibi intelligitur fœmina, quia in contrarium est edictum de postulando, quo fœmine prohibentur postulare, saltem pro alijs.l.1. §. sexū. ff.de postul. & idem de esse procuratorem in iudicio.l.fœminæ. ff.de proc. & idem ad esse testem iure ciuili Romanorum, vt in §.testis. Inst.de test. etiam si exprimatur nomen cōis generis, vbi tn̄ numerus testium non adhibetur, duo sufficiunt.l.vbi numerus, ff.de testi.& continetur ēt mulier. Si verò masculinum est nomē appellatiuum, vt filius: tunc distinguo. Si enim de fauore agitur, cōcipit, si de odio, non concipit, vt no.in l.quicunq.C.de ser.fu. & in l.1.ff.verb.sign. vbi ponit exceptiones, & ita communiter dr̄ secundum gl.in d.c. generali. vnde si dicitur, filijs meis do tutorem, ēt filiæ veniunt.ff.de test.l.si ita. Ratio est, voluntas ex æquali affectione prouidendi eis, sed ibi, filios meos exhæredo, fœmininum non concipitur. l.1. §. quæritur, ff. de vent.in poss.mit. quia masculinum de se non significat fœmininum, nec est ibi cōiectura proba-

bilis, qua hoc concludatur, ſed ibi eſt odium exhæredationis, quòd dictat ſignificatũ verbi non extendi, vt in reg. odia. lib. 6. Sed hoc intellige, ſi verbum odioſum ſit prolatum ab homine, & ſic intelligitur d. §. quæritur. ſed ſi a lege profertur, ſiue ſit odioſum, ſiue non, fœmina continetur. ff. de iur. om. iud. l. ſi quis id quod. patet in crimine læſæ maieſt. vbi ponitur criminoſus cum filijs, vbi & filiæ comprehenduntur, licet mitius puniantur. l. quiſquis, C. ad l. Iul. maie. Vnde indiſtincte tam in odioſis, quam fauorabilib. & neutris, Ioann. And. in d. cap. generali, dicit ſecundum Card. dicendum, quòd maſculinum prolatum a lege comprehendit fœmininum, vt probatur ex c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. iuncto ca. mulieres. de ſent. exc. niſi eadem vel alia conſtitutione excipiatur fœmina. de elec. indemnitatib. §. ſed cum eos. Et licet Card. ſecundũ aliquos intellexerit de lege puniente aliquod delictum, tamẽ tu vniuerſaliter intellige, niſi vbi ratio, lex, vel ſtatutum, vel conſuetudo aliter ſentit de fœmina quã de maſculo; niſi in materia contractuum, vt ſup. Emphyteuſis, in prin. e conuerſo autem fœmininum nõ concipit maſculinum. l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. cum ibi no.

MATHEMATICI a Matheſis dicti dupliciter dicuntur, ſicut & matheſis: quia ſi ſcribatur matheſis ſine aſpiratione, & proferatur media longa, eſt idem quod diuinatio, & mathematici ſunt diuini; ſi verò ſcribatur cum aſpiratione, & proferatur media breui; ſic eſt quadriuium, & mathematici ſunt quadriuiales, iuxta illud, Scire facit matheſis: ſed diuinare matheſis. De diuinis autem vide ſupra Maleficium, & inf. Superſtitio.

DE MATRIMONIO primo in ſe.

1 *Matrimonium quid.*
2 *Matrimonium a quo, quando, & propter quid fuerit inſtitutum.*
3 *Matrimonÿ eſſentialia quæ ſint.*
4 *Copula carnis an ſit eſſentia matrimonÿ.*
5 *Matrimonium quotuplex ſit.*
6 *Vir, & vxor an dicantur ante copulam.*

MATRIMONIVM dictum eſt quaſi matris munium, i. officium, vel matrẽ muniẽs aut mouens, vel mater vnius, vel a matre & nato. 4. diſt. 27. vbi etiam patet, ꝙ magis a matre dicitur, quam a patre, quia ad eam magis, quam ad patrem pertinet: cum ſit facta propter hoc, & magis ſit officioſa circa prolem, & eſt matrimonium, coniunctio legitima viri, & mulieris, indiuiduam vitę conſuetudinẽ retinens. 27. q. 2. c. 1. ext. de præſumpt. illud. & Inſt. de nupt. §. 2. item Inſtit. de pat. poteſt. in prin. vbi ſcđm Rayn. dr̃ viri, & mulieris: non virorum, & mulieris: nec viri, & mulierum: quia nec vnus vir plures vxores: nec vna mulier plures viros habere põt: licet aliqñ Deo diſpenſante vnus habuerit plures. de quo ĩf. Papa. §. 17. Dr̃ ẽt coniunctio, ſ. animorum, & matrimonialis, & indiuidua, &c. vel quia neuter ſine alterius conſenſus poteſt continentiam profiteri, vel orationi vacare, ſecundum Ray. nec ſe alteri copulare. Vel ſcđm Verue. intelligitur de conſummato inter fideles, qđ ſeparari non poteſt: matrimonium aũt infidelium non eſt omnino firmum, niſi ratificetur per fidem Chriſti, ſcđm S. Tho. in 4. diſt. 39. iõ diſſolui poteſt, vt inf. Matrimonium 8. impedimento 10. & ſimiliter non conſummatum inter fideles, vt inf. Matrimonium 8. §. 12. p. 4.

1 PRIMO † vero quæritur, quid de matrimonio in ſe ſummarie tradiderit S. Tho. Et dico, ꝙ ex 4. diſt. 27. & 1. 2. q. 29. & alijs locis doctrinæ ſuæ ſummariè, & concluſiuè præter ea, q̃ dicta ſunt ſup. Debitum, de actu coniugali, & præter ea quæ non ſpectant ad hoc opus, colliguntur iſta. ¶ Matrimonium formaliter & eſſentialiter eſt coniunctio animorum, & cõiugum relatio: & ratio eſſentiæ. i. cõiunctionis dr̃ coniugium: ratione cauſæ. i. deſpõſationis, vel conſenſus nuptiæ: ratione finis, i. prolis, dr̃ matrimonium. Eſt autem ſacr̃m, ẽt ſi ſit ſecundum, tertium, aut ſequens, cũ forma sũt verba exprimẽtia conſenſum: materia verò ſunt actus exteriores tantum, vnde dicti actꝰ ſunt ſacr̃m tantum: obligatio aũt mutua eſt res, & ſacr̃m: effectus aũt eius ſunt tãtum res contentæ, ſed vnio Chriſti ad eccleſiam eſt res ſignificata, non contenta, & ſimiliter cõmiſtio carnalis, quæ etiam eſt de ſecunda matrimonij perfectione, non de prima. ¶ Cauſa prima matrimonij, eſt diuina virtus illud inſtituens, inſtrumentalis autem eſt conſenſus, ẽt in occulto expreſſus per verba, vel nutus, in mutis, vel alia ſigna, vel ꝑ nõ cõtradicere in deſponſatione. Et ſi exprimatur cõſenſus per verba de futuro, non facit matrimoniũ, ẽt addito iur̃o, imò nec addita copula carnali, niſi in foro eccleſiæ, ſimiliter nec ſi exprimatur per verba de præſenti, & ipſe mutuus interior conſenſus deſit, nec ſimiliter facit matrimonium conſenſus ad tẽpus. ¶ Quælibet perſona libera cõtrahere põt ſine parẽtũ conſenſu, & religionem intrare, ſed nec cogi

po-

poteſt ad matrimonium filius a patre: licet
poſſit inducere cauſam rationabilem, & tũc
ad eius præceptum obligatur, ſicut ad cauſã.
Poteſt aũt quis cõtrahere per nuntium, vel
procuratorem: ſed ſi ante alterius cõſenſum
pœniteat, non eſt matrimoniũ, & in foro ec-
cleſiæ, ſi probetur. ¶Finis matrimonij ꝑ acci-
dens eſt ille, quem contrahens intendit, qui. ſ.
poteſt eſſe bonus & malus: vt diuitiæ pulchri
tudo, virtus, & huiuſmodi. finis verò ꝑ ſe prin
cipaliter vel primò eſt proles generanda, &
educanda: deinde vitiatio fornicationis, mu-
tuum obſequiũ: fides & ſacramentum, & ꝑꝑ
horum tria, quę ſunt de eius ratione, ſ. fidem,
prolem & ſacrm̃, excuſatur actus eius, ne ſit
malus ex hoc, ꝙ habet annexam iacturam ra
tionis, & carnis tribulationem. ¶Tribuit autẽ
matrimonium tria remedia contra concupi-
ſcentiam; primò reprimendo eam per grãm,
quam cauſat: ſecundo honeſtando eam ꝑ bo
na ſua: tertiò explendo actus eius, per qđ dũ
ſatisfit ei in actu cõiugali, non ita incitat ad
alias corruptelas. Hæc ex illo. Ex quib. patet,
ꝙ matrimonium eſt officium naturæ ad ge-
nerandum & remedium contra cõcupiſcen-
tiã, & ſacrm̃: quod quõ intelligatur. ſ. ꝙ ſit ſa-
cramentum, vide ipſum: quia diuerſimode a
Doct. hic aſſignatur forma, materia, & huiuſ
modi. ¶ Ex his tamẽ. ſ. ex hoc, ꝙ matrimoniũ
eſt ſacrm̃, infert Arch. poſt Pet. de Palu. ꝙ cõ
trahere matrimonium per verba de præſen- 4
ti ei, qui eſt in mortali, tam viro, quã mulieri
eſt mortale: imò vr̃ aliqñ ipſe Petr. tenere, ꝙ
requiratur confeſſio: nec ſufficiat contritio
ſola, vt in diſt. 17. q. 2. & hoc ei adſcribit Sum.
Ang. tamen in rei veritate hoc non tenet, vt
patet ibi in fin. vbi dicit, ꝙ contritus, cum ſit
iam Deo coniunctus, non peccat mortaliter
miniſtrando, & ſuſcipiendo ſacramentum. ſ.
aliud ab Euchariſtia, nec eſt vernm, vt ſupra
Confeſ. 1. §. 2. Euchariſtia 2. §. 7.

2 SECVNDO † quæritur, a quo, & quando, &
propter quid matrimonium fuerit inſtitutũ?
Et quantum ad primũ dico, ꝙ fuit inſtitutum 5
primò a Deo dicente, Creſcite, & multipli-
camini, & deinde etiam fuit inſtitutũ ab ho-
minibus tenentibus locum Dei. i. legiſlatori-
bus. ¶ Quantum verò ad ſecundum dicit S.
Tho. 4. diſt. 26. ꝙ, vt eſt in officium generandi
prolem, quæ erat neceſſaria, ẽt peccato non
exiſtente, inſtitutũ fuit a Deo ẽt ante pecca-
tũ Adæ dicẽte Gen. 2. Creſcite, &c. Sed, vt eſt
in remedium contra peccatũ, inſtitutum fuit
poſt peccatum tempore legis naturæ: ſecũdũ
verò determinationem perſonarũ contrahẽ
tium, inſtitutum fuit in lege Moyſi: ſecundũ
verò, quod eſt ſacramentum repræſentãs cõ
iunctionem Chriſti & eccleſię, inſtitutum eſt
in noua lege: & ſecundum hoc eſt ſacramen-
tum nouæ legis. hæc ex illo. De prima autem,
& ſecunda inſtitutione. 32. q. 2. §. his ita, & ex
tra de diuort. gaudemus. Quantum vero ad
tertium, patet ex dictis §. priore.

3 TERTIO † quæritur, quæ ſint de integrita-
te, ſeu ratione matrimonij, ſine quibus. ſ. eſſe
non poteſt? Et dico ex S. Th. ꝙ ſunt multa, vt
patet ex dictis. ¶Primo. n. requiritur legitimi
tas contrahere volentiũ: quia aliquorum ma
trimonio etiam facta dirimuntur tanquã nul
la, vt patebit. ¶Secũdò conſenſus mutuus. 4.
diſt. 27. q. 1. art. 2. q. 4. ¶Et tertiò expreſſio cõ-
ſequens per verba de pręſenti, vel æquiualẽ-
tia ſigna. ibi. quæſtiũcula 2. ¶Et quartò requi
runtur bona matrimonium excuſantia: quia
ſunt de eius ratione. 4. diſt. 31. q. 1. ar. 1. quæ ſe
cundum eundem, & Ray. & 37. q. 2. omne sũt
tria, ſ. fides: ne. ſ. coniux cum alia, vel cum alio
miſceatur: proles, ſ. vt amanter ſuſcipiatur, &
religioſe educetur, & ſacramentum, ſ. vt ma-
trimonium non ſeparetur, & hæc tria adeo
ſunt ſubſtantialia coniugio, quod conditio
contra aliquod eorum appoſita vitiat con-
tractum matrimonij: extra, de cond. app. c. fi.
& de hoc plene infra, Matrimonium 3. §. 11.

4 QVARTO † quæritur, vtrum concubitus,
ſeu copula carnalis ſit de integritate matri-
monij? Et dico, ſecundum S. Th. & Rich. quod
duplex eſt matrimonij perfectio. prima. ſ. eſ-
ſentialis, & ſecunda accidentalis, & quãtum
ad primam non eſt de eius integritate, quia
ſine ea eſt ratum, eſt tamen de eius integrita-
te quantum ad ſecundam, quia per eam ma-
trimonium efficitur conſummatũ: ſicut puer
deductionem ad quantitatem perfectam effi-
citur vir conſummatus, qui tamen puer exi-
ſtens habebat totam ſuam perfectionẽ ineſ-
ſe primo, quæ reſpicit hominis eſſentiam.

5 QVINTO † quæritur, quotuplex ſit matri-
monium? Et dico, ſecundum omnes, ꝙ eſt du
plex, ſ. non conſummatum: quod. ſ. factum eſt
per verba de præſenti ſine copula: & conſum
matum per copulam. Primum, ſecundum
gloſſ. in c. ex publico. de conuer. coniu. ſigni-
ficat conformitatem fidelis animæ ad Chri-
ſtum: & in Paradiſo eſt inſtitutum: ſecundum
verò coniunctionem eccleſiæ ad Chriſtum
per incarnationdm, & vtrũque, vel propriè
non conſummatum, ſecundum mentẽ Rayn.

eſt

est triplex: quorum primum dicitur legitimũ sed non ratum, vt quod legali tantum institutione, vel prouinciæ moribus inter infideles contrahitur: quod ideo dicitur non tantum, quia sine fide dicente August. non est ratum coniugium, quod sine Deo est. Secundum vero est econuerso ratum, sed non legitimum, s. quod est inter fideles, & legitimas personas, sed sine legitima solennitate contractum. Tertium vero est legitimum, & ratum, quod. s. inter fideles, & legitimas personas, & cum legitima solennitate contrahitur: probatur hæc dist. 28. q. 1. §. illud. & extra, de diuor. quanto. & c. gaudemus.

6 Sexto † quæritur, vtrum matrimonium non consũmatum denominet virum, & vxorem, seu vtrum appellatione viri, & vxoris veniant sponsi, qui contraxerunt per verba de præsenti sine copula? Et dicit Pano. in cap. ex publico. de conuer. coniu. per tex. illum, quod appellatione viri, & vxoris, intelliguntur illi, qui matrimonium consumauerunt, non autem qui solum contraxerunt per verba de præsenti, & ita se consuluisse Senis. Vnde quia statuto cauebatur ibi, quod vxore decedente sine filijs, maritus lucraretur dimidiam partem dotis, & puella quædam, quæ de præsenti contraxerat, incognita decessit: multi dicebant, quod sponsus lucrari debeat mediã partem dotis: tum quia interueniẽte consensu de præsenti matrimonium dicitur, & coniuges appellantur, quia consensus matrimonium facit 27. q. 2. sufficiat. tum quia tales sponsi, idest, promissi a spondeo dici non possunt: quia non est promissa, quæ de præsenti contraxit. Sed in contrarium, & pro opinione Panor. facit singulariter ille tex. d. cap. ex publico quia cum matrimonium consũmatum dicatur magis firmum in hac materia odiosa, vbi sponsa, sine causa perdit dimidium dotis, debemus intelligere verba in potiori significator, arg. §. sed quoties. Institut. de iur. nat. Item ex cõi vsu loquendi sponsa non amittit nomen sponsæ, nisi sit cognita. Pro quo tex. in d. cap. ex publico; ibi, a viro desponsata. Ad quod etiam facit, quia vbi in lege non exprimitur causa legis, eam coniectari debemus, & ad eius limites restringere, & ampliare legis dispositionem, iuxta theoricam doctorum in l. non dubium. C. de leg. Causa autem deferendi lucrum tale marito, nõ potuit esse alia, nisi propter nimios sumptus inducendo vxorem ad domum: quæ causa cessat in sponsa nondum traducta ad domum viri. Nam si hoc lucrum contingeret propter affectum coniugalem, statutum dedisset consimile lucrum vxori ex morte mariti. Vnde si lucrum pariter esset vtrique commune, bene crederem: quod sub verbis statuti comprehenderentur spõsus, & sponsa de præsenti non cognita, & sic intelligerem l. Deo nobis. C. de epis. & cleri. sicut & generaliter comprehenduntur in materia larga sub nomine viri, & vxoris sponsi de futuro, vt singulariter probatur in l. non sine. C. de bon. quæ lib. Cyn. quoque in l. vnica. C. de rei vx. actio videtur tenere dictam opinionem Panor. addens tale statutum esse Ferrariæ, & factum propter expẽsas mariti in vxorem, etiam propter nuptias. & idem Salicetus in l. cum te. C. de do. ante nup. dicens ita se consuluisse vna cum multis apud Florentiam Sed Bartol. in l. nihil. ff. rerum amo. in terminis quæstionis propositæ contrarium tenet, modo contractum fuerit matrimonium per verba de præsenti, etiam si cum ea non habitauerit, allegans ad hoc d. l. nihil. & idem videtur sentire Bald. in l. Deo nobis. C. de episc. & cleri. licet contrarium teneat in l. non sine. C. de bonis, quæ lib. Ang. autem de Aretio. Institut. de actio. dicit, quod licet opinio Saliceti de mera subtilitate iuris sit verior: tamen aliam partem glos. ord. in l. ea quæ. la secunda. ff. ad munic. & Bar. & Bald. saluaret in practica, potissime, secundum quod ait Rapha. in d. l. nihil, si iam maritus ante mortem vxoris cœperat sustinere onera matrimonij in vestibus & alijs, vt docet experientia. Et quamuis ista expensa, & damnum mariti non sit tantum, quantum lucrum esse dotis: tamen integram medietatem dotis lucrari, & habere debet. argum. l. creditor. §. si inter maritum. ff. mand. Sicut ecõtrario posset contingere marito, ꝙ fructus dotis, vel etiam media pars eius non sufficeret ad onera matrimonij inchoandi, siue iam inchoati, & copula carnali consummati, ar. c. salubriter. de vsu. & tamen ipse debet sustinere integra onera matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure dot. Vnde hoc pendet à fortuna, & consequenter videtur maritus emisse istum casum, siue alium. l. in venditione. & l. fi. ff. de actio. emp. & vend. Si autem maritus iam non sustinuit onera, vel parua, attenta quantitate dotis: tunc esset magis dubium an deberet lucrari partem dotis ex statuto; quia cessat dicta ratio, & concludit Sũ. Ros. post multa hic, quod eam lucratur, & sic est contra Sum. Ange tenentẽ opinionẽ Pan. in tit. Lex. Ego autem magis approbo opinionem

nem Pan.& Cyn.& Sali.& dico,quod dictam partem non lucratur, qui matrimonium non consummauit, etiā si iam fecit expensas aliquas:quia aut sunt donationes, de quibus dicendum est,vt supra,Donatio 2. Aut sunt circa res extātes,puta,vestes,& iocalia, & huiusmodi, quæ penes eum remanebunt. Aut sunt pene nullæ,& sic non æstimandæ.Quæ autem adducit Sum.Ros.in contrarium, non procedunt:imo assumuntur falsa, vel dubia,vt patet intuenti.

7 SEPTIMO † quæritur,vtrum sponsa de futuro dicatur maritata,quantum ad statutum, dicens,quod mulier maritata non admittatur cum fratribus ad successionem fratrum?Et dicit Pan.super reb.de spon.quod non, quia ex quo agitur de odio,appellatione maritatę nō venit sponsa.Secus si ageretur de fauore.Pro quo est tex.in l.non sine.C.de bo.quæ lib. pro quo etiam vide glo.Inst.de nup.§.si vxor & idem Cy.in d.l.non sine.& Iac.de Are.& Pet.

RVRSVS De matrimonio 2. quomodo contrahatur, quantum ad verba absolute.

1 *Consuetudo,& statutum differunt in matrimonijs.*
2 *Statutum laicorum an possit aliquid circa matrimonium.*
3 *Consuetudo an possit aliquid circa matrimonium.*
4 *Consuetudo loci mariti an vxoris debeat attendi.*
5 *Matrimonium per quid contrahatur principaliter.*
6 *Consensus partium in matrimonio an debeat præstari simul,& eodem tempore.*
7 *Matrimonij consensus an debeat necessario exprimi per verba in valentibus loqui.*
8 *Consensus signa quomodo cognoscantur.*
9 *Consensum quæ verba probent.*
10 *Matrimonium ex quibus verbis colligatur, vsque ad nu.14.*
15 *Sponsalia de futuro si sequatur copula, an sit matrimonium.*
16 *Sponsalia de futuro quando transeant in matrimonium absque copula carnali.*
17 *Matrimonium contrahentes sine iuris solemnitatibus,quas pœnas incurrant.*

MATRIMONIVM secundo,cōsiderari potest quantum ad modum quo contrahitur, quod dupliciter contingit scilicet quantum ad verba,& signa,quæ in foro causarum considerantur, & quantum ad intentionem, quæ attenditur in foro animæ,& vtroque modo contingit dupliciter,s.purè siue absolute, & sub conditione.Nunc igitur consideremus de eo,quomodo contrahitur quantum ad verba,& absolute.

1 PRIMVM † autem quæritur,vtrum in disponendo de contractu matrimonij,sit differentia inter statutum laicorum, & consuetudinem regionis?Et dico,ꝙ sic de mente Panor. in c.1.de spon.quia circa matrimoniū statutū laicorum est nullum:quia materia non pertinet ad eos. Secus de consuetudine: quia in ea interuenit consensus epi, & clericorum.Vnde dicit Fed.ꝙ leges, & statuta laicorū circa matrimoniū nullius sunt momēti,quia hæc materia non est de foro seculari,nisi vt in §.seq.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum patriæ statutum possit aliquid disponere circa modum cōtrahendi matrimonium?Et iuxta Panorm. in c.1. de spon.d.Ant.distinguit.Nam aut disponit circa substantialia matrimonij;puta,in ualidando contractum,aut personas,& non valet,vt in d.c.1.de spon.& idem dic,si habilitaret inhabiles. Aut disponit circa pęnam erga substantialia:quod si facit imponendo pęnam de nouo:sic inferendo damnum non tenet:vt disputat Io.An.in c.statutum. de hære.libr.6. puta,si disponit, quod cōtrahens cum filiofamilias,sine consensu patris,incurrat certā pęnā;aut,ꝙ contrahens cū minore 25.annis,nisi præsentibus agnatis,similiter certam pœnam incurrat:quia intimidatur matrimoniū,quod liberum esse debet. de spons. cum locum. Et hæc opi.Pan.magis placet,& est cōior,q̄ opinio Gas.de Cal.dicētis in c.2. de clan. de spō. hoc casu valere statutum. de quo vide in d.c. 1.per do.Io.Ant. de Sancto Geor.Si vero imponit pœnam auferendo lucrum,quod lex secularis attulerat,valet ſm eundem dom. Ant. & hoc sequendo glo.ordinariam Io. Andr. in c.cum ſm leges.de hæret.libr.6.sed tñ Panor. plus placet glo.in ca.de puellis.36. qu.2. quæ tenet contrarium:& idem sentit Fede.consil. 35.vbi tenet,ꝙ generaliter statuta laicorum, circa matrimonium sunt nulla:quia hæc materia non est de foro seculari, sed ecclesiastico,vt in c.tuam,de ordi.cogen.& facit, quod not.Barto.in l.Titia.ff.solu.matr. & per Doct. in ca.fi.de secun.nup.Si vero disponit non circa substantialia matrimonij, sed circa dependentia:puta,circa dotem, valet secundum Innocen.argu.ca Raynutius.de testam. Si vero disponit circa solennitatem, dicit Dominus Anto.valere statutum,& peccare non seruantes.sed Panor.dicit,quod doct. loquūtur non de tali statuto laicorum,quod non valet quia materia non pertinet ad eos: sed de consuetudine patriæ, quæ valet, cum interueniat consensus episcopi,& clericorum,vnde illam

non

non seruantes, saltē qñ est talis, quòd ex eius præteritione ecclesia reddatur incerta de cōtractu peccant mortaliter. Et sic intellige dicta Docto. in d. cap. 1. &; ita dictum Pan. tenet Sum. Ros. indistinctè, & bene: licet Sum. Ang. velit concordare, dicens Pa. dicere verum in solemnitatibus nihil facientibus ad honestatē matrimonij. Dom. aūt Ant. de Bar. & Bald. in facientibus ad hæc: quia ista distinctio non euacuat rationem Pano. & si euacuat, potius dicendum erat econtrario, ꝙ laici disponere possunt circa solemnitates matrimonij nihil facientes, vel attinentes ad eius honestatem, & certitudinem, sed solum ad aliquid vtile bono communi: puta, ad reprehensionē pōparum, vel huiusmodi: non autem circa facientes ad illa, s. honestatem, & certitudinem matrimonij: alioquin possunt disponere, qđ non contraheretur coram testibus, quod ad eius certitudinem, vel coram propinquis, ad eius pertinet honestatem: nisi daretur alia distinctio, quòd in istis possunt statuere solum in fauorem, quod tamen non est verum, quia sic etiam statuendo possent minuere libertatem matrimonij. Est tamen notandum, quòd licet sponsalia, & matrimonium in cap. cum haberet: de eo qui duxit in matrimonium: æquiparentur, quod verum est quantum ad dispositionem, tamen quantum ad pœnam dispositam circa contractum matrimonij, dicit glos. communiter approbata in cle. eos. in verbo, contrahere. de consang. & affi. ꝙ non habet locum in sponsalibus. Vide etiam ad prædicta sup. Lex. §.10. particula 7.

3 Tertio †quæritur, vtrum aliqua consuetudo possit aliquid circa matrimonium? Et dicit Host. ꝙ si est approbata per Papam ne matrimonium contrahatur, & vt contractū separetur: impedit, & dirimit, in quibuscunque casibus hoc posset facere canonica constitutio de cog. spi. c. 1. & c. super eo. de consan. & affin. c. quod dilectio. quia approbatio Papæ habet vim constitutionis. Sed si ipsa nec approbata, nec reprobata sit: tunc ad euitandū scandalum impedit, sed non dirimit. Et idem Ber. Ing. Sed Panor. in cap. super eod. de cog. spi. Sic distinguit: Aut enim consuetudo habilitat aliàs inhabiles per ius canonicum: puta, quod contrahatur in secundo, vel tertio gradu consanguinitatis, & huiusmodi: & sic non valet, vt probatur d. c. super eo. secundum veram significationē, iuncto c. quod super his. de consangu. & affin. quod etiam tenet Host. quod sit irrationabilis. Ex quo infero, quod consuetudo non approbata per Papam, tollere non potest impedimentum, publicæ honestatis: cum nō valeat consuetudo cōtra honestatem ecclesiæ. de vita & hon. cle. cum decorem. Aut solum inhabilitat aliàs habiles, vt ī filijs duorum compatrum, per quorum neutrum ventum est ad cognationem spirituale: & tunc valet, vt non contrahaī, facit ver. cæterum. d. c. super eo. & c. olim. de cle. coniug. Aut non solum inhabilitat, vt non contrahatur, sed etiam habet, vt dissoluatur ad tēpus, & sic valet, vt voluit Inn. quia peccauerunt contemnendo consuetudinem patriæ. 30. q. 5 aliter. Aut inhabilitat sic, vt contractum dissoluatur in perpetuum: tunc si est approbata per Papam, saltem tacitè, valet; vt probaī in d. c. super eod. secundum lecturam Hos. Sed si de approbatione Papæ non apparet, tūc non valet, ſm Host. ibi: & propterea dicit casum d. c. non extendendum, sed Pan. contrariū tenuit, vbi scandalum concurrit: quia sicut Papa potest ius diuinū interpretari, & addere, & minuere, vt no. Inn. in c. quæ in ecclesiarū. de const. ita quod consuetudo, vt tenet idem Inn. in c. fin. de consue. & notabis, inquit, gl. s. glos. magnam in dict. cap. super eo. quæ vult, quòd vbi esset consuetudo, quòd non contraheretur in quinto gradu: si ex contractu generatur scandalum, non valet matrimonium: licet ca. non debet. de consang. & affin. hoc permittat. Et potest esse duplex ratio. Primò, quia hæc consuetudo concurrit cum iure antiquo, nec cēsetur sublata per ius nouum: ex quo per illud non reprobatur, & concurrit secum scandalum, & hanc rationem sentit glo. Secundo, quia consuetudo continens in se scandalum ex præteritione potest inhabilitare alias habiles: sed, vbi a principio nullum fuisset impedimentum, solum scādalum superueniens non potest matrimoniū dissoluere, vt dicit d. gl. quia propter scandalum est recedendum a veritate iuris diuini, vt in cap. 2. de noui ope. nun. & regula, qui scandalizauerit. de re iud. Et ideo concorditer ad Pano. & d. glos. Ant. de Butr. in d. c. super eo. dicit ꝙ consuetudo habens cōcursum iuris antiqui, dirimit in perpetuum interueniente scādalo nisi dirimatur. Et similiter, si nouo iure, vel a Papa approbatur, licet non habeat dictum concursum. Si vero non habet concursum iuris antiqui, vel noui, aut probationem Papæ, non potest creare nouum impedimentum ad dirimendum perpetuò. hæc ille. Ex quib. patet, ꝙ Pan. approbat glo. cui consonat d. Ant.

Sed

Sed idem Pan. vlterius vult, ꝙ ſcandalum cũ impedimento cõſuetudinis dirimat ꝑpetuò, ét ſine concurſu iuris, quod non eſt verũ, niſi Papa tacitè approbaret ſciendo, & tolerando: quia, vt patuit ſup. Conſuetudo §.3.& 10. conſuetudo non habet vim legis, niſi ex voluntate potentis in illa re legem condere, qđ in propoſito eſt ſolus Papa. Vide etiam, quod no. Pan. poſt gl. in c. quod ſuper. de conſang. opin. tamen Hoſt. quam Aſten. dicit communiorem, videtur eſſe clauis, & maxima ad decidendas huiuſmodi quæſtiones.

4 QVARTO † quæritur, quæ conſuetudo attendi debet, vbi eſt diuerſa mariti, & vxoris? Et dicit Pa. in d. c. 1. de ſpon. ꝙ aut conſuetudo diſponit ſuper ſolemnitate contrahendi, & debet ſemper ſeruari ea, quæ eſt patriæ, vbi matrimonium, contrahitur, etiã ſi ambo contrahentes ſint forenſes: quia non debent peregrini patriæ conſuetudinem violare cum ſcandalo aliorum. 8. diſt. quæ contra, Aut diſponit conſuetudo, vel ſtatutum ſuper executione, vel alijs obſeruandis poſt cõtractum, & debet attendi conſuetudo domicilij mariti. l. fi. §. item reſcripſerunt. ff. ad munici. Vnde animi deſtinatione matrimonium contractũ videtur in domicilio mariti. arg. in ca. Romana. §. contrahentes. de foro comp. lib6.. Vnde ſi conſuetudo, vel ſtatutum domicilij mariti habet, quòd ſi maritus ſuperuiuens lucretur dimidiam dotis, ſeruabitur ibi: licèt in loco vbi fuit contractum matrimonium ſit alia conſuetudo, vel ſtatutum. Et hæc ſunt de mẽte Bartol. in l. exigere. ff. de iud. Et idem ſequitur in effectu dom. Ant. in d. c. 1. de ſponſa. dicens ſe putare, quòd, ſi maritus domicilium mutaret poſt contractum matrimonium, attenderetur conſuetudo domicilij tempore contractus, & non domicilij, vbi diſſoluitur matrimonium: quia debet attendi locus, vbi orta eſt obligatio, & non vbi recipit purificationem. Et per prædicta patet ad quæſtionem, vtrum iudex eccleſiaſticus inhibere poſſit iudici laico, ne procedat ad pœnam contra eum, qui cum filiafamilias contraxit ſine conſenſu patris contra ſtatutum? Refert. n. Gem. in c. ſtatutum. el 1. de hæred. lib. 6. quæſtionem iſtam diſputatam Bononiæ, & multos tenuiſſe ꝙ non, ſed ipſe tenet ibi, ꝙ ſic, & ꝙ ſtatutum non valet. Et facit quod not. Panor. in c. 1. de ſpon. in ſimili quæſtione de mẽte Io. Andr. ꝙ non valent huiuſmodi ſtatuta, quòd non cõtrahat quis cum puella ante 25. annum ſine cõſenſu duorum agnatorum ſub certa pœna: vel quòd non contrahat ſine pręſentia decem perſonarum, & huiuſmodi: quia per hoc intimidatur matrimoniũ, quod debet eſſe liberum; licet Gaſpar. de Cal. tenuerit contrarium.

5 QVINTO † quæritur, per quid matrimoniũ contrahatur, principaliter an. ſ. per conſenſum mutuum verbis, aut ſignis expreſſum? Et dico quod ſic, ſecundum omnes Doct. & per c. tua nos. de ſpon. & ſine conſenſu mutuo ſecundum communiter Doc. non contrahitur, quo ad Deum, & veritatem, quicquid exterius fiat. 27. q. 2. ſufficiat etiam ſi interueniat copula carnalis, extra, de ſpon. duo. tuas. & c. dudum. & de ſpon. ſi inter. & c cum apud. licèt eccleſia in foro contentioſo aliter quandoque iudicet, vt in c. is qui de ſpon.

6 SEXTO † quæritur, vtrum requiratur neceſſario conſenſum præſtari ſimul eodem tempore? Et dicit Pan. in c. dilectus. de ſpon. quòd ſic de ſubtilitate iuris: quia dicit gloſſa in leg. conſenſu. ff. de act. & obl. & in l. 1. de contrah. empt. quòd in contractibus, qui perficiuntur iure gentium, debent conſenſum ſimul præſtare. & Spec. in tit. de ſpon. dicit, quòd reſpõſio alterius debet ſequi immediate, per l. continuus actus. in princip. & l. 1. ff. de verborum oblig. Sed Hoſt. in c. ex literis. de ſpon. quem ſequitur Io. And. dicit ſufficere, quòd vnus cõſentiat ꝑ prius, & duret in ſuo propoſito, & poſtea alterius conſenſus accedat ex poſtfacto, & eſt verior opin. vt eſt text. in d. l. 1. §. ſi vero pręſens interrogauerit. vbi dr̃. quòd interuallum medij temporis non vitiauit obligationem. Secus ſi in primo propoſito non perſeuerat: quia vera eſſet prima opinio, etiã ſi alter poſtea conſentiret. Et hoc tene indubitatè; quia ſufficit, quòd conſenſus vtriuſque pro eodem inſtanti concurrant, etiam ſi diſtarent contrahentes.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum neceſſarium ſit conſenſum exprimi per verba, in his qui loqui poſſunt? Et dico, quod in hoc cõtractu neceſſaria ſunt aliqua ſigna expreſſiua conſenſus: nec ſufficit ſolus conſenſus interior, ſecundum Mag. Sen. & Pet. quia matrimonium eſt ſacramentum, & conſequenter res ſenſibilis, & cõſequenter in eo requiritur aliquid exterius expreſſiuum, nõ obſtante, quod cõtrahitur per legitimum viri, & mulieris conſenſum. de ſpon. tuæ fraternitatis, quia ille mutuus conſenſus intelligitur eſſe expreſſus: quod non fit niſi per ſigna, quib. eis innoteſcit ad inuicem. Vnde ſicut dicit Pan. in c.

tua nos.extr.eode. ſi vir ignoret mentem mulieris & econnerſo non eſt ibi conſenſus, ideſt ſimul aſſenſus,ſed diſſenſus,& ſeparatus aſſenſus.Eſt autem conueniens,quod huiuſmodi ſigna ſint verba:quia conuenientius exprimunt conceptus: imo in valentibus loqui, vt ſunt non muti, nec diſtantes, verba ſunt neceſſaria,ſecundum Suppl. Sed in hoc non ſolum ſenſit contra Summam Angel.& Roſ. ſed etiam contra omnes pene D.Theologos in 4. diſt.27.& Moderuiores Canoniſtas,vt no.Pã. in d.c. tuæ. & Summiſtas, qui ſentiunt, quod ſunt neceſſaria verba, vel ſigna æquipollẽtia quod etiam patet: quia aliquando ſufficit non contradicere,vt cum puella ex verecundia tacens permittit ſe deſponſare conſentientibus parentibus: quia ipſum non contradicere eſt ſignum ſufficiens ad contrahendum, vt patet in c.honoratur iuncta gl.32. qu.2. & ita ſentit S.Thom.ſecundum quem etiam ſcriptura ſufficit,& Richar.& Arch.& Piſ.& Hoſt. & communiter Moderni,quos licet Sũ.Ange.limitet ſi illi,pro quibus contrahitur,aliquo ſigno annuant:tamen non eſt neceſſe;quia ipſum tacere in tali caſu eſt ſenſibile ſignum ſufficienter oſtenſiuum conſenſus,niſi aliud in cõtrarium appareat. Si tamen nullum appareret ſignũ de conſenſu eius,non eſſet præſumendum de matrimonio.Nec obſtat prædictis.d.ca. tuæ, fraternitatis, quod dicit verba requiri propter eccleſiam, quia ſicut patet ibi per gloſſam, & ſummarium, per verba intelliguntur generaliter ſigna expreſſiua, in quibus verba tenent principatum.

8 Octavo † quæritur quomodo in dubio cognoſcentur ſigna expreſſiua conſenſus de præſenti?Et dico,quod in foro animæ recurrendum eſt ab intentionem. Si vero de intentione conſtare non poſſit verè, vel præſumptiue: dicendum eſt,quod,ſi aliqua verba præceſſerunt,dicta ab aliquo contrahẽtium, vel ab aliquo alio in eorum præſentia, ſignificantia conſenſum de pręſenti,& ſic poſtea ſigna ſecuta ſunt: ſic ſecundum verba prædicta iudicabitur, & determinabitur de ſignis; vt puta, ſi alter dixit. Ego te accipio in vxorem, & ſi tu ſimiliter conſentis accipere me in virum,bibe, vel annue capite, & huiuſmodi,ſic iudicabitur cõſenſus de præſenti,& matrimonium, ſi illa biberit. Si vero præcedentia verba denotant conſenſum de futuro: idem iudicabitur de ſignis. Si autem nulla verba præceſſerunt, non iudicabitur matrimonium eſſe, ex quo de intentione non conſtat,nec de verbis,nec de ſignis tutius tamen eſt pro matrimonio præſumere; quia nullum periculum imminet, alias ſic, quod Summa Angel.indiſtincte verum credit. Sed tu limita quando ſeparatur,quod vterque aſſenſum de nouo præſtabit coniugio, quia aliter inciderent pericula magna,vt patet.

9 Nono † quæritur, quomodo in dubio cognoſcentur verba,quando de intentione non conſtat? Et dico, quod verborum quædam ſunt clara, quæ demonſtrant conſenſum de pręſenti,vt cum dicit quis:Accipio te in meã vxorem,ꝙ illa replicat. Et ego accipio te in meum virum, & ſimilia. Quædam verba ſunt dubia. & pro his nota, quod circa hoc ſunt tres Theologi,ſ.Veru.D.Anto.& Panor.nam Veru.dicit,quod qñ ly volo, coniungitur infinitiuo verbi ſubſtantiui,vt eſſe;vel verbi nõ ſignificantis actum,ſed relationem,vt habere ſeu tenere: tunc pro ly volo, exprimi debet voluntas potius concomitans, quam præcedens:vnde præſumendum eſt, matrimonium eſſe contractum de ſpõ.ex parte .præſertim quãdo præceſſit interrogatio;vt,vis me habere,adhuc expreſſius ſi additur,de cętero volo Secus autem ſi iungeretur infinitiuo ſignificanti aliquem actum,vt volo comedere, aut bibere, aut te accipere, vel in te conſentire tanquam in meam: quia importatur potius voluntas præcedens, quam concomitans:vnde non erit matrimonium.ſed Do.Ant. in ca. ex literis.el.1.de ſpon.ponit theoricam aliam in verbis, ſed eandem in ſententia, dicens, quod ly placet,& ly volo, denotant tempus præſens:verbum autem infinitiuum nihil perfectè ſignificat,ſed ſecundum præcedẽtia verba determinabatur ad pręſens, vel futurum. Igitur ſi huic verbo placet,aut volo,addatur verbum infinitiuum denotans actum non dependentem ſolum a libera voluntate proferẽtis,non inducitur diſpõ de præſenti, ſed de futuro,vt cum dicit quis,placet,aut volo arborem conſcendere, ſi autẽ denotet actum depẽdentem ſolum a voluntate proferentis & tũc ſi denotat principium actus, non inducitur ſimiliter diſpoſitio de pręſenti,vt volo tecum contrahere, aut te deſponſare,ſed ſi denotãt executionem actus, inducitur diſpoſitio de pręſenti,vt volo te habere in vxorem,vel placet mihi te retinere pro vxore: & ſic erit matrimonium, quia qui vult conſequens vult, & antecedens.de offic.del.præterea,& in cap. prudentiam.Pan.autem in ca. ex parte.extra eo. vicit fortius,ſ. ꝙ ſi verba tũc eſſent de futuro,

turo,quando importāt executionem,esse ma
trimonium : nam quando inquit, in contra-
ctu verba proferuntur de præsenti, indubie
contrahitur matrimonium illico,vt si dicatur
accipio te in vxorem,& econuerso,vt in cap.
pen.extra eo.Quando vero sonant in futurū,
si denotant principium actus, contrahuntur
solum sponsalia de futuro,vt promitto, ꝙ te
ducam in vxorem, vel me ducturum talem:
aut quid simile, & iste est casus capitul. de il-
lis extra eo. Si vero denotant executionem
actus consūmati,vel perfecti, vt promitto,&
habebo te pro legitima vxore, & sic videtur
quis de præsenti contrahere tacite: quia non
potest haberi pro vxore,nisi præcesserit ma-
trimonium,cuius executionem denotāt ver-
ba similia.Pro quo facit,quod notatur in cap.
cum M.de constit. vbi dicunt Doctores, ꝙ si
præbenda, quæ solum canonico conferri so-
let,conferatur extraneo:videtur tacitè colla
tus canonicatus. Et hoc maximè procedit, si
apponatur ly verbum, ab hoc tempore, vel
de cætero, quia immediatè quis se obligat ad
executionem matrimonij, & consequenter
tunc tacite cōtrahit de præsenti: sed & si non
opponantur illa verba denotantia extremita
tem temporis:idem est: quoniam si in obliga
tione non apponatur dies,videtur incontinē
ti obligatio contracta.l.in omnib.ff.de re. iu.
& iste est propriè casus d.c.ex parte.Et proce
dunt ista,nisi hæc verba denotantia executio
nem,sequantur sponsalia de futuro: puta, di-
cendo,promitto,quod ducam te in vxorem,
& tenebo te pro legitima coniuge; quia per
verba, præcedentia sequentia restringuntur
in tempus matrimonij contracti,i.quando ma
trimonium erit contractum.

10 Decimo † quæritur,quomodo intelligen-
da sint quædam verba, quibus vt plurimum
vtuntur contrahentes,aut de huiusmodi con-
tractu loquentes?Et dico multa.¶Primum. Si
dicat vir:Prouidebo tibi tanquam vxori meę,
& illa similiter idem respondeat: secundum
Host.in c.ex parte.de spon. pro matrimonio
est iudicandum,nisi aliud protestetur.¶Secun
dum. Si vero dicat,promitto tibi, quod habe
bo te pro legitima vxore, & similiter respon-
det mulier:contrahitur de præsenti,vt d.c.ex
parte in tex.& in gl.& 3. q.5. nec illud. §. sed
obijcitur,quia verbū habebo, referri potest
ad tempus præsens. de ma. con. contra.inter
eccl.capit.ex literis.ideoque secundum Host.
Gof.subauditur, de cætero, vel ab hoc tem-
pore.¶Tertium.Si tantum dixisset,Promitto
tibi,quod ducam te in vxorem:s̄m.Io.And.in
d.c.nec illud.essent sponsalia tantū,& de hoc
supr.§.priore.¶ Quartum.Si autem vir dicat
mulieri,Promitto tibi, ꝙ nō habebo aliā mu
lierem in vxorem,nisi te:secūdum Io.And.&
Spec. est matrimonium cōtractum.s.muliere
econuerso sic dicente,quia dictio,nisi,cum se
quitur negatiua,facit positionē,vt no.in reg.
peccatum.de reg.iur.li.6. Dominus autē Ant.
videtur oppositum sentire dicēs,quod dictio,
nisi,facit,quandoque positionem, scd'm habi
tum, qnque secūdū actū. Vnde cū illa verba
sint de futuro,s.non habebo aliam nisi te: vi-
detur se disponere, ꝙ in futurū,si est contra
cturus,contrahet cum ea.Si autem fuissent de
præsenti;vt,nolo aliam habere in vxorē, nisi
te,tunc dictio,nisi,denotat actum de præsen-
ti,& sic tenet Sum.Ang.contra Ros.Pan.autē
per dicta §. priori.dicit cōcludendum eē pro
prima opinione:nam si dixisset,promitto,qđ
te habebo in vxorē: statim esset matrimoniū
Ergo idem,si dico,quod non habebo aliā,ni-
si te:quia videtur velle, ꝙ istā habebit in vxo
rem:ergo incontinenti,cum non sit apposita
dies.Et ita tenere cogitur Sum.Ang.quæ cō-
cedit,hic esse matrimoniū.Promitto, ꝙ habe
bo te pro vxore legitima,quod patet non so-
lum ex dictis,sed etiam regula logicali : quia
illa exceptiua, Promitto, quod non habebo
alia, nisi te: secundum omnes Dialecticos sic
exponitur,Promitto,quod te habebo, & aliā
a te non habebo. ¶ Quintum. Si autem dixe-
rit,Promitto,quod non dimittam te pro me-
liori, vel peiori:secundum Hostien. in talibus
dubijs est pro matrimonio iudicandū.de sen-
ten.& re iudic.ca.fi. de testi.licet ex quadam.
¶Sextum.Si vero dicat quis:Vis, aut placet ti
bi talis,& respondeatur,volo,aut placet:secū
dum Ioan.in Sum.Confe. præsumitur matri-
monium.Si vero quis dicat;Promitto tibi, qđ
retinebo te perpetuo mecum, & respondeat
similiter;non est matrimonium, secūdum ius
ciuile,vt in authentica, qui.mo.na.effi.legi.§.
pe.Sed Ioan.in ca.1.30.q.5.& gl.in cap.solet,
22.q.2.tenet contrarium de iure canonico,&
ita tenet in dubio.Sed tamen,quando de mē-
te,vel intentione contrahentium constat: de
verbis,quo ad Deum, & in foro conscientiæ
curandum non est:quia quoties intendūt cō-
trahere,s.quocunq; signo cōcomitante sem-
per est matrimonium, etiam si verba sonent
consensum de futuro:arg.de verbo.sign.intel
ligentia.In foro autem contentioso standum
est cōi significationi verborum, seu iuris in-

terpretationi,vt in c.1.eod.tit.Suppl.tamē limitat illum dictum, quod in conscientia intētioni eorum standum est, s. si illud sine aliorū scandalo,vel præiudicio contingat: alias etiā in foro conscientiæ standum est communi significationi verborū,seu iuris interpretationi,vt in c.ex literis.el 1.de spon. Sed neque illud c.hoc dicit,vel probat:neque est in se verum: quia scandalum facere non potest,quot qui non consensit,consenserit. Vnde secundū omnes Docto. standum est intentioni in conscientia etiam expresse contra verba clara, vt in eo, qui aliquam desponat solum, intendens copulam,de quo inf.4.§.3 & 4. in quo tamen est præiudicium alterius, & possibiliter scandalum maximum.

11 VNDECIMO† quæritur,si quis dicat plurib. sororibus,promitto,vel etiam iuro,quod vnā ex vobis ducam in vxorem, & omnes respondent,placet:deinde vnam ex eis cognoscit;vtrum sit contractum matrimonium cum illa, sicut dicetur infra eod.§.15.& Matrimonium 3.§.11.par.15. vbi post sponsalia de futuro sequitur copula.Et dicit gl.in c.literis.de spon. el 2.quod non, eo quod sponsalia fuerint nulla, quia cum non possint consistere ex parte vnius tantum,contracta fuerunt cum omnib. sororibus: & sic nullam ducere posset obstante publica honestate. Et hoc etiam sequitur Io.And.Sed Host.dicit ibi esse matrimonium: & quod sponsalia a principio fuerint incerta, & sub quadam tacita conditione accipiendi, q̄ elegerit: & consequenter nō est nata publica honestas, sed copula subsequens operata est purificationem illius tacitæ conditionis,c. de illis.de cōd.appo.quia tūc ipso facto videt̄ consentire in istam,eligendo illam. Sum.aūt Ang.distinguit, quia prima opinio est tenenda post transitum ad secunda vota:secūda vero ante dictum transitum, sed quia transisse, aut non transisse, nihil prodest, aut obest ad veritatem matrimonij in dicto casu: ideo melius Sum.Rof.post Sum.Confef.& Pif.& dom. Ant.in d.c.ex literis,qui dicit ita communiter tenere doc. tenent indistinctè opinionē Hof. ꝙ etiam sequitur Pan.in d.c.ex literis.nam in dubio præsumi non debet duplex peccatum, stupri,s.& periurij,sed potius in fauorē matrimonij præsumendum est copulam fuisse licitā, & illū voluisse adimplere iuramentū suū, quia in dubio semper pro matrimonio iudicādum est,vt in c.licet ex quadam.de testib.

12 DVODECIMO † quæritur, si quis iurauit se ducturum vnam de certo loco; & deinde vnā cognoscit:vtrum sit ibi matrimonium? Et dicit Hostiēs.quod non:nec est iste casus similis priori: quia ibi propter copulam erat nata affinitas cum alijs sororibus: ideoque debuit cogi contrahere cum cognita: hic autem potest cum alia contrahendo adimplere iuramentū suum,quod etiam sequitur Pan.& Card.Vnde si quis promisit, & iurauit Regi Francorū accipere vnam ex subditis eius, & vnam ex eis cognoscit,non est matrimonium.

13 DECIMOTERTIO† quæritur,quid si quis alicui promisit dicens,Promitto,quod nunquā deficiam tibi in vita mea: & secuta est copula? Et dicit Mon. quod non debet pro matrimonio præsumi ex istis verbis: nisi iudici constaret,quod sponsalia contrahere voluissent, & per huiusmodi verba negatiua, nō deficiā tibi, & huiusmodi, non consueuerunt sponsalia,vel matrimonium contrahi.

14 DECIMOQVARTO† quæritur,vtrum cōtrahant matrimonium illi, qui post datam fidem de contrahendo dicunt,bibamus, vel osculemur nos inuicem in nomine matrimonij? Et dicit Veru.se credere,quod non,nisi hoc agēdo recedere voluerint a sponsalibus de futuro,& contrahere de pñti: quia quod dñt noīe matrimonij, intelligendum est contrahendi, potius, q̄ contracti, cum ante actum non sit de matrimonio,sed de sponsalibus,& hoc nisi constet de intentione contraria, & multo minus est matrimonium, si nihil actum esset etiam de sponsalibus,sed simpliciter, quilibet dicit talia verba,& sequitur osculum:nisi aliter de intentione constiterit,vt idem dicit: ad quam indagandam recurrendum est ad circūstantias verborum præcedentium, & subsequentium,& huiusmodi indicia.

15 DECIMOQVINTO † quæritur,vtrum contrahatur,vel sit matrimonium, si post sponsalia de futuro sequatur copula carnalis? Et dico,quod S.Th.in 4.& in quolib. & communiter tam Theologi, q̄ Canonistæ distinguunt, vt distinguit Pan.in c.is qui. extra co. quod si vir sponsam de futuro cognouit affectu maritali,i.tanquam vxorem,intendens,s.consummare matrimonium: non est in dubium,ꝙ est matrimoniū, quod intellige, vt innuit Ric.in 4.dist.28.& expresse dicit Mon. si & illa similiter intentionē habeat, & si post hoc secundū matrimonium cōtrahatur,nullū est,quia primum in veritate tenet ex consensu.s. pñti tacitè præstito in copula,quod tamē fallit si cognita a viro sit minor septennio,s̄m Pano. in ca.continebatur.de despon. impub. quia non

videtur habere cõſenſum aptũ ad mrĩmoniũ.
Si vero cognouit eam nõ effectu vxorio, nec
animo conſentiendi in ea tanquam in vxorẽ,
quot ſẽm Mon. eſt, ſi ea vtitur intentione for-
nicaria, vel vt ſua in futurum, & non de pñti:
tunc quo ad forum iudiciale matrimoniũ eſt
validum, & ſecundum poſt contractum iudi-
cabitur nullum. Vnde tunc filij erunt legiti-
mi, & pro hoc tex. in d.c. is qui. Quantũ vero
ad Deum, & forum conſcientiæ ſunt opinio-
nes: nam Hoſt. vt imponit illi Pano. qui primo
tenuit ſequentem opinionem, dicit, quod in
vtroque foro parendum eſt Papæ, qui in ma-
trimonio non consũmato ſtatuere potuit qc
quid voluit. Et ſic vr̃ velle, ꝙ teneat primum.
Pro quo ſciendum eſt, quod Papa ſẽm Gul. de
Lau. in ſuo ſacrãli, ſtatuere poſſet, ꝙ poſt car-
nalem copulam ſponſæ non poſſet quis cum
alia contrahere, decernens irritũ, quod in cõ-
trarium attentaretur, & tunc matrimoniũ ſe
quens nõ tenetur, & eſſet cauſa iuſtior, quam
cognatio legalis, alias non eſt obediendũ Pa-
pæ, niſi in foro contentioſo, & non poteſt fa
cere conſenſum, quantum ad veritatẽ, vbi nõ
eſt, vt no. Hoſt. in d.c. is qui. Alij vero dicũt, ꝙ
tenet ſecundum, & non primũ, quia ſine con
ſenſu expreſſo, vel tacito non poteſt eſſe ve-
rũ matrimoniũ in conſcientia: licet ſit p̃sũptũ
vbi eſt conſenſus præſumptus. Vnde Vinc. di-
cit, ꝙ potius deberet quis excõicationẽ ſuſti-
nere, q̃ adhærere primæ ſponſæ cum ſponſa-
lia prima ſint ſoluta per matrimoniũ ſequẽs.
Et hoc approbat do. Ant. & vr̃ opinio veriſſi-
ma, quia Papa non poteſt ſupplere cõſenſum
quo matrimonium contrahitur, & tex. in d.c.
is qui annullat ſecundum matrimonium, non
diſpoſitiuè, i. non ſtatuendo legem eo modo
quo imaginatus eſt Hoſ. ſed illicitè, ſ. ſi primũ
eſt præſumptum de iure: ergo ſequitur, quod
ſecundum eſt nullum: ita quod illatio nullita
tis eſt fundata ſuper p̃ſumptione, quæ ſi ſit fal
ſa, corruit quicquid ſequitur. Idẽ tenuit S. Th.
Rich. Mon. & eſt cõis opinio. Si autem ſumus
in dubio, vt quia nihil de hoc cogitauit, ſ. an
coiret, vt cum ſua de pñti vel de futuro, iudi-
cãdũ eſt, ꝙ non habuit conſenſum actualem,
qui ad matrimonium requiritur, & copula vr̃
fornicaria. Si vero cogitauit quidem, ſed ne-
ſcit quid, tunc ſi non conſtat ei de conſenſu
alterius, iterum non eſt matrimonium donec
alius conſentiat, & interim eo, vel altero diſ-
ſentiente nõ erit matrimonium. Si vero inno
tuit ei conſenſus alterius de præſenti p ſigna
tempore coitus, præſumetur conſenſiſſe.

16 Decimosexto † quæritur, vtrum ſponſa-
lia de futuro alijs modis, quam per copulam
carnalem tranſire poſſent in matrimonium?
Et circa hoc dicam duo: quia primo ponã fun
damenta, deinde dicam ad quæſtionẽ. ¶ Quan
tum ad primum, ex dictis Fran. de Aret. in con
ſil. 144. incip. Ex facto proponitur, eliciuntur
duæ concluſiones. ¶ Prima. Sponſalia verbis,
& mente de futuro, etiam pura, iurata nõ trã
ſeunt in matrimonium per cohabitationem,
vel traductionem ad domum, præſertim in
virgine, nec per oſcula, nec quod his omnib.
longè fortius eſt, per nixum ad copulam. Pro
batur concluſio per c. fi. de ſpon. & ita plenè
tradunt Doct. ibi, & in c. 1. de matrim. cõtrac.
contra inter. eccl. ¶ Secunda. Spõſalia verbis,
& mente de pñti, ſed iuris interpretatione de
futuro, ꝑꝑ minorem ætatem vtriuſque, vel al
terius contrahentium: ſi perueniãt ad ætatem
legitimam, & interueniant oſcula, amplexus,
iocalia, & ſimilia, tranſeunt in matrimonium.
Et de hoc eſt tex. cũ gl. in ca. vnico. de ſpon. im
pu. lib. 6. vbi gloſſ. in ver. modum alium exem
plificat, vt quia ſimul habitauerunt, vel ſe cõ
iuges nominabant, & amplexabantur, vt con
iuges. Ratio autem huius ſecundæ concluſio-
nis ſẽm eundem do. Fran. eſt hæc. Nã ideo ma-
trimonium contractum inter inhabiles ꝑ ver
ba de pñti tranſit in matrimonium præſum-
ptum per actus ſupradictos poſt ætatem legi-
timam: quia ex verbis, & mente partium fuit
matrimonium de pñti, ſed ſolum iuris inter-
pretatione fuerunt ſponſalia de futuro. Vnde
ꝑꝑ mentem, & verba partium, quæ eſt quan-
tum eſt in ipſis, verũ matrimonium contraxe
runt, facilius tale matrimonium ratificatur: ſe
cus in ſponſalibus, verbis, & mente de futu-
ro: quia, vt dictum eſt, etiam nixus ad copulã
non facit illa in matrimonium tranſire, vt in
d.c. fi. Et ita cõiter tenent Doct. reprehenden
tes Gaſp. de Cal. Imo plus dicit Inn. in d.c. fin.
quod ſi ſponſus deflorauit ſpõſam: ex quo tñ
non fuit ſubſecuta ſeminis commiſtio, nõ eſt
iudicandum pro matrimonio. Et rationẽ red
dit ibi Pano. quia cum copula ſequens indicat
matrimonium ex præſumptione iuris deuian
tis a cõibus regulis, non debemus iſtam præ-
ſumptionem, ſeu fictionem extẽdere ad caſus
nõ expreſſos. Et hæc opinio eſt cõiniſſima: de
qua vr̃ tex. cum gl. in d.c. vnico. & idem tenet
Innoc. in ca. atteſtationes. de deſpon. impu. &
do. Anto. & Gem. in d.c. vnico. & Pan. in d. ca.
fin. ¶ Quantum ad ſẽm patet, ꝙ ſi ſponſalia ſint
de futuro verbis, & mẽte, non aliter tranſeũt

in matrimonium, quam per copulã carnalẽ, ₰m Gem. vbi sup. Pan. in cap. adolescentes. de spon. Si aũt verbis & mente sunt de præsenti, sed iuris interpretatione de futuro transeũt in matrimonium præter copulã, scd̃m Gem. in c. si infantes. de despon. imp. lib. 6. vt per signa supradicta, si post signa pubertatis euenerint. Et rõnem assignat do. Ant. quia actus superueniens declarans cõsensum, intelligitur declarare secundũ naturam verborum pręcedentium: vt si sint de præsenti, intelligatur de præsenti: si de futuro, intelligatur de futuro.

¶Sed aduerte, ꝙ prædicta sunt dicta de sponsalibus de præsenti cõtractis per impuberes: si verò contrahantur per ambos infantes, vel alterum tm̃: & post pubertatem appareãt dicta signa pręter copulã: vr̃ ꝙ sit matrimoniũ, per rõnem do. Ant. sup. positã. Itẽ si infantes post septennium contrahant hmõi signis spõsalia, vt in d. c. infantes. quare post pubertatẽ non cõtrahant matrimoniũ. Tñ dico, ꝙ hmõi signis posset quidem cõtrahi matrimonium, iuxta dicta sup. §. 6. & 7. non tñ possent sponsalia de futuro iuris interpretatione, si nulla fuerunt trãsire in matrimonium. Et ita tenet do. Io. An. in c. fi. de despon. impub. & dicit, ꝙ est decisio Rotæ. in dec. 454. quæ incipit, Item fuit dubitatum, duo infantes. Et horum ratio videtur; quia ab extremo in extremum non itur nisi per medium. Cũ ergo iste sit ordo in his, s. sponsalia nulla, sponsalia de futuro verbo & mente, sponsalia de præsenti verbo, & mente, sed de futuro iuris interpretatione, & matrimonium: sicut dicta signa sponsalia de præsenti, scilicet valida trahunt ad matrimonium: ita sponsalia nulla, etiam si sint de præsenti, trahunt solum ad naturam sponsalium. Et ratio d. Ant. intelligitur, quãdo verba pręcedentia habuerunt effectum. Vide matrimonium 5. §. 8.

17 DECIMOSEPTIMO † quæritur, quid iuris sit in contrahendo, si omittantur iuris solemnitates, & fiant matrimonium clandestine siue occulte? Et dico multa. ¶Primum. Solemnitas matrimonij contractu obseruanda multa requirit. Primò, vt mulier petatur ab his qui habent curam eius. Secundò, vt a propinquis sponsetur, & legib. dotetur. Tertiò, vt suo tẽpore a sacerdote benedicat̃. Quartò, vt a paranymphis ₰m consuetudinem custodita, congruo tp̃e a proximis petita legib. dotetur, ac solẽniter accipiat̃: vt biduo, vel triduo orationi vacantes castitatem custodiãt: quæ quatuor patent in c. aliter. 30. q. 5. Et quintò, ꝙ ante publicè in ecclesijs banna proponantur p̃ presbyteros, præfinito termino cõpetẽti, vel legitimũ impedimentũ opponat qui voluerit. extra, de clan. desp. c. fi. ¶Secundum. Clandestinum matrimoniũ ₰m glo. in d. c. fi. fit tribus modis: qui tñ reducunt̃ ad duos. Primò. s. quia non sunt testes: vel secundò, quia solemnitas non seruat̃. c. aliter. vel tertiò, quia non seruat̃ ea quæ est d. ca. fin. ₰m Host. aũt fit multis alijs modis: & tandem dat regulam, vt sit clandestinum, qñ est contra ecclesiæ prohibitionẽ generalem, vel specialem, expressam, vel tacitam: & hẽt locum dispositio d. c. fi. Sed ₰m Pa. ibi dicendum est, q̃tũ colligitur ex Io. And. in add. ad Spec. tit. de clan. despon. & Old. consi. 256. & Inn. in d. c. fi. ꝙ modo fiat in faciem ecclesiæ matrimonium, ex alijs non potest clandestinum appellari. Pro quo facit c. constitutus de relig. do. & c. quod nobis. de clan. desp. Et in proposito sumitur ecclesia pro congregatione fidelium. facit de conse. d. 1. ecclesia. Et si contrahens coram multitudine, ₰m consuetudinem patriæ, non dr̃ contrahere clãdestine. Hoc aũt Pan. hẽt indubitatũ, vbi edicta mitti non consueuerunt: sed vbi esset talis cõsuetudo, dubitat si quis contraxerit in faciem ecclesiæ bannis non p̃missis: sed tñ potius credit tunc non hr̃e locum pœnam d. cap. fi. quia pœna ponitur contra contrahentes clandestine, & non cõtra cõtrahentes edictis nõ p̃missis. Glos. aut contrarium tenuit: sed de hoc inf. s. particula sequenti. ¶Tertium. Si q̃s omissis consuetis solẽnitatib. clandestinè siue occulte contrahat, ₰m Ray. non præsumitur cõiugium, sed adulterina fornicatio. 30. qõ. 5. aliter. & si quis cõtrahat bannis nõ p̃missis intellige vbi est consuetũ, ₰m Arc. post Pet. de Pal. aut post prohibitionem in gradu prohibito, ẽt ignorãter, filij erunt illegitimi, & idem est si præter omne interdictum, ẽt in facie ecclesiæ contraxerunt aliqui vtroq; sciente legitimum impedimentum, vt in d. c. fin. & insuper peccat mortaliter contrahens clãdestine, ₰m Doct. arg. d. c. fin. & c. rogo. 11. q. 3. quia materia est ponderosa, & consequenter præceptiua. Vnde si nolunt publicare tp̃e congruo arbitrio boni viri, sunt in mortali, & similiter secundũ Arc. post Pet. de Pal. cõtrahens sine bannis, vbi sunt cõsueta: quod intellige si fiat sine testib. vel cum testibus, sed sine cã rõnabili: quia vbi ex causa fieret coram testibus sine bannis, maxime de licentia episcopi, si haberi cõmode põt: vt quia timetur ne iniuste obijciatur impedimentum, vel quia est senex,

& erubeſcit, excuſatur. arg. eorum, quę notã-tur in §.fi. & Hug. 30. q. 5. in prin. conſulentis, ꝙ fiat de licentia epi. & Piſ. poſt Pet. dicentis, ꝙ conſenſus clandeſtinus eſt duplex, ſ. coram teſtibus, omiſſa eccleſiaſtica, & publica ſolemnitate, & ſine teſtibus: quorũ primus facit matrimonium verum & præſumptum: ſecundus verò facit verum, ſed non præſumptum, vnde talibus conſuluit Ray. contrahere denuò, & publicè. ¶ Quartum. Si quis contrahat quidem publicè coram teſtibus, ſed tñ ſine bannis, vbi eſt conſuetum præmittere banna: nõ incurrit dictam pœnam. d. c. fi. vt. ſ. filij ſint illegitimi, ſi erat impedimentum, ſecundum Innoc. & Pan. licet gl. ibi teneat cõtrarium: quia iſti non contraxerunt clandeſtine, ex quo in factum eccleſiæ nemine prohibente contraxerunt. Secus tamen ſi ambo ſciuiſſent impedimentum, vt ibi. Vtrum autem ſit mortale contrahere matrimonium in peccato mortali: vide ſup. matrimonium 1. §. 5. in fi.

RVRSVS de Matrimonio tertio, quomodo contrahatur, quantum ad verba ſub conditione, vel modo, & huiuſmodi.

1 *Matrimonium factum ſub condicione aut teneat.*
2 *Conditio neceſſario futura, an ſuſpendat matrimonium.*
3 *Conditio neceſſario ſub intellecta non facit matrimonium conditionale.*
4 *Matrimonium ſub iſta conditione, ſi pater conſentiat, an valeat.*
5 *Conditiones variæ in matrimonijs vſque ad numerum 10.*
11 *Conditio vt matrimonium ſuſpendat, multa requiruntur.*
12 *Contrahere ſub conditione, modo, vel cauſa, qualiter differant.*

MATRIMONIVM tertiò conſiderari poteſt quomodo contrahatur, quantum ad verba ſub conditione, quæ a modo, & cauſa diſtinguitur, iuxta dicta ſupra, Conditio. per totum.

1 PRIMO † verò quæritur, vtrum matrimonium factum ſub conditione teneat? Et diſtinguo de conditionibus. Nam circa matrimonium poſſunt incidere multa genera conditionum quædam enim ſunt generales; de quibus Iacob. 4. vt, ſi Deus voluerit, ſi vixerimus. Quædam verò ſunt neceſſariæ in contractu matrimonij, ſine quibus impediretur, vt ſi eſt Chriſtiana, aut non affinis, vel conſanguinea, & huiuſmodi. Quædam verò ſunt neceſſariæ in ſe, vt ſi ſol orietur cras, vel tali tẽpore eclipſabitur luna. Quædam verò ſunt in ſe impoſſibiles: vt ſi cœlum digito tetigeris. Quædam verò ſunt contingentes inhoneſtæ tantum. i. non contra ſubſtantiam matrimonij: vt ſi furtum feceris, vel occideris hoĩem. Quędam verò inhoneſtæ, & contra ſubſtantiam, & bona matrimonij, vt contraho tecum, donec inueniam meliorem, quod eſt contra ſubſtantiam matrimonij, ꝙ eſt inſeparabile: vel, ſi generationem prolis euites, ꝙ eſt contra bonum prolis, vel ſi pro quæſtu te adulterandam tradideris, ꝙ eſt contra bonum fidei. Quædam verò ſunt contingentes, & honeſtæ, quæ in matrimonio apponi pñt, & non apponi: vt, ſi pater meus voluerit: aut ſi dederis mihi centũ Igĩt conditiones generales nullum contradictum ſuſpẽdunt: neceſſariæ verò matrimonio ſemper intelliguntur appoſitæ: nec vitiant iſtum contractum, ſiue apponantur, ſiue non apponantur. Neceſſariæ verò in ſe ſi apponantur, ſtatim eſt matrimonium, ſecundum S. Tho. in 4. diſt. 19. quia talia futura iam ſunt præſentia in ſuis cauſis: impoſſibiles autem habentur ꝓ non adiectis nec vitiant contractum: & ſimiliter inhoneſtæ tantum: vnde nec matrimonium vitiant nec ſponſalia. ext. de cond. app. c. fi. ſed inhoneſtæ contra ſubſtantiam, vel bona ſi apponantur, nihil agitur, ſed annullant contractum. 22. q. 4. inter cætera. 32. q. 2. aliquando. & c. ſolet quæri. & d. ca. fin. vbi etiam expreſſe patet de illa conditione, ſi te adulterandam, &c. tñ ſi poſtea talis conditio remittatur, & ſequat copula carnalis: iudicabit pro matrimonio. Et ſimiliter pro matrimonio iudicabitur, ſi alter tantum coniugum eam ponit, & reliquus contradicit, aut tacet: vt in d. c. aliquando. Honeſtæ aũt ſi apponantur, non vitiant contractum: ſed ſuſpẽdunt vſq; in euẽtum conditionis: etiam ſi fuerit contractum per verba de præſenti: vt in c. ſuper eo. extra, de cond. app. & interim ſi cum alia contrahat abſolutè, tenet, licet poſtea conditio eueniat. Quod autem dicit Sum. Piſ. ꝙ ſuſpendunt contractum vſque in euentum conditionis, niſi interim conſenſus de præſenti, aut carnalis copula fuerit ſubſequuta: quia videntur a cõditione receſſiſſe: vt in c. de illis. & c. ſuper eo. & c. per tuas, de cond. appo. intelligĩt qñ conditio fuit appoſita in contractu ſponſaliũ de futuro: vt in d. cap. patet. vel de conſenſu abſoluto, Sunt autem prædicta de mente S. Tho.

Inn.

Inno.Host.& Ioan.And in Sum.Conf.Sed tamen notandum est primo, quod ista dicta sũt de conditionibus propriè.i.de futuro: quia si sint de præsenti, statim est matrimonium, si sunt: vel non est, si non sunt, siue sint honestę, siue non: nisi sint cõtra substantiam matrimonij, aut bona eius, secundum S.Tho. in 4 dist. 29. Notandum est secundo, quo ad illud verbum, nisi carnalis copula fuerit subsequuta, quod si sequatur carnalis copula fornicario animo, non est matrimonium verum in conscientia, sed præsumptum quo ad ecclesiam, & hoc verum est: quia sine consensu mutuo non est matrimonium.

2 SECVNDO † vero dubitatur circa ea, quæ dicta sunt de conditione in se necessaria. Et dico quantum ad conditionem futuram necessario, quod gl.in d.c.per tuas.vult, quod suspendat matrimonium vsque ad conditionis euentum, & si interim cum alio contrahatur, tenebit, & idem Ioã.And.& gloss.Ray. & Bern.& Gof.propter ꝙ tenet, vt vr̃ Suppl.quod eo casu sponsalia contrahuntur, & non matrimonium. Summ.vero Ros. tenet fortè tutius esse dissimulandum, si interim transeatur ad secũda vota, aut ad religionem: allegans Mod. & Rod.Sum.vero Ang.audacior non dubitãdo, sed asserendo sequitur opinionem secundam. Sed contra omnes istos est suus doct. S.Bonauent.in 4.dist.28.& S.Th.cuius doctrina nihil potest continere aduersum fidei, aut bonis morib. cum sit per ecclesiam solemniter approbata, & per Christum, ac beatam virginẽ: imo nunquam in dictis materijs dubius scripsit, nisi prius certificatus a domino, cuius signum est, quod dubius in textu scripturę, noluit procedere, sed ieiunijs se afflixit, donec Dominus eum per Apostolos Petrum, & Paulum plenissime docuit, & similiter contra est Host.Card.& Pan.in d.c.per tuas.& tex. apertus in l.si pupillus.§.1.ff.de nouat. vbi stipulatio facta sub conditione, quæ omnino extitura est, purè dr̃ fieri; vnde nec propriè cõditio dici debet.l.hæres meus.ff.de cond.& ratio euidenter hoc ostendit; quia talia, quæ omnino sunt extitura, iam sunt præsentia in suis causis. Vnde hoc deducto ad forum cõtentiosum, iudicabitur, quod sub tali conditione serio contrahẽs, si sol cras orietur, intẽdebat cõtrahere statim, & nõ in diẽ crastinum; q̃a non est verisimile, ꝙ suam mentem expressissent modo loquendi sic inconsueto, sed dixisset, contraho tecũ pro instanti, quo Sol cras orietur; quo casu essent sponsalia de futuro, vt dixit Supple. In foro autem animæ stabitur intentioni cõtrahentis. Sed contra obijcit Sum. Ange. quia licet stipulatio facta sub conditione omnino extitura non sit conditionalis, est tñ in diem, ita quod nõ debetur aliquid antequã veniat. vt no.in d.§.1.& facit l. hr̃s meus. ff.de cond.& dem. vbi licet legatum factũ Titio cum morietur, non sit conditionale; tamẽ hæres ante eius mortem soluere non tenetur. Sed dico, vt patet ibidem, hoc non esse verum quantum ad obligationem, quæ nascitur ex contractu, & quantum ad contractum ipsum quia statim, & de præsenti fit; licet ipsa actio, vel executio non statim competat, vt si legatur Titio vnus fundus, si moriatur, & alius purè sine conditione, eodem momẽto nascitur ius legati in vtriusque, sed primum fundũ nõ accipiet, nisi in morte, & tunc transibit ad hæredes. Igitur ipsa obligatio matrimonij, & cõtract. non erit in diem, sed solum executio; puta, redditio debiti, vel hmõi, nisi tantum tardetur, quod repugnet matrimonio, vel bonis eius, aut etiam iuri canonico, quod circa huiusmodi statuit determinatum tempus.

3 TERTIO † etiam dubitatur, & quęritur, vtrũ conditio necessario subintellecta in contractu matrimonij; puta, si est Christiana, aut generaliter in alio contractu, faciat illum conditionalem si exprimatur? Et dico, quod non, vt in l.hæc verba testatoris.ff.de leg.1.& l.cõditiones.& l.aliquando.ff.de cond.& dem. Nã legatum factum sub ista conditione, si hæres adierit hæreditatem; non est conditionale: quia necessario subintelligitur, vt in dictis iuribus patet. Et ita tenet Arch.& Pisa.& est cõmunis doctrina, & est tex.in l.aliquando.ff.de cond.& demon. Summa autem Ang. virtualiter distinguit de conditione necessario subintellecta, quod est duplex, vna.s. sine qua nõ potest fieri contractus: & alia: sine qua fieri potest: & ista, si apponatur, facit contractum cõditionalem. Sed idem est, ac si diuideretur animal per hoĩem, & lapidem: quia conditio sine qua potest fieri contractus, non est necessario subintellecta. vide etiam inf. Matrimoniũ 8.§.14.par.7. Et sic patet, quod non est conditionale matrimonium, vel sponsalia, dicẽdo, Contraho cum tali, si consentiat illa in me, vel hmõi. Secus dicendo, si Deo placuerit, q̃a potest esse matrimonium contra voluntatem Dei, quod Summ.Angel.indistincte concedit. Sed tu distinctè: quia ista conditio, si Deus voluerit, voluntate beneplaciti est generalis subintellecta, necessario in omni re, vt dictũ

est: quia illa voluntas semper impletur, & ita communiter loquuntur homines. Ista vero si Deus voluerit, voluntate signi nō est gn̄alis, & aliqn̄, ac sæpe non impletur talis voluntas, & ista, si exprimatur, facit contractum conditionalem, & suspensum, quousque cōstiterit, ꝙ displiceat Deo, vel non displiceat. Si vero sumus in dubio de voluntate, præsumetur de ea, quæ est signi, cum sit hoc animæ tutius.

4 QVARTO † vero quæritur, quid si quis contraxit sub ista conditione, si patri suo placuerit, & antequam pater consentiat, ille pœnitet? Et dico multa. ¶ Primum. Si consentiant quidem pater, sed ante eius consensum filius mutatur: secundum Veruec. non est matrimonium; quia non vr̄, quod debeat dici consensus, nisi duret quousq; pr̄ consentiat; tamē antequam transeat ad secunda vota, compelli debet, siue induci vt illā accipiat, ex quo semel in eam consensit sub conditione, quæ extitit. argum. de despon. impu. de illis. & idem Host. & Ber. & Io. in Sum. Con. ¶ Secundum. Si vero reperitur, quod pater eo tempore erat mortuus s̄m Vinc. non valet matrimonium: quia mortui non est consensus, neque placitum. de rescr. si gratiosè. lib. 6. Sed Io. And. distinguit: quia si iste sciebat patrem suum esse mortuū, ista conditio habetur pro impossibili, & non adiecta; vnde tenet matrimonium, de cōd. ap. ca. si. Si vero hoc ignorabat, cum animus suus non esset contrahere de præsenti, sed suum arbitrium conferre in alienum, non est matrimonium. ¶ Tertium. Si vero pater primo dissensit, & postea assensit, nō erit matrimoniū, s̄m Io. Andr. per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signifi. & l. hæc conditio. la picola. ff. de cond. & demonst. quia prædicta conditio verificari debet de primo consensu patris, quod Sum. Ros. indistinctè concedit, sed Sum. Ang. distinguit, dicens hoc tenendum, postquā aliā accepit, licet do. Car. in d. c. super eo. dicat tenere matrimonium, si taliter contrahētes perseuerabant in primo proposito, & hoc est melius. ¶ Quartum. Si pater expresse non cōsensit, nec expresè dissensit contradicendo; secū dum Car. in d. c. super eo. vt recitat d. Io. Andr. de mente Host. est matrimonium; quia taciturnitas hr̄ pro consensu fauore matrimonij; & sic erit speciale in matrimonio. Et ita tenet Sum. Ros. sed Sum. Angel. dicit credere, quod ibi non sit matrimonium, per l. qui hæredi. §. primo, & l. Meuius. ff. de de cōd. & dem. vbi patet. ꝙ cōditio dēt impleri in forma specifica, & consequenter requiritur, quod expresè cōsentiat. Ego autem dico, quod requiritur, qđ expresse consentiat, quod quidem si tacendo facit vt quia quantum videtur tacet: quia plenè tenet contractus, si tacendo non facit, vt quia tacet, quia sibi displicet, quantum colligitur ex parentibus, non tenet: in dubio autē præsumitur pro matrimonio.

5 QVINTO † quæritur, vtrum teneat ista conditio: Accipio te in vxorem, si donaueris mihi centum? Et dicit tex. in l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupsero. ff. de verbor. oblig. quod non. ꝙ limita, qn̄ talis stipulatio fit non causa dotis, vel non subest iusta causa petendi illud: alias sic, quia secundum Bart. non est inhonestum si nobilis contrahens cum plebea', in recompensationem nobilitatis aliquid exigat. concor. Pan. in c. de illis. de condi. app.

6 SEXTO † quæritur, quid si B. contraxit cum A. sub conditione, quod det illi centum, & ante conditionis euentum contraxit cum C. sub eadē cōditionis, & deinde A. & C. eodē tp̄e debet centū, & conditionē purificent, quod matrimonīū præualebit? Et dico, ꝙ d. Io. An. reiectis tribus opinionib. ponit quartam, quam tenet Gasp. Cald. & Iac. Zochus: quia neutrū valet ratione incertitudinis, & facit c. ex literis. el 2. de spon. vbi cōiter concluditur, ꝙ incertitudo vitiat matrimonium; facit etiam l. si ita fuerit. in princ. ff. de reb. dub. & l. duo sunt Titij. ff. de test. tut. Item quia contractus conditionalis suscipit robur ab implemento. l. cedere diem. ff. de verb. sig. ideoque perinde est ac si cum duobus contraheretur eodem tempore. Nec obst. l. potior. §. videamus. ff. q. pot. in pig. hab. d. l. nec emptio. ff. de cōtrah. empt. vbi implementum cōditionis trahitur ad diē contractus celebrati; vt perinde habeatur, ac si a principio fuisset contractus, vt sic primū videatur valere: quia prædicta iura intelliguntur, quando non est in potestate gerentis secundum tollere: quia si esset in potestate eius tollere, vt in casu nostro, bene tolleretur, vt in d. l. potior. in prin. nec secundum potest primo præiudicare, quia non est maius vinclum. Si autem aliquis eorum citius impleffet conditionem, illud esset matrimonium.

7 SEPTIMO † quæritur, quid si quis sub hac cōditione, si coitum permiserit, contrahat sponsalia cum aliqua: vel dicat, si coitum permiseris contraham tecum, & sequitur copula? Et dico, quod s̄m Inn. Ber. & Veru. pro matrimonio iudicandum est: quia si de fornicario coitu intelligitur, turpis est cōditio, & habēda ꝓ non adiecta, ex tra cod. c. 1. & vlt. Vnde secuta

copula

copula statim matrimonium, saltem præsumptum. Si verò intelligitur de coitu legitimo & matrimoniali: multo fortius pro matrimonio præsumendum est, quod Sum. Angel. ita intelligit, vt ibi dicitur iudicãdum esse ꝓ matrimonio, sit matrimonium, & non sponsalia tñ. Et idem Sum. Ros. & Supp. Mihi aũt vr, ꝙ si quis contraheret de præsenti sub ista conditione: vera sunt prædicta. Si verò quis contrahat sponsalia, vt est in omnibus prædictis casibus: vbi dr, accipiam; & non accipio: conditio si sit turpis, non plus facit, q̃ si absolutè contractum fuisset per verba de futuro: quia habetur pro non adiecta. Si verò sit honesta, suspendit solum contractum sponsalium, & non matrimonij: quia suspendit solum eũ, in quo ponitur: & consequenter si purificet, nõ perficit nisi sponsalia. Si tñ cõstaret, ꝙ copula esset matrimonialis, esset matrimoniũ, sed non ex virtute dictæ conditionis. Vnde in ꝑdictis casibus dico esse sola sponsalia: quæ. s. sunt dispositio ad matrimonium. Et hęc ratione dicunt Doct. & Arch. & Sum. Pis. iudicandum esse pro matrimonio. Est autem idem iudicium, si dixit: si permiseris coitum, contraham tecum, si vnquam contraxero: secũdum omnes. Et idem si dixit, ducam te post annũ. Et multo magis si dixit, nunquam deficiam tibi: vt sup. Matrimonium 2. §. 12. Si autem dixit, si permiseris coitum, contraham tecum, aut dabo tibi centum: si sequatur copula, dicit Veruec. non esse matrimonium: quia si dicens, habet optionem se liberandi, vtrumlibet faciendo: nec est inducta pręsumptio a iure quòd intelligatur recessisse ab optione, ꝓpter copulam carnalem.

§ OCTAVO † quæritur, quid si quis dicat accipiam vel accipio te, si virginem te inuenero: & secuta copula non inuenitur virgo? Et dicit Bern. Innoc. & Host. iudicandum esse pro matrimonio, sicut & in §. priore, ꝙ primo debet intelligi referendo singula singulis: vt scilicet sint sponsalia, si verbum fuit futuri temporis: vel matrimonium, si præsentis, & secũdo debet intelligi secundum Host. in foro iudiciali propter hoc, quòd haberi nõ possunt aliæ probationes: in iudicio tñ animę non est matrimonium. extrà, de condi. appo. de illis. & cap. super eo. & cap. per tuas. Nam bene est quòd mulier, quæ mentita fuit in fraudem, decepta permanet, & viro subueniatur; qui forte intendebat vitare bigamiam, & fuit honesta conditio, licet actus inhonestus, & sic si probare posset per confessionem propriam vel alias quòd virgo non fuerit, etiã in foro iudiciali non teneret matrimonium. Sed Car. in d. c. per tuas dicit, ꝙ si ista conditio, si te inuenero virginem, non referatur ad coitum, sed ad aspectum matronarum, vel huiusmodi, non est turpis, sed honesta; & suspendit actum. Si verò referatur ad coitum, est conditio turpis; quia præsupponeret rem cum futura vxore prius quam esset vxor, & sic tanquam turpis reijcitur, & matrimonium tenet; licet non sit virgo. Et sic intellige glo. in d. cap. per tuas, & doct. communiter eam sequentes Franc. autem de Aret. in suo consil. incipiente, in Christi nomine, idem tenet, limitans tamen quòd de suspensione dicitur, esse verum, quando conditionis verba sunt concepta in futurum, vt, si te inuenero, sed si essent concepta de præsenti, vt accipio te in vxorem si es virgo; incontinenti valet matrimonium, si tempore desponsationis est virgo, aut non valet, si non est, quia conditio de præterito, vel præsenti huius est naturæ, vt incontinenti valeat actus, si est vera, vel non valeat, si est falsa, vt probatur in l. cum ad præsens. ff. si cer. pet.

9 NONO † quæritur, si habentes legitimũ impedimentum contrahant sub conditione, si Papa dispensabit, vtrum Papa dispensante sit matrimonium sine alio consensu? Quæ quæstio facit ad sciendum an transire possint interim ad secunda vota. Et sicut refert Pan. in dict. cap. super eo. quidam tenent quòd sic. vt Cald. & dom. Anton. & quidam alij, quorum opinionem Sum. Angel. sequitur contra Rosel. & dicit veriorem, per l. si rem meam, ff. de verbo. oblig. vbi possum stipulari rem meam in tempus conditionis, quando mea non erit, licet nunc, cum sit mea, non possim. Et facit similiter l. 3. iuncta pe. ff. de oper. pub. vbi valet mandatum priuati de opere publico faciendo principe annuente; quòd tamen alias non valeret. Sed hæc non concludunt propositum, vt patet, maximè d. l. 3. vt patet intuenti. Vnde contrarium, scilicet, quòd non valeat, sine nouo consensu, tenet ibi Inn. & quidam alij, quia primus cõsensus erat omnino a iure reprobatus, de quo l. inter stipulantẽ. §. sacra. ff. de verbo. obli. vbi non valet stipulatio de re sacra, vel publica, vel huiusmodi, de quibus non est commercium, & l. continuus. § cum quis, eod. tit. & l. apud Iulianum. ff. de legat. 1. vbi non valet stipulatio, de prædijs Cæsaris, vel huiusmodi, de quibus sine iussu principis non est cõmercium.

Ad dictum aũt. §.facram.dicit Sum.Angel. ꝙ non obstat,quia ibi res non erat in commercio,nec esse poterat:quod non est hic:q̃a sublato impedimento per dispensationem,nihil obstat.Sed hoc simile non tollit, quia ẽt a republica sublato impedimento per publicam potestatem quæ velit illam vendi priuato ẽt valebit stipulatio. Ad dictam autẽ leg. apud Iulian.dicit debere intelligi, ꝙ cõditio sit impossibilis,quando pendet ex voluntate principis, in his quę princeps cõcedere nõ solet, secus in solitis concedi dispensatiuè; vt est text.in l.intercidit.ff.de cond.& dem. Sed dico,quòd d.l.apud.loquitur in omnibus,in q̃bus sine consensu principis non est commercium. Et hæc est ratio omnium exemplorũ, quæ ibi ponuntur, vt patet in fi. l.autem,interdicit nihil penitus loquitur ad intentionem allegantis.Hanc etiam opinionem sequitur ibi Card. dicens se sic in facto consuluisse: quia illud quod dependet principaliter a potestate alterius, dicitur impossibile. leg.apud Iulia.ff. de leg.1.& quot fit per remediũ extraordinarium, dr̃ fieri non posse; vt not. Inn.in c.pastoralis.de causa posse.& proprie. & sic istud matrimonium videtur contractũ sub conditione impossibile. Pan. quoq. idem sentit, assignans ibi aliam rationem: quia ad hoc vt actus retrotrahatur, oportet, quòd potuerit incidere a principio,vt no.in l.si q̃s pro emptore.ff.de vsucap.matrimonium autem non poterat esse a principio tempore cõtractus obstante impedimento:& consequenter non poterat retrotrahi.Richard.etiam in quartò, videtur idem sentire in simili de his, qui ante concilium generale capituli. nõ debet,de consang.& affin. in quo linea consanguinitatis restricta est ad quartum gradum, contraxerant in quinto, vel sexto, aut septimo gradu; de quibus concludit,quòd cum dicta matrimonia fuerint nulla, non debuerũt simul habitare carnaliter,nisi nouiter cõtraxissent expresse,vel tacite. Dominus quoque Franc.de Are.idem tenet indubitate in consi. 143.incipiente,ex facto proponitur:quia sicut non possunt contrahi sponsalia simpliciter,vel non potest fieri a parentib.promissio de sponsalibus faciendis inter personas prohibitas simpliciter: ita non possunt fieri sub ista conditione,si summus Pontifex dispensaret:quia vñr fieri sub conditione impossibili, cum dependeat a voluntate solius principis. d.l.apud Iulianum. Addo ꝙ conditio impossibilis vitiat stipulationem seu contractũ: non solum si sit impossibilis natura, sed etiam de iure:vt in l.si stipuler.ff.de verb.oblig.& hoc siue concipiatur affirmatiue,siue negatiue:vt patet per Bar.in l.impossibilis.ff.eo.& si obijciatur quòd conditio impossibilis vitiat alios contractus,non autem matrimonium,vt no. Pan.in d.c.fi.dico verum esse si sit impossibilis per naturam:secus si sit impossibilis de iure stipulandi.

10 DECIMO †quæritur,quid si quis cum vna sub conditione,& postea cum alia pure contraxerit? Et dico ꝙ remanebit cum secunda, etiam si sit consanguinea primæ: quia nulla publicæ honestatis iustitia orta est: vt inf.Matrimonium 8 impedimento 14.par.7.

11 VNDECIMO†quæritur generaliter quid requiritur ad hoc vt conditio,contractũ istum suspendat? Et dico requiri multa. ¶Primò,vt sit apposita in principio: quia si primò esset matrimonium contractum, & postea conditio apponeretur: illũ suspendere, aut rescindere non posset.30.quæstio prima dicit, & facit quod no.dom.Ant. & Pan.in c.1 de con dit.app. ¶ Secũdò, ꝙ in conditionem vterq. expresse cõsentiat: vnde si alter expresse nõ consentiat, etiam si taceat, erit matrimoniũ purum:vt in c.fi.de cond.appo.& teneret matrimoniũ quamuis conditio esset contra substantiam eius:vt ibi no.Innoc.& Pan.& facit c.aliquando.23.q.2.saltem quo ad ecclesiam. ¶Tertiò,quòd conditio non sit necessario futura:de quo dic vt supra. Aut ꝙ nõ sit turpis, vel impossibilis, quia habetur pro non adiecta: excepta ea quæ est contra substantiã aut bona matrimonij.¶Quartò,quod non interueniat consensus absolutus de præsenti post conditionẽ,& ante eius impletionem.¶Quintò, quòd ante eius euentum non interueniat copula carnalis, quia statim erit matrimonium,si fuerit contractum per verba de pręsenti sub illa conditione:etiam si præcesserat conditionis defectus, modò alter esset ignorans:puta,quis contraxit, si patri placeret,& pater contradicit: tamẽ alter ignorabat hoc, & consentit in copulam: vt not.dom.Anton. in c.p tuas.de cõd.app.adducens in simili no. in c.ex parte decani.de rescr.& similiter Hostiens.ibidem, quod tamen verum intellige quo ad præsumptionem fori contentiosi: & esse in conscientia, si ambo matrimonialiter intendebãt copulari: aliàs non: vt infra Matrimonium 4.§.6. ¶ Sextò, quòd sit propriè conditio,non modus,de quo infra §.se. ¶ Septimò, quòd conditio non sit de præsenti:

ſenti: quia non eſſet propriè conditio: vt in l.inſtitutio talis.ff. de condit. inſtitu. licet vitiet ſi non fuit; vt dicit ibi gloſ.ſed debet eſſe de futuro.

12 DVODECIMO †quæritur, quæ differentia ſit inter contrahere ſub conditione, vel modo, aut cauſa, vel demonſtratione? Et dico horum differentiam in cõtractibus poſſe haberi plenè ſupra, Conditio, ferè per totum & horum exemplum breuiter eſt, vt vendo tibi fundũ iſtum, ſi hoc vel illud feceris, quo ad conditionem: aut vendo tibi, vt hoc vel illud facias, quo ad modum, alioquin reuocetur: aut vendo, quia hoc eſt, vel fuit, quoad cauſam; aut vendo tibi fundum quem emi à Titio, quo ad demonſtrationem. Et quidem contractus ſi fiat ſub conditione, non tenet non extãte, cõditione, vt de matrimonio dictum eſt: ſi vero fiat ſub modo, ſtatim tenet: ſed modo non ſeruato poterit reuocari. Dicit ergo Veru. quod licet matrimonium, vel ſponſalia ſub conditione contrahi poſſint, non tamen ſub modo: ita ſcilicet quod illo non ſeruato diſſoluatur: quia ſi rite fiat, non diſſoluuntur, ſecundũ Pet. vero de Pal. in 4. idem de modo ſicut de cõditione dicendum eſt, & ſecundum eandem diſtinctionem, excepto, vt infr. Nam ſi eſt contra ius matrimonij, & apponitur in ipſo contractu, vitiat contractum, vt accipio te, vt procures venena ſterilitatis, ſecus ſi apponatur ſtatim poſt contractum. Si vero ſit impoſſibilis habetur pro non adiecto, & purè tenet cõtractus, vt accipio te, vt miſſam celebres, vel cœlum digito tangas. Si vero ſit neceſſarius, habetur pro impleto, vt accipio te, vt moriaris. Si vero ſit inhoneſtus, ſimiliter habetur ꝑ non adiecto, & matrimoniũ tenet, vt accipio te vt fureris. Si vero ſit poſſibilis, & honeſtus non ſuſpendit obligationem vt conditio, quia de natura modi eſt, vt poſterius impleatur, tamen tenetur implere celebrato matrimonio, ſ. is cui imponitur, niſi ſit appoſitus ſolum eius fauore, vt accipio te cum decem libris, vt habeas vnde emas tibi fundum, quia nõ tenetur talis ante, vel poſt emere. ff. de condit. l. Titio. Cum vero in contractu matrimonij ſit appoſitio cauſæ, ſiue vera ſit, ſiue falſa, ſecundũ eũdem Pet. habetur pro non adiecta, & purè intelligitur contrahi matrimonium, & ſimiliter ſponſalia, vt accipio, vel accipiam, quia pater tuus deſponſauit te mihi, vel me tibi, etiam ſi hoc non ſit verum, eſt matrimonium, vel ſpõſalia, etiam ſi cauſa ponatur in futurum, vt, accipio quia dabis decem pro dote, niſi eſſet neceſſaria, ſiue contineret impedimẽtum: puta, contraho te cum, quia eſt libera, quia ſi eſſet ſerua, non valeret ſimiliter contraho tecum, quia eſt Ioan. filius Titij, & huiuſmodi, quia ſi eſſet error conditionis, vel perſonæ, vitiaret matrimonium. Et idem eſt, quando in tali cõtractu ponitur demonſtratio, quia ſiue ſit honeſta, ſiue inhoneſta, ſiue contraria matrimonio, ſiue non: ſiue de præſenti, ſiue de futuro, per ſe nunquam impedit matrimonium, vel ſuſpendit, ſed habetur pro non adiecta: vt accipio, vel accipiam filiam tuam, quæ procurauit venena ſterilitatis, vel quæ eſt ſterilis, aut quam audiui eſſe diuitem, & huiuſmodi, quia falſa demonſtratio non vitiat legatum. ff. de cond. & demon. l. falſa. nec conſequenter matrimonium, niſi interueniret error conditionis, aut ſubſtantiæ, vt, accipio filiam tuã, quæ eſt libera, quia ſi eſt ancilla, & hoc ignorabat, non valet matrimonium. Et idem ſi demõſtratio feratur ad ſubſtantiam, quia error ſubſtantiæ & conditionis impedit, non autem error qualitatis. Vtrum autem matrimonium contractum ſub hac conditione aut duret ſolũ vſque ad tempus, ſit verum matrimonium, vide tit. ſeq. §. 5.

RVRSVS de Matrimonio quarto, quomodo contrahatur quantum ad intentionem abſolutè, vel conditionaliter.

1 *Matrimonium an ſit inter eos qui verbis contrahũt, & animo diſſentiunt, & num. 8.*
2 *Coniugi qualiter conſulatur, cum alter affirmat ſe nunquam conſenſiſſe & nu. 9. & 10.*
3 *Matrimonium ob cauſam inhoneſtam an vitietur? & num ſeq. vſque ad num. 7.*
11 *Matrimonium an impediatur ob proteſtationum præcedentem.*

MATRIMONIVM quarto, conſiderari poteſt quomodo contrahatur abſolutè, vel conditionaliter quantum ad intentionem ſiue animum.

1 PRIMO †vero quæritur, vtrum ſit matrimonium inter eos, qui contrahentis verbis animo diſſentiebant? Et dicit Verue. ꝙ ſiue vterque ſiue alter aĩo diſſentiat, non eſt matrimonium. Si tñ de verbis cõſtiterit, eccleſia coget eos ſimul eſſe, cum de intentione cõſtare non poſſit. Vnde nec credetur dicenti ſe non intendiſſe cõtrahere, alias quilibet ſic poſſet dicere, & ſeparararetur matrimoniũ, quia, vt dicitur. extra, de proba. per tuas nimis indignum

eſt

est iuxta legitimas sanctiones, vt quod quisq; sua voce lucidè protestatus est: in eum casum proprio valeat testimonio infirmare. Si tñ signis euidentibus appareat de simulatione, ecclesia non iudicabit matrimonium esse, &c. consequenter is qui consenserat, poterit denuò contrahere. Hoc autem Sum. Rosel. dicit posse intelligi quando vterque, vel alter statim post contractum reclamaret se non consensisse: secus si post tempus notabile, etiam si iuraret se nunquam consensisse, secundum Rich. in 4. dist. 29. Sed melius dicendum vr̃, ꝙ totum iudicis arbitrio relinquatur: quia etiã si quis statim reclamaret, possent esse coniecturæ in oppositum, vt quia nouiter potest melius cum alia contrahere, vel huiusmodi.

2 SECVNDO † quęritur, quid consulendum sit alteri coniugum cũ reliquus affirmat se nunquam consensisse? Et dicit Rich. in 4. dist. 27. consulendum esse illi ꝙ hoc non credat; quia nec credere illi tenetur. d. cap. per tuas. Si verò illi temerariè credit, durante ista credulitate non licet ei carnaliter cum illo misceri: nec ad petitionem propriam; quia credit, qđ non sit coniux nec ad petitionem alterius: quia ille sibi in hoc præiudicat, quandiu affirmat se coniugem non esse. Si autem postea affirmet se esse mentitum, & debitum petat, si reliquus permanet ĩ pristina credulitate; ꝑplexus est quandiu durat illa credulitas; quia ea durante non credit alterum suum coniugem esse, & si redderet debitum, contra conscientiam faceret: si autem non redderet, etiã peccaret, quia quamuis alter coniux in dicendo se non esse coniugem præiudicasset sibi quo ad potestatem exigendi debitum, quandiu hoc non reuocabat, tamen quando reuocat, credo, quòd expiret illud præiudicium: quia reuocatio concordat verbis, quibus in contractu expressit suum consensum. Intellige verò totum hoc procedere de credulitate, temeraria, quia si prius illi probabiliter credidisset, non teneretur statim ad eius testimonium credere oppositum, &c. reddere debitum, sed posset expectare, quòd euacuarentur indicia credendi, quæ prius habuit, & alia inducerentur.

3 TERTIO † quæritur, vtrum contrahere ex intentione alicuius finis ad matrimonium se habentis non per se, vt proles, fides, sacramẽtum, viatico fornicationis, & huiusmodi, sed per accidens, vt pulchritudo, diuitiæ, & huiusmodi, vitiet matrimonium. Et dicit S. Bonau. in 4. dist. 30. quòd si quis moueatur ex aliqua huiusmodi causa, sicut ex causa principali, esset minus honesta, & contra sacramento vtilitatem, non tamen contra eius veritatem: nisi ita esset finis, ꝙ non quæreret quis nisi libidinem, aut diuitias, non vxorem, quia sic esset contra sacramenti veritatem. Et ita cum ista limitatione, vel distinctione tenet Sum. Ang. Sed quia est impossibile, quòd quis quęrat solam libidinem, vbi ad eam per matrimoniũ vult attingere: sed necessario quærit matrimonium medium propter illam vt finem. ideo melius Sum. Ros. cum S. Thom. & Pet. & Rayn. dicit, ꝙ hoc non vitiat contractum, sed tenet matrimonium, quia sufficit, quòd contrahere intendunt, & consentiunt per verba de præsenti. 32. q. 2. solet. Deute. 21. Si videris mulierem pulchram.

4 QVARTO † quęritur, vtrum mortaliter peccet contrahens principaliter propter dictas causas? Et dicit Pet. de Palud. quòd contrahẽs propter finem matrimonij per se, sed secũdarium secundariò, scilicet propter vitationem fornicationis, nõ peccat: quia nulla est deordinatio. Si verò contrahit principaliter propter secundarium, est veniale, quia scilicet deordinatio, & hoc quando est talis qui secundum communem speciem potest generare: alias non. Vnde licet finis matrimonij primus, & per se sit intentio generandi: tamen quãdo principale factũ est impossibile, sicut in sene vel sterili, licet de secundario fine, qui est vitatio fornicationis, facere principalem: alias senes sine peccato contrahere nõ possent: aliæ aũt contrahendi causæ, vt reformatio pacis, acquisitio amicitiæ, aut diuitiarũ, pulchritudo, & huiusmodi: etsi secũdario possint intendi cum veniali, & sine, &c. si etiam si in se sint honestæ, vt reformatio pacis, non tamen in matrimonio, si primò & per se intendant: cum ad hoc matrimonium non sit principaliter ordinatum. Sicut etiã peccat qui baptizatur, vel cognoscit vxorem gratia sanitatis, non esset mortale si hoc principaliter intẽderet: sicut nec diuitias, aut pulchritudinẽ principaliter intendere; alias non contracturus matrimonium, cum homo nolit talia, nisi modo licito: sicut etiam non est mortale cognoscere vxorem propter delectationem infra limites matrimonij. Quidam dicũt, quòd cum matrimonium sit verum sacramentum, non potest in eo principaliter intendi finis extraneus & per accidens omnino institutioni matrimonij: sicut si quis principaliter baptizaretur propter sanitatẽ, vel quæstum. Sed hæc

opi-

opinio est multum dura, quia multos inuo-
luit & videtur esse contra illud 3.Reg.vbi Da
uid in vxoré duxit Abisac.non spe prolis, aut
timore fornicationis, cum eam non cogno-
uerit: sed solum vt cum calefaceret, nec pec
cauit. hæc ex illo. ¶ Circa ista autem Summ.
Ang.deficit in duobus: primo quia dicit Pet.
de Pal.tenere, ꝙ sic mortale contrahere pro-
pter voluptatem principaliter, quod falsum
patet ex dictis & dicendis statim. Secũdo, q̃a
dicit, quod securius est sic tenere: cum tñ hoc
sit falsum & durum, & inducens desperatio-
nem multis. Vnde intendit ipse Pet. ꝙ contra
here ꝑꝑ huiusmodi fines per accidens & ge-
neraliter vti aliquo sacramento principaliter
ad finem, ad quem non est institutum: puta,
baptismo, aut matrimonio ad sanitatem, est
veniale, qñ quis ideo hoc facit, quia ad illum
finem pertingit per medium in se licitum, id-
est, sacramentum, licet male huic fini, vel affe
ctui applicatum: est vero mortale quando q̃s
de iustitia medij non curat, paratus quocun-
que modo talem finem assequi. Et idem sentit
S.Tho.in 4.distin.3.dicens, ꝙ sine peccato, vel
cum veniali potuit Iacob contrahere cum Ra
chele propter faciei pulchritudinem secũda
rio: si autem principalis causa esset libido pul
chritudinis, nõ excusaretur a mortale, si esset
effrænata libido. hæc ille, qui per libidinẽ ef-
frænatam intendit eam, quæ non sistit intra li
mites matrimonij: sed in ea constituitur fi-
nis, vt bene exponit Archid. Et prædicta in-
tellige & limita quando talis effectus, ad quẽ
quis vtitur, competit naturaliter sacramento
vt sanitas in matrimonio, vel miraculose, vt
sanitas in baptismo, & cum hoc ipse vsus de
se non est cum irreuerentia, sed si qua irreue-
rentia interuenit, est ex fine, vel intentione
veritatis. Addit autem idem Petrus dicẽs, Da
to, ꝙ contrahere propter voluptatem princi
paliter, esset mortale non tamen cognoscere
propter voluptatem esset mortale, dũmodo
non esset idem cum alia facturus: quia non
est ita damnabilis abusus rei communis, idest
non sacræ, puta, vxoris ad coitum propter vo
luptatem, sicut rei sacræ, puta, matrimonij ad
finem indebitum sicut si biberet ex volupta-
te cum scypho cõi nõ est nisi veniale, non se
quitur quin peccet mortaliter, qui calicem sa
crum ex voluptate defert bibiturus ad taber-
nam. hæc ex illo qui in suis verbis vltimis de
cepit Sum.Ange. vt imponeret illi prædictum
falsum, non intelligens ꝙ iste vsus calicis ex
se est cum irreuerentia eius etã cessante om-
ni mala intentione seu voluptate potandi. Et
infert dictus Petr. esse ex dictis argumentum,
ꝙ si iudex pœna pecuniaria punit malefacto
res qui tamen alias esset puniturus, licet quæ-
ret pecuniam nihil cogitans actu de iustitia,
dum tamen non sit facturus iniuste, non est
nisi veniale. hęc ex illo. Ex quibus patet, ꝙ est
veniale quando quis quærit huiusmodi fines
per accidens, alias non facturus si deesset iu-
stitia medij, per quod acquirit.

5 QVINTO † quæritur, vtrum intentio per-
uersa circa substãtiam matrimonij: puta, si q̃s
contrahat cum intentione aliquando se sepa-
randi, seu cum consensu ad tempus, vitiet ma
trimonium. Et dicit Pet. quod sic, nec est matri
monium, de cond. ap. c. fi. quia inseparabilitas
est essentialitas matrimonij, vnde requiritur
consensus ad inseparabilitatem. Hoc tamen
intellige & limita secundum mentem Innoc.
do.Ant. & Pano. si talis conditio deducatur in
pactum expressum ab vtroque coniuge. Se-
cus si talis conditio sit retenta in corde, aut
etiam expressa per vnum, reliquo contradi-
cente aut tacente, hoc enim singulariter vo-
luit Inno. vt refert Pa. in d.c.fi. vbi distinguit.
Nam si vterque coniugum cõsensit conditio
ni appositæ contra substantiam matrimonij,
tunc matrimonium non tenet. Si autẽ contra
dixit aliter tenet matrimonium si processum
fuit ad consummationem eius. Et idem dicit
fauore matrimonij, si alter tacuit, & sic tacẽs
habebitur pro contradicente. ar. 32. quæst. 2.
aliquando. vbi no. secundum Panor. dictum
Inno. quia vr̃ per hoc, quod in alijs contracti
bus tacens videtur consentire cõtractui secũ
dum protestationem alterius, licet onerosam
& odiosam. Et idem ibi tenuit Host. & simili-
ter idem do.An. Et ratio, quia propter ea pro
testatio huiusmodi, vel conditio vitiat actũ,
quia partes agendo detrahere substantiam
actus, non videntur consentire in actũ: quod
cessat quando vnus solus agit detrahere, &
alius tacet, siue non exprimit, quia tunc de-
scendendo postea ad actum qui perficitur mu
tuo consensu, & copulam consummando in
matrimonio, ex quo vtraque pars turpitudini
non consentit contra substantiam actus, vide
tur recessum a conditione, vel protestatione.
Et hoc communiter approbatur, vide etiam
§.seq. in fi. ¶ Sed nota primo, quod ista non so
lum sunt vera quo ad forũ contentiosum, sed
etiam in foro animæ secundum mentem præ
dictorum, & etiam S.Tho. qui in distin.31.q.
1.artic.3. loquens de bonis matrimonij, quæ
secun-

ſecundum eum ſunt de ratione matrimonij, dicit, ꝙ non eſſet verum matrimoniũ, ſi quid contrarium eis exprimeretur in cõſenſu faciente matrimonium, & etiam eſt de mẽte legis in d.c.ſi.vt ibi patet.¶ Not.ſecundo, ꝙ conſummatio matrimonij, de qua loquitur Inno. ſecundum do.Ant. intelligitur copula, tamen vt patet ex rõne allegata, poſſumus intelligere per conſummationem perfectionẽ matrimonij primam, quæ conſiſtit in prolatione verborum de præſenti ab vltimo pręferente.

6 Sexto † quæritur, vtrum intentio peruerſa circa bona matrimonij, puta, intentio non ſeruandi fidem, aut non exigendi debitum, vel prolem euitandi, vitiet contractũ matrimonij? Et dicit Summ. Angel. ex opin. Rich. in 4.diſt.31.ꝙ ad hoc, ꝙ conſenſus faciat matrimonium, oportet ibi eſſe tria bona matrimonij, ſiue cõtrahentes in ea cõſentire ſaltẽ implicite & in habitu: primo in vinculi inſeparabilitatẽ quo ad bonum ſacramẽti: ſecundo in bonum fidei quantum ad eius eſſentiale, quod eſt non negare debitum, niſi Deo abſoluente ab hoc, licet hoc ſit ſolum quo ad bene eſſe quantum ad accidentale ſeu acceſſorium bonum fidei, quod eſt nõ exhibere alteri quam ſuo coniugi vſum corporis ſui: tertio in bonum prolis quantum ad eius eſſentiale, quod eſt eam ſuſcipere conditionaliter ſi Deus eam dederit; vel non procurare ne eueniat: licet quantum ad eius accidentale, ſcilicet, abſolute eam velle & educare nõ ſit neceſſaria. Hæc illa in quibus dicit duo præcipue contra S.Tho. qui in 31. diſt.4. vult, quod ad bonum fidei vtrunque pertineat debitum non negare coniungi, nec alteri commiſceri licet primum principalius, & ad bonum prolis non ſolum, ſuſceptionem, ſed etiam educationem eius. Ex quibus etiam infert multa in quibus Sup.& Ro. diſſentiunt. Primum, Nam dicit non eſſe matrimonium ſi quis contrahat cum intentione ſeparabilitatis, quo ad vinculum quod Ro. negat, niſi hoc deducatur in pactum ab vtroq; vt dictum eſt. §.priore.¶ Secundum. Nam dicit non eſſe matrimonium, ſi quis contrahat cum intentione negãdi debitum petenti ſine reuelatione diuina: quia eſt contra bonum fidei Ro. autem ſimiliter Sup. diceret hoc eſſe verum ſolum ſi iſta conditio deducatur in pactum, quod patet: quia cum ad bonum fidei dicat pertinere, ne cum alio commiſceatur. dicit, ꝙ ſecundũ Veruec. tenet matrimonium contractum cũ propoſito non ſeruandi fidem, ſed adulterandi; dummodo hoc non deducatur in pactum. Si vero deducatur in pactum, quod liceat adulterari vel proſtituatur vxor, non tenet matrimoniũ. de condit. app. c. fin. ¶ Tertium. Nam dicit non eſſe matrimonium ſi quis contrahat cum intentione nõ ſuſcipiendi prolẽ, ſi Deus eam daret: aut non educandi, aut procurandi, venena ſterilitatis ne proles cõciperetur, naſceretur, vel educaretur: Ro. autem, & Supp. poſt Pet. dicunt, quod firma intẽtio eui tandi prolẽ excludit matrimoniũ: maximè ſi deducatur in pactum, ſed intentio non educandi non excludit. Et concordat Hugo.& gl. Rayn.& Summ. Conf. Ego autem dico, quod ſecundum S. Thom. omnis conditio, quæ eſt non ſolum contra ſubſtantiam, ſed etiam contra bona matrimonij ſupra expoſita, illud vitiat, ſi deducatur in pactum, quia dicta bona ſunt de ratione matrimonij, ſecundum eum. Si vero non deducatur in pactum, ſic, quod exprimatur ab vtroque contrahentium, etiã ſi teneatur in mente, non vitiat matrimonium, vt patet ex dictis §.priore, & communi doctrina Canoniſtarum, & Theologorum. Ratio etiam horum eſſe poteſt, quia cauſa matrimonij proxima & immediata eſt conſenſus ſignis ſenſibilibus expreſſus. Vnde nec ſigna ſine conſenſu, nec conſenſus ſine ſignis operatur, & ideo quæcunq; conditio non annectitur dictis ſignis, nihil facit vel operatur, ſicut communiter dicitur, quod conditio in mente retenta nihil operatur, vnde ſtat matrimonium: modo ſit intentio contrahendi expreſſa. vide autem §.priore, quaſi ad fi. aliam rationem.

7 Septimo † quæritur, vtrum intentio non exigendi debitum vitiet matrimonium? Et dicit Pan. in c. commiſſum, extra eodem, vt imponit illi Sum. Roſel. quod non, modo non deducatur in pactum. Sed ego dico, quod non vitiat, etiam ſi deducatur in pactum: quia nõ exigere non eſt cõtra bonum fidei, nec derogat proli quæ generari poterit, ſi reddat altero petente. Dico etiam, ꝙ male adducitur Pan. quia non loquitur de intentione non exigendi debitum, ſed non conſummandi matrimonium, in quo includitur intentio negandi debitum quæ matrimoniũ vitiat ſi exprimatur. Vnde Veruec. reſpondens ad iſtam quæſtionẽ inter illas intentiones diſtinguit dicens, ꝙ ſi ſit intentio non exigendi contrahitur matrimonium; ſicut inter beatam Virginem & Ioſeph: imò etiam ſi ſit intentio negandi, modò non deducatur in pactum.

Octa-

8 Octavo † quæritur, vtrum sit matrimonium si quis contraxit per verba de futuro, vel etiam de præsenti, non habens intentionem contrahendi, & sequuta est copula? Et dico secundum S.Thom.in 4. distinct.28.& in quol.5.q.8.& Rich. ꝙ præsumi debet pro matrimonio in foro,s.contentioso extra eo.tua. & ita in dicto foro iudicaretur:sed in foro cõscientiæ, si ille non proposuit illam ducere, nec vnquam assensit in eam, non debet ex illo facto matrimonium iudicari, quando ex altera parte dolus affuit, & defuit omnino consensus, sine quo nequeunt cætera fœdus efficere coniugale.d.capitul.tua. Et ille ex parte cuius non fuit dolus, excusatur a peccato. Si autem alius interim cum alia contraxerit, tenet matrimonium, secundum Docto. communiter, & probat S. Thom. in dicto quolib. qui licet loquatur in casu spõsalium, de futuro:tamen sua ratio probat, etiam si fuerant de præsenti: quia in primo matrimonio cessat consensus, qui est causa, & consequenter cessat effectus, & in secundo ponitur causa, idest consensus verbo expressus: ergo & effectus. Tenetur tamen deceptor antequam contrahat cũ secunda, eam ducere in vxorem, si est sibi æqualis, vel maior secundum.S.Tho. vel etiam est quasi æqualis, secundum alios, quia modicum est, quasi nihil, secundo Phy. & postquam secundo nupserit, si illa ex hoc patitur notabile damnum in honore, vel huiusmodi, tenetur ei necessario satisfacere, & secundum S. Thom. prouidere de nuptijs.i. de dote, nisi fuerit multo melioris conditionis, vel aliud euidens signum fraudis apparuerit, sic ꝙ potest probabiliter præsumi eam non fuisse deceptam, sed deceptam finxisse, quia tunc non tenetur ad prædicta, secũdum aliquos, vt S.Tho.in 4.dist.28. recitat, & videtur tenere. Si tamen mulier probare posset contractum de præsenti, vel futuro, & copulam sequentẽ, cogetur vir illam ducere, nec admitteretur probatio in contrarium, vt no. in ca. is qui. de spõ. nisi vt inf.§.9. & si cum alia contraxisset, cogeretur ad primam redire, licet ipse si non habuit consensum in primam, & illum habuit in secundam, etiam ad præceptum ecclesiæ redire non deberet ad primam, sed potius humiliter etiã excommunicationem pati, & cũ secunda taliter habitare, quod inde scandalum non generetur. Et licet quidam dicant, secundum non esse matrimonium: quia ecclesia talem inhabilitat ad contrahendum cum quacunque alia a prima, in dicto capit. is qui. tamen tu dic, vt supra, quia est communis opinio, vt no. ibi Pan. nec ecclesia talem inhabilitauit ad contrahendum cum alia, licet forte hodie bene faceret illum inhabilitando, quia prædicta ex indiscretione multorũ venerunt ad aures virorum, & non puellarum in paucis, & sic multæ illaqueantur.

9 Nono † quæritur, quid consulendum sit istis mulierculis, q̃ exiguitate cerebri, & carnis voluptate, tam crebro illaqueantur a contrahentibus cum eis clandestine verbo, sed non animo? Et præter id, quod dictum est supra.§.2. dico tria esse remedia. ¶ Primum. Si enim vir reuocauit, & patefecit, quod nõ cõsensit, & inde ad secunda vota transiuit, tunc esset tolerabile, si & ipsa similiter ad secunda vota transiret. ¶ Secundum. Nam si inter eos erat magna disproportio, viro existente multo melioris conditionis, quam sit mulier, ita quod non est verisimile, ꝙ ille istã accepisset in vxorem, vt dicit Rich. si aliquod aliud euidens signum fraudis appareat, per quod potest probabiliter præsumi, quod sponsa non fuerit decepta, sed se decipi finxerit: tunc si vir cum alia contraxit, etiam mulier poterit cum alio contrahere: viro autem non contrahente, nõ est tutum, q̃d ipsa cõtrahat: quia videmus sæpe multos diuites, & nobiles ꝑ ꝑ pulchritudinẽ contraxisse cum vilibus: etiam si inter eos esset disproportio magna. ¶ Tertium. Dato, quòd iste statim non disenserit, nec inter eos sit distãtia magna: tamen si post interuallum tẽporis hoc iurat, & ex suæ vitæ qualitate potest sic præsumi: puta, quia omni anno confitetur, & communicat, & cum viris bonæ vitæ conuersatur, tunc eo transeunte ad secunda vota posset, & ipsa transire. Et similiter si in aliquo trium prædictorum casuum transiret ille ad religionem, & ea profiteretur. Isti autem tres casus sub ista regula militat, quod mulier transire potest ad secunda vota viro asserente se in eam non cõsensisse, quando est probabile, & verisimile, quòd verum dicat, arbitrio prudentum, si ipse de facto ad secunda vota transiuit, vel si eam omnino accipere recusat, aliàs tenetur viuere castè. Et si de facto siue tali probabilitate contraxit: quantum in se est, tenetur viuere castè: licèt præiudicare non possit coniugi maximè ignoranti, vnde non potest exigere, sed reddere tenetur, nisi probabiliter crederet, quòd in rei veritate prior coniunx consenserit, licet modo neget, quia tunc nec exigere nec reddere posset. ar. eorũ

quæ no.in cap.inquiſitioni,de ſen. excomm.

10 DECIMO†poſito,ꝙ iſte qui cum aliqua con
traxit animo extorquendi copulam, & non
conſentiendi: audiat a confeſſore, quòd fuit
verum matrimonium, propter copulam, &
quòd cum alia contrahere non poteſt, & ſic
credens dicto confeſſori habitat cum ea, & il
lam cognoſcit tanquam coniugem: quæritur
an propter hoc ſit matrimonium? Et dico, ꝙ
non quo ad Deum: quia ex quo nullum vincu
lum præceſſerat, talis copula non facit matri
monium quo ad Deum, vt no.in cap.is qui, de
ſpon.vbi dicunt Doct.quòd ſi ſponſalibus ſo-
lutis copula ſequatur, nõ inducitur matrimo
nium, ex quo ſponſalium vinculum ſolutum
eſt. Idem dicunt vbi interuenerit promiſſio
de contrahendis ſponſalibus in futurũ. Pro
quo facit l.fi.de cond.ob cauſam. Item error
iuris non inducit conſenſum matrimonialem:
quia nihil tam contrarium conſenſui eſt, quã
error.l.ſi per errorem.ff de iuriſ.om.iud Et fa
cit quòd no.Bar.in l.multum.ff.de cond. & de
mon.vbi dicit non valere proceſſum ſi iudex
errat in fundamento iuriſdictionis, licet in ve
ritate haberet iuriſdictionem, & probatur in
c.ſciſcitatus.de reſcriptis, iuncto c.prudentiã.
de off.deleg.vbi ſi iudices delegati cum clau-
ſula, ſi non omnes, procedunt ſine alio, igno-
rantes impedimentum, & credentes poſſe ſi-
ne eo procedere, nõ valet proceſſus, licet ha-
beant iuriſdictionem; quia erant in fundamẽ
to iuriſdictionis. Similiter enim iſte errauit in
fundamento matrimonij, cum conſenſus ſit
eius fundamentum, & de ſubſtantia eius: vt in
cap.tuæ.de ſponſa. Et ſi iſte informatus a pe-
ritis, quòd ibi ſit matrimonium, de nouo con
ſenſit, quia putauit ſe ligatum, aliàs non con-
ſenſurus ſe crediſſet ibi non eſſe matrimo-
nium, & ſic faciens de neceſſitate virtutem:
adhuc non eſt matrimonium quo ad Deum.
pro quo facit quòd no. Doct.in c.1.de re.lib.
6.vbi not.ꝙ ſi quis ante annos pubertatis fa-
cit votum religionis, nõ obligatur ad tale vo
tũ maior factus, niſi illud ratificauerit, quod
ſi faceret credens ſe obligatum, aliàs non ra
tificaturus, non tenetur ad illud. Vnde ſi talis
aliam accepit, dimittere non poteſt in foro
animæ, aut religionem exire, ſi quam profeſ-
ſus eſt, & ſtatur eius confeſſioni in hoc vlti-
mo: vt no.gl.in d.c.is qui, & ibi per Doct. in c.
ſignificaſti.de hom. & idem conſuluit do.Alex-
an.de Neuo, in facto.

11 VNDECIMO, † poſito ꝙ quis coram pluri-
bus proteſtetur, quòd quicquid facit nõ facit
animo contrahendi, poſtea verbo contraxit,
& carnaliter cognouit: quæritur vtrũ iudica-
bitur ibi matrimonium? Et dicit Verue. ꝙ ſic:
quia recurrendum eſt ad communem intelli
gentiam verborum, ꝙ contra eum, qui dolũ
adhibuit, interpretatio facienda eſt, & quia li
cet ſic proteſtetur: potuit tñ mutaſſe volunta
tem. Et concordat Hoſt. & Summ.Conf.quot
tñ limita, qñ quis doloſe eſt proteſtatur: ſecus
ſi ob iuſtam cãm, puta vitandum ſcandalum:
& copula non eſt ſequuta; quia tunc non eſt
matrimonium ꝑꝑ defectum conſenſus: nec
iſte ad aliquid tenetur, vt no.in Sum.Conf.eo.
tit.q.17. Dicit tamen Veru.ꝙ ſi quis animo de
cipiendi contrahens non vtitur forma cõſue
ta verborum, ſed mutato ſuo nomine dicit,
Ioan.vel Petrus deſponſat te: ſicut contingit
in caſu c.tua nos.de ſpon. tunc contra huiuſ-
modi matrimoniũ præſumptum propter co-
pulam carnalem ſubſequutam admitti poteſt
probatio in contrarium ad probandam frau
dem, qua probata pronunciabitur nullũ fuiſ-
ſe matrimonium, & poterit ad ſecunda vota
tranſire. Nec negatur in illo c.quin de fraude
iſta conſtare poſſit, ſed dicitur tantum, quali-
ter tibi conſtiterit non videmus, & non, qua
liter conſtare poterit. Si autem eſſet vſus ver
bis conſuetis, non admitteretur probatio in
contrariũ dictæ pſumptionis: vt in d.c. is qui.

RVRSVS de Matrimonio V. a quo, & per
quem contrahi poſſit.

1 *Matrimonium quis contrahere poſſit. & nu.2.*
3 *Malitia quando ſuppleat ætatem.*
4 *Pubertati proximus quando quis dicatur.*
5 *Matrimonium an valeat vltima die anni decimi quarti, vel duodecimi.*
6 *Matrimonium contrahentes ante legitimam ætatem, an peccent.*
7 *Matrimonium an valide contrahat qui eſt inhabilis ad coitum.*
8 *Matrimonium contractum ante pubertatem, an validetur poſtea per oſcula.*
9 *Matrimonium an contrahatur per procuratorem et qualiter. nu 14.*
10 *Matrimonium an contrahatur per procuratorem ſi quis antea pæniteat, & nu.11.*
12 *Matrimonium qualiter contrahatur per literas, & nuntios, & nu.13.*

MATRIMONIVM quintò, conſiderari põ
teſt quantum ad perſonas, a quibus, &
per quas contrahi poteſt.

1 PRIMO † ergo quæritur, quis possit matrimonium contrahere? Et dico, quod quilibet qui est debitæ ætatis, sanus ingenio, & lege non prohibitus: quia edictum de matrimonio est prohibitorium, secundum Ray. ita. s. ꝙ omnis qui non prohibetur, cõtrahere potest de spon. cum apud. Aetas autẽ legitima, secundum Doc. est annorũ 14. completorũ in puero & 12. in fœmina, extra de spon. impub. ca. impuberes & cap. continebatur. Vnde si ante contrahunt matrimonium, nõ erit matrimonium, sed sponsalia, iuris interpretatione, de spon. impub. cap. vnico. libr. 6. nisi essent pubertati proximi, & malitie suppleret ætatem. extra, de despon. impu. c. de illis. el 2. & concor. S. Thom. & Petr. Sanitas vero ingenij requiritur, vt quis possit consentire, vnde furiosus nisi habeat lucida interualla, contrahere non potest, sicut nec consentire, & idem est de ebrio. Quis autem impediatur lege contrahere patebit inf. cum de impedimentis agẽt.

2 SECVNDO, † cum ca. de illis in his qui non sunt debitæ ætatis requirat, quod sunt proximi pubertati, vel malitia suppleat ætatem, quæritur vtrum necessario vtrunq; horum requiratur? Et dicit Pan. in d. ca. de illis. quod si incipitur a primo, id est, proximitate pubertatis, necessario requiritur secundum, quia proximitates ætatis sola non sufficit contrahendum matrimonium, sed etiam requiritur secundum, id est, malitia, quæ quo ad hoc exponitur, id est, uigor naturalis seu potentia coeundi, vt colligitur ex dicto tex. ibi, potuerint coniungi. Non enim sufficeret malitia in rebus agendis, vt in capit. puberes. de despon. impub. Secundum autem bene sufficiat sine primo, dummodo sint doli capaces: ita ꝙ potuerint discernere vires matrimonij, sicut de illo puero nouem annorum, qui reddidit nutricem suam prægnantem, vt dicit gl. 20. q. 1. in Summ. Albe. in 4. dicit se vidisse puellam in nono anno concepisse, & peperisse in 10. imo secundum Io. de Deo, si minor ann. 7. fuit cognita a maiore quatuordecim erit matrimonium: quod tamẽ est verum solum si erat multum discreta, & doli capax: aliter non, secundum Pã. in d. c. continebatur, quia non habet consensum aptum ad contrahendum.

3 TERTIO † quæritur, quomodo deprælhendatur potentia ista coeundi, quę habet supplere defectum ętatis? Et dicunt quidam requiri, quod vere inter eos copula intercesserit. qđ etiam sequitur Host. sed Goffred. Inn. Abb. & Io. And. tenent oppositum dicentes satis esse, quod potuerint coniungi, quia si masculus minor annis 14. alias mulieres cognouit, aut fœmina, minor annis 12. ab alijs fuit cognita; nemo negauit matrimonium consistere inter istos, ex quo apparet, eos potentes ad copulam. Et pro hac sententia argu. c. vnico, de despon. impu. lib. 6. Si autem clare hoc non constat, sed tantum per signa: puta, si ex aspectu corporis, vel alijs signis extrinsecis fœmina, aut masculus videtur aptus ad copulam: sentit Inn. hæc signa, sufficere, quod placet Pano. ar. c. attestatione. de desp. impu. vbi nixus ad copulam cum consensu adhibito prope ætatem legitimam sufficit matrimonium. Ad prædicta vide Nico. de Ly. Exo. 21. vbi dicit secundum Rabbi. Salo. quod ortus pilorum, & menstruorum sunt signa pubertatis; imo secundũ medicos, menstrua sola arguunt pubertatem in muliere: quę si incipit habere est apta ad generationem, & si non habet, generare non posset, & consequenter tunc malitia ætatem non suppleret. Puer vero dr̃ aptus ad contrahendum, si potest seminare.

4 QVARTO † quæritur, qualiter debet intelligi, quod quis sit proximus pubertati? Et dicit gloss. in d. cap. continebatur, quod quando distat menses, quod Panor. dicit facere ad statuta, vt dicatur aliquis proximus alicui ætati, cum ab illa distat per sex menses, aut minus. Et bene facit l. non tantum, ff. de excusa. tut. quæ probat: quod distant per sex menses, dicitur esse prope illam ætatem: & idem Inn. ac Host. Pan. autem dicit, quod hoc communiter non tenetur, vt est glo. i. §. furiosus. Instit. de inutil. stip & in §. in summa. Institut. de obli. quæ ex delic. nasc. quæ dicunt, quod masculus dicitur proximus pubertati, cum est decem annorum cum dimidio: fœmina vero cum est in nono cum dimidio. Et est ratio, quia post pueritiam, quæ contingit in septimo anno, restant septem anni vsque ad pubertatem in masculo: vnde ex quo temporis huius medietatẽ excedit, videtur ꝓximior pubertati. quam infantiæ, & idẽ dic in fœmina.

5 QVINTO † quæritur, vtrum valeat matrimonium vltima die anni 14. vel 12. contractũ? Et dicit Pan. in d. ca. attestationes. se credere, quod sic, sicut dicimus in testamento. l. qua ętate. ff. de test. & hoc fauore matrimonij.

6 SEXTO † quæritur vtrum peccent mortaliter, aut venialiter ante ætatem legitimam contrahentes? Et dicit glo. in cap. vbi non est. de despon. impub. ꝙ ante ætatem legitimam non debent aliqui cõiungi tam respectu matrimo-

trimonij quam sponsalium.Idem Innocen. & expressius Host.in Sum.dicens causam huiusmodi prohibitionis fuisse bonum publicum, quia ex sponsalibus, quæ tenet oritur publicæ honestatis iustitia, & cum de facili dissoluantur, si per minores contrahantur iam nõ põt sponsa cõtrahere cum spõsis consanguineis,neq; econuerso,vt in c. spõsam de sponsa.Aliam rõnem assignat glo.in d.cap.vbi quare prohibeãtur sponsalia inter istos: quia sæpe mutata volũtate oriuntur discordiæ. & diuertentes consanguineis copulantur.de sponsali.iuuenis.& dicit Pano. in d. c.vbi hunc esse communem intellectum gloss.& Docto.licet ipse intelligat dictum tex.non de coniunctione verbali,sed de carnali.An vero sit mortale. Io.Andr.vr̃ tenere, ꝙ non quia illa decretalis loquitur de honestate,sed Pan. dicit huic obstare illud verbum distincte prohibemus, & Arch.in c.interdixit.32.dist.dicit, ꝙ in omni prohibitione intelligitur p̃ceptio, & ecõuerso, & ideo hoc verbum prohibitiuũ ponitur pro præceptiuo,secundũ Hugo.& Io.de Fan. Et de hoc vide sup.Lex.§.21.Vnde Pet.de Palu.dicit, quod peccant mortaliter si sine iusta causa & licentia episcopi.

7 Septimo † quæritur, vtrum habilis ætate, sed inhabilis coitu possit matrimonium valide contrahere?Et dicit gl. in cap. puberes.de despon.impub.quod non: sed Docto.ibi com muniter tenent contrarium. Panor. refert gl. reprobãdo.quia ex quo ætas est legitima,nec apparet de perpetuo impedimento,matrimonium tenet: alias sequeretur,quod impotens ad coeundum propter infirmitatem, matrimonium contrahere non posset. Vnde iste adolescens debet expectare vsq; ad pubertatem plenam,quæ est 18.annor.quia adueniente si generare non posset, & mulier instaret propter dissolutionem matrimonij, dissolutio fieri posset: quia tunc præsumeretur esse impedimentum perpetuum.& hæc opin.Doctorum videtur æquior.

8 Octavo † quæritur, vtrum matrimonium contractum post annum septimum,&ante pubertatem vtriusque vel alterius,quod scilicet est sponsalia, vel habet vim sponsalium iuris interpretatione,vt in ca. vnico. de despon.in imp. libr.6. efficiatur verum matrimonium,si in pubertate interueniunt oscula,amplexus, & munera? Et dico,quod si iteruenit copula. tex.est clarus in d.c.vnico, ꝙ efficitur matrimonium.s.verum,aut præsumptum: si etiam interuenit consensus expressus per verba siue copula & nixu, est idem: quia hoc solum sufficit, etiam si aliud non præcessisset, vt patet ex dictis supr.Matrimonium primo, & secũdo.Si vero nullum horum interueniat, Doctores varie loquuntur.Nam Ray.dicit,quod si intẽdebant contrahere matrimonium, non sunt ibi sponsalia: quia hoc nõ intendebant: nec matrimonium propter ætatem,& consequenter copula adueniens in pubertate non faciet matrimonium verũ,aut præsumptum. Si vero intendebat contrahere,si non vt age bant,saltem in quantum valere poterat:sic erunt sponsalia.s.non inducent matrimonium, nisi,per copulam,aut consensum euidẽter expressum.Hos.autem variauit attestationes in c.attestationes.de desponsa.impub.Inn.vero inter actus tenet, quod ad hoc sufficiat copula sola,vel nixus, non aliquis alius actus. Archid. aut in d.capitu. vnico post multas opiniones concludere videtur,quod non sit matrimonium,nisi interueniat copula,vel traductio ad domum: quod sequi videtur Ala. Vinc.& Goffre.in ca. literas de desponsa.impub.Pan.uero in c.fin.de despon.tenet,ꝙ sit, si interueniũt oscula,amplexus,iocalia,& huiusmodi.Ego autem omnibus visis, & pensatis, dico, quod vt sic matrimonium,requirit nouus consensus expressus signis: quia aut p̃cesserunt sola sponsalia,aut nihil, vt patet ex dicto Ravn. & vtroque casu requiritur quod dictum est,quia adhuc non est matrimonium quod solo consensu expresso per signa efficitur,vt autem sit matrimonium verum in foro animæ sufficit quodlibet signum per quod consensum mutuum cognoscũt, siue sint verba,siue aliud,vt patet ex dictis supr. Matrimonium 2.§.5.6.& 7.Vt autem sit matrimonium præsumptum in foro causarum requiritur cõsensus expressus signis vniuocis,id est, solitis fieri legitimè,& irrepræhensibiliter solũ cum vxoribus, vel sponsis de præsenti: quia hæc videtur communis opinio Theologorum in 4.distinct.28.& patet arg.l. minorem. ff. de ritu nup.& dicto cap. attestationes; & no. eorum ibidem huiusmodi autem signa sunt, copula, vt dictum est, & nixus ad copulam, quod sufficit ratione publicæ honestatis, & dubij, vt in cap. iuuenis. de sponsa. & cohabitatio mutua seorsum, traductio ad domum: item oscula & amplexus in aliquibus locis, & iocalia sponsalitia, & quæcunque huiusmodi sunt arbitrio boni viri, id est,iudicis loci. Si vero signa talia sunt,quod soleant etiam sponsis de futuro exhiberi, vt in aliquibus

quibus locis oſcula, & amplexus, & huiuſmo-
di, non faciunt matrimonium præſumptum;
quia hoc non probat eſſe, quod ab hoc cōtin
git abeſſe. l. neque natales. C. de prob. de tranſ
la. præla. ca. 2. & ſic concordantur Doct. quam
concordantiam videtur tenere do. Anto. in d.
c. atteſtationes. & d. c. vnicum. quod loquitur
de primis, & non de iſtis vltimis ſignis, dum di
cit conſtiterit euidenter, & gloſſ. quæ dicit, ſi
amplexabantur, non ſimpliciter, ſed addidit,
vt coniuges. Vtrum autem iſte nouus conſen
ſus requiratur ex parte vtriuſque vel alterius
tantum: dico, quod vtriuſque, ſi vterque erat
impubes, vt in c. vnico. de deſpon. impu. lib. 6.
ibi, contrahentes, in plurali. Si vero alter erat
pubes, ſufficit nouus conſenſus impuberis ad-
euntis pubertatem: quia vſque tunc durat cō-
ſenſus puberis, cum interim ab eo nequiuerit
reſilire, ſeu diſſentire, vt in c. de illis. el 1. eod.
tit. Nec obſt. quod ibi ſint ſola ſponſalia, ſcd̃m
gl. in d. c. de illis. quia non ſunt ſponſalia ſim-
pliciter, ſed iuris interpretatione, quę, ſcilicet
ex vna parte ſunt poſſibiliter conſenſus ma-
trimonialis, ſiue matrimoniū inchoatum. Nō
obſtat etiam dictum verbum contrahentes, in
plurali. d. c. vnico. quia, cum præmiſiſſet text.
de pubere, & impubere, & duob. impuberib.
loquitur de contrahentibus impuberibus, q̃a
nominati ſunt plures, non autem de pubere:
quia, ex quo durat conſenſus de ſe legitimus
ad contractum matrimonij. per d. ca. de illis.
non oportet illum iterare. Et hoc tenendum
videtur in fauorem matrimonij, tanquam tu-
tius: licet aliqui aliter ſentiant, volētes, quod
etiam puberem oporteat repetere ſuum con
ſenſum: & ita, vt dixi tenendum, videtur tene
re S. Tho. in ſimili. in 4. diſt. 30. q. 1. art. 3. q. 2. ad
ſecundum, vbi dicit, quod ex conſenſu libero
illius, qui fuit prius conuentus, non fit matri-
monium, niſi inquantum conſenſus præcedēs
in altero adhuc manet in ſuo vigore.

9 NONO † quæritur, vtrum abſentes poſſint p̱
procuratorem contrahere? Et dico, quod ſic,
ſicut Iſaac cum Rebecca. 32. q. 2. §. cum dici-
tur, ſed non eſt idoneus procurator, niſi ſup̱
hoc habeat ſpecialiſſimum mandatum, & ex-
primatur perſona, cum qua debeat matrimo
nium contrahi, vt in l. generali. ff. de ritu nup.
nec poteſt alium ſubſtituere, niſi ſit ei ſpecia-
liter commiſſum, & ſi antequam contraxerit,
fuerit reuocatus, licet ille, vel illa, cū qua con
traxerat, hoc ignorauerit; tamen non tenet
matrimonium poſtea contractum extra, de
procura. c. procurator. lib. 6.

10 DECIMO † quæritur, quid, ſi quis conſentit
in abſentem per verba de præſenti; deinde
mitit procuratorem ad eam, & antequam il-
la ſimiliter cōſentiat, ipſe diſſentit, & illa po
ſtea conſentit, credens illum primo durare
conſenſu? Et dicit Aſtenſ. lib. 8. quod ſi ante-
quam illa conſentiat, reuocatio venit ad pro
curatorem, nihil actum eſt, vt patet. Sed ſi per
uenit: poſtquam iam illa conſenſerat, & de
hoc poteſt fieri eccleſiæ fides, ſ. q̃d ille prius
diſſentit, ſimiliter non tenet matrimonium;
quia nec verè, nec imperatiuè concurrunt
conſenſus, ſed ſi non conſtaret de diſſenſu pri
uato cogeretur vir propter defectum proba
tionis matrimonium conſummare: quia eccle
ſia non iudicat de occultis. Etſi ſecundum hoc
diuerſimode diuerſa iura loquuntur de hoc,
& aliqua loquuntur in primo caſu, aliqua in
ſecundo. Si autem poſtquam miſit procura-
torem, nec conſenſit, nec diſſenſit, tradens
fortè hoc factum obliuioni propter occupa-
tiones, vel aliàs cauſas: videtur ſtandum ſim-
pliciter pro matrimonio, tum eius fauore, de
re iud. ca. duobus. tum quia non habet obicem
contrariæ voluntatis: de baptiſ. maiores in fi.
& idem Rayn.

11 VNDECIMO † quæritur, quid, ſi eum, qui cō-
ſenſit, pœniteat antequam abſens conſentiat,
reuocatio tamen ad procuratorem, vel abſen
tem non peruenit cum quo contraxit, an ſci-
licet tenebit factum procuratoris? Et dicit
Aſt. vbi ſup. quod non, intellige coram Deo,
& eccleſia, ſi conſtet de diſſenſu: quia ibi defi-
cit conſenſus, ſine quo matrimonium non te-
net. 27. qō. 2. ſufficiat. Argumentum autem in
contrarium eſt de procuratoribus. cap. in præ
ſentia. Sed hoc eſſe credimus ſpeciale in matri
monio, ſcilicet quod non teneat, etiam ſi reuo
catio ad procuratorem non peruenit: modo
conſtet de diſſenſu contrahentis, vt dicit Inn.
in cap. iuuenis. de ſpon. & habetur ext. de pro
cur. cap. fin. lib. 6.

12 DVODECIMO † quæritur vtrum, & quomo-
do poſſit matrimonium contrahi per literas,
& nuntios? Et dico, quod ſecundum Ray. iun-
cta gl. ſua contrahi poteſt per literas, aut nun
tium: ſed, ſi ille, vel illa, cui mittuntur, nulli
exprimat conſenſum ſuum, credit ſine præiu
dicio, quod quantumcunque conſentiat, non
ſit matrimonium, ſed tunc demum erit, quan-
do notificauit, ſignificando illi, qui miſit lite-
ras, vel etiam alij. Ratio autem eſt, quia ad ma
trimonium conſenſus non ſufficit, niſi fuerit
expreſſus facit cap. cum apud. arg. 32. q 2. ho-

norantur. Et idem Rodensis. & Asten.& ipsi nuntio procuratorio notificaret, nō esset dubium, quod valet: quia vt dicit Asten. idem est ac si notificaret mittenti: si autem notificet ipsi mittenti, vel etiam alij, volunt prædicti, quod valeat.

13 DECIMO TERTIO † quæritur, vtrum teneat reuocatio, si dominus nuntij, vel procuratoris iurauit non reuocare? Et dicit Direct. lib. 1. quod sic, licet sit periurus.

14 DECIMO QVARTO † quæritur, quis sit modus contrahendi matrimonium, vel sponsalia per procuratorem? Et dicit Ioan. And. in cap. procurator. de proc. lib. 6. quod si cōtrahātur sponsalia, dicendum est sic. Promitto tibi de mandato talis domini mei, & nomine eiusdē, quod ipse te ducet in vxorem, & hoc in animam suam iuro, & versa vice puella respondebit; promitto tibi nomine domini tui recipienti, & sibi per te, quod ego ducam ipsum in virum, nisi steterit per ipsum, & hoc iuro. In matrimonio vero de præsenti dicetur sic, Talis dominus meus mandat tibi, quod ipse per me, siue mediante me, & tibi nuntiam te, accipit te, & consentit in te tanquam in vxorem suam, & econtrario respondet puella, Et ego te mediante, dominum tuum recipio in meum virum, cum ipse, te mediante, me in suam recipiat, & in eum consentio tanquam in dominum, & maritum.

RVRSVS de Matrimonio VI. quantum ad eius impedimenta in genere.

MATRIMONIVM rursus sexto considerari potest quantum ad impedimenta impedientia illud, siue impediant, & non dirimant, siue faciant vtrunque, & quantum ad vtraque seorsum, & communiter, siue in genere, vt modo facimus.

1 PRIMO † ergo quæritur, quid circa impedimenta scripserit S. Thom. Et dico, quod vt colligitur ex 4. Senten. & 4. contra Gentiles, summariè, & conclusiuè scripsit sic. ¶ Impedimēta dirimentia matrimonium contractū sunt. 16. vt inf. ꝙ tamen intelligitur si illud præcedat: quia matrimonium rite contractum per nullum impedimentum sequens potest dirimi. Quicquid autem impedit matrimonium in vno coniugum, impedit in alio: quia claudicare non potest. ¶ Vis tollit matrimonium, & similiter metus, si cadat in constantem virū, & non aliter. ¶ Quælibet perpetua impotentia coeundi dirimit matrimonium contractū, non autem temporalis, sed non potest impedimentum esse perpetuum in viro, respectu vnius personæ, & non alterius, sed accidentale, vt abominatio mulieris. ¶ Quælibet frigiditas impedit matrimonium, si ignoratur, non autem si sciatur, & ad frigiditatem reducitur calor perpetuo impediens coitum, & quilibet alius defectus naturalis: quia frigiditas magis, & sæpius impedit. ¶ Ecclesia dat triēnium ad experiendum efficaciter si impedimentum impotentiæ sit perpetuum. Senes sunt calidi sufficienter ad coitum, non ad generationem: ideo permittitur eis matrimonium, vt est in remedium, non autem vt est in officium. ¶ Frigiditas in muliere non impedit matrimoniū, sed arctitudo: cuius est iudicium idem sicut de frigiditate in viro: similiter nec sterilitas: quia non caret fine matrimonij, vt est in remedium sed solum, vt est in officium. ¶ Statur iuramento viri asserentis, se cognouisse vxorem, nisi ipsa probet oppositum per aspectū sui corporis. ¶ Lepra, nec matrimonium impedit, nec actum eius primum; nec dirimit illud, sed dat aliqua grauamina quo ad actus seruandos. ¶ Error personæ, vel conditionis impedit matrimonium iure naturali: & dirimit contractum non autem error nobilitatis, vel dignitatis: nisi inquantum redundat in errorem personæ. Furia, & defectus ætatis reducuntur ad impedimentum erroris, & primum, id est, furia, si præcedit matrimonium, impedit illud, & dirimit, nisi habeatur lucidum interuallum quando contrahitur: reliqua vero, id est delectus ætatis, siue ante pubertatem, de qua titulo priore, §. primo, similiter impedit, & dirimit. Possent tamen pueri citius se obligare matrimonio, quam religioni, & alijs contractibus: quia ad illud natura inclinat, & minus rationis requiritur. ¶ Seruitus ignorata impedit, & dirimit matrimonium cum persona libera: non autem cum alia persona serua, siue sit ignorata, siue scita: similiter nec libertas, siue sit ignorata, siue scita. ¶ Seruus potest contrahere matrimonium, & vouere continentiam, ne sciente, aut etiam contradicente domino, &, si volente domino contrahit, debet prætermittere dominum propter cōiugem, sed econuerso si nolit. ¶ Infidelitas si præcedit, impedit matrimonium cum fideli, & dirimit:

mit: ſed ſi fidelis contrahat cum infideli hære
tica baptizata, matrimonium tenet cum fide-
li autem non baptizato.i. catechumeno, non
tenet. ¶Tenet autem matrimonium infideliũ
in gradibus prohibitis ab eccleſia tantum, nõ
autem in prohibitis a Deo: quia ſubduntur ſta
tutis Dei, non autem eccleſiæ. ¶Et ſi baptize-
tur infidelis habens plures vx ores, debet ſta-
re cum prima tantum, etiamſi ſit repudiata, ſi
eſt conuerſa. ¶Si aũt recedat fidelis a coniuge
infideli nitente contra fidem, contrahere po-
teſt cum alia: non autem ſi cohabitare velit ſi
ne iniuria. Poteſt etiã ingredi religionem, vel
ſumere ordines, nec reſtituetur infideli, ſi po-
ſtea conuertatur, modo prius moueatur.

2 SECVNDO † quæritur, quæ, & quot ſunt impe
dimenta matrimonij? Et dico ſecundum S.Th.
diſt.33.q.1.art.1. quod quædam impedimenta
impediunt matrimonium contrahendum, ſed
non dirimunt contractum, inquãtum ſcilicet
faciunt vt contrahi non poſſit ſine peccato: ſi
tñ contrahat de facto, tenet ſicut interdictũ
eccleſiæ, & tempus feriatum: vnde verſus: Ec
cleſiæ vetitum, necnon tempus feriatum, Im-
pediunt fieri, permittunt iuncta teneri. Quæ-
dam vero impediunt, & dirimunt; quia.ſ. ſi de
facto contrahat cũ peccato, vel ſine, non te-
net: q̃ in his verſib. continẽtur: error, cõditio,
votũ, cognatio, crimen, cultus, diſparitas, ius,
ordo, ligamen, honeſtas, Si ſis affinis, ſi fortè
coire nequibis, Hæc ſocianda vetant connu-
bia, facta retractant. hæc ex illo. Et ſic Thomi
ſtæ attribuunt illi, ꝙ prima impedimẽta ſunt
duo, quod verum eſt de impedimẽtis, quæ di-
rectè impediunt, & ad alia impedimenta non
reducuntur: aliter ſunt multo plura: quia im-
pedit & non dirimit, etiam vinculum ſponſa-
lium, ſed indirectè inquantum ratione datæ fi
dei ad iſta quis prohibetur contrahere cum
alia: & quædam crimina, ſed reducũtur ad im
pedimentum criminis, & catechiſmus, ſed re-
ducitur ad cognationem ſpiritualem, & votũ
ſimplex, ſed reducitur ad impedimentum vo
ti. Conſuetudo vero etiam aliquãdo impedit
ſolum, aliquando etiam dirimit, vt ſup. Matri-
monium 2.§.3. ſed reducitur ſemper ad aliqđ
prædictorum, vt ibi patet: vbi etiam patet de
ſtatutis ciuitatũ.ibi.§.4. Et ſimiliter attribuũt
ei, ꝙ ſecunda ſunt ſexdecim, quod verum eſt,
cognatione diuiſa in tria, vt inf. & crimine sũ
pto, pro vno impedimento, quamuis ſint plu-
ra, & errore diuiſo in duo. Sed intellige, vt di-
ctum eſt, quod ſecunda dirimunt, ſi præueniãt
matrimonium, non quia dirimunt verum ma
trimonium, vt idem dicit, ſed quia dirimunt il
lud, quod cõtractum eſt de facto, & non de iu
re. Si vero ſequantur, non dirimunt, niſi votũ
religionis cum effectu, qñ.ſ. quis contracto, &
non conſummato matrimonio religionem in
greditur, vt in c.verum.de conuer.coniu. & c.
ex publico, & c.ex parte.el 2. Et intellige pro
fitendo ſm Tho. in 4.diſt.21. ideſt quouſque ſit
religioni ſaltem tacita profeſſione obligatus,
intra quod tempus beneficiũ ingredientis nõ
eſt alteri conferẽdũ ſine eius aſſenſu. de regu
la, beneficium.lib.6. ꝙ Suppl. intelligit de reli
gione etiam in genere, ſed male, quia in gene
re nõ poteſt obligari profeſſione, ſed ſolo vo-
to ſimplici, ꝙ non dirimit. Et, ſi obijciatur de
eo, q̧ voluit abſolutè vitã mutare, dico, ꝙ hoc
non eſt profiteri proprie, niſi aliquis, ſuſcipiat
iſtam profeſſionem, & tunc eſt tali religioni
obligatus, ſed eſt vouere aut profiteri impro
priè.i. quantum in ſe eſt: & de hoc inf. Religio
5.§.8. Ante profeſſionẽ ẽt, ſaltem tacitam, nõ
dirimitur ẽt ſecundum Pet. Quidam etiam di
cere voluerunt, ꝙ dirimitur per ſacri ordinis
ſuſceptionem. Sed contrarium declaratum eſt
hodie per extrauag. Ioan.22. quæ incipit, anti
quæ. vt dicit glo. in c. ꝙ votum. de vo. re. lib.6.
per c.ex parte.el 2. de conuer. coniug.

3 TERTIO † quæritur, quid agendum quando
Doctores diſcordant circa aliquod impedimẽ
tum matrimonij? Et dicit Hoſt. quod tolerabi
lius eſt aliquos contra ſtatuta hominum copu
latos dimittere ſimul, quam ſic coniunctos cõ
tra Dei ſtatuta ſeparare. extra de teſtib. ca. li-
cet ex quadam, & ꝙ vbicunque dicunt ſolui
matrimonium, ſi non adducunt ius expreſſũ,
dicenti contrarium adhæreas. arg. d.c. licet in
fin. Pro quo facit, quod no. Pan. in ca. ſi vir. de
cogn. ſpi. dictum Hoſt. eſſe verum: ſed limitat
illud, niſi opinio cõis haberet quaſi text. ꝓ ſe,
in alijs autem, vbi Doctores in aliquo articulo
ſunt varij, ſequenda eſt opinio humanior, i. ra
tionabilior, & æquior, & ſi vtraq; opinio eſt
rõnabilis, ſequendum eſt iudicium plurimo-
rum, ſecundum Hoſt. & Bern. Ad quod bonus
tex. in ſimili 19.diſt.1. canonis. Idem ferè dicit
in c.fi. de ſent. & re iud. & dicit confirmari di-
ctum præfatum Hoſt. per d.c.fi. Sed limitat, ni
ſi opinio illius Doctoris ſit euidẽter falſa, vel
probabilib. rationibus cõuincibilis. Limita ẽt
tertio quando illud matrimonium poteſt ha-
bere ſuum effectum: alias non eſſet iudicandũ
pro eo ad dictum vnius contra cõem opinio-
nem, vt inf. Matrimonium 8. impedimẽo 13.
ſed impotentia coeundi. in fi.

4 QVARTO † quæritur, quid, ſi eccleſia præcipiat alicui coniugum cohabitare cum altero & ille, cui præcipitur, ſciat inter ſe impedimẽtum? Et dicit Hug. ꝙ hoc caſu obedire debet quantum ad cohabitationem, & neceſſariorũ exhibitionem, quãtum vero ad redditionem debiti, non tenetur. Nam obedire debet quantum poteſt ſine peccato: vt in c. inquiſitioni. de ſent. excom.

5 QVINTO † quæritur, vtrum Papa diſpenſare poſſit in omnibus prædictis impedimentis? Et dico tria. ¶Primum. In impedimentis, quæ remouent conſenſum, ſine quo non eſt matrimonium, cuiuſmodi ſunt impedimentum erroris, perſonæ, & metus: Papa diſpenſare non poteſt: quia etiam non poteſt ſupplere cõſenſum. ¶Secundum. In illis ſimiliter impedimentis quæ ſunt diuini, aut naturalis iuris, cuiuſmodi eſt conſanguinitatis, & affinitatis, vſq; ad ſecundum gradum in linea inæquali; non põt diſpenſare generaliter ea tollendo: vtrũ aũt hoc poſſit in particulari caſu ex cauſa, ſicut teuuit Io. And. & refert ac ſequitur Pan. in cap. literas, de reſt. ſpol. vide inf. Papa. §. 17. & vult. & per Canoniſtas in d. c. literas. & in c. ꝑ venerabilem. qui fil. ſint leg. & in c. propoſuit de conceſ. præb. vbi varie loquũtur. Similiter ẽt quantum ad impedimentum ligaminis, inq̃tum eſt de iure diuino. vide inf. Papa. §. 16. In illis uero impedimentis quæ ſunt ex ſtatuto eccleſiæ, cuiuſmodi eſt impedimentũ interdicti eccleſiæ, feriarum, & condõnis ſeruilis, ſm Rich. & Pet. de Pal. & uoti caſtitatis: niſi ſolennizetur profeſſione. de quo inf. Votum 4. §. 5. & cognationes ſpiritualis ac legalis, & criminis, & diſparitatis cultus, & ordinis, & publicæ honeſtatis, & conſanguiuitatis, ac affinitatis, quantum ad aliquos gradus, puta, in 4. & 3. imo ſecundum Arch. poſt Pet. de Pal. quandoque in ſecundo, puta, collateralium æqualiter, cuiuſmodi ſunt filii duorum fratrum, & cõſuetudinis, Papa diſpẽſare poteſt, & ſi poſt matrimonium, quod nullum fuit propter aliquod impedimentum Papa diſpenſet, non ratificatur propter hoc matrimonium quo ad Deum, etiam ſi interueniſſet copula, ſecũdũ Arch. ſed opus eſt nouo cõſenſu: qui ſi copulã ſequatur, ſufficit etiam ſine verbis, ut uidetur dicere Rich. in 4. diſt. 40. in quodam ſimili. ¶Tertium, de impotentia coeundi dicit Sum. Ang. ꝙ eſt ex eccleſiæ ſtatuto, quia poſſe generare non eſt de ſubſtantia matrimonii: alioquin ſenes contrahere non poſſent. Sed oppoſitum eſt de mente S. Tho. in 4. diſt. 34. q. 1. ar. 2. qui dicit, ꝙ poſſe coire eſt de eſſentia matrimonij, in quo dat̃ poteſtas ĩ corpus vtriuſque quantum ad copulam carnalem, &, ꝙ ſenes, licet nequeant generare, poſſunt tamen coire, & ſic matrimonium cõpetit eis, vt eſt in remedium. & ita tenet Arch. licet aliter recitet teneri à Pet. de Pal.

6 SEXTO † quæritur, vtrum, ep̃s poſſit ſimiliter diſpenſare in aliquo prædictorum impedimentum? Et dico, ꝙ ſic, in interdicto eccleſiæ ſpeciali facto a ſuo inferiori, & in impedimento criminis impedientis ſolum, & non dirimentis: de quo inf. Matrimonium 7. impedimento 6. nõ autem in interdicto facto a ſuperiori, ſuo, neque in gradibus cõſanguinitatis, vel affinitatis, neque in criminibus dirimentibus, de quib. inf. Matrimonium 8. impedimẽto 9. aut in alijs quibuſcunque impedimentis matrimonij, ne contrahatur, diſpenſare non poteſt, niſi in caſibus, de quibus ſupra, Diſpenſatio. §. 9. dictum eſt, epiſcopum poſſe diſpẽſare contra canonem, vel concilium.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum, & quomodo ante matrimonium inquirendum ſit de prędictis? Et dico multa. ¶Primum. Ante matrimonium debent in eccleſijs banna publicè per presbyteros proponi: vt intra competẽtẽ terminum qui ſcit impedimentum proponat: & ſi apparuerit probabilis coniectura cõtra copulam futuram, ĩterdicat̃ expreſsè, donec cõſtet quid fieri debeat: aliter ſi contraherent ſine bãnis, aut poſt prohibitionem, & extiterit impedimẽtum, puta, gradus prohibiti, tunc filij dicentur illegitimi, & non excuſabuntur ꝑ ignorantiam parentum, necnõ ſacerdos, qui tales coniunctiones inhibere contempſerit, vel regularis, qui intereſſe præſumpſerit, per triennium ab officio ſuſpendatur, qui verò falſum impedimẽtum malitioſè obiecerit canonicam non effugiet vlcionem. extra, de cland. deſpon. cum inhibitio. ¶ Secundum. Huiuſmodi autem ſolennizatio regulariter cadit ſub præcepto, ſic, quòd ſecundum Archi. poſt Pet. de Palud. vbi ſeruatur, mortale eſſet illam omittere, quod limita, ſecundum eundem Pet. niſi tales eſſent iuris ignari, ſecundũ Aſten. de mẽte Rodent. ſi fiat ſine cauſa, quia ex cauſa dimitti poſſent huiuſmodi banna, & conſuetæ ſolennitates, ſecundum Hugon. puta, quia fortè vir eſt ſenex, & erubeſcit contrahere cum tanta ſolennitate, aut accepit ignobilem cum ipſe ſit nobilis, aut econtrario, & timet eius parentes, uel fortè, quia diu manſerunt, ſicut vir & vxor, & modò erubeſcunt

beſcunt

bescunt adhibere solemnitatem. de hoc supra Matrimonium 2.§.17.par.3. Credit autem, ꝙ in talibus ex causa per episcopum, & nō per inferiorem prælatum, dispensari possit. ¶Tertium. Laici autem præstantes suam præsentiā matrimonijs clandestinis, comprehenduntur secundum Doct. ex mente literæ, licet non ex verbis, & sic est eis pœnitentia imponenda, sicut & clericis. ¶Quartum. Licet autem dicatur in ecclesijs: tamen ſm Pan. vbi sup. si antiqui eorum, qui volunt contrahere, moram traxerunt in certa parochia: satis est in ea edicta proponi. Si vero in diuersis, proponi dēnt in diuersis, vel in locis publicis: puta, in prædicationibus. Secundum Abb. autem quidam episcopi non admittūt forenses ad matrimonium sine literis testimonialibus: quod est optimum: quia aliquando alicubi vxorati alibi accipiunt vxores. ¶Quintum. Dicit autem Panor. in d. ca. cum inhibitio, quod eius dispositio secundum Doct. ex mente literæ habet locum in sponsalibus de futuro: quia in multis casibus transeunt in matrimonium ipso facto, vt in ca. is qui. de spons. & facit l. oratio. ff. de sponsal. vbi dicitur, quod prohibito matrimonio, prohibita videntur esse etiam sponsalia. ¶Sextum. Ex quo elice, quod contrahentes sponsalia clandestinè, peccant, & iudex loci potest illa interdicere. Vbi tamen est cōsuetudo, quod ista bona non fiunt, sed solum contrahuntur sponsalia, solemniter, & publicè multum ante matrimonium, & interim manifestari possit, an subsit impedimentum, dicit Arch. post Pet. de Palu. quod omissio bannorum ratione contrariæ consuetudinis non est peccatum. ¶Septimum. Non peccant etiā mortaliter, secundum Astens. de mente Rod. Reges, & Principes, & milites sine bannis contrahentes, vbi non est consuetum eorum matrimonia banniri: nec quod dicitur in d. c. inhibitio extenditur ad matrimonia nobiliū, qui in ecclesia banniri non consueuerunt: nec secundum Host. ad eum, qui vxorem vocat a remotis, & publicè nuntios mittit: quia sic in faciem ecclesiæ contrahere dicuntur.

8 OCTAVO † quæritur, quid sit de illo, qui audiuit perpetuum impedimentum esse inter se, & vxorem suam? Et dico, secundum Veru. qđ, si audiuit a fide digno etiam iurato, aut compatre suo, aut a publica fama, vel proprio sacerdote, non ita credere tenetur, quod nō credendo peccet mortaliter: tenetur tamen inquirere, cum non debeat esse negligens suæ salutis: alias esset ignorantia affectata, quę nō excusat. Et si de dicto alicuius probabiliter dubitat, debitum tenetur reddere, sed exigere nō debet. Si vero inuenerit, ita esse pro cōstanti, nec exigere nec reddere debet. facit, de sent. excom. inquisitioni. Si vero inquirendo nihil inuenit, vel audit, hoc non a fide dignis; sic debet conscientiam deponere.

9 NONO † quæritur, vtrum peccet sacerdos, vel alius sciens impedimentum iudicādo hoc alteri coniugum, vel ambobus, vel alter alteri? Et dicit Verue. quod si probari non potest, dicendo agit indiscretè, nisi credat, quod audiens paratus sit in hac parte peritorum consilio obedire. Si vero probari potest, & sciat hoc sacerdos parochialis, vel alter coniugum, tenetur solemniter diuortium agere, nisi de consensu velint cohabitare, vt germani. De hoc sup. Confessio 3.§.12.

10 DECIMO † quæritur, quas pœnas incurrat contrahens cum prædictis impedimentis? Et dico, quod aliquando peccat mortaliter, & est excommunicatus, vt in impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, vel ordinis, aut voti solemnis, vt sup. dictum est. Excommunicatio 9.§.40. Aliquando vero peccat mortaliter solum; vt in impedimento interdicti, & feriarum, & in omni impedimento dirimente, nisi sit impedimentum erroris; in quo tamen mortaliter peccat; qui alium fallit sciēter, aut impedimentum metus, in quo est mortale cogere ad contrahendum.

RVRSVS de Matrimonio vij. quantum ad impedimenta, quæ impediunt tantum, & non dirimunt.

Impedimenta, quæ impediunt, & non dirimunt, sunt septem.

1 *Interdictum qualiter impedit matrimonium.*
2 *Feria qualiter impediunt matrimonium.*
3 *Sponsalia qualiter impediunt matrimonium cum alia.*
4 *Catechismus impedit contrahi matrimonium.*
5 *Votum qualiter impediat matrimonium.*
6 *Crimen qualiter impediat matrimonium.*

MATRIMONIVM rursus vij. considerari potest quantum ad impedimenta, quæ solum impediunt, & nequaquam dirimūt, ita ꝙ, si de facto contrahatur, peccatur quidem etiam mortaliter, sed tamen matrimonium tenet, quæ in genere sunt septem, vt patet ex dictis tit. priore. §.2. s. interdictum, feriæ, sponsalia, catechismus, votum simplex, consuetudo: de qua Mřimonium 2.§.3. & crimen. Sed crimen non dirimēs, sed impediens diuiditur in sex, q̄ sunt incestus, vxoricidium, raptus alie-

næ ſponſæ, ſuſceptio proprij filij per dolum de fonte, interfectio presbyteri, & pœnitentia ſolemnis.

1 PRIMO † ergo quæritur, quid iuris circa impedimentum interdicti? Et dico multa. ¶ Primum. Dupliciter matrimonium eſt contra interdictum, ſecundum Pet. de Pal. Primo, quia eſt cõtra ſtatutum iuris: ſiue quia prohibetur tali tpe fieri, vt dicetur. §. ſeq. ſiue quia prohibetur fieri tali modo, vt de clãdeſtino dictum eſt ſup. tit. priore. §. 7. & ſup. Matrimonium 2. §. 17. Secundo, quia eſt contra interdictum, i. contra præceptum hominis miniſtri iuris, & eccleſiæ, pp aliquam legitimam cauſam prohibentis contractum. ¶ Secundum. Dicit autẽ Sum. Ang. ꝙ tale interdictum facere non poteſt, niſi is, qui poteſt de cauſa matrimoniali cognoſcere: ſicut eps, vel alius ordinarius, & qui habeat peritiam, canonum. de cõſanguin. & affinit. c. 1. Sed quia in d. c. dicitur ſic: Cauſæ matrimonij ſunt tractandæ per iudices diſcretos, qui poteſtatem habeant iudicãdi, & ſtatuta canonum non ignorent: ideo dico, quod d. Sum. multipliciter deficit. Primo, quia putat idem eſſe pertractare cauſam matrimonij, & illud interdicere: cum tamen parochialis ſacerdos poſſit ſecundum, & non primum. & ſecundo, quia innuit, quod delegatus hoc non poſſit: cuius contrarium dicit ibi gl. 3. quia innuit, ꝙ ordinarius non habens peritiam canonum, hoc nõ poſſit: cum tamen tex. intelligat, ꝙ habeat peritiã per ſe, ſi cauſa eſt ei delegata, & hoc innuit gloſ. Si autem eſt ordinarius, ſufficit, ꝙ habeat aſſeſſorem peritũ: alioquin nullus poſſet eſſe eps, niſi canoniſta. Et ideo dicit Pet. de Pal. quod miniſter ad interdicendũ matrimonium eſt ſacerdos parochialis, q poteſt matrimonium diſpenſare, etſi non iudicare: quia ipſe habet inquirere de impedimento, & inhibere. Aut eſt officialis epi non ſacerdos, qui ſolus benedicit nubentes: aut Archidiaconus, vel Abbas habentes hoc ex conſuetudine, vel priuilegio, & habent iudicare, etſi non diſpenſare, ſi non ſunt ſacerdotes. Aut eſt eps, vel eo ſuperior, qui habet iudicare rõne iuriſdictionis, & diſpẽſare ratione ordinis cũ cura. ¶ Tertium. Contrahentes contra iſtud interdictũ eccleſiæ, vel miniſtri, ſm Doc. peccãt mortaliter: niſi fuerit diſpenſatum ab eo qui poteſt: & ſi cauſa, propter quam factum eſt interdictum, eſt perpetua. i. ad nullum tempus reſtricta: puta, ſi prohibetur fieri propter malum quod inde ſequi poteſt, ſm gl. in c. tua. de ſpon. probato impedimento, data ſententia diuortij omnino ſeparabuntur de matri. contra. contra inter. eccl. cap. vlt. Si vero erat temporalis, id eſt, reſtricta ad certum tempus, vt ſi prohibetur propter venerationem diei, vel donec cognoſcatur, tenebit matrimonium, ſed in pœnã debent ad tempus ſeparari. extr. eod. ca. 1. & 2. Et addit Pet. de Pal quod ſi inhibitio facta fuit ab inferiore a Papa, vt ab epiſcopo, vel parochiali: quamuis ſit peccatum, tamen ſi non eſt aliud impedimentum, intellige perpetuum, tenet. & idem ſi a Papa facta eſt ſimpliciter: ſecus ſi prohibuerit decernendo irritum & inane ſi ſecus factũ fuerit, quia eſt nullum, cum per hoc reddat eos inhabiles, ſicut & prohibendo matrimonium per cognationem legalem, ſpiritualem, vel carnalem in gradu non prohibito lege diuina, huiuſmodi reddit inhabiles. ¶ Quartum Sponſalia legitima de futuro non dirimunt matrimonium poſtea contractum per verba de præſenti cum alia contra interdictum eccleſiæ. extr. eodem cap. 2. Quid autem poſſit Papa circa inhabilitationem perſonarum ad matrimonium, vide inf. Papa. §. 17.

2 SECVNDO † quæritur, quid iuris circa impedimentum feriarum? Et dico multa. ¶ Primum. Tempus feriarum in propoſito quantum ad nuptias, ſecundum S. Thom. in 3. diſt. 33. eſt ab Aduentu vſque ad Epiphaniam, propter communionem, quæ ſecundum antiquos canones fieri in Natiuitate communiter ſolet & a Septuageſima vſque ad octauam Paſchæ ppter communionem Paſchalem, & a tribus diebus ante Aſcenſionem vſque ad octauam Pentecoſtes, propter præparationem ad cõmunionem illo tempore ſumendã. Et de primis duobus temporibus habetur 33. q. 4. non oportet & tribus c. ſeq. de vltimo vero extr. de fer. capellanus vbi ẽt Verue. dicit argum. quod contrarium faciens mortaliter peccat. ¶ Secundũ. In prædictis temporibus non includitur octaua Epiphaniæ, cum dicitur, vſque ad Epiphãniam, quia, vt dicit Io. And. licet hoc multorũ locorum approbet conſuetudo, non tamen videtur iure probari, vnde putat, quod poſt primum diem Epiphaniæ contrahantur nuptiæ. Et hoc tenet, ceſſante oppoſita conſuetudine, quia in d. c. non oportet. nihil dicitur de octaua, nec inuenitur iure prohibitum. Et ſi canon hoc voluiſſet, certe expreſſiſſet, ſicut expreſſit de octauis Paſchæ in d. c. nõ oportet & de octauis Pentecoſtes, in d. ca. capellanus. Sed nec S. Th. aut Magiſter ſnĩarũ de hoc aliquid dicunt, & aperta ratio hoc ſuadet, quia

illæ

illæ duæ octauæ sub interdicto includūtur, vt sumpta communione aliquanto t̄pe vacetur diuinis, ꝙ in communione Natalis fit satis, ét remota octaua Epiphaniæ. Opinio tñ Host. & Pet. de Palu. tenentium contrarium seruanda est, vbi hoc habet consuetudo: quia in contrahendo m̄rimonio seruanda est cōsuetudo honesta. de consang. & affi. c. ꝙ dilectio. & l. si de interpretatio. ff. de legibus. ¶Tertium. Similiter in prædictis t̄pibus non includitur illa dominica, quæ est post Pentecosten, quæ est octaua dies a festo Pentecostes: sed in ea possunt nuptiæ celebrari: cum festū Pentecostes non habeat diem octauam, vt in d. c. capellanus. & ita tenet Sup. post Arch. & Pis. & Sum. Conf. Ray. & Pet. de Pal. & est tex. clarus, & apertus in d. c. capellanus. qui licet variè loquatur, mō alludens ad opiniones, quas ibi recitat. modo ad consuetudinem aliquorum tamen in decisione dicit, quod siue secundum Canones a Septuagesima vsque post octauas Paschæ, siue iuxta consuetudinem ecclesiæ Rom. vsq; post septem dies festi Pētecostes, quod caret octauis, nuptiæ suspenduntur in dominica, quæ sequitur, & deinceps possunt licitè celebrari. Sed Sum. Ang. innixa nouæ expositionis Pan. dicit interdici nuptias a primo die Rogationum vsque ad octauam Pentecostes inclusiue: quia dicit tex. in d. c. capellanus. post septē dies post festum Pentecostes. non enim essent septem, nisi dominica includeretur, & facit, quod ibi dicit tres septimanas, quæ nō essent, nisi includeretur. Sed tam iste, quam Pan. malè adducit text. qui non dicit post festum, sed festi Pentecostes, ita quod ipse dies primus est vnus de septem: & ipsæ tres hebdomadæ sunt saltem per synecdochen. Et quia vterque malè ponderauit tex. & consequenter ceciderūt in malam opinionem: ad saluandum literam coguntur dare expositiones extortas, & rediculosas, vt patet intuenti. Summam etiā Rosc. consensit ei ex eodem motiuo. Illud tamē est aduertendum, non esse idem de octaua die Paschæ, in quo nuptiæ celebrari non possunt, secundum omnes. Vnde notanter dicit tex. post octauas Paschæ, & post septem dies festi Pentecostes. Et ratio diuersitatis est, tum quia festum Pentecostes non habet octauam: tum quia in octaua die occurrit festum solemne Trinitatis, in quo tamen non fit communio: vnde in eo conceduntur nuptiæ, quæ in die solemnis fieri consueuerunt. ¶Quartum. Secundum Arch. autem, post Pet. de Palud. ante Septuagesimam vsque Completorium licitè nuptiæ celebrātur: quia licet secundum veram, & nouam legem a vespera ad vesperam festa celebrentur, tamen in Septuagesima officium sibi proprium, quod abdicat cantica lætitiæ, incipit in Completorio, quando primo intermittitur halleluia. Officium vero Áduentus proprium perfectè incipit a Vesperis Sabbati præcedentis. vnde ex tunc contrahere non licet. In alijs autem diebus non solum vesperæ, sed etiam completorium sunt de tempore pr ecedente per se loquendo: licet per accidēs superueniente maiori festo nihil fiat de illo completorio: vel solum memoria in vesperis. Vnde non a primis vesperis Trinitatis licet contrahere: sed a principio noctis, vel media nocte, aut verius a mane in antea. Et licet ita sit de iuris subtilitate: quia tamen consuetudo est optima legum interpres, sequenda est consuetudo terræ, diu a prælatis scita & dissimulata. vnde in multis terris, etiam nocte profunda in vigilia Aduentus, & Septuagesimæ nuptias faciunt: sed si post mediam noctem facerent, esset corruptela; quia media nocte, more Romano dies incipit. ff. de fer. l. more. Vnde, sicut nulla consuetudo excusaret in die, sic nec post mediam noctem: sed certum esset cōtra canones esse. ¶Quintum. Circa ea, quæ his temporibus prohibentur S. Tho in 4. dist. 32. sic dicit, Quando nouæ sponsæ traducuntur, animus coniugum magis ex ipsa nouitate ad curam carnalium occupatur: ideoque in nuptijs consueuerunt multa signa ostendi lætitiæ dissolutæ, propter quod in temporibus illis, in quibus præcipuè debent homines se ad spiritualia eleuare, prohibitum est, nuptias celebrare: quæ sunt tempora prædicta. hæc ex illo. Igitur secundum omnes dictis temporibus prohibetur traductio vxoris, & omnis celebratio nuptiarum: & secundum omnes etiam licitum est contrahere per verba de futuro. Sed de quibusdam est dubium. Primo de contractu per verba de præsenti. Nā Pet. de Palu. dicit hoc non licere: quia talis contractus nō debet fieri clandestine, sed in faciem ecclesię. In faciem autem ecclesiæ non videtur faciendū, sicut nec benedictio nuptialis. Et idē eadē ratione sensit Host. in Sum. dicens, ꝙ his diebus ecclesia suam authoritatem non interponit, licet in d. ca. capellanus. extra, de fer. hoc non affirmet. Ray. autem dicit hoc licere: nisi fiat cum magis solēnitatibus conuiuiorum, & huiusmodi: quia fit solo consensu; prohibetur autem solum traductio vxoris, & omnis celebritas nuptiarum, extra, de matrim. cont. con.

inter.eccle.per totum.33.q.4.non oportet cũ tribus §.seq.Soluit aũt Arc.dicens stãdũ esse consuetudini. Et bene dicit, & consequenter vtraque opinio est vera ex cõsuetudine in diuersis locis, vel temporibus. Soluitur ẽt,& aliter, ꝙ prima opinio est vera, vbi celebritas interuenit, secunda vero, vbi fit sine celebritate per verba de præsenti in faciem ecclesiæ, quo modo potest omni tempore contrahi, vt expresse patet in d.c.capellanus, vbi istam solutionem intendit, vel innuit Pan.vbi patet per multa. Ad rationem aũt Pet.de Pa.dico, quod pót contrahi in faciem ecclesiæ, id est coram testibus absq; benedictione sine peccato, q̃a ipsa benedictio non datur in ipso contractu, sed in traductione, vel ꝑꝑ traductionẽ.¶ Dubitatur secundo de traductione sine solemnitate conuiuij. Nam Sum.Ang. contra Ros.sentit, ꝙ licite fieri possit, quando vir prius habuit aliam vxorem, & vxor, alium virum. Sed oppositum tenuit Sum.Ros. & etiam Pan.vbi supra, & Mo. & Asten. & est de mente S.Tho. etiam cessante conuiuio ex ipsa nouitate traductionis animus circa carnalia & voluptuosa occupatur, vnde in c.nec vxorem.33.q.4.dicitur simpliciter, nec vxorem ducere. & sic non prohibetur ibi solemnitas solum, verum etiam traductio. ¶ Dubitatur tertio de copula carnali consummante matrimonium. Nam Sum.Ang.sentit quod liceat, si sponsi nõ sunt virgines, sed alias contraxerunt, vt patet ex dictis, sed Sum.Ros.tenet, ꝙ cõsummatio matrimonij prima vice sit mortale. & consentit Rich.& Petr.de Pal. & Pan.vbi supra. quod tñ fallit, ſm Petr.de Palud. Primò si vxor esset rite benedicta, quia non esset mortale exigere. secundo post primam consummationem, & licet S.Thom.vbi supra, dicat non esse prohibitum his diebus debitum exigere: tamen loquitur quando iam sponsa est traducta.¶ Sextum. Contrafacientes autem prædictis sunt puniendi, nam cõtrahentes sunt separandi ad tempus. Et intelligitur secundum Pan. donec durant feriæ. & idem gl. in cap. non oportet. 33.q.4.si tamen esset periculum incontinentiæ, secundum Pet.de Pal.imponenda est alia pœnitentia, & in ista dispensandum, sacerdos autem, qui dedit benedictionem huiusmodi temporibus, graui pœna, licet arbitraria, plectendus est.

3 TERTIO † quæritur, quid iuris de impedimento sponsalium? Et dico, ꝙ qui spõsalia de futuro contraxit, nisi ipsa sponsalia aliquo licito modo soluantur, tenetur sub peccato mortali contrahere de præsenti cum eadem vel eodem, si tamen de facto facta fide cõtrahat de præsenti cum alia, vel alio, tenebit secundus contractus. De his inf. Sponsalia.

4 QVARTO † quæritur, quid iuris de catechismo? Et dico, quod ex catechismo contrahitur spiritualis cognatio, vt notatur in quarto Sent.dis.4.& habetur in c.quamuis de cog.spi. lib.6. Sed hæc cognatio impedit quidem matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum extra, eo.c.contracto.30.q.1.c.si quis filiastram, & eo.ti.li.6.in ca.per catechismum. Quomodo autem in catechismo computetur gradus, vide tit. sequenti, vbi agetur de cognatione spirituali. Quid etiam sit catechismus, vide sup.loco suo.

5 QVINTO † quæritur, quid iuris de voto simplici? Et dico multa. ¶ Primum. Votum de seruanda continentia simplex, i.non solemnizatũ professione tacita, vel expressa religionis approbatæ, nec sacri ordinis susceptione impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum distinct.27. per totum.in tex.& in gl.& ſcd̃m S.Th.Ray.& not. Inno.c. rursus.& c.consuluit.& c.insinuante, qui cle. vel vo.nõ obstante opinione Hugo.quã Ber. in d.c.rursus.dicit tutiorem, quia licet vtrumque votum æqualiter obliget quo ad Deum, tamen ecclesia per suam constitutionem noluit inhabilitare ad contrahendum vouentes simpliciter, sed solum vouentes solemniter, vt patet per c.vnicum.de vot.lib.6. & est cõis opinio, tam canonistarum in titu.qui cler. vel vo.q̃ Theologorum in 4.dis.38. Vnde dicit gl. in c.rursus, quod si non esset ecclesiæ constitutio, teneret matrimonium a religioso, vel sacerdote seculari contractum. Sed de hoc infra tit.seq.§.5.determinabitur, & infra Votũ 4.& 5.vtrum ecclesia dispensare possit in voto solemni castitatis. ¶ Secundum. Dicit autẽ Gaspar Cald.in d.c.rursus, quod habens tale votum mortaliter peccat, contrahendo cum intentione cõsummandi, quia agit contra votum suum.27.q.1.in multis, non autem si non habuit animum consummandi, sed intrandi religionem, quia in nullo facit contra votum suum. Et ita sentit Summ.Ang.contra Ros.sed tamen secundum S. Thom.agit implicite contra votum suum, quia implicite consentit in copulam carnalem, dando alteri potestatem sui corporis. Et licet non agatur contra votum, agitur tamen contra iura.distinct.22.si vir & in c.consuluit.& in cap.rursus, qui cler. vel vo.& contra datam fidem deludendo al-

terum

terum,& maxime ſm iſtum,ſecundum quem eo caſu non eſſet matrimonium,cùm adſit intentio denegandi debitum . vnde eluditur ſacramentum, exponēdo etiam ſe periculo inconſtantiæ carnis . Et ideò indiſtinctè dicendum eſt cum Arch.poſt mentem S.Tho. & Richard.ꝙ contrahendo mortaliter peccat,niſi certificetur per Spiritum ſanctum, ꝙ copula nō ſequatur,vt dicit Rich. & donec vxorē cognoſcat, tenetur implere votum ſuū, cū adhuc poſſit, ſ.intrando religionem, ea ēt inuita. Ea verò cognita religionem intrare non poterit ea inuita,& tenetur reddere debitum petendi,etiam interpretatiue,ſcđm S.Tho.& Rich.& petere verò ſibi nō licet, ſed eſt mortale, ſecundum Rich.toties quoties: quia adhuc ſeruare debet votum ſuum,quantū in ipſo eſt,quod ēt S.Th.diceret.¶Tertiū.Qui poſt tale votum ſimplex caſtitatis matrimonium contraxit,ſecundum Sum Angel.ſicut potuit ſine mortali contrahere, puta, cū intentione intrandi religionem : ita ſine mortali poteſt conſummare illud , vt ſi mutet propoſitum , quod poteſt facere ſine peccato,cū illud non ſit voto firmatum, & deinde reddat debitum exactus,quia ad hoc tenetur. Sed Sum Roſel. hanc opinionē confutat per dicta Ric.dicens eā eſſe periculoſā, & bene, & patet ex ratione S.Th.quia talis adhuc tenetur ad votū ſuū implendum,inquantum poteſt,& conſequenter tenetur ad religionem.¶Quartum.Quantum āt ad exactionē debiti, vtrū talis ſine peccato poſſit exigere:duæ ſunt principales opiniones,vna quòd peccet ſolùm exigendo prima vice. vt recitatur in gloſ.in c.ſi quis votū. 27.q.1.quia votum extinguitur per ſequens matrimonium, vt notatur ibi in ca. de viduis. el 2.& ſequitur Hoſt.in d.cap.rurſus,& vt dicit Sum.Ang.& communiter Docto. maxime Card.in d.c.rurſus. dicens eam eſſe veriorem. Alia verò eſt, quòd ſemper peccet mortaliter:quam tenet gloſſ.in c.Agathoſa.27.q 2.& in c.quidam.& in c.placet.de conu.coniu.quā Io.And.Vincen.& communiter Theologi ſequuntur Sum.autem Ang.licet concordet, vt prima ſit vera, quando,ſi numquam peteret, redderet coniugium nimis oneroſum alteri : vnde petit gratia alterius,maxime ſi ſit vir:ſecunda verò , quando petit propter ſuum appetitum : tamen dicit, quòd illa, quæ dicit,ꝙ exigere poſſit,non eſt minus vera, quam alia. Sed Sum. Roſ. licet recitet Direct. dicentem, quod ſi votum ſequitur matrimonium,exigere non poteſt,ſi verò præceſſit, peccat exigēdo prima vice tantum: tamen tandem hac opinionem meritò euertit per ſententiam Richard.in 4.di.38.indiſtinctè tenens,quòd exigere non poteſt, qui ante, vel poſt matrimonium fecit votum caſtitatis , & per rationem S.Th. quia adhuc tenetur ſeruare votum ſuū, quantum ad ea, in quibus non eſt factus impotens ad ſeruandum . Et adducit S.Tho pro ſigno,quia mortua vxore contrahere non poteſt,quod etiam concedit Hug.& Arch. 30. q. 1.de eo.& 27.diſ.ſi vir.& 33.q.2. antiqui:quia votum non erat ablatum, ſed executio voti. Et hanc opinionem tenet Panorm. tranſiens cum dictis gl.& Scot.& Rich. Pet.San.Thom. & cæteri Theologi, & Canoniſtæ.Iura autem allegata per alios concludunt ſolùm , quòd votum ſimplex impedit quidem ſponſalia de futuro,ſed non dirimit matrimonium ſequēs. Diſtinctio verò , quam concordando addncit Sum.Angel.eſt optima, & eſt S. Thom.in 4.diſtinct.38.quæſtio.1.art.3.q.2 in fi. ſed ipſa concludit opinionem noſtram quia taliter petens gratia alterius,dr̄ reddere,& non exigere, vt innuit S.Thom.vbi ſup. & expreſſe tenet gl.in d.c.de viduis.& Auguſ.de Anchona, ſuper Epiſtolis Pauli,dicens, ꝙ vxor tripliciter petit debitum,ſcilicet verbis, ſignis, & naturæ conditione: puta,quia vir ſcit conditione naturæ eius hoc debere petere, & tenetur vir etiam hoc tertio modo petenti reddere debitum,ne ſit oneroſus. ¶ Quintum.Votum ſimplex ſic impedit matrimonium contrahēdum ſecundum Rayn.quòd,ſi talis, qui ſic vouit, poſtea iurauit alicui, ꝙ eam duceret, debet implere votum,& agere pœnitentiam de illicito iuramento.d.ca.rurſus. & idem Hoſt. Quòd,ſi primò iurauit,& poſtea vouit,ſecūdum Hoſt.& Gofr.præualet iuramentū, licet poſſit intrare religionem. de ſpon. cap.commiſſum. Vnde ſi votum eſſet de religione intranda,pręualeret.Nec tenetur prius exequi iuramentum ſecundum Panorm. in d.c.commiſſum.quia in contrahendo matrimonio intelligitur, ſi res in eodem ſtatu permanſerit , vt in c.quemadmodum. de iureiur.quod non eſt hic : quia poſt matrimonium contractum per verba de præſenti licitum eſt intrare religionem ſponſa inuita,in ca.2.& cap. ex publico.& de conuer.coniug.fortius poſt ſponſalia de futuro: quia turpis eijcitur, quā non admittitur hoſpes, vt in cap.quemadmodum. de iureiur. Nec obſtat d.capitu. commiſſum quod vult, talem,ſi vult,intrare religionem, primò contrahere , vt iuramentum ſeruet:

quia

quia ſcđm Pan.hoc eſt de conſilio tm̄:ꝙ ideo datur, ne notetur periurus quo ad opinionē vulgi.¶Pro his aduerte,ꝙ ſcđm d.Ant.in c.veniens.qui cler.vel vo.votū continentiæ, ante ſponſalia de futuro,ea tollit, tanq̄ fortius. & idem ſentit Gaſ.ſed Hoſ.ſentit contrarium in d.c.rurſus dicens,ꝙ ſponſalia nō valent, ſi votum præcedit:ſed ſi ſequitur,compellitur vouens ſolemnizare, aut perficere ſponſalia, & hoc verius: quia cum ſponſæ ſit orta obligatio, in præiudicium eius non potuit vouere. Et hoc ſentit Pan.in d.c.veniens.& Dir.ſed vide inf.Sponſalia.§ 7.¶Sextum.Si ambo cōtrahentes habent votum ſimplex caſtitatis: matrimonium non tenet,ſecundum Io.27.q.1.ſi quis votum.de viduis.el 2.Secūdum alios autem cōiter dr̄ ꝙ tenet:ſed neuter pōt exigere nec reddere:& multo minus pn̄t exigere aut reddere,ſi ambo vouerunt poſt matrimoniū. Et ita tenet Sū.Roſ.ſed deficit,ſcđm aliquos, quia vterque poterit reddere,ſed neuter exigere,vt ſtatim patebit.Sum.aūt Ange.dicit,ꝙ ſecundum Io.matrimonium tenet:ſed re vera deficit: quia Ioan.malè allegatur,qui dicit ꝙ non tenet,vt melius allegat Sum.Roſ.quia neuter poteſt exigere, & in hoc Io. male dicit,& ſe impugnat ſubiungendo caſum, & dicendo. Pone eos voluiſſe ꝙ nunquam exigerent: & ideo ꝙ bene tenet matrimoniū: quia vterque poteſt reddere: quia vterque ſi ſciat alterum indigere, nec poſſe exigere, reliquo debet commiſceri; & vterq; reddere dicetur. Et ita in primò caſu dicendum eſt, ſecundum Summ.Ang.contra Roſ. ſed verior eſt opinio Roſel. vt neuter poſſit reddere ſine diſpenſatione,de qua inf.par.vlt. Et ratio eſt, quia alter ſolus habens votū prædictum.Non poteſt reddere ſine peccato, quia alteri obligat̄ ius petendi, cui perſonæ præiudicare nō potuit. Vnde ſi alter non haberet ius petendi,quia ēt ipſe vouit,iſte non accuſaretur reddendo;q̄a faceret cōtra votum ſuum ſine cā neceſſaria. Et ita eſt in propoſito in vtroq;caſu,ſ.ſiue votum præcedat matrimonium, ſiue ſequat̄; q̄a neuter habet ius exigēdi expreſſe,vel tacitè, nec ex inclinatione naturæ,quia talis inclinatio iſto caſu non eſt exactio debiti, ſed tentatio fragilitatis, ſicut & in ſoluto.Et hæc intellige qn̄ vterque ſcit impedimentum alterius. Si autē non habens votum contraheret ſcienter cum habente,peccat;quia participat cum eo in crimine:tamen matrimonium tenet, & poterit iſte ēt exigere.¶Septimū. Si quis vouit ſe nunquam redditurum debitum, ſi eum vxorem ducere contingat, ſecundum Io.vbi ſup.non obligat tale votum: quia eſt cōtra p̄ceptum Apoſtoli de debito reddendo. 23.qō.4.§.his. ¶Octauū. Si quis vouerit caſtitatem reſpectu alicuius religionis, ſed non oīa ſubſtantialia regulæ; do.Ant.in c.rurſus. qui cle. vel vo.vt refert Pa.ibi. poſt multa concludit ꝙ aut vouit omnia ſubſtātialia religionis, ſed non reſpectu certæ religionis,& tunc votum eſt ſimplex, nec matrimoniū dirimit, aut vouit oīa ſubſtātialia reſpectu certæ religionis, ita quòd efficaciter eſt obligatus religioni,& tunc certum eſt matrimonium non tenere,vt in c.vnico,de voto.lib.6.aut vouit tantum caſtitatem reſpectu certæ religionis,& tunc dicit votum eſſe ſolēnizatum, & ſequens matrimonium non tenere,licet iſte non ſit verè, & ſtricte religioſus, vt qui a ſe ad paupertatem & obedientiam non obligauit,& hoc per dictum caput vnicum. Sed inquantum ad hoc Pa. tenet contrariū,quia illud caput vnicū,ad ſolēnitatem voti requirit ꝙ fiat profeſſio alicui probatæ religioni,& conſequenter ꝙ ꝓfiteatur religionē probatam,ita vt verè ſit religioſus illius religionis.Et ſi obijciat̄ de muliere,de qua in c.ſi.q cler.vel vouen. vide inf. Profeſſio.§.1. ¶Nonum. Si habēs votum ſimplex inquirat, an poſſit contrahere matrimoniū,ſm̄ Hoſt.rn̄dendum eſt, ꝙ non.Et ſi adijciat quærere,vtrū tenebit ſi contraxerit;non dēt quis rn̄dere; quia daret occaſionē peccādi mortaliter, aut mentietur. Ego vero dico, ꝙ nulli eſt illicitum,ſaltem ſub pœna mortalis peccati,docere veritatē, vt dicendo ꝙ tenebit quidē, ſed tn̄ mortaliter peccabit, nec eſt dare occaſionē peccandi,ſed ſumere; alioquin occaſionem darent, qui canones & lecturas exhibent oculis omnium ad legendū: debemus tn̄ tales prudenter deludere,ſecundum Hoſ.quia non ſolum non debemus dare occaſionē peccati, ſed ēt debemus ab eo q̄tū poſſumus, auertere peccare paratos. dicit āt Sum.Ang.quòd ſi votum non ſeruat, ſe nō videre qūo facere volenti maius malū, nō poſſit dici,vt eo dimiſſo faciat minus.13.diſtinc. nerui.cum ſimilib. Sed iſtud eſt verum, vt ibi dicitur, ſi ſine peccato nullus patet aditus; quia eo caſu eſſent eligēda minora: qui caſus non eſt poſſibilis abſolutè: alioquin neceſſario peccaremus, ſed ſolum ex ſuppoſitione alicuius iniquæ volitionis. Et ideo, ſicut non ſunt facienda a nobis mala minora, vt alij euitent maiora:ſic nec conſulenda ſunt. Alioq̄n licitum eſſet nobis complacere in eo, quod

non

non licet facere.¶ Decimum. Idem iudicium quantum ad hoc, & omnia prædicta, est de muliere respectu viri, sicut de viro respectu mulieris, & similiter de iuramento, sicut de voto, si quis iurauit tenere castitatem, contrahere non possit, licet teneat cõtractus. De quo vide 27.q.1.si quis votũ.in gl.¶ Vndecimum. Vtrũ autem dispensare possit eps in voto castitatis, aut nõ nubẽdi. inf. Votũ.4.§.3. & 4. Quantum aũt ad posse exigere eum, qui contraxit post simplex votum castitatis, cõiter tenent moderniores in d.ca.rursus, ꝙ eps possit dispensare ex cã legitima, quod verum est modo, quo dictum est sup. Debitũ. §. 8. Et cau. legitima est periculum animæ, aut ex mora, aut ex impossibilitate oĩno adeundi Romã, alias requiritur authoritas apostolica, vt dicit S.Th.in 3.quolib.qu.6.art.1.Et rõ ex doctrina cuius sumitur, vt sup.dictũ est, quia ista obligatio non exigẽdi, venit ex obligatione voti, vñ ille solus p̃t hãc tollere, qui & illam.

6 SEXTO † quæritur, quid iuris circa impedimentum criminis non dirimentis? Et dico multa. Primum Sicut sup. dictũ est, sex crimina matrimoniũ impediunt, sed nõ dirimunt. Primũ est incestus. ext. de eo qui cog. cõsang. c.1. Scd̃m est vxoricidium. 33.q.2. admonere. c.inferiores, non tñ lego, ꝙ ecõuerso mulier occidens maritum contrahere non possit, nisi fecisset intentione habendi adulterium. Tertium, raptus sponsæ alterius 27.q.2. statutum. Quartum leuatio proprij filij de sacro fonte insidiando matrimonio, vt.s. posset vxorem priuare debito coniugali. 30.q.1. de eo. de quo ti. seq. impedimento 6. Quintum infectio sacerdotis. de pœn. & remiss. qui presbyterum. & ibi Pan. in verbo coniunctus. dicit ſm vnã expositionem hoc non habere locum, nisi prius interfector sit conuictus in foro contẽtioso. Sextum est id, propter quod quis solenniter penitet. 33.q.2. de his. & cap. antiqui. Septimũ est, cũ quis monialẽ scienter accipit in vxorem. 17. qu.1. hi vero. Si istud reducitur ad incestum, vt patet per glos. ibi. Hæc omnia crimina no. gl. in dicto cap. qui presbyterum & 33.qu.2. in c. de pœnitentibus. & S. Thom. & Ray. & Host.¶ Secundũ. Si tamen de incontinentia timeretur, secundum Ray. dẽt eps cõcedere licentiam nubendi. arg 33.q.2. antiqui & c. in adolescẽtia, & extra, de eo, qui cogn. consan. vxo. c. ex literis, imo ſm Veruec. sufficit licentia proprij sacerdotis. imo ſm eundem, de consuetudine non seruatur iste rigor petendi licentiam, & idem Monal. & Roden. Vnde & Ioan. in d.c. adolescentia. tenet, quod iuuenis incestuosus contrahere p̃t sine dispẽsatione, sed non senex. & ita tenet Sum. Ang. Arch. tñ post Pet. de Palud. dicit, ꝙ sine dispensatione expressa non licet inuoluto aliquo p̃dictorum contrahere, vel exigere, nec dicta consuetudo valet, nisi cõstet eps hoc diu sciẽter dissimulase: aliter contrariũ faciẽs peccat mortaliter. Et idem videtur sentire S. Tho. in 4. dist. 34. art. vlt. & ita tene cũ Sum. Ros. contra Ang. q̃a aliter cõsuetudo dictas leges non tolleret, vt patet ex dictis su. Cõsuetudo. §.7. ¶ Tertiũ, Incestuosũ nõ posse cõtrahere, aut exigere, Sum. Ang. dicit, verũ nõ solũ de incestuoso cum vxoris consanguinea, sed vniuersaliter. Sum. Ro. vero dicit hoc verũ esse, & intelligi cũ quis cognoscit consanguineã vxoris, vel cognoscitur a consanguineo viri, si est mulier, vt addit Arch. & hæc est opi. Rich. & Arch. & S. Th. non obstante, ꝙ non sit minus sed maius peccatum cognoscere proprias cõsanguinitas, vel ꝑmittẽdo se cognosci à proprijs, si sunt mulieres: q̃a dicit Arch. ꝙ nõ reperitur in iure hoc de ꝓprijs consanguineis, sicut de consanguineis coniugis, & Rich. dicit, ꝙ non tñ iniuriatur m̃rimonio maritus ꝑ incestũ cũ consanguinea ꝓpria, q̃tũ cum vxoris consanguinea, & S. Thom. dicit, ꝙ incestus ponit impedimentum non tã rõne culpæ, q̃ rõne affinitatis, quam causat. Capitula autem quæ allegat Sum. Ang. nihil faciunt ad oppositum, imo vbi dicit textum esse clarum, est clarus in oppositum. Vide supr. luxuria. §.4. multa ad hoc propositum.¶ Quartum. Viro licitum est vxorem adulteram occidere per uiam iudicij ex zelo iustitiæ, non liuore vindictæ. extra iudicium vero nunquam hoc licet ſm legem diuinã, ſm ciuilẽ vero licet eo modo quo dictum est supr. Lex. §.x. vbi nihil habetur de vxore, sed filia, & adultero.

RVRSVS De Matrimonio octauo, quantum ad impedimenta, quæ impediunt, & dirimunt.

1 *Error qualiter impediat, & dirimat m̃rimonium.*
2 *Condõ qualiter impediat, & dirimat, & nume. seq.*
5 *Votum quando impediat, & dirimat.*
6 *Cognatio qualiter impediat, & dirimat.*
7 *Cognatio spiritualis qualiter impediat, & dirimat.*
8 *Cognatio legalis qualiter impediat, & dirimat.*
9 *Crimen qualiter impediat, & dirimat.*
10 *Cultus, disparitas, qualiter impediat, & dirimat.*
11 *Vis, & violentia qualiter impediat, & dirimat.*

Ordo

MATRIMONIVM octauo considerari potest quantum ad impedimenta, quæ illud impediunt, in quantum .s. propter illa est prohibitum, & dirimunt, in quantum, si de facto contrahatur, nullum est huiusmodi autẽ impedimẽta sunt sexdecim, eo modo, quo supra Matrimonium 6. § 2. dictum est, contenta in dictis versibus error conditio, &c.

1 PRIMO † ergo, cum error dirimens sit duplex in proposito .s. personæ, & conditionis, q̃ritur quid iuris de errore personæ? Et dico multa. ¶ Primũ. Error consensũ remouet. Qui errat. n. nõ cõsentit. l. si ꝑ errorem. ff. de iurisd. om. iud. & errantis voluntas nulla est. l. cum testamentum. C. de iur. & fact. igno. & errantis consensus nullus est, vt ibi dr̃ in l. non idcirco. & facit 29. q. 2. his ita rñdetur. Et rõ horũ est, quia error cognitionẽ remouet, quę est cã cõsensus, & omnium actuum voluntatis, dicẽte Aug. 5 de Trin. ꝙ inuisa diligere possumus, incognita nequaquã. ¶ Secundum. Omnimoda ignorantia alicuius remouet errorẽ circa personam eius. Vñ ẽm Rayn. ad errandũ in ꝑsonã alicuius requiritur aliqua eius notitia per visum, vel auditũ, vel famã, de persona absẽte, quæ creditur esse ista præsens: qa errare est alium pro alio accipere. 22. qu. 2. in quib. ꝙ esse nõ potest, nisi de illo, loco cuius alium ponimus, aliqualẽ notitiã habeamus: qa, vt dictũ est. in penitus ignotũ, nec affectũ, nec consensum possumus dirigere. arg. l. cũ ab eo. §. massam. ff. de contrah. emp. ¶ Tertiũ. Circa matrimonium quadruplex est error ẽm Dir. s. fortunæ, qualitatis personæ, & condõnis, s. seruilis. Igit̃ error condõnis matrimoniũ tollit, & dirimit. de quo tñ § . seq. & similiter error personæ: puta, quia credit quis se contrahere cum Berta, & cõtrahit cum Margarita, quã credit esse Bertã. Cuius ratio iam patet ex dictis: qa non est cõsensus, qui est causa matrimonij, & eã assignat S. Tho. in 4. dist. 30. dicens, ꝙ errorem, qui mr̃imoniũ impedit, oportet esse alicuius eorũ, quæ sunt de essentia mr̃imonij, quod quidẽ cum duo induat. s. personas, quæ coniunguntur, & mutuã inuicẽ ꝓtãtẽ, in qua matrimonium consistit primum tollitur per errorem personæ, & ẽm per errorẽ conditionis. Error autem qualitatis, cum putatur nobilis ille, qui est rusticus, vel casta illa, quæ est meretrix: aut virgo illa, quæ est corrupta, nõ tollit matrimonium: quinimo illud tenet. 29. q. 1. error. & c. his ita. nisi ẽm S. Tho. iste error redundaret in personam, vt par. seq. Notauit tñ Hugo. 37. qu. 2. raptor, ꝙ, qui de futuro desponsauit corruptã, quam virginem credebat comperta postmodũ veritate ante copulã nõ est compellendus consummare matrimoniũ cum ea, quia per hoc impediretur eius promotio ad ordines ecclesiasticos. Similiter nec error fortunæ: vt cũ quis putatur diues, & est pauper matrimoniũ non tollit, vt patet ex iuribus allegatis. ¶ Quartum. Si aliqua nobilis mulier Romana contrahat cum rustico Gallicano asserente se filiũ regis Angliæ, cum non sit, sicut aliquando accidit de facto, quidẽ, vt Ray. ẽm Supple. dicunt matrimonium tenere, quia fuit error qualitatis, & non personæ. sed Host. dicit cõtrariũ: quia est error inquit, personæ, cum vbiq; habeatur notitia regis Angliæ, quia consensit in personã filij regis Angliæ, & nõ in personã ꝑsentem. S. Tho. autem in 4. dist. 20. virtualiter distinguit dicens, Si error nobilitatis, vel dignitatis redundat in errorem personæ, tunc impedit matrimonium. Vnde si consensus mulieris feratur in istam personã directẽ, error de nobilitate ipsius nõ impedit matrimoniũ; si aũt directẽ intendit consentire in filium regis, quicunque sit ille, tunc si alius præsentetur illi, q̃ filius regis, est error personæ, & impedit matrimonium. Et nota, ꝙ S. Th. non loquitur de rege in cõi, qa dicit filiũ alicuius regis: sed de rege determinato, puta, Franciæ, vel Siciliæ, in cuius regno forte erat qñ scribebat. ¶ Quintũ. Si autem dictus rusticus in gñali dixisset, se esse filium regis, vel comitis, & non diceret cuius, vel si specificat, nulla hr̃ notitia filij, neque patris, non tollitur matrimonium, quia non est error personæ, sed fortunæ, aut qualitatis? Et idem dicendum est, si quis dicat se primogenitũ magni comitis, & nõ sit. ¶ Sextũ. Si aliqua sciat aliquẽ multos hr̃e filios, quorũ nullũ cognoscit: si aliquis eorum falso dicat se primogenitũ, & illa consentiat in eũ, ẽm Hugo. 29. q. 1. in prin. est error fortunæ, & non impedit. Sed Cal. i c. 2. de cõiu. ser. & Io. 29. q. 1. in Ho. Sũ. & Ray. dñt, ꝙ est error fortunæ, nec tenet matrimoniũ, ꝙ verũ est si consensus ferebat in eũ, nõ vt in ꝑsentẽ, sed in primogenitũ, iuxta distinctionẽ S. Th. ¶ Septimũ. Si cõsẽsus sit in aliquẽ, q̃ est mortuus, & loco cuius alius ꝑsẽtet: impeditur mr̃imoniũ, ẽm Dire. & Io. qa est error ꝑsonę. ¶ Octauũ Mr̃imoniũ dolo cõtractũ

tenet

tenet, ſm glo. in c. cũ dilectus, ꝙ met. cã, licet dolus dederit cãm cõtractui. Et idem Gof. in l. a diuo Pio. ff. de rit. nupt. & in c. cõſtituit. 20. q. 3. qđ Pan. limitat in d. c. cum dilectus, niſi ſit talis dolus, qui conſenſum excludat, qa ſic nõ teneret. & facit qđ no. Io. And. in c. unico, de cõm. facit ẽt c. cum locũ. de ſpon. & Inn. in c. cum dilectus. poſt gl. illã ſingularẽ, ꝙ dolus, q non cadit in conſtantẽ uirum, non impedit religionis ingreſſum, ſecus de dolo, qui peritiſſimos falleret. Qđ eſt bñ notandum, qa facit ad multa, ut in uotis, iuramentis, & hmõi ſpũalibus: qa cõiter tenẽt, ꝙ tenent, vt in dictis gl.

2 SECVNDO † quæritur, quid iuris de impedimento erroris conditionis. ſ. ſeruilis, quantũ ad ipſum vinculum matrimonii? Et dico multa. ¶ Primum Error circa conditionem ſeruilẽ aliquãdo dirimit matrimoniũ ex ſua natura: quia ſcilicet repugnat poteſtati, quæ tradit in matrimonio: cum non poſſit libere vti ancilla, & principaliter ex conſtitutione eccleſiæ inhabilitãtis ꝑſonas, & contractũ irritantis: ut de coniu. ſer. propoſuit. ¶ Secundum. Triplex eſt error circa conditionẽ ſecum contrahẽtis Primus. ſ. circa meliorẽ, q̃ ſit, ſua, aut q̃ credat ut cum ſeruus, aut liber cõtrahit cũ libera, q̃ credit ancillã, vel econtrario, & ſcđus circa parẽ: vt cum ſeruus contrahit cum ancilla, q̃ liberam credit: vel econtrario. & tertius circa deteriorẽ: vt cũ liber contrahit cum ancilla, quã credit liberã, vel ecõtrario. Primus, & ſecundus error matrimonium non dirimit, qa non læditur errans, nec hẽt ꝙ obiiciat alteri & eccleſia ſic ſtatuit, arg. eorũ q̃ no. de cõiu. ſer. c propoſuit. & c. ad noſtram. 29. q. 2. ꝑ totũ de diuor. ſignificaſti: cõſentit Ray. Pe. Al. Inn. Gof. & S. Th. eſt cõis doctrina Theologorum & Canoniſtarum: licet cõtrarium tenuerit q dam. Tertius aũt dirimit matrimonium, vnde non tenet. 29. q. 2. ſi quis ingenuus. & c. ſi fœmina. Qđ tamen limita, niſi defuiſſet error, qa ſi liber contrahit cum ancilla ſciẽter, vel libera cum ſeruo, tenet matrimoniũ. 29. q. 2. ſi qs liber. & c. ſi quis ancillã, cũ duobus ſeq. & ſic liber, tenẽ ſequi ancillã, ſecundũ Pan. de coniu. ſer. c. 1. Et licet de iure ciuili non teneat matrimonium ſi ancilla, vel libera contrahit ſciẽter, cum ſeruo. C. de inceſt. & inuti nup. l. cum ancillis, tñ hac in materia ſpirituali ſtandum eſt iuri canonico, vt in c. vlt. & pen. de ſecun. nup. & not. Bart. in l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccl. & eſt gl. in c. 2. de reg. iur. lib. 6. Limita ſecundo, niſi poſtquam liber ſciuit conditionẽ ſeruilem, conſenſerit verbo vel facto: vt per carnalem copulam: vt in d. c. ſi quis ingenuus. & c. ſi fœmina. de coniu. ſer. c. propoſuit. & c. ad noſtram, quod tamẽ intellige ſi pro certo ſciuit ſeruitutẽ: vel ex auditis habuit de ea ꝓbabilem opinionem. Secus, ſi leuem aut temerariã, cui credi non debet: quia cõſentiẽdo copulæ ſibi non præiudicat. arg. de ſent. exc. inquiſitioni. cum etiam titubans pro ignorante habẽdus ſit. C. de cond. ind. l. ul. & no. ẽt glo. Ray. in ti. de impedimento condõnis. Limita tertio, niſi habẽs probabilem cãm credẽdi, ad præceptum eccleſiæ debitum reddat: qa p̃iudicat ſibi, ſm Tanc. Inn. & Io. And. & Pan. in d. c. propoſuit. quia nihil velit cum ea eſſe, tãquã cum vxore propria; non dẽt in hoc obedire. de hoc vide §. ſeq. ¶ Tertium. Si liber contrahat ignorãter cũ ancilla, cui data eſt libertas ĩ tp̃s, vel econtrario, matrimonium non tenet; qa, vt dicit l. ſtatu liber. ff. de ſtatu liber. ea q̃ interim facit, vt ſeruus, nõ vt liber facit. ¶ Quartum. Si aũt tali ignorantia durante ipſa cõtraxit cum alio nõ ignorante condõnem eius, ſecũdũ Veru. tenet matrimonium. Quintũ. Si dñs tradit alicui libere ancillã ſuã in matrimonio vt liberã, vel ſciẽter tacuit, q̃ tñ cõtrahẽs ignorabat ancillã, tenet matrimonium; qa ſtatim efficitur libera, & intelligitur dñs ei libertatẽ dediſſe; vt auth. de nupt. §. ſi vero ab initio. Et hoc tenet Pan. & gl. in d. c. ad noſtrã. de cõiu. ſer. & Gof. & Hoſt. & Bar. Sextum. Liber cõtrahens cũ ancilla ignorãter, quã dñs poſt latenter manumittit, & liber poſt hoc eã cognoſcit, nõ tenetur ſtare cũ ea, quia matrimonium nullũ fuit, & ſemꝑ ei ſe cõmiſcuit ex primo conſenſu, qui nullus fuit, ar. C. ad Velle. l. q̃uis ſm Ioã. 22. q. 2. ſi quis ingenuus. & Ber. in c. vlt. de coniu. ſer. & Gof. & Dir. & ita tenet Sum. Roſ. dicit tñ Sum. Ang. verius eſſe, ꝙ, ſi illa poſt manumiſſionem cognouit eum intendens contrahere. matrimoniũ ſit ſublato impedimento, per ea q̃ no. gl. in d. c. ad noſtram. quia vr̃ antiquus conſenſus ꝑſeuerare, niſi cõtrarium exprimatur. de bapt. maiorẽ. in fi. Sed dico, ꝙ gl. q̃ allegat, determinat expreſſe contra hoc, & ſimiliter ſua rõ, valet ad oppoſitũ, quia ſi durat antiquus conſenſus, uirtute eius nõ cõtrahitur, quia nullus eſt. Si aũt conſenſ⁹ antiquus fuiſſet de ſe ſufficiens ad contrahendum, verum diceret, ſicut in ſimili dictum eſt prius ſup. Matrimonium 3. §. 4. par. 4. Septimũ Error conditionis libertinæ, vel adſcriptitiæ, aut originariæ non impedit matrimonium, ſicut error cõdõnis ſeruilis, ſcđm Veruec. quia omnes illi ſunt liberi, licet ad quædam opera plus

plus cęteris teneantur, & idē Hug. 29. q. 2. in prin. Qui autem sint originarii, & adscriptitij vide infra Seruus. ¶ Octauum. Si consuetudo est in loco, ꝙ partus sequatur cōditionē pr̄is, & nō ventris, natus ex libero, & ancilla, liber est, & ut liber matrimonium contrahere pōt, ut summat Pan. in c. licet, de coniu. ser. ¶ Nonum. Si liber ignoranter contraxit cum ancilla, & postea sciens condōnem ancillæ, vult cū ea esse, & illa non, sed vult discedere, ſm Ber. nō erit matrimonium, sed tñ illa dēt ab ecclesia compelli, nisi ad secunda uota trāsisset. Et sir̄ econuerso dicendū est de libera respectu serui. ¶ Decimū. Liber cōperiens, ꝙ illa, cum qua contraxit ignoranter, sit serua, pōt eam propria authoritate dimittere, quo ad thorū ſm omnes, & planum est, sed non quo ad cohabitationem, ſm Rich. si contraxit in faciem ecclesiæ, aut coram testib. secus si clādestine. Et hoc patet in c. porro. de diuor. licet Host. & multi alii teneant contrarium, quando seruitus est notoria, sicut & in adulterio, de quo habes sup. Diuortium. §. 8. ¶ Verum enim dicit Host, quo ad copulam, & Rich. quo ad cohabitationem, de qua loquitur d. c. porro. ſm gl. ¶ Vndecimum. Si liber. qui cōtraxit matrimoniū, efficiatur seruus se vendendo, vel aliter, non dissoluitur matrimonium, nec illa venditio ualet, nisi consentiente uxore, quia nō hēt potestatem sui corporis 33. q. 5. ꝙ Deo, quod S. Tho. in 4. dist. 36. limitat. quo ad seruitutem impedientem redditionem debiti. secus in alia non impediente. Vide infr. Seruitus. §. 7.

3 TERTIO † quæritur, quid iuris circa actum coniugalem quando in cōtractu matrimonii interuenit error conditionis? Et dico multa. ¶ Primum. Alter coniugum, qui ignorat matrimonium esse nullum ꝑꝑ seruilem conditionem in reliquo, ſm Arch. quādiu hoc ignorat, licet nollet cōsentire, si sciret, excusatur a peccato coeūdo: sicut Iacob in facto Lie ꝑꝑ ignorantiā facti probabilē: & filii erunt legitimi, si in faciem ecclesię sit contractum. Quin etiam si scit, se esse seruum, si credat, ꝙ reliquus coniux, qui. s. est lib. hoc sciat, aut ꝙ adeo affectuo se diligat, ꝙ etiam consentiret, si sciret, esse talem, excusatur a peccato, ex quo vxorio affectu cognoscit, vel cognoscitur. Qui vero scit se seruū, & reliquum esse liberum, & sic matrimoniū nō tenere: fornicatur quousq; alius de sua seruilitate sit certioratus, & nihilominus in eū consentiat, secus si ignoraret matrimonium non tenere ignorantia excusante. Et idem dic de quocunque sciente matrimonium non tenere ex quocunque impedimento. ¶ Secundum. Qñ de tali matrimonio ignoranter contracto dubitatio incipit oriri: ad sciendū, quid agendum sit quantum ad Deum, secundum Archid. distinguendum est inter scientiam, quæ habet euidentiam, & non est nisi verorū, & conscientiā quæ est firma credulitas: quamuis clare non sciatur: quia. s. potest ex causa non solum leui, sed etiam falsa: & scrupulum. qui est dubietas, quæ. s. est, quoties homo hinc inde æqualiter pendet, uel quasi æqualiter, modico reputato pro nihilo. Adde ad Arch. ꝙ etiam distinguendum est de motiuo sine causa, quæ mouet ad scientiam, conscientiam, & scrupulum: quia quædā est certa & euidens de facto: ut quia video, vel de iure ut quia quis conuincitur, aut confitetur iuridice, quædam probabilis: ut quia addio a grauibus fide dignis: & quædam læuis sine temeraria: ut quia audio a leuibus. Qui ergo habet scientiam de hoc impedimēto uel alio, aut ēt conscientiam procedentem ex leui, aut ꝓbabili causa, coeundo mortaliter peccat, *nisi ille* coitus esset matrimonialis: *quia tunc ſm* Ric. *siue sequatur scientiam, siue* probabilem præsumptionem. i. *conscientiam*, coram Deo est *ratificatiuus matrimonii*, qui verò habet scrupulum, si est ex leui, aut temeraria causa, debet illum deponere, & sic reddere & exigere poterit sine peccato. ar. c. inquisitioni. de sēt. excom. Si uero est ex causa probabili, redere potest, & debet exactus, quod est obedire saltem Deo præcipienti reddere vnicuiq; quod suum est: quia in dubiis obediendum est, 23. quæst. 1. quid culpatur. & ca. inquisitioni. Sed exigere non potest sine mortali: quia exponeret se periculo: nisi ille coitus esset matrimonialis, idest affectu matrimoniali, quia etiam hoc casu coram Deo ratificaret matrimoniū, si hoc esset in intentione. ¶ Tertium. Qñ uero in tali impedimento oritur dubitatio, ad sciēdum quid faciendum sit quo ad homines, dicit Rich. in 35. dist. 4. ꝙ siue copula sequatur certam cognitionem in libero de seruitute alterius, siue probabilem præsumptionem, siue ad præceptum ecclesiæ, siue non, semper ratificatur matrimonium in conspectu ecclesiæ, etiam si esset ex affectu fornicario. Si uero sequatur leuem & temerariam suspitionem, cui credi non debet, secundum omnes nō præiudicat ei, etiam ad mandatum ecclesiæ, quia titubans pro ignorante habendus est. hæc ille, valde bene. Sed intellige primo hæc vera eē, si ecclesiæ constaret de scientia, vel præsum-

ptione, aut leui suspicione: quæ quia ei constare non potest de affectu, ideo non distinguit inter matrimonialem, & fornicarium. Intellige secundò, quod quo ad homines, vt patet ex mente istius doctoris. & ex d.c. inquisitioni, & ex verbis S. Tho. inf. positis, vt pa. 5. non distinguitur inter conscientiam, & scrupulum ex causa probabili: quia ecclesia ipsam conscientiam, aut scrupulum non videt: sed solum causam motiuam ad hæc, quæ vtrobique est eadem, scilicet causa probabilis, quando scrupulus non est ex causa leui, vel temeraria. ¶ Quartum. Quando verò de tali impedimento oritur quæstio, siue lis in iudicio, ad sciendum, quid faciendum sit, dico, quòd quo ad Deum ne quis peccet, distinguendum est, vt sup. par. 2. Et ecclesia præcipiente copulã, semper potest q̃s obedire sine peccato, si vult matrimonium ratificare: quia coitus erit matrimonialis. Si verò non vult ratificare, ecclesia præcipiente copulam, si habet de impedimento scientiam, vel conscientiam ex causa probabili, non tenetur obedire: quia non potest ecclesia facere, secundum Arch. vt nõ maritus fiat maritus contra suam voluntatem, quod faceret, si obediret. Sed neque obedire potest stante supposito, quod nolit ratificare: quia coitus esset fornicatus. Si verò habet de impedimẽto scrupulum ex causa leui, aut temeraria, deponat & reddat: & si vult, etiam exigat. d. capitu. inquisitioni. Si verò ex causa probabili, & discreta, reddat: quia in dubijs tenetur obedire: non autem exigat; quia exponeret se periculo fornicandi. ¶ Quintum. Ad sciendum verò, quid agendum sit in iudicio, quo ad homines, ne s. quis præiudicet iuri suo: distinguendum est, solum ex parte causæ, vel motiui ad credendum impedimentum. Si enim sit leuis, aut temeraria, debet obedire ecclesiæ præcipienti copulam, secundum omnes: quia sibi non præiudicat, sed si sit videns, & certa, faciens scientiam; non debet obedire, secundum omnes; quia non præiudicaret. similiter si causa esset ꝓbabilis: qa etiam sibi præiudicaret, sm Tanc. Inno. Ioan. And. Richar. & Panor. in d.c. proposuit. Non obst. quod tenet Host. in Sum. & gl. in d. c. ꝓposuit, ꝙ debeat obedire, nisi sit certus: quia prior opinio est communior, & verior, quàm etiam S. Thom. probat in 4. distin. 36. in expositione literæ dicens; Si antequam sit detecta seruitus vxoris, de qua dubitatur, ipsa petat debitum: si leui suspicione moueatur: debet reddere debitum: nec ex hoc ei aliquod præiudicium generatur. Si autẽ ex causa probabili dubitet, vel vehementer præsumat, aut certè cognoscat, non debet ei debitum reddere ecclesia præcipiente: quia vel sibi præiudicium faceret, si eam vxorio affectu cognosceret: aut aliàs fornicaretur. Hæc illæ: quia sumit ly non debet, pro ly non tenetur. Supp. autem contra opinionem Sum. Ange. & Ros. & Richar. & omnium Canonistarum dicit, ꝙ debitum negare non debet ex causa probabili, sed tantum ex euidentia: allegans dictum caput, inquisitioni; sed illud capitu. loquitur distinguendo non ex parte causæ, sed ex parte dubitantis, quando causa probabilis nõ ducit extra terminos scrupuli, ita quod hoc quis credit quidem, sed non firmiter, sed quasi titubans S. Tho. verò cum dicit, si ex causa probabili dubitet, vel vehemẽter præsumat, non sumit dubitare propriè, sed largè pro formidare vt opponitur sciẽtiæ, vel euidentiæ, eo modo, quo opinans dicitur dubius quousq; sciat, vnde ly, vel stat expositiuè pro idest, potius quàm disiunctiuè: sicut patet ex allegatione Pisa. illum adducentis. De opinione autem Host. vide Panormit. d. ca. proposuit. Dicit tamen Asten. quòd Host. in d. ca. proposuit. correxit dictum suum.

4 QVARTO † quæritur, quid iuris circa actum coniugalem, quando in contractu matrimonij incidit conditio seruilis sine errore conditionis, ita quod matrimonium tenuit? Et dico, vt infra Seruus per totum.

5 QVINTO † quæritur, quid iuris circa impedimentum voti? Et dico, quod votum non solenne castitatis matrimonium impedit, siue prohibet, sed non dirimit, vt dictum est titu. priore. §. 5. sed solenne, quod scilicet comitatur professio expressa, vel tacita alicuius religionis approbatæ, vel susceptio ordinis sacri matrimonium non solum impedit, sed etiam dirimit, ita quòd matrimonium nullum est: imò incurritur excommunicatio, vt in clement. eos de cõsanguinitate, & affin. Si tamen hoc fiat post professionem in aliqua regula non approbata, vel etiam in regula approbata tertij ordinis beati Dominici, vel Francisci, teneret matrimonium, sicut dicit Archid.


6 SEXTO † quæritur, quid iuris de impedimento cognationis carnalis, seu consanguinitatis? Ad cuius intellectum hic consanguinitatis arborem statuto, in qua numeri superiores gradus secundum canones, inferiores verò secundum leges significant.

Con-

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo proueniens, quod vna descendit ab altera, vel am bæ ab eadē. Vel est uinculum personarum ab eodem stipite descendentium & carnali propagatione contractum. Et dicitur à com, quod est simul, vel unitum, & sanguine quasi sanguinis unitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex, scilicet graduum descendentium, & ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distantium personarum; qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis distantia duæ personæ inter se differant. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium: quia ita gradimur de proximo in proximum.



Arbore autem constituta cuius intellectus hr ex dicendis, maximè parti. 4. dico multa. ¶Primum. Triplex est cognatio. s. carnalis, quæ dicitur consanguinitas, vel causa euphoniæ consanguinitas, quæ conuenientiam in sanguine importat spiritualis, quæ dicitur compaternitas, & legalis, quæ dicitur adoptio. Consanguinitas igitur secundum S. Tho. Petr. de Pal. Ray. Host. & omnes, est vinculum personarũ ab eodem stipite, s. proximo descendentiũ, i. ab eadem persona carnali propagatione contractum: per quod, s. excludit Eua a consanguinitate Adæ, non autem Christus a consanguinitate virginis, quia eius propagatio fuit carnalis ex parte virginis. In hac cognatione vt docet arbor, sunt lineæ, gradus, & ꝑsonæ, sic, quod in vna cognatione sũt plures lineæ: in vna linea plures gradus, in vno gradu plures personæ. ¶Secundum. Linea consanguinitatis dicitur metaphoricè, & secundum Petr. de Pal. est ordinata collectio personarũ consanguinitate coniunctarum, & est triplex secundum S. Tho. & communiter Docto. Prima ascendentium: in qua sunt pater, auus, proauus, atauus, &c. & similiter mater, auia, atauia &c. Secunda descendentium: in qua est filius, nepos, pronepos, abnepos, & similiter filia, neptis, &c. & hæ duæ lineæ realiter sunt vna, diuersæ solum in modo computandi: incipiẽdo, scilicet a posterioribus, vt in prima, vel a prioribus, vt in secunda. Est & tertia, quæ respicit eos, qui ab eodem quidem tertio descẽdunt, sed non adinuicem, & dicitur linea collateralium: in qua sunt fratres, & eorum filij, qui patrueles dicuntur, & filij patruorum, & idem in fœminis. Probantur autem hæc omnia. 35. q. 4. ca. 1. & per totum. ff. de grad. l. 1. & l. iurisconsultus. ¶Tertium. Gradus autem secundum Io. And. est habitudo quædam distantium personarum, qua cognoscitur quota generationis, distantia duæ personæ distãt inter se, & colligitur ex cap. literis, & ca. quod dilectio. de consang. Computantur autem gradus in linea ascendentium, & descendentium, vniformiter ſm leges, & canones, omissa computatione Isid. quæ habentur in dist. 4. & 25. q. 3. & 4. & 5. quæ non est in vsu: hoc modo. Computandæ sunt. n. personæ mediæ inter eas, & de quibus quæritur, & si nulla sit media, sunt in primo gradu, vt pater, & filius descendendo, & filius ac pater ascendendo. Si vero sint aliæ personæ mediæ computatis eis cum extremis, quot sunt personæ vna minus, tot sũt gradus, sicut auus, & nepos sunt in secũdo gradu ascendendo, & descendendo, quia ibi sunt tres personæ, duæ extremæ, s. auus, & nepos, & vna media, s. pater respectu vnius, & filius respectu alterius, vnde quia remoto vno remanent duo nepos, & auus sunt in secundo gradu, proauus, & pronepos in quarto. Et rõ est, quia cum gradus sit distantia, non est eiusdem ad se, vnde pr̃ solus non facit gradũ, sed addito filio cõstituitur primus gradus ex duabus personis, & addito nepote constituitur secundus gradus ex tribus, quod sic de alijs. In linea vero collaterali, siue transuersali, quæ non est eorum, quorum vnus descendit ab alio, sed eorũ, qui descendunt a cõi principio, aliter computantur gradus ſm canones, aliter ſm leges, de quo S. Th. in 4. dist. 40. art. 2. Nam secundum canones, si personæ de quibus quæritur æqualiter distant a cõmuni stipite, quoto gradu quælibet earum distat a communi stipi. toto gradu distant inter se, sicut duo fratres attinent sibi in primo gradu, horum filij in secundo, & sic vlterius. Si vero distant inæqualiter, quoto gradu remotior eorũ distat a cõi stipite, toto gradu attinent sibi. Vnde secũdum S. Tho. sicut duo fratres attinent sibi primo gradu, ita filius vnius fratris distat a reliquo fratre in secundo gradu, quia tantum distat a communi radice. Et intellige, quod etiã econtrario frater, qui a communi principio distat solum vno gradu, a filio fratris distat secundo gradu, quia non potest esse vicinior alij descendenti a communi principio, ꝙ ipsum principium, propter quod est ei vicinus, licet possit esse remotior a tali descendente, quam a communi principio, quia fortè ille alius descendens plus distat quam ipse, sicut filius alterius fratris plus quam alius frater, & secundum remotiorem distantiam oportet consanguinitatem computari. Hæc ex illo. Et si consuetudo patriæ esset, quod computando inciperet a ꝓpinquiori, illa seruãda esset, ſm Ast. propter scandalum euitandũ, vt in ca. quod dilectio. de consang. & affi. Quod intellige, & limita iuxta ea, quæ supr. Matrimonium 2. §. 3. Secundum leges vero aliter computãtur gradus in linea transuersali, quia secũdũ eas duo fratres sunt in secundo gradu, filij duorũ fratrum in quarto, nepotes in Sexto. Diuersitatis aũt rationum vide 35. q. 5. in ca. ad sedem. ¶Quartũ. Pro maiori notitia prædictorũ sciẽdum est, ꝙ Ioan. And. in explanatione prædictæ arboris, sic virtualiter, & colligẽdo dicit: In arbore consanguinitatis, est cellula vacua ꝑꝑ hoc, quod proprium nomen habere non po-

potuit,cum omnes aliæ,exceptis his,quę per
genitiuum nominantur, sumāt nomen ab ip-
sa,& dr̄ filius patris,& pater alij,& frater fra
tris,& sic de alijs,sed eam a noīe sui bidelli Pe
trutium vocauit.Supra ipsam,& sub ipsa in re
cta linea sunt aliæ cellulæ ascēdentium, & de
scendentium,quæ competenter diuiderentur
per medium, vt a latere dextro earum nomi-
na marium, a sinistro vero noīa ponerentur
fęminarum;quia positi a latere dextro descē
dunt a maribus,& econuerso,s. positi a sini-
stro descendunt a fœminis. Supra Petrutium
sunt quatuor cellulæ,quæ continent ista, quæ
sunt pater,mater,auus,auia, proauus, ,pauia,
abauus,abauia: quarum proxima habet pun-
ctū vnum duplicatū secunda,2.tertia,3.quar-
ta,4. Infra vero Petrutium sunt similiter cel-
lulæ quatuor,quæ continent ista,quæ sunt fi-
lius filia, nepos, neptis,pronepos,proneptis,
abnepos,abneptis, quarum prima habet vnū
punctū duplicatum, & sic de alijs,vt de ascen
dentibus dictum est. Ad cognoscendum etiā
gradus inter istos ascendentes, & descenden
tes,sciendū est,ꝙ quot sunt personæ, de quib.
quæritur cōputatis intermedijs,vna dempta,
tot sunt gradus inter eas: sicut inter abauum,
& Petrutium quatuor sunt gradus, cum sint
quinque personæ,& similiter inter ipsum, &
abnepotem sunt quatuor, inter abauum autē
& abnepotem sunt 8.gradus : quia sunt nouē
personæ. Non habet tñ iste Petrutius totam
suam computationem in arbore : quia quili-
bet hēt duos parentes,4.auos, 8.proauos,16.
abauos, & sic semper ascendentes duplican-
tur. Accedendo vero ad collaterales,faciēdo
stipitem de patre: inde ex parte dextra descē
dunt cellulæ quatuor continētes ista,quæ sūt,
frater,fratris filius, & filia,fratris nepos,& ne
ptis:quarum puncta superius sunt. 1.2.3.4. si-
gnificantia gradus eorum, quæ sunt in cellu-
lis ad Petrutium secundum canones: inferius
vero sunt.2.3.4.5. quæ deseruiunt legibus. Et
hi omnes sunt collaterales ad Petrutium. Fa-
cto vero stipite de auo,ab eo descendunt dex
tris quatuor cellulæ continentes ista,quæ sūt
patruus,& amita,frater patruelis,& soror pa
truelis:horum filius,& filia,horū nepos,& ne
ptis,quarum puncta superius sunt,1.2.3.4.in-
ferius vero,3.4.5.6. qui sunt gradus prædicto
rum ad Petrutiū s̃m canones, & leges. Facto
vero stipite de proauo,sub eo adextris descē
dunt quatuor cellulæ cōtinentes,vt in arbo-
re:quarū pūcta superius sunt,1.2.3.4.inferius
āt sunt,3.4.5.6.7. Facto vero stipite de abauo
similiter habes 4.cellulas,& superiora puncta
sunt,4 4.4 4. inferius autem sunt, 5.6.7.8. Et
sic habetur vna medietas arboris,per quā in-
telligitur reliqua.De prædictis autem latera-
libus sunt regulæ. Prima,secundum canones
collateraliū in linea æquali,quoto gradu ali-
quis distat a communi stipite, toto distanti in
ter se: sicut Petrutius,& pronepos propatrui
sunt in quarto gradu, abauo existēte stipite,a
quo vterq; distat quarto gradu, sed s̃m leges
quoto gradu quis distat a communi stipite,to
to duplicato distant inter se : vnde pronepos
propatrui est Petrutio attinens, vel distans in
octauo gradu.Secunda.In linea vero inæqua
li s̃m canones,quoto gradu remotior distat a
cōmuni stipite,toto distāt inter se:sicut facto
abauo stipite Petrutius, & filius propatrui, q̃
sunt in linea inæquali, distant quarto gradu,
& similiter omnes descendentes vsque ad li-
neam æqualitatis, q̃a Petrutius ab ipso abauo
distat quarto gradu,sed secundum leges quot
sunt personæ collateralium in linea inæqua-
li,stipite dempto,tot sunt gradus.Vnde Petru
tius a stipite distat quarto gradu,a propatruo
quinto,a filio sexto,a nepote septimo,a pro-
nepote octauo.Ex dictis patet ratio omnium
punctorum arboris, & quod Petrutius con-
trahere nō potest cū aliqua de arbore.¶Quin
tum. Prohibitio matrimonij ratione consan-
guinitatis, quantum ad legem naturæ secun-
dum S.Tho. & Rich. est inter patrem,& filiā,
matrem,& filium,propter reuerētiam, ne sit
socius,qui debet esse subiectus. Gen.1. Relin-
quet homo patrem,& matrem,&c. est tamen
magis contra talem legem,quod filius habeat
matrem in tali turpitudine subiectam. Vnde
quædam bruta horrent coitum cum matre,
quandiu apud illa manet cognitio matris, &
reuerentia quędam ad ipsam,vt recitat Philo
sophus in 8.de Animalib. de camelo,quo coo
pertam cognouit matrem, & deinde hoc cō-
perto interfecit ingeniatorem, & de equo q̃
ob hoc se præcipitauit. Quantum vero ad le-
gem diuinam propter concupiscētiam refre
nandam prohibitum est matrimonium in le-
ge Mosaica cum aliquibus personis, quæ si-
mul habebant cohabitare:& numerantur Le
uit.18.& in his versibus continentur.


Nata soror neptis,matertera,fratris,& vxor,
Et patrui coniux,mater,priuigna,nouerca,
Vxorisque soror,priuigni nata vtriusque,
Atque soror patris coniungi lege vetantur.

Pro his nota, quod dictum de vxore fratris,
non intelligitur præmortui sine liberis : quia
eam

eam debebat accipere ad ſuſcitãdum ſemen defuncto.de diuor.ca.fi. Nota etiam quod ibi prohibentur copulari cõſanguinei in primo gradu,& in ſecundo in linea inæquali conſan guinitatis,quod S.Thom.in 4.diſt.40.& Nico. de Ly.Ioſue 15.limitat verum,ne amitam nepos accipiat propter reuerentiam:vel melius ſecundum S.Thom.quia non ita conſueuit cohabitare: ſed quod patruus accipiat neptem, conceditur,vt patet ibidem]: quia frater Caleb accepit eius filiam capta ciuitate.Quomodo autem in his Papa diſpenſare poſſit, vide inf.Papa.§.17.& 18. Quantum vero ad ius canonicum, olim fuit prohibitum matrimoniũ vſque ad ſeptimum gradum: vt in dict.capitu. ad ſedem. ſed propter cauſas aſſignatas a San. Thom.in 4.diſtinct.40.hodie prohibetur ſolũ vſque ad quartum gradum conſanguinitatis, & affinitatis præciſæ,vt in capitu. non debet. de conſanguin.& affinit.Hoc autem Sum. Angel.& Roſc.cum Gof.dicit verum,etiam in aſcendentibus,& deſcendentibus per lineã rectam:quia cum,inquit,d.ca. non debet,loquatur indiſtinctè,nos diſtinguere non debemus. Sed contrarium eſt verum.primo,quia non licet filiæ contrahere cum patre propter reuerentiam,multominus licet cum auo, vel proauo, aut abauo: quia ei debetur reuerentia maior, quanto eſt antiquior ita, quod ſi Adã viueret ei deberetur ſumma reuerentia. Vnde & ipſe pater eum debet reuereri, & ei ſubijci,& multo magis filia. Vnde & vulgo pater non dicitur dominus,ſed auus quandiu viuit,& idem de filio reſpectu auiæ: & ſic de nepotibus. Secundo, quia ius ciuile indiſtinctè prohibet inter tales matrimonium. vt Inſtit. de nupt.§.inter eas quoque. & in l.nuptiæ,ff. de rit.nup.& hoc in infinitũ:quod quidem ius non inuenitur expreſſe correctum:& eſt fundatum ſuper maxima honeſtate: & conſequẽter propter generalem canonum diſpoſitionem contrarium dicere non debemus. Et licet Summa Roſc. dicat, quod corrigitur per dict.capitu.non debet, tamen non corrigitur expreſſe: quia non loquitur in ſpecie de iſta linea recta: imo nec implicitè: quia loquitur ſolum de his, quorum diſpoſitio ſubiacet iuri poſitiuo:non de linea recta,quæ ſubijcitur iuri naturali quantum ad omnes, ſicut & quantum ad patrem,& filiam: vt probatum eſt. Et hanc opinionem tenuit Petro.de Palu. Arch. Summ.Piſa.& Hoſtien.Ioan.Andr.Pet.Hugo. & Azo.& Richard.quam etiam Panorm.in d. capitu.non debet. putat veriſſimam. Notandum eſt tamen ſecundum Hoſt. licet conſanguinitas duret vſque ad quartum gradum ſolum,quantum ad contrahere matrimonium, vt quis euitet inceſtum: tamen quantum ad ſucceſſionem hæreditatis durat vſque ad decimum:vt ſup.Hæreditas 1 §.2.parte.4 ¶Sextum,ſi duo contrahant,quorum alter diſtat a ſtipite quinto gradu,reliquus vero 2.vel 3.tenet matrimonium ſecundum omnes:quia tales attinent ſibi in quinto gradu; & in conſanguinitate ſemper ſtandum eſt remotiori perſonæ.de conſanguin.& affinit.ca.vlt. Sed ſi reliquus diſtaret ſolum in primo, Hoſt.eſt in ſingulari opinione,quod non tenet.extra eo. ꝙ dilectio. vbi ſibi cauit litera, quæ non fecit mentionem de primo gradu, qui immediatè deſcendit a ſtipite, & cum eo vna caro cenſetur;ſed de ſecundo,& tertio, ſecũdũ Dir.Gof. tenet matrimonium, & ita tenet cum Piſa.ꝗ licet ibi non fiat mentio de primo,quia rariſſime contingit:tamen in regula prędicta,quę ibi probatur,hoc continetur. Ex hoc concludecum Pan in d.ca.quod dilectio.quod impetrans diſpenſationem contrahendi in tertio, vel quarto gradu conſanguinitatis, quamuis ex alio latere perſona, cum qua vult contrahere, ſit in ſecundo gradu, & hoc non exprimatur, nihilominus valet diſpenſatio: quia quamuis diſpenſatio contra ius ſit ſtrictè interpretanda; tamen interpretari quis poteſt ſecundum diſpoſitionem iuris cõmunis,quod vult, vt computatio fiat a gradu remotiori. A fortiori poterit cum talibus diſpenſare ille, cui generaliter conceſſa eſt auctoritas diſpenſandi in tertio, vel quarto gradu; & ſic conſuluit Io.Cald.vt recitat d.Ioan.Ant.de S. Geor.in d.c.quod dilectio.

7 Septimo† quæritur, quid iuris de impedimento cognationis ſpiritualis,quæ communiter eſt compaternitas? Et dico multa. ¶Primum.Cognatio ſpiritualis eſt quædam perſonarum proximitas, proueniens ex hoc, quod quis confert ſacramentum baptiſmi, vel confirmationis:ſeu tenet,vel ſuſcipit illum,cui tale ſacramentum confertur. De qua cognatione habetur 30.q.1.eos.& de cog.ſpir.c.fin. & de ea S.Thom.in 4.diſt.42. & quolibet.6.q.3. concluſiue ſic dicit; Hæc cognatio eſt vinculum contractum ex ſtatuto eccleſiæ per baptiſmum, & confirmationem per ſuſcipientẽ & dantem, & tenentem, non autem per plures tenẽtes adinuicem, quia per accidens eſt, ꝙ ibi ſint multi,cũ ſufficiat vnus, & ex ea cauſatur in viro ſpiritualis affinitas cum qualibet

muliere cognita matrimonialiter, vel forni-
cariè, non tñ contrahitur hæc cognatio inter
patrem ſpiritualem, & matrem ſpirituale͂; &
non contrahitur in catechiſmo licet, ſecun-
dum aliquos contrahatur ibi impedimentum
contrahendi tm̃: nec ſiſr contrahitur à nõ ba
ptizato, quia eſt expers vitæ ſpũalis; ſiſr nec
in pęnitẽtia: alioquin filius ſacerdotis vxoré
non inuenerit in tota parochia. Eſt autem tri
plex. ſ. paternitas, compaternitas, & fraterni
tas, quarum quælibet impedit, & dirimit, ſi p̄-
cedat matrimonium: ſi verò ſequatur, non di-
rimit quidem vinculum matrimonij. Sed tñ
quantũ ad actũ, diſtinguendum eſt, quia ſi in-
ducit ex neceſſitate, vt quia pr̃ puerũ in mor
tis articulo baptizat, ſic ex neutra parte im-
pedit actum matrimonij. Si verò inducit ex-
tra caſum neceſſitatis, ex ignorantia tñ, tunc
eſt eadem ratio, ſi ille, ex cuius actu inducit,
diligentiam adhibuit; ex induſtria autem ex-
tra caſum neceſſitatis ille, ex cuius actu indu-
citur, amittit ius petendi, ſed tamen reddere
debet; quia alius ex culpa eius non dẽt incõ-
modum reportare. Hæc ex illo ¶ Secundum.
Effectus huius cognationis eſt impedire & di
rimere matrimonium, ſi illud præcedit: ſi ve-
rò illud ſequit̃, videntur innuere Ber. & Rod.
in c. ſi vir. de cog. ſpi. ꝙ ẽt ſi contrahatur ſcie͂-
ter, & ſine neceſſitate non impedit exactio-
nem, quia nullo iure cauetur. Et idem tenet
Car. ibi, ꝙ vr̃ poſſe dici qñ quis ſcit factum, &
ignorat ius, & facit ex ſimplicitate. Sed gl. 50.
q. 1. in c. noſce. & Io. And. & dom. Anto. in c. ſi
vir. de cog. ſpi. & Pet. de Pal. & Hoſt. & Gof. &
S. Th. tenet, ꝙ exigere nõ põt is, ex cuius actu
ſcienter, & ſine neceſſitate cõtrahitur, & hoc
tenet, quia regulariter omne impedimentũ,
quod facit matrimonium eſſe nullum ſimpli-
citer, ſi illud præcedat, facit ẽt illud eſſe nullũ
ſecundum quid, ex parte eius, qui eſt in cauſa,
ſi illud ſequatur inquantum impedit exactio-
nem. Et ſi hoc fecit non ad complacendũ ami
co, vel alia ſimili cauſa, ſed inſidiando matri-
monio: vt quia tenuit proprium filium, vt cõ-
ſortem poſſet debito coniugali priuari; pri-
mo non poteſt exigere, & ꝯ ſecundò mortuo
coniuge debet perpetuo ſine ſpe coniugij re-
manere. 30. q. 1. de eo. & ſi vterq; ſic fecit, ſm
Hoſt. neuter debet exigere, & neuter ſub tra-
here, i. debet exactus reddere; poteſt tñ ſuper
iſta exactione epiſcopus diſpenſare ſm Arch.
poſt Petr. de Pal. ¶ Tertium. Sunt autem tres
ſpecies huius cognationis, ſecundum S. Tho.
& Rich. Prima dr̃ paternitas, q̃ contrahitur,
& eſt inter regeneratum, & regenerãtem, ĩ
miniſtrãtem ſacramentum, quod eſt ſicut pa-
tet, ſecundum S. Th. & Rich. & tenentes ad il-
lud qui eſt ſicut mater, ẽt ſi tenentes ſint plu-
res: vt in c. quamuis. eo. ti. lib. 6. quod intellige
ſi iſti ſunt baptizati, quia iſtud ſacrorum, ita
& cognationum per illa contracta eum ba-
ptiſmus eſt ianua, vt inf. par. 12. Secunda dicit̃
compaternitas, quæ eſt inter regenerantem,
miniſtrantem, vel tenentem, ſeu tenentes &
genitores carnales regenerati. Qui etiam mi
niſtrans, & tenentes, ſi ſunt coniugati, & ma-
trimonium conſummauerunt, tranſmittunt
hãc compaternitatem ad vxores, ſi ſunt viri,
aut ad viros ſi ſunt vxores, ſic, quod & hi, ad
quos tranſmittitur: ſunt compatres parẽtum
carnalium ipſius regenerati. extra eod. Marti
nus. & lib. 6. eodem ti. necdum. & 30. q. 4. ſi qs.
Secus ſi vxor nõ eſſet cognita. 30 q. 4. poſt v-
xores. Vñ ſucceſſiue poteſt, quis habere duas
commatres vxores. Licet autem vir, & vxor
communicent ſibi iſto modo actiones: ita qđ
per actionem, vnius alter efficitur compater:
non tamen cõmunicant ſibi paſſiones, vt no.
Pan. in d. c. Martinus. Vnde ſi quis teneat filiũ
conceptum ex altero eorum, non efficitur le
uans compater vtriuſque, ſed tantum eius, cu
ius eſt filius, quamuis in matrimonio ſit illi cõ
iunctus. 30. quæſtio. 4. qui ſpiritualem, in gloſ.
& in c 1. extra, eodem lib. 6. Tertia dicitur fra
ternitas, quæ eſt inter regeneratum maſculũ,
vel fœminam. & filios regenerantis, mini-
ſtrantis, vel tenentis. 30. q. 3. pictatium. & eo-
dem titu. ex literis. & ꝯ hoc ſiue nati ſint ante
iſtam compaternitatem, ſiue poſt. eodem tit.
capitu. tua nos. Secus in adoptiuis, ſecundum
Innocent. ſecus etiam in filijs, quorum neu-
tro ad compaternitatem deuentum eſt, quia
poſſunt inter ſe libere contrahere, niſi con-
trarium habeat conſuetudo, quæ ſcandalum
generaret, contractum tamen teneret, vt cõ-
muniter tenetur in cap. vtrum. extra eodem,
niſi vt ſupra Matrimonium 2. §. 3. Et iſta ſecun
dum Ioannem de Neapo. in quolibeto nono,
habent locum, etiam ſi vir aliquem teneat
contra voluntatem vxoris, vel parentum
ipſius leuati, quia quod eſt ex eccleſiæ ſta-
tuto, non dependet ex voluntate ſubiecto-
rum ſtatuto. ¶ Quartum. Ad horum au-
tem notitiam quaſi quædam arbor huius co-
gnationis hic ſtatuitur, in qua eſt quaſi trun-
cus baptizatus, & idem procedunt tres rami
paternitatis reſpectu baptizati, ſiue compa-
ternitatis ad inuicem, qui ſunt baptizans cum
ſua



sua vxore, genitores baptizati, tenẽtes ad baptismũ cũ suis vxoribus, & ab extremis eorũ procedunt duo rami fraternitatis, i. filiorum prædictorũ, sic: Inter has personas ꝓhibetur matrimonium, non autem inter alias: q̃a hæc cognatio non habet gradus, & hoc edictum est prohibitorium: & consequenter omnes, qui non excluduntur, admittuntur; nec egreditur personas expressas, quæ, vt patet in c. 1. eo. ti. lib. 6. sunt istæ, Baptizatus, & leuans: leuans, & parentes leuati: leuatus, & filij leuantis, ẽt illegitime nati, ſm cõiter Doct. in d. cap. Martinus. non autẽ adoptiui: leuatus, & vxor prius cognita leuati: vxor prius cognita leuãtis, & parentes leuati; ita tñ, vt ibi patet, ꝙ dicat de baptizante id, quod de leuãte dictũ est.

¶ Quintum. Et quod dictum est de vxore cognita, dicendum est ẽt de muliere cognita fornicariè, ita ꝙ ad eam leuãs, aut baptizans trãsfundit istã spũalem cognitionem, ſm S. Th. & glo. super c. si quis ex vno coniugio. 30. q. 4. Et horum ratio est: quia per fornicarium coitũ duorum fit vna caro. Sed Richard. & Petr. de Palu. sentiunt contrarium, & idem Archid. & Io. And. in c. 1. eod. tit. lib. 6. in nouel. & Pano. in d. ca. Martinus. & hoc sequitur Sum. Angel. Rosel. & Supplemen. Sed omnes isti falluntur ex consideratione turpitudinis peccati, rationem legis non aspicientes. Ratio enim quare vir in vxorem, aut econtrario cognationem istam trãsfundat, est quia sunt per connubium vna caro, vt patet per ca. sciscitatus. 30. quæstione quarta, & per cap. Martinus. extra eod. sunt autem vna caro per connubium, non ratione vinculi, quod scilicet coniungit animos, sed ratione copulæ carnalis. Vnde gl. in d. capitul. sciscitatur. & in d. cap. Martinus. exponit per connubium, id est per carnalem copulam, allegans cap. Agathosa. 27. quæst. 2. vbi hoc expresſè patet. in fin. vbi quædam glossula dicit super verbo, copulatione coniugij, i. carnalis commistionis, quod ẽt patet, q̃a in matrimonio non fit ista transfusio sine copula. Quia igitur hæc ratio legis locũ habet in coitu fornicario: quia qui adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur: oportet ibi etiam habere locũ, & legem, vt patet ex dictis su. Lex §. 17. & tanto magis, quanto hæc ratio in lege ipsa expressa est, & non implicita. Et Inn. in cap. Martinus dicit, quod canones vim constituunt in vnione carnali, quantum ad acquirendã spiritualem proximitatem. Sed ecõtra, inquit Pet. de Palud. quia cognatio spiritualis ortum habens a spiritualibus, non transfertur per vinculum carnale temporale, vt est in coitu fornicario. Sed dico hoc esse falsissimum, maximè quando ille transitus causatur ex voluntate ecclesiæ, vt hic, etiam secundum ipsum. Vnde nec matrimonium causat istum transitum ratione suæ spiritualitatis, sed ratione carnalitatis, id est copulæ: vt patet ex dictis contra eum, inquit Supplementum: primo, quia est mirabile dictu quod ex peccato abominabili oriatur spiritualis parẽtela, sicut ex glacie calor. Sed dico, quod iste sermo est rudis: quia ex non tali formaliter, fit formaliter tale instrumentaliter: sicut vinũ fri-

frigidum recẽs potatum calefacit motum ab
anima,& corporalis ablutio abluit ſpirituali-
ter in baptiſmo virtute Spiritus ſancti, & coi
tus fornicarius inducit affinitatem volunta-
te eccleſiæ:& ſic in propoſito.Contra,inquit
ſecundo,quia publica meretrix poſſibiliter eſ
ſe ſpiritualis mater,& commater omnium de
ciuitate . Sed dico etiam hoc dictum eſſe ru-
de: quia ſi hoc poteſt eſſe per ſe: puta , ſi ipſa
baptizet, aut leuet omnes: quid mirum, ſi ita
poſſit eſſe per accidens, id eſt ratione viri, ſe-
cundum coeuntes.Contra, inquit tertio,quia
propter multas fornicationes multas eẽnt ma
trimonia illegitima. Sed dico etiam hoc non
eſſe mirum:quia vno inconuenienti dato plu-
ra contingunt,primo Phyſic. Alioquin idem
argui poſſet de affinitate , quæ etiam per for-
nicationem inducitur. Sextum. Pone,q̃d vir ,
cognita vxore, leuet aliquem : puta, Petrum
de ſacro fonte,ita quod vxor efficiatur mater
ſpiritualis eius , & deinde mortuo viro vxor
tranſiens ad ſecunda vota ex ſecundo marito
habeat filiam : vtrumne illa filia poterit con-
trahere cum Petro?Et refert Gem. in ca.1.de
cognatione ſpirituali,lib.ſexto.dom.Ant.te-
nuiſſe,quod poteſt:nec eſt eius frater ſpiritua
lis,quia non reperitur iure expreſſum. Sed ip
ſe Gem.tenet contrarium : quia ſatis eſt iure
expreſſum, ſaltem ſub regula generali, ꝙ filij
duorum compatrum, per quorum alterũ de-
uentum eſt ad compaternitatem,contrahere
non poſſunt,vt extra eodem,c.1.Sed quia iſte
caſus eſt dubius , ante factum tenendum eſt
cum Gemin.quia tutius: ſed poſt,cum domin.
Ant.quia verius:cum iam talis mulier deſierit
eſſe vna caro cum eo , gratia cuius erat com-
mater,& effecta ſit talia.¶Septimum.Licet is,
qui aliquam baptizauit, aut tenuit, cum illa
contrahere non poſſit, etiam ſi ſit laicus , vel
in minoribus ordinibus , quia filia ſpiritualis
eſt,extra eod.nedum.lib.6.ſimiliter nec bapti
zatus ducere poſſit filiam carnalem baptizan
tis,vel tenentis,extra eodem cap.final.tamen
pater ſpiritualis contrahere poteſt cum ſoro
re carnali filij ſpiritualis 30.quæſt.3.cap.illud
etiam,& cum eius filia,& cũ eius vxore,& cũ
filia ſpirituali ſui filij carnalis,30.quæſtio.3. il
lud,quia licet cognatio ſpiritualis a patre in fi
lium tranſeat , non tamen econuerſo. Vnde
non habet ramos , vel gradus , nec tranſit ad
np otes,aut perſonas non expreſſas,vt dictũ
eſt.¶Octauum.Filij duorum compatrum poſ
ſunt inuicem contrahere,ſiue ante , ſiue poſt
compaternitatem ſint geniti,excepta, ea per
ſona ſola,per quam compaternitas contracta
eſt, quæ nunquam copulari poteſt alicui filio
rum ſui patris ſpiritualis 30.quæſt.3.ſuper aui
bus.extra eodem cap.1.& cap. ſuper eod.niſi
conſuetudo eccleſiæ ſcandalum generans ali
ter habere,vt in d.ca.primo, quod non ſolum
de conſuetudine eccleſiæ propriæ , ſed etiam
eccleſiæ metropolitanæ,vel aliarum circum-
poſitarum intelligendum eſt,ſecundum Rich.
vt in d.c. ſuper eod. Et multo minus copulari
poſſunt , ſi cognatio iſta contracta eſt per v-
trunque,vt,quia pater carnalis tenet filiũ pa-
tris ſpiritualis,qui prius tenuerat ſuum,quod
fieri licite poteſt,vt no.Panor.in c.ſuper eod.
titu. Et ſic cap.poſt ſuſceptum.30. q̃. 3.ꝙ -
cit filios compatris , & commatris non poſ-
ſe coniungi, quantum ad hoc abrogatum eſt .
¶Nonum.Spirituales filij contrahere poſſunt
inuicem,& etiam cum adoptiuis,vt not.in ca.
vnico. de cogna.leg. ¶Decimum . Secundum
Aſten.lib.8.titul.18. inter patrem, & matrem
ſpiritualem nulla ſpiritualis cognatio contra
hitur.Vnde & ſecundum Innocen.vir, & mu-
lier , qui ſimul vnum filium leuauerunt poſ-
ſunt ſimul contrahere,& facit text.cum gloſ.
30.quæſt.4.cap.final. Et ſic patet, quod vir,&
vxor poſſunt ſimul vnum leuare: licet non ſit
honeſtum. Et ſi leuent ſimul, contrahunt du-
plicem cognationem , vnam directam per a-
ctum proprium,& aliam indirectam per actũ
alterius : quod non magis inconuenit , quam
quod aliqua mulier alicui ſimul ſit conſangui
nea, & affinis.¶Vndecimum.Si plures teneant
vnum in baptiſmo , vel confirmatione , hoc
quidem eſt prohibitum.de conſecr.diſt.4.non
plures,& peccant, niſi excuſet patriæ conſue
tudo,ſecundum Ioan.And.& Arch. in capitu.
quamuis.de cogna.ſpirit.lib.6.vel niſi interue
niat diſpenſatio epiſcopi, qui hoc poteſt , ſe-
cundum dom.Ioan.Ant.de S.Georg.& glo.in
d.ca.quamuis.tamen cum omnibus contrahi-
tur cognatio ſpiritualis, vt in d.cap. quamuis.
ſ.a leuato,& genitorib.eius,& baptizante,vel
confirmante :licet iſti leuantes illam inter ſe
non contrahant, ſecundum Innoc.& Hoſt. vt
etiam dictum eſt particu.priore. ¶Duodeci-
mum. Si non baptizatus baptizet, aut teneat
Sum.Ange.& Roſ.poſt gloſ. in c.in baptiſma-
te.de conſe.diſt.4.diſtinguit,quod ſi leuet, nõ
contrahit ſpiritualem cognationem : quia cũ
non poſſit eſſe pater ſuſcepti, per d.capitu. in
baptiſmate:non erit compater: quam tamen
contrahit,ſi baptizet: quia eſt pater baptiza-
ti,& conſequenter eſt compater.Sed iſta ſunt

friuola

friuola,& contra Rich.Pe.& S.Tho.dicentes, quod siue leuet,siue baptizet, nullam contrahit cognationem,& contra apertam rationẽ: quia sicut non potest esse carnalis cognatus, qui nondum est carnaliter natus ad vitã carnalem: ita nec potest etiã cognatus spiritualis, qui ad spiritualem vitam per baptismum non est regeneratus. Quod voluit dicere San. Thom.cum dicit, quia talis est expers vitę spiritualis. Si tamen baptizatus teneat filium nõ baptizati:puta,Iudæi,secundum Archid. & gl. in cap.1. 30.q.1. contrahat compaternitatem. Vnde baptizans contrahere non potest cum patre baptizati,si conuertatur ad fidem,& similiter secundum Archid. si alter coniugum est baptizatus per eum, non transit cognatio ad reliquum. Et idem S.Thom. De hæreticis autem videtur idem dicendum, quod de fidelibus, & malis: quia cum sint baptizati, cũ eis eodem modo contrahitur. Baptizatus etiam non confirmatus tenens in confirmatione, non contrahit compaternitatem; secundum Sum.Ang.attribuentem etiam Host.Pet.& S. Thom.Sed contrarium tenuit Sum.Ros.& verius;quia baptizatus est capax:& ibi verè percipitur sacramentum, nec S.Tho.contrarium dicit. ¶Tertiumdecimum. Qui leuando puerum tangit quidem,sed non respondet, ne efficiatur patrinus; secundum Roden. nihilominus efficitur patrinus,& contrahit spiritualem cognationem: quia responsio non est de substantia, sed tactus,seu tentio, vel leuatio. Et ita tenet Arch. & communiter Summistæ, maxime Pis.& hoc si intendit agere, vt verus patrinus,id quod agit patrinus, etiam si nõ intendat esse compater. Et pro hoc respõdetur ad argumentum in hoc faciens dubium; quia s.in talibus requiritur intentio: quod videtur voluisse Pan.in cap.2. extra eo. & verum non est in baptizante:vt dicit esse casum, extr.eo. in cap.fin. vbi baptizans non intendebat contrahere istam compaternitatem,quam tamen contraxit:est tamen verum in tenente,sed sufficit, quod intendebat facere quod facit patrinus. Nec obstat l.consensu. & l.in omnibus negotijs,ff.de action.& obligationib.quia habẽt veritatem,quando nihil voluntariè fit: hic autem licet iste nolit esse compater, tamen vult baptizare,vel tenere:& consequenter est cõpater:quia volens principale, necessario vult accessorium,s.per accidens:vt in l. si is qui.ff. commo. Si vero econtrario respondeat, sed non tangat, sed tangere fingat puerum,secundum Veruec.non efficitur patrinus in baptismo,vel confirmatione.& idem Ioan.Andr.in regula,qui per alium in 6.& idem Arch.in ca. 1.eo.ti.lib.6.& facit c.de his.& cap. ad limina. & c.omnes.& c.primum 30.q.1.Si vero tãgat linteum solum,secundum Arch.in c.quamuis, eodem tit.lib.6.nihilominus efficitur compater & idem Hug.& Io.Andr.in linteo tenetur puer dum baptizatur & Gem.in d.c.quamuis. & Dire.addens,quod si multi tenent linteum circunquaque,& puer in medio ponitur,suscipiunt eum in linteo,& sufficit. Et hoc tene: quia sufficit,quod teneant puerum,si sacerdos non tenet: vel si tenet, vt dum baptizat immergendo tangant immediate, vel mediatè sibi annexo indumento:nec Pet.de Palu.dicit oppositum,vt imponit illi Summa Angel. sed dicit idem.¶Quartumdecimum.Per procuratorem contrahi potest compaternitas, secundum Mar.& Car.vt recitat Panorm.in ca.veniens.extra eod.quia regulariter omnis actus explicari nõ potest per procuratorem,nisi expresse prohibeatur a iure: vt l.1.§. vsus, ff.de proc.& in regula,põt qs.de reg.iu.in 6.Sed Io And.in d.regula,põt quis.in mercu.tenet contrarium, & principale suum fundamẽtum est super cap.de his.& cap.ad limina.30.qõ.1.vbi videtur requiri actus corporalis. & idẽ Arch. in cap.1.eodem titu.lib.6. & idem Bal.in leg. post mortem.ff.de adop. vbi absens non arrogat,vel adoptat, vel facit huiusmodi solemnitates.& idem Barto.in l.Gallus.§. forsitan. ff. de liber.& posthum.Panorm.autem in ca.veniens.eod.titu.dicit præceptorem suum.Car. tenuisse opinionẽ Mar. & ad iura allegata in contrarium dicit, quod loquuntur quando quis per se vult istam cognitionem contrahere,quo casu requiritur tactus tempore sacramenti.Sum.Angel.cum Panormita.dicit ante contractum matrimonij tenẽdum esse, quod ibi fit cognatio spiritualis, post contractum vero tenendum est contrarium. Sed quia hoc est nõ determinare veritatem:ideo dic, quod ibi non est dicta cognatio:per rationem, quæ tangitur supra.Adoptio.§.2.Et quod videtur contra de procu.cap.fin.li.6. vbi per procuratorem cum spirituali mandato matrimonium contrahitur,soluitur secundum Arch. per id quod not.in cap.aqua.de consec.eccl. vbi episcopus communiter non potest reconciliationem ecclesiæ simplici sacerdoti: & sic, quod personæ cohæret, non potest per alium adimpleri,argu cap.fin.de offi.deleg.expressio autem consensus, per quem matrimonium contrahitur, bene potest fieri per alium. d.ca.fin.

de procur. ¶Quintumdecimum. Ipse autem procurator in prædicto casu contrahit compaternitatem, secundum Ioan. And. vbi supra, quia licet non intenderet obligari, tamen re ipsa interuenit; ideoque etiam extra id, quod agitur, nascitur obligatio, vt l. si is, qui. ff. com mod. Sed Feder. consil. 15. tenuit contrarium: quod Pan. verius putat in d. c. vlt. Sum. autem Angel. iterum concordat per ante & post factum. Sed dicendum est, quod ibi non est compaternitas: quia vbi non est consensus, non nascitur obligatio. l. in omnibus. & l. consensu. ff. de act. & obligat. &, si interuenit re ipsa, hoc tamen non fuit nomine proprio: & consequēter nec principale, nec accessorium voluit. Iura autem, quæ allegat Ioann. Andr. probant, quod sæpe aliquid inducitur extra id, quod intenditur, sed loquuntur, quādo quis habebat animum obligandi se, & sic nō deficiebat animus, sed error in materia: hic autem deficit intentio. & facit quod no. Pet. de Anc. dicens, ꝙ tenens filium vnius, quem credebat filium alterius, cum quo intendebat contrahere compaternitatem, non cōtrahit compaternitatē.

¶Sextumdecimum. Vniuersitas compaternitatem per procuratorem contrahere non potest, secundum Feder. consil. 15. vt refert Panor. vbi sup. quia non habet animam, id est nō est baptizata, & consequenter non est capax illius cognationis. pro quo facit c. Romana. §. vniuersitatem. & c. si sententia. de sen. excom. li. 6. Sed Pan. credit posse attentari, vt ipsi constituentes syndicum efficiantur compatres, quia dispositio concepta in vniuersitate, resoluitur, vt concernat singulos de ipsa si actus non cadit in vniuersitatem, vt res non careat effectu. & iste est text. notabilis, qui facit ad multa in d. c. si sententia. & c. nouerit. & c. grauem. de senten. excomm. vbi excommunicantur singuli statuētes contra libertatem ecclesiasticam, licet statuant nomine vniuersitatis. Summa autem Ange. distinguit rursus per ante, & post factum. Sed tu dic iuxta prædicta, quod fieri non potest nec per procuratorem, nec per syndicum, nec per nuntium: vt communiter tenet Canonistæ. Et licet consuetudo sit in contrarium, tamen hoc nihil est quātum ad ipsam spiritualem cognationem, licet hoc valeat quantum ad quandam effigiem compaternitatis, & contractum amicitiæ.

¶Decimumseptimum. Si baptizatus in necessitate per laicum, vel mulierem, vel quicūque alius iterato scienter, vel ignoranter baptizetur, nulla spiritualis cognatio in secunda baptizatione contrahitur: quia nec sacramentū iteratur in se, secundum Arch. in ca. presbyteri. §. quod vero. distinc. 67. licet dicatur iterari propter iteratam verborum solemnitatem, vel ablutionis, aut vnctionis exterioris. Tenuit tamen Tancre. vt recitat gl. in d. §. quod vero. quod si quis millies ordinetur presbyter, tot presbyterales ordines, id est characteres recipit, & idē dicit de baptismo: aliter non fieret iniuria sacramento, vt de consec. dist. 4. ostenditur. nec diceretur quis bis baptizari, vt de consec. distin. 4. qui bis. & c. eos. Item quoties accedit verbum ad elementum, fit sacramentum. 1. q. 1. detrahe. & idem videtur tenere gloss. in cap. 2. de apost. Sed Panorm. ibi dicit Gofre. tenere, quod non imprimitur alius character, & idem gl. in d. §. quod vero. Sacramento autem fit iniuria in se, sed quantum est ex parte iterantis: nec iteratur in se, sed in aliquo sui: & accedente verbo ad elementum, fit sacramentum, nisi iam sit factum.

¶Decimumoctauum. Leuantes chrisma post confirmationem, spiritualem cognationem non contrahunt: quia non interfuerunt in actu confirmationis, nec eleuarunt.

¶Decimumnonum. Possibile est aliquem successiuē duas habere commatres in vxores: vt patet ex dictis. Nam si prima tua vxor tenuit filium alterius antequam esset cognita a te, ea mortua illam aliam poteris habere, non autē si tenuisset postquam fuit cognita a te: quia es compater illius alterius. Sic etiam aliqua mulier tenuit filium vxoris tuæ ex alio viro, illa mulier est commater vxoris tuæ, sed non tua: siue tenuerit antequam inter vos esset carnalis copula, siue post, ideoque potes illam habere. Similiter si quis suscipiat filium tuum, quem de alia habuisti, est compater tuus, non vxoris tuæ: vnde te mortuo vxor tua poterit illum habere. Et ratio omnium horū est communicatio actionum, non passionum. de qua sup. par. 3. vnde versus.

Quæ mihi, vel cuius mea natum fonte leuauit.
Hæc mea commater, fieri mea non valet vxor.
Si qua mea natum, non ex me, fonte leuauit,
Hanc post facta mea non inde vetabor habere.
Ambos compatres facit actio, passio nunquam.


¶Vigesimum. Quæ dicta sunt de tenēte ad baptismum erga legatum & parētes eius quo ad cognationem spirituale, intellige ēt de baptizante: & ꝗ dicta sunt de baptismo, quo ad baptizantē & tenentem quantū ad cognationē, intel-

intellige etiam de confirmante, & ad confirmationem tenentem.

8 OCTAVO † quæritur, quid iuris de impedimento cognationis legalis? Et dico multa. ¶ Primum. Cognatio legalis secundum S. Th. in 4. dist. 42. est quædã proximitas proueniẽs ex adoptione: intellige perfecta, quæ est arrogatio: & imperfecta, quæ est simplex adoptio, de qua supra Adoptio. Intellige etiam, ꝙ vigorem habet ista cognatio, ab institutione ecclesiæ, & non a lege ciuili solum, quæ non sufficeret, vt dicit. Eius autem effectus est impedire matrimonium simpliciter, vel ad tempus, secundum omnes, & etiam dirimere, secundum communiorem opinionem, quę est S. Thom. Richar. Ioan. de Lig. Pan. & gl. in c. vnico. de cog. leg. vbi dicitur, ꝙ adoptione durante nuptiæ cõsistere non possunt. & facit capitu. 1. & capi. per adoptionem. 30. qu. 3. licet Ioa. And. & Spec. teneant, quod impediat solum. Ratio autem huiusmodi prohibitionis, secundum S. Thom. fuit cohabitatio, quæ solet esse inter tales: quia lex diuina præcipuè illas personas à matrimonio, quod concupiscentiam reprimit, exclusit: secundum Rabbi Mo. quas necesse erat cohabitare, ne si ad eas liceret copula, facilis pateret aditus concupiscentiæ. ¶ Secundum. Huius cognationis secundum S. Thom. & alios Docto. tres sunt species. Prima est quasi ascendentium, & descendentium inter adoptantem patrẽ, & filium, vel filiam, nepotem, & neptem, & huiusmodi adoptatos. Adoptato. n. patre, ſm S. Tho. adoptantur & filii, & nepotes, qui sunt in potestate adoptati, quæ indistincte impedit in perpetuum, secundum Pet. de Pal. etiã soluta adoptione, quia adoptans contrahere non potest cum filia adoptata, aut nepte, & hmõi 30. q. 3. ita diligere. etiam post emãcipationem. Inst. de nup. §. ergo. Inter adoptantẽ tamen; & patrem vel matrem adoptati nulla contrahitur cognatio, secundum S. Thom. & Pe. Secunda est quasi collateraliũ inter adoptantis filium naturalem & adoptiuum, qui impedit quandiu durat adoptio, siue sunt in potestate patris, eiusdem: qua soluta per mortem patris vel emancipationem filii naturalis, vel adoptiui non impedit. extra eo. c. vnico. l. qui in adoptionem. ff. de adop. Item inter filios filiorum adoptiuorum. Institu. de nup. §. inter eas quoque. quod limitat Summ. Ange. si eorum patres sunt arrogati. Sed melius est, verum simpliciter, vt inf. par. 4. vnde q. vult, naturalem filiũ tradere filiæ adoptiuæ, emancipet illum, vel illam. 30. quæ 3. per adoptionem. & qui vult, adoptare generum, emãcipet filiam Inst. de nupt. §. inter eas quoque. & in d. c. per adoptionẽ. Tertia est quasi legalis affinitas inter patrẽ adoptantem, & vxorem filii adoptiui, & inter filium adoptiuum, & vxorem patris adoptantis, & hæc etiam impedit perpetuo, etiam post emancipationẽ, ff. de ritu nup. l. adoptiuus, & similiter post mortem patris, vt ibi, ẽt si ante mortẽ fuisset emancipatus. ¶ Tertium. Ad horum intelligentiam hic arborem cognationis huius statuo, cuius truncus, vel radix, aut centrum est adoptans cum suo coniuge, siue sit masculus, siue fęmina, ex quo procedunt quasi in formã circuli quatuor rami, quorum duo ad centrum comparantur in ratione descendentium, vel quasi, sed adinuicem in ratione lateraliũ, s. filiorum naturalium, & adoptiuorũ. tertius vero, s. filiorum adoptati, in ratione descendentium quo ad centrum, sed in ratione collateralium quo ad filios naturales, quartus vero in ratione affinitatis quo ad centrum, licet in istis requiratur aliqua limitatio, ut inf. eod. §. per totum. quæ omnia patent in hac figura. ¶ Quartum. Filius adoptatus: qui non transit in potestatem patris adoptantis, contrahere posset cum filia naturali, & legitima patris adoptantis, quæ est in eius potestate, secundũ Hugo. 30. q. 3. in prin. & idem videtur sentire Inn. secundum Pan. in d. c. vnico. & gl. in d. q. 3. §. quod autem. arrogatio vero hoc impedit, cum durat solum. Sed Panor. vbi supra dicit, quod communiter Docto. & Specu. tenent, quod non potest, quamquam non transeat in potestatem adoptantis, quia per adoptionem acquiruntur quædam iura, quæ per emãcipationem dissoluuntur. l. pen. C. de adopt. sicut adoptiuo tali datur successio ab ĩtestato, quæ non datur emancipato, vt ibi & ius canonicum indistincte tenet, & loquitur de adoptato scilicet in genere, & non distinguendo de arrogato, & simpliciter adoptato. Et ex his infert Sum. Ang. ꝙ etiã filius illegitimus, qui non est in potestate patris, contrahere non potest cum filia adoptiua patris. de quo inf. partic. 8. Sed opinio prima, scilicet Hug. & gloss. est uera secundum mentem S. Thom. & Petr. de Pal. & communiter Theologorum, quia licet per adoptionem acquirãtur aliqua iura, illa tamen non sunt ratio prohibitionis matrimonii. Licet etiam ius canonicum non distinguat, distinguit tñ ratio iuris, q̃ est cohabitatio. ¶ Quintum. Filius naturalis arrogã-

tis

tis contrahere potest cum filia filiæ arrogatæ, secundum Asten. quia cum mulier neminem habeat in sua potestate, filia arrogatæ mulieris transire non potest in potestatem arrogantis matrem, ideoque nulla cognatio orta est inter arrogantem, & filiam arrogatæ. ff. de adop. l. si pater. Non posset tamen talis filius naturalis contrahere cum filia viri arrogati a suo patre, si habeat eam in sua potestate, quando fuit arrogatus, & idem Hostien. ¶ Sextum. Filii adoptiui inter se possunt contrahere, secundum Asten. & Veruec. sicut no. Hug. 30. quæstio. 3. ita sicut etiam, & spirituales filii alicuius possunt inter se contrahere, & etiam spirituales cum adoptiuis: per gloss. in dict. capitul. vnico,



quia hoc non inuenitur prohibitum. quod etiam indistincte videtur tenere Bernar. Sed Hostien. distinguit inter arrogatos, & adoptatos: quia inter omnes existentes in potestate alicuius adoptantis nuptiæ prohibentur vsq. ad gradum per legem prohibitum. Vnde inter duos arrogatos ab eodem contrahi non potest: sed inter duos adoptatos potest. Primum autem sequitur Archi. & est verius: quia vt innuit S. Thom. non est minor, sed maior cognatio inter filios spirituales, qui contrahere possunt, quam inter adoptiuos. ¶ Septimum. Si adoptiuus durante adoptione contrahat de facto cum filia legitima adoptantis: quidam dicunt, quod matrimonium non dissoluetur, eo quod impedimẽtum sit temporale, ut not. gloss. in d. capitu. vnico cuius opinionis est Inno. ut refert Panorm. ibi, sed contrarium tenet, quam etiam dicit communem, & idem Specu. quia licet illud impedimentũ sit temporale, secundum se, inducit tamen perpetuum effectum, & ponit exemplum in gloss. ibi, quia aliquis hodie cum ista coniugata contrahere non potest, cum qua mortuo viro poterit die crastina contrahere. ¶ Octauum. Filius adoptiuus, secundum Panormit. vbi supra. contrahere non potest cum filia illegitima patris adoptiui: ut quemadmodum filius illegitimus non potest contrahere cum sorore carnali illegitima, vel alia consanguinea: ita nec cum filia adoptiua, sicut etiã nec cum spirituali. Et hoc sequitur Sum. Ange. dicens, ꝙ illegitimus filius, etiam si non sit in potestate patris, contrahere non potest cum filia adoptiua. Sed Sum. Ros. innititur Asten. & tenet contrarium, quia filius illegitimus non est in potestate patris. Et hæc opinio tenenda est contra Ang. & Pan. sicut tenet Host. Inno. & gl. in c. vnico. de cogna. leg. & Veru. & Ric. & Io. de Pla. & Ang. Aret. & Asten. & Arch. 3. parte, tit. 1. c. 13. & Pis. Non potest tamen filius illegitimus contrahere cum filia spirituali sui patris, secundum Rich. & Asten. quia hic maior est uis.

9 Nono † quæritur, quid iuris de impedimento criminis impedientis, & dirimentis? Et dico, ꝙ cũ illa crimina sint tria, s. adulterium cum homicidio: adulterium cum fide data de contrahendo: & contractus de præsenti, cum secundo coniuge uiuente primo, ut patet per S. Tho. in 4. dist. 35. & di. 32. q 2. ar. 2. circa hoc dicenda sunt multa. ¶ Primum. Crimen primũ est adulterium cũ homicidio effectualiter machinato, ſm S. Th. vt si vir occidit virum eius, cum qua adulteratur, vel propriã vxorẽ, vt habeat adulteram, vel econtrario, uxor occidit

vxo-

vxorem eius,cũ quo adulteratur,vel ꝑprium vtrum,vt adulterium habeat. Hoc autem quidam,vt Inno.& Host. intelligunt, si sequatur homicidium, licet adulterium non præcesserit extra, de conuer.infid. ca.laudabilem. vbi nihil dicitur de adulterina pollutione. quidã verò,vt Goff.dicunt necessariò requiri pollutionem.S.Thom. Verò in locis supra dictis aliquando innuit,ꝙ sic,aliquando quòd nõ: sed veritas est, quòd si ambo adulteri machinati sunt in mortem, sufficit mors sine adulterio: sicut de facto fuit in casu dicti capitis laudabilem, etiam si alter machinantium sit infidelis:nihilominus dirimetur, si conuertatur, vt ibidem,etiam si eo animo factum est,vt conuerteretur:secundum Rich.Si verò alter tãtũ machinatus est: tunc ad dirimendũ reqritur pollutio,vt no. Ioan. Andr. & sequitur Pan. in c.super hoc eod.tit.Si verò homicidiũ non interuenit actu, non sufficit adulterium solũ, vt no.Ioan.Andr.ibidem, & est tex. in cap. significasti.de eo,qui duxit in matrim. ¶ Secundum. Si verò interfecit quidem alterum, sed non ea intentione,vt alterum haberet in coniugem, sed ob aliam causam: puta, in bello, vel casu,aut odio: istud non erit impedimentum,secundum Bernar. & Host. in d.ca.super eo.& in d.ca.laudabilem, vnde dicit S.Tho.in 4.vbi supra. 1.d.37. ꝙ vxoricidium aliqñ impedit, & non dirimit, vt quando vir vxorem occidit propter adulterium, vel odium:quandoque verò,etiam dirimit, vt cum occidit,vt ducat eam, cum qua mœchatur: quia tunc efficitur persona simpliciter illegitima ad cõtrahendum cum illa:non autem respectu aliarum mulierum.¶ Tertium.Si homicidium mãdauit,vel consuluit: d cap. per omnia, vt sup. secundum Veruec.& Hug. ita,ꝙ idem est,ac si interfecisset. Si verò nihil horum fecit, sed ratum habuit:dicendum est, ꝙ si nihil opatus est,vt occideretur,ratihabitio nõ inducit hoc impedimentum: siue sit factum homicidium nomine suo,siue non,secundum gl.in ca. si qs viuente.31.q.1.& gl.in c.1 de conuersi.in fi.& Vincen. & Ioan.And.& Laud.& Bart. & Pan. in d.cap. 1. licet alias in maleficijs ratihabitio retrotrahatur, & comparetur mandato.

¶.Quartum Secundum crimen est,quãdo,viuente coniuge,de facto cõtrahitur cum alio, & tertium est si non contrahitur de facto,sed tamen datur fides de contrahendo, vel iuramentum,vt extra,de eo; qui dux.in ma.cap. fi.& 31.q.1.relatum. Sed ad hoc, quòd istorũ duorum criminum quolibet mřimonium dirimat,requiritur primò, ꝙ vterq. sciat impementum,secundũ S. Tho.id est,quilibet eorũ sciat reliquum habere coniugem: quia alter si ignorat, poterit esse matrimonium inter eos post mortem coniugis, vt est casus in ca. 1.eod.titu.quod Pan. limitat, si superinducta fuit ignorans toto tempore vitæ vxoris: alias si de hoc certiorata coeat dirimetur. d.ca.fin. & dicitur ignorans quandiu non habuit certitudinem, vel probabilem opinionem,vt in c.inquisitioni de sent.excom.Secundò requiritur, ꝙ interuenerit cõtractus per verba de præsenti,vel sit data fides de contrahendo,vł iuramentum: aliter non impediret, etiam si interuenisset copula, vt dictum est sup. part. prima. Quæ fides,secundum aliquos, vt recitat.Ric.in quarto,dist.35.non est nuda ꝓmissio,quæ,vt dicunt,non impediret: sed ipse dicit se credere, quòd ex nuda promissione oriatur hoc impedimentum;& hoc tenet: qa secũdum vsum communẽ loquendi dat fidem,qui spõdet,vel promittit: nec differt ducere:promitto, & do fidem: cum secundum nihil realiter addat primo. Vnde quia promiserunt, consueuerunt dicere, se fidem dedisse. Ista autem promissio est disponsatio de futuro Tertio requiritur secundum S.Tho.ꝙ in vtroque crimine interuenerit carnalis pollutio,s. ante,vel post contractum, aut fidem datam, qa nec adulterium sine vllo illorum, nec vnum, vel vtrunque illorum, sine adulterio dirimeret,vt in d.c.significasti.& 31. q.1.c.1.Quartò requiritur secundum S.Tho.ꝙ primũ mřimonium fuerit validum, alioquin non impediet etiam cum pollutione,vt in d.cap.significasti. Sufficit etiam si primum fuit ratum, id est, per verba de præsenti contractum, licet non consummatum, etiam si esset separatum quo ad thorum,vt in c.significauit. & in ca.literarum.eo.tit. ¶ Quintum. Si quis,viuente vxore,dedit fidem alteri secundæ, sine copula tamen,& deinde mortua vxore,accipit tertiã, qua viuente,cognoscit secundam, cui primò dederat fidem,secundũ Io.Andr. in c.si qs eo. tit.non poterit mortua tertia habere secundam,quia verũ est dicere,ꝙ fidẽ dedit, & cognouit,stante legitimo matrimonio, s.primò vel secundò, quod fuit cum tertia, nec matrimonium intermedium remoueret impedimentum. facit l. singularia.ff. si cer. peta.in cap.in scripturis.8.q.1. Sed Gaspar Calde.tenet contrarium,& sequitur Panor. in d. cap.si quis. contrahendo cum secunda videtur recessisse a data fide, & consequenter nunc re-

peritur adulterium solum, quod non impedit. vt in d.cap.significasti.Sum.ãt Ang.distinguit per ante, & post factum: sed tu indistinctè tene opinionem secundum cum Ros. quia iura hoc impedimentum induxerunt, ne, spe contrahendi, sequeretur machinatio in mortem, quod hic cessat. Et, mortua secunda, poterit contrahere cum tertia, non obstante adulterio solo immediatè remanẽte. per c.significasti.cum alijs.de eo, qui du.in ma. quam pol. per ad.& ita tenuit Io.de Lig. in c.si quis.eod. ti. ¶ Sextũ. Si vxoratus det fidem Bertæ. ꝙ, si consentiat, post mortẽ vxoris accipiet illam, quam Blancha consanguinea ipsius Bertę cõsulet, & Blancha consuluit, quòd accipiet Bertam: secundum Asten. distinguendum est. Nam si Berta, aut is, qui dedit fidem, probabiliter credebat, quòd consuleret de Berta: non poterit esse matrimoniũ: quia est in fraudem. Si vero ille, aut illa hoc non existimabat, poterit habere Bertam. Et intellige, si nõ existimabant ambo: quia vno solo existimante dirimitur, si ambo sciebant impedimentũ. ¶ Septimum. Si quis verò, viuente vxore, de facto contrahit cum alia secunda, intellige sine coitu, & mortua vxore contrahat cum tertia, secundum gl. à Doc. communiter probatã in c.1.eo.ti. poterit stare cum tertia, si contraxit cum ea, antequam expressè, vel tacitè consentiret cum secunda: quia matrimonium illud nullum erat, etiam si illa fuisset ignorãs viuente prima, ante tamen, quam contrahat cum tertia, compellendus esset contrahere cum secunda, si illa ignorauit illum habuisse vxorem: ipsa verò non est compellenda, & idem Hostien. ¶ Octauum. Si quis autem, viuente vxore, contraxit de facto cum secũda adultera, cum qua.s.polluitur, distinguendum est, vt patet ex distis. Nam si illa sciui, quòd habebat aliam, quando eam duxit, vel alio tempore, non poterit esse in isto matrimonium. Sed, si vsque ad mortem primæ hoc nesciuit, & ea mortua hoc scit, in ptãtè ignorantis est ratificare matrimoniũ, aut diuortiũ petere: extra eodem c.1.& c.veniens. nisi, prima: viuente, facta sit conscia, & consenserit in copulam: quia matrimonium perpetuò impediretur. ar. de præscrip.c.fi.in fi.& ca.penulti.in fin.34.q.2. si virgo. de secun.nup.dominus, vel nisi, mortua prima, postea q̃ scensit, consenserit in copulam: quia diuortium petere non poterit. argum. de coniug.ser.ca. proposuit, & c.fin. Et si in casu, quo ista adultera contraxit ignoranter, mortua prima cõtrahat cũ tertia: secundũ Host. & Goffred. manebit cum tertia, ẽt, si postea cognoscat secũdam, vt in d.cap.veniens. quia, prima viuente, consensus habitus cum secunda fuit nullus, & consequenter non impediuit matrimonium cum tertia. Et, si secundam cognouit antequam duceret tertiam, nihilominus stabit cum tertia, secundũ Host.arg. de coniug. ser.proposuit.& c.fi.& ca.bonę memoriæ.de electio. Et, si secunda agat contra eũ, & durãte iudicio, contrahit cum alia, secundũ Asten. tertia erit vxor: quia secũda nõ cẽsetur vxor nisi ex nouo consensu.d.c.veniens. ¶ Nonum. Et, si, priore vxore viuente, quis contraxerit, & concubuerit cum pluribus inferijs: secũdũ Host. locus est gratificationi, quia quamcunque certificatam de morte prioris primo cognouerit, post mortem legitimæ, illã tenebit. d.ca. veniens. & idem Dir. Dicitur autem inscia, siue ignorans, secundum Host. quando habet iustam causam ignorandi, vt, quia vir de remotis adueniens asserebat se vxorem non habere. de spon. cum in apostolica, & filij interim nati sunt legitimi, si secundum matrimonium contractum fuit in faciem ecclesiæ, non autem si clam. Adulterium enim non committitur sine dolo. ff.ad l.Iuliam.de adul. l.penul.34.qu.2.in lectum. ¶ Decimum. Si autem habens vxorem adulteretur cum Berta. & dicat. Si vxorem non haberem, acciperem te, & postea interficit vxorem, non tamen eo proposito, vel Bertam acciperet; dicit Gaspa. Cald. & recitat do.Anton.de sanc. Geor.in d. cap.super hoc, ꝙ poterit Bertam accipere in vxorem: quia hic non est fidei datio per verba præmissa: nec homicidium est factum eo proposito, nec adulterium cum dicta machinatione. Cardin.autem hoc reprobat, dicens, quòd non tenẽt matrimonium: quia quando adulterium interuenit, non attenditur, an machinatio interuenerit ex proposito habendi eam, necne. Sum.autem. Ange. distinguit per ante, & post factum. Sed tu dic, ꝙ prima opinio simpliciter est vera, & secundum mentẽ S. Th. nec est hic aliquod trium prædictorum criminum, vt patet.

10 DECIMO † Quæritur, quid iuris de impedimento disparitatis cultus; puta, cum fidelis contrahit cum infideli, puta, Iudæo, vel Pagano? Et dico multa. Primum. Inter infideles potest esse matrimonium, vt patet in cap. gaudemus.de diuor. etiam si sint dispares cultu; nisi prohibeatur aliquo iure positiuo, secũdũ Archi. post Sanct. Thom. vt Saraceni cum

Tartaris, quod S.Tho. intelligit secundum qđ matrimonium est in officium, non secundum quod est sacr'm: vel secundum quod est ordinatum ad prolem secundum perfectionē naturæ, non autem secundum perfectionē gratiæ: vnde est quidem inter eos matrimonium, sed non est perfectum. ¶ Secundum. Matrimonium infidelium est nullum, si contractum fit contra legem Dei, id est, in gradibus prohibitis. Leu. 18. vel contra legem naturæ, secundū S.Thom. & omnes, similiter si fit contra aliquod eorum statutum matrimonium annullans, quia secundum Petrum in 4. distin. 39. licet talia statuta nihil possint contra matrimonium, vt est sacramentum: secus inquantū est fœdus humanum: & concordat mens S.Thom. Vnde si tales conuerterentur, oporteret eos de nouo contrahere. ¶ Tertium. Nullus etiam fidelis, idest, baptizatus, contrahere potest cum infideli, idest non baptizato, puta, Iudæo, vel Pagano, vel etiam cathecumeno credente omnes articulos fidei alioquin matrimonium nullum est. 28. quęst. 3. tex. his, & quæstion. 1. caue, & cap. cum non oportet. Ex magna tamen causa potest Papa in hoc dispensare, secundum Gaspa. quia hæc prohibitio est iuris positiui; licet Cardina. teneat oppositum. Sponsalia verò sub conditione si conuertatur, bene valent, secundum omnes: vt in d. cap. caue. & seq. Similiter tenet matrimonium cum hæretico, vel schismatico baptizato, secundum communiter Docto. licet peccet contrahens cum tali. Vnde Sanc. Tho. dicit quod hoc impedimentum non dicitur disparitatis fidei, sed cultus, qui scilicet respicit exterius seruitium. Vnde requiritur paritas quantum ad fidei sacramentum, idest baptismum. Vnde etiam, secundum Rayn. si alter coniugum labatur in infidelitatem, reliquus contrahere non potest, siue interuenerit copula siue non; quia in vtroque casu fidelis tenetur continere, ar. in c. quæsiuit. de diuor. & in c. quanto. eodem. ¶ Quartum. Actus matrimonialis in īfidelibus excusatur, nec est peccatum secundum Sanct. Thom. si debitum reddatur propter bonū prolis, aut fidei qua tenetur coniux coniugi, cum sit actus iustitiæ, & temperantiæ, & in huiusmodi delectabilibus actibus debitas circunstantias obseruat. ¶ Quintum. Conuersio alterius coniugis ad fidem, secundum San. Thom. vinculum matrimonij non soluit, quia fides non soluit, sed perficit matrimonium, soluitur tamen aliqñ cohabitatio, & solutio debiti, in quo pari passu currunt infidelitas: & adulterium: quia vtrunque est contra bonum prolis. Igitur sicut coniux cum adultera manere potest sub spe correctionis, licet ad hoc non teneatur: non autem cum obstinata in adulterio, vt dicitur in 4. distinct. 35. ita manere potest cum infideli sua spe correctionis, licet non teneatur; & bene facit commanendo iuxta consilium Apostoli. 1. Corinth. 7. non tamen potest ei commanere, si eum viderit obstinatū. Ex quo infert Sanct. Thom. virtualiter, quod in primitiua ecclesia poterat coniux sub hac probabili spe conuersionis cohabitare coniugi infideli, tam Gentili, quam Iudæo: etiam si conuersionem non spondebant, quod vtrique passim ad fidem intrabant, & probabiliter poterat sperari conuersio: & similiter cum infideli Gentili, sed non cum Iudæo: nisi couersionem promitteret tempore martyrum, & Constantini; quia tunc adhuc gentes intrabant, & Iudæi erant obstinati: nunc autem cum neutro, nisi velint conuerti, quia vtrique obstinati sunt. ¶ Sextum. Cōiunx infidelis ad fidem conuersus, reliquo in infidelitate remanente, licet non teneatur ei commanere, tamen cum alio contrahere nō potest, nisi in tribus casibus: Primò, si nolit infidelis cohabitare fideli: & secundo, si velit cohabitare, sed non sine iniuria creatoris, vel peccato, tertiò, si trahere nititur ad infidelitatem. Sed circa hos casus, quo ponit Arch. & Rich. in 4. & Panorm. in capit. quanto. de diuor. est sciendum primo, quòd S.Thom. non potuit nisi secundum, sed ille includit primum & tertium, & ad ipsum, secundum aliquo reducitur quartus, si trahere nititur ad aliud vitium quam ad infidelitatem, aut generaliter ad aliquod mortale, & videtur velle Inn. in c. quæsiuit. de diuortijs, & in c. 1. de adulter. licet glo. in c. vxorem. 28. q. 1. teneat contrarium. & verum dicit Inn. quia secundum Panorm. in dicto capite quæsiuit, etiam fidelis vir, quando compesci non potest ab illa insolentia, poterit fieri separatio, quia est quædam præsumptio infidelitatis. Sciendum est secundo, quod secundum aliquos in quolibet horum casuum soluitur vinculum matrimonij, etiam antequam aliud, vel cum alio contrahatur, & tamen si ante contractum secundi matrimonij, conuertatur reliquus coniux, tenetur primo conuersus illum recipere: quia manet vinculum sponsalium, & si non matrimonij. Quā opinionem tenuit Ric. vt recitat Arc. vt videt tenuisse Pan. in d. c. quanto. de diuor.

uor.dicens,quod occurrente aliquo illorũ caſuum, eo ipſo matrimonium ſoluitur, & poteſt fidelis contrahere, nec oportet iudicem ſtatuere tempus,ſed ſufficit hoc clare perpendi.Et hoc ſequitur Sum. Ang. ſed opinio San. Tho.eſt,quod per peccatum cõiugis infidelis reliquis abſoluatur a ſeruitute,qua contrahere non poterat alio viuẽte,ſed deinde per ſecundum matrimonium contractum in fide Chriſti,tãquam per firmius, ſoluitur primũ, ita quod culpa illa dat ei licentiam nubendi, & conſequenter frangendi primũ vinculum. Et iſta,eſt veritas,cuius ſignũ eſt, quod ſi antequam contrahatur ſecundum matrimoniũ infidelis conuertatur: reliquus tenetur illum recipere,quod non eſt virtute ſponſalium, vt dicit prima opinio:alioquin oportet qđ nouiter contraherent, quod nullus dicit, & hoc eſt,quia ſtat vinculum. ¶ Septimum.Et ſi infidelis cõuerſus plures habeat vxores,quæ omnes,ſecundum S.Th. & alios,illa, cum qua primò contraxit,eſt vxor eius, & cum ea ſtabit, non autem alia, quia hoc fuit contra legẽ naturæ, Et ſi prima conuerti noluerit, non propter hoc eſt matrimonium cum aliqua aliarum,ſed cum vna earum contrahere poterit, iuxta p̃dicta. Et ſi ſimul duas accepiſſet,neutra eſt vxor, niſi altera habuit impedimentũ dirimens, quia reliqua tunc eſſe vxor. de diu. gaudemus. Et ſi repudiata prima aliam duxiſſet,ſecundum S.Tho.idem eſt quod de eo,qui plures habebat,& tenetur primã, quam repudiauerat,accipere ſi conuerti voluerit,& aliã abijcere, quia repudium eſt contra legem naturæ.Et ſecundum gloſ.in d.c.gaudemus non poterit repudiare,nec ob fornicationẽ abijcere, ſed tenetur eam recipere, ſi vult cohabitare ſine peccato, aut ſaltem continere.

¶ Octauum. Vir ad fidem conuerſus,ſecundũ S. Thom,non debet emittere votum continẽtiæ,ſi maneat ſpes de conuerſione vxoris, q̃a vxor difficilius conuerteretur, ſic ſe eſſet priuatam ſciens,ſi verò non ſit ſpes, poteſt ad ſacros ordines,vel ad religionẽ accedere,prius ea requiſita,vt conuertatur: quæ ſi poſt ſacrorum ordinum ſuſceptionem conuertatur, nõ eſt ſibi reddendus vir ſuus,ſed ſibi hoc imputet in pœnam tardæ conuerſionis.Hæc ex illo. Sed intellige, quod etiam extante ſpe, ſi votum emitteret,tenetur ad illud,vt patet ex dictis. ¶ Nonum.Si autem vterque coniux cõuertatur ad fidem,ratificatur matrimonium, & ab inuicem ſeparari non poſſunt, etiam ſi contraxiſſent in gradibus prohibitis eccleſiaſtico ſtatuto,ſecundum Archid. poſt Richardum. Secus ſi contraxiſſent contra prohibitionem diuinæ,aut naturalis legis, aut humanæ talem contractum annullantis: quia tale matrimonium nullum eſſet. ¶ Decimum.Si alter tantum coniugum conuertatur, ſecundũ S.Tho. ſi proles peruenit iam ad ætatem perfectam, libere ſequi poterit parentem quem voluerit, ſi autem eſt in ætate minori, debet dari fideli, non obſtante, quod indigeat matris obſequio ad educationem. Probatur etiã in cap.ex literis.de conuer.in fide. ¶ Vndecimum.Mulier conuerſa ad fidem gaudet priuilegio dotium,vt per multa probat Pan. in ca. Placet.de diuor.

11 VNDECIMO † quæritur,quid iuris de impedimento, quod dr̃ vis, ſeu violentia, vel coactio?Et dico multa. ¶ Primum.Secundum Sã. Th.in 4.di.29.duplex eſt coactio, ſeu violentia,de qua etiã in l.1. ff.quod met.cau. vna faciens neceſſitatem abſolutam, quæ & dicitur a Philoſopho violentum ſimpliciter, vt cum quis alium corporaliter impellit ad motum alia faciens neceſſitatem conditionatam,quę dicitur violentum miſtum, licet ſit ibi volnntariũ ſimplicirer, vt infra, & fit ex hoc, quod timetur aliquod periculum imminens. vnde eſt idem quod metus, qui voluntatem quodammodo cogit. Prima non cadit in conſenſum,ſed in corporalibus:puta, ad copulam. Secunda uerò cadit iu conſenſum: unde aliquis conſenſus eſt coactus, ſcilicet conditionate. Et quia legiſlator non conſiderat ſolum interiores actus, ſed magis exteriores: ideo per uim intellige coactionem ſimpliciter, propter uim contra metum diuidit. Sed nunc agitur de conſenſu interiori,in quẽ non cadit coactio ſeu uis, quæ a metu diſtinguit, ideo in propoſito idem eſt coactio quod metus, qui ſecundum iuriſperitos, eſt inſtantis, vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio. Vide infra,Metus,in princ. ¶ Secundum.Coactio abſoluta, ſecundum omnes matrimoniũ tollit,ſicut & conſenſum, etiam ex parte cogentis, quia eius conſenſus ſolus non ſufficit ad matrimonium. Vnde eo caſu quo copula matrimonium facit,ſi ſit coacta, non facit. argum. diſt.50. presbyteros. de ſpon. ueniens. el 2.31.q.2.c.1.& 2.Coactio uero conditionata,ideſt,metus, ſi ſit metus iuſtus ideſt, cadẽs in conſtantem uirum. iuxta dicenda inf. metus. §.1. ſimiliter matrimonium tollit. extra eodem perlatum, & ca.ad audientiam.& extra,de ſpon.ueniens.el 2. Et hoc etiam, ſi iſte

metus

metus non inferatur contrahere debenti, ſed filijs,aut filiabus, & huiuſmodi,ſm Richar. Si vero ſit metus minor: non tollitur matrimonium,ſed tenet,ff.eod.l.neque timorẽ. ¶ Tertium. Conſenſus,ſiue metus iuſtus, vt recitat S.Tho. ſm aliquos tollit matrimonium quantum ad eccleſiam, quæ præſumit ibi non fuiſſe conſenſum interiorem: non autem quantum ad Deum. Sed hoc, inquit nihil eſt: quia eccleſia non debet de aliquo præſumere peccatum antequam probetur: peccat autem qui dicit ſe conſentire, & non conſentit. Et ideo dicendum eſt ſm eum, & alios, ꝙ illud tollit quo ad iudicium Dei, & eccleſiæ, qui nolunt talem eſſe legatum, etiam ſi adſit conſenſus interior, in quo per metum iuſtum multum minuitur de voluntario. Quod quidem metus facit, & ex conſtitutione eccleſiæ, quæ inſtituere potuit, vt perſona coacta durante coactione illegitima ſit ad contrahendum, & ex ſua natura, inquantum tollit conſenſum quod verum intelligo quantum ad coactionem abſolutam, non quantum ad conditionatam, vel metum: quia ibi eſt voluntarium ſimpliciter cum inuolũtario ſm quid. Circa prædicta tñ ſciẽdum eſt, quod opinio communis doct. vt recitat Pan. in c. cum locum. de ſpon. eſt, ꝙ matrimonium contractum metu iuſto ipſo iure nullum eſt. Sed Card. in ca. abbas, qđ met. cau. dicit, quod mero iure tenet: licet veniat reſcindẽdum actione, quod me. cau. per regulam generalem. ſ. quia omnia facta per metum tenent. Sed iſta opinio eſt falſa: quia ſi tenet, eſt verum matrimonium, & conſequenter diſſolui non poteſt, niſi eo modo, quo ſupra, Diuortium. per totum fere. Vnde Panor. tenet opinionem cõem: pro qua videtur text. apertus in cap. ſignificauit. de eo, qui du. in ma. vbi tenet ſecundum matrimonium nõ obſtãte primo per metum contracto nulla petita reſciſſione prioris. Quare autem regulariter teneant facta per metum, & non hic, Pan. adducit multa. Sed tu dic, ideo eſſe. quia eccleſia ſic ſtatuit propter ea, quę ille allegat, quæ de ſe non ſufficiunt. ¶ Quartum. Licet conſenſus coactus matrimonium non faciat etiam ex parte cogentis, ſecũdum S.Tho. quia matrimonium claudicare non poteſt: tñ, vt dicit, ſi is, qui fuit coactus, poſtmodum conſentiat, intellige etiam tacite ſm Arch. poſt Rich. fit matrimonium, dummodo cogens adhuc in ſuo conſenſu permaneat, non autem ſi mutauit voluntatem. Et concor. glo. Ray. & Pet. addens, ꝙ ſi prius conſentiens velit diſſentire altero conſentiente, compelletur per eccleſiam, quia præſumitur manere in eodem cõſenſum nec ei licet variare, & facit caput primum, de eo, qui duxit in matrimo. Rich. autem in hoc diſtinguit: nam aut coactus eſt alter tantum, aut vterque; ſi alter tantum fuit coactus, ligatus eſt ſolum liber, non alius: tñ ſi coactus poſtea tacite, & libere conſentiat, perſona ligata perſiſtente in priſtino conſenſu, verũ efficitur matrimoniũ, & vterque ligatus eſt: quia tacitus conſenſus ſufficit, non per ſe, ſed cum expreſſione exteriori ꝑcedente, ſed ſi perſona ligata reſiliuit a cõſenſu ante ſequentem conſenſum alterius; ſi quidem contraxit ſecundo, peccauit, ſi non expectauit congruo tempore liberum conſẽſum alterius, ſed tenet ſecundum matrimonium, ſi vero uno contraxit, ſecundum iudicium eccleſiæ, præſumitur in eodem conſenſu remanere; quia in aliquem ſemel conſentientes, amplius diſſentire non põt, niſi alius negauerit ſuum præſentẽ conſenſum, de ſpõ. de illis el 1. ſecundum iudicium tamen Dei non eſt matrimonium, quia deeſt conſenſus vnius. Si autem vterque fuit coactus, ad hoc, vt ſit verum matrimonium, requiritur nouus conſenſus vtriuſque, ſed non exterior expreſſio noui. ¶ Quintũ. Si mulier poſt conſenſum coactum carnaliter cognoſcitur, ſecundum Petr. præſumitur tacite conſenſiſſe matrimonio, ſi habuit tempus reclamandi, & non reclamauit. Et ſic intellige extra, qui ma. accu. poſ. c. inſuper. Secus ſi fuit coacta abſolutè, aut metu iuſto: ſed ſi metus non fuit ſufficiens, in iudicio exteriori præſumetur pro matrimonio, ſi tñ vere non conſenſit, non eſt matrimonium, etiam ſi habuit opportunitatem reclamandi, nec reclamauit. Et idem Rich. ¶ Sextum. Secundum Veruec. ſi mulier poſt conſenſum coactum moram trahit cum marito per annum cum dimidio, aut etiam minori tempore, dum tñ tantum ſit, quod arbitrio boni viri præſumendum ſit pro conſenſu: poſtea non debeat audiri; de ſpon. ad id. & concor. Hoſt. & Bern. & ſit tale matrimonium habitatione ſpontanea conualeſcit: Et ibi dicit Pan. quod ſecundum hoc licet in text. mentio fiat de anno cum dimidio, tñ non eſt neceſſaria cohabitatio tanta: quia ibi narratur facti contingentia: ſed ſufficit ſi peruenerit ad ætatem legitimam, qđ habita opportunitate fugiendi non fugerit: nec requiritur copula carnalis. Pro hoc c. vnitum. de deſpon. impub. libr. 6. Iudex tñ habet conſi-

conſiderare quantitatem moræ, & opportunitatem fugiendi. ¶ Septimum. Et per dicta Pano. in particula priore, idem videtur dicendum, ſi quocunque modo appareat de tacito conſenſu: puta, ſi coniuges nominabant, vel amplexabantur vt coniuges: argum. d. ca. vnici iuncta glo. Et idem ſi ſponſa recepit munera ſponſalitia: quia talia videntur purgare metum præcedentem. ¶ Octauum. Si autem ad conſenſum coactum addatur iuramentũ, ſecundum Pet. in foro iudiciali tale iuramentum non eſt obligatorium: in foro tñ conſciẽtiæ conſulendum eſt, ꝙ impleatur, vel ſaltem per ſuperiorem impetretur abſolutio. Et concor. Veruec. & Hug. Rich. autem dicit, ꝙ matrimonium non tenet: quia quod non eſt, non poteſt ratificari, ſed tamẽ cum hoc ſtat, quod conſulatur, vt ſup. ¶ Nonum. Parentes, ſm Pe. liberos cogere non poſſunt ad contrahẽdum nec generaliter, nec in ſpeciali: cum aliquo, vel aliqua: quia in matrimonio requiritur conſenſus maximè liber ratione perpetuæ obligationis, quæ ibi contrahitur. de ſpon. re quiſiuit. Non tamen propter hoc parentes temere iurant matrimonia filiorum: quia ex natura contractus intelligitur iſta conditio, ſi liberi conſentiant, & ipſi parentes tenentur ad inducendum eos. de ſponſa. ex literis. el 2. iuncta gloſ. ¶ Decimum. Si mulier contraxit imperio, vel precibus principis non habet iuſtum metum, vt dicit gl. in c. fi. qui cle. vel vo. ſed in cõtrarium facit l. fin. C. quod met. cau. & illud, Eſt orare ducum, ſpecies violenta iubendi. Io. autem And. dicit, quod eſt iuſtius, ſi rex, aut princeps conſueuit tyrannice tractare non parente ſuis præceptis, ſeu precibus: ꝙ notandum eſt ſingulariter, ſecundum Pan. in d. c. fi. & idem ſentit Barto. tract. de tyranno. ¶ Vndecimũ. Si quis matrimonium cõtrahat in captiuitate facta ab hoſtibus, non valet aliter, quam matrimonium ſeruorum ſm Hoſti. quia captus ab hoſtibus ſeruus factus eſt. Si vero captus eſt, quis vt cogatur ad tale matrimonium, non valet. ar. extr. de proc. accedens. Vide ſup. Accuſatio. §. 4.

12 Dvodecimo † quæritur, quid iuris de impedimento ordinis? Et dico multa. ¶ Primum. Nullus ex minoribus ordinibus matrimonium impedit, aut dirimit, nec impedit vſum matrimonij; ſed poſſunt licite contrahere taliter ordinari. diſt. 32. ſi quis vero ca. ſeriatim. & de cle. coniu. c. 1. 2. & 3. Imo talis contrahẽs cum vnica, & virgine, retinet priuilegium clericale, ſi tonſuram, & veſtes retinet clericales. de cler. coniu. cap. 1. li. 6. non tamen retinet beneficium eccleſiaſticum, nec illud recipere poteſt: quia ex beneficio eccleſiaſtico tenetur quis ad ordinis executionem, quam etiam quo ad ordinem non ſacrum, impedit matrimonium, ſecundum ſtatum occidentalis eccleſiæ, propter maiorem honeſtatem. ¶ Secundum. Ordo ſacer matrimonium præcedens, tanquam habens implicitum votum ſolenne ex conſtitutione eccleſiæ, illud impedit & dirimit. diſtin. 32. ſi quis eorum. & c. erubeſcant, & c. electores & c. placuit. & extra. qui cle. vel vo. c. 1. & 2. quod quidem votum, ſm S. Thom. quilibet intelligitur emiſſe ex hoc ipſo, ꝙ ordinem ſacrum ſuſcepit, ſm ritum occidentalis eccleſiæ: vnde etiam impedit vſum matrimonij prius contracti, vt patebit. Quod adeo verum eſt, vt nec etiã Græco cui licet vti matrimonio contracto, ſit licitum in ſacris contrahere, ſecundũ. Io. And. Inn. & Rich. in 4. & plures alios. Contrahens ãt in ſacris eſt excommunicatus, de conſangu. & affi. c. eos. in cle. & eſt etiam irregulari, ſm Pet. de Pal. in 4. diſtin. 37. qui etiam dicit, ꝙ licet is, qui ordinatur ad ordinem ſacrum, non intendat continere, nec ſe ad hoc obligare: tñ ad hoc obligatur etiam in foro conſcientiæ: quia eccleſia poteſt inhabilitare ad matrimonium ignorantem & inuitum, ſicut & ſeruum, & frigidum, & per eandem rationem ad hoc obligatur ordinatus ante annos diſcretionis etiam in cunis præſuppoſito, quod recipiat characterem, quia obligatur ex ſtatuto eccleſiæ, non voto ſuo: vnde ſi talis contrahit, dirimitur matrimonium. hæc ex illo. Poſſet forte, & alter huius ratio aſſignari, ex voluntate ſic ſuſcipientes ordinem ſacrum ſcienter: quaſi eccleſia illegitimet iſtos non ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione volũtatis ſuſcipiendi ordines ſacros, & ſic ille puer non tenebitur ad caſtitatem, & hoc magis conſonat Sã. Tho. volenti, ꝙ ſuſcipiens ordinem ſm ritum occidentalis eccleſiæ, ſ. ſcienter, vel ignoranter, ignorantia nõ excuſante, intelligatur votum emiſiſſe. Conſonat etiam illi præcepto, Creſcite, & multiplicamini. Geneſ. 1. quod licet non teneantur ſinguli hominum implere, quia eſt factum communitati, & ſufficit ſi per aliquos impleantur: tñ quicunque vult, poteſt illud implere, & Deo licentiam dante nullus poteſt prohibere. Vide etiam inf. partic. 7. in fi. ¶ Tertium. Matrimonio ſecundum S. Th. in 4. diſtinct. 37. ordo ſacer ſuper venire poteſt; quia iunctus matrimonio, ſi ad ſacros ordi-

te allegatur impedimentum, perpetuo maneat sine spe coniugij: alius verò nubat cui vult in domino, & tale impedimentum est frigiditas, ad quam reducitur omnis defectus naturalis. Accidentalis, sicut ex maleficio, si nõ est perpetua, nõ dirimit: si verò est perpetua, id est, non habens remedium operæ humano, & si diuino, vel aliquando diabolico, dirimit. Ad hoc autem cognoscendum, scilicet vtrũ sit perpetua, vel temporalis, ecclesia tã in causa naturali, puta, frigiditate, q̃ accidẽtali; puta, maleficio, statuit tempus triennij ad hoc experiendum, in quo ex vtraque parte detur efficaciter opera copulæ carnali, post quòd si matrimonium inueniatur non consummatũ, iudicio ecclesiæ dissoluitur: in quo tamen quandoque ecelesia erat, quia per triennium, quandoque experiri sufficienter non potest perpetuitatem impotentiæ: sed si deceptam inueuit se per hoc, quòd ille in quo erat impedimẽtum, inuenitur carnalem copulam cum eadem, vel alia perfecisse: reintegrat præcedens matrimonium, & dirimit secundum, quamuis de eius licentia factum. Est tamen inter frigiditatem, & maleficium differentia: quia impotens ex illa, sicut ad vnam, ita & ad aliam impotens est; ideoque soluto matrimonio non datur ei licentia nubendi: sed ex maleficio potest quis esse impotens ad vnam, & nõ ad aliam: ideoque quando iudicio ecclesiæ matrimonium dirimitur, vtrique datur licentia, quærendi aliam copulam. Potest autẽ maleficium præstare impedimentum quãtũ ad omnes, & quã tum ad vnam tantum: quia diabulus est causa volũtaria, nõ ex necessitate naturæ agens. Sed intellige, nisi vtatur actiuis naturalibus. Et præterea hoc impedimentum potest esse ex impressione dæmonis in hominis imaginationem, ex qua tollitur viro concupiscientia mouens ad talem mulierum, non ad aliam. ¶ Secundum Sum. Ange. dicit tres esse species huius impotentiæ, quæ sunt naturalis, accidentalis, & maleficialis: sed quia etiam ipsa maleficialis est accidentalis, ideo melius Supple. & Sum. Ros. cum S. Thom. & Rayn. dicũt, quod sunt duæ, s. naturalis, vt frigiditas, seu impotentia pueri, & senis, & complexionis, vt caliditas nimia, & arctatio mulieris, & accidẽtalis, vt maleficium, castratio, & huiusmodi. ¶ Tertium. Impotentia naturalis, quæ est in puero, matrimonium impedit ad tempus, quia quandiu durat, contrahere non posset, extrà eo. quòd sedem, vbi impotens ad copulam, est impotens ad contrahendum. Quæ verò est in sene, non impedit: quia nemo est adeo senex, quin calere possit. natura, vel artificio, secundum glo. in cap. nuptiarum. 32. q. 1. si tñ nullo mõ iuuari posset natura, vel arte, ẽm Rich. esset idem sicut de naturali frigiditate: quia talis contrahendo se obligaret ad impossibile. Quæ verò est in frigido, si est perpetua, impedit, & dirimit: secus si temporalis. extra eod. laudabilem. Et idem de excessiua caliditate, secundum Sanc. Thom. quia, secundum eum, licet vix possit esse impedimentum perpetuum: si tamen inueniretur per triennium impedire copulam, iudicaretur perpetuum; quia tamen frigiditas magis, & sæpius impedit, tollit enim non tantum commistionem seminum, sed membrorum rigorem, quo fit corporum commistio: ideo magis ponitur impedimentum, quã caliditas. Et idem. Asten. & Petr. de Palu. addens quòd nomine frigiditatis intelligitur non solum caliditas, sed eam omne impediens perpetuo actum generationis, non autem si effectum generationis impedit, & non actum: vnde steriles scienter possunt contrahere. Vbi no. qđ actus generationis non est commistio corporum, sed seminum, id est, tenentium locum seminum. Et si vir non sit omnino frigidus, sed membrum non erigitur, vel aliter ineptum est, vel statim spargit, vel huiusmodi, ita quod mulieri commisceri, non potest, secundum Hostien. si iuuari potest medicinis, tenet matrimonium, aliter expectabitur triennium, & postea fortè separari poterit, sicut naturaliter frigidus. Sed intellige, quod expectabitur, nisi possit de perpetuitate impedimenti constare. Si autem erigitur quidem, sed non seminet, propter naturale, vel accidentale impedimentum, ẽm Pano. in c. 2. de frigi. & malefi. tenet gl. 32. q. 7. ca. hi qui, quod pt contrahere, & matrimonium tenet, quia potest mulierem prouocare. Sed communiter tenetur, contrarium, quia ex quo habere non potest actum generandi, potest mulier dicere, ego volo effici mater, vt in cap. 1. in fin. eod. titu. sed de hoc infra particula 5. Si verò copulari potest cum corrupta, non autem cum virgine, secundum Sanct. Tho. possunt claustra pudoris aliquo instrumento medicinaliter frangi, nec esset contra naturam, quia nõ fieret ad delectationem, sed ad medicinam. Si etiam moueatur ad pulchram, non ad turpem, secundũ S. Th. hmõi abominatio mulieris non est causa naturalis, sed accidentalis

ideoque

ideoq; idem est iudicium, quod de maleficio, de quo inf.p.8. Si verò membrum sit excessiuum, secundum Host. Papa esset cõsulendus. secundũ alios verò melius dr̃ esse idem quod de muliere arcta, quę cum vno, non cum alio potest contrahere, quia dicit Auic. ꝙ qñque mulier non est arcta, sed vir eius non conuenit ei, vnde vterque indiget permutatione. Et ita tene, quia impossibile est, virũ non posse coire propter excessum membri, & mulierem non esse arctam, nõ simpliciter, sed huic. Quartum. Impotentia coeundi in muliere naturalis, eodem modo sicut, & in viro matrimonium dirimit, si est perpetua, secũdum S. Tho. non autem si est temporalis. Vnde si mulieri arctæ absque periculo subueneri potest beneficio medicinæ, vel per futurum vsũ viri proportionati, quod secundum Veruec. matronarum inspicientium iuramento cõstabit, secundum Ray. contrahere nõ impeditur, de frig. & malefi. ex literis. Si verò non potest aliquo modo subueniri sine graui periculo, separabitur, & poterit alteri copulari, cui forsitan apta foret, vel cuius respectu ei subueniri posset, ex cuius vsu si facta sit ideo primo, restituetur ei, scd̃m vnam opinionẽ: a quo si cognosci non poterit, cum eo erit per triennium, ẽm Host. quasi sit maleficiatus: quo elapso, si eã cognoscere non poterit, restituetur secundo sine spe, quod iterum reddatur primo licet. glo. Ray. dixerit, quod fieri põt restitutio ista in infinitũ. Vel melius, si primo aptari non potest nisi per vsum alterius, nunq̃ restituetur primo, nisi eo modo quo sup. Diuortium §.19. dictum est. Et ẽm Hug. si mulier est arcta, sed per incisionem aptabilis, cũ ea contrahi non potest, nisi facta incisione, & si ante ducatur, & facta incisione duret primus consensus, sufficit ad matrimonium. Si verò non duret, vel de nouo in eam nõ consentiat, aut eam carnaliter non cognoscat, potest ab ea reddere, & superinducere aliam. Et si vni sit arcta, & non alteri, contrahere non prohibetur cum illo, cui potest sine periculo commisceri, secundum Veru. non cum alio. Et secundum Arch. non sic dicitur mulier inepta propter frigiditatẽ, sicut propter arctationem, quia in concubitu est patiens, vt ad reddendũ debitum viro sufficiat, quòd viri patiat actionem in membro naturali: quod frigiditas eius non impedit. Ex quo concludi potest, quòd mulier contrahere potest in quacunque ætate senili, vel cõplexione: & dispositione, modo pati possit ingressum viri ad claustra pudoris, secus de masculo, vt dicetur par. seq. ¶ Quintũ. Si aũt vir sciat se frigidũ, & ineptũ & tñ scienter contrahit cum aliqua, secundũ Ray. non põt ab ea recedere ꝑꝑ tale impedimentum, si illa vult cohabitare. argu. ext. de eo, qui dux. in matr. cap.1. & extra eo. c. cõsultationi, & quam tanq̃ vxorem habere nõ potest, habeat vt sororem: posset tamen discedere propter alia, de quibus sup. in titu. dictum est. Et idem dicendum si mulier sciens se esse arctam contraxit cum aliquo, quia si vir cohabitare velit, non poterit illa discedere. Et similiter, si quis sciẽter contrahat cum arcta, aut si qua scienter contrahat cũ aliquo frigido, vel impotente secundum Inn. tenetur ei cohabitare, vt frater, aut soror. Si tñ contrahat cum alia, tenet matrimonium, quãuis primam, vt sororẽ tenere, & alere teneatur. Et idem dicendum est si frigidus, & arcta scienter contraxerint. Consentit Ray. & Pet. de Palu. & bene, licet Host. dicat, ꝙ nullum ius in illum ad illud compellit, & verum est, sed compellit ipse contractus, vt vr̃ velle S. Tho. in 4. dist. 34. qõ. 1. ar. 2. in responsione ad quartum. Posset tamen secundum Ray. vnus separationem petere, si alter viueret incõtinenter, vel alias inhoneste, vel alium male tractaret, & nollet se corrigere. Si verò quis ignoret impotẽtiam in alio, vel ẽt in seipso, vt si vir credebat se non impotentem, aut mulier non arctam: quando perpenderit, allegare potest suam impotentiam, arg. de eo, qui dux. in matri. quam pol. cap. primo. & cap. consultationi. ¶ Sextum. Secundũ Pet. de Pal. quando fit separatio propter frigiditatem viri, mulieri datur licentia contrahendi cum alio viro, aut si est impotens simpliciter, idest, non valens seminare: vel valens quidem, sed non in loco debito, & hoc sic quo ad omnem fœminam: interdicitur simpliciter matrimonium contrahere. Si autem hoc sit respectu istius tantum; puta, quia est virgo, licentiandus est cũ corrupta, non simpliciter prohibendus. quod intellige secundum mentem S. Thom. si virgo, cum qua iam contraxerat, non posset ei aliquo instrumento sine peccato coaptari. Et similiter si mulier ita est arcta, quod a nullo ordinarie est cognoscibilis, secundum eundẽ Pet. debet manere sine spe coniugij, quod intellige, nisi sine peccato sit alicui coaptabilis, & viro datur licentia contrahendi cum alia. Sed si est arcta quo ad aliquem: puta, senem, cognoscibilis verò per alium, puta, iuuenẽ, licentiã est ad illũ. ¶ Septimũ. Quantũ ad ca-

stra-

ſtrationem,quæ ſm Rich.eſt truncatio mem-
brorum genitalium,comprehendendo teſti-
culos,& virgam,aliquando verò eſt ſola ab-
ſciſſio teſticulorum, aliquando vero ſola eo-
rum debilitatio ſciendum eſt, ꝙ ſi matrimo-
nium prȩcedat,& reddat omnino ineptum ad
reddendum debitum,quod intellige tūc eſſe,
quando quis ſeminare non poteſt, tales con-
trahere nequeunt,& ſi contraxerint, ſunt di-
uidendi; quia matrimonium nullum eſt, ext.
eo.ad ſedem. Si verò ſequatur matrimonium
per verba de præſenti, durat,& dirimi nō po
teſt, ſecundum cōiorem opinionem,vt dicit
Archi.licet quidam dicant,ꝙ dirimit nō con-
ſummatum, ſicut & religionis ingreſſus. Qui
dam etiam dicunt,ꝙ ſi remanet virga quæ ri-
geat,etiam abſciſſis vtriſq. teſticulis:tale ma-
trimonium non conſummatum non ſoluitur,
qa ſatisfacit vxori, ſicut & illa viro reſoluat
ſperma,ſiue non.Sed Panor.in c.ꝙ ſedem,ex-
tra eo.dicit de mente Doct. quod carens vtro
que teſticulo contrahere non pōt: ſecus vno
tm̄.Et ſic poteſt intelligi,l.ſi ſerua.§.ſi ſpado-
ni.ff.de iure dot.Et hoc eſt verum,quia ſi ca-
rens vtroq; teſticulo non poteſt ſeminare vt
aliqui dicunt, cum ſemen tranſeat per eos,&
conſequenter nec effectum,nec actum gene-
rationis,habere nec copulam carnalē, quæ in
iure, vt dicit Arch.non reputatur, ſubſecuta,
niſi ſit conſummata per ſeminationem ordi-
nariam,ſecus ſi poſſent ſeminare, licet inuali
dè ad generandum.Vnde de caſtrato, & ſpa-
done dicit Pet.de Pal. quod ſi non impediunt
ab actu generationis, licet ab effectu, q.a.ſ.in
eis virga erigitur,& ſemen emittitur, ſed in-
ualidum ad generandum; poſſunt contrahe-
re,ſed ſi ſemen non emittunt, contrahere nō
poſſunt,ſecundum quoſdam 32.qō.7. his qui,
neq; contrahitur per hos affinitas. Et hoc ſal-
tem intēdunt omnes tenentes,ꝙ ſpado vtro-
que teſticulo priuatus contrahere nō poteſt,
vt Pan.glo.5.in ca.nuptiarum.27.q.1.& Gof.
in Sum.& Hoſt.in Sum.Hug. Ioan Fran.Arc.
in c.his qui.32.q.3. ¶ Octauum.Quantum ve-
rò ad maleficium,quidam adſcribunt Hoſt.&
S.Tho.dicendum eſſe, ꝙ ſi ſuperueniat matri
monio ante carnalem copulam, ſi eſt perpe-
tuum,impedit, & dirimit. Sed S.Th. quicquid
ſit de Hoſt.hoc nō dixit, ſed potius innuit op
poſitum in 4.diſt.34.q.1.art.3.vbi videtur vel
le idem eſſe de maleficio,& frigiditate,niſi
quantum ad aliqua, nec etiam eſt hoc verum:
quia matrimonium cōtractum per verba de
prȩſenti diſſolui non poteſt,niſi per mortem
naturalem,aut ciuilem; vt ſupra Diuortium.
§.1.& 4.vnde Richar.in 4.dicit,quod commu
nis opinio eſt,quod ſi certum eſſet quod ma-
leficium eſſe ſequutum matrimonium ritum,
licet non conſummatum,non propter hoc di
rimeretur vinculum matrimonij.Vnde dicē-
dum eſt,quod maleficium perpetuum ſi præ-
ueniat matrimonium, illud dirimit: non autē
ſi ſit temporale neque ſi perpetuum ſequa-
tur: mulier tamen, ſi maleficium procurauit,
diuortium petere non poteſt, quia ſua culpa
ad hoc deuenit. Proceditur autem ad diuor-
tium ratione maleficij eo modo, quo ſupra
Diuortium.§.20.& celebrato diuortio dabi-
tur licentia nubendi vtrique, ſi impedimen-
tum erat particulare reſpectu vnius, ſecun-
dum S.Tho.& alios. Si vero erat vniuerſale,
non dabitur licentia contrahendi illi, ex cu-
ius parte eſt vniuerſale,ſi de hoc conſtet. Et
ſi eccleſia ſe deceptam inuenerit ex hoc quod
impedimentum,quod iudicauit, perpetuum,
apparuit temporale,reintegrabit primum.
Vnde ſi maleficium erat vniuerſale reſpectu
cuiuslibet perſonæ, tunc ſi poſtea coniungi-
tur cum ſecunda,redibit ad primam, quia ma
leficium non fuit perpetuum. Si vero particu
lare reſpectu vnius,ſic nō reſtituetur primo,
quamuis ſecundam cognoſcat,quia primum
matrimonium fuit nullum,& ſecundum vali-
dum, & ita communiter tenetur, & ſequitur
Summ.Ange.& Roſ. & aſcribitur hoc dictum
Sanct.Thom. licet non ſit eius, nec eſt verum
ſimpliciter,quia etiam ſi erat reſpectu vnius,
& nupſit ſecundo, & deinde ſciatur per certi
tudinem quod ſublatum ſit impedimentum,
vt quia animo fornicario cognoſcit primam,
impedimentum eſt temporale, & reſtitutio
fiet,ſcd̄um prædicta.Et ita tenet Ric.& tunc
dicit, quod illud decretum. 33.q.1.ſi per ſor-
tiarias,non tenere. Supplem.autem econtra-
rio incidit in alium errorem,volens,quod ſi-
ue maleficium fuerit vniuerſale,ſiue particu-
lare,qui tranſiuit ad ſecunda vota, non redi-
bit ad primam, ēt ſi redeat potentia coeundi.
Sed fundauit ſe ſuper d.ca.ſi per ſortiarias, ꝙ
Rich. dicit non tenere: & bene quia corrigit
per ca.fraternitatis.de fri.& male. ¶ Nonū.Si
dubiū ſit an impotentia coeundi præceſſerit
contractum matrimonij per verba de præſē
ti necne, ſecundum Pan.in d.ca.fraternitatis,
præſumitur præceſſiſſe, ex quo nunquam po
tuit cognoſcere, & facit in art.l.3.C.de ædil.
edi.& hoc idem ſequitur Rich. in 4.diſtin.34.
& in hanc partem magis videntur Docto-

res,

res inclinari, licet gl. 33. q. 1. in summa. teneat contrarium. Nec obstat capitu. licet ex quadam. in fi. de test. vbi dicitur, ꝙ in dubio pro matrimonio est præsumendum: quia hoc Pan. vbi supra, egregie limitat verum, quando matrimonium habere potest effectũ suũ, id est, euitationem fornicationis, ad bonum prolis. ¶ Decimum. Secundum. Petr. de Palud. si maleficiati, vel alias impotentes velint cõmaneri, vere coniuges sunt, sicut Maria, & Ioseph. Sed hoc non est verũ, nisi quando impedimentum est temporale; quia, vt dicit Sã. Thom. vbi supra, licet actus carnalis copulæ non sit de essentia matrimonij, potentia tamẽ ad hoc est de essentia eius. Vtrum autem vnum maleficium possit auferri per aliud, sup. Maleficium. §. 8.

RVRSVS de Matrimonio jx. quantum ad accusationem ad diuortium ordinatam.

1 *Matrimonium qui accusare possint.*
2 *Accusare an possit matrimonium, qui tempore contractus tacuit.*
3 *Matrimonij accusatio qualiter fieri debeat.*
4 *Testes qui esse possint in casu matrimoniali.*
5 *Matrimonij causa habet quædam specialia.*
6 *Adulterium coniugis an quis accusare debeat.*
7 *Adultera post pœnitentiam an repellat maritum ab accusatione.*
8 *Adulterij spiritualis cum carnali an fiat compensatio inter coniuges.*
9 *Adulterium qui accusare possint.*
10 *Adulterij accusatio qualiter fieri debeat.*
11 *Accusationis adulterij quis sit effectus.*
12 *Vxor an ab alia crimina possit accusari, & dimitti.*

MATRIMONIVM rursus nono considerari potest quãtum ad accusationem ad diuortium ordinatam, siue impedimentum aliquod siue adulterium accusetur: tñ secundum S. Th. in 4. dist. 42. si sponsalia sola sint contracta, ꝙ non est, nõ accusatur; sed potest impedimentum denuntiari, ne matrimonium contrahat.

1 PRIMO † ergo, quantum ad impedimẽtum quæritur, qui sunt, quibus ista accusatio prohibetur, & quibus licet? Et dico, quod generaliter accusare prohibentur omnes extranei, quandiu sunt consanguinei. 35. q. 6. ca. 1. & 2. Nam secundum S. Th. in 4. d. 42. si consanguinei, quos probabile est scire consanguinitatem, tacent, suscipio est contra extraneũ, qui consanguinitatem scire non potest per consanguineos, quod ex malitia procedat, nisi per consanguineos probare voluerit; vnde ab accusationẽ repellitur, quando sunt cõsanguinei, qui tacent, & per quos probare nõ potest. Admittuntur vero consanguinei, sicut pater mater, soror, frater, paruulus, auunculus, amita, matertera, & tota progenies, vt in d. c. 1. & 2. Cuius ratio est; quia suam genealogiam quisque scire laborat; extra, qui ma. accu pos. cap. videtur. Et istud speciale, ꝙ consanguinei admittantur ad accusationẽ. Quod tamen S. Thom. limitat, quando accusatur matrimonium propter impedimẽtum perpetuũ dirimens: quia quando accusatur ex hoc, qđ dicitur non fuisse contractum, tunc parentes tanquam suspecti, sunt repellendi, nisi ex parte illius, qui est inferior dignitate, & diuitijs de quo præsumitur, ꝙ vellet istud stare. Addit etiam Sum. Conf. libr. 4 titu. 20. qu. 1. hodie in multis locis non seruari, quin admittantur extranei, etiam existentibus consanguineis, qui hoc possint. Consanguineis autem deficientibus admittuntur antiquiores, & veraciores vicini, quibus ea propinquitas nota est d. c. 1. Admittuntur etiã tam maritus, quam vxor, nec vlla defenduntur longinquitate annorum. de consangu. & affin. non debet. licet olim ipsi, & extranei prohiberentur temporis diuturnitate, id est, si stetissent simul sine. q. 20. sũt 18. ann. vt no. in d. q. 1. quia: vt dicit S. Thom. quæ sine peccato esse non possunt, nulla præscriptione firmãtur; quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed adauget. de simon. cum in ecclesiæ. de consuetud. cum tanto. nec ad hoc facit aliquid fauor matrimonij; quod inter illegitimas personas esse non potest.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum is, qui tempore contractus matrimonij tacuit, modo possit illud accusare? Et dicit S. Tho. quod quandoque auditur, quandoque repellitur, quod probet per caput, cum in tua, extra, qui ma. accus. pos. vbi habetur, quod si quando banna, vel denuntiationes fiebant, ipse erat extra diœcesim, vel non ad eum denuntiatio non potuit peruenire: puta, si nimia infirmitate laborans non erat sanæ mentis, vel ita puer, ꝙ talia comprehendere non volebat, vel alia causa legitima erat impeditus, eius accusatio debet audiri; alioquin cum rationabiliter præsumatur, quod denuntiationem publice factã ipse existens in diœcesi non ignorauerit, tanquam suspectus est repellendus: nisi iurauerit, ꝙ postea didicerit, quæ obiecit, & ad hoc ex malitia non procedat: q̃a tunc debet admitti, etiam si ab illis didicisset, qui tempore de-

nun-

nunciationis tacuerunt: quia licet illi non essent admittendi, quia fuerunt in culpa, iste tũ repelli non debet, cum non sit culpabilis.

3 TERTIO † quæritur, qualiter fieri debet ista matrimonij accusatio? Et dicit S.Th. quod obligatio ad rationem habet locum, quando accusatur persona de crimine; quia tunc agitur ad eius punitionem, quod non fit quando accusatur factum, & agitur ad impediendum rei illicitæ, & ideo in matrimonio accusator se non obligat ad pœnam. Vnde dicit Raynu. quod in prædicto casu proprie non dicitur accusatio: quia non fit inscriptio, in qua se accusator obliget ad talionem, sed dicitur denunciatio, quæ fit propter peccatum in quo iuncti male permanent, & potest fieri etiam sine scriptis: intellige tamen sic, vt continuo scribatur in actibus iudicialibus, vt clemen. sæpe. de verbo. signific. coniuncta cle. dispendiosã. de iudi. Sed melius est, quod fiat inscriptis. ar. de restitutio. spol. cap. literas. & c. a nobis. qui ma. accu. pos. Huiusmodi autem denunciationis forma talis est. Ego talis denuntio vobis, Domine Episcope, quod matrimonium Petri, & Mariæ stare non potest: quia sunt in tali gradu consanguinei, designando personas, vel si est alia causa, vt affinitas, & huiusmodi; & datur libellus etiã parti aduersæ, vt sciat quid impeditur, quid actor probare velit: in quo libello continentur gradus, & personæ proprijs nominibus designatę. Quo facto ꝓceditur in lite, more solito, scilicet suscipiendo iuramentum a partibus de veritate dicenda, & examinationes, ac probationes faciendo per ordinem. Et nota, quod in hoc casu potest contra contumacẽ, lite nõ contestata, ꝓcedi ad testium receptionem, & sñiam diffinitiuam. extra, vt lite non contest. quoniam frequenter. Secus autem esset in accusatione de adulterio, ad thori ad separationem. ext. vt li. non contest. c. 1. & cap. quoniam frequenter.

4 QVARTO † quæritur, qui possint esse testes in causa matrimoniali? Et dicit Ray. quod omnes, qui admittuntur ad accusationem, admittuntur etiam ad testificationem, de quibus su. § 2. Et licet pater, & mater sint idonei testes in hoc casu, vbi agitur, vtrum sit ibi impedimentum, vt extra, qui mat. accus. poss. videtur nobis, tamen si de ipso contractu agatur, i. vtrum matrimonium sit inter eos contractum tanquam suspecti repelluntur, nisi ex parte illius, qui est inferior, vt su. §. 1. dictum est: quia parentes videntur filiorum, & filiarum incrementum, & honorem diligere, de testi. super eo. Et similiter in prædicto casu potest esse idem accusator, & testis, arg. 35. q. 6. episcopus in synod. & c. de parentela, de testib. cog. præterea. & idem S.Th.

5 QVINTO † quæritur, vtrum in hac causa sint aliqua specialia? Et dico, ꝙ sic ẜm Iuristas, vt refert ac tenet S.Th. vbi su. s. ꝙ idem potest esse accusator, & testis, & non iuratur de calumnia, cum sit quasi cã spiritualis, & quod consanguinei admittuntur ad testificandum, & ꝙ non obseruatur oĩno iudiciarius ordo: quia tali denunciatione facta contumax potest excõicari lite non contestata, & valet hic testimoniũ de auditu, & post publicationẽ testiũ testes pñt induci, & hoc totum est vt peccatũ impediatur, quod in tali cõiũctione esse põt:

6 SEXTO † quæritur, quantum accusationem adulterij, vt fiat diuortium, vtrum vir possit, vel non possit, vel etiam teneatur vxorem adulteram accusare, & dimittere? Et dico, qđ vtiq; potest: quia clamãt hoc omnia iura, & similiter econtrario vxor virũ, q̃a in hoc sunt pares, vt §. seq. Sũt tamen septẽ casus, in quibus eam dimittere, & consequenter accusare non põt, quos vide sup. Diuortium. §. 9. An vero ad hoc teneatur: Pet. dicit, ꝙ si fornicatio est occulta, nec potest probari, dimittere eam non debet: similiter nec si est manifesta, & speratur correctio: si vero non speratur, non licet eam retinere, ne videatur consentire peccato: & consequenter tenetur accusare. Et concord. S.Tho. Non autem potest eam sine peccato accusare, & dimittere, si ipse occultè, illa vero manifeste adulterauit, secundum Ray. quia non deficit vxori ius excipiendi, sed probandi: argu. 32. q. 6. per totum. Et idem. S.Tho. Ala. Gof. & Host. quod tamen fallit, si ille egit pœnitentiam, & illa monita agere non vellent. 32. q. 1. ca. 1. 2. 3. & 4. & idem Gofr. & Host.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum adultera post pœnitentiam repellere possit maritum ab accusatione? Et credit Ray. quod non; quia pœnitentia non tollit ius accusandi in foro iudiciali. 22. di. c. 5 33. q. 2. admonere. 6. q. 1. qui crimen, & concor. S.Tho. Gof. & Host. Et ratio: quia pęnitentia satisfacit Deo, sed non hominibus, vel reipublicæ.

8 OCTAVO † quæritur, si alter coniugum carnaliter, alter spiritualiter fornicetur: vtrũ fiat compensatio, & accusatio cesset? Et dicit Hosti. quod si accusatio est de fornicatione spirituali; puta, hæresi, & exceptio de carnali, id est adulterio, nihilominus procedetur, nisi

voluerit cõuerti, quo casu locum habet compensatio. Sed si econuerso accusatio sit de carnali, & exceptio de spirituali, exceptio admittetur, & super ipsum promptius procedetur propter periculum hæresis.

9 Nono † quæritur, qui ad talem accusationẽ admittantur? Et dico secundum Rayn. quod, licet tam secundum leges, quam secundum Canones quilibet bonæ famæ admittatur ad accusationem adulterij, cum agitur ad pœnam legalem, vel canonicam: tamen cum agitur ad separationem thori, nullus admittitur, nisi maritus, & vxor, quę propter hãc causam possunt se accusare, & dimittere. Matth. 19. Qui dimiserit, &c. licet non possiat nubere. 32. qõ. 7. omnes causationes. & in tali casu non iudicantur ad imparia, sed ad paria. 32. q. 7. si quis vxorem, & quæst. 5. præcepi. & capi. Christiana. Ad paria tamen non iudicantur ex paribus, sed ex imparibus culpis, secundum S.Th. in 4. dist. 35. & Pet. quia licet adulterãdo vterque æqualiter peccet, agendo contra bonum fidei, plus tamen peccat mulier cæteris paribus contra bonum prolis, & vir propter dominationem rationis.

10 Decimo † quæritur, qualiter fieri debeat ista accusatio? Et dico, quod maritus volens vxorem de adulterio accusare ad pœnam legalem, debet inscribere, & ad pœnã talionis se obligare, nec potest agere per procuratorem, sed per se ipsum præsentẽ oportet eum agere. Si autem coram iudice ecclesiastico agat ad thori separationem: tenetur scribere, & dare libellum accusationis, sed ad talionẽ se obligare non debet, quoniam siue probaret obiecta, siue nõ haberet, quod vellet, quia separaretur ab vxore, & potest ipse agere, & illa respondere per procuratorem, si necessitas exposcat, quia etsi de crimine fiat accusatio, non tamen est criminalis, sed quasi mista. Probantur hæc omnia de procu. c. tuæ.

11 Vndecimo † quæritur, quis sit effectus huius accusationis? Et dicit Rayn. effectum esse, quod si maritus probet, vel illa confiteatur, nec excipiatur contra eum de aliquo septem casuum, de quibus sup. Diuortium §. 9. absoluitur a cohabitatione, & seruitute qua illi tenebatur, & ingredi potest religionem ea inuita. 27. quæst. 7. Agathosa, ipsa tamẽ inuito marito intrare non poterit, & si ingrediatur, eã poterit reuocare, secundum Veru. & similiter si eo ignorante. Si autem eo sciente, & non contradicente ingreditur, videtur data licentia, & vir tenetur continere. arti. 27. quæst. 2. Agathosa. De his supra, Diuortium.

12 Dvodecimo † quæritur, an propter aliud crimen possit vxor accusari, & dimitti? Et dicit S.Th. in 4. d. 29. quod propter alia peccata dimitti non potest, nec quo ad vinculum, nec quo ad actum, nisi fortè ad castigationẽ subtrahat ad tps solatium pñtiæ suæ. Nam quando vxor præstat magnam occasionem ruinæ viro suo, subtrahere se potest ab eius conuersatione, & idem Al. addens, quod non oportet cohabitare furi, aut vsurario, si nõ vult resipiscere: licet cessante scandalo debeat reconciliari. 28. q. 1. vxor. & Matth. 18. Si dextera tua scandalizat te, abscinde eam, vbi dicit glo. qđ in manu, & oculo possunt fratres, vxores, filij, & propinqui intelligi. Concor. etiam Pet. dicens, quod quando coniũx per suum peccatum est scandalum, dimitti potest quo ad cohabitationẽ corporalẽ, quousq; corrigatur. De hac materia habes multa sup. Diuortium. & sup. Adulterium. & sup. Debitũ, per totum.

RVRSVS DE MATRIMONIO X. quando aliquis, vel aliqua petitur, aut repetitur tanquam coniunx.

1 *Cõiunx agit petitorio, & possessorio in coniugem. & qualiter procedatur, num. 2.*
3 *Mulier si recedat a viro an petat se restitui.*
4 *Religiosus si petatur in coniugium, prius factum, an credatur.*
5 *Coniunx post spoliationem ad quid restituatur.*

Matrimonivm rursus decimo considerari potest, quando alter coniugum de facto, vel de iure habitat separatim, & a reliquo petitur, vel repetitur.

1 Primo † ergo quæritur, quot modis in hac causa agere quis possit? Et dico, quod duob. s. petitorio iudicio, & possessorio. Agitur petitorio, vt, si mulier dicat, aliquem esse maritũ suum, quia contraxit secum, & petit eum sibi adiudicari in maritum, quod est agere petitorio, quasi agat de ꝓprietate. Agitur vero possessorio, quando petit eũ sibi restitui, quasi ab eo fuerit iniuste dimissa, quod est agere possessorio: quoniam petit viri sui possessionem.

2 Secvndo † quæritur, qualiter in hac causa sit procedendum? Et dico, quod si agat petitorio, dicens, aliquem esse virum suum, & ille neget excipiendo, quod illa non possit esse vxor sua, vel non sit, ꝑ ꝑ talem, vel talem causam prius tractabitur exceptio mariti, quia, illa probata, perimitur quęstio principalis, & vir erit absoluendus. de ord. cogn. ca. 1. Si vero agat possessorio, secundum Ray. quãdo pe-

tit maritũ ſibi reſtitui, licet maritus obijciat de conſanguinitate, vel alio impedimento; prius debet fieri reſtitutio mulieri, quam cognoſcatur de exceptione mariti, de diuo. porro. de reſti. ſpolia. ex conqueſtione. & cap. literas. etiam ſi illud impedimentum eſſet notorium, quãdo ſeparatio non eſt facta iuridicè, vt in d. c. porro. Quod tamen in quibuſdã caſibus fallit, in quibus reſtitutio fieri non debet. Primo, ſi obijciatur mulieri fornicatio publica, & manifeſta, de qua probato, quod ſit notoria, ita quod non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, non reſtituetur, niſi ipſa probaret virum adulterium commiſiſſe; quo caſu reſtitui, debet etiam ſi ipſa fuerit publicè fornicata. de diuor. c. ſignificaſti. Secũdo, ſi obijciatur conſanguinitas, maximè lege diuina prohibita, & probationes offerãtur incontinenti paratæ; quo caſu debet recipi iur̃m ad cautelã, ne ſcilicet huiuſmodi obiectio malitioſè fiat, & tunc fiet quidem reſtitutio quo ad cohabitationem, ſed non quantum ad copulam carnis, vt in d. c. literas. Tertio, ſi obijciatur exceptio rei iudicatæ, ſcilicet ſuper diuortio; quia non eſt reſtitutio facienda, niſi prius de illa exceptione cognoſcatur. Quarto, quando vir petit ſibi vxorem reſtitui, & illa de eius ſæuitia timet, quia debet quidem reſtitui, ſed ſufficienti cautione recepta, quod illi non inferat malum. de reſti. ſpol. cap. ex tranſmiſſa. de qua cautione hic vide. §. fin. Et ſi ita capitali odio eam proſequitur, quod merito de ipſo diffidat, nec poſſit ex ſufficienti ſecuritate prouideri, non ſolum non debet reſtitui, ſed potius debet ab illa remoueri, vt in d. c. literas. & cõcord. S. Th. & Pet. Et addit Rayn. In omnibus alijs caſibus credo, quod mulieri petenti ſit reſtitutio facienda, & econuerſo, dummodo ꝓbet ſe in poſſeſſione fuiſſe, & a viro ſpoliatã ſine iuris ordine, quia hæc duo probare habet, de offi. deleg. conſultationibus, & qui filij ſint legi. c. cauſam. el 2.

3 TERTIO † quæritur, quid ſi mulier propria authoritate receſſit a viro ſine culpa viri. & nunc petit reſtitutionem? Et dicit Veru. ſecũdum quoſdam, eam non debere reſtitui, ſed ſecundum Vinc. Bern. & Hugo. debet, quia hoc ipſo, quod rediens non admittitur, expellitur, & cadit a poſſeſſione. l. clam poſſidere. in fi. ff. de acq. poſſ. argu. etiam. l. 1. §. ſine autem. ff. de vi, & vi. ar. & de iureiu. c. tua nos. & hoc niſi ipſa fuerit publicè fornicata, vel cum adultero publicè morata. Adde etiam, quod ſi ipſa ſua ſpontè receſſit ſine culpa graui mariti, & nõ quærit reſtitutionem, maritus non tenet̃ eam requirere ex rigore iuſtitiæ, quia ipſa renunciauit ipſo facto, quod habebat in cohabitatione mutua: tenetur tamen ex charitate de p̃cepto, vel conſilio, ſi inde bonum ſperaret.

4 QVARTO † ſi religioſus, vel religioſa petitur tanquam coniux, & fatetur matrimonium, & copulam carnalem, quæritur, vtrum ſtandum ſit ſuæ confeſſioni; puta, mulieris? Et dico Veruec. hoc caſu, quod ſic, & reſtituetur viro, q̃a ex hoc nullũ ſit præiudicium, niſi ipſis, nec eſt credendum, eos ſuæ ſalutis immemores eſſe. 1. q. 8. ſancimus. Aliud tamen eſſet dicendum in rebus, quas dediſſet monaſterio, & idem Innoc. & Bern. extra, de rapto. c. cum cauſam. Sed hoc dictum procedit dupliciter, primo in dubio, ſecundum Sum. Conf. ſecundo quando probabiliter conſtaret, quod confeſſio confitentis eſſet contra eius intentionem; puta, quia deſiderat ſtare in monaſterio, & fatetur ꝓ matrimonio, quia cuilibet creditur cõtra ſe, non pro ſe, alias non videtur ſtandum confeſſioni eius contra matrimonium carnale, vt in cap. ſuper eo. de eo, qui cogno. conſan. vxo. ſuæ. & multo minus contra ſpirituale, cum ſit fauorabilius. de conuer. coniug. c. ex publico. niſi conſtaret perſonam ante religionis ingreſſum fuiſſe traductam, quia tunc crederetur ſibi dicenti copulam interueniſſe. & iſte eſt caſus. d. c. cum cauſam. ſecundum gloſſ. ibi. Nec mirum, quia etiam hoc caſu ſi mulier negaret crederetur viro aſſerenti copulam interueniſſe. de deſpon. impu. continebatur. Vide Pan. in c. cum cauſam. diffuſum.

5 QVINTO † quæritur, qualiter, ſeu ad qđ coniũx ſpoliatus eſt reſtituendus? Et dico ſecundum Rayn. eum debere reſtitui ad omnia, de quibus probauit ſe ſpoliatum, vt gaudeat pacifica poſſeſſione, & plena ſecuritate. 4. q. 1. redintegranda. Sed, ſi mulier dicat, ſe virum habere ſuſpectum, ne fortè eam lædat, & cauſam veriſimilem oſtendat, ad iudicem ſpectat facere ſibi caueri de cautione ſufficienti, quod eã benè tractabit ſicut vir tractare debet vxorẽ, & quod non lædet eam in perſona, vel rebus & huiuſmodi. Et hanc cautionem præſtabit per iuramentum, argum. 32. quæſt. 1. de benedicto. iuncta gloſſ. quæ ibi dicit, quod ſi nihil allegat mulier de ſuſpicione viri, ſufficit nuda promiſſio. Et ſi de iuramento mulier non cõfidat, præſtabit pignoratitiam, vel fideiuſſoriam ſub certa pœna. argu. vt lite non conteſt. c. quoniam frequenter. & 23. q. 5. prodeſt. & q. 4. ſi vindicta. Si ãt tanta ſit viri ſæuitia, vt

nulla videatur sufficere cautio, non est ei reddenda, sed alicui honestæ matronæ committenda de restitu. spol. c. est transmissa. & c. literas. in fine.

MAXIME, dupliciter summitur, s. pro tantùm, & stat impropriè: quandoque verò stat propriè, & ponit item in casib. alijs, sed maiorem rationem in expresso. C. vnde liberi. l. fi. Vide etiam Pan. post glo. in c. auditis, de elect.

DE MEDICO, ET INFIRMIS.

1 *Medicus qualis esse debeat.*
2 *Medici qui esse possint.*
3 *Medicus qualiter circa infirmum se habere debeat, & nu. 4. & 5.*
6 *Medici salarium quale.*
7 *Medico an teneatur parere infirmus.*
8 *Medici, & Chirurgi an possint ad sacros ordines promoueri.*
9 *Anatomia causa an teneatur iudex dare cadauer suspensi.*

MEDICVS a medēdo dictus, est duplex. s. Chirurgus incidens, & adurens: & Physicus siue naturalis, non urens, nec incidens, sed exhibens actiua naturalia intus, vel extra. Et vterque est triplex. Quidam. s. non exercens artem, sed in particulari persona, vel casu adhibens aliquod remedium, quo modo omnes, aut fere omnes sunt medici. Et quidam doctoratus, & conuentatus in arte: sed illam non exercens. Et de his duobus generibus non intendo loqui. Et quidam artem exercens, vocatus medicus a vulgo, qui iuridice dr̃ medicus, quem non est necesse peritum esse, vt dicatur, medicus: alioquin nunquā peccaret per ignorantiam: neque esse doctoratū vel conuentatum. Vnde secundum Bar. in leg. sciendum, ff. de ædilitio edict. & si statuto epi cauetur sub pœna excommunicationis, ne qs ingrediatur monasterium monialium, prçter medicum; medicus non conuentatus intrando non incidit, quia quamuis non sit conuentatus, tamen medicus est, & ita a vulgo nominatur. Item quia non dicitur medicus à dignitate, sed medendo, vnde non refert an sit Doctor, dummodo medeatur.

1 PRIMO † igitur quæritur, quid requiratur in medico, vt possit artem exercere sine peccato? Et dico requiri multa. Primò enim requiritur, ꝙ sic sit peritus, vt communiter a peritis illius facultatis reputetur idoneus, nec sufficit esse doctoratū, alias, si ex notabili ignorantia in sua cura nocet infirmo, mortaliter peccat, faciens contra illud, non occides. de pœ. dist. 1. homicidium. & secundum Ric. tenetur infirmo ad ęquiualens, ex quo non pōt resarcire principale, imò etiam si sanitas sequatur, peccat mortaliter, quia exposuit se periculo peccati mortalis, i. operi, vnde potest sequi notabile nocumentum proximo. Nec obstat quod hoc non intendat, quia voluntarie ponit se ad illud, vndē hoc natum est sequi. ar. 15. q. 1. merito. & §. sed obijcitur, de Lamech. Nec tenetur solum in foro animæ, qñ voluntarie lædit, puta, prolongando infirmitatem, & hm̃oi, sed ēt quando ex ignorantia, vel imperitia, vel non sequendo traditiones artis. vt no. Pet. in auth. sed hodie. C. de iud. quia imperitia medici culpæ annumeratur, l. si quis fundum. §. Celsus. ff. loc. & l. imperitia. ff. de regul. iu. hoc tamen Pan. in c. ad aures. de æta. & qual. limitat, quando assumpsit officium volūtariæ: secus, si ex necessitate bona fide fecit, quod potuit deficientibus alijs medicis. Vnde imputet sibi qui talem eligit, ex quo dicebat se imperitum. Secundo debet esse diligens vnde etiam peritus notabiliter negligens in reuidendo libros, in visitando infirmum in qualitate rerū medicinaliū, & hm̃oi, si sequatur mors, est irregularis, & peccat mortaliter similiter si sequatur magna aggrauatio infirmitatis sine morte. Sed ẜm Ant. de But. in cap. tua nos, de hom. dr̃ oēm diligentiam quam debet adhibuisse, qñ sequitur traditiones artis, & visitat personaliter, & dictat regimen infirmo, nec tenetur ad custodiam personalē continuam, ẜm Host. & sic non imputatur ei euentus mortis. ff. de officio præsidis. l. illicitas. §. sicuti. Tertio debet habere intentionē iustificatam, vt non intendat lucrari cum alterius iactura, de reg. iur. nemo, libro 6. Vnde curam quam citissime potest, debet terminare. Et si curam extendit, & prolongat ad lucrum, peccat mortaliter, & illud plus restituere tenetur, & similiter si permittat aromatarium ponere in cōfectione medicinæ species non sufficiētes ꝓꝑ vetustatem, vel alium defectum, vt ipse plus lucretur, peccat grauiter, & tenetur vterque infirmo de omni damno. Imò secundum Arch. de aromatario confidere non debet, nisi sciat esse consciatum, peritum, & practicū: sed sub suis oculis debet medicinæ compositio fieri. Si tamen medicinam secundum artem dedit, & omnem debitam diligentiam exhibuit, non imputatur ei, si ex defectu specierum, vel admistione alia si nociua, de clerico excomm. ministrante. ca. apostolicæ, secundum Inn. & Host. in oīb. autem

prædictis tenet̃ ad arbitrium bonorũ virorũ.

2 SECVNDO †quæritur, quis inter eos, qui tria prædicta habent, poſſit eſſe medicus, i. exercere artem medicinæ? Et dico multa. ¶ Primũ. Si clerici ſunt in ſacris, vel etiam in minorib. dum tamen ſint ſufficienter beneficiati, ſecundum Rayn. non licet eis operari in medicina phyſica, niſi gratis pro miſerabilibus perſonis, vel conſanguineis; nec tunc vbi poſſet eſſe periculum: quod etiam in clauſtralibus diſtrictius eſt obſeruãdum: ne cler. vel mo. multa. Officium autem chirurgi, quod inciſionẽ, vel aduſtionem requirit, ſm eundem eſt clericis omnibus interdictum. ne cler. vel mon. ſententiam. & de homic. c. tua nos. in quibus capitulis, licet non videatur dici, niſi de exiſtentibus in ſacris: tñ idem poteſt intelligi de exiſtentibus in minoribus ſufficienter beneficiatis, ſm Pa. in d. c. ſententiam. arg. c. 1. de poſtu. & contrahit talis clericus irregularitatem, vbi eã laicus non contraheret: quia dat operam rei illicitæ, de quo vide Pan. vbi ſup. ¶ Secundum. Nullus Iudæus poteſt eſſe Chriſtianorum medicus, vt ſup. Iudæus, §. 1. tamen dicit Hug. ꝙ neceſſitas Chriſtianorum excuſat, quando. ſ. alium non habet, & idem vr̃ ſecundum Archid. quando non habet ſufficientem. Medicinalia verò poſſumus ab eis emere, ſecundum Hug. & Lau. ¶ Tertium. Secundũ Auguſt. de Ancho. lib. de pote. ecc. ad practicam medicinæ admitti non debent, niſi nati de legitimo matrimonio, & iurati ſine diſpenſatione; quod tamen, ſecundum eum, fallit, vbi nõ viuitur legibus imperialibus: cum hoc ſit ciuili, vel imperiali iure prohibitum, & ubi viuitur, quidem, ſed non contraria conſuetudine abrogatis.

3 TERTIO † quæritur, quomodo medicus ſe debeat habere in exhibendis medicinis ſpiritualibus, cuiuſmodi eſt monitio ad confeſſionem, præmonitio de futuro morte, & hmõi? Et dico multa. ¶ Primum. Tenetur medicus ſeruare decretum, de pœ. & re. cum infirmitas. vbi ſtatuitur, & diſtrictè præcipitur medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari contingat, ipſos ante omnia moneãt, & inducant, vt medicos aduocent animarum, ſ. cõfeſſores: vt poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur. ¶ Secundũ. In dicto decreto quædam verba põderanda sũt. Nam dicitur primò, diſtrictè præcipimus, & ſic importatur neceſſitas. 12. q. 1. quod præcipitur, & ſecundum glo. Hoſtien. tranſgreſſor peccat mortaliter: nec poteſt hoc conſuetudine, vel præſcriptione tolli, cum ſit pro ſalute animarum ſtatutum, & ſecundum Pan. ibi, & huiuſmodi conſuetudo non poſſit eſſe rationabilis. Dicitur ſecundò, ante omnia hoc ſeruandum eſt, antequam ad curam animarum mittant, vel de ſalario cõueniant, ſm Io. And. alias aũt poſſet repetere, vel negare ſalarium: quia contra legem, C. de leg. l. non dubium. Dicitur tertiò, moneat & inducat, ſ. cum effectu, ita quòd confiteatur: aliter non amplius eum viſitet, ſm Hoſt. & ſequitur Pan. ibi. Sed & dicit Archid. dura nimis eſt iſta opinio: cũ in periculo conſtitutis quantumcunque obſtinatis ſit ſubueniendum, ſecũdum ordinem charitatis. nec tex. hoc dicat. Vnde, & Pet. de Pal. dicit, quòd ſolum tenẽtur admonere, ſed adde, quod inter inducere, & monere ſit differentia, vt monere ſit commemorare: inducere verò ſit efficaciter hortari, vt quantum eſt ex parte medici ſequatur effectus: arg. c. fi. de eo qui co. conſang. vxo. vbi dr̃, moneas & inducas; & ſubditur, ꝙ ſi induci nequiuerit, & conſequenter illud, inducas, non ſonauit effectum: aliter aũt intelligẽdo, videretur cõtra charitatem; quia infirmus fortè moreretur deſperatus, qui ſanatus fortè conuerteretur. Dr̃ quartò, vt ſalubrius procedatur. Ex quo patet, quod ſi infirmitas indigeret tam celeri remedio corporali, quòd expectatio confeſſionis obeſſet ſanitati: eo caſu non ligat iſta conſtitutio. ¶ Tertium. Summa autem Angel. & Summa Roſel. non intelligunt iſtam cõditionem quantum ad omnem infirmitatem: ſed ſolum quantum ad periculoſas, & dubias ſecundum ſe, i. quæ poſſunt probabiliter inducere periculum mortis, in quo ipſe infirmus confiteri tenetur. Sed iſtam opinionẽ expreſſe Archid. per tex. videtur euertere dicens, ꝙ medici hoc obſeruantes ſolum cum ęgritudinem mortalem viderint, non adimplent conſtitutionem, quę ſubdit inter cætera huius edicti cauſam fuiſſe, quòd quidam in ægritudinis lecto iacentes, cum eis a medicis ſuadetur vt de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt; vnde facilius mortis periculum incurrunt. vbi dicit Ioan. And. quod ex quo infirmi ſciant hoc medicos dicere in omni infirmitate mortali, & non mortali ex ꝑcepto ceſſabit timor, & periculũ. Hæc ex illo. Et ideo ſimpliciter & indiſtincte dicẽdum eſt cum textu, eos ad hoc teneri, cũ eos ad infirmos vocari contingit: maxime, quia ſi infirmitas leuis aggrauaretur tantum, vt in

firmus teneretur confiteri: si tūc medicus sua deret confessionem, infirmus timore quateretur, vt plurimum, quod in text. cauetur. Nec oportet dicere, vt dicit Summ. Rosel. hoc nimis esse durum: quia facile est medico dicere pro debito præcepti mihi facti hortor ad cōfessionem, quæ prodesse potest, obesse nō potest. ¶Quartum. Si autem medicus mortem futuram infirmi præuiderit, tenetur ex præcepto per se, vel per alium hoc nuntiare infirmo, secundum Io. de Neap. in 11. quolib. si probabiliter credit, ꝙ hæc annunciatio multum proderit illi: puta, quia est in peccato mortali, & confitebitur, vel ordinabit de rebus suis, & compescet futuras lites: qa tacendo dānificaret indirectè, dum non obuiaret futuro damno, cū possit, & debeat. Et idem est si dubitat an hæc nunciatio vtilis sit necne: quia in dubio tenetur homo vitare notabile damnum proximi, si potest. Vno tñ ex habentib. curam infirmi nunciante alij liberantur. Si vero medicus hoc non credit, nec dubitat, sed credit oppositum, s. ꝙ parum, aut nihil proderit nunciatio ista, & per oppositum taciturnitas parum, aut nihil proderit, vt quia putat eum esse in bono statu, & sua ordinasse, nō tenetur nunciare: quia cessante causa cessat effectus: melius tamen esset nunciare, quia probabile est, eū magis ex scientia mortis futuræ disponendū. Hæc ex illo. Et idem dic, si eum ita malè dispositū videt, ꝙ, audita morte, nō ꝓficiscetur in melius: sed fortè in deterius, eadem rōne Galeno autem dicenti, quod semper medicus ēt de salute desperās sanitatem spōdere debet infirmo, secundum Ioan. nō est standū: vel secundum Arch. est verum, quando nunciatio multum noceret, & taciturnitas parū obesset. Vel dic, quod loquitur tanquam ignorans spiritualem sanitatem, & vitam.

4 QVARTO † quæritur, qūo medicus se debeat habere in conferendis corporalibus medicinis, aut remedijs? Et dico multa. ¶Primum. Secundum Inn. in c. tua nos. de homi. diligenter attendere debet, ne illas medicinas conferat, de quibus illi secundum artem non constat: quia si dubitat vtrum prodesse debeat, vel obesse, dando peccat: quia in dubijs tutior sequēda est via: cuiusmodi est relinquere infirmum naturæ, & creatori, quam medicinæ exponere; de qua nescit. de homi. ca. petito. quod Sup. contra Summ. Ang. intelligit de eo, qui habet qualecunque dubium, vel habere debet, eā si vehementer credat profectum. Sed hoc non bene dicitur: tum quia si non sufficit ratio probabilis, nunquam, aut vix poterit quis exhibere licitè medicinam, sicut nec hr̄e rationē demonstratiuam, ꝙ proderit: tum etiā quia verba impropriantur. Dr̄ enim esse in dubio, quādo nihil habet, ex quo probabilius notabiliter existimet medicinam profecturam, q̄ nocituram. Secus, si de profecto hēret aliquā ꝓbabilitatem: quia sic, adhibita debita diligentia, & studio, dare posset: quia propriè non est in dubio, sed in opinione, vel titubatione. ¶Secundum. Dare medicinam prægnanti, vt abortiatur, & lateat peccatum, est mortale, ad præseruandum vero prægnantem, secūdū Io. de Neap. in 10. quolib. distinguendum est. Nam, si fœtus erat animatus rationali anima, est peccatum mortale, quia est causa mortis corporalis, & spiritualis, cuius non fuisset, nō dando, causa directa, vt patet; nec indirecta, eo modo, quo nauta est causa subuersionis nauis, quam potuit, & debuit gubernare; quia licet iste potuerit matrem præseruare a morte dando medicinam, non tamen tenebatur dare; imo nec debuit. argu. 14. qō. 5. denique. vbi dicit Ambro. quod si alteri subueniri non potest, nisi alter lædatur, cōmodius est neutrum iuuare. Si vero nondum erat anima tali animatus: posset tunc, & deberet dare talem medicinam: quia licet impediret animationē futuram fætus, non tamen esset causa mortis alicuius hominis, & vnum hominem liberaret a morte. Hæc ex illo. Sed si dubium sit, vtrum sit animatum necne: dando medicinam videretur peccare mortaliter, secundum Arch. qa exponit se periculo peccati mortalis, i. homicidij. ¶Tertium. Si chirurgus est peritus, & diligentiam adhibet, nō est in culpa, si infirmus ꝓp inconsuetam dispositionem venarum, vel insolitum timorem, aut tremorem moriatur. argu. c. ex literis. de frig. & malefic. & poterit promoueri, si de hoc habet consciētiam probabilem, quod nihil de contingētibus omiserit, alias secus. de æta. & qual. ad aures, & hoc verū, si non dubitabat de hoc, quia in dubio debuit omittere, vt no. Inno. & Host. in c. sententiam. ne cler. vel mon. in d. c. tua nos. Et idē generaliter dic de omni medico, & oī alio, secundum Archiepiscopum, si erat peritus, & adhibuit diligentiam. ¶Quartum. Nunquā licet medico dare medicinam corporalem contra salutem animæ, quia præposterus ordo est corpus animæ præferre, & ne faciat, præcipitur ei sub pœna excommunicationis. de pœniten. & remiss. cum infirmitas, vnde est mortale consulere fornicationem, vel ebrietatem

ſecundum Archiepiſcopum,& huiuſmodi.de quo ſupr.Ebrietas.§.3. Et idem eſt ſecundum Ioã.Andr.poſt Vinc.ſi medicus dicat infirmo, non conſulo tibi : tamen ſi accederes ad aliq̃ mulierem,ſanareris,quod intellige, ſi hoc dicit in fraudem legis,i.ea intentione, vt hoc faciat: quia re vera hoc eſt conſulere,i.oſtendere quid ſit faciendum,& ſimiliter ſi hoc dicit non in fraudem legis, ſed tamen ex imprudentia hoc dicit illi, de quo debuit veriſimiliter cogitare,quod eum exponebat periculo ſic faciendi,quia hoc eſt ſcandalizare puſillũ. Tales etiam ſunt illi medici, qui ſine cauſa abſtinentias carnium, vel eccleſiæ ieiunia diſſuadent, aut diſpenſant in talibus ex aliquo humano reſpectu, vel mentis diſſolutione, qua talia negligunt,aut,quod peſſimum eſt, forte contemnunt : ſecus, ſi id faciunt ex cauſa rationabili credita,vel ſaltem dubitata.

5 QVINTO † quæritur ſpecialiter, quomodo ſe debeat habere in exhibendis in medicinis, & remedijs corporalibus, infirmis non valentibus, aut non volẽtibus ſoluere? Et dico multa.¶Primum. Pauperibus ſoluere non valentibus tenetur medicus gratis mederi:imo etiã ſoluere medicinas,ſi ipſe poteſt,& illi nõ poſſunt,ſecundum gloſ.diſt.83.§.1. Sed intellige ſecundum S.Th.2.2.q.61.art.1. quando nec ꝑ ſe,nec per alios magis coniunctos, nec ꝑ eos, qui magis poſſent,valent curari. Non tamen eos quærere tenetur,ſed ſufficit ſi occurrentibus,aut ſe vocantibus ſubueniat; quia remiſſio ſalarij,& medicinarum impenſa, eleemoſyna quædam eſt.¶Secundum. Si autem infirmus ſit quidem diues, ſed tamen ex auaritia ſoluere non velit; etiam tenetur eum curare gratis,& ſoluere medicinas, & neceſſaria antequã illum mori permittat,ſi alius ei nõ medetur,ſecundum glo.ibidem. Sed tamen poterit repetere impenſas,ſi conualuerit, quia vtiliter geſſit negotium eius.ff.de neg.geſt.l.Põponius. imo etiam ſi moriatur repetet ab hæredibus;quia ſufficit, ſi vtiliter cœpit gerere, licet effectus non ſit ſequutus, ff. eod.l. an vltro.Nec poteſt illi obijci, quod pietatis cauſa fecit ſumptus.ff.de nego.geſt.l. alimenta. niſi eſſet propinquus, quia oporteret proteſtari tunc,quod non intendit gratis mederi, aut exponere ; alias non repeteret.d.l. alimenta. & no.gl.in d.§.primo.Ex quo elice,quod coram Deo repetere non poteſt,ſi intendebat gratis hæc facere;ſimiliter nec coram hominibus,ſi de illa intentione conſtaret.Et prædicta intellige etiam infirmo nolente,& contradicente, ac prohibente;ſicut & virum extrahere poſſumus de domo ruitura, & beneficium pſtare inuito.23.q.4.ipſa pietas; imo præſumitur, ꝙ infirmus talia dicendo fuerit furioſus, ff. de cond.inſt.l.quidam.¶Tertium. Ex dictis patet ad ſequentem caſum;Vtrum putrefactum pedẽ habentem inuitũ multa impenſa chirurgus curauit, quod niſi feciſſet, pedem oportebat abſcindi, ſed eo deinde expetẽte mercedem, eã negat curatus,dicẽs ſe maluiſſe abſciſſionẽ pedis,q̃ hmõi ſolutionem. Dicendum eſt.n.ꝑ prædicta.& per no.a Bar.ĩ l.Stichus.ff.de pec. le.ꝙ pro omni eo, quod tangit perſonam,vel libertatem,vel vitam,vel ciuilitatem ille,pro quo ſoluitur dicere non poteſt, non eſſe vtiliter geſtum.Et per hoc dicit Bar. quod ſi amicus animo repetendi ſoluit pro condemnato ad ſoluendum certam ſummam, aut ad pedis abſciſſionem,vel aliudfaciendum in perſona, id nolente ſoluere; non poſſet ille dicere, qđ reddere nolit, quia maluiſſet pedis abſciſſionem, vt eſt tex.ſecundum eum in d.l.Stichus, & ibi gl.nota.Et idem dicendum,ſi quis ſit cõdemnatus in centum,quæ niſi ſoluerit,ſit bannitus,& aliquis ſoluit pro eo; quia dicere nõ poteſt non expediu.ſſe ſolutionem, eo, quod potius expediebat eſſe bannitũ. Hæc ex illo.

6 SEXTO † quæritur,qũo medicus ſe debeat habere circa ſalarium? Et dico multa.¶Primũ. Si medicus eſt a communitate ſalariatus, ita quod nihil debeat ab infirmis accipere; nihil accipere poteſt,etiam ſi ſalarium nõ ſufficiat, & ſibi imputet; quia pacta ex conuentione legem accipiunt,quæ ẽt ſeruanda ſunt.de pact. c.1.Quod tñ ſecundũ Arc.fallit,ſi mutatę ſũt rerum conditiones. Fallit etiam ſi is,qui eius opera vtitur ſit ſanus,vt l.archiatri.C. de profeſ. & med. ¶ Secundum. Si vero non eſt ſalariatus,ſed per ſtatutum communitatis, aut domini cauet,quod nõ accipiat,niſi tãtum:ſic accipere nõ dẽt vltra,q̃ velit ſtatutũ; niſi eẽt contraria conſuetudine abrogatum. de conſue.c.fin.¶Tertium. Si vero nec ſalariatus ſit, nec limitatus exigere poteſt ſalarium moderatum, cum nemo cogatur de ſuo facere beneficium.10.q.1. precariæ, quod moderamen attenditur ſecundum qualitatẽ curæ, & laborem,& induſtriam medici,& facultatem infirmi,& conſuetudinem loci. ¶Quartũ. Si autẽ factum ſit pactum de certa mercede danda poſt curationẽ,& liberatus infirmus,recidiuauit,Spec.diſtinguit,ſecundũ Pet.quia ſi incontinenti recidiuauit, tenetur medicus pro eodem ſalario illum curare, quia non vr̃ ægri-

tudo

tudo receſſiſſe, quæ ſtatim redijt, nec plene liberatus, qui ex toto non eſt liberatus, de pœnit. diſt. 3. ſunt plures. Secus autem ſi ex interuallo. Sed iſta diſtinctio procedit, ſi nulla culpa præceſſit in infirmo, q̃a ſi ex ſua culpa ſtatim recidiuaſſet: non tenetur medicus. l. quod quis ex culpa, ff. de reg. iur. Hanc quæſtionem format. gl. in l. Martinus. ff. loc. circa infirmitatem podagræ: multa adducens pro, & contra. ¶ Quintum. Si quis animo, & cum proteſtatione repetendi expenſas curauit monachum ſcholarem Bononiæ, qui tamen demum mortuus eſt, non tenetur Abbas, ſecundum eundem Specu. ſi ſine eius licentia tacita, vel expreſſa erat in ſtudio, ſi vero ibi erat cum licẽtia eius, arguit, ꝙ teneatur Abbas & pater naturalis, ſed ſoluit, quod negotium eſt vtriuſq; & tenetur is, cuius contẽplatione factũ eſt & ſi vtriuſque, vterque tenetur: licet Abbas magis, quia monachus dr̃ ſeruus monaſterij. diſ. 54. vnde eum alere tenetur. ¶ Sextum. Si medicus ſcit infirmitatem incurabilem, licite nihilominus, ſecundum Aug. de Anch. ſalarium recipit, quia eſt inſtr̃m naturæ, quod ſubtrahi non dẽt, quouſq; natura non ſuccũbit, & hoc niſi forte malitioſe non indicet habentib. curam infirmi, vel faciẽdo ſuperfluos ſumptus, vel mendaciter ſpondendo ſalutem. Adde ẽt, quod neſcimus, quid Deus facere diſpoſuerit & quod medicus licet non ſanet, tamen iuuat medicando, & præſeruando.

7 SEPTIMO † quæritur, q̃uo ſe debet habere infirmus, & ſeruitor ad medicum in eligendo illum, & illi obediendo? Et dico multa. ¶ Primũ. Medicũ practicum & expertum, præferre dẽt æger theorico & ſcienti, quia expertos magis ꝓficere videmus. 1. Metaph. ꝙ Aug. de Anch. dicit verum de experto ex originis diſpoſitione, ſicut aliqui ex cœlo ſunt diſpoſiti ad curandum: & ex particularium applicatione, quia vtraque experiẽtia eſt cum cauſæ cognitione in vniuerſali: ſicut prima cognoſcit cauſam in vniuerſali agente, i. cælo, ſic mouẽte, & dictãte, ꝙ bonum ſit ſic facere, & ſimiliter ſecunda, quia illo modo experiẽdo facta ẽ ars, vt patet vbi ſupr. Expertis autem qui ſunt omnino idiotiæ, vnam medicinam omnib. infirmitatibus exhibentibus nullus debet ſe cõmittere, ſecundũ eundẽ Aug. quia nec ſciẽtes, nec proprie experti ſunt, ſed ſolum curát in aliquo quandoque a caſu, & maximè ſi addũt aliquas ſuperſtitiones. ¶ Secũdum. Expedit ẽt magis plures medicos eligere, ſecũdum Aug. de Anch. & Philoſ. ad Alexandrum. Sed intellige primo ſimul, & nõ ſucceſſiue, quia ſcd̃m Sene. nihil adeo impedit ſanitatem, quam medicorum crebra mutatio. Et ſecundo niſi ſint diſſidẽtes ex zelo, vel inani gloria, aut alia cá: quia plerunque plus curant ſuam opinionem quam ægrotantium ſalutem. ¶ Tertium. Non tenetur autem infirmus obedire medico, ſecũdum Inn. & Hoſt. in d. c. tua. de homi. quia nec prælatus eius eſt, nec homo, cuius mãdatis obedire teneatur, quaſi iuriſdictionem habens ſuper illum: bonum eſt tñ, quod illi credat tãquam experto. Si tamen ex certa ſcientia, vel affectata, aut probabili ignorantia aliquid facit cõtra præceptũ medici, aut ſine illo, aliq̃d ſumat in notabile nocumentum ſuum: mortaliter peccat. 22. qu. 5. ſi non licet quia tenetur corpus ſuum ex charitate diligere, de pę. diſ. 2. charitas, §. corpus. Si autem eſſet quidem illud aliqualiter læſiuum, ſed non notabiliter, non vr̃ mortale, tum quia res eſt exigua, tum quia põt fieri cõpenſatio grauioris afflictionis: puta, eius, quæ eſt ex ſiti, ad æqualem, vel minorem: puta, ea, quæ eſt ex febris augmẽto maximo, quia inter duo mala minus eſt eligẽdum, 13. diſt. duo. Et idem per oĩa dic de ſeruientibus, aliquid tale miniſtrantibus. Et ſi inde ex hoc ſequeretur mors, aut mutilatio, eſſent irregulares. Secus ſi ex leui ignorantia, vel culpa hoc feciſſent.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum medici, phyſici, vel chirurgi poſſint ad ordines promoueri? Et dico, quod ſic, ſ̃m Ray. ſi erant periti, & nihil de contingentibus omiſerunt, & habent de hoc conſcientiam probabilem: aliter non. de æta. & qual. ad aures. ff. de var. & extraord. cog. l. & ſi medicus, vel alias, medicus. & idem Inn. & Hoſt. & Gofr. Eſt tamen conſiliũ Hoſt. & Gof. quod promouẽdi abſtineãt a practica medicinę, & potiſſime chirurgia, quæ aduſtionem, vel inciſionem requirit, cum in nullo vacillare debeat conſcientia promouendi. 33. diſtin. laici.

9 NONO † quæritur, vtrum iudex teneatur medicis dare ſuſpenſum pro anatomia? Et dico Bartol. hoc ſub dubio reliquiſſe in leg. fina. de cada. puni. tamen caſus videtur eſſe quod ſic, in leg. Reipublicæ. ff. de iniu. quam legem ad hoc allegat Ludouicus in l. 1. ff. ſol. matrim.

MEMBRVM proprie quid ſit, vide ſupra homicidiũ 3. §. 3. partic. 4. Et ita in ſtatutis accipitur membrum, niſi aliud appareat de mente ſtatuentis, & not. Bartol. in l. 2. ff. de publ. ind.

DE MENDACIO, ET MENDACE.

1 MENDACIVM † eſt falſa ſignificatio vocis, cum intentione fallendi. 22. quæſt. ſecunda, ille ergo. vbi nomine vocis, quę principatum tenet inter ſigna intelligitur omne ſignum, vt ſcriptura, & nutus, & factum. Vbi aduertendum ſecundum S.Th. 2.2. quæſt. 110. art. 1. quòd circa hoc aliquando tria concurrunt, ſ. falſitas eius, quod enunciatur, & volũtas enuntiandi falſum, & intentio fallendi aliquem, & tunc ibi eſt falſum materialiter, quia falſum dicit: & formaliter propter voluntatem dicendi falſum, & affectiue propter voluntatem falſum imprimendi, ſed tamen ratio mendacij ſumitur à falſitate formali, ſ. ſecundum quòd quis habet voluntatē falſum enuntiandi. vnde & mēdacium ex eo nominatur, quod contra mentem dr̄. Igitur ſi quis enuntians falſum, credens illud verum; eſt quidem falſum materialiter, ſed non formaliter, quia falſitas eſt præter intentionem dicentis, vnde non habet perfectam rationē mendacij: quia quod eſt præter intentionem, eſt per accidens: vnde non poteſt eſſe ſpecifica differentia. Si verò quis dicat, formaliter falſum, ſ. habens voluntatem dicendi falſum, licet ſit verum id, quod dicitur, ille actus inquantum voluntarius, & mortalis habet per ſe falſitatem, & per accidens veritatem: vnde pertingit ad ſpeciem mendacij. Quòd autem aliquis intendebat falſitatem in opinione alterius conſtituere, non pertinet ad ſpeciem mendacij, ſed ad quandam eius perfectionē; ſicut in naturalibus aliquid ſpeciem ſortitur ex forma, etiam ſi deſit effectus formæ, ſicut patet in graui violenter ſurſum detento, ne deſcendat ſecundum exigentiam formę. Hęc ille. Ex quibus patet, quòd mendacium propriè conſiſtit in voluntate dicendi falſum, intellige aſſertiue, & non recitatiue, neque etiã repræſentatiue: ſicut diſputans aliquando aſſumit falſa ſcienter ſine mendacio, quia loquitur ex perſona negantis veritatem, ſecũdum Sanct. Thom. in 3. diſtinct. 39. articu. quinto, perfecte verò conſiſtit in intentione imprimendi illud falſum menti alterius: materialiter verò in falſitate rei enunciatæ. Igitur ſi dicatur quidem falſum, ſed deſit voluntas dicendi, illud eſt falſum, ſed non eſt mendaciũ propriè, aut perfecte, & ſi diligentia eſſet adhibita non eſſet peccatum, & ſi non ſit adhibita eſt veniale. 22. quæſtio. 2. capitu. homines, niſi in caſu, in quo tenetur quis adhibere diligentiam: puta, in actu teſtificandi in quo imminet damnum notabile proximo: vel in iudicio, cum vult iurare: quia eſſet mortale, 22. quæſtio. ſecunda, capit. animaduertendum. Si verò adſit voluntas dicendi falſum: eſt mendacium proprie, & formaliter, ſiue verum ſit, ſiue falſum, quod dicitur: quia itur contra mentem quod eſt mentiri, ideſt, contra mentem ire, 2. quæſt. 2. is autem. Si tamen eo caſu, quod dicitur ſit verum, non eſt mendacium materialiter, & ſi deſit intentio imprimendi falſum, non eſt mendacium perfecte. Si verò adſit voluntas imprimendi falſum, & deſit falſum, & voluntas dicendi illud: non eſt mendacium materialiter, nec proprie, nec etiam perfecte licet ab hoc ſumatur perfectio mendacij: quia non eſt rei perfectio, vbi deeſt res, q̄ neceſſariò præſupponit. ¶ Primò verò quæritur, quotuplex ſit mendacium, ſiue quomodo diuidatur? Et dico ſecundum Sanc. Thom. vbi ſupra articu. ſecundo, quòd mendacium tripliciter diuiditur. ¶ Primò, ſcilicet, proprie, & per ſe ſecundum ipſam rationem mēdacij, quod formaliter opponitur virtuti veritatis, eſt æqualitas quædam, cui apponitur magis minus, & ſic, vt patet in quarto. Et hic diuiditur in mendacium tranſcendens veritatem in maius, quod pertinet ad iactantiam, & indeficiens à veritate in minus quod pertinet ad ironiam. ¶ Secundò inquantum habet rationem copulæ diuiditur, ſecũdum ea, quæ aggrauant, vel minuunt copulam iſtam ex parte finis, & ſic diuiditur in pernicioſum, quo intenditur alterius nocumentum, quod aggrauat, & in iocoſum, quo ad delectabile, & officium, quo ad vtile bonum alicuius ordinauit, quod minuit. ¶ Tertiò vniuerſalius intellige in quantum eſt operatio, diuiditur ſecundum ordinem ad finem, ſiue addatur, vel minuatur ad culpam mendacij, ſiue non, & ſic ab Auguſt. in libr. contra mendacium, & habetur 23. q. 2. in capit. primum diuiditur in octo partes. Primum eſt in doctrina religionis, ideſt contra fidem, & mores ſecundum Archid. & Alexand. de Ales in 2.2. Secundum eſt, quod nulli prodeſt, & alicui obeſt, vt falſa detractio, vel accuſatio. Tertium, quod vni prodeſt, & alteri obeſt, vt falſum teſtimonium in cauſa pecuniaria, Quar-

tum,

tum, quod fit sola mentiendi libidine, quod procedit ex habitu nam mendax ex eo, quod talis est secundum habitum, ipso mendacio gaudet.4.Ethicor. Quintum, quod fit placendi cupiditate, vt iocosum. Sextum, quod nulli nocet, & alicui prodest ad conseruandam pecuniam, vt quod fit, ne alicui pecunia iniustè auferatur. Septimum, quod nulli nocet, & alicui prodest ad mortem vitandam. Octauum, quod nulli nocet, & alicui prodest ad vitandam immunditiam corporalem, seu castitatem seruandam. Tria autem prima, quæ aggrauant culpam, vt dicit San.Thom. pertinent ad perniciosum, & tria vltima, quæ minuunt, ad officiosum, & quintum ad iocosum, quod etiam minuit, quartum autem dicit habere propriam quãtitatẽ sine additione, & minutione, & reducitur ad iocosum, cum sit delectabile mentienti. licet S. Thom. non dicat.

2 Secvndo † quæritur, vtrum omne mendacium sit peccatum? Et dico quod sic, ita quod etiam pro vita alicuius non licet mentiri, secundũ Aug. & S.Thom. & omnes Theologos, & Canonistas, vt patet in c. super eo. de vsur. & in c. mihi.22.q.2. & ibidem in c.1. vbi dicit August. quod ad salutem æternam nullus ducendus est opitulante mendacio: concludens in fine nullũ mẽdacium esse absque peccato. Et ratio est S.Thom.2.2. vbi supr. quia ex suo genere est malum: cum super indebitam materiam cadat: quia cum naturaliter voces sint intellectuum signa, innaturale, & indebitum est, quod quis voce significet, quod nõ habet in mente. Vnde mẽdacium est per se prauum, & fugiendum.4.Ethicor. Non ergo est verum quod dicit venerabilis Cassianus, quod licet mentiri ob magnam vtilitatem assequendam, vel magnum malum euitandum. ¶Sed contra hoc obijcitur primo. Nam Euangelistæ videntur mentiri: quia aliter, & aliter verba Christi, & aliorum retulerunt. Sed dicit S.Thom. 2.2. vbi supra, non esse hoc mendacium, sicut nec secundum August. de cons. Euan. si plures eandem rem quam viderunt, non eodem modo atque eisdem verbis indicarint. ¶ Secundo. Nam obstetrices sunt a Deo remuneratæ propter mendacium. Sed dicit, quod hoc non fuit pro mendacio, sed timore Dei, & beneuolentia, ex qua processit mendacium. vnde signanter dicitur Exo.1. Et quia timuerũt. &c. mendacium vero postea sequens non fuit meritorum. Vide etiam de hoc quędam Theologica ibidem, scilicet 2.2. art. vltim. ad quartum. ¶Tertio. Nam gesta sanctorum narrantur in sacra scriptura ad informationem vitæ humanæ, & consequenter non sunt peccata. Sed de quibusdam sanctissimis viris legitur, quod sunt mentiti, vt de Abraham patet Genes. duodecimo, & vicesimo, & de Iacob Genes.27. de Iudith. & huiusmodi. Sed ad hoc dicit Nico. de Lyr. Genes.27. quod non est necesse excusare eos a mendacio maximè officioso: quia Apostoli fuerunt perfectiores, & tamen immunes non fuerunt a veniali peccato: imo plures illorum patrum veteris testamenti leguntur peccasse mortaliter. Vel dicendum sicut dicit August. quod in sacra scriptura inducuntur aliquorum gesta, quasi exẽpla perfectæ virtutis: de quibus non est æstimandum eos fuisse mentitos, si qua tamen in eorum dictis appareant, quæ mendacia videãtur, intelligendum est, ea figuraliter, & prophetice dicta esse. Abraham tamen dixit verè Saram sororem suam, id est, filiam patris, licet non matris, vt patet Genes.20. Iacob etiam dixit se esse Esau primogenitum mysticè: quia primogenita illius ei iure debebantur. Vsus est autem tali modo loquendi spiritu prophetico, ad designandum, quod minor populus, scilicet gentilis, substituendus erat in loco primogeniti, id est, Iudæorum. Quidam vero commendantur in scriptura non propter profectam virtutem, sed propter quandam indolem virtutis, scilicet quia in eis apparebat aliquis laudabilis affectus, ex quo mouebantur ad quædam indebita facienda, sicut laudatur Iudith, non quia mentita est Holoferni, sed propter affectum ad salutem populi. Quamuis etiam dici possit, quod verba eius habent veritatem secundum aliquem mysticum intellectum.

3 Tertio † quæritur, vtrum, & quando, vel quibus mendacium sit peccatum mortale? Et quantum colligitur ex S.Th.2.2. vbi sup. artic. vlt. dico, quod cum mortale peccatum sit, q̃d charitati contrariatur, quantum ad mẽdaciũ hoc tripliciter accidit. ¶Primo secũdum se, i. ex ipsa falsa significatione; quia si sit circa res diuinas, cõtrariatur charitati diuinæ, cuius veritatem aliquis tali mẽdacio occultat, vel corrumpit, sed est mortale grauissimum, si vero sit circa aliquid, cuius cognitio ꝑtineat ad hominis bonũ, puta, ad perfectionẽ sciæ, & morum informationem, contrariatur charitati proximi, & est mortale. Secus, si esset circa aliquid, de quo non refert vtrum sic, vel aliter cognoscatur, sicut si quis fallatur in aliquibus par-

particularibus contingentibus ad se nō pertinentibus. Secundò ratione finis intenti; puta, si dr̄ in iniuriam Dei, q̄ semper est mortale: aut in nocumento proximi, quantum ad p̄sonam, diuitias & famam: qđ similiter est mortale. Secus si finis intentus nō sit charitati cōtrarius: quia nec mendacium erit mortale, vt in iocoso, & officioso. ¶Tertiò per accidēs ratione scandali, vel cuiuscunque damni consequentis: & sic erit etiam mortale, dum. s. aliquis non veretur propter scandalum publice mentiri. Hæc ex illo. ¶Et sic patet, q̄ est mortale; primò si sit contra doctrinam fidei, & omnium pertinentium ad sacram scripturā. Secundò si sit circa doctrinam morum, siue omnium pertinentium ad vitia, & virtutes. Tertiò si sit in Dei iniuriam. Quartò si sit in damnum proximi intellige notabile. Quintò rōne scandali, q̄ quis inde probabiliter vr̄ sequi. Adde sextò si adsit circunstantia iuri, siue sit iocosum siue officiosum, & quocunq;. Et septimò si adsit circunstantia iudicij, quia mortale est in iudicio mentiri de spectantib. ad iudicium, vt, si accusatus neget veritatē: vt sup. Accusatio. §. 13. aut testis falsum deponat: nisi debita deliberatione, & solicitudine adhibita putaret se certum esse de eo, q̄ falsum est, secundum S. Tho. & generaliter s̄m Dur. omne mendacium quòd in iudicio dr̄ præter iocosum, de his quæ ad iudicium pertinēt, est perniciosum, & mortale: quia subuertit veritatem iudicij: quod cedit in perniciem vniuersitatis, qđ limita quātum ad ea, de quibus, qui mentitur, tenetur dicere veritatē, non aliter. De quo habes sup. Accusatus. §. 13. & Confessio delicti. §. 1. & Furtum. §, 15. & inf. Testis. §. 8. Et octauò secundum Host. ratione contemptus quod quando sit, vide sup. Contemptus. Et nonò secundum aliquos ratione perfectionis, dicentes perfectis viris omne mēdacium peccatum mortale. Sed hoc irrationabiliter dicitur, secundum S. Th. quia circunstantia p̄sonæ non transfert in aliam speciem: & consequenter non aggrauat in infinitum, nisi ratione annexi: puta, si sit contra votum eius, quod de mendacio iocoso & officioso dici nō potest; vnde tale in eis non est mortale, nisi ratione scandali, non obstante, quod ipsi ponuntur in statu conseruandæ veritatis: quia ad hoc ex officio suo tenentur in iudicio, vel doctrina: contra quæ si mentiantur, erit mortale, de quo vide §. seq.

4 QVARTO † specialiter quæritur, vtrum sit peccatum mortale prædicatori mentiri in ambone? Et dico, quòd non in eis quæ non spectant ad doctrinam, puta si dicat aliqua iocosa: vel si in sacra scriptura alleget vnum capitulum, vel prophetam pro alio ex lapsu linguæ, vel obliuione, & huiusmodi: quia in his neque iniuriam Deo, neque damnum proximo, vel etiam scandalum facit, vt suppono, nec etiam in talibus tenet personam Dei in pertinentibus autem ad doctrinam, tenent Sum. Angel. & Ros. quòd non sit mortale nisi ratione scandali, vel contemptus doctrinę annexi: vel nisi in his quæ sunt de necessitate facienda, intellige etiam omittenda: Secus si ex concilio: & hoc, vt videtur, hac ratione: quia circunstantia personæ speciem non mutat. Sed motiuum istorum est inualidum: quia ibi non est sola circunstantia personæ, sed etiam loci, vel officij. Conclusio ēt est non solū contra Archiep. post Petr. de Palud. sed ēt contra S. Th. qui loquens de talibus dicit indistinctè, q̄ est mortale mētiri i iudicio, vel doctrina, i. in prædicatione: vt exponit Archiepisc. circa res diuinas, & mores, & contra Ang. qui dicit quoddam mendacium esse in doctrina S. Tho. Sanct. Bonauent. & Alexand. de Ales dicunt illud perniciosum, & si in doctrina, multo fortius in loco doctrinæ, vbi doctor gerit personam Dei, & in persona eius loquitur. iuxta illud Lucæ 6. Qui vos audit, me audit. Et similiter est contra rationem, quia sequeretur, quod posset quis hæreses sine mortali peccato docere: puta, dicendo, quòd melius est esse in matrimonio, quàm in virginitate: & in sæculo quam in religione: quia ista non sunt necessariò facienda. Est etiam illa opinio in contemptum diuini verbi, & fidei Christianæ: quia quidam sectatores illius opinionis, & sui ordinis plus quàm veritatis zelatores, ex quo credunt non esse mortale mentiri in ambone, nisi, vt illi dicunt, prædicant maximas falsitates, quæ deinde a secularibus deprehenduntur: sicut temporibus nostris quidam publica in ambone in Romandiola asseruit, quod quidam solemnis prædicator ordinis nostri, qui contra opinionem aduersam de conceptione Bononiæ prædicauerat; veniā petiuit præcinctus zona ad collum super scalis sancti Petronij Bononiæ; cum tamen totum esset falsum: imò cum maxima gratia prędicauerat. Et rursus alius asseruit in simili, quòd alius prædicator eadem de causa statim descendens de ambone fuit in medio populo dilaceratus, & deuoratus à lupo, & huiusmodi multa.

QVIN-

5 QVINTO † quæritur, vtrum sit grauius mẽtiri verbo quam facto? Et dico, quod non solum in verbo, sed etiam in facto mendacium cõsistit, 22.q.5.caue, & secundum S.Th. in quo li. cum in vtroq; sit eadem intentio fallendi, vterq; æqualiter peccat: quia verbum, & factũ assumuntur, vt instrumentum fallendi: nec refert quantum ad peccatum, verbo, nutu, vel facto mentiri: sicut nec quantum ad homicidium vti gladio vel securi.

6 SEXTO † quæritur, vtrum liceat aliquando celare veritatem? Et dico, ꝙ si homo non sit obligatus respondere scd̃m intẽtionem alicuius, licet veritatem celare multipliciter. ¶ Primo quãdo id, quod dicitur, est verum in vno sensu, licet non sit verum in alio, in quo capitur ab audiente: sicut Abraham dixit vxorem esse sororem. Gen. 12. quia erat soror ex parte patris, licet non ex parte patris, & matris simul. ¶ Secundo, quando ad eandem interrogationem possunt dari multæ responsiones, & datur vna, alia tacetur: sicut Samuel primi Reg. 15. veniens in Bethleem principaliter ad inungendum Dauid in regem, & secundario ad sacrificandum, ad quod .s. venerat gratia vnctionis: interrogatus ad quod venisset, respondit de causa secundaria, tacens de principali, ꝙ.s. ad sacrificandum venisset. ¶ Tertio quando loquutio est duplex, habens duplicẽ sensum, quorum in vno est vera, & in alio falsa, & loquens intendit loqui in sensu vero, & imprimere alteri sensum falsum: sicut, si quis interrogetur de eo, qui quæritur ad mortem, an transiuerit per talem viam, & respondeatur, non trãsiuit hac: intendens per locum proprium, & indiuiduum, quẽ pede, aut manu tangit, aut si clericus interrogatus in porta an aliquid habeat, de quo sit soluenda gabella, & ille respondeat, ꝙ non. s. de quo sit soluenda clerico: sicut & Angelus interrogatus a Tobia, quis & de quo genere esset, respondit, Ex filijs Israel ego sum Azarias Ananiæ magni filius. Tob. 5. Quæ verba sunt vera scd̃m interpretationem illorum vocabulorum, & nõ scd̃m illa vocabula, vt patet per expositores. Et similiter Christus non negauit, se Samaritanum, id est, custodem, scd̃m nominis interpretationem. ¶ Quarto, quando aliquis interogatur de aliquo, quod dicere nõ expedit quia dicere potest illud nescire, subintelligendo, vt reuelandum exemplo filij hominis, qui iuxta Marcum dicit se nescire diem iudicij, quod secundum doct. ideo dicit quia illud non scit, vt releuandum nobis, pater vero illum dicitur scire: quia de hoc filio notitiam dedit, secus autem vbi expediret interrogantem scire. ¶ Cauenda tamen ista celatio est: primo vbi scandalum posset accipere, & secundo in iudicio iusto: & vero de quo sup. Accusatus. §. 13. & eadem ratione tertio, vbicunque quis tenetur confiteri veritatem de qua interrogatur: quia sic respondendo eam celat, quod est contra id, ad quod tenetur: vnde si illud teneretur ex præcepto, celatio illa esset mortale: vt si prælatus extra iudicium præcipiat de aliquo, de quo potest, aut sine præcepto exquirat veritatem simplici verbo circa concernẽtia paupertatẽ: quia aliquid celare velle, etiam sine interrogatione est mortale, alias mendacium erit veniale; & quarto cauenda est, vbi quis iuraret extra iudicium non violentatus per aliquem superiorem contra ordinem iuris, neque ab aliquo particulari per comminationes, sed sponte iuratur, vel coacte ex suppositione alicuius finis, iuxta dicta supra Iuramentum 3. q. 2. in fin. de religiosis iurantibus in materia pestis ad portas ciuitatum.

MENDICANTES religiosi non dicuntur ab actu mendicanti, quia mẽdicare possunt, etiam non mendicantes, & econtrario mendicantes non mendicare, sed ex eo, quod secundum regulam, & institutiones suas non licet eis etiam in communi habere possessiones, aut perpetuos reditus, vt colligitur ex Pan. in c. nimis. el 2. de excess. prælat. & Petr. de Pal. & alios. & in c. religionnm. de reli. do. li. 6. vtrum autem mendicantes possint recipere noua loca, vide su. Excommunicatio 9. excommunicatione 43.

MENSA clericorum generaliter quid habere debeat, vel non habere, vide supr. Clericus 2. §. 5. Specialiter vero mensa episcoporum splendere non debet auro, vel argento 41. d. episcopus vellem supellectile, sed hodie paupere squalent: mensa vero, & omnis apparatus renitet.

¶ MENSIS, vide supra Excommunicatio nono, excommunicatione 32. §. 3. & supra Aetas. ad finem.

¶ MENSVRA. vide su. Falsarius. §. vlt.

¶ MERCATOR, vide inf. Negotiatio. & Vsura, per totum, præcipue. 3. & 6. & Societas per totum. & sup. Emptio.

MERETRIX est mulier multorum libidini patens. 34. distinct. vidua, id est, quæ 40. viros admiserit, secundum gloss. quæ allegat capit. latores, de clerico excommunicato minist.

minist. vel est mulier, cuius est turpitudo publice venialis. 32.q.4. meretrices, & quantum ex dictis, & vsu loquẽtium colligi potest, tria faciunt meretricem s. fornicatio publica. 40. concubitus fornicarij, & pretiũ. Quod quidem pretium non tenetur restituere, secundum Inno. in c. quia plerique de immun. eccl. & communiter Doc. quod limita nisi accepisset ab his, qui alienare non poterant, de quib. supra Donatio 1. §. 1. vel nisi per fraudem recipisset, quia si teneretur. Quod autem ecclesia prohibeat recipi oblationes talium, intelligitur ad altare, in detestationem criminis. Et idem secundum Arch. est de acquisito per concubinatum, & adulterium, & Sodomiam. Quid autem de tali pretio facere liceat, vide supra, Eleemosyna. § 4. & infr. Turpe lucrum per totum.

MERITVM proprie est actio, cui iuste debetur merces; improprie vero est quælibet conditio faciens aliquem aliquo dignũ sicut species Priami merebatur Imperium, secundum S. Th. in q. de veri. q. 1. art. 1. ad secundum, & intellige econtrario, quod demeritum, proprie est actio, cui iuste debetur punitio, improprie est conditio faciens aliquem aliquo indignum. arg. 1. 2. q. 21. art. 2. & de virtu. vbi supra. Ad meritum autem tria requiruntur, scilicet status viæ, dominium operis, & charitas: vt probat S. Th. 3. d. 18. art. 2. d. 30. art. 5. & veri. q. 29. art. 6. & 8. Demerito multa possent Theologice dici, quę non sunt ad propositum nostrum. Vtrum autem eadem actio possit esse meritum, & demeritum, vide infr. Peccatum §. 1.

DE METV.

Metus quid, & quotuplex sit.

1 *Metus iustus quid.*
2 *Timor an sit iustus ex supplicatione regis.*
3 *Metus perdendi bona an sit iustus.*
4 *Metus infamiæ, an sit iustus.*
5 *Metus excommunicationis, an sic iustus.*
6 *Metus iustus an fiat iniustus, si quis ex culpa incidat in eum.*
7 *Metus iustus an excuset a peccato.*
8 *Metus iustus an excuset ab obligatione contractus.*
9 *Metus leuis an habeat eosdem affectus cum iusto, & probabili.*
10 *Metu gesta an taciturnitate temporis videantur ex consensu.*
11 *Metu amissis bonis, an stetur iuramento super quantitate eorum.*
12 *Metu extorta an debeant restitui.*

METVS, est instantis, vel futuri, periculi causa mentis trepidatio, ff. quod metus causa l. 1. Et est duplex, vnus scilicet leuis, quo timetur leue malum, vel graue malum, sed leuiter, i. causa leui, & improbabili: qui cadit in virum leuem timentem, vbi non oportet, qui dicitur meticulosus, ff. eo. l. metum. Alius, quo timetur malum graue grauiter, i. ex causa probabili, qui ſm iura dr̃ metus iustus, siue cadẽs in constantẽ virũ, intellige aut ẽt mulierem; licet minor metus excuset magis mulierem quã virum, ſm gl. in c. cum locum. Et hãc distinctionem innuit S. Thom. in 4. d. 29. q. 1. arti. 2. in corpore, dicens sic virtualiter, metum cadere in aliquem, est eum metu cogi ad faciẽdum aliquid, ꝙ alias nollet, vt euitet illud quod timet, in quo quidem constans ab inconstanti dupliciter differt Primo scilicet quantũ ad qualitatẽ periculi, ꝙ timet; cogitur enim ad minus malum sustinendum, vt vitetur maius; non autem ad maius, vt vitetur minus: quia constans, sequitur rationem rectam, qua scitur, quid pro quo sit dimittendum, vel faciendum: semper autem minus malum, vel maius bonum eligendum est, inconstans autem cogitur ad maius malum: puta, peccatum metu minoris: puta, pœnæ corporalis: sicut è contracto pertinax etiam cogi non posset ad minus malum ad euitandum maius, vnde inter hos mediat constans. Secundo differt quantum ad æstimationem periculi imminentis: quia constans non cogitur, nisi ex forti, & probabili æstimatione: inconstans aũt ex leui, secundum illud Prouerb. 27. Fugit impius nemine persequẽte. Hæc ex illo. Et sic patet, in quo metus differat à vi. Nã, vt dicit Pa. in c. sacris. extra, eo. metus est vis conditionata sine violentia corporali, sicut cum dicit, nisi feceris sic, interficiam te. ext. eo. c. ad audiẽtiam. Vis autem est quædam coactio, qua quis ligatur cogitur corporaliter aliquid facere, Et idem sentit S. Th. ubi su. art. 1. dicens, quod vis est coacto simpliciter siue absolute: vt cũ quis aliud corporaliter impellit, sed metus est vis conditionata, vt cum quis proiicit merces in mare, ne periclitetur.

1 PRIMO † vero quæritur, quæ sint illa mala, quorum metus probabilis dicitur iustus, siue cadens in constantem virum? Et dico, secũdum S. Th. vbi sup. art. 2. quod huiusmodi non possunt esse peccata: q̃a talia sunt mala maxima, ꝑꝑ quæ non sustinenda, etiam mori debet homo. 3. Ethico. Sed sunt quædam mala corporalia maiora quibusdam alijs, & præcipue

cipuè inter ea, quæ pertinent ad personam, vt mors, verbera, dehonestatio per stuprum, & seruitus: adde & vincula, quæ reducuntur ad seruitutem, & sub illa intelliguntur: & omnia limita, vt infr. §. 6. Et de morte quidem, & cruciatu patet in c. cum dilectus. extra, eo. de stupro vero, & seruitute, ff. eod. l. isti quidem. Inst. eo. §. 1. 2. & 3. De vinculis autem in l. nec timorem, ff. eo. Et intellige primo, siue prædicta, aut aliquod prædictorum immineat personæ propriæ, siue filiorum, siue vxoris, & huiusmodi, ſm S. Th. vbi sup. ar. 2. ad secũdum. & in l. isti quidem, ff. eo. Intellige etiam secũdo, quod hæc omnia faciunt iustum metum, quãdo quis de facili non potest occurrere; quia si hoc posset, puta, adeundo superiorem, vel alio modo, non esset iustus metus: sed sibi imputaretur. arg. c. fi. de elec. & ca. pastoralis. de offi. ord. & l. quibus dieb. ff. de cond. & dem. & l. qui potest facere, ff. de regu. iur. Et idem innuit S. Th. vt patet inf. §. 4. Intellige etiam tertio, quod prædicta habent talem effectum excusandi, etiam si sint solum in comminatione, & non illata: quando probabiliter æstimatur, quod ita erit; arg. eorum, quæ no. in cap. cum dilectus. de his quæ vi. Et quarto, quod prædicta regulariter causant ipsum timorem respectu malorum corporalium, sed non hæc sola: sed generaliter omne maius malum respectu minoris; quia vir constans, seu virtuosus semper consentit in minus malum, vt vitet maius; sed tamen iura statuerunt, vt detur actio ad rescindendum contractum, qui alias tenet propter prædicta, quæ sunt contra bonũ personæ, non propter alia, nisi inquantum reduci possent ad prædicta, quo casu opus est arbitrio boni viri. Et sic intelligendo dictum Pet. de Ancha. vt illi imponit Sum. Rosel. excommunicatione 29. §. 10. quod iudicis arbitrio relinquitur quis timor sit iustus cadens in cõstãtem virum, scilicet quantum ad ea, quæ reducuntur ad prædicta, & quantum ad probabilitatem æstimationis.

2 SECVNDO † quęritur, vtrum iustus timor causetur ex imperio, vel supplicatione regis, aut domini? Et dicit Panorm. in cap. vlt. qui cleri. vel vouen. quod non: nisi sit consuetus tyrannice tractare non obtemperantes precibus suis, quo casu excusat secundum Ioann. Andr. ibi, & Bar. in tract. de tyran. Facit quod no. idẽ Bar. in l. ad inuidiam, C. quod met. cau. vbi dicit, quod sola reuerentia mariti non causat iustum metum in vxore, nisi minæ pręcesserint, aut verbera. Et idem voluit Innocen. in cap. causam matrimonij. de offic. deleg.

3 TERTIO † quæritur, vtrum metus perdendi bona temporalia vel maiorem partem eorũ sit iustus? Et dicit Panor. in cap. Abbas. extra eo. quod sic, si non potest quis sustentari sine illis bonis, quæ perdere timet. & gl. in l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudic. dicit: nota pecuniam vitam hominis. Et facit pro ista opinione cap. presbyteros. d. l. & d. capit. Abbas. & l. pe. C. eod. Et glosa in d. c. Abbas. extendit hoc non solum quando quis sine illis rebus viuere non potest, sed etiam quando grauem patitur iacturam. & hoc rationabiliter, quia potest quis esse ita diues, quod missa maiori parte bonorum non multum pateretur, vt dicatur iactura grauis respectu incommodi sequentis. Ita enim iactura aliquando potest esse grauior vinculis, & verberibus, quæ tamen excusantur.

4 QVARTO † quæritur, vtrum metus infamiæ sit iustus? Et dicit S. Thom. quod non: quia licet sit magnum damnum: tamen de facili potest illi occurri. Sed intellige infamia de facto, quæ scilicet innititur veritati, cui occurri potest de facili licito modo, secundum glos. in dict. l. nec timorem, ff. eodem. Sed metus infamiæ iuris, qui habet iuris effectum, est iustus: vt in l. isti. §. fi. ff. eo. vbi patet quod deprehensus in aliquo delicto, iusto metu facit, quicquid facit, ne prodatur, quia proditus potest pati mortem, vel cruciatum, & huiusmodi.

5 QVINTO † quæritur, vtrum metus excommunicationis sit iustus? Et dicit glo. in c. olim inter. de restitu. spol. quod sic. sed melius Ioã. And. in ca. cum dilectus. extra eod. distinguit, quod aut iustè comminatur, & non excusat metus, quia culpa sua incidit in metũ. l. si mulier, ff. eo. & in §. se. aut iniustè, & sic est iustus, quia est pœna grauis, inter homines conuersari, & carere hominum commercio. l. hi qui sanctam. C. de aposta. de sent. exc. sacra. Quam sententiam approbant domini de Rota, decisione 40. Et ratio esse potest: quia hoc malum spectat immediate ad personam; & est quædam seruitus, & vinculatio linguæ.

6 SEXTO † quæritur, vtrum metus, alias iustus, sit iustus, si quis ex sua culpa in illum deuenit? Et dico quod non: sed tenent gesta per eum, qui passus esset metum sine aliquo remedio. Et hoc est text. singularis quotidie allegatus in leg. si mulier, ff. eod. vbi dicitur, quod si liberta commisit ingratitudinem contra dominũ, & prætextu ne reuocaretur in seruitutem

tem aliquid suo domino promisit, contra illam promissionem ei non succurritur: & hoc ideo, quia illa sibi intulit metum committendo ingratitudinem, & dominus iuste minabitur reuocationem in seruitutem. Et sic non obst.l.nec timorem. & l.isti.ff.eod. quia ibi erat iniustitia in accipiendo. Vnde quantum ad conscientiam distingue. Nam si timor iustè incurritur: vt quia minatur quis accusationé de crimine veraciter perpetrato, licet talis, qui minatur, turpiter accipiat aliquid, vt ab accusando desistat: tamen restituere non tenetur necessariò, si alius potuit donare, vt supra Accusatio.§.11.& Concussio.§.4. Si verò incutitur timor iniuste, puta, pater comminatur interficere adulterum cum filia, quod de iure ciuili licet, vt l.nec in eo.ff.de adult. tamen non licet quo ad Deum: vnde tali timore extortum tenere non poterit in conscientia, nisi in recompensationem alicuius sui interesse, puta, famæ læsæ, & huiusmodi. Facit tex.cum glos.in cap.inter hæc.33.q.2. Cessante autem culpa quomodo teneatur quis restituere, vide inf.§.vlt.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum iustus metus excuset a peccato. Et dico, quòd non a toto, quia ad peccatum nullus iustus metus cogit, sed solum a tanto, quia quod metu fit, non est quantum ad aliquid voluntarium, licet sit voluntarium simpliciter, vt dicit San.Tho. Nec tamen sic excusat à tanto, quasi illud, quod de se est mortale, fi veniale. extra eo. sacris. de homic. 2.2 quæst.1.capit.in primis quia debet quis potius quælibet mala tolerare, quàm malo consentire. 32.quæstio.5. ita ne. Quod tamen limita verum in his, quæ sunt mortalia de se, vt dictum est, quia scilicet sunt naturali, vel diuino iure sub præcepto prohibita. Secus si iure humano: quia tunc timor iustus excusaret a mortali, vt supra inobedientia. & sic intellige in capitu.in sacris de his, quæ vi, &c, vbi videtur dici, quòd est mortale participare excommunicato. Nec excusat metus; quia loquitur in participatione directa, quæ est per se in malis, siue in crimine criminoso, vt innuit Sanct.Thom.quæstio.61.artic. nono.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum iustus metus excuset ab obligatione contractus, quasi ipse sit nullus, si metu fiat? Et quantum ex Pan. in capitu.cum locum.de spon.colligitur: dico quòd non, in contractibus, in quibus liber cõsensus non requiritur, sed iure tenet contractus, quia coacta voluntas est voluntas, vt legitur, & nota. in l.si mulier. §. final.ff.eodem, sed acta veniunt rescindenda actione, quod metus causa, scilicet officio iudicis, si sint perfecta, secundum Gofre. vel per exceptionem, si sunt imperfecta. ff.eod.l.metum, §.si prætor. Si verò contractus requirit liberum consensum, ipso iure est nullus, quia licet coacta voluntas sit voluntas. 15.quæstio. 1.merito tamen non est volũtas libera, & sic deficit qualitas libertatis, quæ est de substantia contractus, ideoque est nullus. Quæ autẽ requirunt liberum consensum sunt, octo, de quibus vide Pan.in cap.Abbas, extra eod. Primo omnia, quæ sunt meritoria, vt pœnitentia, confessio, eleemosyna, & huiusmodi; quæ si fiant ex tali metu, meritum excludunt, & perinde est, ac si non forent facta, nisi characterem imprimant, quo casu adueniente libera voluntate conualescunt, non autem alia. distinct.45.de Iudæis. Vnde secundum Chrysostom. qui seruit Deo timore, pœnam euadet, sed præmium non acquiret, quòd facit tex. Angel. de pœn. distinct.7.nullus.in fin. Secundo, matrimonium, de sponsa. cum locum, & cap.veniens.el 2. & 33.quæst.5. notificasti. Tertiò, dotis promissio, vel solutio. l.si mulier, §.si dos, ff.eod. quia si principale non tenet, nec accessorium. de regu.iur. libro sexto. Quartò iurisdictio, vnde prorogatio eius ex iusto metu est nulla. leg.2.ff.de iudic. & idem gloss. in dicta lege si mulier. Et similiter electio prælati per metum facta est nulla, vt in capitu.vbi periculum, §.cæterum, de elect. libro sextò. Quintò, authoritas tutorem inde extorta per metum nulla est leg.1.§.vlt.ff.de auto.tuto. Sextò absolutio ab excommunicatione, de quo supra Excommunicatio 9.§.decimoseptimò. Septimò, testes testamentorũ. Vnde cum tenentur in vinculis, aut ab hostibus, non valet eorum testimonium, leg. qui testamento, ff.de testamen. Octauò, votum, quod metu factum non valet, loquendo de metu mundano, seu incusso ab homine alicui, vt voueat, secus si incutiatur a Deo, vt in periculis, quia tenet, vt infra Votum 2.§.12. & ita tenet Sum.Angel.& Rof.& Panor. Sed quia hoc nullibi authentice legi, & dicit Abbas, quòd nullo iure probatur, ideo dico, quod etiam si metus incutiatur ab homine, qui cogere non potest interiorem consensum distinguendum est, sicut & de iuramento, sup. Iuramentum 4.§.7. quia si non intendebat se obligare, non obligatur, quia obligatio in voto non descendit à verbis, sed a corde, seu

inten-

intentione ſe obligandi, ſine qua votum non eſt votum. Si vero intendebat ſe obligare, obligatur: quia in iſta intentione fuit liber, nec potuit cogi.

9 Nono † quæritur, vtrum leuis metus habeat eoſdem effectus cũ iuſto & probabili? Et dico, quod non, in foro cauſarum; quia non excuſat, nec annullat, nec reſcindit, nec tollit actum requirentem liberum conſenſum, vt no. Pan. in d. c. veniens. el 2. de ſponſa. ſed tamen quo ad conſcientiam, dic vt inf. §. vlt.

10 Decimo † quæritur, vtrum agens certum quid ex metu, ex taciturnitate temporis ſequentis præſumatur conſentire? Et dicit glo. iuncta text. in cap. accedens, de conuer. coniug. quod non, niſi interueniat aliquis actus poſitiuus approbatiuus primi actus, vt in l. 2. & pen. C. eod. & per Inn. cap. ſuper eo. de renun. & facit c. ad id. de ſpon. vbi ſponſa, quæ metu contraxerat, ſi cohabitat viro ſponte, præſumitur matrimonium: maxime ſi copula interuenit. Facit etiam ca. vnicum. de deſpon. impube.

11 Vndecimo † quæritur, vtrum aliquo probante metum, ex quo amiſit ſua bona, ſtetur eius iuramento ſuper quantitate bonorum? Et dicit Pan. in c. fi. extr. eo. quod ſic: ſi quis iniuſte metum incuſſit. & contra eum qui incuſſit. Secus ſi ageretur contra uillam, in cuius territorio eſt factum, quia oportet eum probare per alios: licet poſſit adducere ſocios & familiares, propter difficultatem probandi, & eſt tex. in l. conſenſu. C. de rep. & c. in veniens, el 2 de teſti.

12 Dvodecimo † quæritur, vtrum is, qui extorſit aliquid per metum, teneatur reſtituere? Et dico, quod ſic, ſecundum Dir. & ſecundum leges poteſt agi contra eum etiam ad pœnã ſi agatur intra annum: poſt annum vero non, ſed ſolum quo ad rei perſecutionem: quia prętoriæ actiones, quantum ad rei perſecutionẽ ſunt perpetuæ, quantum ad pęnas vero temporales. Inſti. de perp. & temp. ac. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. ſed ſi per metum. ff. quod me. cau. l. ſi cum exceptiones. §. 1. 2. & 3. Secundum canones autem etiam ad pœnam poſt annum agi poteſt: quia nulla conditio temporis poteſt apponi. 3. qu. 1. reintegranda, & ibi per Doct. Et non ſolum tenetur de habitis per talem metum, ſed de omnibus, quæ amiſit ille cui talem intulit metum, d. l. ſi cum. §. Pedius. quia metus fuit cauſa amiſſionis. d. l. ſi cum. §. in hac actione, & concordat Innoc. & Hoſt. in c. fi. extra eo. Si autem metus fuit ſolum ob timorem reuerentiæ, datum ex tali timore eſt omnino reſtituendum in foro cõſcientiæ, ſi ſit contra voluntatem dantis, & generaliter quandocunque non datur, niſi ex metu arg. l. 1 §. quæ honorandæ. ff. qua. re. ac. non da. quod tamen fallit ſi dans fuit in culpa ſui metus. de quo dic, vt ſupra §. 6. Nec obſtat l. uani. ff. de regu. iur. & l. metum. ff. quod met. cauſ. quia loquuntur quo ad forum contentioſum.

MILES ſecundum Azo. dictus eſt a militia, id eſt, duritia, ꝑpter labores. ſ. militares, vel dicitur ſecundũ S. Th. à mille, quaſi milleſimus, quia vix vnus de mille eligebatur ad militiam, vel quia primo electi ſunt mille à Romulo. Eſt autem duplex militum genus. Quidam enim dicuntur proprie milites a militãdo, de quorum inſtitutione, & priuilegijs in l. pen. ff. ex qui. cau. ma. in gloſ. quorum ars eſt licita, ſi debitè fiat. 23. quæſt. 1. militare. de quo dic, vt ſupra Bellum. per totum. & conſequenter licitum eſt militibus ſe exercere in armis ad ſuam artem perdiſcendam in his, quæ nulli ſunt nociua, & in quibus non imminet probabile periculum mortis, etiam ſi ibi aliqui raro intereant, ſicut in proiectione telorum, ſicut Dauid præcipit filios Iſrael doceri arcum. 2. Reg. 1. in ludis gladiorum, incurſationibus equorum, & haſtiludijs non periculoſis, & huiuſmodi, quia quod licet facere, licet etiam addiſcere. Torneamenta vero ideo fuerunt prohibita, quia periculoſa probabiliter. Et de hoc ſup. Ludus. §. 8. in fin. & infra Torneamentũ. Quidam vere ſunt milites improprie, ſ. noſtri temporis, qui licet habeat inſigna obſeruantiæ veteris, ſecundum Bald. in l. 1. C. qui bo. ce. poſ. & alle. in ar. c. tranſlato. de conſt. non tñ gaudent priuilegijs militaribus, nec eorum militia eſt priuilegiata, & in eorum actibus vtendum eſt iure communi; vt communiter tenetur per Doctores, Cy. in l. pen. C. de iur. & fac. igno. Salic. & Bart. in l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procu. Bald. in l. teſtament. C. de teſtam. quia non habent illa ſex requiſita in militibus, de quibus vbi ſupra. ſed magis ſunt promoti ad pompam, vt dicit Bal. vbi ſupra.

MINOR dicitur dupliciter. Primo relatiue ad maior, vt ſit idem, quod inferior. Sicut dum dicitur, minor aſſurgat maiori, nec ſedeat ſtante maiore. 93. diſtinct. non oportet, & ſecundum Gofred. in Summ. de maiori. & obed. in ſedendo, & ſubſcribendo maior præcedit 17. diſt. §. vult. Sed incedendo

con-

contrarium seruat Romana consuetudo: quia minor præcedit. Secũdo sumitur minor, qui. 25. annum non impleuit. ff. de mino. l. 1. qui iõ minor dicitur: quia sit minor ætate legitima ad aliqua negotia pertractanda. Talis minor ẽm iura petere potest restitutionem in integrum non solum in læsione, quæ lædit de patrimonio inf. 25. annum, sed etiam lucri cessantis vsque ad quadriennium postquam impleuit 25. annũ: non tñ in delictis atrocibus: sed quatenus miseratio ætatis ad minorem pœnam iudicem flexerit; vide glo. in ca. 2. de resti. in integ. Et licet, si religionem intret, sua bona sine authoritate curatoris alienare non possit, etiam in pias causas, aut contrahere: si tñ intrat religionem, secundum Pano. in c. in præsentia. de probat. alienare potest omnia bona sua: quia fingitur mori. l. Deo nobis. C. de epis. & cler. Si tamen renuntiauit beneficio ecclesiastico, non restituitur: quia in spiritualib. vt maior admittitur, & agit, & conuenitur. ff. de minori. ait prætor in gl. in princ.

MISERABILES personæ, secundum Inn. in c. significantibus. de off. dele. & Pan. in c. licet. de censi. secundum Host. sunt cæci, & alij perpetuo morbo laborantes, & secundũ Host. pauperes, pupilli, & viduæ, & huiusmodi, & ẽm alios etiam senes decrepiti, & religiosi, & generaliter omnes, quos naturaliter misereamur propter fortium iniuriã. De hoc Pan. in d. c. significantibus. dicit, quod secularium tres sunt species. Quidam enim nõ sunt miserabiles, nec actu, nec habitu: quia non habent qualitatem propter quam natura moueatur ad miserandum eis, vt quia sunt masculi, & potentes, vel fœminæ coniugatę, & diuites. Quidam vero sunt miserabiles actu, & habitu, vt viduæ, & pupilli pauperes, vel diuturno morbo fatigati, & pauperes duntaxat: quia secundũ Io. And. miserabiles personæ dicũtur, super quibus natura mouetur ad miserandum, vt in l. vnica. C. quando impe. inter vid. & pu. & in cap. 1. de postul. dicitur, quod miserabilis persona est, quæ per se non potest causam promouere: puta, propter defectum paupertatis, vel alterius impotentiæ. Quidam vero sunt miserabiles habitu tantum, sed non actu, vt viduæ, & pupilli diuites, & secũdũ Inn. peregrini quo ad res, quas secum deferunt, & illatas iniurias, vt in c. si quis, in c. omnipotens. 34. qu. 3. & idem de libertate ecclesiæ, officialibus, & rusticis, & similibus. articu. 12. q. 2. ecclesiarum seruos. 87. distinct. quasi per totum. Primi ad ecclesiasticum iudicem trahere non possunt; nisi sunt de foro ecclesiæ, aut ratione causæ, aut personæ, & si impetrentur literæ ad iudices delegatos, sunt ipso iure nullæ, vt est casus in cap. licet, de foro competen. nisi daretur defectus iustitiæ secularis in ciuitate, vt quia non est iudex secularis, vel negligit facere iustitiam tam inferior, quam superior iudex. Secundi vero secundum Innocent. possunt alios trahere ad iudicium ecclesiasticum, etiam non data negligentia iudicis secularis. argum. dic. c. significãtibus. & c. super quibusdam. de verbor. signific. Et idem secundum eum in peregrinis quo ad contractus initus in peregrinatione, & in pœnitentibus. 24. q. 3. si quis Romipetas. Si tamen, inquit isti trahuntur coram iudice seculari, illud solum declinare nõ possunt: nec si inde grauantur, aut reportant iniquam sententiam: possunt ecclesiasticum iudicem appellare: quia gradatim appellandum est, 2. quæst. 6. anteriorem. Tertij autem si opprimuntur, possunt malefactores suos immediate trahere ad iudicem ecclesiasticum, vt in d. c. super quibusdam. & c. ex parte B. de fo. cõp. Si vero non opprimũtur, prius recurrere dẽnt ad iudicẽ secularẽ contra laicos: & si literas ante negligentiã impetrãt, non sunt nullæ ipso facto, sed in pendenti, vt in d. c. significantibus. & de fo. comp. ex tenore. & data negligentia vnius iudicis secularis non tenentur querulari coram eius superiore, secũdum Inn. sed statim possunt ad ecclesiasticum recurrere. ar. d. c. significantib. & d. c. ex tenore secus in laicis non miserabilibus vt dictum est. vide Pano. vt sup. Quomodo autem cæcus & alij perpetuo morbo grauati excusentur a muneribus, vide sup. Gabella 4. §. 5.

DE MISSA I. INQVANTVM AD celebrationem.

1 *Missa quid, & quis eam celebret.*
2 *Missa quomodo celebranda, & nu. 3.*
4 *Missa de quo debeat celebrari.*
5 *Missa vbi debeat celebrari, & quo tpe, & nume 6.*
7 *Missa quoties debeat celebrari.*
8 *Missa pro quibus debeat celebrari.*
9 *Missa dicta pro pluribus, an tantum valeat, sicut si pro una dicta esset.*
10 *Sacerdos promittens singulis missam, an liberetur dicendo unum pro omnibus, & nu. 11.*
12 *Missa collegij debent celebrari ad intentionem instituentis.*

MISSA secundum S. Th. & Hug. de Sanct. Victore, dicitur quasi transmissa. s. a populo ad Deum per ministeriũ sacerdotis vel

ab emissione cathecumenorum, & excommunicatorum. Et est multiplex, sicut in quodam opusculo declaraui: sed nihil modo ad rē, sed tñ hoc sciēdum est, ꝙ in ea sunt de duo principaliter: quæ transmittuntur ad Deum, s. orationes sacerdotis, & ipsum sacrificium Eucharistiæ, quorum primum efficaciam habet ab opere operante, saltem inquantum est quid meritorium, reliqua vero ab opere operato. Vnde & secundum S. Tho. & alios Theologos quantum ad essentiale missæ, i. sacrificium ipsum æquè bona est mali, sicut boni sacerdotis missa: quantum aūt ad operationes ipsas annexas, melior est melioris indistinctè, ꝯm S. Th. quod Sum. Ang. putat verum solum, vt procedunt ex persona sacerdotis, non autem ecclesiæ. Sed primo est melius: quia ex persona ecclesiæ non sunt, nisi mediante instrō. i. sacerdote, quod instrm est aptius si sit in gratia, & consequenter efficacior sequitur operatio sic melius a scriptore characteres fluunt per calamum aptiorem. ¶ Primo vero quæritur, qs possit missam celebrare? Et dico, quod de facto omnis, & solus sacerdos ritè ordinatus. de sum. Trin. c. 1. §. vna de consecr. dist. 1. ca. 1. in fi. & sup. Eucharist. 2. §. 2. & de iure solus sacerdos ieiunus, vt su. Eucharist. 3. §. 5. vel alias iuridicè non impeditus, de quo sup. Eucharistia 3. ferre per totum.

2 SECVNDO † vero quæritur quō, & quib. personis, aut rebus comitantibus debeat missa celebrari? Et dico multa. ¶ Primum. Sacerdos celebrando seruare debet ordinarium, seu rubricam missæ, tam in dictis, quam in factis, qa sunt plena mysterijs, & debet sub præcepto, vt videtur, esse discoopertus caput, de conse. dist. 1. nullus episcopus, arg. verbi communione priuetur. licet rōnabilis causa videatur excusare. argu. verbi, tenere, ibi positi: imo dum Euangelium legitur, omnes astantes debent curui stare reuerenter, i. discooperto capite: non autem debent sedere, aut genua flexa tenere. de consec. dist. 1. apostolica authoritate. Secundum. Debet ēt omnia habere, quæ sunt de vniuersali communi ritu celebrationis: debet ergo primo habere ignem, id est lumē, de celeb. miss. c. fi. alias esset peccatum mortale: quia deponitur sacerdos, vt ibi. Et similiter secundo debet habere duos præsentes, qui respondeant. de consec. dis. 1. hoc quoq; tamen, secundum Hostien. & Alb. vnus sufficit. de verbor. sign. quæsiuit, 1. responso. quod S. Thom. 3. parte, q. 83. verum dicit missis priuatis, scilicet seruitor: qui tamē non debet esse mulier: imo ipsa, etiam si sit monialis, pallas sacratas, aut vestes contingere non potest, ipsas, aut pallas non sacratas, super quibus extenditur corporale, tangere potest. licet Pet. de Pal. teneat contrarium. vide sup. Fœmina. §. 3. Illud vero c. hoc quoque, secundum Pet. de Pal. est abrogatum, vel est verum, secundum S. Th. in missis solemnibus. Et tertio calicem cum patena consecratum, & chrismate perunctum. de quo sup. Calix. nec licet in hoc epo dispensare: qa sic statuit Syluester Papa. de sacra. iter. c. 1. Et quarto pallas in altari saltem portatili lapideo consecrato, saltem duas, ꝯm Petr. de Pal. & corporale, & omnia lino simplici. 25. dist. perlectis vt sup. corporale. Dicit aūt Sum. Angel. ꝙ sufficere vna tobalia, siue palla. Sed dic, ꝙ requiruntur duę, & corporale in repręsentationem Trinitatis. tum ex generali consuetudine ecclesiæ, tum ex communi opinione doct. vt Inn. tertij, Dir. & Pet. de Palu. & aliorum. Si tñ esse vna sola, quæ plicari posset, sufficeret ꝯm Sum. Ro. Et quinto vestes sacras quæ secundum Innoc. & Pet. de Pal. sunt sex, scilicet amictus, alba, cingulum, licet alicubi inoleuerit, vt non benedicatur, manipulo, stola, planeta, & secundum Dire. calceamenta, licet de bene esse, & non necessario benedicta. ¶ Tertium. Si sacerdos celebrando scienter omitteret aliquid prædictorum, peccaret mortaliter, secundum Archid. & alios, licet conficeret. Et idem etiam puto si ignoranter ignorantia crassa: vnde potius deberet missam omittere, inquit, etiam die festo: & idem credit si non habeat missale, vel librum, in quo saltem sit canon: quia exponeret se periculo errandi in verbis canonis, imo & consecrationis: & faceret contra generalem consuetudinem ecclesiæ. dist. 2. in his. & idem etiam si omitteret studiosè aliquam notabilem partem missæ, vt Euangelium, epistolam, vel huiusmodi: secus de parua parte, & verbo, nisi pertineret ad consecrationem. Et idem est secundum S. Th. si omittat altare, tempus debitum, & huiusmodi. Et idem videtur, si prædicta haberet, sed immunda enormiter, quia præceptum est clericis, vt vasa, & vestes, in quibus celebrandum est, sint munda, vt in c. relinqui nolumus. de custo. Euchar. vnde contrarium est mortale. 14. q. 1. quod principaliter. ¶ Quartum. Si autem post cæptam missam sine rationabili causa desistat, peccat mortaliter de cōsecr. distinct. 1. nullus episcopus. ¶ Quintum. Si autem postquam sumpsit communionem, superfuit hostia consecrata secundū Petrum po-

potest eam sumere, si non habet, vbi honestè conseruetur, modo ieiunus. arg. de consecra. dis. 2. tribus gradibus. de reliquijs autem dico, quod si deprehendantur non ex interuallo, sed in ipso actu sumptionis sacramenti, vel quasi in ipso, licet acceperit purificationem, ante quam de ipsis aduerteret, tamen postea sunt sumenda: tum quia ratione paruitatis sic seruari non possunt, sed faciliter amitterētur: tum quia in ipso casu, ex quo est in actu purificationis, & recollectionis reliquiarum, quicquid fit dicitur fieri incontinenti, quasi simul sumeret omnia, antequam censeatur nō ieiunus, per ea, quæ no. in c. olim. el 1. de rest. spol. in gl. & in c. quia propter. de elec. & per Bart. in l. 1. ff. de verb. obl. ¶Sextum. Post sumptionem autem sanguinis perfusio est faciēda cū vino. de celeb. mis. ex parte. Et si sumendo calicem remaneat particula in calice, secūdum Scot. digito ad labium calicis trahatur, & stomacho ieiuno sumatur, & non apponatur vinum: quia citius descenderet. Et licet Sum. Ange. dicat, quod non est peccatum si apponeretur, & citius descenderet, quia quæ sic fiunt, simul fiunt, per no. in l. continuus, ff. de verbo. oblig. & alijs prædictis iurib. Tu tamen dic cū Scō. propter eius rationem, quæ probatur in c. ex parte. de celeb. miss. & rursus, quia sumēdo vinum posset denuo particula in calice remanere, & quæ dicit illa summa sunt vera, vbi aliter fieri non potest.

3 Tertio † quæritur, quid, & qualiter missa fieri debeat? Et dico multa. ¶Primum. Sacerdos nihil aliud dicere debet, quam quod continetur in missali. argu. c. visum. & ca. de nominibus. de consec. dist. 1. cogitare tamen potest quæcunque deuota, s̄m S. Bon. licet non exprimere: quod intellige, nisi vbi sacerdoti adlibitum inserere permittitur, sicut in Memento, in quo non solum mente, sed ēt expressis verbis orare pōt, etiam in speciali pro hoc, vel illo nominatim. arg. c. cum gratia. & c. non æstimemus. 13. q. 2. & gl. de conse. dist. 1. c. visum. & c. seq. Ex quibus ēt iuribus patet, qđ non est necesse singulorum nomina exprimere: nisi quantum, supplicantis affectus deuotior redditur, quia cum pro cūctis animabus psalmus, vel missa dicitur, nihil minus, quam si pro vno quolibet ipsorum diceretur, accipitur. de consec. dist. 5. non mediocriter. licet d. c. alium habeat sensum, vt inf. §. 9. ¶Secundum. In missis votiuis de Spiritu sancto, de Beata Virgine, & de cruce, gloria in excelsis Deo cantari non debet in profestis diebus; nec credo, secundum Ray. vt de celeb. miss. consilium. Sed huic iuri consuetudine derogatum est quo ad Gloria in excelsis: & secundum Host. in talib. deuota consuetudo non reprobatur: præfatio autē propria dici potest similiter: vt de beata Virgine patet in d. c. consilium. & idē videtur in alijs. arg. d. c. consilium, & eorum, quæ ibi dicit Pan. ¶Tertium. Secundum Richa. Angel. in suo quolibe. quem sequitur Sum. Angel. requiritur attentio, dicente Dio. de cæ. Hierarch. quod ad sanctissimum euntes sacrificium mūdari conuenit ab ipsis vltimis animæ phantasmatibus: vnde probabiliter desperans se posse habere cordis stabilitatem: accedendo peccat. Sed hoc dico secundum S. Tho. in 4. dist. 8. in litera, quod ad idoneitatem celebrationis requiruntur tria. Primo, scilicet puritas mentis: vt sit quis contritus, & confessus, & in proposito seruandi mandata Dei, & ecclesiæ, secundo deuotio actualis, quod secundum Archid. post Pet. de Pal. sic intelligitur, vt intelligatur deuotè celebrare, vel communicare, qui conatur omnem distractionem, & euagationem repellere: & non tenetur eam deliberare, si occurrat: veniale autem impediens actualem deuotionem. i. quod mente distrahit ne actu feratur in Deum, impedit fructum sacramenti, licet non faciat incurrere mortale: quia non tenetur homo eam actualiter habere, sed habitualiter: habitus autem eius tollit solum per mortale: & tertio requiritur corporalis munditia: de quo dic. vt sup. Eucharistia 3. §. 10. Et sic patet, quod non peccat grauiter, qui diffidit se habiturum actualem attentionem: imo nec venialiter, si de hoc doleat. ¶Quartū. Si autem sacerdos de his, quæ sunt dicenda aliquid notabile scienter omittit; peccat mortaliter, secundum omnes Doct. quod intellige, si omittat scienter, quando in loco suo ea dicere poterat, secus, si iam locum pertransiuit notabiliter, ita ꝙ sine nota replicare non posset: vt quia iam dixit orationem, & recolit de gloria in excelsis, omissa. ¶Quintum. Si autem aliquid se dixisse non recolit, propter hoc turbari non habet: quia multa dicens, omnia non recolit: sed si constet ei probabiliter, quod aliqua omiserit: si sunt de necessitate sacramenti; puta, forma consecrationis, debet re incipere ab illa forma, & cuncta per ordinem prosequi, sed si non sunt de forma, resumere non debet, immutando ordinē officij: sed vlterius debet procedere, secūdum S. Tho. 4. parte, q. 83.

4 Qvarto † quæritur, de quo debet missa celebrari?

lebrari?Et dicit Sum.Ange.ſecundum Pan. in c.quidam laicorum,de celeb.miſſ. quod celebranda eſt de eo,de quo officium fit:vnde miſſam peculiarem dicens,id eſt ſpecialem de aliquo ſancto,non ſatisfacit præcepto de audiẽda miſſa:quia miſſa,quæ præcipitur, eſt miſſa de feſto,vel quæ ſecundum officium debet dici:vt in d.c.quidam.vnde in d.c.quidam. & ca, hoc de conſ.diſt.1.dicitur quod tales miſſę peculiares celebrari debent in occulto:ꝙ intellige in diebus quibus ex præcepto miſſa audienda eſt. Credo tamen,ꝙ ſeculares audientes ex ignorantia excuſentur, licet non celebrãtes.in eccleſijs ãt collegiatis, vel cõuẽtualibus miſſa de officio quotidie celebranda eſt, vt in clem.1.de celeb.miſ. Sed ſi vnus celebrauit miſſam de officio, vel celebraturus ſit, & non ſit de præcepto,quod miſſa audiatur,poteſt quis miſſam dicere votiuam,& ſecrete,& publice.imo etiam ſi præceptum, ſit audire, & ipſe votiuam celebrans audiat aliam de officio.Nec ſufficit ſecundum Monal. audire introitum, vel huiuſmodi: quia miſſa dicitur cũ canone.hæc ille. Sed intellige prædicta de bene eſſe,non de neceſſitate:quia nec Pan.ibi dicit, quod talis non ſatisfaciat præcepto, nec dicta clem.dicit aliquid de præceptis: ſed cap. cum creatura.eo.tit.vnde Sum.Roſ.dicit cum Archid.vt inf.Miſſa.2.§.4.

5 QVINTO † quæritur, vbi debeat miſſa celebrari?Et dico multa.¶Primum. In omni loco per epiſcopum conſecrato, id eſt, in eccleſia conſecrata liberè celebrari poteſt. de conſe. d.1.c.1.& c.ſicut & ſeq. & c.nullus, niſi ſit interdictus,aut pollutus:de quo ſup.Conſecratio eccleſiæ,§.5. quod tamen fallit in eccleſijs conſtructis per exemptos in locis non exemptis ſine licentia epiſcopi, in quibus celebrare,vt celebrari facere non poſſunt. de priuil. authoritate li.6.Et ſecundum Ray.miſſa celebrari non debet,niſi in eccleſia conſecrata, ſi fieri poteſt, vel ſaltem in altari conſecrato. ſ. ſtabili,vel ſi hoc non habetur, ad minus ſemper habeatur parua tabula conſecrata,quę ſecundum Verue.debet eſſe lapidea,licet poſſit eſſe incluſa in ligno,vel alia materia ſolida,& poni poſſit dum celebratur ſuper ligno,puta, oſtio,vel feneſtra,ſecundum Arc.de quo ſup. Altare: per totum.¶Secundum. Extra eccleſiã vero cõſecratã celebrare nõ licet ſine neceſſitate,vel licentia epiſcopi.de conſe. diſtinctio.1. miſſarum. in neceſſitate vero quando epiſcopi licentia haberi non poteſt, ſcilicet commodè,licet celebrare in capellis, ſi eccleſiæ conſecratæ,non habētur, & in itinere ſub dio,i. in campo, vel in tentorijs: potius miſſam dimittere,ſi alia neceſſaria habeantur q̃a dat eo caſu Papa licentiam, de conſecr.diſt.1. concedimus. Et ſimiliter ſecundum Arc.licet in domibus priuatis.& idem in exercitu Chriſtianorum maximè: quia communicare dẽnt quibus imminet periculũ mortis, licet a principio ſit petenda licẽtia,ſi eſt poſſibile. In nulla tamen neceſſitate licet celebrare, ſup mare,vel ſuper fluuium, vbi probabiliter de ſanguinis effuſione timetur,ſecundũ Arch.¶Tertium.Sum.Ang.quærit, vtrum de licentia epiſcopi celebrari poſſit in loco non conſecrato cum altari viatico?& dicit Inn.tenere, q̃d ſic. etiam ſine licentia epiſcopi.& Arch.& Pan.in rub.de conſec.eccl.vel al.quod non, niſi cum licentia epiſcopi. Et concordat dicẽdo,quod in diœceſi ſua poteſt epiſcopus dare licentiã, non autem extra. Sed dico,quod ſubditis ſuis epiſcopi eam dare poſſunt etiam extra diœceſim ſine præiudicio tertij.de priuile.in his. & concordat aliter, quia hoc ſine licentia epiſcopi fieri poteſt in neceſſitate, cum licentia commodè haberi non poteſt, vt probatum eſt: non autem extra neceſſitatem; alioquin eſſet licitum de iure communi; & conſequenter fruſtra concederetur epiſcopis priuilegium, & gratia, & in altari viatico celebrare poſſint in itinere. de priuileg.cap.fin. lib.6.Et licet ſine tali licentia extra neceſſitatem fieri non poſſit, tamen hanc licentiam epiſcopus dare poteſt extra neceſſitatem,de conſecr.diſtin.1.miſſarum.cum ibi no. & ibidem in c.cõcedimus.iũcta gl.& in c.in his.de priu.¶Quartum. Fratribus autem prædicatoribus,& minoribus licet celebrari in omni loco honeſto cum altari portatili ab epiſcopo conſecrato, ſaluo iure parochiali.de priuileg.in his,quod quidem ius ſecundum Grego. IX.in extrauag. nos attendentes. conſiſtit, circa oblationes, decimas, & primitias ſolum. ¶Quintum. Quicunque vero celebrant, aut faciunt celebrari diuina in ciuitatibus, caſtris, aut villis, niſi quatenus illis a iure conceditur, eſt illis interdictus ingreſſus eccleſiæ ipſo facto, cuiuſcunque ordinis,ſtatus,vel conditionis exiſtant, vel quantumcunque ſedis apoſtolicæ priuilegijs ſint muniti, de priu.epiſcoporum. li.6.& idem ſi in locis a iure,vel iudice prohibitis,vt ibidem.

6 SEXTO † quæritur, quo tp̃e,vel hora debeat miſſa celebrari?Et dico multa.¶Primum. Secundum S.Th. & alios Doct.loquendo a par-

te ante tpis,in quo celebratur cōiter,siue re-
gulariter die celebrandum est, & ante diem,
siue noctu celebrare nō licet:alias ſm omnes
est mortale, intelligendo tñ diē ex quo inci-
piunt apparere signa solis orientis ſm oēs, i.
ab aurora. Quod tñ fallit primo olim ī nocte
resurrectionis; & secūdo in nocte natiuitatis
Domini.de conse.dist.1.nocte tertio,si eps in
itinere ante diē celebret,vel faciat celebrari:
quod ei licet ſm gl.in c.fi.de priui.li.6.quarto
ſm Rod.& Veru. de licentia episcopi imminē
te necessitate: puta, quia moritur infirmus,
nec hr̃ eucharistia; quinto generaliter quo-
ties Papa dispensat,sicut ſm Pet.de Palud.ali-
quando facit cum Cardinalibus,& facit cum
aliquibus fratribus qui ex gratia de licētia p̄-
latorum non regulariter,sed ex causa rationa
bili celebrare possunt ante diem post matuti
num.Ex his patet,quod in nocte Natalis Do-
mini non licet celebrari tres missas: quia non
licet nocte celebrare, nisi ex ordinatione, &
licentia ecclesiæ, quæ nihil ordinauit nisi de
missa mediæ noctis. Est tñ licitum sic incipe-
re,vt secūda missa incipiat incipiēte aurora.
¶Secundum. Loquendo vero a parte post cir
ca horam celebrationis, Arch.post S.Tho.di-
cit,quod solemnis missæ celebratio tribus ho
ris fieri instituta est.s.in tertia diebus festis.de
cons.dist.1.nocte,in sexta diebus profestis, &
in nona diebus ieiuniorum.de cons.dist.1. so-
lent etiam post nonam,quando fiunt ordina-
tiones.arg.de consec.dist.1.c.solent.§.in ieiu-
nijs.Priuatæ autem missæ celebrari possunt a
mane vsq; ad tertiam, vel etiam vsque ad no
nam in diebus ieiuniorum. de cons.dist.1.ne-
cesse.& concor.Host.& Ant.de But. & est cō
munis doctrina,licet dici possit, ꝙ in talibus,
seruanda sit consuetudo non inhibita, neque
contra diuinam reuerētiam.arg.dist.4.erit.&
dist.12.illa autem.Vnde in diebus festis solem
nis missa tardius dr̃ quā in profestis,cuius cō-
trarium iure seruandum esset. ¶Tertium.Se-
cundum Pet.de Pal. qui credit falso iam diem
adesse, aut nonam horam nondum esse, licet
ex vna parte videtur accusari, quia discrimi-
ni se exponit: & alia tamen excusatur,si deuo
tio exposcat, & alter missam habere non po
test: quia in talibus homo crebro decipitur,
& quod parum deest, quasi nihil deesse vide-
tur.¶Quartum.Qui autem celebrat non ante
horam, sed ante officium dictum matutina-
rum,secundum Veruec.peccat mortaliter, &
idem communiter tenent omnes Summistæ
hac ratione,quia est contra consuetudinē ge-
neralem ecclesiæ. ¶Sed quicquid sit de con-
suetudine, quam viros doctissimos sæpè negā
tes audiui: ratio tamen est inefficax quia non
omnis consuetudo habens vim legis obligat
ad mortale,sicut neque omnis lex: sed obli-
gati, sic, quando sic intendit princeps, quem
non est verisimile voluisse ad hoc sub præce
pto ligare istum priuatum,vbi repentè occur
reret aliqua necessitas, cui non posset obuia-
ri: puta,quia monasterio imminet scandalum
graue,aut aliquid tale.Qui vero celebrat an-
tequam dixerit Primam, non peccat morta-
liter,nisi sit contra præceptum,vel statutum,
siue consuetudinem loci, secundum eundem
Veru.Sed tu dic,quod etiam, hoc posito,non
esset mortale in necessitate vrgenti ratione
prædicta; alioquin eundem aliquando opor-
teret bis dicere.Primam:primo scilicet in pri
uato,deinde in choro. Habent autem prædi-
cta aliqualem apparentiam quantum ad mis-
sam maiorem, & officium chori.

7 SEPTIMO † quæritur,quoties in die,& quam
frequenter debeat missa celebrari? Et dico
multa. ¶Primum.In ecclesijs conuētualibus,
& collegiatis debent collegialiter quotidie
duæ missæ celebrari: vna.s.secundū officium,
& alia pro mortuis,de celeb.mis. cum creatu
ra,& peccāt non seruantes, ſm Pan.ibi tamē,
quia cōiter non seruatur,melius dr̃,ꝙ non est
peccatū.imo dictus intellectus ibi non hr̃,nec
est rationabilis; quia oporteret diebus solēni
bus celebrare pro mortuis. ¶Secūdum.Sacer
doti vero cuilibet illicitum est pluries in die
celebrare,aut etiā communicare, sicut & cui
libet: vt, vel sic repræsentetur vnica passio
Christi,& valdè felix est,qui vnā missā dignè
celebrat.de cons.dist.1.sufficit. & de celebra.
mis.c.consuluisti.& c.te referēte.¶Excipiunt
tñ multi casus, in quibus secundum Pe.de Pal.
licitum est pluries in die celebrare, non pro-
pter pecuniam,vel adulationem,secundum S.
Th.sed propter necessitatem.¶Primo in nati-
uitate Christi,in quo licet celebrare ter,extra
eodem consuluisti. & hoc qualitercunq; cum
interuallo, aut sine interuallo dicantur: mo-
do ante auroram non dicatur nisi vna: quia
ita est consuetudo. Secundo, si post mis-
sam dictam occurrit defunctus non sine mis-
sa sepeliendus; puta,quia sic habet consuetu-
do loci.imo ex intentione secundum Ray.po
test dicere vnam pro viuis, & aliam pro de-
functis,non regulariter,sed ex causa:puta,cū
parochianus: vel is,cui tenetur,petit anniuer
sarium, & huiusmodi: nec potest commodè

vicarium habere, & idem Veruec. nisi hoc sit contra constitutionem synodalem, vel cõsuetudinem loci probatam, vt in d. ca. sufficit. vbi non distinguitur, an defectus sit p̄sens necne. ¶Tertio pro necessitate infirmorum viaticũ petentium, si aliter haberi non potest. ¶ Quarto pro necessitate peregrinorum die festo, qñ omnes debent audire missam. Quinto pro necessitate nuptiarum, quando tempus laberetur, secundum Dir. quia laudabilis consuetudo est, non nisi in missa dare benedictionem nuptialem. hos etiam casus ponit Rayn. ¶Sexto, secundum Host. si hẽt duas ecclesias commendatas, vel vnam commendatam, & aliam in titulo propter paupertatem, & oẽs volunt missam, & non potest habere vicarium. ¶Septimo, si eodem die occurrunt duæ missæ, vna de festo, alia de ieiunio, vt no. in 40. hæc ex illo. ¶Addit octauum Pan. in cap. consuluisti. & Dir. extra eo. si superueniat aliqua magna persona, vt ep̃s, & similes, quos non decet diem sine missa transire, & idem de quolibet alio magno viro. arg. c. 1. de celeb. mis. Et quod de prædictis dicit in die feriali, intelligo de quolibet in die festiuo de præcepto eadem rõne. ¶Addit nonum gl. ibidem si esset consuetum in aliqua ecclesia, quod dicantur duæ missæ, & vnus solus est aptus. ¶Addunt decimũ alij, propter paupertatem ecclesiarũ, & sacerdotum charitatem. 21. q. 1. c. 1. in fi. de elec. ca. dudum. x. q. 3. vnio. Addo ego vndecimum, quoties occurrit necessitas aliqua vrgens arbitrio boni viri: quia in d. ca. cõsuluisti dr̃, quod licet causa necessitatis pluries in die celebrare, & hæc necessitas non est determinata per legem. Vnde Doct. ab hoc dicto eliciunt p̄dictos casus, sed illud nota, ꝙ non est necessitas, vbi per alium suppleri potest. ¶Tertiũ. Quando licet plures missas in die celebrare: non licet tamen secundũ Petr. de Pal. dicere plures, q̃ duas, nisi in natali: nec duas dicere põt, nisi sacerdos sit ieiunus, ita quod ablutionem primæ non sumpserit. Nec simili aliquo casu potest quis pluries communicare: dicitur tamen semel communicare, qui rationi periculi custodiæ sacramentis decem hostias consecratas sumeret hæc ex illo. ¶Quartum. Vtrum autem sacerdoti liceat omnino a celebratione cessare: quidam Canonistæ, vt refert Arc. dñt, quod mortaliter peccat, q ex negligẽtia omittit quotidie celebrare, innixi dicto B. Ambrosij, scilicet. Ego quia quotidie pecco, quotidie debeo accipere medicinam. de consec. dis. 2. si quoties. Sed illud dictum est consilium secundum Theologos: vnde nullus tenetur celebrare quotidie; imo nec omnibus festis. de consecra. dist. 2. quotidie exceptis habentibus curã, qui diebus festis tenentur, nisi per alium populo satisfaciant. arg. c. 1. de celeb. mis. imo ꝙ ob sui indignitatem, & sacramenti reuerentiam abstinet, non peccat, secundum S. Bona. & secundum Albe. bonumque est medium tenere, scilicet aliquando celebrando, aliquando dimittendo, nisi officium exigat omni die dominico celebrare. Quidam vero alij, vt recitat S. Th. in 4. dist. 13. vbi de hoc loquitur, & 3. q. 82. dicunt, quod non peccat omittens celebrationem, nisi habeat populũ, vel ex obedientia teneatur celebrare, sed ipse dicit, qđ sacerdos non vtens sibi data nobilissima potestate, reus erit negligentiæ, secundum illud. 1. Pet. 4. Vnusquisque prout accepit gratiam, & c. nisi hoc faceret ex familiari cõsilio Spiritus sancti, sicut quidam ex sanctis patribus ordinatus nunquam celebrauit. Et ideo dicit, ꝙ ẽt si nulli hominum teneatur, celebrare tenẽt, vt Deo sacrificium reddat: quia sacerdotibus præceptum est. Hoc facite in meam commemorationem, ad quod saltem videtur teneri, vt dicit 3. par. in præcipuis festis: maximè illis diebus, in quibus fideles communicare consueuerunt. hæc ex illo. Ex quibus verbis Sum. Angel. accipit, quod non excusetur a mortali talis, qui sine rõnabili causa in talibus dieb. non celebrat. Ita tenere videtur etiam Richa. & Petr. de Palu. Sum. vero Ros. conatur probare primo, quod hoc non sit mortale: quia nullus text. iuris canonici hoc dicit, sed dico hoc dicere tex. Christi dicentis, Hoc facite. & tex. iuris naturalis, dicentis secundum Pet. de Palu. quod quilibet teneatur gratiam Dei in vacuum non recipere, & tex. Ambro vt allegat S. Thom. in quarto, dicentis grauius esse, si dum peccatum meminimus, sacrificium nõ reddamus, quãtũ ad mensam Christi mundo corde, & manibus innocentibus non venire, quod scilicet, vt dicit S. Th. est mortale. Et secundo, quod S. Thom. hoc non dixit, quod verum est formaliter: secus virtualiter, quia nõ consueuit vti hoc verbo, tenetur, nisi vbi est p̄ceptum, & similiter in quarto arguendo in oppositum idem innuit. Sed no. quod S. Tho. duo dicere intendit. Vnum, quod mortale est sacerdoti nunq̃ celebrare aliud, ꝙ hoc peccatum, quod scilicet est omissionis, tũc videtur admittere, quando occurrit maxima causa celebrãdi: qđ licet alias esse possit, tamen maxima videtur in dictis festis: vnde tunc ex mera ne-

negligentia omittere sine quacunque causa rationabili verè, vel apparenter, est valde dubium ne sit mortale. ¶ Quintum. Si instituat beneficium sic, vt aliquis quotidie celebrare teneatur, secundum Pan. in cap. consuluisti. de celeb. miss. & in ca. significatum. de præb. talis institutio ad hoc non obligat, quia institutio est illicita, & dans materiam peccandi: vnde accipere debet talis interpretationem ab illo ca. significatum, vt scilicet intelligatur, quod debeat, & teneatur celebrare quanto feruentius potest, salua honestate sua, & debita reuerentia, ac deuotione ad sacramentum. Et sic intellige de quocunque beneficiato. Et idem de instituto ad quotidie celebrandum missam peculiarem, quia hoc non obstante potest, & debet dicere de feria. de celebrat. miss. quidam. Hæc tamen intellige si instituens referat se ad institutum; puta, dicendo, volo, quod iste quotidie celebret, vel sic celebret. Secus si referat se ad missam; puta, dicendo, volo quotidie in tali loco celebrari, vel sic celebrari: quia tunc non est intentio obligandi sacerdotem ad quotidie celebrandum, sed quod si nolit, aut nequeat, suppleat per aliũ: nec desideratur industria personæ, sed quotidiana missa.

8 Octavo † quæritur, pro quibus debeat missa celebrari? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Arch. & est vera Theologica doctrina, missa primo beatis, ad quorum honorem offertur, prodest: & vt dicitur in collecta, ad gloriam, s. accidentalem: quia gaudent de omni bono, quod sciunt fieri ad laudem Dei: maximè de habente specialem ordinem ad eos, & secundo mortuis existentibus in purgatorio: imo in hac vita secundum Aug. nihil est, quod tantum pro eis satisfaciat: & tertio viuis, a quibus, & pro quibus celebratur, & hoc quantum ad remissionem peccati mortalis, quod est in conscientia per modum sacrificij ex merito Christi, ex quo impetratur venia: id est, gratia contritionis. Vnde homo homini donum maius donare non potest quam missam, & quantũ ad remissionem pœnæ debitæ pro mortalibus ratione sacramenti, & per modũ sacrificij, & quantum ad liberationem a diuersis malis, & omnia alia, ad quæ prodest digna communicatio. hæc ex illo. ¶ Secundum. Missa generaliter dicenda est pro omnibus viuis, & defunctis, qui sunt in purgatorio. de consec. distinct. prima, visum. imo in statu gloriæ: quia illis aliqualiter prodest, & consequenter est beneficium. ¶ Tertiũ. Etiam dicenda est pro paruulis baptizatis, secũdum S. Th. in 4. dist. 13. non quia eis prosit ad remissionem pęnæ, quam non tolerant: aut ad augmentum gloriæ, intellige essentialis, sed propter solatium viuorum: tum ad ostendẽdum eos ad vnitatem corporis Christi pertinere, dum in eis idem modus exequiarum seruatur sicut in alijs; tum ad commendandum redemptionis mysterium in hoc sacramento commemoratum, propter quod paruuli proprio merito salutem æternã consequuntur. ¶ Quartum. Pro excommunicatis quoque in Memento orandum est etiam specialiter secundum Hostiens. in Sum. & similiter in alijs orationibus, quæ fortiter dicuntur, generaliter tamẽ non specialiter, quia non licet. de sentent. excom. nuper. de quo vide sup. Excõmunicatio. 1. in princ. ¶ Quintum. Prodest autem defuncto tantum missa de aliquo sancto, sicut & de mortuis, & econtrario secundum Dir. li. 1. & Host. Sed intellige secundum Pet. de Pa. quantum ad ipsum sacrificium, quod vtrobiq; idẽ est, quantum vero ad orationem, dicit S. Tho. magis prodesse missam de Requiem, licet recompensatio fieri possit per deuotionem celebrantis, aut celebrari faciẽtis, aut per intercessionem sancti, cuius patrocinium imploratur in missa, id est in cuius honorem celebratur, vnde & quidam non irrationabiliter dicunt, nullam missam defunctis esse salubriorem, quam propriã diei. ar. c. 2. de celeb. mis. & ita sensit Supple. ¶ Sextum. Qui autem celebrat contra aliquem, vt Deus eũ perdat, peccat mortaliter. art. 16. q. 2. quicunque. nec illi nocet; quia natura sacramenti est prodesse. ar. 1. q. 1. si autem Deus. Sed ista intellige, quãdo malo animo sunt, secus in casu, quo quis licitè orat, vt Deus aliquem tollat de medio, vt quia est inimicus boni communis, vel huiusmodi, quia si licet orare licet sacrificare, & tunc sacrificium per se prodest, scilicet communitati, sed per accidens nocet.

9 Nono † quæritur, vtrum missa simul dicta pro pluribus, tantum valeat singulis, ac si pro singulo eorum sigillatim diceretur? Et dico, quod ista quæstio necessaria est in practica operis, & difficilis in speculatione veritatis. Et difficultatem facit primo hoc, quod sacrificium ibi oblatum est infinitæ virtutis, & consequenter videtur plenissimè satisfacere omnibus pro quibus offertur secundo hoc, quod dicitur de conse. dist 5. in c. non mediocriter. vbi postquam prætulerat Hieronymus de cãtationem quinque psalmorum cum alacrita-

te,& puritate totius psalterij modulationi cũ tristitia & anxietate cordis,subiungit: Igitur cum pro cunctis animabus psalmus,vel missa dicitur, nihil minus dr̃,quã si pro vno quolibet ipsorum diceretur,accipitur. Et ideo circa istam quæstionem multa faciam, quia primo adducam ex Thom. fundamenta veritatis,qui vt supr.dictum est, in huiusmodi secretis semper, aut ratione, aut reuelatione fuit edoctus antequam scriberet; & vt sup.Lex §. 13.in 3.dicto, dictum est, quod eius doctrina fuit solemniter approbata.Secundo recitabo opiniones circa quæstionem. Tertio determinabo ex dictis veritatem. ¶Quantũ ad primũ sciendum est primo,quod S.Th.3.q.79.arti.5. effectum sacrificij missæ ostendit aliquo modo esse infinitum,dicens: Sacramẽtum eucharistiæ inquantum sacramentum,directè ex vi sacramenti habet effectum, ad quẽ est institutum.s. spiritualem nutritionem per vnionem ad Christum,& membra eius;sed ex cõsequẽti,& concomitanter remissionem non solum culpæ,sed ẽt pœnæ, non quidẽ totius,sed ẜm modum deuotionis & feruoris,quia dicta vnitas fit per charitatem, ex cuius feruore q̃s remissionem consequitur non solum culpę,sed ẽt pœnæ.In quantum vero sacrificiũ hẽt vim satisfactiuam: & ex sui quãtitate sufficit ad satisfaciendũ pro omni pęna.hæc ex illo. ¶Sciẽdum est secundo,ꝙ licet hoc sacrificium sit infinitæ virtutis,tamen in missa operatur finitè, & limitatè ad finitum effectum, vt ipse dicit in 3.d.45.q.2.ar.vl.q.vl.ad vltimũ argumentũ loquẽs de missa vbi habet sic.Quamuis Christi virtus,quæ continetur sub sacramento Eucharistiæ,sit infinita,tñ determinatus est effectus,ad quem illud sacr̃m ordinatur, vnde nõ oportet, ꝙ per vnum altaris sacrificium tota pœna eorũ,qui sunt in purgatorio,expietur, vnde etiam quandoque plures missę in satisfactionem vnius peccati iniunguntur. hæc ex illo.¶Sciendum est tertio,ꝙ ẜm eundem ista infinita virtus ad finitum effectum limitatur ex dispositione offerentis: vnde tertia parte, vt sup.sic dicit.In satisfactione magis attenditur affectus offerentis, quam quantitas oblationis.vnde vidua plus omnibus obtulit,Luc.12. Quamuis ergo hæc oblatio ex sui quãtitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pęna: tamen fit satisfactoria illis pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, ẜm quantitatem suæ deuotionis, non pro tota pœna. hæc ex illo. Et intellige suæ.i. offerentium principaliter. Vnde in 4.dist.12.q.2.arg.2.q.3. dicit,ꝙ tollit pœnam in toto,vel in parte ẜm mensurã pœnæ debitæ, ex deuotione, qua sacramentum offertur. Intellige etiam offerentium mediatè, vel immediatè, vt ipse videtur innuere in 4.dist.45.q.1.art.2.q.3.vbi vult,quod valeant suffragia facta per malos ex imperio ecclesiæ, vel defuncti, qui præcepit ea fieri, ita q̃d deuotio præcipientis faciat idem quod exequentis:quod etiam inde patet,quia & si sacerdos sit malus, vel nullum habet affectũ ad eũ, pro quo celebrat:vt quia eum odit,aut ignorat,quis sit,& nihilominus vult, pro eo celebrare,vt euitet scandalum,aut peccatũ: tamẽ sacrificium illi proderit,secũdum omnes Docto. & non infinitè,etiam secundum omnes: ergo limitatur per aliquem affectum, & non sacerdotis, saltem si est malus: ergo alterius offerentis per sacerdotem. Dicuntur autem offerre etiam illi, qui rogant pro aliquo celebrari: sicut patet ex illo verbo canonis, vel q̃ tibi offerunt. & ex modo loquendi Mosaicæ legis,quæ iubebat priuatos offerre sacrificiũ. & clare per S.Tho.3.q.83.art.4.in medio cor. & in responsione ad octauum. Vnde quod ipsemet S.Th.in 3.q.69.art.5.ad secundum, in fine,expresse vult,quod illis, pro quibus offertur, prodest propter mensuram deuotionis eorum,imo innuit hoc esse verum etiam in illis,pro quibus offertur ad nullius instantiam. Sed circa prædicta restat dubitatio,quia si dicatur missa pro aliquo defuncto, qui de hoc nihil ordinauit & sacerdos sit malus, & similiter is,qui mandat missa dici,sit malus:videbitur,quod illa missa totaliter illam animam liberet semper quantumcunque grauia,& multa habeat peccata, quia tale sacrificium ex se habet efficaciam, vt patet 4.vbi supra proxime,& illa est infinita,vt dictum est,& hoc casu non videtur limitata per aliquem,& sic cõsequenter operabitur infinitè,quod non conuenit. Sed dico,quod semper limitatur,saltẽ, secundum deuotionem finitam ecclesiæ, quæ ideo ordinat sacerdotes, vt celebrent pro viuis,& defunctis, cui deuotioni ecclesiæ si addatur deuotio immediate offerentis,videtur effectus augeri. Et licet omnes missæ sint æquales quo ad sacramentum. 4. distinctio. 13. quæstione 1. artic.1,quæstione 5.& 3.quæstio. 82.art.6.non tamen quantum ad effectum sacramenti, quia ille aliquando commensuratur dispositioni offerentis, quæ non est semper æqualis,aliquãdo ecclesiæ, aliquando rogantium offerri, aliquando eorum, pro quibus nulla ratione offertur,videtur velle San.

Thom.vt dictum est. ¶ Quantum verò ad secũdum dico, ꝙ circa hoc sunt duæ opiniones extremæ,& vna media. Quidam enim, vt Direct.refert, dicunt indistincte, quòd missa dicta pro pluribus æquè valeat singulis, sicut si pro eis solis diceretur, propter d.c.nõ mediocriter, quòd speciale dicunt esse in sacramentis per Spiritum sanctum, qui non datur ad mensurã, quod Host. verum dicit de psalmis, & missis, quæ generaliter pro omnib.cantantur, licet specialiter pro aliquibus, videantur dici, non autem de eleemosynis, Ieiunijs, & precibus, siue orationibus, quæ alios non tangunt, quia non prosunt, nisi his pro quib.specialiter fiunt. Sed ista opinio tenet vnum extremum, & eam S.Thom.ex intentione directa improbat in 4.distinctio.45.quæst.2.artic. 4.q.2.per totum, & ad secundum, quia suffragium, vt satisfactiuum est simile solutioni, & eius effectus diuiditur, si fiat pro pluribus. Ad de tu, quòd finitum diuisum efficitur minus. Hæc ex illo. Et si diceretur, quòd effectus, in quem potest sacerdos per hoc sacrificium, sit infinitus, vt supponit ista opinio, sequitur vnum absurdissimum, quòd sacerdos vnica missa liberare posset semꝑ omnes animas a purgatorio, etiã si essent millies plus quàm sint, quia pœna debita singulis est finita, & consequenter etiam pœna debita omnibus est finita, cum ex finitis numero, & quantitate non resultet nisi finitum, quod ab infinita virtute superatur. Quod autem adducitur ex capitu. non mediocriter, non cogit, quia cum illatiuè sit dictum, intelligitur relatiue ad superiora, ex parte.s.celebrantis, vt tantum sit ei meritorium celebrare pro omnibus sicut pro singulis, aut maius, si ex maiori charitate faciat & hoc patet intuenti textum, & glossa. ¶ Alia verò opinio est tenens aliud extremum, dicens indistincte, quòd missa dicta pro multa magis prodesset vni, si pro vno solo diceretur. Et istam sequuti sunt multi solemnes Docto. Arch. enim post Petrum distingueret, sicut distinguit S.Thom. de suffragio in genere facto pro multis. Nam si consideretur, inquit, secundum quod habet valorem ex charitate, tantum prodest singulis, quantum si pro vno tantum fieret, quia charitas suffragantis non minuitur, si distribuatur effectus in multos, sed augetur, & similiter gaudium procedens ex charitate eius, cui quis suffragatur, quantò est in pluribus: tantò est maius, secundũ Aug. in libro Cõf. Quo etiã modo intelligi potest d.c.non mediocriter. Si verò cõsideretur suffragium, inquantum est satisfactio quædam translata in alios per intentionem facientis, magis valet ei, pro quo specialiter fit, & sic effectus suffragij ex diuina iustitia diuiditur inter eos, pro quibus fit. Et idem per omnia dicerem de missa. Scot. etiam ad prædicta conformiter loquẽs circa finem sui quolibeti, vbi effectum sacri appellat meritũ, sic virtualiter dicit, Meritum missę in tres partes diuiditur, quarum vna Christo, alia ecclesiæ attribuitur, tertia sacerdoti, & hãc solam potest dispensare sacerdos, & si eam attribuit alicui determinatæ personæ, non potest attribuere alteri, quia tale meritum est finitum & limitatum, alioquin vna missa possibiliter liberaret omnes de purgatorio, quod est hæreticum. Et si est finitum, diuisum minuitur tandem vsque ad nihilum. Et si totum vni communicetur, alius nihil habebit. Et idem tenet Panormitanus post Io.And. in c.fraternitatem.de sepul.& idem Sum.Ros.& secundum Nico.de Aus.& Asten.est sententia. & opinio communis, quæ sic intelligitur. Nam virtus sacrificij est de se infinita, sed limitatur ad operandum secundum affectum offerentis, qui est triplex.s.Christi, ecclesię, & particularis personæ. Vnde tres effectus satisfactionis sequũtur, quorum vnum Christus cui sibi placet distribuit, alium ecclesia quæ ordinauit, vt partem habeant omnes, de quibus mentio fit in canone, tertium verò sacerdos offerẽs immediate, vel ille, qui eum rogat offerre, & de isto tertio loquitur ista opinio, licet verũ dicat, tamen loquitur insufficienter, si non distinguit, quando offerens est vnus tãtum, vel quando sunt multi, vt quia multi rogant pro se celebrari, qui in canone dicuntur sacrificium offerre, & secundum mentem S. Tho. affectus cuiuslibet illorum sibi vendicat aliquem effectum sacrificij. Est igitur & tertia opinio distinguens & dicens, quòd vnum sacrificium ita prodesset singulis pro quibus offertur, ac si offerretur pro singulis singulariter dupliciter potest intelligi, primò scilicet quando singuli habent aliquem pro se offerentem primò, & sic est verum, & sic procedit opinio prima. & secundò, quando singuli non habent offerentem pro se primo, sed aliquis offerens offert primò pro omnibus, & cõsequenter pro singulis, & sic est falsum, sed minus prodest singulis, vt dicit secunda opinio, quæ intelligitur, quando vnus tantum, puta, sacerdos, vel alius offert pro multis. Et ratio distinctionis hæc est. Nã quando sacer-

ſacerdos mouetur ad celebrandum pro pluribus a ſeipſo, vel ab aliquo vno tantum, vtroque caſu affectus offerentis, cui proportionatur effectus ſacrificij, eſt vnus tantum, qui fertur totus in omnes primò, ſed non primò totus in ſingulos, ſed vt conueniunt in aliquo vno: puta in numero, vel multitudine eorum pro quibus ſacrificatur, & conſequenter effectus talis ſacrificij attribuitur totus omnibus, ſed non eis ſingulis, ſed diuiditur, & conſequenter fit minor ad ſingulos. Si verò ſacerdos moueatur a pluribus ad celebrandũ pro pluribus, vt quia vnus petit miſſam pro anima patris, alius pro anima matris, alius pro anima vxoris, vna miſſa omnibus ſatisfacit tantum valens ſingulis ſicut omnibus, quia affectus, quibus reſpondet affectus ſacrificij, primò feruntur in ſingulos ſecundum ſingulos mouentes ad celebrandum, & conſequenter effectus ſacrificij attribuuntur primò ſingulis, & nullus eſt effectus primò reſpiciens multitudinem illam: puta, trium, & ſic vnius celebrationis ſunt multi effectus, qui ſunt multæ ſatisfactiones, & ſic in vno ſenſu intelligitur d.cap. non mediocriter. ¶ Sed contra arguitur primò, quia hoc caſu totus effectus ſacrificij eſt finitus, & diuiſus, ergo minor ad ſingulos. Sed dico, quòd ibi nullus eſt vnus numero effectu ſacrificij diuiſus in partes, ſed ſunt ibi tres effectus ſecundum ſe totos diſtincti: tribus affectibus reſpondentes. Et ſi replicetur, quod, ſecundùm hoc, ſi omnes animæ purgatorij eſſent liberabiles, ſingulæ vnica miſſa, poſſent ſemper omnes ſimul liberari vno ſacrificio, etiam ſi eſſent millies plures quàm ſint, dico primò hoc non eſſe neceſſe, quia omnis anima liberabilis effectu ſacrificij finito, liberabilis nõ eſt per vnicã miſſam, eo quod ſicut charitas, ita & affectus offerẽtis poteſt accreſcere in infinitum, vt patet per Sã. Tho. in 1. ſent. diſt. 17. quæſtio. 2. art. 4. & ſimiliter ex conſequenti vnus effectus ſacrificij, & ſic tranſcendere poſſet omnem effectum finitum datum, ſed tamen non ſemper liberabitur propter exilitatem deuotionis in offerente. Dico ſecundò, ꝙ illud, licèt non ſit neceſſarium, eſt tamen poſſibile, quia cum virtus ſacrificij ſit infinita, quantuncunque erit multitudo offerentium, etiam ſi arenam maris excederet, tantum erit multitudo effectuum ſacrificij, & cõſequenter animarum liberatarũ ſi vnico tali effectu poterant omnes liberari. Et eſt ſimile de virtute baptiſmi, quæ eſt infinita, & applicatur huic, & illi per verba, & intentionem baptizantis, & tñ ſi baptizentur ſimul innumerabiles, quilibet tamen accipit, ac ſi ſolus eſſet, & idem in propoſito, vbi applicatio fit per affectum offerẽtis primò pro aliquo, & intentionem celebrãtis. ¶ Arguitur ẽt ſecundò. Nam licet affectus illorum trium offerentium feratur primo in ſingulos, i. in aliquem ſingulorum, affectus tamen ſacerdotis in vnica oblatione primo fertur in omnes, & conſequenter effectus ei corriſpondens eſt cõis, & diuiſus in partes, & conſequenter minor ad ſingulos. Sed dico, ꝙ affectus, ſeu volũtas ſacerdotis volẽtis pro illis tribus celebrare, eſt deprecatiuus, & ſic nõ diminuitur per hoc, ꝙ eſt in multis, ſed augetur, vt patet ex dictis, eſt etiam applicatiuus, ſ. virtutis ſacrificij, ſeu paſſionis Chriſti ad effectum, & ſic eſt inſtr̃m Chriſti, & principaliter offerentis ſacrificium, & conſequenter applicat proportionaliter ad effectum eius, ſi ſic intendit, vnde affectui eius non proportionatur effectus ſacrificij, niſi quando ex motione ſua principaliter celebrat. Eſto tñ, ꝙ habeat aliquẽ effectum circa ſacrificium diuiſum, tñ cum etiam ipſi offerentes habeant effectus affectuũ ſuorũ, ipſi ſunt plenè ſatisfacti, ac ſi ſacerdos ad inſtantiam vnius tantum celebraſſet; quia nõ quęrebant principaliter affectum ſacerdotis, nec illũ ipſe promiſit, ſed ſacrificium ipſum, ad quod reddendum ſufficit ipſe effectus ſolùm, vt applicatiuus, quod ei conuenit ratione intentionis. ¶ Quantum ad tertium dico, quòd primam opinionem S. Thom. expreſſe reprobauit: ſecundam verò quantum ad ſuffragia in genere expreſſe approbauit, & docuit; tertiam verò expreſſe non docuit, videtur tamen cõſona principijs eius, quæ recitaui: nec auderem illam reprobare, ſed mihi apparet vera, & indubia, & practicanda, niſi repugnet aliqua promiſſio licita ſacerdotis: q̃ ſi interueniat, ſeruanda eſt, de quo inf. §. ſeq. Et ſi quęratur, qũo ſtat, quod S. Thom. teneat ſecundam opinionem, & ſimiliter tertiam? Dico hoc ideo eſſe, quia ſuffragium, quòd eſt ꝑ miſſam, poteſt fieri immediate pro multis ſiue primò: & tunc non ita prodeſt ſingulis, ſicut ſi pro ſingulis immediatè, & primò fieret: quia diuiditur, vt cum ſacerdos ex ſe ſolo mouetur ad celebrandum pro omnibus defunctis. Poteſt etiam fieri immediatè ſiue primò pro ſingulis; vt cũ ſacerdos motus a multis celebrat pro multis: & tũc ita prodeſt ſingulis, ac ſi pro eis ſolis celebraret: quia tunc nullum vnum numero ſuffragium, diuiditur.

Qua-

Quatenus ergo missa dr̃ primò pro multis, vera est secunda opinio: & quatenus dr̃ primò pro singulis, est vera tertia. Et confirmatur, quia cum virtus sacrificij sit infinita, & pars, quam distribuit Christus, aut ecclesia sit finita alioquin liberarentur omnes; relinquitur infinita pars dispensanda per sacerdotẽ, quam potest multis applicare, licet cuilibet finire; & sic non videtur ratio, quando ad instantiam multorum celebrat, quin singuli accipiãt secundum affectum suum, ac si pro eis solis offerretur sacrificium. Et hanc opinionem tenuit Sum. Ang. licet non plene, nec vsquequaque bene deduxerit.

10 Decimo † quæritur, vtrum sacerdos promittens sigillatim tribus vnam missam, liberetur dicendo vnam pro omnibus? Et dico, ſm Pet. de Pal. ꝙ non, sicut si promisisse sigillatã tribus marchã vnam, & exhiberet vnam omnibus: quia missa celebrata pro multis, non tãtum valet singulis. Dico tamen secundum eũ, & Arch. & alios tenentes secundam opinionem, quòd talis sacerdos excusari potest quinque modis. ¶ Primò propter impossibilitatẽ celebrandi pro quolibet specialiter; puta, si collegium saluo officio, ad quod est institutũ, non potest soluere plus quam duas vel vnam missam, aut si religioso, postquam promisit, imponuntur a superiore aliæ missæ: quia difficultas prestationis etsi non liberat, tamen excusat. ¶ Secundò propter consuetudinem, maximè apud eum, qui scit, vel scire tenetur, q̃a scienti dolus non infertur. ¶ Tertiò ratione conuentionis, si expresse hoc dicat promittens; quia contractus ex conuentione legem accipiunt, quod etiam sufficit dicere executori; quia cui commisit testator distributionem pecuniæ promissa, videtur etiam commisisse ordinationem de missa procuranda. ¶ Quartò propter recompensationem, vt si in alijs missis, vel suffragijs recompensetur, quia nõ refert quid ex æquipollentibus fiat. ¶ Quintò propter suppletionem Dei, quando. s. sacerdos tantum affectum habet ad quemlibet, q̃tum habere dẽt ad vnum solum, si pro illo solo celebraret. ¶ Et multò magis excusat his modis, si sit vera tertia opinio. ¶ Et vlterius excusaretur sextò, quia celebrat secundũ intentionem principalem, & remotam eorum, quibus promisit, quæ est vt is, pro quo celebrat, hẽat illum effectũ, quem facit missa pro eo solo celebrata: vñ stante illa opinione posset promittẽdo centum, vnam missam satisfacere cum ea sola: si tñ eam dicere tardaret vt satisfaceret pluribus, esset mortale de se, q̃a faceret iniustitiam expectantibus suffragiũ, quod soluere tenetur, quam citius commode potest. Si etiam promisisset missam de Spiritusancto, vel in tali loco, & diceret alias in alio loco, infideliter ageret contra promissum, & non satisfaceret.

11 Vndecimo † quęritur, quomodo se debeat habere sacerdos in acceptando missas, vt sit ĩ conscientia tutus, si vult vnam missam celebrare ad instantiam multorum? Et dicit Scot. in quol. quòd sacerdos ad missam dicendam pro isto teneri potest dupliciter: primò, s. ex liberali promissione, ita. s. quòd nihil recipit in recompensatione promissa: & tunc in potestate promittentis fuit tantum promittere quantum voluit, & ad tantum se obligauit, & non plus; si tamen ille intellectus possit sine mendacio stare cum verbis habitis, extra, de spons. ex literis. in gl. quia liberum fuit, & licitũ stipulatori late verba concipere. ff. de ver. obl. l. quicquid. & tunc, si reddat sicut intendebat, debitum soluit Et secundo ex stricta obligatione, puta, q̃a ille liberaliter obtulit eleemosynam, & iste liberaliter promisit celebrare missam omni conuentione cessante: & tũc si verba obligationis sunt certa, & simpliciter determinata ad vnum intellectum, puta, si obliget se dicere vnã missam pro isto, vna cum alijs quibus tenetur, vel si obliget se dicere pro isto ita specialiter sicut potest pro alio se celebrare, tunc satisfacit, si secundum intellectum satisfacit, & nõ aliter. Si verò verba habere possunt diuersos intellectus, strictiorem, s. & minus strictum, vt dicam, pro te vnam missam: vel generalius, celebrabo pro te, tunc habet locum illud. de spon. ca. ex literis, s. si alter non intellexerit, quod alter proposuit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur vterque verba pro lata in sensu illo retinere, quem solent recte intelligentibus generare. Et ista communis intelligentia in hac materia est, quòd obligans intendit obligare sacerdotem ad id, quod est sibi vtilius, quantum licite potest. hæc ex illo. Et adde, quòd tenẽdo tertiam opinionem si rogaret celebrare pro aliquo sine quacunque participatione: dicere potest hoc non esse bonum, quia ecclesia ordinauit, vt patet in canone, quòd multi participẽt, & forte Deus etiam alios vult participare. Sed celebrando pro eo, eo modo, quo diuina iustitia, & volũtas exequirit, & tutius erit, etiam si pro mille dicat vnã, & multo fortius si rogatur tm̃, vt dicat

cat missam pro aliquo, quia satisfit intentioni sanæ petentis propinquæ, vel remotæ.

12 DVODECIMO † quæritur, vtrum sacerdotes, qui sunt partes alicuius collegij, teneantur celebrare secundum intentionem præsidentis, puta, prælati? Et dico, quod sic, ex iure naturali in missis, quæ imponuntur in recompensationem beneficiorum, quæ redundant in collegium, quia qui sentit onus, sentire debet, & commodum, & econtrario. de reg. iur. cap. qui lib. 6. vbi prælatus sicut commodorum; ita & onerum est dispensator, cũ oppositorum eadem sit disciplina, scd'm Philosophiam, & iura. In alijs autem nõ tenetur, quia homo super hominis intentione non habet potestatem, tamen, vbi sunt multæ, & continuæ obligationes, prælatus potest continue obligare ad celebrandum, secundum suã intentionem, & non erit licitum aliter celebrare posset etiam, qui preest, dare licentiam alicui celebrãdi pro aliquo suo amico ex causa rationabili, sicut & eximere aliquem a communibus oneribus. De materia missæ, vide etiam sup. Eucharistia.

RVRSVS DE MISSA SECVNDO quo ad auditionem.

1 *Missam audire quando quis teneatur, & qua necessitas excuset, nu. 2.*

3 *Missa a quo sacerdote sit audienda, & qualis missa, nume. 4.*

5 *Missa ubi audienda, & qualiter nu. 6.*

MISSA rursus considerari potest secundo quantum ad auditionem, in quantum fideles obligati sunt ad illam audiendam.

1 PRIMO † ergo quæritur, quid circa auditionem missæ ecclesia præcepit, & quomodo præceptum intelligatur? Et dico, quod præcepit secularibus die Dominico missas totas audire, ita, ꝙ ante benedictionem sacerdotis, nullus egredi præsumat. de consec. dist. 1. missas, quod secundum gloss. intelligitur, nisi necessitas cogat. Qui etiam aliorũ curam habẽt, vt domini, & parentes, tenentur secundũ Archid. conari, vt audiant serui, & filij oẽs. ¶ Dicitur autem primo. Secularibus, per qđ aliqui vt Io. de Biblia in quolibeto, arguunt hoc non præcipi religiosis, aut clericis; per arg. a contrarijs, distinct. 15. qualis. Sed melius dicit Arch. in Rosa, ibi vacare. arg. a contrarijs per arg. a minori, quia clerici, & religiosi ad maiorã tenentur, diuino cultui totaliter deputati. 12. q. 1. duo sunt. arg. de priuil. c. fin. libr. 6. nec de obligat ad hoc obligatio ad horas, qa & religiosi obligati ad ieiunia sui ordinis, nõ de obligantur a ieiunijs ecclesiæ. Igitur quilibet Christianus ligatur hoc præcepto, nõ excommunicatus, nec interdictus, aut legitimè impeditus, siue sit seruus, siue liber, modo habeat vsum rationis secundum Petr. de Pal. quod intellige quando hoc præceptũ sciunt, vel scire commode possunt. ¶ Dicitur secundo. Die, qui quoniam a media nocte incipit quantum, ad hoc, vt supra, Missa 1. §. 6. ideo satisfactum est præcepto si audiatur in nocte, quando licite celebratur, vt nunc in natali Domini, & olim in nocte Resurrectionis.

¶ Dicitur tertio. Dominico. per quod intelligitur generaliter omnis dies festus de præcepto, secundum Pet. de Pal. in quarto. per c. qui in die solenni. de consec. di. 1. quod sentire videtur etiam Ioan. And. in nouel. & Doc. dicentes aliquos in diebus festis excusari circa opa manualia, nisi missam amittant, & est rõnabile, quia consuetudo legum interpres ita habet: tum etiam quia ratio eadem est, cũ ideo sint festa: alia a Dominica instituta, vt vacetur diuinis, & consequenter debet esse idem ius quãtum ad vocationem circa diuina, tum etiam, quia hoc idem videtur velle text. extra, de paro. in cap. 2. Alijs autem diebus nullus etiam religiosus, aut clericus tenetur audire missam ex præcepto. Non obst. capit. solet. de consecrat. dist. 1. quod videtur velle, quod in Quadragesima nullus dicatur ieiunare, nisi audita missa, quia loquitur de cõsilio, aut si loquitur de præcepto, est abrogatum. ¶ Dicitur quarto. Missas in plurali, non quia sit necesse eundẽ plures eodẽ die audire missas, vt quidam putant, sed referenda sunt singula singulis, vt sit sensus, ꝙ illi, qui audiunt istam missam, audiant totam, & similiter, qui audiunt illam aliam, & sic de alijs. ¶ Dicitur quinto. Totas; id est integras: modico tamen pro nihilo reputato, de consecrat. dist. 2 re vera. Vnde secundum Arch. præceptum non obseruat, qui partem notabilem admittit, puta, medietatem, aut tertiam partem: secus ꝙ modicam. Seruitores etiam discurrentes pro expedientibus missæ, vt in missis solennibus, pro thure, vino, & huiusmodi: intelliguntur adesse missæ, etiam pro tempore illo. ¶ Dicitur sexto, Nisi necessitas, & capitu. quia ex rationabili necessitate, siue ex rationabili causa quis ab hoc præcepto excusatur: puta, dato eo casu, in quo, si quis vellet missam audire, ipse, vel alius ex hoc incurreret probabiliter graue damnum animæ, vel corporis, aut rerum

rerum, vel honoris, secundum suam existimationem, & fidem, etiam si aliquando fallatur, & ita non sit in re argum. eorum, quæ dicta sunt supra. Ieiunium. §.8. part. 1. Ex quibus patet, quod mortaliter peccat, qui hoc præceptum sine rationabili necessitate transgreditur etiam sine contemptu ex sola pigritia, vt patet etiam supra Lex. §.8. & supr. Ieiuniũ. §.8. partic. 1. & supra Contemptum, per totum: vide distinctionem Richard. Angel. in quolib. quem sequitur Sum. Angel. dicentis, ꝙ est mortale transgredi. Ex cõtemptu vero, & similiter ex interpretatiuo, qui est quando quis transgressionem assuescit sine causa: est vero veniale si fiat sine contemptu ex passione, vel pigritia, etiam sine causa rationabili: est vero nullum peccatum si fiat ex causa rationabili: non approbo quantum ad secundum membrum: quia ista omissio sine causa est mortalis, secundum Archid. Pet. de Palud. & Panor. in cap. de vita, & honest. cle. & pene omnes: nec requiritur contemptus hic ad peccandum mortaliter: quia requiritur in his, quæ de consilio, non in his, quæ de præcepto sunt, secundum Panorm. in rub. de obserua. ieiu. in fine. & in capitu. nam concupiscentiam de constit.

2 SECVNDO † quæritur, quæ sit necessitas excusans ab hoc præcepto audiendi missam? Et dico, quod regula generalis diiudicandi talem necessitatem tradita est in fin. §. prioris. exemplariter autem loquendo secundum Arch. excusantur infirmi, & eorum seruitores, & qui paruulos sine periculo dimittere non possunt. argum. de reg. iur. ca. quod non est, & qui audiendo impedirentur ab arduo, & iusto negocio, & qui ratione officij prohibentur exire, vt castellani, & alij dominis seruientes, & domini, ac consiliarij tpe missæ vrgentibus causis occupati, & puellæ nubiles ignorantes hoc præceptum, vel facientes, quod in se est, vt audiant, & vt videtur, parentes, qui, eas ad hoc cogunt ex consuetudine regionis vt ex honestatæ sint clausæ: argum. de cõsue. cap. fi. nisi eas ducant ad choreas, vel permittant stare in fenestris, & viduæ post mortem mariti aliquo breui tempore: puta, hebdomadæ, vel mensis ex consuetudine secus per sex mẽses, vel annũ. di. 8. consuetudo. & coniugatæ, quæ audire non possunt sine magno scandalo virorum; puta, quia familiæ bene præparare nõ possunt. 33. q. 5. noluit. & itinerantes, qui ob hoc perderent societatem necessariam, vel vtilem. Et idem dic tu de pauperibus mulieribus, quæ aliquando vestib. priuatæ, aut velis, si ecclesiam adirent, grauiter deriderentur ab alijs.

3 TERTIO † quæritur, a quo missa sit audienda? Et dico, ꝙ a sacerdote non fornicario notorie, non autem a fornicario notorie. dis. 32. nullus, & de coha. cler. & mulie. c. fin. quod intellige, si sit publice denunciatus per conciliũ vltimũ Cõstantiense, ꝙ illa antiqua iura modificauit: licet sit consultius a tali ẽt nõ denunciato non audire, si audiri pt ab alio. Si ãt staret illud antiquũ ius in suo vigore, secũdũ Arch populus non habẽs alios sacerdotes, & hãc legẽ ignorãs melius audiret, q̃ si audieret nec esset sup hoc solicitãdus, qñ aliter prouideri non põt: si vero sciret hanc legẽ, abstinere deberet a missa, & excusatur à præcepto de audiendo. Vide etiam sup. clericus. 2. §. 8.

4 QVARTO † quæritur, quæ missa sit audienda? Et dico, ꝙ missa est duplex, s. ordinaria, siue propria, siue Dei, & est illa, quæ congruit officio, quo in ecclesia celebratur ea die & peculiaris, i. specialis de aliquo sancto, ẜm Ray. vel peculiaris, i. ex peculiari, siue speciali deuotione ad illam celebrata, ẜm Arch. Dicit igitur Arc. quod de cel. mis. c. 2. reprehenduntur qui missas proprias propter peculiares omittunt. Sed dicit illud ca. ex congruitate loqui ex necessitate autem non teneri aliquem ad propriam audiendam, quia nec d. c. missas. hoc dicit, sed loquitur indistinctè: nec possunt idiotæ, vel mulierculæ scire, an missa sit propria: hoc quoq; semper interrogare nimis eẽ laboriosum. Repræhensibile tamen est secundum Arch. sacerdotibus, & si non damnabile, ad instantiam laicorum dimittere missas proprias pp peculiares: imo est damnabile, & mortale, secũdum aliquos, vt sup. Missa. 1. §. 4.

5 QVINTO † quæritur, vbi missa sit audienda, in parochia. s. propria, vel alibi? Et dico duo. ¶ Primum. Qui contempto proprio sacerdote missam audit in aliena parochia in diebus festis, expelli debet, & remitti ad ecclesiam suam. de paroch. c. 2. quod secundum Pan. post Inn ibi est verũ, si hoc facit ex contemptu: quia facit contra præceptum superioris, & qui eum admittit, furtum quodam modo committit. Sed si hoc facit ex causa rationabili, non est eijciendus: puta, quia proprius sacerdos est notorius fornicator, vel præcisus ab ecclesia Et idem, secũdum Arch. si hoc facit ob maiorẽ sui deuotionẽ: puta, q a alibi deuotiores videntur celebrantes: aut cum missa reportat sermonem, vel huiusmodi

modi: imò idem est quacunque causa ista hoc faciat, puta, propter maiorem commoditaté, aut delectationem non illicitam: quia iam est rationabilis, & præscripta circa hoc consuetudo, quæ d. capit. 2. abrogauit, dato, ꝙ præceptum contineret contra laicos, ne alibi quam in sua parochia missam audirent, ꝙ multi negant. Quidam tñ, vt Sum. Ang. hoc limitant, modo declinans propriam parochiam nõ audiat missam in proprio oratorio, sed in publico facto à populo, ſm gl. in c. si quis. de cons. dist. 1. vel a fortiori in ecclesijs mendicãtium ædificatis authoritate summi Pontificis. Sed ego dico, ꝙ vbicunque audiatur etiam in domo priuata, est satisfactum præcepto, ratione consuetudinis scitæ, & toleratæ, & rationabilis, & præscriptæ: licet male faciat audiens in domo sine rationabili causa. ¶ Secundum. Et si episcopus ꝓhibeat audire missam in ecclesijs mendicantium diebus festis, dicit Arc. obediendum esse, arg. 11. q. 3. quod ergo. & c. sententia. licet male faceret tollendo pias cõsuetudines cum scandalo populorum: cum, & Greg. sanctus permiserit sacerdotes chrismare ad scandalum tollendum. 95. distin. peruenit. Sed tamen ego dico, quòd hoc casu obedire non est necessarium; nec ille hoc potest iubere: quia ista consuetudo audiendo ibi authoritatem habet a superiore episcoporũ, i. à Romano Pontifice, qui mendicantes instituit ad supplendum defectum episcoporum, qui iam non prædicant, nec prædicatores sustentant: & sic est tanquam lex eiusdem: & præterea sicut episcopus non potest arctare ius commune, ita nec consuetudinem generalem totius orbis, vt in c. in his. & c. catholica. dist. 11. Et si hoc sub excommunicationis pœna præciperet: dico, quòd snia esset iniusta, vt patet ex dictis; & etiam nulla; quia sicut attentatum contra ius est ipso iure nullũ: vt in c. vides. distin. 10. & in l. non dubium, C. de legibus. ita & attentatum contra generalem consuetudinem totius orbis, vt in d. ca. in his. & c. catholica. ¶ Tertium. Præcipitur tamen in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione æternę maledictionis omnibus religiosis, ne in sermonibus suis prælatis ecclesiarum detrahant, scilicet nominatim expresse, aut circumloquutiue, secundum gloss. aut retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia, vel accessu; & intellige in publico sermone, non in priuato.

6 † Sexto quæritur, qualiter missa audienda sit? Et dico tria. ¶ Primum, Licet missa sit deuotè audienda interius & exterius: interior tamen deuotio, quæ in attentione consistit, nõ cadit sub humano præcepto, iuxta ea, quę dicta sunt sup. Hora. §. 11. Exterior autẽ cadere potest, & vr̃, ꝙ cadat illa deuotio, quæ de se est necessaria ad auditionẽ, quæ cadit sub præcepto, cum qua nõ stat illa distractio, qua aliqui pro notabili parte missæ, nugantur cũ socio, scandalizantes alios, & sacerdotem vexantes. ¶ Secundum. Secundum Arch. non est necesse sentire, & distincte audire verba missæ propter hoc, quòd in dicto cap. missas dicitur audire, alioquin non impleret præceptũ, qui propter multitudinem a longe audit submissæ celebrantem, nec surdus, nec hebes auditu. Vnde intentio ecclesiæ, a qua est sumenda intelligentia dictorum, 22. q. 5. humanæ est, quòd quis sit præsens, & adsit missæ, & Deo vacet; &, si est intelligens, dignum, & iustũ est, vt intendat, & conetur intelligere. Adde tu ex consequenti, quòd talis tenetur nihil exterius facere repugnans dictæ intentioni: quia qui tenetur ad prosecutionem vnius oppositorũ, tenetur ad fugam alterius. ¶ Tertium. Qui audit missam, ad quam tenetur de præcepto, simul eodem tempore dicere non potest horas, ad quas de præcepto tenetur, sine mortali, quia ibi sunt duæ obligationes, quarum quælibet attentionem, & deuotionem exteriorem requirit: nec potest esse exterius attentus missæ, qui exterius est attentus officio, argumento capitis, ex literis de probationibus, cum ibi not. in verbo, vices duorum, vel econtrario: secus si aut ad missam, aut ad horas non teneretur ex precepto: quia dicere non prohibetur; nisi ex hoc, aut sacerdotes, aut alij impedirentur.

MISERICORDIA habet opera septem corporalia, & spiritualia, de quibns supra Eleemosyna, in principio.

MODICA regulariter leges, & iura non curant. l. Seio. ff. de in inte. restit. & l. si oleum, ff. de dol. & facit tex. in c. cum te. de re iud. in contrarium tñ facit Bal. in l. ad barbaricum transeuntes. C. quæ res expor. non pos. vbi tenet, ꝙ si statuto non põt extrahi vinũ, ꝑt extrahi metreta. & in l. minorib. C. de his q bus, vt indi. vbi tenet, ꝙ, si ex statuto custos villæ nõ denuntians malefactores, punitur, si denuntiãt omnes præter vnum, punitur. Sunt etiam alia multa facientia in contrarium. Soluitur autem, quia si sumus in his, quæ sunt cõtra ius commune, & in casu, vbi vulnerantur

regulæ

regulæ iuris communis, de minimis non curatur, & ita procedit d.l.Seio. & d.l.si oleum. Si vero sumus in his, quæ sunt de iure communi, & regulantur a iure communi: tunc de minimis curatur, & ita procedunt contraria. Ita voluit Bal. in l.si proprietarius. ff. de dam inf.

MOLITIES aliquando est species luxuriæ, de qua sup. suo loco. Aliquando vitium oppositum perseuerantiæ pertinaciæ; de qua S.Th.2.2.q.138.

¶ MONACHVS vnde dicatur, & quæ ad illũ spectent, vide inf. Religio.7.per totum.

¶ MONASTERIVM quomodo se habet ad cõtractus, & bona tẽporalia monachorum inf. Religio.7.per totum.

¶ MONACHA, vide inf. Religio.7.per totũ. & supra. Electio.3.§.6.& 7.

MONETA, vide sup. Falsarius.§.6. & 7.& supra Gabella, secundò.§.9.& infra Solutio.§.2.& restitutio, & inf. Pecunia. & infra Vsura.5.§.1.

¶ MONITIO, supra Excommunicatio, septimò, §.20.

MONOPOLIVM videtur esse conuentio aliqua, aut locus, in quo vni soli licitũ est aliquid vendere, aut emere quod illicitum est vt l.vnica, C. de monopolijs. & dicitur à monos, vnum, & pole venditio.

DE MORA, ET MOROSO.

1 *Mora quando dicitur in aliquo.*
2 *Mora an dicatur, vbi quis habet exceptionem legitimam.*
3 *Mora sua an cuique sit nociua.*
4 *Morosus ad quid teneatur.*
5 *Mora semel commissa an possit purgari.*
6 *Mora quomodo purgetur.*

MORA in proposito videtur esse tempus, in quo quis interpellatus scienter non facit, quod in eo facere debet, & potest, vt patet ex his quæ not. in c.vlt. de locato. Ad hoc igitur, quòd quis dicatur morosus, vel in mora, requiritur, quòd sciat, vel scire debeat, se debere, quòd interpellatus sit a die, vel homine, idest, monitus, quòd habuerit dãdi possibilitatem, ff. de reb. cre. l. quod te.

1 PRIMO † verò quæritur, quis sit in mora? Et dico, ꝙ obligatus est delicto semꝑ est in mora, ff. de cond. fur. in l. in re furtiua. Obligatus verò ex contractu, si est ad certum tempus, statim post illud est in mora, etiam si non fuerit admonitus, nec monitio est necessaria qa dies interpellat pro homine d.capit.vlt. & C. de contrahend. & com. stip. l. magnam. Quod Pan. in cap. licet Heli. de simo. limitat, si actor & reus sint eiusdem fori, aliàs non: vt not. in l. item illa, ff. de constit. pec. de quo vide inf. obligatio, per totum. Limita etiam, nisi iusta causa excuset: post quam tamen causam, si ipsa deficiat, si non impleat quam citissime potest, constituitur in mora. l. Celsus. §. 1. ff. de arb. vbi iussus ab arbitro dare certa die, excusatur si die illa fuit impeditus iuste: modo det quàm citius potest impedimento cessante, & idem in cap. cum dilecti. de dolo & contu. Et intelligo, quàm citius potest commode & honeste; quia hoc posse est iuridicum. Vide inf. Potentia. Si verò dies non est apposita obligationi, nec alia conditio, sic requiritur monitio: secũdum Bal. in l. non ignorat. C. de fruc. & lit. exp. & Angel. in l. si manumissori. C. de obst. pa. præ. & Pan. in c. licet Heli. de sim. & in c. 2. de acc. & facit l. fideicommissi. vbi est casus aureus, ff. de vsur. & l. quidam Iberus, in verbo, qua de re volo, vt cum libero loquaris. ff. de ser. vrb. præd. & id, quod legitur. & no. in l. debitores. præsentes prius denũtiationibus conueniendi sunt. C. de pig. & in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. & in cap. accusatio. 2. q. 8. ꝙ monitio, vel ĩterpellatio, seu debiti petitio fieri debet congruo loco, & tempore. ff. de verb. obli. l. continuus, §. cum ita. vbi a promittente dare Ephesi peti non potest antequã illud potuerit accedere, quãdo promissor est Romæ. Et licet gl. dicat in d.c. licet Heli. ꝙ in pecuniarijs admonitio est de potestate non de necessitate: tamen Lud. de Rom. in suis not. tenet, quòd si debitor citatur sine monitione, & confitetur debitum, debet actor condemnari in expensis citationis, si poterit probare, quòd non fuit monitus: quia, vt dicit Pan. vbi sup. adhuc non erat in mora; licet in ea per talem interpellationem constituatur, vt si fatetur debitum, fiat ei præceptum de solutione. Tamen in conscientia, si creditor debitum petere non audet ex timore, etiam reuerẽtiali: vel si debitum ignorat, etiam sine monitione, debitor in mora constituitur, & incurrit pœnam morosi post instans, in quo arbitrio boni viri satisfacere debet & potest. Aliàs autem in mora non constituitur: quia ex quo creditor debitum scit, & sine omni respectu petere potest, & non petit, videtur consentire dilationi. Et sic intellige. l. in omnib. obligationibus. ff. de reg. iur. & Theologos in quarto.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum sit in mora, qui potest exceptione legitima se tueri? Et dico, quòd non, vt est regula iuris in 6. sicut.

cut dominus, qui seruum suum fugitiuũ monachum factum intra triennium non requisiuit dicitur fuisse in mora, qui tamen re vera nõ est in mora, si potest exceptione legitima se tueri: puta, longinquitatis loci. 27. qu. 2. si quis in cognitus. Et dicitur exceptio legitima, quæ replicatione non eliditur, non legitima vero, quæ eliditur, vt si feci pactum de nõ petendo decem, quæ debes; sed metu, vel tempore furoris feci: si dum repeto excipias de pacto, exceptio eliditur replicatione furoris, aut metus. hæc ex Io. And.

3 Tertio † quæritur, vtrum sua mora cuilibet sit nociua? Et dico, quod sic; vt est vna regula iu. in 6. sicut, si quis est in mora soluendi decimas, illa pereunt suo periculo, etiam fortuito casu. 16. q. 1. decimæ. Et si debitor primo fuit in mora soluendi, & postea creditor in mora recipiendi. vel econtrario, vltima mora nocet ff. de vsur. l. debitor.

4 Qvarto † quæritur, ad quid teneatur morosus debitor, vel emptor? Et dico, quod tenetur ad interesse damni habiti, & lucri cessantis, dummodo sit talis persona, quæ verisimiliter fuisset iuste lucrata, quod iudex habebit æstimare. Pro quo est tex. in l. 2. ff. de eo, quod certo loco. in fin. vbi dicitur, quod in hoc interesse habebitur ratio lucri cessantis, & idem Innoc. in c. sacro de sentent. excom. & gl. in l. curabit, C. de act. emp & Pan. in c. conquestus. de vsuris. vbi refert Petr. de Ancha. ita consuluisse, vide infr. Vsura 1. § 17. ¶ Sed tamen aduerte, quod mora, & culpa æquiparantur: nisi in hoc, ꝙ mora est purgabilis. l. si seruum. § sequitur. ff. de verb. obl. & sic potest intelligi l. si is. in fi. ff. de iure dot. Vnde, si res danda, vel restituenda eodem modo apud eum, cui danda erat, vel apud dominum erat peritura, non tenetur morosus. l. fi. § 1. ff. ad l. Rhod. de Iac. ne creditor cum aliena iactura lucretur: qđ etiam sequitur Fulgos. & Mar. in l. quod te. ff. si cer. pet. licet Accur. teneat contrarium: sed primum est verius, saltem in conscientia, de quo inf. Restitutio. 7. § 5. par. 3. Et si sit dubitatio an fuerit peritura, nõ liberatur morosus quia interpretatio sit contra eum. l. cum res. § fi. ff. de leg. 1.

5 Qvinto † quæritur, vtrum mora semel commissa purgari possit? Et dicit Ioan. Andr. in regula, mora in 6. quod non: vbi dies præfigitur a lege, vel canone pœnam imponente: quia pœna semel commissa non purgatur. Et sic intelligenda essent iura, quæ videntur dicere, quod non purgatur vt 12. q. 2. longinquitate 2. q. 2. puella. & de elec. in cunctis. Et hoc est verum, nisi in eadem lege, vel canone caueatur, quod eodem casu possit purgari mora, & pœna euitari, & sic intelliguntur iura contraria, quæ videntur velle, quod possit purgari, vt 18. dist. c. 1. & d. c. quoniam. de sup. neg. præ. literas. pœna ergo semel commissa non purgatur; nisi forte fingeretur quis non fuisse in mora. 2. q. 7. biduum.

6 Sexto † quæritur, quomodo purgatur mora? Et dico, quod ex clerici solutione ante requisitionem factam, vt no. in d. ca. vlt. & facit c. cum Bertoldus. de re iud. & c. ex tuæ. de cleri. non resi. & similiter si obtulerit post morã tempore debito, vt in d. § sequitur. Intelligit si obtulit rem integram qualitate non vitiatam. vt inf. Restitutio 7. § 3.

DE MORTE, ET MORTVO.

1 *Mors quid, & quotuplex sit.*
2 *Mors naturalis, an sit satisfactoria pro peccatis.*
3 *Mors ciuilis, an æquiparetur naturali.*
4 *Mortis periculum quando dicatur.*
5 *Mortuos an liceat spoliare.*

Mors, s͞m philosophos, est vitę priuatio, & mortuus est is, in quo primo, vel gratia partis est mors, seu vitæ priuatio. Est aũt triplex mors, seu vitæ priuatio. Est autem triplex mors. de pœn. di. vlti. s. corporalis, spiritualis, & gehennalis: quia. s. est etiam triplex vita, qua quis priuatur, s. corporalis, spiritualis; i. gratia, siue charitas vitæ, & beatitudinis, qua quis proprie priuatur solum post mortem: sicut, & proprie tunc est habilis ad illam. Corporalis tamen est duplex. s. naturalis, qua quis priuatur vita substantiali, & accidentali, i. operatione vitali, & ciuili, qua qs priuat̃ accidẽtali tm̃, i. aliqua op̃atione vitali; puta, ꝓpria volũtate, aut ciuiũ fruitione, & hm̃õdi.

1 Primo † vero quæritur, quid de morte summarie scripserit Sanct. Thom. in ordine ad moros? Et ex operibus eius dico sic: Pœna mortis in præsenti non infligitur pro quolibet mortali; sed tantum pro inferente damnum irreparabile, vel pro habente horribilem deformitatem. Vnde pro furto non infertur, nisi aggrauetur per circunstantiam grauem, scilicet sacrilegij, peculatus, aut plagij. 2. 2. q. 66. ar. 6. secundum. consuetudo tamen præualuit in contrarium. ¶ Mors sit sanctis meritoria, licet sit pœna, inquantum ea bene vtuntur 2. 2. qu. 164. art. 16. ¶ Mors illata, etiam pro criminibus, aufert totam pœnam peccati, vel partem, secundum quantitatem culpæ, patientiæ, & contritionis: non autem mors natura-

turalis.4.dist.20.¶ Exponere se,& suos mortis periculo pro liberatione personæ, per q̃ ecclesia, vel Respublica sustentatur, est laudabile.2.2.q.32.ar.6. Exponere se morti pro salute animæ proximi certa est præceptum: alias vero consilium.3. dist.29.¶ Dolendum est de morte amici,sed moderate, quadruplici causa.primæ Thessalo. 4.De morte autem propria maxime tristatur virtuosus,quia priuatur maximo bono, quo maxime dignus est.s.vita, & virtutibus secundum præsentem vsum: licet quidam gaudeant propter spem beatitudinis.3. Eth. vel 18.¶ Nullus eripiendus est a morte contra iura.2.2.q.10.ar.12.secundum.

2 Secvndo † quæritur, vtrum mors naturalis sit satisfactoria pro peccatis? Et dicit Sco. in 4.d.21.quod licet sit necessaria.tamen si acceptetur voluntarie, est sufficiens pœna pro omnibus venialibus, & forte pro magna parte mortalium, & consequenter multo magis violenta, etiam si pro peccatis inferatur. & sic tenet Summ.Ange. contra Rof. & Supple. Sed S.Tho.in 4.distin. 20. consentit quantum ad violentam, non autem quantum ad naturalem:quia iam quasi versa est in naturam: sicut & originale, quod tanquam pœna consequitur.& consentit.Sum.Rof. & Supple. & intendit S. Th. quod in naturalibus non meremur,nec demeremur: licet concomitari possint aliquæ volitiones,& acceptationes meritoriæ:sicut non est meritoria digestio cibi, licet sit meritorium ex charitate gaudere, q̃d virtus a Deo data digerat: quia opus meritorium est in nostra potestate,vt sup.Meritum.

3 Tertio † quæritur, vtrum mors ciuilis æquiparetur morti naturali in dubio?Et respõdet Gem.in c.susceptum.de rescri.lib.6. & Arch.ibidem.& do.Anto.in c.licet.de offic.dele. diffuse:Sed tu concludendo dic:Aut verbum, mors,profertur a iure,vel ab homine. Si autem a iure,in materia stricta, & exorbitanti a iure communi, & tunc in dubio intelligitur de morte naturali,vt in d. c. susceptum.& in l.3.§.hæc verba.ff.de neg.gest. & ibi gloss. & Bar. Si vero ius, in quo profert mors non est strictum, sed extendibile ex identitate rationis;tunc si mors ciuilis habet eundem effectũ quo ad id,de quo agitur,quem habet mors naturalis,sic æquiparatur,& ita procedit caput, placuit. 16.qu.1. Sed si non habet per omnia eundem effectum, non extendetur, neque æquiparabitur,vt dicit glo.in d.c.quæsitum, & d. c. licet. Si autem verbum mors profertur ab homine: tunc in dubio non æquiparatur quia verbum hominis, referri debet ad mortem naturalem,vt in l. ex parte. §.insulam. ff. de ver.obli.Ioã.autem 16.q.1.in c.placuit dicit, quod regulariter mortis appellatione intelligitur mors naturalis.

4 Qvarto † quæritur, quis dicatur esse in periculo mortis? Et dico, ꝙ infirmus quotidiana febre:obsessus, vbi machinæ iactantur ab hostibus volentibus illum occidere; nauigaturus per loca periculosa; iturus per loca insidiosa; ętate confectus, & hmõi vt patet ff.de donat.cau.mor.l.mortis causa.cum trib. sequen. Sed tu dic., quod ista dicuntur exemplariter:regula autem sumitur ex arbitrio boni viri, vt pensatis omnibus circunstantijs is dicatur esse in periculo mortis, qui probabiliter iudicatur esse in periculo mortis.

5 Qvinto † quæritur, autem liceat mortuos spoliare? Et dico, quod non quinimo tales spoliatores grauissime legibus puniuntur.ff. de sepul.viol.l.prætor.§. aduersus eos. & secundum Philosophum in 4.Ethi.latronibus adnumerantur.De mortuo resuscitato,vide infra, Resuscitatus.

¶MORTIS articulus, sup. Absolutio.1.§.5.

Mvlier, vide supr.Fœmina. & quo ad moniales.sup.Abbatissa, & infra Religiosa.7.§. vltim.

¶MVLTITVDO cum peccat,quid sit agendum,vide sup.Correctio.§.14.

¶ MVNVS, vide supra Gabella 5. in quantum munus est donum, & inquantum exactio.

Mvrmvratio licet plerunque commemoretur, & reprehendatur, a sanctis tamen non est plenè declarata, quid sit, & utrum sit peccatum, vel quale; sed aliqui Doctores dicunt, quod est querela iniusta, vel impatiens. Videtur autem sic dicendum murmurare secundum multos,dictum est per similitudinem ad mutire, quod est proprium mutorum,& loqui non audientium.Vñ murmur, aut murmuratio dicitur primo omnis loquutio summissa, vel clanculosa, aut secretè,& summissè,& clanculo facta, vnde,& metaphoricè riuus aquæ dicitur murmurare. Sed quia talis loquutio frequenter fit iniuste, dicitur secundo querela iniusta, & intellige clanculo,& angulariter, & non in faciem facta,quia non est murmur, si quis queratur etiam iniuste coram præside. Est autem querela iniusta dupliciter, s.ratione obiecti, qua scilicet querelatur,quis de re iusta,sicut Pharisæi

risæi

risæi de receptione peccatorum a Dño.& ratione modi, quia. s.licet quis quæratur de re iniusta,tñ non debito modo,i.nō vbi,quādo, & quomodo oportet, vt, quia in angulo cum impotentia.vñ & Holkot in diffinitione eius, non potuit iniustitiam,sed impatientiam, dicens, quod murmuratio est querela cum impatientia in his, quæ homo debet patienter ferre. Et isto modo murmur est in communi loquutione:sicut religiosus dicitur murmurare, quando aliquid iniustum quidem patitur; sed tamen non exponit prælato rationem suam, sed alijs quorum non est ei prouidere. ¶Igitur murmuratio sumitur tribus modis. ¶Primo enim est summissa, & clanculosa locutio: & sic potest esse cum peccato, & sine peccato:sicut Ioā.5.dicitur. Murmur multus erat de Christo in populo.& sequitur. Quidā enim dicebant quia bonus est:alij autem nō, sed reducit turbas.¶Secundo est summissa,& clanculosa loquutio querelantis de re iusta: sicut populus Israel murmurauit frequenter contra Deum. ¶Et tertio ex re iniusta modo iniusto: & his duobus modis est semper peccatum, aut veniale, aut mortale, secundum conditionem personarum,circūstantiarum, animarum, quod generali regula difficile est diffinire. Pœna autem murmuratoris est, vt alienus fit a fratrum vnitate, & opus eius abijciatur.90.100.dist.alienus.vbi dicit glo.quod opus clerici præcipuè est oratio: laici vero oblatio. Et sic videtur, quod si sit clericus, debeat in oratione quasi ex communicatus separatus esse ab alijs, & si fit laicus, non recipiatur eius oblatio.

MVTILARE quid sit, & vtrum liceat, vide supra, Homicidium 3.§.3. Mutilare enim membrum proprie, est illud inutile reddere, sed tamen communiter Docto. capiunt mutilare pro trūcare. Vide, autem supra, Corpore vitiatus.

MVTVS per signa potest petere sacramenta:& ei danda sunt.16.q.6.qui recedunt. & matrimonium potest contrahere, vt sup.Matrimonium 2.§.7.

DE MVTVO.

MVTVVM est res ex suo vsu consumptibilis penitus, cuius proprietatem quis in alium transfert, recepturus deinde aliam rem non numero, sed eandem specie, aut valore: vt, si trado tibi pecuniam, recepturus post mensem aliam numero.¶Dicitur primo res, quo nomine hic venit etiam pecunia, quæ propriè dicitur pretium rerum, vt patebit. ¶Et secundo dicitur, ex suo vsu consumptibilis penitus: quia in his, quæ vsu suo non consumuntur penitus, vt est ager, equus, vestis, & hmōi, non est mutuum expresse, aut ꝑ se, vt patebit inf.& patet ff. si cer.peta.l.2. ¶Et tertio dicitur, cuius proprietatem, qa in mutuo transfertur dominium a dante in accipiē tem; vnde mutuum dr̄ quasi ex meo tuū: quia scilicet dū illud tibi trado, de meo facio tuū, ff.si cer.pet.l.2.& stat periculo tuo postquam accepisti, si perit, etiam casu fortuito.C.si cer. peta.l.incendium.Instit.quib.mod. re contra. obl.§.item.¶Quarto dicitur, recepturus deinde: quia si quis statim, & de præsenti, tradēdo rem, accepit aliam rem, vel pretium suæ rei, non est mutuum, sed permutatio, aut venditio, vel alius contractus, vt infr.Permutatio. ¶Et quinto, aliam rē; quia, si esset recepturus rei pretium, non esset mutuum, sed venditio: nisi & ipsum pretium mutuaretur.¶Dr̄ sexto aliam rem numero: quasi, si esset recepturus eandē numero, non esset mutuū, sed commodatum, vel depositū, vel alius cōtractus, ff.de contrah.emp.l.2.& d.l.2.ff.si cert.pet.¶Et septimo dr̄, sed eādem specie, aut valore, quia mutuū fit dupliciter:aliqñ.s.expresse: & tunc regulariter recipitur idem specie.aliqñ vero tacitè, & tūc recipitur rei valor: vt, si dedi frumentum valens decem, recepturus oleum valens decem, aut plus: quia ipsum frumentum non mutuatur, sed venditur, aut permutatur; valor aūt, siue pretium frumenti mutuat implicitè, & virtualiter in tp̄s redditionis olei. Fallit quod dictū est in mutuo pecuniæ: quia siue reddatur eadē specie, puta, argentea pro argentea, siue eodem valore alia specie: vt argentea pro ærea, aut è contrario, semper est mutuum expressum: quia pecunia est inuendibilis formaliter, etsi non materialiter. Item, quia omnis materia monetata, vt sic, & formaliter sumpta, est in specie eadē.s. mensuræ venalium, licet materialiter differat. Vnde valor viginti solidorū est idē specie in auro, & in argento formaliter licet non materialiter. Dicit aūt Azo.& refert, ac sequitur Sū.Ang. ꝙ, si detur pondus argenti, & recipiatur pecunia argentea in numero, erit mutuum, qa idē genus redditur, i.eadem species. Ego vero dico ibi esse vēditionē: quia res, & pretium, nec argentū monetatum, vt illud, quod in numero consistit, est idem specie formaliter cū non monetato, quod consistit in pondere. Consistit igitur mutuum propriè, i.expresè, per se solum in rebus triplicis generis.s. in his, quæ con-

consistunt in numero, vt pecunia, id est aurū, argentum, & omne metallum monetatum vt sic: vel in pondere, vt aurum, vel argentū non monetatum, & huiusmodi: vel in mensura intellige contentiua, qua grana, & liquida mensurantur, ad differentiam mensuræ panni, secundum Rod. vt vinum triticum, & huiusmodi: & generaliter in his, quæ vsu ipso consumuntur, scilicet ex toto & penitus, vt d.l.2.ff. si cer.pet. & Inst.qui.mo.con.obl.in princ. In alijs autem; puta, equo, aut veste, vel huiusmodi, non esset mutuum expresse & per se, sed solum implicitè, & per accidens, inquantum in his subintelligitur aliquod prædictorum trium, puta, in equo pretium, quod in numero consistit, sicut, si trado equum, recepturus certo tempore pretium, intelligor mutasse pretium ipsum. Vnde si quid vltra recipio, vt patebit, est vsura, quæ non est sine mutuo. Ratio autem horum est: quia de ratione mutui est, quod recipiens mutuum reddat aliā rem, vt dictum est; & de ratione iustitiæ est, quod reddat æquiualentem: quia aliter non esset æqualitas. Æquiualentia autem esse non potest per se in rebus vsu non consumptibilibus, nisi fortè raro, & per accidens; quia asinus nō est æquiualens asino, aut equus equo, sed in eis æquiualentia fit, & cognoscitur per aliā rem, id est numisma, quod est omnium rerum mensura. 5. Ethico. sed in alijs æquiualentia neque est, neque cognoscitur per aliam rem reddibilem pro mutuo: sed per mensuram, & pondus, & numerum, quæ non sunt res reddibiles, nec aliquid valentes. vnde in illis non est mutuum, nisi per accidens ratione pretij annexi. ¶ Quomodo autem sit dandum mutuum sine spe alicuius, vltra sortem iuxta præceptum Domini, vide infra Vsura primo. Quomodo etiam teneatur mutuare, qui pecuniā habet, vel aliud sibi necessarium, vel vtile ad negotiandum, vel huiusmodi, vide supra Eleemosyna. §. 1. & distingue. vt ibi. & adde secundum Scot. in 4. quod habens pecuniam sibi pro aliquo tempore inutilem, mortaliter peccat, si eam non mutuat indigenti petenti, faciens contra præceptum naturæ, & Christi. Luc. 6. Mutuum date. Quod intellige primo, si tutus sit de rehabendo tempore opportuno: alioquin distingue vt supra, quia commodare esset dare: & secundo si indigentia sit circa necessitatem, vel decentiam. Vtrum autem mutuo accipiens pecuniam teneatur reddere in eadem specie inf. Solutio. §. 2. partic. 5.

DE NAVFRAGIO.

1 *Naufragio erepta, an quis restituere teneatur, etiam quæ mox erant peritura, & nu. 2.*

3 *Naufragij timore, si detur pecunia domino loci ne quid rapiat, an debeat restitui.*

4 *Restitui an debeant res eiectæ in mare, quas quis inuenit.*

NAVFRAGIVM dictum quasi nauis fragium, siue fractura, est naue fracta, id est periclitata, rerum corporumque submersio, l.deprecatio. & per totum, ff. ad l. Rho. de iact. C. de naufr. l. 2.

1 PRIMO † vero quæritur, vtrum restituere teneatur, qui aliquid de naufragio rapuit? Et dico, quod sic siue de naui, siue de mari, aut littore rapiat. ff. de incen. ruin. naufr. l. si quis ex naufragio & d.l. deprecatio, ne excusat a mortali, & restitutione, aliqua consuetudo, statutum, aut præceptum: sed furtum est. ff. de acqre. do. l. qua ratione. in fin. C. de fur. l. rerum. Qui etiam, secundum leges, si petatur intra annum, condemnabitur ad restituendum quadruplum: post annum vero in simplum, vt in d.l. rerum. & ff. eo. l. 1. secundum canones vero, si iste raptor sit episcopus, vel prælatus, aut clericus, deponi debet: de accus. cum dilecti. el 1. vltra prædicta, siue clericus sit, siue laicus, nisi satisfecerit, debet excommunicari, imo secundum aliquos est excommunicatus. de rap. excommunicationi. Sed hęc intellige, nisi nauigia exerceant piraticam tyrānidem, vel sint inimica nomini Christiano, vel principi. C. de fur. in aut. nauigia.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum restituere teneatur, qui rapuit de naufragio aliquid, q̄ statim erat periturum, puta, farinam, aut zaccarum, vel papyrum? Et dico q̄ sic, si sine quocunque periculo vitæ talia saluauit, etiam si dominus alias non erat rehabiturus: quia ex charitate tenebitur suffragari. d. cap. excommunicationi. Et sic intellige d. auth. nauigia. & d.c. excommunicationi. iuncta gl. sed tamē debet habere laboris sui mercedem: quia & ipsum dominum, si saluare debuisset, oportuisset satisfacere perquirentibus. Et secundum hoc intellige quæ dicit Roden. §. seq. Si vero sine vitæ suæ periculo eas saluare nō potuit, distinguendū est. Nam aut se exponendo periculo vitæ, non dico probabili, sed qualicunq; capit ea bona q̄ dn̄s verisimiliter per aliā viā non erat rehabiturus; & retinere illa potest: q̄a non tenebatur cum tali periculo suffragari; imo ipse dn̄s debuisset velle, q̄ potius ea ꝓximus haberet, quam perirent. Si autem alia-

via erat ea dominus verisimiliter rehabiturus vt.quia ea tēpestas iactasset ad litus, aut alios, qui dicto periculo se exponerent inuenisset, tenetur restituere, licet debeatur ei præmium pro labore, & periculo ad arbitriũ boni viri. Si quis tamen simplex de talibus bonis aliquid surriperet.credens hoc sibi licere, vel ex statuto, vel ex alia causa, non videtur peccare mortaliter, nec incurrere excommunicatione, d.c.excommunicationi, vt patet per dicta sup. Excommunicatio 7.§.20. Si tamen ab homine fulminaretur contra tales, etiam eo casu, quo talia possent licitè retinere, tenerētur saltem reuelare talia bona rapta. Ex prædictis autem respondendum est ad hunc casum, qui de facto accidit. Cum enim ex naui periclitanti omnes aufugerent, etiam patronus, vnus, post fugam patroni, ex capsa eius sustulit mille aureos, eosque saluauit. Distinguendum enim est, vt sup.

3 Tertio † quæritur, vtrum dominus, qui accepta summa conuenit cum nautis, ꝙ si naufragium patientur, nullus eos prædabitur, teneatur dictam summam restituere? Et dico, ꝙ restituere tenetur quicquid hac occasione susceperit, vel suscipi permiserit, nisi spontanea liberalitate donetur, secundum Vero cũ aliàs deberet hoc gratis facere. Si tamen fieret statutum, ꝙ quis tantum reciperet pro rebus quas ex mari recuperaret naufragiis, valeret statutum, secundum Sum. Pisa. quia hoc inquit, fit in fauorem naufragorum, vt homines, in quærendo perdita, sint solicitiores præmium laboris recepturi. Et idem tenet Rodē. & Sum. Ang. ac Rosel. licet contrariũ teneat Suppl. & irrationabiliter satis: quia hoc vtiliter gerere negotium naufragorum. ff. de nego.gest.l.Pomponius.

4 Qvarto † quæritur, vtrum restituere teneatur, qui res iactatas in mari, vel eiectas ex naufragio inuenit? Et dicit Pan. in c. cum dilecti. de accus. ꝙ non, si erant pro derelictis: quia talia naturali ratione efficiuntur capientis, Instit. de rer. diuis. Si uero non erant pro derelictis, sed ad euadendum proiectæ; cum proijciens remaneat dominus, occupans animo retinendi est fur, ut in gl.d.c.cum dilecti, & l.qua ratione.§.vlt.in fine, ff. de acquir. rerum dom.& est excommunicatus, si non restituit, quam primum potest d.c. ex communicationi. de rapt. Quod intellige, præmissa monitione, vt sup. Excommunicatio 7. §. 20. partic.3. Licet hic potest Panor. teneat Sum. Angel, quo ad Deum non requiri monitionem. Si verò simpliciter accipit non considerando an esset de relictæ, vel ne, excusatur a furto, vt est tex.in l.falsus. §.si iactum. ff. de furt. & ab excommunicatione. arg. dictæ l.falsus. & eorum quæ Excommunicatio. vbi sup. dicta sunt. Quando autem pro derelictis habeātur Pan.dicit, vbi sup. ex coniecturis præsumendum: vt, si quis iactauit librum apertum in mare; secus si clausum, & inuolutum, & huiusmodi, vide sup. Inuenta. §.1.

DE NAVTA, CAVPONE. & stabulario.

1 *Nauta, caupo, & stabularius de qua culpa teneantur.*

2 *Hospiti, vel nauta commissa pecunia, quomodo probetur.*

3 *Hospes an teneatur de pecunia commissa, si dedit claues domino.*

4 *Hospitio aliquem recipiens ut ciuis, non tenetur ut caupo.*

5 *Caupo an teneantur ex facto sui famuli.*

Navta est maior in naui in hoc proposito: & in caupo est tabernarius, qui & ganeo: & stabularius est hospes recipiens etiam equos. Vnde dicitur nauta qui nauē exercet, non autem remiger, vt l.1.eod.tit.§.nautam, & similiter caupo, & stabularius. qui hoc exercent; & institores, i. qui vendendis instant vice eorum vt dicta l.1.

1 Primo † verò quæritur, de qua culpa isti teneantur? Et dico, quod de leuissima, sed non de casu.ff. nautæ, caup. & stabul.l. & ita. §. at hoc edicto. Nec obstat l.1.§. si vestimenta, ff. depositi. vbi depositarius non tenetur, nisi de culpa leui: quia est speciale in istis, ut teneatur etiam de leuissima Quod tamen fallit in conscientia, ubi tenentur solum de leui.d.l. & ita quia loquitur in odium talium, qui fraudes facere consueuerant, ut ibi patet. §. at hoc edicto, & consequenter fundat se super præsumptione: & sic locum non hēbit in conscientia, iuxta dicta sup. §.9. nisi specialiter accepissent mercedem pro custodia, vt sup. Locatio. §.17. vel nisi quando res custodiam diligentissimā requirebat, & scienter in custodiam est suscepta, quia sic tenentur de læuissima.

2 Secvndo † quæritur, quomodo probatur datum talibus in pecunia? Et dico, quòd, si cō sueuit portare talem quantitatem pecuniæ, tunc credetur iuramento suo: alias non, nisi quatenus probet.arg.ff. de re mil.l. si non omnes §. à Barbaris. quia talis debet numerare pecuniam in conspectu hospitis.ff. deposi.l.1. §.si cista.

3 TERTIO † quæritur, vtrum nautæ, & præfati dantes domino deponenti clauem cameræ, excusentur si res pereant? Et dico secundum gl. in l. debet. ff. nautæ, caup. & stabul. §. item si prædixerit. ꝙ si a principio dedit claues, & ꝑdixit, ꝙ nolebat teneri, excusatur: alias secus. Similiter tenetur quando a principio non dedit claues, sed postea, licet prædixerit, per l. sicut C. de action. & obl. nisi ille expresse consensisset nolle eum teneri.

4 Quarto † quæritur, an prædicta habeant locum in eo, qui hospitatur aliquem non tanquam caupo, sed tanquam ciuis, sine mercede, sicut quando rex, veniens ad aliquam ciuitatem distribuit suos per domos? Et dico quod non; vt l. si mensor. ff. si mensor falsum modũ dixeri & arg. ff. de alea. l. 1. §. itē notandum, vnde si gratis facit, tenetur solum de dolo, & lata culpa.

5 QVINTO † quæritur specialiter, an caupo teneatur ex facto sui famuli? Et dicit Ioan. de Anan. in consil. 2. incipiente, in Christi nomine; concludendo, ꝙ pro iniuria reali, & damno dato in rebus. potest hospes agere contra cauponem, vt l. licet. §. possumus. ff. nautæ, caup. & stab. sed de vulnere illato per famulum, caupo non tenetur quo ad expensas, vel interesse. Pro quo videtur tex. iuncta gl. in d. l. licet. §. idem dicitur. in verbo, sed si damnũ, & in l. debet. eod. tit. in prin. vbi glo. exponit factum, i. receptum; quasi velit dicere, quod non teneatur, nisi de recepto. Pro quo etiam facit, quod non est eadem ratio, quia uix poterit fieri damnum in rebus quin hospes sit in aliqua culpa saltem leuissima: quia potuisset diligentius custodire; non aũt si est in delicto in persona: quia obstare non potest, quin famulus, si velit, occidat, aut verberet hospitē. Adde autem secundum eundem Ioan. ꝙ sunt quædam personæ, quæ regulariter tenentur ex facto, & delicto familiæ suæ; vt sunt publicani, nautæ, caupones, stabularii, & similes. Aliæ autem personæ, ita demum tenentur, si aliqui de familia deputentur ad certum officium, & in illo delinquant; quia tunc dicitur, paterfamilias esse in culpa deputando in sufficientem: ista est communis opinio docto. in l. 1. §. familiæ. ff. de public. ¶ Et faciunt, hæc ad casum, qui de facto accidit. Nurus accēdit noctu lucernam ad custodiam infantis, &, ea negligenter omissa, sequutum est duarum domorum incendium. Quærebatur an socer, vel paterfamilias teneretur ex facto suæ nurus? Et concludit ex prædictis Ioan. de Anan. in consi. 7. incipiente, in nomine Sanctæ Trin. quod non: quia iste non deputauit illam ad hoc sed gubernationi liberorum, q̃ est de iure naturali. Præterea ista culpa: quæ præsumitur contra habitantes, ex incendio iudicatur leuissima, ut voluit gloss. Instit. quibus modis re contra ob. §. præterea, & ista non est imputabilis. vt voluit Sali. in l. si vendita. ff. peric. & com. rei uend. & Bald. in l. in iudicio. C. de loca. vbi proprie loquitur de lucerna. Vtrum nauta possit res suas præferre depositis, quando vtrasque saluare non potest, vide supr. Cõmodatum. §. 12. Vtrum etiam teneatur, si res meas transtulit in aliam nauim, & periit: vide supra Locatio, §. 17. Vtrum etiam possit nauigare per omne flumen, & vti arboribus in ripa existentibus, inf. Piscari.

NECESSITAS loquendo iuridice est triplex. Prima, scilicet absoluta, quæ est eius, sine quo vita corporalis sustentari non potest, vt ea quæ est alimenti. Secunda est opportuna, id est eius, sine qua uita commode sustentari non potest, vt ea, quæ est eorum quorum priuatio in commodat notabiliter. Tertia est proficua, id est eorum, sine quibus vtiliter vita non sustentatur, puta, librorum pro studio: illud autem, quod dicitur in ca. licet. de feriis. necessitas facit licitum, & legi nō subijcitur, est verum de prima necessitate, quando illud, quod contra legem est, non est malum de se, puta, quia ex aliqua circunstantia potest licite fieri: quia tali necessitate occurrente non requiritur alia dispensatio, sed authoritate propria potest quisque contra legem venire. Est etiam verum, secundum aliquos de secunda: modo fiat aliqua recompensatio: sicut dicit do. Ant. in c. 1. de fer. quod licet doctoribus consulere pro forensibus in die festo, modo per aliquam eleemosynam recompensetur. & facit glos. in c. presbyter, in verbo, denarium. 82. distin. & melius d. capit. licet. Quod limita extra contractus, & quando superioris authoritas de facili haberi non potest, alias non esset tutum. In tertia verò necessitate omnino requiritur dispensatio, aliter non fieret licitum.

NEGLIGENTIA, proprie vtendo vocabulis, est defectus circa interiorem actũ voluntatis, qui est electio, non quidem actus, sed circunstantię. Vnde ſm Isid. in lib. Etym. negligens dr̃ quasi nec eligēs. Pigritia autem est defectus circa executionē exterioris opis, desidia vero est defectus circa cõtinuationē bon operis, a desidēdo dicta. Torpor aũt defectu

circa feruorem executionis operis, dum tepidè fit bonum. Inconstantia vero est defectus circa stabilitatem voluntatis. Omissio autem est defectus circa actum debitum fieri: sicut negligentia est defectus circa circunstãtiam, puta, temporis, loci, & huiusmodi. Vide Arch. si vis, 2. par. tit. 9. c. 3. Large vero sumendo vocabula, negligentia est omissio alicuius, quod fieri debet, & potest. Vnde negligentia sine mora esse non potest, de elect. c. vlt. & de concess. præb. quia diuersitatem. & no. in c. si compromissarius, de elect. lib. 6. Nomine igitur negligentiæ simpliciter venit leuis, & leuissima culpa, vt patet in ca. præallegatis. & facit 28. dist. de Syracusanæ & c. cum ex eo. in fin. & c. commissa. §. porro. de elect. lib. 6. Et hoc quando quis tenetur de culpa leui, & leuissima aliàs non. Nomine vero negligentiæ dissolutæ venit lata culpa. Vnde ff. mand. l. si fideiussor. in princ. dicitur. Dissoluta negligentia ꝓpriè dolus est, i. lata culpa: & idem venit nomine negligentiæ, vt ff. de act. & obl. l. 1. §. is quoque apud. vbi est tex. quasi apertus. Aliqñ vero includit dolũ, s. cum lex imponit negligenti diuersam pęnam a delinquente: quia tunc sub negligente includit dolosam negligentiã, vt no. Gem. in d. c. si compromissarius. ¶ Quomodo autem, & quando negligentia sit peccatum mortale, Sum. Angel. innixa suæ falsæ opinioni, quod transgressio legis humanæ præceptiuæ sit peccatum mortale solum ratione contemptus, aut consuetudinis, de quo sup. Ieiunium. §. 8. & sup. Inobedientia. & sup. Lex §. 8. dicit, quod negligentia est mortale, si ex ea omittantur ea, ad quæ quis tenetur ex præcepto, vel officio de iure diuino in his, in quibus versatur notabile damnum sibi commissorium: non autem in his, quæ de iure positiuo solum, nisi includatur dolus, vel contemptus; intellige verus, vel interpretatiuus, qui est consuetudo, ſm eum. Sed secundũ S. Tho. 2. 2. q. 54. & Supp. & mentem Ro. negligentia dupliciter potest esse peccatum mortale. Primo, si id, quod omittitur ex negligentia, sit de necessitate salutis, id est, cadat sub aliquo præcepto, siue sit actus, siue circunstantia. Secundo, si voluntas intantum sit remissa circa ea, quæ sunt Dei, vt totaliter deficiat a diuina charitate; quod præcipuè contingit, quando negligentia sequitur ex contemptu. Si autem negligentia non sit circa aliquid de necessitate salutis, nec ex contemptu, non est mortale, sup. Medicus. §. 1. infr. Prædicator. Videtur aũt velle Arc. in 2. par. tit. 9. c. 3. in fi. ꝙ negligentia qñ est ex consuetudine sit mortalis: sicut si quis consueuit horas non dicere solicitè, & deuotè. Sed ego dico, ꝙ consuetudo id, ꝙ de se est veniale, nunquã faciat mortale, vt patet ex dictis sup. Ebrietas. Vnde, si ista negligentia consueta esset si circa omissionem horarum, esset mortalis; secus si circa omissionẽ deuotionis in dicendo horas: quia illa deuotio non est sub præcepto. Potest tamen hoc dictum esse aliquo modo; verum circa religiosos, vt inf. Religio 1. §. 12. in fi. De negligentia iudicis laici supplenda per ecclesiasticũ supr. Iudex. 1. §. 3. De negligentia etiam conferendi beneficia ecclesiastica, sup. Beneficium secundo. §. 6. Et ibi etiam de negligentia prouidendi in ecclesia cathedrali, vel regulari. De negligentia prælati. inf. Prælatus. §. 4.

DE NEGOTIO, NEGOTIATORE, & Negotiatione.

1 *Negotiatio an sit licita.*
2 *Mercatio quot modis reddatur illicita.*
3 *Negotiatio quæ sit illicita, & negotiatorem expellãt de templo Dei.*
4 *Assecurationes, quæ fiunt a mercatoribus, an sint licita, & quis contractus ille sit, & nu 5.*

NEGOTIVM, dictum est, quasi negans otium, de verb. signifi. forus. §. constat. & consequenter ex ipso nomine importat priuationem otij, & significat actum omnem, cui otium repugnat; puta, actus regiminis ciuitatis, aut domus, secundum quod dicuntur quædam negotia publica, & quædam priuata: & similiter actus commutationum ordinatarum ad lucrum, qui maximam solicitudinẽ requirunt. Est igitur negotium in communi actus humanus practicus, qui vulgo exercitiũ dicitur, specialiter autem, vt nunc principaliter intendimus, negotium est commutatio, vel permutatio lucratiua, id est ad lucrum ordinata. Et idem significat negotiatio, sed alio modo. i. in abstracto. Et idem similiter significat mercatio, vel mercantia: sed differt voce, q̃a negotium a negatione otij dicitur, & mercatio a mercatu, vel mercato, i. a cœtu commutantium, vel a loco, in quo fiant commutationes. ¶ Negotiator autem in communi est, qui actum practicum exercet, siue q̃ vacat alicui exercitio. Specialiter autem, vt principaliter intendimus, est is, qui negotiationem, i. cõmutationem lucratiuam exercet: siue, sub alijs verbis est, qui rem comparat, vt integrã, & immutatam vendendo lucretur, secundum Io. And. post Arc. & Christo. Secus si emeret; vt esset sibi materia aliquid inde operandi, vt di-

dicit Chryſ.88. diſt. eijciens. Secus ſi emit ut vẽdat diuiſam, aut mutatam, de quo vide ſup. Emptio §. 9 & idem penitus ſignificat mercator. vnde vno vocabulo pro alio indifferenter doc vtũtur. Quotuplex autem ſit negotium, & quõ clericis ſit illicitum, vel licitum, dictũ ſup. Cleric. 3. §. 1. ¶ Negotiatio autem quantum ad materiam circa quam, eſt triplex. Prima ſcilicet pecuniæ ad pecuniam, quæ dicitur cambium, de qua ſpecialiter inf. Vſura 4. §. 1. & ſecunda pecuniæ ad rem, quæ dicitur emptio, de qua, inquãtum ibi includitur emptio & venditio, dictum eſt ſpecialiter ſu. Emptio. §. 10. Tertia eſt rei ad rem, quæ dicitur permutatio, ſeu vulgo baratum, de qua ſpecialiter inf. Permutatio. Quantum vero ad finem eſt duplex, vt inf. §. 1.

1 Primo † vero quæritur, vtrum negotiatio de ſe ſit licita, vel illicita? Et dico ex Arch. poſt S. Th. 2. 2. q. 77. art. 4. quod commutatio, quæ. ſ. eſt de rõne negotiationis; eſt duplex, ſm Philoſophum. 1. Pol. Vna, ſcilicet, quaſi naturalis, & neceſſaria. ſ. rerum ad res, vel ad pecunias propter neceſſitatem vitæ, quæ ꝓprie non ad mercatores, ſed ad œconomos, & politicos pertinet: qui habent prouidere familiæ, aut ciuitati de neceſſarijs. Et alia denariorum ad denarios, vel rerum ad denarios; ad de vel ad res, non ad neceſſitatem vitæ, ſed ad lucrum conſequendum, quæ proprie dicitur negociatio; Prima igitur, ſm Philoſophũ, eſt de ſe laudabilis; quia habet honeſtum finem, cum deſeruiat neceſſitati vitæ, licet in ea poſſint diuerſa peccata committi, quæ ſunt hominum vitia, & non artis, in ſe. Secunda vero cõſiderata ſecundum ſe habet quandam turpitudinem, inquantum, de ſui ratione non importat, neceſſarium, vel honeſtum finem, ſed quantum eſt de ſe, deſeruit cupiditati lucri, quæ terminum neſcit, ſed tendit in infinitum: põt tñ fieri licita, ſi mercator ordinet lucrum ad aliquem finem honeſtum, vel neceſſarium quia illud lucrum, & ſi in ſe non importet aliquem finem honeſtum, vel neceſſarium, nihil tamen importat in ſui ratione vitioſum contrarium rationi: vnde ordinari põt ad finem honeſtum, & neceſſarium: puta, ſi negotiator illud ordinet ad ſuſtentationem decentem ſui & familiæ, aut ſubuentionem pauperum, aut publicam vtilitatem, ne. ſ. deſint patriæ neceſſaria ad vitam, & inde lucrũ expetit non quaſi finem, ſed quaſi ſtipendium laboris.

2 Secundo † quæritur, quot modis mercatio reddatur illicita? Et dico, quod multipliciter ſcdm Ray. & Alex. in 3. partẽ, & Innoc. in c. 1. ne cle. vel mon. & Pan. ibidem, ex quib. colligitur, ꝙ eſt illicita, ſex modis. ¶ Primo, ex cauſa, ſeu fine, qñ. ſ. ſit propter auaritiam, id eſt, improbam cupiditatem diuitiarum, vel alium malum finem; & tunc eſt peccatum veniale, aut mortale eo modo, quo ille finis. ¶ Secundo, ex perſona: puta, ſi ſit clericus, & a fortiori religioſus, vt ſup. Clericus 3. per totũ: laicis autem eſt licita regulariter. ¶ Tertio, ex tempore: vt ſi fiat dreb. feſtis; quia eſt opus ſeruile, de quo dic vt ſup. Dominica. §. 3. quod tamen ſm Pet. de Pal. fallit in nundinis ſcitis, & toleratis, ſi diuina non omittantur, ſecus ſi nundinæ eſſent prohibitæ. ¶ Quarto; ex loco, quia in loco inhoneſto, & ſuſpecto non debet quis negotiari, ſeu etiam conuerſari, ff. de arbit. l. ſi cum dies, §. arbiter, 81. diſtin. in omnibus. 27. q. 1. ſi quis ſacro ſimiliter neque in eccleſia. 16. qu. 8. & hoc diximus. immo hoc eſſet mortale, niſi magna neceſſitas excuſaret. de immu. eccl. decet domum Dei lib. 6. iuncto capit. relinqui nolumus. de cu. euch. quod intellige ſi quid notabile fiat; ſecus in modico, & cum ſtrepitu verborum, ac intentione lucrandi, ſecus ſine verbis, & cum intentione ſatisfaciẽdi honori diuino, & fidelium deuotioni principaliter, vt in candelis; licet forte ſecundario intendatur aliquod lucrũ, ſine quo tamen hoc fieret, ſi vendens ſecurus eſſet de ſua indemnitate vnde laici, qui eas præſumuntur vendere, vt lucrentur, extra eccleſiam vẽdere coguntur. ¶ Quinto, ex modo: puta, quia exercetur doloſe, vel cũ mendacijs, & periurijs. ¶ Sexto, ex cõmercio quando, ſcilicet illud eſt reipublicæ damnoſum, ſicut cum quis totum granum, aut omnes merces emit, vt coactis alijs a ſe emere, vendat ſuo modo. Et idem eſt quoties quæritur lucrum immoderatum, de empt. & vend. capit. 1. quod arbitrio boni viri limitandum eſt, ſecũdum gl. Ray. & ſimiliter ſecundum Arch. idem eſt, quãdo omnes conueniunt, vt certo pretio vendant, vel vnus ſolus vendat tale quid, niſi precium eẽt conueniens. Conſilium autem eſt Hoſt. ꝙ taxatio pretij fiat per epiſcopũ, ſed hoc eſt conſilium, ſi tamen per ipſum, vel melius per rectores ciuitatis taxaretur, ſcdũ Arc. poſſet carius vendi ſine peccato. ¶ Septimo ex conſortio, vnde qui ſocietatem habet cum negotiatore, quẽ ſcit malæ conſcientiæ, tenetur ſecundum Archi. ſoluere ſocietatem ſi poteſt. ſ. cõmode, vel, ſi non poteſt proteſtari, quod de illicitis lucris participare non velit, ar. di. 82.

error,

error. & c. facientes & super hoc dēt inquirere, ne crassa, & non excusante ignorantia laboret. ¶ Non est autem necessarium, quod lucrum inde per hos modos quæsitum restituatur, aut pauperibus detur, licet sit consilium, secundum Doct. quod fallit primo si quis iniustitiam commisisset circa pretium iustum in plus vendendo, vel in minus emendo. & secūdo. ſm Ro. si quis fuit causa excresentiæ pretij emendo totum aliquid, vt carius venderet: q̃a tenetur læsis, si alias damnum illud non euenisset: & ratio, quia fuit causa damni iniuste.

3 TERTIO † quæritur, quæ sit negotiatio sic illicita, quod sit mortale, & negotiatorem expellat de templo Dei? Et dico, ꝙ est primo illa, quæ est cum periurijs, vt patet. Et secūdo, ea, quæ cum mendacijs pernitiosis, i. ordinatis ad decipiendum in aliquo notabili, vel ēt in modico, si adsit animus decipiendi in magno, secundum Arch. secus si fiant ad conseruandam idemnitatem vendentis, siue ad vendendum iusto pretio, aut ad decipiendum in aliquo modico, cum animo non decipiendi in magno: quia est veniale secundum Ray. licet Hostiē. falso hoc dicat esse mortale, si assiduè fiat. sumēs exēplum de ebrietate, sed non est verum: quia veniale de se quantuncunque multiplicetur, & cōtinuetur, nunquā fit mortale, 2. 2. q. 150. ar. 2. Nec est simile de ebrietate, quæ de se est mortale, si scienter admittat sine necessitate: quam scientiam assiduitas arguit. Et tertio illa, quæ est intentione finali in lucro, ponendo. s. ibi finem vltimum: quod tunc est, cum illud est sibi Deo charius: ita ꝙ quis Deum pro mortale contemneret, vt lucrum nanciscatur. Et quarto generaliter ea, quæ est cum emptione, aut venditione, quæ sit mortale. de quo vide supra Emptio.

4 QVARTO † quæritur, vtrum licitæ sint assecurationes, quæ plerunque fiunt a mercatoribus, licet non sint mercantiæ? Et dico hoc fieri tripliciter. ¶ Primo. s. in mercibus, vt cum quis mittit, aut expectat merces per mare, vel loca periculosa, & timet de submersione, vel præda, & spondet alicui quinque, vel sex pro centenario, vt ille eum assecuret, i. se obliget omnia soluturum si perierint. Et dicit Arch. hoc licitè fieri, & assecurātem posse dicta q̃nque, vel sex lucrari, si res saluæ fuerint rōne periculi, quia ibi nō est mutuum, vt patet: nec turpè lucrum cum non inueniatur ꝓhibitum hoc, & hominum vtilitati deseruiat, vt experimur. Nec obst. c. nauiganti. de vsur. vbi vsura est, si is, qui suscipit in se periculū merciū, & inde aliquid percipit: quia, vt no. Io. Cald. illud est quando percipit rationi mutui facti mercatori, non ratione periculi. ¶ Et secundo fit in pecunijs: & hoc dupliciter, i. eo modo, quo de mercibus dictum est, cum deferuntur cum periculo: & est idē iudicium, vt ibi: & rursus, cum quis satisdat pro eo, qui eas mutuo accipit grauiter, vel sub vsuris, de quo timetur, quod fallat: & pro satisdatione vult vnū, vel duo pro centenario, & hoc Archid. post Lau. de Ri. si ille accipiens non erat omnino securus, dicit rōne periculi: sed si esset omnino securus, vt quia habet in bonis, non vr̃ lucrum esse tutum: q̃a vr̃ implicitum mutuum, & esset vsura manifesta, si idem esset mutuator, & satisdator. Ego vero dico, quod nullus potest esse ita securus, quin possit aliquod interuenire periculū, vel saltē aliqua difficultas & labos in rehabendo, & ratione huius pōt aliquid percipere plus, aut minus secundum periculi, & rei qualitatem. Et tertio fit in personis, & hoc dupliciter, s. per saluū conductū personale, & pro hoc licitum est aliquid accipere, modo promissa seruent: & cum certat super fetura morte, aut vita alicuius, & vnus obligat se ad decē dāda, si tali t̃pe non fuerit viuus: & similiter alius, si eodē t̃pe nō fuerit mortuus, & secundum Arch. hoc lucrum licitum non vr̃: quia nulli vtilitati, sed soli cupiditati deseruit, & potest dici turpe lucrū, & datur via ad mortem optandam alicuius: & pauperib. erogandum est. 14 q. 5. habetis. de consilio tamen, vt dicit, non de necessitate. Et idē dicendum dicit de omni cōtētiōne facta inter quoscunque de quocunque euentu, vel cuiuscunque rei veritate, quæ a quibusdam dicitur inuadiatio, & omne tale lucrum videtur turpe, vel saltem dic esse vanum.

5 QVINTO † quæritur, quis contractus sit in assecuratione, & alijs dictis in §. priore? Et dico, quod excepto casu cautionis pecuniæ mutuatæ, in alijs non est ludus: quia non ordināntur ad totum, sed ad lucrum. Est autem in assecuratione rerum, & pecuniarum delatarum contractus innominatus, de quo habes supr. Contractus. §. 4. & similiter in alijs enumeratis: quia ad hoc, quod est, do vt facias, reducitur, do si facias: vel do si fiat, vel si erit, vel si fuit, vel si est, licet dici possit in assecuratione rerum delatarum esse locationem rerum conducendarum secure.

NEOPHYTVS dictus est quasi nouus in fide: a neos nouum, & phytos fides. 48. distinct. quoniam. & talis prohibetur ordinari

etiam ad minores ordines, vt ibi, vbi & causa redditur: immo tonsurari. argu. 19.q.3. monasterij, dicitur etiam, & nouus in religione per transsumptionem: vt ea. dist. 48. sicut, de quo inf. Religio quinto. per totum.

¶Nec Romantia. Vide inf. Superstitio.

NOMINATIO propriè dicitur esse vnus modus prouidendi in ecclesijs vacantibus. Sed sciendum est, ꝙ est triplex, secundum Pan. in c. quia sicut. de ele. vna, scilicet non solennis: vt quando ante scrutinium inter electores aliquis nominatur tanquam bonus, & sufficiens: quæ non tribuit ius nominato: sed solum proponitur in collegio, vt eligatur, si placet. Alia vero est, quæ fit in scrutinio electionis, intellige, vt dicendo, eligo talem, & nomino talem: per quam non acquiritur ius: argu. si tibi absenti. de præb. lib. 6. Sed tamen publicato scrutinio non potest nominans variare si dignum nominauit prius autem posse: vt in ca. publicato. de elect. Alia vero est solemnis, quæ secundum Host. fit, quando duo, vel tres, qui sunt solemniores in capitulo. vel alibi nominantur papæ: adde vel superiori, & per collegium petitur, vt de aliquo eorum prouideat: & per hanc quodam modo acquiritur ius nominatis, secundum Sum. Rosc. sed Pan. ibidem tenet contrarium: licet non possint nominantes variare postq̃ est superiori nominatio pręsentata, secundum eundē Pan. & Host. in c. bonæ, el 1 de elect. De numero autem vocum videtur hic dicendum, sicut inf. de postul. §. 2.

NOMINATIM idem est, quod nomine nominato: sicut dicitur quis expressus, aut vocatus nominatim, si hoc fiat eius nomine expresso. Igitur secundum Innoc. in ca. in Lateranensi, de præbend. interdicti nominatim dicuntur, qui interdicti sunt expressis nominibus proprijs, & similiter omnes de ciuitate, vel castro, si illa, vel illud interdicitur, i. homines illius; secus autem, si excommunicatur Petrus, cum suis fautoribus: quia fautores nō sunt excommunicati, nisi de fautore notoriæ constaret. Hoc autem dictum Innoc. intellige sic, quod prolata excommunicatione, vel interdicto sub aliquo nomine, puta, talis populi, aut fautoris talis rei, vel personæ, excōmunicati, vel interdicti sunt nominatim omnes, quibus illud nomen notoriè conuenit: sicut, si inter dicitur populus, omnes, quos notorie, siue per certitudinem indubitatam cōstat de illo populo esse: non autem alij. Et si interdicuntur, vel excommunicatur alicuius fautores omnes, quos notorie cōstat esse fautores, Sed Pan. in eod. c. dicit contra Inno. esse glo. in clem. 1. de vita, & hone. cle. in verbo, nominatim, id est proprijs nominibus expressis. Sed illa glos. per nomina intelligit ipsa nomina, & circunstantias indubitabiles, quę vicem habeant proprij nominis, quod patet per similem glos. in ca. constitutionem. de sentent. ex commun. lib. 6. quæ habet in verbo. nominatim, id est, proprijs nominibus expressis, vel alijs indubitabilibus circunstantijs, quæ habeant vicem proprij nominis. Pano. autem ibi nititur concordare prædictas opiniones, & dicit, quod vbi agitur de pœna incurrenda ipso facto, non dicitur quid fieri nominatim, nisi exprimatur ipsum proprium nomē, quia hoc importat ethymologia vocabuli, & in istis odiosis non est recedendum a propria significatione verborum: vt in ca. statutum. de electio. lib. 6. nisi circunstantiæ sint ita expressæ, & strictæ, quod ex toto vicem proprij nominis importent, & facit lex 2. ff. de liber. & posth. & Insti. de exhæ. lib. §. nominatim. & in l. quoties, §. si quis nomen. ff. de hære. institut. & l. certum, ff. si cert. pet. vt puta si dicatur, filius Petri, qui scilicet vnicum habet filium, & huiusmodi. Si vero non agitur de pena incurrenda ipso facto; tunc etiam dicitur nominatim expressus, qui per circunstantias non sic strictas est expressus. Et sic intellige Inn. cum dicit quod interdicta ciuitate, id est populo eius, &c. Et ad gl. in c a nobis. el 1. de sentent. excommun. quam videntur sequi communiter Docto. quæ dicit, quod dum dicitur, quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit, omnes nominatim intelliguntur excommunicati; qui furtum fecerunt, tāquam expressis proprijs nominibus. Sum. Ang dicit dicendum, ꝙ intelligitur, quod ita sunt excommunicati, quasi nominatim fuissent expressi; non quod dicantur nominatim excommunicati. Sed quia gl. expresse dicit, quod intelliguntur nominatim excommunicati, tu dic, quod loquitur quando constat notorie aliquem, siue certitudinaliter furtum admisisse.

¶NOTARIVS, inf. Tabellio.

DE NOTORIO.

1 *Notorium in genere, quot modis sumitur.*
2 *Notorium facti quotuplex est.*
3 *Notorium iuris quotuplex est.*
4 *Notorium facti, an efficiat notitia decem virorum.*
5 *Notorium qualiter probetur.*
6 *Notoria exigant ordinem iuris.*

NOTORIVM dictum a noto, quod est signo, vel demonstro, est aliquid adeo intri-

intricatum, quòd secundùm Io. de Lig. & dominum Antonium multi de notorio loquuntur, quid sit notorium ignorantes: &, vt videtur, importat euidentiam rei alicuius talem, quod sine tergiuersatione notari possit.

1 PRIMO † ergo quæritur, quot modis sumitur notorium in genere? Et dico, quòd aliqui dicunt, quòd notorium dicitur dupliciter, siue ẽ duplex, scilicet iuris, & facti: quidã vero quòd est triplex, scilicet iuris, facti, & præsumptionis: quidam etiam notorium iuris diuidẽtes in duo, scilicet confessionis & conuictionis, dicunt quòd est quadruplex, & ratio horũ patebit ex dicendis. Dico ergo ꝙ in genere dicitur duob. modis. Primò, s. impropriè, vt est aliquid notabile non in se, sed in alio: quod tamen de se non facit euidentiam talis rei, sed solum ex ordinatione iuris: & sic notorium dicitur præsumptionis, & secundum Panorm. in glo. & in c. vestra. de coha. cler. & mu. & Arch. est illud, quod ius euidenter præsumit ex alio noto: sicut quis habetur publicè, & notoriè pro filio alicuius ex coniecturis inductis à iure. Et secundo propriè, vt est notabile in se, & hoc dupliciter. Quoddam enim est notorium facti: & secundũ Archid. post gl. 2. q. 1. de manifesta. est illud, quod exhibet se, & offert oculis omnium, id est, quod ita habet euidentiam facti, quod negari non potest, s. probabiliter, d. cap. vestra. quod & intellige, ꝙ habet euidentiam in se, vt quia videri potest: vel in alio, quod de se arguit illud, & non solũ ex dispositione iuris, vt fornicatio sacerdotis videtur in argumentis gradientibus super terram. Vel vt in d. c. de manifesta. not. Archi. est illud, cuius populus est testis, & non est locus inficiationi. 16. dist. ca. in sacerdotibus. de cohab. cler. tua. ff. de ritu nuptia. l. palam. in princ. Vel, vt dicit Pan. vbi su. est clara & famosa loquutio ex euidentia rei surgens, quæ tergiuersatione aliqua celari non potest: vt probatur in d. c. tua. & c. euidentia. de accus. Duæ primæ diffinitiones dantur de isto notorio in se: tertia verò de eodẽ, vt est in suo effectu, id est, omnium loquutione. Sed hoc est notandum, secundum Pan. vbi sup. quòd notorium, intellige facti, ex tribus causatur, ex scientia hominum, scilicet, non paucorum, & ex loci ac temporis qualitate, ita scilicet, quòd non fiat nocte, vel in loco secreto. Circa quod tamen secundum Cal. discretus, iudex ex circunstantiis arbitrabitur actum esse notorium, vel nõ esse. Quoddam verò est notorium iuris, & secundum Pan. vbi supra, est spontanea confessio, clara probatio, iusta, in dubitata, & irreuocabilis diffinitio. Sed ista diffinitio est generis ꝑ suas species, vt patebit. §. 3. Ideo vt dic, quòd notorium iuris est id, quod est notorium in actu in iuridico, id est, in iudicio.

2 SECVNDO † quæritur specialiter, quotuplex est notorium facti? Et dico, quòd hoc notorium potest diuidi dupliciter, scilicet ex parte facti notorij, & ex parte eorum, quibus est notorium. ¶ Primò modo intelligo Panor. vbi supra, & Arch. post gloss. vbi supra, scilicet, quòd notorium facti est triplex. Primũ est facti permanentis, vt, quòd palatium dominorum sit in platea; & sic dicitur notoriũ, quasi res nota omnibus volentibus illam videre pro quo authent. qui semel. C. quomodo, & quando iud. & capit. euidentia. de accusatio. Secundum est facti transeuntis, & non redeuntis, ut si in cõspectu populi sit aliquis interfectus, similiter vox præconis: quia huiusmodi factum notorium est pro tunc, nõ pro nunc: & sic intellige quod notat. gloss. in dicta authen. qui semel. Tertium est facti interpolati secus eius qui paratus est mutuare ad vsuram, & meretricis quia nec ille semper mutuat, nec semper illa peccat. Bartol. autem post Iacob. de Butr. in l. ciues, C. de app. dicit notorium esse, quod habet actum permanentem: ut quòd palatium dominorum est in platea. Quæ autem nunquam habuerunt actum permanentem, vt vox præconis, & huiusmodi, transire non possunt in notorium: sed bene in manifestum, sed primum est melius, alioquin non daretur notorius fornicator. Si verò diuidatur ex parte eorum quibus est notorium: sic aliquid dicitur notorium in monasterio, parochia, vel terra, aut prouincia; & generaliter in omni congregatione decem personarum, de quo vide inf. §. 4.

3 TERTIO † quæritur, etiam specialiter, quotuplex est notorium iuris? Et dico quod est triplex, scilicet illud, de quo quis est condemnatus in iudicio, vel conuictus, vel sponte confessus: quia; vt dicit Panormit. vbi supra, ex sententia in iure facta oritur notorium, nec potest amplius retractari, vt in dicto capit. vestra. & capit. fina. & in capitu. cum inter. de re iud. similiter ex probatione clara, & indubitata. vt in capitu. cum olim. de verb. signif. & ex spontanea confessione. ut in d. c. vestra.

4 QVARTO † quæritur, vtrum ad notorium

facti

facti requiratur notitia totius populi, vel maioris partis: aut certè sufficiat notitia decem virorum? Et dico de hoc fuisse opiniones, quibusdam dicentibus, quod requiritur scientia totius, vel maioris partis populi: aliis verò econtrario, ꝙ sufficit scientia decem personarum. Pro quo sciendum est, quòd decem personæ plebem faciunt, vt patet in tex. & gl. 10. q. 3. vnio, & secundum gl. Ray. faciunt populum. & ideo vbi est adunatio decē personarū, potest oriri notorium, vt patet glos. in d. c. de manifesta vbi autem pauciores sunt, non potest oriri: vt dicit Pan. in d. c. vestras. Gl. ergo in d. cap. de manifesta. dicit sufficere notitiam decem hominum; nota quia hic numerus plebem facit. Panor. verò vbi supra dicit non requiri scientiam totius populi, sed totius viciniæ vel maioris partis: ita quòd non sint minores, id est, pauciores decem, quod Summa Ang. intelligit quasi non sint pauciores decē illi, qui sciūt: sed malè, quia illa intelligit, siue intelligere debuit, ꝙ nō sint pauciores illi de vicinia. Vnde Supp. & Sum. Ros. habēt alium sensum, vt sufficiat scientia omnium, vel maioris partis eorum, qui sunt in aliquo loco, s. villa, vel parochia: etiam, inquiunt, si ibi non sint nisi decem personæ, & sic consequenter sufficit, si sciant sex: quia eo casu testis est populus; cū sit testis maior pars populi; &, si populus, vel cœtus sit cœtus. 20. hominum, sufficiat ad esse notorium in tali populo si sciant 11. & sic de alijs. Igitur, vbi sex sciunt, dicitur notorium simpliciter, licèt non dicatur notorium in prouincia, vel ciuitate, quod patet, tū quia aliàs, si scientia sex personarum nō facit notorium, inter occultum diuisum contra notorium immediatè daretur medium, cùm tale occultum sit, quod quinque sciunt, vt patet per glos. q. 1. manifesta. de pœn. dist. 1. §. hæc autem secreta, tum etiam quia glo. Ray. dicit, quòd etiā si parochia habeat mille parochianos, & ex illis solum decē graues, & honestæ personæ, scandalizātur de focaria sacerdotis: dici potest, quòd populus scandalizatur: cum decem homines populum faciant, & sic sex sunt maior pars populi alicuius. tum etiam, quia, si hoc non sufficit, nō posset probari notorium in aliqua plebe, nisi numeratis omnibus plebanis, & facta fide, ꝙ nō sint plures, ad videndum an maior pars sciat quod videtur ridiculū, cum interdum in plebe sint multa hominum millia.

5 QVINTO † quæritur, qualiter probetur notorium? Et dicit Panor. vbi supra, sufficere duos testes: licèt non sufficiant ad illud causandum, quia in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum. De quo vide gl. in §. quando. 2 q. 1. & quod no. glo. in l. 3. ff. de test.

6 † SEXTO quæritur, vtrum in notorijs seruandus sit ordo iuris: Et dicit Pan. vbi sup. ꝙ sic in notorio præsumpto: sed ibi est speciale; in notorio autem facti non requiritur, nisi scientia, & citatio: imò si constat, quòd nulla possit cōpetere defensio, citatio non requiritur: quia illa fit vt se defendat, & sic intelligitur c. olim, de re iud. & c. venerabilem, de electione. Sed vbi competere potest defensio sine citatione, sententia non valebit, & sic intelligitur clem. pastoralis. de re iud. Requiritur etiam sententia, sed cum solita solennitate: non autem litis contestatio, & alius iudiciarius ordo solemnitatem respiciens. vt dicta clemen. pastoralis. Adde ꝙ requiritur probatio per duos testes ad minus, vt in glo. l. 3. ff. de testibus. nisi sit notorium facti permanentis, ut in c. euidentia. de accu.

NOVALE in priuilegijs piorum locorum. intelligitur omnis ager nouiter ad cultū redactus, de quo non extat memoria, quòd aliquando fuerit cultus. de verb. sign. l. quid per nouale.

† NOVITIVS. vide infra Religio quinto, per totum.

De nunciatiatione noui Operis.

1 *Nunciatio noui operis quibus causis fiat, & pro quibus operibus, & nu. 2.*

3 *Nunciatio noui operis cui fiat, & quibus modis, & num. 4.*

5 *Nunciatio noui operis quot modis remittatur.*

NOVI operis nunciatio, secundum Hos. est ædificanti nouiter in alterius præiudicium prohibitio facta legaliter. ff. de no. oper. nuncia. l. 1. Et dicitur nouiter ædificans, non solùm qui ædificium nouum instruit, sed etiā qui instructi formam immutat. ff. eod. l. 1. §. opus nouum non autem, qui imponit incrementum, aut reficit antiquum. d. l. 1. §. si quis ædificium, nisi ex toto fuisset destructum, ut no. in c. consuluit. de Iudæ.

1 † PRIMO verò quæritur, quibus causis fiat hæc nunciatio? Et dico quòd tribus, gratia, scilicet tuendi ius proprium, aut publicum, aut damni repellendi. d. l. 1. §. nunc videmus. & §. nunciatio.

2 † SECVNDO quæritur, pro quibus operibus fieri possit? Et dico, quòd solum pro coniunctis solo, vel his quæ in solo fiunt. quorum ædificatio, vel demolitio, videtur opus

opus nouum, vt d. 1. §. hoc autem edictum, & ad præterita non sit, sed ad futura, ut ibidem. Et se extendit etiam ad ecclesiam, & locum religiosum; cum hæc non sint in alterius præiudicium construenda, vt extra eo. ca. 1. quod tñ fallit quando episcopus propter necessitatem populi aliam ecclesiam vult ædificare, licet sit in aliarum ecclesiarum præiudicium. de eccl. edifi. ad audientiam. Non aũt se extendit ad purgationem cloacarum, & riuorum, quia hoc est publicæ vtilitatis & securitatis. ff. eo. l. de pupillo, §. si quis riuos.

3 TERTIO † quæritur, cui hæc nunciatio fiat? Et dico quod domino, vel procuratori, seruo, puero, vel fabro, id est, ei, qui fabricat. d. l. de pupillo. §. nuntiare. & debet fieri in præsenti in ipso opere, & non tantum domino, sed his, qui sunt ibi.

4 QVARTO † quæritur, quibus modis fiat? Et dico quod tribus. Primo simplici verbo inhibendo. Secundo per inhibitionem prætoris. Tertio iactando lapillum, & dicendo, nuntio tibi opus nouum per iactum lapilli: licet aliqui dicant iactum lapilli fieri debere ter. ar. ff. de re iud. l. contumacia. da constitu. ex literis. in gl. vbi trina monitio est legitima, Nuntians primo modo perdit possessionem, & facit aduersarium possessorem. sed secundo, & tertio modo retinet possessionem, secundum Berna. in cap. ex parte, de verb. sig. & d. l. de pupillo. & d. l. 1.

5 QVINTO † quæritur, quot modis remittitur ista nuntiatio, seu prohibitio? Et dico ꝙ quatuor. Primo verbis expresse. ff. eod. l. non solum, §. sciendum. Secundo, transactione, ibidem. l. 1. §. inde quæritur. Tertio, morte nunciatoris d. l. non solum. §. morte. Quarto satisdatione. Sed denuntians habet tres mẽses ad deliberãdum an velit de suo iure docere, aut recipere cautionem de demoliendo, in quib. denuntiatus ædificare non poterit, si tamen intra tres mẽses de suo iure non docuerit, postea denuntiatus caueat de opere demoliẽdo & ædificet, C. eo. l. vnica, & in c. vlt. extra eo.

¶ Sexto, quæritur, quis sit huius nuntiationis effectus? Et dico, quod omne ædificatum post illam demoliri debet ædificans suis expensis. d. l. 1. & l. prætor. §. 1. eo. tit. & extra eod. per totum.

NVBERE, i. matrimonium contrahere, non inducit infamiam in muliere intra annum lugubrem, de secundis nuptijs super pœnæ intra illud tempus impositæ mulieri contrahenti per leges ciuiles. secundum Bar. in l. si qua mulier. C. de secun. nup. per eius cãnonicum sunt correctæ, si sunt impositæ, quia nupsit nimis festinanter, non autem quæ sunt impositæ, quia secundo nupsit intellige in fauorem filiorum. Et idem Pan. in c. fi. de secun. nup. vid. sup. Lex. §. 10.

DE NVPTIIS.

1 *Nuptiæ secundæ an sit benedicendæ, & quid si ex parte alterius tantum sint secundæ. & nu. 2.*

3 *Benedicti duo si ante consummationem matrimonij separentur, & cum alijs contrahant, an denuo benedicantur.*

4 *Benedicendi an sint ad secunda uota transeuntes, qui nunquam antea fuerunt benedicti.*

NVPTIAE dictæ, quasi nube tectæ, eo qđ nubentium capita velabantur. 35. quę. 6. nostrates. & c. feminę. idem sunt quod matrimonium. ead. q. c. nullam: licet aliquando sumũtur pro copula carnali, sicut spõsus beatæ Mariæ dicitur ad eius nuptias nõ peruenisse.

1 PRIMO † ergò quæritur, vtrum secundæ nuptiæ sint benedicendæ? Et dico, quòd secũdæ nuptiæ non sunt benedicendæ, cuius rõnem assignat glo. in c. capellanum. de secund. nup. quia sacramentum non debet iterari, qđ Pan. ibi bene reprobat. quia non est illa benedictio sacramẽtum, sed sacramentale, de quo sup. Sacramenta. Vnde ratio est, vt significetur, ꝙ continentia pręfertur matrimonio, vel secundum S. Tho. in 4. dist. 28. in litera. & dis. 42. q. 3. art. 2. ratio est defectus Sacramenti, de quo inf. §. sequenti. Sacerdos autem benedicens secundas nuptias debet suspensus ab officio & beneficio mitti ad apostolicam sedẽ. extra eod. vir. Sed secundum Host. & communiter doct. non est suspensus, sed suspendendus. Et, secundum Io. Andr. locum habet hęc pæna, vbi benedicuntur secũdę nuptię durantibus primis. Sed hoc stare nõ potest cum dicendis. § sequenti. ideò habet locum vbi sunt secundæ ex parte viri, ac mulieris, vel ex parte mulieris tantum, secundum San. Thom. ut §. seq.

2 SECVNDO † quæritur, quid, si nuptiæ sint secundę solum ex parte alterius, ita quòd vnus tantũ coniugum sit aliàs benedictus? Et dicit S. Thom. in 4. dist. 42. q. vlt. art. vlt. ꝙ benedictio ideo à secundis nuptijs subtrahitur, quia licèt ẜm matrimonium in se sit perfectum sacramentum, tamen in ordine ad primum, habet aliquid de defectu sacramenti, non habens plenam significationem, cum nõ sit vna vnius, sicut est in matrimonio Christi, & ecclesiæ, sed tamẽ intelligendum est, quòd si

sub-

ſubtrahitur, quando ſunt ſecundæ ex parte viri, & mulieris, vel ex parte mulieris tantum: quia ſi virgo contrahat, cum eo, qui aliam habuit vxorem, nihilominus nuptiæ benedicuntur; quia ſaluatur aliquo modo ſignificatio etiam in ordine ad primas: quia, & ſi Chriſtus vnam eccleſiam ſponſam habeat, habet tñ plures perſonas deſponſatas in vna eccleſia, ſed anima non poteſt eſſe ſponſa alterius quam Chriſti: propter quod quando mulier ſecundo nubit, nuptię non benedicuntur, hæc ex illo. Sed oppoſitum tenet Pan. in c. vir eo. tit. per illum tex. ſ. ꝙ non debent ſecundæ benedici, etiam ſi virgo ducatur in vxorem a tranſeunte ad ſecundas nuptias, niſi ſubſit cõſuetudo per Papam ſcita, & tolerata. Et hoc in ſacramentalibus procedit, vt ad inducendum conſuetudinem, requiratur Papæ tacitus conſenſus. Cum qua opinione tranſit Hoſt. Dir. Sum. Ang. & Sum. Roſ. & Suppl. limitantes S. Thom. quantum ad virginem, ſi conſuetudo hoc habeat. Sed ego dico, ꝙ illud verum eſt, etiam ſi hoc conſuetudo non habeat: quia non eſt illicitum introducere conſuetudinem bonam, quando nulla lex ei repugnat. Sed contra, inquit Pan. quia tex. hoc dicit ꝙ iſti ſunt benedicti, licet alter ipſorum tantum fuerit benedictus. Sed dico, quod ille tex. videtur habere ſenſum cõtrarium, & velle quod non benedicantur ſecũdæ nuptiæ, qñ ambo fuerant prius benedicti, ſic dicens; Vir autem, & mulier ad bigamiam tranſiens non debet a presbytero benedici: quia cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio iterari nõ debet: hæc text. Sed contra iterum, inquit, ipſe, & Dir. quia, cum iſta benedictio ſit communis marito, & vxori, ex quo alter fuit benedictus nõ debet benedictio iterari: quia iterare tur ĩ perſona alias benedicta. Sed dico primo ꝙ alicubi benedicitur ſponſa ſeorſum a ſponſo, & ſecundo, ꝙ non inconuenit iterato aliquem benedici ratione alterius, & per redundantiam: cum hoc non ſit ꝑꝑ imperfectionẽ primæ benedictionis: ſed quia ſecunda perſona non benedicitur abſolute, ſed in ordine ad primo benedictam. Sed contra, inquit. Dir. quia caro benedicta trahit ad ſe non benedictã, vt tota ſit benedicta. Sed dico, quod hoc eſſet verum, ſi efficeretur ſimpliciter vna numero caro, ſicut acqua addita aquæ benedictæ fit vna numero ſimpliciter, ſed non eſt ita hic, ſed aliqualiter ſimile eſt, ſicut cum vinum additur ſanguini, & non fit ſanguis. de celebr. miſ. c. cum Martæ.

3 Tertio † quæritur, quid ſi inter duos benedictos, ante conſummationem matrimonij celebretur diuortium, & deinde vterq; contrahat? Et dicit Hoſ. quod ſecundæ nuptiæ nõ benedicentur, quia ſpũalis benedictio tantæ eſt efficaciæ, & ſemper tranſit, niſi obicem inueniat contrariæ voluntatis. de bap. maiores ẽt ſi per riſum, vel iocum fiat, & conſequenter ſemel recepta amitti non põt de diuor. ca. quanto. & ita tene, quia nunq̃ benedictio dẽt ſuper aliquẽ iterari. d. c. vir. Quod aũt, §. priore dicit S. Th. de virgine, intellige non ſolum ſi ante non fuit benedicta, verum etiam ſi cũ hoc, etiam cum alio non contraxit, quia iam non eſſet vna vnius, ſed duorum ſucceſſiue

4 Quarto † quæritur, quid ſi duo ad ſecunda vota tranſierint, qui tamen alias nunquã fuerunt benedicti in primo matrimonio? Et dicit Dir. qđ poterunt benedici, quia nõ eſt vis in bigamia, ſed potius in benedictione, ne iteretur. Sed tu dic, quod dãdę benedictionis ĩ ſecundis nuptijs ex parte mulieris duplex eſt impedimentũ, ſi alias fuit benedicta, vel ẽt ſi contraxit ſine benedictione, quia iam non ſaluatur myſteriũ, vt ſit vna vnius: ex parte aũt viri eſt primũ tm̃, vt patet ex dictis. Et ideo in hoc caſu dabitur quidẽ, ſi vir contrahat cũ muliere non habente repugnantiam ad benedictionem, i. cum virgine, quæ nunquam contraxit, non aũt ſi nubat mulier, ẽt cũ viro non habente ad benedictionem repugnantiam.

DE OBEDIENTIA.

1 *Obedire ſuperiori an debeat ſubditus in omnibus, & nu. 2.*
3 *Obedientia omnis an habeat conditiones aliqua ſubintellectus.*
4 *Præſcriptio an currat contra obedientiam.*
5 *Papæ an ſit in omnibus obediendum ab eccleſiaſticis, & ſecularibus, & nu. 6.*
7 *Obediẽtia clericorũ ad ſuũ epm̃ qualis eſſe debeat.*
8 *Obedientia monachi exempti, vel non exempti, & nu. 9.*
10 *Obedire qualiter quis debeat varijs ſuperioribus.*
11 *Meritoriũ an magis aliquid facere ad dictum fratris, quam ad præceptum prælati.*
12 *Subditus an facere teneatur ea quæ ſcit, vel credit eſſe de voluntate ſuperioris.*

Obedientia, ut innoteſcat, ſciẽdum eſt ſecũdũ beatum doctorem 2. 2. q. 014. ar. 2. quod non inconuenit in vno materiali obiecto concurrere duas ſpãles rõnes, ad quas duę ſpãles virtutes ordinantur: ſicut miles defendendo caſtrum regis implet opus fortitudinis non refugiens mortis, pericula, propter

bonum,& opus iustitiæ debitum seruitiũ domino suo reddens. Igitur obedientia dupliciter sumitur, sicut & inobedientia, vt sup. dictũ est, s. largè pro executione cuiuscũque, quod pt cadere sub præcepto ex quacunque intentione, & sic est virtus generalis, & propriè, ſm q respicit per intentionem formalem rationem præcepti, & sic est virtus spãlis, id est, habens formale obiectum speciale, id est, præceptum expressum, vel tacitũ, cuiusmodi est voluntas superioris nota. Et secundum eũ ibi, sic potest diffiniri. Obedientia est virtus moralis, promptam reddens voluntatem ad implendum voluntatem præcipientis. Vnde, ſm Greg. obedientia, quæ habet aliquid de suo, vt in prosperis, est vel nulla, vel minor: quia, s. voluntas non videtur tendere in præceptum principaliter, sed in proprium volitum quod quantum ad exterius apparẽs intellige: quia, quo ad Deum corda rimanentem, potest esse obedientia in prosperis non minus laudabilis, si prompta voluntas obedientis non minus deuote tendat in præceptum.

1 PRIMO † vero quæritur, vtrum subditus suis superioribus teneatur in omnibus obedire? Et dico secundum S. Thom. 2.2. q. 14. quod in pertinentibus ad interiorem motum voluntatis non tenetur homo homini obedire: qđ intellige nisi per accidens, vt interior motus colligatur ex exteriori, de quo vide sup. Excommunicatio 7. excommunicatione 2. primo notabili. & sup. Hora. §. 11. p. 2. in his vero, quæ pertinent ad motum, vel actum exteriorem colligendo ex cap. si quis, de maio. & obedien. in glo. & 19. quæst. 1. sciendum. & 2. q. 3. si dominus dico, quod, cum triplex sit superioritas, spiritualis, s. & temporalis politica, quo ad regimen Reipublicæ, & temporalis œconomica, quo ad regimen ꝓpriæ domus, vel familiæ obedientia limitatur secundũ gradum superioritatis, ita, quod superiori obediendum est a subditis in his, in quibus habet superioritatem. Igitur superioribus spiritualibus, puta, papæ, episcopo, & alijs prælatis ecclesiasticis obediendum est in spiritualibus necessarijs, vel pertinentibus ad salutem, quę spopondimus in baptismo, secundum Sanct. Thom. in 2. distinctio. 44. Superioribus vero politicis, id est, principibus in temporalibus spectantibus ad Rempublicam, nisi potestas eorum esset vsurpata: quia eo casu, subditi nõ tenentur obedire, nisi propter scandalum, secundum Rich. in 2. dist. vlt. Vnde nihil præcipere possunt ecclesiasticis: quia non subijciũtur eis. de constit. ecclesia. Non possunt etiam subditos subijcere alterius dominio sine eorum voluntate. de maio. & obed. ca. dilecti. & c. fin. Superiori vero œconomico, id est, patri in pertinentibus ad dispositionem rei familiaris. ¶ Prædictis autem in talibus, quæ ad eorũ superioritatem pertinent, non obedire ex cõtemptu, vel scienter sine causa rationabili in re alicuius importantiæ arbitrio boni viri est mortale: quia contra iustitiam cuius, obedientia est pars, quod tamen, secundum S. Tho. vbi sup. fallit. si præciperetur aliquid contra præceptum Dei, siue in dispendium salutis, aut contra præceptum superioris ad præcipientem, vel in his quæ ad eorum superioritatem non pertinent, in quibus obedire non est necessarium, nisi ratione scandali. ¶ Et ex his patet primo, secundum S. Tho. ibi, quod non tenetur homo homini obedire quo ad motus interioris volũtatis, vt dictum est; quia in his ei non subditur, sed in pertinentibus ad corpus: nec secundo in corporalibus, quantũ ad ea, quæ pertinent ad naturam corporis, vt circa matrimonium contrahendum, vel seruandam virginitatem, & huiusmodi: quia omnes homines natura sunt pares, sed in pertinentibus ad dispositionem actuum, & rerũ humanarum, tenetur subditus obedire superiori, secundum rationem superioritatis, vt miles duci in spectantibus ad bellum, seruus domino in seruilibus, filius patri in spectantibus ad disciplinam, & curã domesticam, & sic de alijs.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum obedire teneatur subditus, si dubitet, an id, quod præcipitur, sit contra Deum necne? vt dicit Rayn. qđ sic, & generaliter in dubijs. de temp. or. ad aures. & excusatur a peccato. 23. q. 1. quid culpatur, nisi sit in his, in quibus ignorantia non excusat; puta, contra articulos fidei, præcepta Dei, vel generale statutum ecclesiæ, iuxta ea, quæ dicta sunt supr. Ignorantia. §. 7. Et cõcor. S. Th. & Gof. habentes regulam, quod quoties subditus conuenienti inquisitione certificari non potest, obedire debet, & obediendo excusatur, etiam si dubitet an agat contra præceptum Dei necne. Imo aliquando etiam bonum, sine quo potest esse salus propter obedientiam debet omitti. 11. q. 3. quid ergo.

3 TERTIO † quæritur, vtrum omni obedientia sint aliquæ conditiones subintelligendæ? Et dicit gl. in ca. 2. de voto, quod sic, s. si possibilitas adest, facit c. querelam. & ca. breui, de iureiuran. & l. Paulus. ff. quæ senten. sine apere. & admittitur omnis rationabilis causa, vt

no,

no.Pan.in c.magnæ.de uot.& facit c. si quando.de rescrip.& c.ex parte.de offic. de leg. & quod no.Arch.in c.vtinam.76.dist.

4 QVARTO † quæritur, vtrum contra obedientiam currat præscriptio? Et dico, ꝙ non: quia semper adest mala fides, l.1.C.de ser.fug.& c. fin.de reg.iur.& in gl.c.sicut nobis.ibidem.

5 QVINTO † quæritur specialiter, utrum papæ sit in omnibus obediendum ab ecclesiasticis? Et dicit Pan. in c.inquisitioni. de sentent. excomm. c. ꝙ non. Primo si præceptum sapit peccatum.& intellige etiam de veniali. 12.q. 3. quid ergo. intellige etiam si papa credit mandatum iustum, & tamen subdito constat illud in se continere peccatum. de restit.spol. literas.¶ Nec secundo si ex obedientia præsumeretur status ecclesiæ perturbandus vehementer vel aliud malum ad scandalum futurum, etiam si præciperetur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt not. idem in c.si quando, & in c.cum adeo de rescript. Ex quo ipse in d.c.si quando.infert, quòd si mandat etiam sub pœna excommunicationis latæ.sententiæ aliquid, ex cuius executione præsumitur scandalum animarum, vel corporum futurum in ciuitate, non est ei obediendum, quia hoc fit legis authoritate, ut in d.c. si qñ, sed rescribendum est papæ; imò ex ca. officij. de pœn.& re.habetur. ꝙ ius positiuum interpretatur, ꝙ restitutio, quæ scilicet est de iure diuino, aliquando non fiat ratione periculi corporum.vel aïarum.de quo sup. Consuetudo.§.9. ¶ Nec tertio secundum eundem Pan. in c.olim. de cleric. coniug. quando ipse cum maiori parte concilii indiceret continentiam certo generi personarum post monitionem eis resistentibus; quia continentia persuaderi potest, imperari non potest.32.q.1. integritas.Et sic dici potest, quod eis indicere nõ potest vitam strictiorem contra eorum velle.74. dist. gesta, & quod ibi no.in regula, ꝙ omnes. in 6.de quo vide supr. Matrimonium 8.§. 12.particul. 7. & inf. Relig.6.§.6.¶ Nec quartò est obediendũ simpliciter, si rescribat pro notoriè indigno, ut assignetur ei certum beneficium. Sed distinguendum est ex dictis Io.And.in c.cum adeo, de rescr.& in c. significauit, de offi.ord. quia, si non constat præcisè de intentione principis, mandatarius non debet obedire, sed expectare secundam iussionẽ d.c.si quando.quia quandoque princeps propter nimiam importunitatem, vel subreptionem non concedenda concedit. Si vero præcise constat ꝙ velit huic indigno pro tunc ꝓuideri, aut papa potest in illo actu dispensare, & illi parendum est; quia tunc videtur dispensare. Aut dispensare non potest, ut quia est tãta indignitatis, quod sine peccato fieri non potest:& tunc non est illi parendum.

6 SEXTO † quæritur, utrum papæ sit in omnibus obediendum a sæcularibus? Et dico quod sic in spiritualibus, & ecclesiasticis pertinentibus ad salutem, & bonorum morum conseruationem: quia in baptismo se obligarunt ad renuntiandum satanæ, & operibus eius: non autem in temporalibus, nisi sint ei subiecti ratione personæ, vel causæ, vnde si præciperet sæculari nulla ratione sibi subdito, ꝙ sibi tribuat bona sua, obedire non tenetur. Et idem dici de aliis spiritualibus prælatis quo ad temporalia, & similiter de temporalibus dominis quo ad spiritualia, de quo vide Panorm. ian. ubi sup.& Innoc.in d cap.inquisitioni hoc tenentem.

7 SEPTIMO † quæritur, quid iuris de obedientia clericorum secularium in ordine ad suum episcopum? & dico multa. ¶ Primum. Clerici sæculares, prælatis ecclesiasticis indubitanter tenentur obedire ut papæ, eo modo quo dictũ est.§.5.& oĩbus inferioribus prælatis suis, in quantum se extendit eorum superioritas, non autem extraneis; quia sicut non ualet sententia non sui iudicis, ita nec præceptum. de iud. at si clerici. 7. q. 1. quia frater. ¶ Secundum. Si autem episcopus præcipiat sacerdoti, excommunicare illum, quem sacerdos reputat innocentem S.Tho. in quolib. vt ei aliqui imponunt, distinguit: quia si mandatur ei denunciatio excommunicationis sola tenetur ex parte episcopi denunciare, si autẽ præcipiatur ei, ꝙ illum excommunicet, tũc si est notorium illum esse innocentem, debet coram episcopo, innocentiam allegare, & probare:& si in probãdo deficiat, debet obedire, quantuncunq. sciat eius innocentiam: si uero legitimè probet, non debet obedire, sed recurere, si oportet, ad superiorem. Adde tu, ꝙ si ob hoc eum excommunicaret, sententia cõtineret ĩtolerabilẽ erorẽ. Si verò sit dubiũ obedire tenet.23.q.1.quid culpatur. Et ita tenet Sum.Pis.& sequitur Sum.Ros.Sed Supple. & Sum. Ang.dicunt, ꝙ eo casu quo non potest probare, non debeat obedire:& hoc quia supponunt pro uero illud, quod sup. ostensũ est, esse falsum.Iudex.20.§.5.scilicet, quod iudex nõ debet iudicare secundũ probata, & allegata contra ea, q̃ scit, ꝙ falsũ hic adducunt in argumẽtũ, & vlterius: qa, inquit Sum. Ang. habet

habet ſacerdos excuſationem paratam dicen
do,quod cõmittat cognitionem cauſæ,aut ex
cõicet ipſe.Sed dico quod S.Tho. loquitur in
caſu quo nulla valeat excuſatio, aut declina-
tio executionis.Vnde poſito,ꝙ epõ cauſæ co-
gnitionem commiſiſſet & inuentũ eſſet,quod
deberet excõicari & vellet,ꝙ ſacerdos excõi
caret:nihil valeret iſta excuſatio:quia epiſco
pus iniuſte eam cogeret, etiã per excõicatio-
nem, & conſequenter ſacerdos iuſte cogere-
tur exequi,nec peccaret; quia iuridicè exeq̃-
retur.¶ Tertium. Si, epſ præcipiat clerico, ꝙ
det ſuos libros alteri,vel beneficium reſignet
ſecundum Ray.obedire non tenetur;quia nõ
pertinet ad epm hoc præcipere,7.quæ.1.quia
frater,qđ intellige ſine cauſa: ſecus ſi ex cau-
ſa:puta,quia clericus eſt ineptus, & vult dare
idoneo propter bonum eccleſiæ,quia hoc po
teſt.ar.c.cũ apoſtolus.§. prohibemus. de cẽſi.
16.qu.1.prædicator.& de magi.ſuper ſpecula
quod intellige ſi libri de bonis eccleſiaſticis
ſunt acquiſiti,aliter non poſſet.de teſta.requi
ſiſti.& de iure pat.cum dilectus.§. nos igitur.
¶ Quartum. Si epiſcopus clerico imponat vt
Romã adeat pro negotijs eccleſiæ, ſm Rayn.
ita tenetur,nec valet excuſatio dicentis alios
eſſe idoneos magis: quia in talibus legationi-
bus hunc ordinem ſeruare non oportet, ff.de
leg.1.l.ſciendum §. pen. vel allegantis curam
rei familiaris, ſm Hoſt.quia priuatæ vtilitati
cõis præferenda eſt.de poſtul.prę̨la. bonæ. el
1. Non tñ tenetur obedire vt promoueat ne-
gotia cõtra ſeipſum,in d.l.ſciendum.§.ſi accu
ſatio.& facit c.petitio.de iureiu. ¶ Quintum.
Cler.ſecundum Rayn. magis tenetur obedi-
re epõ quam archiepõ,niſi in quibuſdam caſi-
bus, quos habes ſup. Archiepiſcopus in prin.

8 Octavo † quæritur, quid de obedientia
monachi vel religioſi non exempti a iuriſdi-
ctione diœceſani?Et dico,ꝙ tenetur obedire
epiſcopo,ſed non magis,q̃ abbati.85. diſt.ca.
1.& 12.q.1.non dicatis, & hoc indiſtincte te-
nent Sum.Ang.& Roſ.poſt Ray. ſed Panor.in
c.quanto. de offic. ord. melius diſtinguit poſt
Inno.ibidem. quia in criminalibus præfertur
epſ & coram eo debet monachus conueniri,
quia inferiores non cognoſcunt de cauſis cri-
minalibus,vt not. in c. tranſmiſſa.de elect. Et
ſic poteſt intelligi ca.monaſteria.18.q.2. vbi
monaſteria dicuntur ſubeſſe correctioni epi:
ſed,ſi agitur ad correctionem, ſecũdum regu
lam abbas præfertur epõ, & in illis magis te-
net ei obedire,vt no.gl.11.q.3.q̃ reſiſtit.& 23.
q.5.noluit. Vnde poteſt eum abbas corrige-
re, & de monaſterio expellere ſecũdũ regula
ria inſtituta, quia ex quo papa regulã appro-
bauit in qua.ſ. datur poteſtas abbati: ſuꝑ hu-
iuſmodi:voluit obſeruari ea, quæ in illa con-
tinẽtur. Vide ibi multa ad hoc propoſitũ, &
de monachi conuentione. Sanctus autem Th.
in 2 di.44. dicit, ꝙ monachus magis tenetur
obedire abbati, quam epiſcopo in ſtatutis re
gulæ,econuerſo autem in diſciplina eccleſia-
ſtica,vnde obedire non debet epõ vocanti ad
comitatum ſuũ inuito abbate,ſm Hoſ.De hac
etiam obedientia vide aliqua inf.Relig. 6.§.6.

9 Nono † quæritur, quid iuris de obedien-
tia religioſorum exemptorum?Et dico vt inf.
Religio.6.§.6.

10 Decimo † quæritur, quid iuris de obedien
tia eius qui multos habet ſuperiores non ſub
ordinatos:puta, patrem & ducem exercitus?
Et dico quod de monacho in hoc,& de cleri-
co aliqualiter iam dictum eſt in §. priore.de
alijs autem ſciendum eſt generaliter, quod
circa hoc S. Tho. 2. diſt.44. in litera multa di-
cit.¶ Primum. Quando poteſtas inferior ex
toto oritur a ſuperiori, tota virtus eius funda
tur ſuper virtute ſuperioris: & ſimpliciter in
omnibus eſt magis obediendum ſuperiori,
quomodo ſe habet poteſtas Dei ad omnem
poteſtatem creaturæ,& Imperatoris,ad eam,
quæ eſt proconſulis, & papæ ad omnem ſpiri
tualem poteſtatem, quæ eſt in eccleſia: vnde
in omnibus ei magis tenetur obedire, quam
epiſcopis,vel archiepiſcopis,vel abbati abſq;
diſtinctione.Qñ vero ambę tam ſuperior quã
inferior oriuntur ab vna quadam ſuprema
poteſtate, quæ unam alteri ſubdit ſecundum
quod vult,vna non eſt ſuperior altera, niſi in
his, in quibus vna ſupponitur alteris a ſupre-
ma,& in illis tantum eſt magis ſuperiori obe-
diendum, q̃ inferiori quomodo ſe habet po-
teſtas epiſcopi, & archiepiſcopi deſcendẽtes
a poteſtate papæ.Vnde in illis, in quibus ma-
gis obediẽdum eſt epiſcopo, archiepiſcopus
nõ eſt ſuperior,ſed tãtum in caſibus determi
natis a iure,inquib.epiſcopus ad illum recur-
rit.¶ Secundum.Monachus magis tenetur epi
ſcopo quam abbati in ſpectãtibus ad diſcipli
nam eccleſiaſticam, vt dictum eſt:quia abbas
epiſcopo eſt ſuppoſitus,& econtrario in ſpe-
ctantibus ad regulæ ſtatutum.¶ Tertium Spi
ritualis, & ſecularis poteſtas vtraq; deducit a
diuina poteſtate, intellige tamen ordine quo
dam, ſaltem quantum ad confirmationem &
correctionem,ideoq,tantum ſecularis eſt ſub
ſpirituali, inquantum eſt illi a Deo ſuppoſi-
ta,id

ta, id est, in spectantib. ad animæ salutem. Vnde in his magis obediendum est spirituali: sed in pertinentibus ab bonum ciuile econtrario magis est obediendum seculari, secundum illud Matt. 22. Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, nisi forte potestate spirituali etiam secularis coniungatur, vt in papa, qui vtriusq; potestatis apicem, tenet, hoc illo disponentes, qa est sacerdos & tex. hæc ex illo ibi. ¶ Quartum Miles tenetur obedire duci in bellicis tantũ, & seruus in seruilibus, & alius patri in domesticis, & in disciplina, & quilibet suo superiori, secundum rõnem superioritatis. 2.2.q.104. ar.5. & debet miles magis obedire duci in bellicis quam patri: sed in domesticis è cõuerso. 2. dist. 14. arg. 3. ac primum. Et si ponatur casus, ꝙ simul eodem momẽto cõcurrat præceptum vtriusque; cæteris paribus dico obediendum illi, qui imperat in ordine ad nobiliorem finem, vt duci magis, q̃ patri, si æquale sit periculum reipublicæ, sicut paternæ familiæ; quia bonum communius est melius, & consequenter amabilius. Quintum. Si clericus habeat plures iudices ordinarios, quibus æqualiter obedire tenetur: vel si duobus episcopis promisit obedientiam, ſm Host. obediat vtrique, si potest, alias obediat ei, cui primo iurauit: nisi forte ratione maioris beneficij translatus intelligatur, & si habet duo beneficia ex dispensatione obediat ei, a quo habet maius, & vtilius, præcipit. de testam. cum in officijs & c. relatum. el 2. & de postulat. ca. fi. & si omnia sint paria, locus est gratificationi. ff. ad Sillanianum Senatusconsultum, l. si quis in graui. §. si cum omnes. ¶ Sextum. Si vero iudices contraria alicui mandantes sint delegati, locum habet caput, cum contingat. de rescriptis, scilicet ꝙ si talis nescit aliquam inter iudices esse controuersiã, exequatur mandatum primo mandantis: nisi ante executionem innotescat ei de disceptatione: quo casu petat copiam literarum ad eos a papa directarum, quas papa dari mandat, & obediat secundis, si secundæ reuocant primas: sin aũt obediat primis, & si ei đ hoc clarè nõ cõstet, non oportet eum exequi huius, vel filius mandatum donec inter eos huiusmodi concertatio per arbitros sopiatur. De sententijs etiam duorum iudicum, vide sup. delegatus. §. 7.

11 VNDECIMO † quæritur, quid sit magis meritorium, facere aliquid ad præceptum prælati, aut ad dictum fratris? Et dicit S. Th in sexto quolibeto, ꝙ est magis meritorium primum ex genere operis: quia actus primus, est excellentioris virtutis, id est latriæ, quam secundus, qui est amicitię, vel beneficientiæ, ad quam pertinet, quod aliquid fiat ad dictũ fratris. sicut ad latriam, quo colitur Deus, pertinet, ꝙ aliquis obediat prælato, inquantum est Dei minister: inquantum vero ad charitatem, ex qua procedit actus, nihil prohibet magis mereri eum, qui aliquid fecit ad dictũ fratris quia magis meritorius est actus, q est ex maiori charitate, licet sit minor ex genere suo.

12 DVODECIMO † quæritur, vtrum subditus teneatur exequi, & facere quæcunque scit, vel credit esse de voluntate sui superioris vt faciat? Et dico, quod non nisi superior eo intentione ei suam voluntatem manifestet expresse, vel interpretatiue, monendo ex intentione subditum ad exequendum. Hoc enim sentit S. Th. veri q. 23. art. vlt. vbi arguit, quod non teneamur conformare diuinæ voluntati in volito sic. Nam prælato, inquit, tenemur vt Deo. Sed subditus non tenetur velle quicquid scit prælatum velle, etiam si sciat prælatum velle, ꝙ ipse subditus aliquid faciat, nisi expresse ei præcipiat. Ergo a simili de Deo. Ecce argumentum: sequitur responsio, dicendum, inquit, nõ esse simile: quia voluntas prælati non est regula nostræ voluntatis vt diuina, sed eius præceptum. hæc ex illo.

¶ OBLATIO, vide su. Decima, in principio. & §. secundo.

OBLATVS, secundum Pan. in c. non est dubium de regularibus est, qui se, & sua obtulit monasterio habitu non mutato: conuersus vero qui se, & sua obtulit habitu mutato, licet dicatur laicus: quia ad ordines non promouetur, monachus vero hodie est, qui promouetur, licet olim monachi non essent clerici. Et not. secundum glo. 27. q. 1. ut lex, ꝙ isti conuersi oblati magis adstringuntur monasterio quam monachi. Vnde nec etiã causa arctioris religionis, possunt transire ad alia monasteria, quanqaam peccant a superiori licentiam, quia efficiuntur quasi serui monasterij. Sed intellige habitu non mutato: quia, scilicet, non assumit habitum religionis assumit tamen habitum distinctum ab habitu seculari. Pro quo aduerte ex tex. & eod. Pan. in ca. vt priuilegia. de priui. ꝙ oblatus est duplex. s. plenè, & non plene. Oblatus plenè. ſm mentem eius ibi, est, qui se, & sua dedit religioni profitendo tria vota non assumpto habitu religionis. Non plenè vero est is, qui se obtulit, & hoc primo, vel habitu mutato, sic, quod distinguatur ab habitu seculari, vel secundo,

cundo loco mutationis habitus datis suis reb. Vide ibi, quia intricatè loquitur. Et vult, quod primi gaudeant priuilegio personali, & fori: secundi vero neutro. Sed dic, vt sup. Ecclesia primo, §.5. & sup. Excommunicatio 5. §.2.

DE OBLIGATIONE & obligato.

OBLIGATIO est iuris vinculum, quo necessario adstringimur ad aliquid dandũ, vel faciendum. Inst. de oblig. in princip. adde; vel patiendum, quod reducitur ad agere. & sine consensu nulla est. ff. de pac. l. 1. & nemo obligatur, nisi animum habeat se obligãdi. ff. de act. & obl. l. obligationum. la 1. & facit glo. in c. 3. de voto.

1 PRIMO † vero quæritur, quotuplex sit obligatio? Et dico, ꝙ, si distinguatur quantum ad vinculum, quo obligatus est ligatus in foro causarũ, est duplex, s. ciuilis, quæ aut legib. cõstituta est, aut certo iure ciuili comprobata: & prætoria, quã s. prætor in sua iurisdictione constituit. Si vero distinguatur quantũ ad rẽ, ad quam quis ligatur, est triplex. Prima s. naturalis, tantum continens naturalem æquitatem, quæ per vinculum naturale contrahitur, id est consensum: & fieri potest inter omnes capaces rationis: & obligat in foro conscientiæ, vt inf. Pactum. §.4. sed inefficax est ad agẽdum in foro contentioso, nisi vt infr. Pactum. §.3. Secunda est ciuilis tantum: vt cum quis ciuili iure tantum est adstrictus naturali æquitate dissuadente cum teneri, sicut cum quis spe futuræ numerationis fatetur per instrumentum se recepisse centum, quæ tamen nõ recepit. Et hæc non obligat in foro conscientiæ, nisi quatenus quis a prælato cogeretur, secundum Innoc. in c. plerique. de immu. eccl. Tertia est naturalis, & ciuilis simul: vt, cum quis, potens se obligare cum iuris solemnitate, obligat se ad aliquid, quod naturalis æquitas vult illum obseruare: puta, ad soluendum venditori in tempore statuto. Et hæc obligat in vtroque foro secundum omnes Doc. Et de his habetur Inst. de obl. per totum.

2 SECVNDO † quæritur, ex quibus & quot modis contrahitur obligatio tertia? Et dico, ꝙ ex quatuor. Primo scilicet ex cõtractu: puta, emptione, venditione, locatione, & huiusmodi. Secundo ex quasi contractu: vt cum quis gerit negotium alterius sine eius mandato. Tertio ex maleficio: vt, cum quis non directè, seu dolosè deliquit, sed quasi: quia scilicet fuit in culpa: vt cum ex domo eius aliquid est effusum, quod alteri nocuit. Instit. sub diuersis rubricis. Hoc etiam fit quatuor modis. Primo, scilicet re, vt in mutuo, commodato, deposito, & huiusmodi. Secundo verbis, vt in stipulando. Tertio literis, vt, quando quis literis cõfitetur, se aliquid recepisse: quod tamen non recepit. Quarto solo consensu, vt in societate, mandato, emptione, venditione, vel locatione: in quibus nec scriptura, nec præsentia requiritur, sed sufficit contrahentes consentire, per se, vel per nuntium, aut epistolam, secus in alijs, quia vltra consensum requiritur, vel litera, vel res, vel verba, Inst. quib. mod. re contra. obl. & sub alijs rubricis.

3 TERTIO † quæritur vtrum in obligatione generali veniant ea, quæ quis specialiter non fuisset promissurus? Et dico secundum Bart. in l. 1. C. quæ res pign. obl. poss. quod non. Vnde dicit, quod si quis obligauit omnia bona sua, non intelligitur obligasse ea, quæ nullo modo specialiter esset obligaturus: puta, pannos, lectos, & alia supellectilia, sine quibus viuere non possumus.

4 QVARTO † quæritur, vtrum pactum, seu promissio obligent, cum turpitudo tantum versatur ex parte recipientis obligationẽ? Et dicit Pan. in c. debitores, de iureiur ꝙ non & patet ibi, quia promissio de soluendis vsuris nõ obligat promittentem: quia si obligaret etiam naturaliter, solum cogeretur soluere ratione pacti, vt in ca. 1. de pact. sicut cogitur, quando interuenit iuramentum. Et ratio, quia, cũ lex etiam alteri contrahenti resistit, non nascitur obligatio etiam naturalis, vt in l. cum lex. ff. de fideius. & ibi plenè per Bart. Quare autem magis obligetur quis ex iuramento, quam ex promissione, cum Deus inter iuramentum, & simplicem loquelam differentiam nõ fa-

faciat.22.q.5.iuramenti. reſpondet Pano.vbi
ſup,ideo eſſe quia ſimplex promiſſio eſt nul-
la ideoque habetur pro non facta propter tur
pitudinem recipientis. Secus in iuramento,
quia cui fit ſcilicet Deus,non turpiter accipit:
nec iurans peccauit promiſſio enim in homi-
nem,iuramentum vero in Deum dirigitur.

5 QVINTO† quæritur,vtrum adminiſtratores,
vel ambaſiatores non habentes expreſſum
mandatum ad pœnam apponendam, poſſint
obligare ſe conſtituentes ad pœnam quā ap-
ponunt pro obſeruatione promiſſi? Et dicit
Pan.in c.2.de preca.quod ſic.& facit l.bene a
Zenone.C.de qua.præſcrip.& l.ſi procurator
Cæſaris,ff.de iure fiſ.& d.capitu.2. vbi præla-
tus poteſt apponere pœnam, & obligare ſe,
& ſucceſſores,modo contractus ſit rationabi
lis:& c.dilecti.in fi.de arbit. & quod ſcribitur
in c.nulli.de re.eccl.non ali. vbi rector eccle
ſiæ poteſt obligare ſine cōſenſu epiſcopi om
nia bona eccleſię generaliter pro obſeruatio
ne contractus alicuius:quia ſolum ſibi prohi-
betur ſpecialis hypotheca.Quod limita verū
primo niſi contractus non teneret, aut eſſet
nullus,quia contra ius,quia tollitur pęna, ſe-
cus ſi eſſet nullus, quia præter ius: quia tene-
ret pœnę appoſitio.d.c.dilecti.Vide etiam gl.
in capit.acceſſorium.de reg.iur.lib.6. textum
cum glo.in cap.ſignificantibus.de offic.deleg.
Et ſecundo limita niſi pœna eſſet præter na-
turam contractus: vt in d.l.ſi procurator.vbi
non tenetur fiſcus ad duplum vel triplum: li-
cet procurator obligauerit ſe, ſi euinceretur
res,quam vendidit. Secus quando pro obſer-
uantia contractus opponitur. vt in d.l. bene
a Zenone.

6 SEXTO† quæritur vtrum pater obligetur ex
contractu filij?Et dicit Ioan.de Pla.Inſt.quod
cum eo.§.in rem,quod ſic,ſi verſum eſt in vti
litatem patris:puta,quia mutuo accepit pecu
niam, vt ſe veſtiret ſecundum conueniētiam
ſuam,& huiuſmodi.l.3.§.Labeo idem, ff.de in
rem verſo.& d.§.in rem.Si vero non eſt ver-
ſum in vtilitatem patris,ſed potius mutuo ac
cepit,vt faceret pompas,vel luderet;& huiuſ
modi: non tenetur pater pro filio, nec domi-
nus pro ſeruo.l.ſi ꝙ ſeruus.l. ſed ſi accepit.ff.
de in rem ver. niſi iuſſu eius feciſſet.l.1.ff.qđ
iuſſu. Si tamē haberet pompas,teneretur red
dere creditori.l.3.§.ſed ſi rem.ff. de in rē ver.
Similiter tenetur pater, ſi habet peculium fi-
lij,deducto tamen prius, ꝙ ipſe pater in dicto
peculio,dēt habere.l.ſed ſi damni.§. peculiū.
ff.de pec.Idē dic de mercatoribus,qui præpo-
nunt inſtitores,quod tenentur de contractib.
factis nomine ipſorum,ff.de inſtit. per totum
quia videntur contrahere cum præponente
qui contrahunt cum præpoſito.l.ſi inſtitorē,
ff.ſi cert.pet. Idem in exercitore nauis,l.1.in
prin.ff.de exer.actio.

7 SEPTIMO† quæritur,vtrum is,pro quo quis
agit negotia eius vtiliter,obligetur eidem?Et
dico quod ſic arg.l. cum pecuniam.ff. de neg.
geſt.& quod no.gl.cum text.in l.quæ vtiliter.
ff.eo.& l.ſed ſi ideo.ff.ſol.mat.

8 OCTAVO† quæritur, vtrum obligatus lege-
re duobus annis, & ex aliqua cauſa impedi-
tus non fecit,teneatur legere alijs duobus ſe-
quentibus?Et dicit Pan.in ca.ſignificauerunt,
de iudic.quod non, etiam ſine culpa ſua: quia
currit tempus, nec poterit pro tempore ſe-
quenti ſalarium petere, & generaliter electo
ad officium temporale, quod exercere nō po
teſt etiam ſine culpa ſua,currit tempus,& nō
poteſt tempore ſequenti officium petere, &
ratio, quia hic interueniunt operæ perſona-
les, quæ aliæ ſunt illorum duorum annorum
præcedentium, & duorum ſequentium, cum
mutentur curſu temporis, vt in l. ſi non ſor-
tem §. libertus, ff.de condit.indebit. ad quod
etiam facit l.ſi vſusfructus in biennium.ff. de
vſufruct. vbi finito tempore finitur ius.vt ſu.
Delegatus §.vlt.idem voluit Bar.in dictis ter-
minis in l.& ideo hæſitatur,ff.de verbor.obli.
Secus vbi factum, ad quod quis tenetur,non
diuerſificatur ex tempore quia elapſo tempo
re, ad quod tenetur integratur tempus, vt in
d.l.& ideo.

9 NONO† quæritur,vtrum obligatus teneatur
ſtatim?Et dicit Pan.in c.licet Heli.de ſimo.qđ
aut dies eſt appoſita obligationi;& tunc ſi ſūt
eiuſdem fori reus & actor, tenetur reus ſine
interpellatione offerre, & adire domū eius,
quia dies interpellat pro homine,c.potuit. de
loca.& l.magnam.C.de contrahen.& commi.
ſtip.Si vero non ſunt eiſdem fori non tenetur
reus ſpōte ire ad forum, vel domum alterius,
ſed dicat in domo ſua paratus ſum ſoluere, ſi
ſit qui recipiat, & ſufficit, iuxta not. in l.item
nulla.ff.de conſti. pecu.& ibi Bart. & Alb.in l.
iubemus.C.de epiſc.& cler.quod no.pro limi
tatione cap.potuit,de loca.& intellige niſi a-
liud ſit ſpecialiter in pacto. Aut dies non eſt
appoſita, & ſic requiritur monitio, vt in l. ſi
ex legati cauſa,ff.de verb.obl.vide ſup.Mora.
§.1.& 4.& inf.Solutio.§.vlt.

10 DECIMO† quæritur,vtrum abſoluere poſſit
papa,ab obligatione, qua quis alteri tenetur,
vide

vide ſupra Iuramentum, 5.§.2.

11 VNDECIMO † quæritur, vtrum obligatio diſſoluatur termino aduenientе? Et dicit Pan. in c. ſicut ex literis, de ſponſ. capiendo mentẽ Gof. quæ placet d. Anto. & eſt amica veritati, ꝙ aut terminus apponitur ad ſolicitandum obligationis implementum: & tũc lapſus termini non liberat ab obligatione, arg. l. obligationum. la 2. §. placet. ff. de act. & obl. & arg. c. cum dilecti. de dolo & contu. & l. Celſus. ff. de arb. Et tunc apponitur ad ſolicitandum implementum, quando apponitur contractui iam perfecto: puta, ſi contraxit quis ſponſalia, & poſtea promittit, ꝙ intra certũ tp̃s ducet eã: non diſſoluitur elapſo termino. Aut termin⁹ apponitur ad finiẽdam, ſeu limitandã obligationẽ, & tunc lapſus termini liberat obligationem, ſi per promiſſorem nõ ſtetit quin adimpleret in termino. Et iſto modo dr̃ appoſitus qñ apponitur ad ſolicitandum principiũ contractus: puta, ſi promiſimus adinuicem tali tẽpore conuenire ad contrahenda ſponſalia, elapſo termino liber eſt, per quem non ſtetit.

12 DVODECIMO, † quæritur, vtrum obligatio ſemel extincta poſſit inſtaurari? Et dico quod non, text. eſt in l. cum ex cauſa. C. de remi. pig. ſed oportet aliam fieri ſi debet ineſſe. De materia etiam obligationis vide inf. Pignus, §. 2. & inf. Ordo. 1. §. 3. item Ordo. 4. §. 3.

DE OBSIDE.

1 *Obſes quis dari poſſit, & à quo. nu. 2.*

OBSES videtur eſſe homo traditus alicui pſonaliter in ſecuritatem factæ promiſſionis, & eſt duplex. ſ. propriè dictus, vt q̃ eſt datus ab hoſtibus, perdens libertatẽ, nec potens facere teſtamentum, aut diſponere, ut liber quomodo loquitur. l. obſides. ff. de teſt. & impropriè: vt datus ab vna ciuitate, vel nobili, alteri ciuitati, vel nobili; non perdens libertatem, nec factus proprie obſes vt ſtet in certo loco donec impleatur promiſſum. ut not. Car. in d. l. obſides. & facit quod not. in c. ex reſcripto. de iureiur.

1 PRIMO † verò quæritur, quis poſſit dari obſes? Et dico ꝙ dari poteſt etiam liber homo pro pace ſeruanda, non pro pecunia. d. ca ex reſcripto. & ad item ar. d. l. obſides. & l. diuus. ff. de iu. fiſ. Et quod dr̃ extra, de pig. c. 1. & C. quæ res pig. ob. poſ. l. qui filios, liberum. ſ. hominẽ, non poſſe obligari pignori, intelligitur ꝙ non poteſt ſic, ut in eo, ſit ius pignoris: ſecus ius retentionis, ſm̃ glo. in c. ut pridem, §. item eiſdem. 23. q. vlt. & in ca. expoſita, de arbit. Et ſicut pater etiam poteſt uẽdere filium ratione famis, ſic obligare. C. de pat qui fil. diſtra. l. 2. & ſimiliter redemptus ex captiuitate tenetur ſeruire quinquennio, niſi pretium ſoluat. C. de poſt reuer. l. vlt.

2 SECVNDO † quæritur, a quo poſſit quis in obſidem dari? Et dicit Arch. poſt Pan. in cap. ex reſcripto de iureiur. ꝙ ab Imperatore ſuis hoſtibus, & è contrario, quo caſu eſt obſes proprie, & quaſi ſeruus, ideoq; teſtari non ualẽs ſine licẽtia principis: ut in d. l. obſides, & ſimiliter ab aliis principibus habentibus iura principis, ſeu ius indicendi bellum. Ab aliis autem inferioribus an dari poſſint huiuſmodi veri obſides, Bar. remitit ad d. c. ex reſcripto. & glo. in l. 2. C. de par. qui fi. diſtra. dicit, quod non, licet de facto ſit vſurpata. Et idem Pan. qua immutare ſic ſtatum hominis, ut perdat libertatem, eſt ſolius principis. Et ſi inter priuatos datur obſes non proprie, vbi non interuenit iuramentum, non tenet obligatio, quaſi. ſ. ille teneatur ſtare in certo loco, & inde non diſcedere, quia hoc vr̃ quaſi quidam carcer priuatus; quem modo miro iura deteſtantur. C. de carcer. pri. l. 1. ſed ſi interuenit iuramentum, talis poteſt ad iuris obſeruantiã compelli, ut. ſ. ſtet in loco vbi conuentum eſt: non tamen debet inuitus detineri, quia nõ tenet iuramentum, vt poſſit quis inuitus detineri, cum ſit contra bonos mores. de reg. iur. nõ eſt obligatoriũ. li. 6. Clerici autem ſeculares per papa dari poſſunt in obſides proprie arg. c. cuncta. 9. q. 4. ſed non per epiſcopos in obſides proprie, nec ut monachi per Abbatẽ id eſt, large: quia non ſunt ei ita adſtricti, nec poterant inuiti detineri ſine pęna excommunicationis, licet a principio aſſenſerint, nec p̃t in hoc epiſcopus diſpenſare. arg. c. ſi diligenti. de fo. cõpet. Monachi vero indubitãter dari poſſunt a papa, arg c. per principalem. 9. q. 3. ſed ad Abbate poſſunt dari pro neceſſitate, & vtilitate monaſterii, non quidem in obſides proprie, ſed large etiam inuiti; cum eius uoluntati reſiſtere non poſſunt, vnde & detineri poſſunt inuiti de conſenſu Abbatis, non autem eo inuito, quia habent beneficium. cap. ſi quis ſuadente 17. q. 4. vide Pan. vbi ſupra quia materia eſt intricata.

OCCASIO & cauſa differunt, ut patet in c. ſolite. de maior. & obed. in princip. & quantum colligitur a S. Th. 2. 2. q. 43. art. 1. ad tertium. & 4. diſt. 48. q. 2. art. 1. ad quartum & cauſa eſt cauſa ſufficienter concurrens ad aliquem effectum in genere ſuo, ſ. finaliter, effectiuè, materialiter, aut formaliter, occaſio

verò est causa insufficiēs,& est duplex,vt dicit in 4.quolib.q.12.f.data,& accepta. Vel, vt dicit Lan.sub aliis verbis,est duplex, scilicet actiua,vt cum quis est quasi coadiutor in peccato,cuius scilicet sola voluntas est causa sufficiens:vel aliquid indebitum facit,vnde alius accipit exemplum & occasionem malè operandi:& passiua,vt quando quis facit,quod debet,& inde alius accipit occasionem peccati. Prima,s̄m Landul.est peccatum, si sit occasio peccati, & tale,quale illud cuius est occasio. Secunda verò non est peccatum. Sed intelligo,ꝙ occasio actiua peccati mortalis sit peccatum mortale tripliciter; primò, s.quando ipsum peccatum alterius est inuentum: secundò quando sine causa quis dat occasionem talem, ex qua probabiliter credit aliquem inde peccaturum mortaliter,quia est contra charitatem: sicut si quis sine causa alium læderet, & corporaliter:secus si ex causa, vt si mulier se ornet sobriè secundum morem patriæ, & sic aliquis peccet:quia tunc est occasio accepta.Tertio quando quis non credit, sed dubitat & paruipendit:quia sic exponit Pet.de Tarand. illud Aug. Nihil est adeo veniale, quin fiat mortale,dum placet, scilicet salute proximi contempta inf. Scandalum.

OCCVLTVM dicitur dupliciter secundum Pan.in c ex literarum de temp.ord.in c. vestra.de cohab. 1 Primo ut distinguitur contra probabile,& sic est illud quod probari nō potest:vnde iudicio Dei relinquitur.32.dist.erubescant 6.q.1.si omnia. & facit l. duo sunt Titij.ff.de test.tu.& 2 secundo vt distinguitur contra notorium,& sic occultum est,quod aliqua tergiuersatione celari potest,licet aliq̄ sciant. Penè occultum verò est,quod probari quidē potest,sed cum difficultate:vnde ly penè,minuit,sicut & ly quasi de confirm. vtil. c. cum dilecta.hoc ex illo. Vide sup. Manifestum, & sup. Notorium.

ODIVM,secundum S.Thom.1.q.29.est dissonantia appetitus animalis,aut rationalis ad apprehensum,vt disconueniens:sicut amor est consonantia eiusdem ad conueniens. Vnde in hoc differt odium ab ira,ꝙ odiū alicui appetit malum absolutè: ira vero in quadam mensura sub ratione iusti,& punitionis; vnde ira cessat ad mortuos.1.2.q.46.& ad grauiter læsos. 1.2.qu.47. quia iam videtur facta vindicta: secus de odio. ¶ Est autem odium Dei peccatum mortale grauissimum.2. 2. qu. 34. & similiter odium proximi est peccatum mortale per se loquendo, quia opponitur charitati; vel quia non facit illi quod facere tenetur: vel facit quod non facere tenetur: quorum opposita charitas facit. Per accidens tñ s̄m doctrinam S.Th.est veniale:primo propter actus imperfectionem:vt quia non est cū deliberatione voluntatis. Secundo propter exiguitatem obiecti, vt quia proximo optat malum,sed exiguum,& non notabile. Tertiò quando non fertur in naturam,vel gratiā fratris immediatè,sed in vitium:quia hoc pertinet ad fratris amorem,quem vult magno malo carere, id est peccato. Quartò,quando fertur immediate in naturam, sed non vltimatè: vt quia vult quis alicui malum propter bonū, puta vt corrigatur. Colliguntur hæc sparsim à S.Thom. in diuersis locis.

ODIOSVM dicitur quasi odio plenum. Quomodo autem debeat fieri interpretatio in odiosis,& fauorabilibus,& ꝑmiscuis vide per Doct.in regula odia.de reg.iu lib.6. Et adde, ꝙ vbi in constitutionem concurrit fauor,& odium,magis attenditur fauor,secū dum Pan.in c.non dubium. de sen.exc. quod limita secundum Dyn. in regula odia. nisi ex parte odij sit ius, & fauor publicus: ex parte fauoris priuatus.

DE OECONOMO.

1 *Oeconomus,qui & idem syndicus dicitur,clericus, non laicus esse debet.*

2 *Actor, procurator, & syndicus, seu œconomus in quo differt.*

OECONOMVS † est,cui res ecclesiastica gubernanda mandatur,dist.89.quia in quibusdam,& est idem œconomus ꝙ syndicus:& debet esse clericus,non laicus,ut in d. c. & in c.iudicatum.ibid.& in c. quoniam in quibusdam.16.q.7.de quo dic.inf. Laicus.§.1.

SED † aduerte,ꝙ dr̄ia sit inter actorem procuratorem,& syndicum,seu œconomum,secundū gl.in c.erga episcopū.2.q.7.quia actor constituitur à non domino, & authoritate iudicis, & ad præsentes lites tantū, procurator vero semper a vero domino constituitur, siue ad vnam litem,siue plures, siue præsentes, siue futuras: syndicus vero siue œconomus ab vniuersitate constituitur, siue a collegio. & ad vnā causam, & plures, & præsentes,& futuras,& authoritate ep̄i.de iurisd.cal.cap.Imperatorum.in fi.Cano. tamen omnes administratores ecclesiæ uocantur procuratores. 1. q.3.Saluator.& ibi vide gl.& in d. c. Imperatorum.vbi Pan.dicit,quod si ad vnam certam causam solum constituitur,& potest fieri sine authoritate superioris:alias non.

¶Officivm, vide sup. Dignitas. §. 4.

Olevm sanctum in die cœnæ Domini per episcopum cõsecratum est triplex. ¶Primum & principale dicitur sanctum chrisma, quod de oleo, & balsamo conficitur, quo benedicuntur fontes baptismales, & calix, ac patena, ecclesia, altare, & puer baptizatur in vertice, & in fronte: & episcopi, quando consecrantur, in manibus & in capite, & omnes fideles, cum chrismantur. Quod quidẽ oleum annuatim consecrandum est, & innouandum. de conse. dist. 4. si quis de alio. & peccatum est vti alio quam nouo. vt ibi. ¶Secundum est oleum catechumenorum, quod dicitur oleum benedictum, siue sanctum, quo inũguntur baptizandi inter scapulas, & in pectore, & manus sacerdotis, cũ ordinatur, & principes, ac reges in brachio, & humero, & ecclesia, ac altare ante chrismationem. ¶Tertiũ est oleum infirmorum, quo inunguntur infirmi in extrema vnctione, vt de sac. vnc. c. vnico. Primum solum in die cœnæ potest confisci. de consec. dist. 4. omni tempore. de sent. ex com. quoniam. lib. 6. de alijs duobus non inuenitur prohibitum ¶Vtrum autem oleum non sacrum additum sacro fiat sacrum: dic, vt supra. Aqua benedicta, quod sic. Ex prædictis elicitur, non esse illicitum inũgere oculos cæci sacro chrismate, vt videat: quia licet non liceat vti sacramentis alio fine, quam sint instituta, materia tamen sacramentali licitum est vti aliter quam in sacramentis: sicut aqua baptismali, de cuius substantia non est, quod sit benedicta, vtimur non solum in baptizando, sed in bibendo, & sancto chrismate non solũ in confirmando, sed etiam in consecrando episcopos, &c. de sac. vnc. c. vnico. Puto tamen, quod non liceat nisi pro re magna & ardua, & per episcopum, vel alium, de licentia papę, quia aliter esset irreuerentia magna, si hæc passim fierent.

Omissio non requirit aliquem actum, sed consistit in sola negatione actus debiti. 2. distinc. 35. & 2. 2. q. 71. & non habet rationem culpæ, nisi secundum quod opponitur præcepto affirmatiuo, ideoque nõ est peccatum, nisi tempore, pro quo illud obligat, quo iterato iteratur peccatum 2. dist. 22. q. 2. arg. ad quartum. 1. 2. q. 7. & 22. q. 89. verique. 2. quæst. 24.

DE OPINIONE.

1 *Opinio doctoris an excuset.*
2 *Opinioni cui sit adhærendum, vbi est varietas.*

Opinio, vt innotescat, secundũ est ex S. Thom. 2. 2. q. 1. art. 4. ꝙ intellectus alicui dupliciter assentit, primo, quia ad hoc mouetur, scilicet sufficienter ab ipso obiecto, siue aliud sit per seipsum cognitũ, vt patet in primis principijs, quorum est intellectus: siue ꝑ aliud, vt patet de conclusionibus, quarum est scientia, secundo non quia sufficiẽter moueatur ab obiecto proprio, sed per quandam electionem voluntariè declinans in vnam partẽ magis quam in aliam, quod si fit cũ dubitatione, & formidine alterius partis erit opinio, si vero fiat certitudine absque tali formidine, erit fides. hæc ex illo. Ex, quibus patet. quid sit intellectus, quid scientia, quid fides, & quid opinio. Quid autem sit dubitatio, habet supr. Dubium & quid scrupulus infr. Scrupulus. Et sic habetur horum differentia, quia intellectus, & scientia sunt cum certitudine, & euidentia rei intellectæ, & scitæ, etiam in particulari, fides vero est cum certitudine, quia innititur testimonio Dei infallibili; sed sine euidentia rei creditæ in particulari, licet sit euidens in vniuersali, vtpote quia fideli, ex multis coniecturis librorum, & rerum euidenter constat, quod vera sit fides Christi, licet particulariter non videat, quomodo duæ naturæ diuina, & humana subsistant in vna persona. Opinio vero neque euidentiam neque certitudinẽ hẽt, sed credulitatem fundatam in humana rõne insufficienti tamẽ, & non concludẽte necessario, sed probabiliter pro vna parte, & non pro alia. Dubitatio vero nullum horũ habet, neque euidentiam, nec certitudinẽ nec rõnem probabilem ad alterã partem tantum, sed ad vtraq; æqualiter, vel quasi, aut ad neutram. Scrupulus aũt plus aliquid credulitatis habet q̃ dubitatio, & minus q̃ opinio, cum sit credulitas ex leuibus coniecturis, quæ idẽ est, quod suspicio vide sup. Credulitas, quia tamen opinio mediat inter duo, in ea sunt duo gradus, secundum quod plura, vel pauciora magis & minus probabilia media occurrunt. Ideo quædam opinio dicitur certa, & firma quædam vero opinio simpliciter.

1 Primo† vero quæritur, vtrum sequens opinionem Doctoris alicuius non subtiliter inuestigatam, quæ deinde apparet falsa, siue quod idem est, vtrum adiutores diuersorum magistrorum tenentium diuersas opiniones, quarum. s. altera necessario est falsa, excusentur si sequantur opiniones suorum magistrorũ; Et dico, ꝙ de hoc videntur esse opiniones, & non sunt. Nã S. Th. in quolib. dicit, quod excu-

ſantur, ſi illæ opiniones non pertinent ad fidem, aut bonos mores: aliàs nullus excuſatur ſi contra manifeſtum ſcripturæ teſtimoniũ. vel contra illud, quod publicè tenetur ſm authoritatem eccleſiæ opinionem erroneam ſequatur magiſtri alicuius ex ignorantia: alioquin non peccaſſent Arrij, & aliorum hæreſiarcharũ ſequaces, nec excuſantur ſimplicitate in aliquibus: quia in dubijs eſt facili præſtandus aſſenſus: ſed potius. vt dicit Auguſt. de doc. Chriſtiana conſulenda eſt regula fidei, q̃ de planioribus ſcripturis, & eccleſiæ authoritate percipitur. Hæc ex illo. Pan. vero in c. capellanus. de feri. dicit, ꝙ ſequens opinionem alicuius Doctoris non ſubtiliter inueſtigatã, quæ poſtmodum apparet falſa, excuſatur a peccato quandiu non apparuerit falſa, & facit gl. iuncto tex. in ca. vnico. de poſtul. præla. lib. 6. & in c. fi. de ſpon. duo. & in c. cum venerabilis. de conſuet. & l. regula. & quod ibi no. ff. de iur. fac. & ignor. & quod no. Innoc. in ca. per tuas, el 2. de ſimo. & gl. Gof. Tanc. in d. ca. capellanus. & quod no. Oldr. in l. quæſitũ. ſ. ꝙ ſequens opinionem ſui Doctoris excuſatur ab impenſione expenſarum: quia probabiliter quis ſequitur opinionem ſui Doctoris. l. dicere. §. vnde videndum. ff. de arbi. Iſtæ autẽ opiniones non ſunt contrariæ, ſed ex vtriſq; elicitur completa veritas: quia vtraque loquitur in ſpectantibus ad fidem aut mores. S. Th. dicit, ꝙ tales non excuſantur in his, quæ ſunt manifeſtè, & clarè determinata alicubi: quo ẽt modo ſm Arch. intelligitur cũ dicit, quod in opinionibus faciens contra verũ, licet non contra conſcientiam, non excuſatur a præcepto: puta, in hñdo plures ꝑbendas, quia facit contra legem Dei, aliàs, inquit, contradiceret ſibi in eodem libro, quod non eſt credẽdum. & eſt verum quia in talibus non excuſat ignorantia. Pan. vero loquitur in obſcuris; & eſt verũ oppoſita ratione dicente Mon. ꝙ nõ generatur aliquod præiudicium veritati, cum inter diuerſas opiniones a magiſtris approbatas, & ſcripturis authenticis annotatas, illam quis amplectitur, quæ ſibi vr̃ magis conſona rationi. Et hoc intellige non ſolum quando quis facit quod in ſe eſt, vt intelligat veritatem, quia talis etiam in manifeſtè determinatis excuſaretur cum laboret ignorantia pro tunc inuincibili: ſed etiam cum quis in affectione ad ſuũ Doctorem iudicat probabiliter, vt ſibi videtur eſſe verum, quod eſt falſum. Nec obſtat, quod in dubijs tutior opinio eſt eligenda: de ſpon. iuuenis quia non eſt in dubio, quę probabilibus rationibus flectitur ad vnam partem. Nec quod incertum dimittendum eſt, & certum tenendum. de pœn. diſt. 7. ſi quis. quia tenet iſte certum ſibi mortaliter: cum in moralibus ſufficiat certitudo ex probabilibus, ſecundum Philoſophum. 1. Eth. vnde ſi Ioachin tenuit contra fidem. de ſum. Tri. damnatus, & non fuit hæreticus: quia talis articulus nondũ erat per eccleſiam damnatus multo magis excuſatur ſequens opinionem docto. non reprobatam cum voluntate non adhærendi, ſi vera non apparet.

2 Secvndo † quæritur, cui opinioni ſit adhærendum, vbi eſt varietas? Et diſtinguo. Nã aut vna tantum opinionum habet pro ſe legem, vel antiquam, & probatam conſuetudinem, alia non, & tunc illa eſt præferẽda, quia minime mutanda ſunt, quæ certã ſententiam ſemper habuerunt. l. minime, ff. de leg. Aut nõ eſt lex, nec conſuetudo pro aliqua ipſarum, vel eſt pro vtraque: & tunc debent concordari: vt dicatur, vnam in vno, & aliam in alio caſu obtinere, ſi fieri poteſt, vt in c. literas, de reſt. ſpol. 25. q 2. §. his ita rñdetur. de cogna. ſpir. c. 1. quia conueniens eſt iura iurib. concordare. de elec. cum expediat. l. 6. & l. vnica, C. de inof fic. dot. & l. præcipimus. in fin. C. de appe. Et ſi cõcordari non pñt, cõis opinio ſequenda eſt: quia in cauſa dubij pro multitudine præſumẽdum eſt, ſecundum gl. in ca. fin. de pœn. d. 1. & communis opinio Doctor. inducit probabilẽ errorem. Pro quo vide tex. iuncta gl. in c. vnico, de poſtu. præla. lib. 6. & facit text. in l. 2. ff. de iur. & fac. igno. & not. Bart. in l. de eo. C. de pę. iud. qui ma. iudi. & in l. precibus. de impube. & alijs ſub. Hoc tamen limita verum, ſecũdum Gem. in ca. 1. de ſum. Trin. lib. 6. niſi vera & certa ratio contraria aſſignetur. & in idem redit limitatio Io. And. in c. 1. de conſt. ſcilicet niſi notoriè malè dicat, vel rationabiliter cõuinci poſſit, quod bonus iudex acutiſſimi ingenij æſtimabit. & facit l. 1. C. de vet. iu. enu. vbi dr̃: Sed neque ex multitudine authorum quod melius & æquius eſt iudicato, cum poſſit vnius, & forte deterioris, ſententia multos in aliqua parte ſuperare, quod menti commẽdandum eſt: quia iudex poteſt interpretari legem, ſeu canonem, quo ad cauſam vertentem coram eo, vt notabiliter dicit Innocent. iure. cum ſpeciali. de appel. Eſt autem communis opinio, ſecundum Iaco. de Butr. quando cum opinione gloſ. eſt aliquis ſolemnis Doctor, & bonæ conſcientiæ poteſt illum iudex ſequi. ſicut faciunt iudices eccleſiaſtici, maxime in-

cau-

causis matrimonialibus. Et hæc not. contra iudices amatores nouarum opinionum, quia ſm Bald.in d.l.fin.C.de poe. iud. iudex tenens nouas opiniones dicitur propter imperitiam facere, & de imperitia punitur: &, qui, quærunt casus singulares dimittẽtes regularia, cadunt in latam culpam, secundũ Salic. per ea, quæ habentur in l.latæ culpæ.ff.de verb.sign. Si autem nõ apparet quæ sit opinio communis, sed pro vtraque sunt famosissimi Doctores: iudex sequendo aliquam earum non tenebitur in simili casu, secundum quod voluit Inn.in c.ne innitaris. de const. quem sequitur Bar.in l.fi.C.de pę.iud. qui male iud. ꝙ verum dicit, ſm Inn. quantum ad hoc, vt non puniat in foro seculari, secus tamen in foro consciẽtiæ: quia debuit eligere eam: quæ validiorib. rationibus firmatur: argu. Institu. de empt.& vend.§.item pretium, C.de edi.diui Adr. tol.l. edicto. maximè si talis opinio sit subtilior: vt dicit text.in cap. capellanus, de fer. Et si vna innititur rigori scripto, reliqua verò scriptæ æquitati, præponitur æquior.de re.permut.c. vnico lib.6.& l.placuit.C.de iud.& per Cyn. in l.1.C.de legib.& l. benignius.ff. de legibus, & tenet Pau.in cle. Romani. in prin.de elect. quod tamen fallit in odium Iudæorum, contra quos rigor præfertur æquitati de Iudic. c. 2. Et dr̃ benignior ea, quæ fauet iuramento, testamento, liberati, matrimonio, religioni, & sacramento. arg.ca.fin.de cogna.spi. & l. sunt personæ.ff.de relig.& sumpt. fun. & similiter ea, quę soluit, benignior est ligante.de reg.iu. odia.lib.6.l.Arrianus.ff.de act & obl. Et si doctores contraria opinantes sunt antiqui, & moderni præponuntur antiquis, quia temporis diuturnitas videtur aliquam authoritatem attulisse, nisi ex nouis rationibus, & causis aliud sentiatur, quia aliquando intellectus iunioris est perspicacior. l. Gallus, ff. de lib. & posth.dist.63.§.verum. Si vero sunt Theologi, & Canonistæ, vel Legistæ, præferunt. Theologi in materiam iuris diuini veteris, & noui, Canonistæ verò in materia canonica, & Legistæ in legali. Si verò sunt ex quatuor Doctoribus ecclesiæ, in subtilitatibus, quæstionum non textualium, maximè anagogicarum pręfertur Augustinus, in textualibus Hieronymus, in allegatoriis Ambrosius, & Gregorius in moralibus, quia quilibet horum quatuor in aliquo ex quatuor sensibus scripturæ dicitur præminere. Si verò sit inter Papam, & Concilium, secundum Sum. Ang. in his quæ sunt fidei cõcilium pręponitur, quia orbis maior est vrbe. Sed tu dic verum esse, si papa sit hæreticus: alias non, vt inf. Papa.§. 4. & sup. Fideles, §.7. Qũo aũt orbis sit maior vrbe, vide in d.§. 4. Ideo dico, quod in spectantibus ad fidem, & mores, & in omnibus papa præfertur concilio, quãdiu est caput, idest, non depositus per manifestam hæresim, iuxta dicenda.inf. Papa. in d.§.4.& hoc si papa loquatur authoritatiue tanquam Papa, & non tanquam Doctor. Qđ autem dicit Pan.& glo.20. distin. c. 1. dictum vnius sancti adiutum authoritate diuini iuris præualere interpretationi papę, nõ est verũ: qa in dubiis doctrina ecclesiæ Romanæ, quæ principaliter est in papa, est regula fidei, & ad ipsum pertinet huiusmodi dubia determinare, vt sup. Fides, in d.§.7. præualeret tamen extra dubium in manifestis: puta, si papa aliquid quid assereret contra scripturam.

DE ORATIONE.

1. *Orare ad quid expediat.*
2. *Orare cui sit conueniens.*
3. *Orandi qui sint a nobis.*
4. *Orare pro quibus personis, & pro quibus rebus conueniat. & nu.5.*
6. *Oratio qualis esse debeat, ut exaudiamur.*
7. *Orationis quis sit effectus.*
8. *Oratio an cadat sub præcepto.*
9. *Orationis Dominicæ efficacia, & intellectus.*

ORATIO multipliciter definitur, & plerunque definitiones benè non intelliguntur. Vnde, vt bene innotescat, sciendum est primo, ꝙ virtus aliquãdo habet partes. 2.2 q.48.art.vlt.s. integrales, i. ea quæ necesse est concurrere ad perfectum actum illius, & subiectiuas, i. species eiusdem, & potestatiuas, quæ sunt virtutes quædam adiunctæ illi ordinatæ ad aliquos actus secundarios, vel materias quasi non habentes totam potentiam illius virtutis. ¶ Sciendum est secundo quod oratio dupliciter sumitur. 2.2.q.83. artic. vltimo. ad secundum primo scilicet communiter, idest, vt quoddam totum includens multas partes, & secundo, ut contra alia diuiditur. Igitur primò modo sumendo verissimè, vt dicit in 4. dist.15. diffinit Damna. dicens, ꝙ oratio est petitio decentium a Deo. Partes autem eius quasi integrales sunt quatuor secundum Apostolum assignatę, secũdum quatuor necessaria ad actum orationis, scilicet oratio, qua ad Deum acceditur, quæ est eleuatio mẽtis in Deum. petitio, quæ significatur nomine postulationis, siue petitionis, qua aliquid proponitur Deo ad obtinendum, obsecratio, id est ob sacra precatio, quæ est ratio impe-

trandi ex parte Dei, vt cum dicitur, per nati-
uitatem tuam libera nos domine, & gratiarũ
actio, siue laus, quæ est ratio impetrandi ex
parte petentis: quia, de acceptis beneficiis gra
tias agentes, meremur accipere potiora, quæ
quatuor aliquãdo est videre in collectis, sicut
in ea, quæ est Trinitatis, dicitur omnipotens,
quo ad orationem, qui dedisti, quo ad gratia-
rum actionem, præsta quæsumus quo ad po-
stulationem, & per dominum nostrum, quo
ad obsecrationem. Partes verò subiectiuæ su
muntur secundum ea, quæ petuntur, vel etiã
secundum modos petendi, & sic sunt tres, sci-
licet supplicatio, qua petitur aliquid indeter
minatè: puta, iuuari a Deo, postulatio, qua pe
titur aliquid determinari, & insinuatio, quia
solum factum narratur, vt, ecce, quem amas
infirmatur. Ioan. 11. Et solum his tribus, quæ
sunt species conuenit definitio orationis, id
est esse petitionem decentium a Deo non au-
tem aliis, quia sunt partes integrales. hæc ex
illo.

1 PRIMO † verò q̃ritur, vtrum expediat orare?
Et dico indubitate, ꝙ sic, licèt circa hoc fue-
rint multi errores, quos S. Tho. eliminat. 2. 2.
vbi supr. non tamen oramus, vt ibi dicitur, vt
mutetur diuina dispositio, sed ut impleatur,
vt. s. obtineamus, quod Deus vult dare, & pre
cibus obtineri. Vnde secundum hanc doctri-
nã orare est quasi applicare causam effectui,
sicut, qui plantata arbore fructus procurat.
Vel dicendum est, ꝙ oramus, ut Deus, faciat
aliquid, quod facere potest, & omittere: quia
sicut olim ante quam faceret mundum, erat li
ber, vt faceret, ita modo liber est contraditio
ne respectu omnium futurorum. De hoc in
quæstionibus aureę Ros. in festo S. Trinitatis.

2 SECVNDO † quæritur, cui sit conueniens,
vel etiã vtile orare? Et dico multa. ¶ Primum.
Diuinis ꝑsonis nõ conuenit orare, ſm S. Tho.
2. 2. q. 4. vbi supr. quia oratio fit ad superiorẽ,
quem nõ habent, licet filius orauerit ſm hu-
manitatẽ, qua est patre, imo seipso minor, &
modo ẽt orat pro nobis, vel petẽdo, vel osten
dendo patri humanitatem cũ misteriis eius, vt
dicit S. Th. Ro. 8. Non dicimus tñ, Christe ora
pro nobis, sed miserere: quia supponit suppo
situm æternum, vt dicit in 4. ¶ Secundum, San
ctis, qui sunt in patria. etiam angelis, com-
petit orare: secundum S. Th. in 4. dist. 15. q. 4.
art. 6. q. 2. non pro se, quia omnia eis succe-
dunt ad votum, sed pro nobis: Dicit tamẽ in
2. 2. ꝙ orant pro gloria corporis, quæ illis de-
est: sed est oratio impropriè id est naturale de
siderium vnionis ad corpus. ¶ Tertium. San-
cti, qui sunt in purgatorio, non sunt in statu
orandi, scilicet pro nobis, sed magis, vt pro
eis oretur. 2. 2. vbi supra art. 11. quia inquit,
Et si sint superiores nobis propter impecca-
bilitatem, sunt tamen inferiores quantum
ad pœnas, quas patiuntur. Vtrum autem
pro se orent, non est præsentis speculatio-
nis. ¶ Quartum. Peccatoribus autem conue-
nit orare prõ se, quia secundum San. Thom.
2. 2. vbi supra artic. 16. licet non exaudiatur
peccator ex misericordia Dei, si quid petit
inquantum peccator, id est, secundum desi-
derium peccati, & si aliquando audiatur, vt
vindictam, dum permittitur amplius ruere.
Deus enim, secundum August. quædam ne-
gat propitius, quæ concedit iratus: orationẽ
tamen eius ex bono desiderio naturæ proce-
dente Deus audit, non quasi ex iustitia quia
peccator hoc non meretur, sed ex pura mi-
sericordia obseruatis tamen quatuor condi-
tionibus, sicut quòd petat pro se necessaria
ad salutem piè, & perseueranter.

¶ Quintum. Vtrũ autem exaudiatur peccator
orans pro aliis, distinguo. Nam si orat vt mi-
nister ecclesiæ, exauditur, vt 1. quæst. 1. dictũ
est. Si vero orat, vt priuata persona: si quidem
ad hoc est inductus ab aliquo bono: videtur,
quod exaudiatur, & inquantum orat ex bo-
no desiderio naturæ, petens Deo placita, si-
cut & si oraret pro se, & pro merito poscen-
tis. licet non pro suo, arg. d. c. dictum est. Si ve
rò non est inductus ab aliquo bono, sic non
exauditur. 1. q. 1. si quis inquit. & c. ipsi sacer-
dotes. & c. necesse, quod intellige nisi oret ex
bono naturæ desiderio: sicut dicitur DEVS
exaudisse Alexandrum Magnum ad montes
Caspios.

3 TERTIO † quæritur, quis sit orandus a
nobis? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum
S. Th. & Rich. cum dupliciter aliquẽ oremus,
scilicet, vt exauditorem, siue impletorem no
stræ orationis, & sicut imperatorẽ, vel inter-
cessorem. Primo modo solum Deum oramus;
quia, inquit Sanct. Tho. omnes orationes no-
stræ ordinari debent ad gratiam, & gloriam
consequendam, quæ dantur a solo Deo, qui
etiam solus, ſm Rich. dat alia bona, ut ordi-
nantur ad acquisitionem prædictorum. sed
secundo modo oramus etiam sanctos, & hoc
etiam, inquit S. Tho. ostendit modus orandi
ecclesiæ, quia a sancta Trinitate petimus, vt
misereatur: ab aliis autem, vt orẽt pro nobis.
¶ Secundum, Sãcti, qui sunt in patria, secundũ

Greg.in 12.Mor.& S.Thom.vbi ſup.licet naturaliter ignorent ea,quæ in iſto mūdo fiunt, maxime cogitationes cordis:in verbo tamen manifeſtatur eis id, quod eos decet cognoſcere de his,quæ circa nos aguntur, etiam quantum ad interiores motus cordis, cuiuſmodi maximè ſunt petitiones ad eos directæ voce, vel corde,vnde eas Deo,manifeſtante cognoſcunt.Adde tu,quod etiam ratio eſt de beatis Angelis.¶Tertium. Secundum Sanct.Thom. vbi ſupra. Sancti qui ſunt in patria,orant pro nobis,quia cum oratio pro alijs facta proueniat ex charitate, quanto illi ſunt perfectionis charitatis,tanto magis orant pro viatoribus,qui orationibus iuuari poſcunt, & quanto ſunt Deo coniunctiores.¶Quartum.Igitur oratio tanquam deprecatoribus porrigenda eſt ad ſanctos, qui ſunt in patria,ſecundum S. Thom.& Richard.eadem ratione etiam ad angelos,ſecundum B.Ber.in ſermone Sancti Michaelis, & eo magis, quod non ſolum orando, ſed etiam vtendo ſua naturali virtute plerunque iuuare nos poſſunt,non autem ad ſanctos,qui ſunt in hoc mundo, vel in purgatorio,quia,inquit S.Thom.nondum fruuntur viſione verbi, vt cognoſcere poſſint, quæ cogitamus,aut dicimus. A viuis tamen ſuffragium petimus colloquendo,nec Paſcaſius in purgatorio ſanauit infirmum,ſed oratio,& fides orantis.¶Quintum.Licet ſancti ſuperiores ſint Deo acceptiores, tamen ſecundum S.Tho. in 4.diſtinctione 45.quæſtione 3.arg.2.ad ſecundum. Vtile eſt etiam inferiores orare: primo quia ad eos aliquando quis habet deuotionem maiorem,ex qua maximè dependet orationis effectus. Secundo, ad tollendum faſtidium,quod vnius rei aſſiduitas parit. Tertio quia aliquibus ſanctis datum eſt in aliquibus cauſis ſpecialibus præcipuè patrocinari,ſicut ſancto Antonio ad ignem infernalem. Quarto, vt debitus honor exhibeatur omnibus, q͞a hoc plurium orationes quandoq; impetrant, quod non oratio vnius. Et addit 2.2.vbi ſupr. art.11. quod aliquando imploratio inferioris ſancti eſt efficacior, vel quia deuotius imploratur,vel quia Deus vult eius ſanctitatem declarare.Hæc ille. Ex hoc videtur,quod quando ſancti nouiter migrant a ſeculo, & quid ſi petitur ab eis, petatur ab eis ſolis, alioquin forte Deus,qui vult illos glorificare, non exaudiret inuocatus per duos, qui exaudiret inuocatus per vnum.

4 QVARTO†quæritur,pro quibus perſonis ſit orandum?Et dico,ex Sanct.Thom.in diuerſis locis, quod quilibet debet orare pro alijs, ſicut & pro ſe;cum illud ſit in oratione petendum,quod eſt deſiderandum: quia non ſolum nobis, ſed etiam alijs debemus bona deſiderare: cum hoc pertineat ad rationem dilectionis, quam proximis debemus impendere.2.2. vbi ſupra, articu.2. Et, vt ibi patet argum.8. pro inimicis quidem orare quilibet tenetur in communi, vt ſcilicet non excludat eos a communibus orationibus pro alijs factis,pro eis autē ſpecialiter orare, perfectionis,eſt niſi in caſu ſpeciali,ſcilicet neceſſitatis, ſicut,de dilectione dictum eſt ſup.Charitas.§. 4.& 5. Et generaliter orandum eſt pro omni peccatore viatore,vt conuertatū;licet non impetretur,niſi pro prædeſtinatis,& pro iuſtis, vt perſeuerent,multiplici ratione,vt ibi ar.6. ad tertium. Et ſimiliter orandum eſt pro excommunicatis, ſed non inter orationes pro membris eccleſiæ. 4. diſtinct.18. de quo vide ſupra.Excommunicatio,primo.in princip. 2. Miſſa.1.§.8. Et ſimiliter pro infidelibus.4. diſtinct.18.Et ſimiliter pro exiſtentibus in purgatorio, non autem pro damnatis, vt infra, Suffragium §.6.

5 QVINTO†quæritur,pro quibus rebus obtinendis orandum eſt. Et dico,vt patet ex San. Tho.2.2.vbi ſup.ar.5.& 6.& in 4.diſt.15.argu. 4. per totum, quod non ſolum poſſumus aliquid a Deo petere in communi: puta,ꝙ bona tribuat:ſed etiam in ſpeciali determinatè propter multa, maximè, vt noſtrum deſiderium ſit feruentius ad poſtulandum: ſed ea, quibus malè vti non poſſumus,quæ.ſ. malum euentū habere non poſſunt, vt beatitudinem, & virtutes,ac ſpiritualia bona poſſumus petere determinate & principaliter, ſeu propter ſe, & abſolutè ſine quacunque conditione, ſecundum illud Pſal. Oſtende faciem tuam.Sed temporalia poſſumus quidem determinatè, ſiue ſpecialiter petere: ſed non principaliter, vel propter ſe, ſed ſolum ſicut quædam adminicula,quibus adiuuamur ad beatitudinem,inquantum per ea vita corporalis ſuſtentatur, & nobis organice deſeruiunt ad actus virtutū, nec abſolutè,ſed ſub conditione expreſſa,vel tacita, ſi & inquantum expediunt ad ſalutem.Hęc eſt eius doctrina,& mens ibi.

6 SEXTO†quæritur,qualis debeat eſſe oratio, & qualiter ſit orandum, vt ſemper ſequatur exauditio?Et dico multa.Primum. Oratio ſecundum San.Thom.2.2. & 4. vbi ſupra debet eſſe vocalis ſi ſit publica, ſeu communis, vt quæ fit per miniſtros eccleſiæ in perſona totius

tius populi fidelis: quia oportet eam toti populo, pro quo offertur, innotescere: ut ad deuotionem, & suam intentionem cum orantibus coniugendã excitentur. Si vero sit priuata, seu singularis. i. oblata a singulari persona pro se, vel alio, non est vocalis necessario: adiungitur tñ illi vox ꝑꝑ multa. Primò, s. vt seipsum ad deuotionem excitet orans: vnde si mens per hoc distrahatur, vel impediatur, cessandum est. Secundò, vt intentionem custodiat, ne vagetur: quia magis tenetur ad vnum si etiam verba adiungantur. Tertiò, vt debitum reddatur seruiendo Deo, etiam de corpore. Quartò, propter redundantiam ex vehementia affectus. ¶ Secundum. Debet etiam esse oratio actualiter attenta, quod quomodo intelligatur quantum ad orationem, ad quam quis ex præcepto tenetur ecclesiæ, vide sup. Hora. §. 11. quantum verò ad alias orationes, secundum S. Tho. 2. 2. vbi supr. attentio est necessaria absolutè eo modo, quo necessarium dicitur id, quo melius venitur ad finem, seu effectum: non autem semper est necessaria eo modo, quo illud dicitur necessarium, sine quo res effectum suum sortiri non potest: q̃a, cũ triplex sit orationis effectus. s. mereri, impetrare, & mentem reficere: ad primum non est necesse attentionem ad esse orationi per totum: sed vis primæ attentionis, qua ad orãdum acceditur, facit totam orationem meritoriam: sicut in alijs actibus meritorijs accidit, & idem sufficit ad secundum: si tamen prima intentio desit, nec meritoria, nec impetratiua oratio: quia illam orationem Deus non audit, cui orans non intendit, vt dicit Greg. & idem esset vt videtur velle in quarto si uis primæ intentionis omnino periret. Vnde oportet hominem frequenter reuocare cor ad seipsum. Quantum vero ad tertium effectum necessario requiritur attentio. Vnde primæ ad Corin. 14. Si orem lingua mens mea sine fructu est. Triplex tamen attentio orationi vocali potest adhiberi. s. ad verba, quibus petimus. ad sensum verborum. i. ad petitionem ipsam: & ad finem orationis, & ea, quæ petitionem circunstant scilicet ad Deũ, & ad rem pro qua oratur, & huiusmodi: & quæcunque harum adsit, oratio non est reputanda in attenta. Et quarto vide quomodo prima est bona, secunda melior, tertia optima, & omittenda sit prima, si noceat secundæ, & secunda, si tertiæ non econtrario. ¶ Tertium. Debet etiam oratio esse diuturna, & continua, vt idem dicit 2. 2. vbi supra, & hoc secundum suam causam, id est, desiderium charitatis, ex quo debet procedere, quod debet esse in nobis actu, aut virtute continuum: quia huius desiderij virtus manet in omnibus, quæ facimus ex charitate. Secundum se autem non potest esse continua: quia oportet nos etiam in aliis operibus occupare. Vnde tantum debet durare, quantum est vtile ad suum finem, quæ secundum August. ad probam, est excitatio interioris desiderij, q̃a cuiuscunque rei quantitas proportionata debet esse suo fini, sicut quãtitas potionis sanitati. Cum autem hanc mensuram excedit, ita quod sine tædio durare non possit, non est vlterius oratio protẽdenda. Quod autem Dominus dicit Lucæ 18. oportet vos semper orare; vt idem dicit, intelligendum est, vel propter continuitatem desiderij, ut dictum est, vel quia non intermittitur, quin oret quis horis, & temporibus statutis: vel propter affectum, siue in ipso orante, qui post orationem remanet deuotior, siue etiam in alio: puta, cum quis suis beneficiis prouocet alium, vt pro se oret, etiam quando ipse ab orando cessat. Adde quod hoc etiam est dictum exaggeratiuè ad ostendendam necessitatem, & vtilitatem orationis, sicut si dicatur, quod nauclerum semper oportet respicere stellam directiuam. Quod etiam dicit Dominus Matth. 6. Cum oraueritis, nolite multum: loqui. non est contrarium: quia ibi sumitur oratio, vt est petitio rei obtinendæ, quia paucis verbis absoluenda est: sed ipse ascensus ad Deum per meditationem, & gratiarum actionem, & huiusmodi, debet fieri, vt dictum est. ¶ Quartum. Si oratio habeat has quatuor cõditiones: ut fiat piè; ad salutem, pro se, & perseueranter semper exauditur, licet etiam aliquando exaudiatur aliqua harum deficiente. 4. distinctio. 15. quæstio. 4. argu. 7. quæst. 3. 2. 2. quæstio. vbi supr. articu. 7. 3. contra. cap. 96. vide ibi.

7 SEPTIMO † quæritur, quis sit orationis effectus? Et dico, quod immediatè est triplex, ut dictum est §. priori. Primò, mereri supposita charitate, etiam si Deus nolit exaudire: quia est actus virtutis, id est, latriæ secundò, impetrare, & tertio, mentem reficere. 2. 2. vbi supra. mediatè vero, & consequutiuè sunt multi alii: quia repellit tristitiam, & auget spem, secundum Sanct. Thom. super Psalmo 41. & ut idem dicit Roman. 12. causat solicitudinem, feruorem, seruitium Dei, gaudium, & auxilium: & si de ea loquamur,

mur, vt est impetratiua, eius effectus totuplex est, quotuplex res, quæ potest obtineri.

8 Octavo † quæritur, vtrum oratio cadat sub præcepto? Et dico circa hoc esse opiniones. Nam Vlde. dicit, ꝙ ad orationem mentalem tenetur quis iure naturali, quod homini dictat se disponere ad ea, sine quib. non est salus, quod sine oratione non fit: ad vocalem vero ex diuino præcepto non tenetur, sed ex statuto ecclesiæ, quæ ministris suis missas, & horas canonicas induxit, vel etiam ex iniunctione confessoris. Et intendit Vlde. talem rationẽ; Ad ea tenetur homo diuino iure vel naturali, sine quibus non est salus, quam diuino iure, vel naturali tenetur sibi acquirere, quia eadem est necessitas finis, & eius, sine quo non potest esse finis, esse secundo Physi. & finis imponit necessarium his, quæ sunt ad finem. l. oratio. ff. de spon. huiusmodi autem est oratio: quia ex nobis bonum cogitare non sufficimus, vt patet 2. Cor. 3. & consequente, nec operari, nisi detur gratia, quod non fit regulariter quantum ad adultos, nisi petant per arg. a contrario Io. 6. Petite, & accipietis. & facit 23. qu. 4. obtineri. & hoc sequitur Summ. Conf. & Pisa. Sup. autem addit, ꝙ etiam ad orationem vocalem tenetur quis ex diuino præcepto: quia debemus dicere, Pater noster. Matth. 6. Vnde hanc orationem scire & dicere debent omnes Christiani. de consec. distinct. 4. uos ante omnia. Sed esto, quod sit in præcepto, dico ꝙ sufficit dicere mentaliter, cum aliquando sit vox intermittẽda, quãdo. s. impedit spiritum, vt dictum est. 6 Imo dicit S. Thom. secunda secundæ, vbi supr. ar. 14. ad tertium. Et similiter in 4. quod oportet intendere ad ea impetranda, quæ in dicta orõne continentur: non aũt oportet vti verbis eius tantum. Vnde S. Th. in 4. dist. 15. dicit, quod oratio cadit sub pręcepto determinate, sicut ministri ecclesiæ ex statuto eius tenentur ad horas canonicas; & indeterminatè, sicut ad orationem tenetur quilibet ex hoc ipso, ꝙ tenetur ad bona spiritualia, sibi procuranda, quæ non nisi diuinitus dantur. Vnde alio modo procurari non possunt, nisi ut ab ipso petantur. Et ex hoc ipso etiam ꝙ charitatis præcepto tenetur quis proximum, sicut se ipsum diligere tenetur, & in necessitate esse beneficus, non solum per corporales, sed etiam per eleemosynas spirituales, quarum vna est oratio: omnibus etiam, qui ecclesiæ ministerio nõ funguntur, videtur ab ecclesia statutum esse determinatum tempus orandi, cum ex canonum statuto teneantur diebus festis diuinis officijs interesse, vt ministris pro populo orantibus suam intentionem cõforment. Hæc ille. Ex quibus & ex alijs dictis eius patet, quod homo tenetur sub præcepto orare determinata oratione, primo præcepto ecclesiæ, si est obligatus ad horas canonicas; secundo ex impositione sacerdotis in pœnitentia: tertio ex præcepto cuiuscunque prælati spiritualis: quarto ex proprio voto. Indeterminata quoque oratione orare tenetur, primo, eo tempore, quo tenetur sibi procurare spiritualia bona, quæ non nisi per orationem consequi potest, quod tempus videtur determinatum quantum ad instans, quo quis incipit vti ratione, in quo tenetur se dirigere, & ordinare in Deum, & vt videtur, erat auxilium precari, si hoc suæ menti inspiretur alias vero determinate non potest, sed diuina prouidentia ad hoc mouet, quando est necessarium, quia stat ad hostium, & pulsat, Apo. 3. & secundo, quando videt proximum in necessitate spirituali, vel corporali extrema, vel quasi, puta, quia videt eum in periculo peccati mortalis, aut in periculo mortis violenter, & iniuste illatæ, vt, cum duo iniuste pugnant ad mortem, aut vulnera, nisi forte posset aliter melius, quam per orationẽ suffragari: tertio a fortiori, quando homo videt seipsum in graui tentatione, & periculo animæ suæ, quarto quãdo ex præcepto audit diuina, id est missam, quia tenetur orare, id est orantib. assistere, vt eis mediantibus oret.

Nono † quæritur, quæ sit efficacia, & quis intellectus dominicæ orationis? Et quantum ad primum dicit sanctus doct. 2. 2. vbi supra. ar. 9. quod ipsa est perfectissima oratio, quia continet omnia desideranda, & ordinem eorum, & informat omnes effectus propter q̃ & dicit Ric. ꝙ inter omnes est efficacissima, & secundum Augustin. ad Probam. si recte oramus, nihil aliud dicere possumus. Quantum vero ad secundum vide secunda secun. vbi supra arg. 9. & 3. dist. 34.

DE ORATORIO.

Oratorium priuatum quid sit, & quid publicum.

1 ORATORIVM priuatum, quilibet auctoritate propria in domo sua potest habere, sed non in forma ecclesiæ sine licentia episcopi, sine qua etiam nullus ibi celebrare debet nisi sit priuilegiatus, aliter celebrans debet deponi, i. de consecr. distinct. 1. vnicuique & cap. clericos, & cap. a quis. Qua autem immunitate gaudet, vide supr. Immunitas. §. 1. & 2. in

2.in prin.& ſup. Loca. §. 3. Eccleſia.n. hẽt cãpanile; nõ priuatum oratorium. & illa eſt fundata auctoritate publica, i. epiſcopi, & eſt conſecrata, ſi proprie dicitur, & poſſunt ibi diuina celebrari ſine alia licentia : modo habeatur altare portatile, & omne aliud neceſſarium ſecus in priuato oratorio per omnia.

DE ORDINARIO.

ORDINARIVS, ſubintellige iudex eſt, duplex ſecundum duplex iudicium, ſ. in foro cauſarum. & de hoc ſup. Iudex. §. 1. & in foro conſciẽtiæ, & de iſto ſupra. Confeſſor. i. §. 1. & 2.

DE Ordine Eccleſiaſt. 1. in ſe abſolute.

1 *Ordo quid, & quot ſunt ordines.*
2 *Ordines omnes an ſint unum ſacramentum.*
3 *Ordo an liberet a ſeruitute.*

ORDO eccleſiaſticus ſecundum magi. in 4. diſtinct. 24. eſt ſignaculum quoddam in quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato. Et dicitur ſignaculum ſecundum Pet. de Pal. id eſt, cum exteriori ſigno traditur. Cum autem vt dicit videatur eſſe neceſſarium, quod vbi eſt diſtincta forma in eodem ſacramento, vel in diuerſis, ſit etiam diſtincta materia, ſiue ſpecies, vt in Euchariſtia: ſiue in numero vt in extrema vnctione, vbi ad ſingulas vnctiones adhibetur materia numero diſtincta, tamẽ ſi in libro vno contineantur exorciſſimi, prophetiæ, & Euangelia, idem liber erit ſignaculum imprimendi characterem in tribus ordinibus quia formaliter differunt. Dicitur etiam poteſtas, & non potentia, quæ communis eſt actiuæ, & paſſiuè, quia poteſtas importat actiuam determinatè, cuiuſmodi eſt potentia ordinũ: quæ, ſecundum S. Thom. eſt faciendi aliquid ſpeciale in ordinem ad Euchariſtiam. Dicitur etiam, traditur, quia ei dicitur accipe. Vnde ſi non accipit tangendo manu, nihil fit, non tamen oportet quod duabus manibus tangat, licet ſit ſecurius. Hæc ex illo. Cui adde, quod ſi ordinator non traderet poteſtatem per formæ verbalis expreſſionem, nõ traderetur ordo. Igitur ordo eſt ſacramentum ſecundũ S. Tho. quia in eius ſuſceptione quædam conſecratio adhibetur domini per viſibilia ſigna; per quam ordinatur ad diſpenſationem diuinorum ſacramentorum. Et ideo in hoc confertur gratia, quia eſt neceſſaria non ſolum ad digne ſuſcipiendum ſacramentum, ſed etiam ad digne miniſtrandum, & in eo imprimitur character, de quo ſupr. Character.

1 PRIMO † vero quæritur, qui, & quot ſunt ordines? Et dico ex S. Th. quod ordo ſumitur propriè, & ſic eſt ſacramentum imprimens characterem, & largè: & ſic non eſt ſacramentum, ſed deputatio quædam ad cultum diuinum, vt dicetur de prima tonſura, vel ad aliquod officium, vt dicetur de epiſcopatu.

¶ Quantum igitur ad primum, dubium eſt dè tribus an ſint ordines. Primò, de prima tonſura ſiue corona, de qua tenent Canoniſtæ, quod ſit ordo proprie text. eſt in capitul. cum contingat. & ibi do. Ant. & communiter Canoniſtæ, de ætat. & quali. Et dicit Bern. ibi, quod eſt idẽ quod pſalmiſtatus. quod etiam tenet Sum. Ang. ſed S. Thom. & Pet. de Pal. & Richar. & communiter Theologi dicunt, qđ non eſt ordo proprie, niſi ſicut dicitur religionum ordo, qui eſt deputatio ad aliquod collegium quibuſdam ceremonijs, quia ordo proprie, ſecundum Pet. poſt Sanct. Thom. eſt illud, in quo datur ſpiritualis poteſtas, non in quo ſit deputatio ad aliquod officium, ſicut per coronam homo deputatur ſolum ad chorum, vbi non habet aliquid ſpeciale, ſed commune. Sed eſt coronam ſecundum eoſdem diſpoſitio ad ordines, & ſecundum Pet. de Pal. ad ordines diſpoſitio non cõgruitatis, ſed neceſſitatis reſpectu beneficij, & iuriſdictioni eccleſiaſticæ vnde non tenet collatio beneficij, vel commiſſio iuriſdictionis facta non tonſurato, quia non clericus non eſt capax. de transl. literas. Ex quibus etiam ſequitur, quod non ſit idem corona quod pſalmiſtatus, quia tonſura omnes ordines præcedit tanquam diſpoſitio, ſed pſalmiſtatus ſequitur : quia ſecundum San. Thom. eſt officium ordini lectoratus annexum. 23. diſt. pſalmiſta. qua etiam ratione inter ordines ponitur ſecundus ab oſtiario. diſt. 2. cleros. & de hoc ſtatim. Et iſta Theologorum opinio tenetur eſt tum quia loquitur in propria materia, & Canoniſtæ in aliena, tum quia ordo, propriè eſt poteſtas faciendi aliquid ſpeciale in ordine ad Euchariſtiam; tum quia iura licet aliquando coronam enumerent inter ordines, vt in d. c. cum contingat, ex eo. ſ. ꝙ eſt ordo large, tñ aliqñ non ponunt, vt 32. diſt. ſeriatim. & diſt. 77. illud. & diſt. 93. a ſubdiacono, quod non poſſet fieri, ſi eſſet ordo proprie. ¶ Secundo eſt dubium de pſalmiſtatu, & tenent canoniſtæ ꝙ eſt ordo, ſed idem coronæ. Sed S. Tho. dicit ꝙ non eſt ordo, ſed officium ordini annexum, ſcilicet lectoratus; quia enim pſalmi cum cantu pronuntiantur; ideo lector dicitur pſalmiſta & cantor: cantor aũt non eſt nomen ordinis ſpecialis, ſed officij inter ordines, tũ quia

can-

cantare pertinet ad totum chorum: tum quia non habet aliquam specialem relationem ad Eucharistiam. Petr. tamen de Pal. tenet quod psalmistatus sit idem, quod prima tonsura: quia vult, quod per eam quis deputetur ad chorum: sed secundum Sanct. Thom. per eum deputatur quis ad diuinum cultum, id est, vt sit de clero, & imponi possit ei officium aliquod, vel ministerium. ¶ Tertio est dubiũ de episcopatu: de quo tenent Canonistæ, quod sit ordo, s. propriè: ita quod in eo imprimatur character, & etiam videtur sequi Summ. Ang. contra Rosel. & Supplem. dicens pro hoc facere inconuincibiliter capitu. I. de ordin. ab 2 episcopo, qui epi. re. vbi patet, quod licet episcopus resignauerit, nihilominus confert ordines, licet non executionem, quod non esset, nisi indelebilem characterẽ haberet impressum. Sed Sanct. Thom. dicit, quod non est ordo proprie, scilicet secundum quod ordo est sacramentum, quia sic omnis ordo ordinatur ad sacramentum Eucharistiæ, respectu cuius episcopus non habet potestatem superiorem sacerdotali: est tamen ordo, secundum quod ordo est officium respectu quarundam actionum sacrarum: quia episcopus habet potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis mystici supra sacerdotem. Et sic quãdo que loquuntur iura, quæ dicunt quod episcopus committere non potest non episcopo ea 3 quæ sunt ordinis episcopalis. de conse. eccles. apud. Et ad motiuum Summ. Angel. dico illud ideo esse, quia potestas episcopalis, vt dicit S. Thom. in 4. distinct. 24. quæst. vlt. arti. 2. q. 2. ad tertium, non est tantum iurisdictionis, sed etiam ordinis communiter: non tamen habet rationem characteris, vt ibi dicitur ad secundum: quia ordo vt imprimit characterem per quem CHRISTO configuramur, ordinatur ad sacramentum Eucharistiæ, in quo CHRISTVS continetur. hæc ille. Et si dico, quod illa potestas est indebilis, sicut & character: licet non attingant ad rationem characteris, quod idem probat in distinct. 24. quæstione I. art. 2. quia datur cum consecratione, quæ annullari non potest. ¶ Quantum ad secundum dico, quod secundum Sanct. Thom. & alios Theologos ordines sunt septem propriè, quatuor, scilicet minores qui non dicuntur sacri ratione materiæ, quia non habent actum circa materiam sacram, puta calicem, vel Eucharistiam: licet sint sacri secundum se cum sint 1 sacramenta, quorum primus incipiendo ab in 2 firmis, ex exorcistatus: secundus lectoratus, 3 sub quo continetur psalmistatus, & cantoratus: tertius ostiariatus: & quartus acoluthatus: & tres maiores seu sacri ratione materiæ, scilicet subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus. quorum sufficientia, & numerus, & ordo sumitur secundum septem respectus ad Eucharistiam, vt probat S. Thom. vbi sup. quæst. 2. art. I. large vero sunt nouem, quia minorib. additur corona, & maioribus episcopatus. Secundum Canonistas vero sunt nouem propriè quia prædictos duos additos dicunt esse ordines propriè, quod non est tenendum, vt dictum est.

SECVNDO † quæritur, vtrum omnes ordines sint vnum sacramentum? Et dicit Sanct. Tho. quod sic, quia diuisio ordinis in septem non est totius integralis, aut vniuersalis, sed potestatiui, cuius plenitudo est tantum in sacerdotio: vt exemplum est de anima diuisa, per vegetatiuam, sensitiuam, & intellectiuam. Et idem intendit Petr. dicens, quod ordo est vnum sacramentum, non vnitate indiuisibilitatis, sicut punctus, nec continuitatis, sicut linea, aut perfectione vnius formæ, sicut corpus animatum, sed perfectione vnius finis: quia, cum ex diuersis ordinibus specialibus constituatur, omnes ordinantur ad vnum actum, scilicet consecrationem Eucharistiæ.

TERTIO † quæritur, vtrum ordo liberet a fortuna seruili? Et dicit Raynuntius, quod non solum episcopalis dignitas, sed etiam sacerdotalis liberat a conditione seruili, vel adscriptitia. distinctione 54. si seruus sciente, & secundum canones etiam a fortuna, siue vinculo curiali, cum liberet a seruili, quæ est fortior prima distinctione 54. frequens, & capitulo ex antiquis. Vnde quantum ad hoc non tenet dicto capitulo, si seruus, dicens contrarium de curiali, vel officiali, quia est quædam lex quæ reuocatur per ius canonicum, secundum Goffredum. ibi. Vtrum autem votum castitatis sit annexum ordini sacro, vide supra Matrimonium octauo. §. tertio quod est de impedimento quinto.

RVRSVS DE ORDINE secundo quantum ad collationem, vel susceptionem.

Ordo qualem characterem prærequirat.
Ordinum collatio quale requirat scrutinium.
Ordinum singulorum qui sint proprij actus.

4 Ordi-

4 Ordinis character in quo actu imprimatur.
5 Ordinationis actus quas habeat ceremonias.
6 Ordines quibus temporibus tradi possint.
7 Ordines an gradatim sint conferendi.
8 Ordines in quo loco sint conferendi.
9 Ordines qualiter sint conferendi.
10 Ordinationi si quid desit, an debeat iterari. & num. 11.
12 Ordinum quæ sint substantialia, & quæ non.

ORDO secundo considerari potest quantum ad collationem, vel susceptionem eius, pscindendo a conferrenti, & suscipiente.

1 PRIMO † ergò quæritur, vtrum ante susceptionem ordinis præexigatur aliquis character? Et dico ꝙ secundum S. Th. quilibet ordo præsupponit characterē baptismi de necessitate. de presby. non bap. veniens. non autem characterem confirmationis, sed de congruo solum. Vnde si non confirmatus ordinetur, recipit ordinis characterem: nec etiam, vt idem dicit, character vnius ordinis præsupponit characterem alterius, licet in quolibet conferatur spetialis, sicut & specialis potestas: q̄a recipiens ordinem posteriorem omisso priori, non reordinatur in posteriori. de ele. per sal. promo. c. vnic. & concordant omnes Theologi secundum Arch. tamen si quis non sacerdos consecraretur in episcopum, non reciperet; quia fundamentum talis consecrationis est sacerdotium, vnde opinio contra Host. nō tenetur, sed si sit sacerdos, quocunque alio ordine sibi deficiente, reciperet consecrationē episcopalem; & omnes ordines conferre posset, excepto eo quem non habet, secundum Ray. & alios. 1. q. 1. gratia. non tamen deberet exequi officium suum ante susceptionem ordinis prætermissi: nec secundum Host. ante habet executionem, etiam quo ad ordines, quos suscepit.

2 SECVNDO, † vtrum circa collationem ordinū debeat scrutinium fieri. Et dico, secūdum Hostien. quod sic duplex. Primum ante ordinationem, quod diligenter faciendum est, de elect. nihil est §. episcopi. & fit per archidiaconum iure communi. de offi. arch. ad hæc. Aliud fit in ipsa ordinatione, quia ordinandi episcopo præsentantur, & de vtroque vide sup. Archidiaconus. §. 6. & 7. Et secūdū Hosti. ordinandus tenetur confiteri crimen, seu impedimēta notoria iuris, aut facti, nisi fuerit cū eo dispēsatum. distin. 50. ex pœnitentibus, & grauia, seu enormia. s. quæ etiam post pœnitentiam executionem impediunt, vt homicidiū, simonia in ordine, & huiusmodi: etiam si sint secreta, vt in c. quæsitum. de temp. ord. non autem alia, quæ non impediunt, de temp. ordi. c. fin. & si scienter subticet, non habebit executionem ordinis sic suscepti. de renunc. nisi cū pridem. §. personæ. Si verò confitetur, sed nō dispensetur cum eo, non debet ordinatus in illo ordine admitti. 81. dist. si quis sane. & con cor. Gof. Et si quis sine examinatione ordinetur, si quidem sit dignus, & notus, non est peccatum: quia tales non sunt examinandi. 24. d. nullus, quod Supple. dicit fallere in episcopo per c. qui episcopus, dist. 23. quod non est verum, vt ibi patet. Si vero sit indignus, debet deponi. de corp. vitia. exposuisti. & similiter si sit dignus, sed ignotus. 24. dist. c. vlt.

3 TERTIO † quæritur, qui sunt actus proprij singulorum ordinum, propter quos exercendos ordines conferuntur? Et dico, quod de his agitur 21. dist. cleros. in fin. & distin. 25. perlectis. & in 4. senten. distin. 23. ante omnia sciendum est, ꝙ sm̄ S. Th. in 4. d. 24. q. 2. arg. 2. & 3. cum consecratio, quæ fit in ordinis sacramento, ordinetur ad sacramētum Eucharistiæ, cuiuslibet ordinis actus principalis est quo proximus ordinatur ad Eucharistiam: & secundū hoc etiam vnus ordo est eminentior alio secūdum, ꝙ vnus actus proximus ad Eucharistiā ordinatur. Sed quia ad illud quasi dignissimū multa ordinantur, non inconuenit vnum ordinem multos actus præter principalem habere: & tanto plures, quanto est eminentior: quia virtus quanto est superior, tanto se extendit ad plura. ¶ Igitur, vt patet ex locis prædictis, ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos, & cathecumenos exorcizando imponere. ¶ Ad lectorem autē pertinet prædicare populis vaticinia prophetarum, quod intellige legendo simpliciter, nòn prædicando. quod nulli licet, nisi saltem sit diaconus, de quo supra Diaconus. & inf. Prædicator. Magister tamen, & sub eo baccalaureus, in cathedra auctoritatem habet exponendi scripturas, & docendi. ¶ Ad ostiarium autem pertinet inter bonos, & malos habere iudicium, quia bonos recipit, & respuit malos. Ex quo videtur secundum Petr. de Pal. quòd sacrista, qui officium habet ostiarij non prohibendo excommunicatum ab ingressu ecclesiæ, ex hoc ipso recipiat illum ad diuina magis quàm ille, cuius audit missam, & consequenter fit suspensus ab ingressu ecclesiæ. ¶ Ad acolithum autem pertinet præparatio luminarium in sacrario, portare cereum, præparare vinum, & aquam

ad ſacrificium.& ſm Arch.poſt Pet.de Pal.po
teſt epiſtolam dicere:de vi,& honeſt.cler. ca.
& actus omnium ordinum minorum fieri poſ
ſunt per non habentem aliquem ordinem,
ſicut etiam dicit S.Thom. quia ſic habet con-
ſuetudo generalis eccleſiæ.¶ Ad ſubdiaconũ
autem pertinet calicem, & patenam ad alta-
re Chriſti deferre, ſupple. & in eis materiam
parare,ſecundũ Pet.de Pal.& leuitis tradere,
eiſq; miniſtrare vrceolum quoque mantile,&
manutergium tenere epõ,presbyteris & leui
tis pro lauandis ante altare manibus aquam
præbere.¶ Ad diaconum vero pertinent aſſi-
ſtere ſacerdotibus, & miniſtrare in omnibus,
quæ aguntur in ſacramentis Chriſti,oblatio-
nes offerre,& diſponere in altari, compone-
re etiam menſam domini, atque veſtire cru-
cem ferre, prædicare Euangelium ad popu-
lum,& officium præcum.i.litaniæ. ſecundum
gl.Vide de his ſup.Diaconus.§.2.¶ Ad presby
terum aut pertinet corpus & ſanguinem
cõficere in altari,orationes dicere & benedi-
cere dona Dei,& vt dicit Pet.de Palud. mini-
ſtrat omnia ſacramenta, præter duo. ſ. con-
firmationis,& ordinationis. Sed intellige, ſi
habet curam,vel commiſſum eſt illi ab habẽ-
te,vt in cle.religioſi.de priuile. & ſimiliter e-
tiam benedicit eo modo,quo ſup.Benedictio.
in princ. & in neceſſitate.i. abſente epiſcopo
reconciliat ſolenniter pœnitentem.26.q.6.c.
vlti.& predicare, ſi ad hoc inſtituatur.de hæ.
cum ex iniuncto.

4 QVARTO † quæritur in quo actu in ordi-
ne quolibet caracter imprimitur? Et dico
multa plenius tamen declaranda in §.ſequen.
¶ Primum. Ad cognoſcendum in quo actu
character ordinis imprimatur. Ric.dat regu-
lam in 4. vbi ſup. ꝙ in eo imprimitur,quo ſu-
ſcipitur exterius ſignum, expreſſius ſignifi-
cans principalem poteſtatẽ, quã reſpicit ille
ordo cum expreſſioni verbi determinantis
ſignificatum. i. cum certa forma verborum,
& idem præciſe ſentit S.Thom. in 4. vbi ſupr.
qu.2.ar.3. excepto, ꝙ ibi in corpore, vbi Ri-
char.habet ſuſcipitur:ipſe habet datur, & ibi
ad quintum innuit hanc regulam fallere in
diacono dicẽs. Poteſtas diaconi media eſt in-
ter eam, quæ ſacerdotis, & quæ ſubdiaconi
eſt;quia ſacerdos directe habet poteſtatem ſu
per corpus Chriſti, ſubdiaconus autem ſuper
vaſa tantum, diaconus vero ſuper corpus in
vaſe contentum:portando corpus in patena,
& diſpenſando vinũ cum calice. Et ideo po-
teſtas eius ad actũ principalem exprimi non
potuit,nec per dationem uaſis tantum, nec ꝑ
dationẽ materiæ: ſed exprimitur poteſtas e-
ius ad actũ ſecundarium in hoc, ꝙ datur ſibi
liber Euãgeliorum,& in hac poteſtatem intel
ligitur alia ideoque in ipſa libri datione eius
character imprimitur.¶ Secundum. Igitur
quantum ad ordines non ſacros character e-
xorciſte imprimitur in traditione libri exor-
ciſmorũ,& lectoris vero in traditione libri le
ctionum diuinarum; oſtiarij in traditione cla
uium; acoluthi vero cuius ſunt duo actus, ſ.
portare cereum,& porrigere aquam,& vinũ
in vrceolis, character imprimitur ſm Bona.
& Rich.& Pet.in traditione candelabri: quia
iſte eſt principalior. Vnde acolithus Græce
Latine dicitur ceroferarius. & hoc ſequitur
Sum.Ang. contra Roſ. & ſup.allegan. ca. cle-
ros. quod hoc non probat.ſm S.Tho.vero in
acceptione vrceoli, quia iſte actus eſt ei
principalior licet denominetur a ſecũdario:
quia eſt magis notus & magis ei proprius, &
ita dicit in 4.vbi ſupra.qu.2. ar.2. ad ſextum,
Aliqui autem imponunt ei, ꝙ dicat hæc, im-
primi characterẽ in acceptatione vrceoli, &
candelabri,ſed magis vrceoli, quod ipſe in-
nuit poſt. in diſt.25.qu.1.ad ſm,ſed intelligi-
tur,ſi hæ ſimul porrigantur, quod fieri debet
quia vtrunque debet accipere, vt in ca. acoli
thus.diſtin. 23. & in c. perlectis diſt. 25. ſecus
autẽ ſi tradantur ſeorſum: quia imprimere-
tur ſolum in traditione vrceoli, & hoc ſuffi-
ceret,licet eſſet malè factum. Et intellige vr-
ceoli vacui: quia vt dicit S.Thom.acoluthus
hẽt actũ ſuper vrceolũ tantum, ſed ſubdiaco-
nus ſuper contentis in eo, vtens eis ad ponen
dum in calice, & præbendũ manibus ſacerdo
tis,& diaconi,ſicut & ſubdiaconus hẽt actum
ſuper calicem tm̃ nõ ſuper contenta, ſed ſa-
cerdos ſuper contenta. Et ideo ſicut ſubdia-
conus in ordinatione accipit calicem vacuũ,
ſacerdos vero plenum: ita acolithus vrceo-
lum vacuum,ſed ſubdiaconus plenum. Et pa
tet quod verior ſit hæc opinio; quia propin-
quius ſe habet ad Euchariſtiã præparare ma-
teriam eius, q̃ portare lumen, quod eſt quid
communiſſimum, quo vtimur etiam in veſpe
ris,& matutinis,¶Tertium. Quantum vero ad
ſacros, character ſubdiaconi, cuius ſcilicet ſe
cundum Pe.de Pal.ſunt duo actus, ſcilicet epi
ſtolam legere,& materiam euchariſtiæ para-
re in vaſis ſacris,imprimitur in traditione ca
licis vacui cum patena ſm Pet. de Palud. quia
principalis actus eius eſt parare materiam in
vaſis ſacris. & idem ſentit S. Tho.licet faciat
men-

mentionem de calice solo: quia intelligitur eo modo quo illum præparat subdiaconus, i. cum patena, in qua præparat hostiam imo secundum Pet. & Alb. intelligitur de calice sacrato Diacono vero, qui etiam habet duos actus ſm Pet. de Palud. s. Euangelium legere, & ministrare sacramentum in vasis, character imprimitur in traditione alicuius pertinentis ad actum eius secundarium, vt dictum est supra. part. 1. in traditione libri Euangeliorum, ſm S. Th. Rich. Petr. de Pal. & communẽ opinionem. Quod autem aliqui dicunt, ꝙ in manuum impositione stare non potest, per c. vlt. de sac. non iter. vbi innuit, ꝙ impositio manuum non est de essentia sacerdotis, cuius quoque actus principalis est consecrare: secundarius uel absoluere in foro pœnitentiæ, character, imprimitur secundum S. Thom. & Pet. de Pal. in datione calicis cum patena, & materia imposita, id est pane & vino. Nec est verum, quod dicit Petr. illum imprimi in manum impositione: quia vt bene arguit Petr. de Palu. contra eum ista impositio non ita significat principalem actum sacerdotis, sicut illa traditio vasorum. Non est etiam verum, quod dicit Sco. ibi esse duas partiales formas, scilicet accipe, & accipe: & duæ materiæ, id est duo signa visibilia, s. calix, & manus impositæ, & duæ potestatis traditæ, tum quia essent ibi duo characteres, & duo sacramenta, tum quia manuum impositio esset de essentia & integritate potestatis sacerdotalis, contra cap. vlt. de sac. non iter. tum quia illa secunda forma in quibusdam pastoralibus non habetur, & ideo videtur verum, quod dicit Sum. Ro. s. ꝙ sacerdos, qui non habuisset manuũ impositionem non posset confessiones audire.

¶ Quartum. Quantum vero ad ordines large character, id est, potestas episcopalis datur secundum aliquos in vnctione capitis ex chrismate, sed hoc non est verum per c. vnicum. de sacra. vnct. vbi hoc si omittatur, suppletur, & non iteratur, vnde datur ex impositione manuum episcoporum super caput. arg. cap. episcopus iuncta gloss. 23. dist. Nec obstat. c. vlti. de sac. non iter. quia loquitur de impositione facta diacono & sacerdoti in prima vero tonsura character non datur, sed neq; aliqua potestas actiua determinata ad aliquid vnum, ſm S. Tho. videtur, sed solum passiua dispositiua ad ordines in abscissione capillorum, cum dicitur. Dominus pars, &c.

6

5 QVINTO † quæritur circa intellectum dictorum in §. priori de multis. Primo, vtrum necesse sit dicta signa visibilia, vel instrumẽti tradi per epm? Et dico, ꝙ non in minorib. ordinibus, sed sufficit. si per archidiaconũ, intellige de mandato epi dicentis verba formæ, & sic tenet S. Tho. in 4. dist. 25. q. 1. ar. 1. ad secundum & similiter Rich. & hoc patet distinc. 25. c. acoluthus, & tribus sequẽtib. Nec tñ Archidiaconus ordinat, sed eps vt ibi dicit S. Thom. quia character accipitur in traditione per Archidiaconum ex verbis episcopi. In maiorib. autem oportet traditionem fieri per episcopum, vt innuit S. Tho ibi in subdiacono, de quo etiam expresse patet dist. 23. in c. subdiaconus, & a fortiori in alijs. ¶ Secundo vtrum sufficiat traditio libri Euangeliorũ pro libro exorcismorũ, vel suppelicei pro dalmatica, & huiusmodi? Et dico ꝙ nõ, nisi in eodem libro contineantur omnia vt dictum est sup. ¶ Tertio vtrũ necessariũ sit instrm porrectum tãgi ab ordinando corporaliter? Et dicit S. Thom. quosdã tenere, ꝙ nõ, sed sufficere porrectionẽ, sed tñ, inquit, verba formę ostendunt ꝙ sit de essentia sacramenti tactus quia dicitur, accipite hoc, vel illud, & hoc tene indubitãter, quia iura dicunt, ꝙ debet accipere de manu episcopi, vel archidiaconi, vt in d. c. subdiaconus acoluthus, & seq. Secus tamen dicunt qui dam in manuum impositione; quia tactus nõ est necessarius quasi de essentia. de sac. nõ iter. c. si. licet debeat fieri. Et ita intellige Gofred. Hostien. Asten. & alios dicentes tactum esse necessarium, scilicet sicut sine quo non bene: non autem sicut sine quo non, quia sine ipso est essentia characteris, etiam in sacerdotio per d. c. si. Et idem dic de omni instrumento, in quo non imprimitur character. ¶ Quarto, vtrum oporteat tangere manibus amb. & oĩa puta calicẽ, & patenã, & hmõi? Et dico ꝙ non sed sufficit tangere modicum quid, non habens discontinuationem ad totum. ar. c. vnici. de confec. ec. libr. 6. ¶ Quinto vtrum requiratur necessario expressio verborum cum traditione signi visibilis siue instrũ? Et dicit Inno. de sa. nõ iter in c. presbyter. ꝙ sic, ita quod, si pars illius orationis sit dimissa, a capite est inchoanda, & bene; quia illa traditio est materia, & expressio verborum est forma; quæ non debent seiungi.

SEXTO † quæritur, quibus temporib. ordines tradi possũt? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundum Asten. & Rayn. ordines omnes conferri possunt sex temporibus anni, scilicet in sabbatis quatuor temporum, in sabbato medio hebdomadæ, quadragesimæ, in quo cantatur, Si-

Sitientes.& in sabbato Paschæ.dist.75.c.fi. & de temp.ordi.de eo.imo etiam mane diei dominicæ immediate sequentis, etiam si sint maiores, id est sacri: modo continuetur ieiunium ab ordinatore, & ordinando, dicta distinctio. 125.cap.quod a patribus. & tunc fictione canonica mane dominicæ sequentis trahitur ad vesperam sabbati præcedentis, & ita conferri dicuntur in sabbato, secũdum Ray.Hos. in Sum.& Inno.de temp.ord.literas qui addit hoc non expedire, nisi necessitas adsit: puta. quia in sabbato non potuerunt conferri. & idem intellige de nocte diei Pasche, si in ea celebretur more antiquo, secundum Innocent. non autem de alijs noctibus, quia nec in alijs celebratur. Hoc autem ieiunium Supplem. sic intelligit, quod si quis eorum sabbato celebret, non sumat nisi corpus, & sanguinem, qđ etiam attribuit Innoc. sed ille per duo prædicta intelligit etiam ablutionem ad istam sumptionem ordinatam. Vnde dico, quod d.cap. quod a patribus; loquitur de ieiunio ecclesiæ, quod per huiusmodi ablutionem non soluitur. ¶Secundum, Papa tamen conferre potest subdiaconatum omnibus dominicis diebus & festis præcipuis. distinct.75. cap.vlt. secundum Hosti. quolibet tempore conferre potest quemlibet ordinem, sicut & vti pallio. de vsu pall. ad honorem, quod de potestate absoluta indubitatum est, cum ista sint de iure positiuo. Et similiter quilibet Episcopus potest ordines minores conferre diebus dominicis, & alijs festis præcipuis, vni vel duobus. de temp.ord.de eo.quod Rayn. Goffred. Inn.& Bern.sic intelligunt, quod etiam in pluribus quam vni, vel duobus conferre possit, modo, non videatur facere ordinationem generalem.& hoc sequitur Sum. Pisa. Archid.& Sum Rosel.& Supplemẽ.& videtur esse mens legis. Sed Sum.Ange.adducit Hostien. in contrarium dicentem quod potest, conferre vni, vel duobus tantum, quam opinionem dicit Sum.Ant. tutiorem quia inhæret literæ; quia in re dubia, tutius est seruire verbis edicti.l.1. §.si is.ff.de exerc.act. Sed ego dico, quod prima est verior; quia inhæret intentioni legis; quia non est ratio, quare non possit tribus ex causa rationabili, si duobus: sine causa tamen fieri non potest, & sic intelligo Panormit. dicentem, quod cum isti dies frequenter iterentur, non cogit necessitas, dissentire ab Hostiẽ. Episcopatus autem conferri debet die dominica hora tertiarum, vt supra, Consecratio 1. §.3. quod fieri potest etiam si sabbato immediate præcedẽti fuisset factus sacerdos, quod non licet in alijs ordinibus maioribus, vt scilicet vnus in sabbato, & alius in dominica sequenti conferatur etiam continuato ieiunio. Prima vero tonsura conferri potest omni die secundum Pet.de Pal.quia ita habet generalis ecclesiæ consuetudo.

¶Tertium. Sicut Episcopus, ita & Abbas potest dare quatuor minores in prædictis diebus festis, secundum Io.Anto. in d.ca.de eod. & in ca.cum contingat.de ætat.& qual. immo secundum Host. videtur quod potius his diebus debeat dare, quam in quatuor temporibus, ne videatur facere ordinationem generalem. ¶Quartum. Conferri non possunt ordines post prandium, si tamen conferantur, tenent secundum Hugo.in cap.ordinationes. distinctione 75.& Bernar.& Laur. quod verum puto in minoribus de maioribus autem est dubium sed vide infra, §.sequent. Quæ autem sit pœna conferentis, vel suscipientis ordines extra tempora prædicta, vide supra, Irregularitas §.10.

7 Septimo † quæritur, quo ordine ordines sunt conferendi, an scilicet gradatim, & sigillatim, necne? Et dico multa. ¶Primum. Ordines gradatim ab infirmo, id est, prima tonsura vsque ad supremum scilicet episcopatum, suscipiendi sunt secundum ordinem eorum, qui secundum S.Thom.in 4.distinct.43.quæst. 2.art.1.quæst.2.per totum, est prima tonsura, exorcistatus, lectoratus, ostiariatus, acoluthatus, subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus, & episcopatus, distinct.59.si officia.distin. 77.cap.1. ¶Secundum. Si quis autem vno, vel pluribus prætermissis ordinetur ad superiorem, vide sup Irregularitas §.3.& 11.

¶Tertium. Vna & eadem die ordines omnes minores vni personæ conferri possunt, secundum gl.in c.de eod.Gof.& facit pro hoc text. ibi cum dicitur minores: & sic omnes minores.19.distinct. Si Romanorum. quod limitat Panorm.nisi contrarium haberet consuetudo ecclesiæ, quæ non seruata scandalum generaret, non autem prima tonsura, & quatuor minores secundum Innoc.& Host.& Pan.in d.capit.de eo. per cap.literas, & per cap.dilectus. quod verum est, vbi hoc non habet consuetudo: secus vbi habet consuetudo: vt in Alemania fieri dicitur. Nec quatuor minores cum aliquo sacro, aut duo sacri, nisi ex dispensatione Papæ solius, vt not.Innocen.& Hostien.in cap.dilectus.de tempo.ordin. Qui autem minores simul cum subdiaconatu, vel duos ordines

dines sacros simul confert. si scienter, debet deponi.dist.51.qui in aliquo. si vero ex negligentia, debet priuari potestate conferendi talem ordinem.dist.36.qui ecclesiasticis.1.q.1.si qui episcopi.d.cap.literas. & d.ca. dilectus de temp.ord.

8 Octavo †quæritur, vbi conferendi sunt ordines ab episcopo? Et dicit Ray. quod minores conferri possunt in qualibet ecclesia sui episcopatus.ar.de temp.or.si archiepiscopus. maiores in ecclesia episcopali. distinctio. 63. capitu.1.sed secundum Gul.& Hostien.hodie episcopi de consuetudine conferunt ordines, etiam maiores, vbi volunt. Vbi autem cōferatur episcopatus, supra Consecratio primo, §. secundo.

9 Nono †quæritur, qualiter conferendi sunt ordines? Et dico, quod primo debet præcedere scrutinium super his, de quibus infra, Ordo quarto, per totum iuxta ea, quæ dicta sunt supra, §.2. & supra, Archidiaconus §.6.& 7. ¶Secundo debet præcedere missa, quæ secundum Ray. si omittatur, nihil fit, sed totum est iterandum: licet Io.in ca. ordinationes. el 1.7. distinct.& Ber.in c.quod sicut, de elec. dicant, quod non sit de necessitate, quod verum est in prima tonsura hodie: & verum credo in minoribus, non autem in sacris, sed est de substantia, vt infra, §.11. Et si vnus dicit missam, alius ordinet, nihilominus tenet ordo, secundum Bernar.& Hugo. vbi supra. quod verum credo in minoribus, non in sacris. ¶Et tertio debent ordinandi habere indumenta opportuna ordini suscipiendo. ¶Et quarto debet ordinans in quolibet ordine seruare ritum pastoralis, maximè circa porrectionem instrumentorum, in quibus character imprimitur, dicendo verba conuenientia, diligenter aduertendo, vt ordinandi tangant corporaliter, & perfecte.

10 Decimo †quæritur, quid si omittatur aliquid, quod sit de necessitate, seu substantia ordinis? Et dicit Rayn. quod si quid omittatur, quod sit de substantia, vel dubitetur, an sit de substantia, tota ordinatio debet iterari, quasi nihil sit factum: quia non dicitur iteratū, quod nescitur esse factum. de consec. dist.1. solemnitates. Si vero est aliquid, de quo expressum est, quod non sit de substantia, non debet ordinatio iterari: sed quod omissum est statuto tempore cautè suppleri de sac.non ite. capitu.presbyter. ita tamen, quod si suppleatur actus; puta, manuū impositio, suppleatur, & orōnes illi actui annexæ, secūdū Inn.& si suppleatur aliqua oratio, a principio inchoetur: & si actus, qui suppletur, exigit, fiat etiam variatio in verbis: sicut si suppleatur vnctio vnius manus tantum, secundum Arch. in orationibus non dicetur manus istas in plurali, sed manum istam. & non supplebitur ab alio, sm Inn. sed hoc ab eodem, qui prius ordinauerat, si est possibile: nec ante suppletionem debet ordinatus exequi ea, quæ sunt ordinis illius. arg.dist.52.solicitudo.& concor. Gof.& Host. qui exponit in glo. super d.capitu. presbyter. quid sit cautè supplere: & tota sua proxilia declaratio stat in hoc, quod patiens defectū veniat tēpore ordinationum, quasi ministraturus episcopo, vel sub aliquo colore quærēs rem celare astantibus, & cum intentione ex parte sui, & episcopi, quod non reiterentur super eum dicta, vel facta ritè, sed suppleantur missa in loco suo: non video tamen, quod sit necessaria huiusmodi palliatio, sed sufficit prædicta intentio: nisi vni manifestatio defectus esset scandalosa.

11 Vndecimo †quæritur, quæ sunt de substantia ordinum, & quæ non? Et dicit Rayn. & Asten. Gof. quod omnia, de quibus inuenitur in iure, quod fieri debeant, sunt de substantia, nisi inueniatur expressum in iure, quod non sint de substantia, quod ēt Sum. Ange. extendit ad ea omnia, de quibus inuenitur in pastorali, quod debeant fieri: quod tamen non bene dr, alioquin si dicitur in pastorali, quod aliquid faciat habēdo mitram, nihil faceret si eā non hēt, quod est ridiculum. Est autē expressum in iure, quædā non esse de substantia, cuiusmodi secundum Rayn. est tempus ordinationū. de tēp.ord.sane, & ætas ordinādi. dist.77. subdiaconus, & in c.in veteri. & vnctio. de sac.vnct.c.1. circa fin. de sacra.non iter.ca.1. & impositio manuum epi. quo ad presbyterum, vel diaconū. de sac. non iter.c.vlt. & quod ordo recipiat a proprio epo Græco, vel latino, vel cum debitis interstitiis. de temp.or. quod translationem. & in ca. literas. & 9.q.2. Lugdunensis. Et concor. Host. secundū quē ēt & Hug. ac Veruec. non est de substātia, quod ordinās, & ordinandus sint ieiuni, quod etiam cōiter tenent Doct. licet de hoc dubitauerit Rayn. similiter nec missa est de substantia, quod secundum Gul. & Hug. & Ioā. dist.7. in c.ordinationes. el 1.& Bern. in cap. sicut. de elect. licet dubitauerit Rayn. & Host. verum est in minorib. & prima tōsura. Sed circa hoc aduerte, quod Canonistæ in hac parte non plene satisfaciunt ingenio, sed materiam inuoluūt, & multiplicāt scrupulos sine causa: quia non habent

habent clauem. Vnde dicendum est, ꝙ vbi est
rei essentia, siue substantia, est res ipsa, & vbi
est essentia ordinis est ordo, & nihil deficit, ni
si accidens aliquod pertinens ad solennitatẽ
supplendo omissum, & non iterando factum.
Essentia autem ordinis tota per diffinitionem
eius, q̃ sup. posita est, explicat̃ sicut & in aliis
rebus: vnde consistit in traditione signaculi
cum expressione formæ verbalis per quam
character imprimitur, qui ſm S. Thom. est es-
sentialiter, & principaliter sacramentum or-
dinis. 4. dist. 24. q. 1. art. 1. q. 2. ad primum. Vn-
de de substantia, vel essentia ordinis non po-
test esse, nisi traditio alicuius signi cum ex-
pressione formæ. & circa hoc est verum quod
dicit Ray. Asten. & Gofr. quod quicquid iura
tradunt faciendum, tenendum est quasi sit de
substantia, nisi exprimatur cõtrarium per iu
ra, aut supple manifestam, & indubitatam ra-
tionem Theologorum probantium clarè in
aliquo signaculo non imprimi characterem
ordinis alicuius: & si in vno ordine essent plu
ra signa, vt in sacerdotio calix patenatus, vn-
ctio, ac impositio manuum, utrunque iudi-
caretur de substantia, nisi de secundo, & ter-
tio fuisset expressum. Igitur si ritè peragan-
tur oĩa, quæ dicuntur obseruanda in traditio
ne signaculorum visibilium, tam ex parte for
mæ, quàm materiæ: recipitur uerè character,
& essentia ordinis: quicquid aliud omittatur,
& supplebitur & non iterabitur. Si uero circa
prędicta aliquid omittatur, totum ex integro
iterabitur, nisi de illo iura cauerint quod non
sit de substantia. Quod autem dicit Innocen.
& tenet Suppl. & Ros. si sacerdoti non fuerit
traditus calix patenatus, secundum aliquos
non esset supplendum, quia non sunt de sub-
stantia, sed tamen tutius esse supplere merito
reprobat Archi. quia in hoc imprimitur eius
character, immo incongrue utitur uerbis, cũ
dicendum fuerit tutius esse iterare.

12 DVODECIMO † quæritur, an sit supplen-
dum, uel iterandum quo ad ordines, si epi-
scopus ordinãdo deficiat? Et tenet Arch. post
Innoc. & cõmuniter Canonistæ, ꝙ per ipsum,
vel alium inchoabitur, vbi ille dimiserat, ni-
si sint aliqua cohærentia, ut unctio, & ora-
tio, quia supple utrunque supplendum, etiam
si alteri iam fuisset expletum: quia vnum est,
vt materia, aliud vt forma, quæ seiungi non
debent. uel nisi unus sit actus, vt patet in for-
ma consecrationis eucharistiæ, & in forma
baptismi, cuius vna parte dicta per alium re-
cipitur forma in baptismo: & in missa ab il-
lo loco, qui pridie & concor. Host. & ita te-
net Suppl. & Ros. Sed tamen hoc vltimum
scilicet, quòd sit reincipiendum in missa ab il
lo loco, qui pridie non est verum, vt sup. Eu-
charistia 2. §. 10. par. 3.

RVRSVS de ordine tertiò, quantum ad ordinatorem.

1 *Ordinare quis possit, vel de facto, vel de iure, & numer. 2.*
3 *Vpiscopus, an ordinare possit clericum alienum, & num. 4.*
5 *Episcopus, qui resignauit, an possit ordines conferre.*
6 *Ordines an conferat hærericus, & præscisus ab ecclesia.*
7 *Papa an possit non episcopo dare licentiam conferendi ordines.*
8 *Episcopus ordinans contra iura, quam pœnam incurrat.*
9 *Episcopus an repellere possit clericum volentem promoueri.*
10 *Ordines suscipere, an cogatur clericus a prælato, etiam hæretico, & nu. 11. vel simoniaco, & nu. 12.*

ORDO rursus tertiò considerari potest quã
tum ad ordinatorem.

1 PRIMO † ergò quæritur quis possit, vel
non possit esse ordinator de facto? Et dico, ꝙ
esse potest episcopus secundum omnia iura,
& omnes doctores, vt etiam probat S. Thom.
in 4. dist. 25. & hoc etiam si sit degradatus, vt
inf. §. 6. Requiruntur tamen duo. primò quod
sit baptizatus, alias ordinem nec conferre po
test, nec recipere, nec conficere, nec absolue-
re ordinati tñ ab illo, aut absoluti saluantur
propter fidem sacramenti, de quo vide supr.
Baptismus 6. §. 3. & secundo quod habeat ordi
nem quem vult conferre, alias illum tradere
non poterit, ut sup. Ordo 2. §. 1. Non potest
autem esse non episcopus, nisi ex cõmissione,
vt probat S. Th. vbi sup. Vnde si ordines con-
fert sacerdos tantum, non est nisi ex commis
sione papæ; & similiter si abbas confert, licèt
in hoc videatur differentia, quia abbatibus ui
detur commissio facta per iura, dist. 69. quo-
niam. de æta. & quali. cum contingat. non au-
tem sacerdotibus.

2 SECVNDO † quæritur quis possit esse ordi-
nator de iure, id est licite ordinare ad ali-
quos ordines? Et dicit Host. in c. cum contin-
gat. de æta. & qualit. & sequitur Panor. in cap.
quanto. de consuetu. quod prima tonsura,
quæ dicitur clericatus, dari potest a quoli-

bet sacerdote parochiali suis subiectis. & idem Hug. Rayn. Ioann. Innocen. & etiam Archid. in capitu. nullus episcopus. de temp. ord. lib. 6. Gofred. autem contrarium tenet: & sic videtur vsus ecclesiæ Romanæ. Sed Ioan. And. in dicto capitu. cum contingat. distinguit, quòd hoc potest, si super laicum habet quasi episcopalem iurisdictionem. de priuileg. Abbates. libro 6. si non habet, non potest, quod sequitur Summ. Ang. Sed quia talis auctoritas, scilicet, quasi episcopalis, nunquam videtur curato simplici conuenire: melius distinguendum est cum Archid. post Petrum de Palud. quòd dari potest ab eo, qui potest ordines minores conferre, nisi sit ei specialiter interdictum: vt ab Episcopo, vel Abbate, & ab omnibus presbyteris Cardinalibus communi consuetudine, aut ab alio de licentia sui Episcopi. Prima autem tonsura simul cum minoribus ordinibus dari potest, secundum Archidiac. post Petrum de Palude, communi consuetudine per omnes Presbyteros Cardinales: & intellige quo ad minores omnes. Et idem possunt Abbates exempti mitrati, etiam quo ad laicos, in quos habent ecclesiasticam iurisdictionem. Simplices verò Abbates non exẽpti, si sunt sacerdotes, & benedicti, vel recusata ab eis benedictio, dare possunt tres minores. vnum impropriè, & duos proprie dictos, idest, primam tonsuram, ostiariatum, & lectoratum, in suo monasterio, & suis monachis, seu his, qui vt efficiatur monachi ad eos venerint, & secularibus omnibus, super quib. habent quasi episcopalem iurisdictionem distin. 69. quoniam & de ætat. & qual. cum contingat. Sed aduerte hic, quod iura nihil dicũt de ostiariatu, sed de lectoratu tantum in suo monasterio. Vnde Canonistæ, qui credunt ostiariatum esse infra lectoratum, arguunt idẽ de ostiariatu, sed secundum ordinem quem San. Thom. videtur tenere, & probare, vbi supra, infra lectoratum est exorcistatus; & sic hos duos posset conferre secundum iura: non autem ostiariatum, nisi ratione cõsuetudinis qua traditur ante lectoratum. Immo hoc possunt etiam, in alio monasterio exempto, si inuitẽtur, ab Abbate: alias non, arg. 69. distinct. cap. 1. in ò secundum Ioannem dist. 69. capit. 1. hodie possunt dare omnes minores, quod nota. Hostiens. sequitur in dicto capitul. cum contingat. & domin. Anton. & Archid. in dicto capitu. quoniam. quia eadem est ratio de aliis duobus. Et idem eadem ratione dicit Ioan. Andr. Innocent. super dictum capitul. cum contingat. & Raynuc. & Gofred. & ita dicit Hostiens. seruari. & ly solum, non determinat ly, lectoris, sed ly suo monasterio. de quo not. in capitu. Abbates. de priuileg. libro sexto. quod videtur, ubi hoc habet consuetudo, licet, vt dicit Archidiacon. prima opinio sit tutior, quia consuetudo licet det iurisdictionem, non tamen potestatem consecrationis, vel ordinis: quia ad hoc dico, quòd consuetudo, licèt circa hoc non det posse, dat tamen interpretationem posse concessi, vnde interpretatur commissionem factam Abbatibus super lectoratu, vt extendatur ad omnes minores, ex quo Papa scit, & tolerat, & hoc patet extra, de ordi. ab Epis. qui resc. capitu. primo. Ordines autem omnes, etiam sacri, dari possunt, per Episcopum omnibus de sua diœcesi oriundis, aut qui in ea habent domicilium, vel beneficium, aut de licentia episcopi, cui ordinandus est subditus, vel capituli, sede vacante, aut Vicarii generalis Episcopo in remotis agente; vel sui prælati, si sunt religiosi exempti, hæc notat. in capitu. nullus. & in capite, eos. de tempo. ordin. libro sexto. & 67. distinctio. capitul. vno. & 24. distinctio. Episcopus. & quod dicitur, adesse debet assensus suorum clericorum, secundum Hostiensem, intelligitur, ut præsumantur consentire eo ipso, quod non contradicunt.

3 Tertio † quæritur specialiter, vtrum Episcopus ordinare possit clericum alienum? Et dico, quod non, sine licentia sui superioris. de tempo. ordin. eos. libro sexto. quia superior hoc casu est Episcopus diæcesis, ex qua oriundus est is, qui vult ordinari, vel in qua habet beneficium, vel domicilium, uel in qua per suos prælatos est deputatus religiosus in prioratu non exempto, quandiu ibi moratur. Inferiores autem prælati, siue religiosi, siue alii, non possent talem licentiam dare, nisi ex priuilegio, nec officialis Episcopi, sed eius Vicarius generalis in spiritualibus, aut Capitulum eo modo, quo §. priore dictum est. Si tamen potens ordinare ordinet non sibi in hoc subditum; nihilominus character confertur secundum Innocentium in capit. primo. de supplenda negligentia prælatorum, argumen. 8. quæstione secunda. Lugdunensis. De pœna tamen eius, vide infra §. octauo.

Qvar-

4 Qvarto † quæritur, vtrum Episcopus Italiæ possit ordinare vltramontanum clericum? Et dico, quod non, nisi habeat licentiam a Papa, vel Episcopo diœcesis eius, vnde est oriundus, vel in qua est beneficiatus per parentes ipsius Episcopi continentes causam rationabilem, quare nolit, vel non possit ipsum ordinare. Si autem contra hoc aliqui fuerint ordinati: ipsi quidem suspensi sunt absque spe dispensationis: ordinantes vero debent condignè puniri de tem po.ord.lib.6.

5 Qvinto † quæritur, vtrum Episcopus, qui resignauit episcopatui, possit ordines conferre? Et dico, quod sic, sicut ante, si resignauit loco tantum, & rogatur a proprio Episcopo loci. Si vero renunciauit loco, & dignitati, potest conferre omnes minores, sed non sacros: extra, de ordi. ab eo epi. re. capitu.1.

6 Sexto † quæritur, vtrum hæretici, & præcisi ab ecclesia possint ordines conferre? Et dicit Sanctus Thomas in quarto, distinctio. xxv. quod conferunt vera sacramenta, licet non gratiam, propter peccata recipientium ab eis sacramenta contra prohibitionem ecclesiæ: promoti tamen ab eis non recipiunt executionem, vt licitè possint in suis ordinibus ministrare. Hæc ex illo, qui intendit, quod possunt conferre ordines de facto, sed non de iure. Ignorantia tamen facti excusat a peccato: sed post quam sufficienter hoc sciunt, abstinere debent quousque dispensantur, secundum Archidiaconum, & secundum Hostiensem. in episcopatu solus Papa dispensat. de electio. quia diligentia, & similiter in alijs ordinibus, si fuerint ordinati a talibus scienter, vel ex ignorantia crassa. Si vero ignorantia fuit non supina, discretus prælatus dispensabit, secundum Hostiensem extra. de ordi. ab eo, qui epi. re. capitu. primo, & secundo. Videtur autem idem dicere Goffred. de interdicto, & suspenso a diuinis, scilicet, quod non conferant ordinis executionem. 9. quæstione 1. cap. 1. & sequen.

7 Septimo † quæritur, vtrum Papa possit dare licentiam non Episcopo conferendi ordines sacros? Et dicit Innocent. in cap. quanto, de consuetud. quod sic, modo talis habeat ipsos ordines, quos vult conferre. Sed Sanctus Thomas videtur sentire contrarium in 4. distinctione 25. quæstione prima, articulo primo ad tertium, vbi sic dicit: Papa, qui habet plenitudinem potestatis committere potest non Episcopo pertinentia, ad Episcopalem dignitatem: modo illa non habeant immediatam relationem ad corpus Christi verum: ideoque ex eius commissione, sacerdos simplex potest conferre ordines minores, & confirmare, non autem non sacerdos, nec sacerdos maiores ordines, qui habent immediatam relationem ad corpus Christi, supra quod consecrandum Papa non habet maiorem potestatem, quam simplex sacerdos. Hæc ille. Et hæc opinio Sancti Thomæ seruatur in practica. Vide Capreo. in 4. distinctione 7.

8 Octavo † quæritur, quam pœnam incurrat Episcopus ordinando contra iura? Et dico sic: Si quis aliquem ordinauerit infra legitimam ætatem, de qua supra, Ætas primo. quidē sic ordinatus in contumeliam ordinantis debet suspendi ab executione illius ordinis vsque ad legitimam ætatem: sed non est suspensus secundum Raynuntius. Archidiacon. Anton. de Butrig. & Zabarel. & si ante exequitur ordinem, peccat mortaliter, & toties, quoties, licet non efficiatur irregularis, nisi sit suspensus prius a superiore. Et secundo ipse ordinans debet suspendi a collatione ordinum, & compelli ad prouidendum totaliter ordinato in beneficio competenti, de tempor. ordin. vel non est. Si quis autem ordines minores cum subdiaconatu, vel duos ordines sacros, simul contulerit, vide titul. priore, §. septimo. in fine. Si vero Episcopus, Abbas, vel sacerdos ordinat non subditum suum scienter, vel ignorantia affectata, per annum a collatione ordinum est suspensus, & postquam suspensio fuerit manifesta, poterunt subditi sine eius licentia vicinis Episcopis ordinari. de tempor. ordin. eos. libro sexto, vbi gloss. in verbo manifesta, dicit per euidentiam facti, vel quia est iure notorium: aliàs in dubio a proprio prælato non recedant, de quo etiam vide supra irregularitas, §. 9. & si prædictus ordinator sit Episcopus Italiæ, & ordinatus sit vltramontanus, vide supra. §. 4. Si quis etiam Episcopus, vel alius clericalem tonsuram præsumit conferre infanti, nisi forte religionem intret, seu illiterato, vel absque sui superioris licentia, homini diœcesis alienæ, vel coniugato, nisi velit intrare religionem, aut ad sacros ordines iuridicè promoueri per vnum annum a collatione clericalis tonsuræ duntaxat nouerit se suspensum. de

temp.or.c.fi.lib.6.& glo. in verbo suspēsum, dicit ipso iure. Si etiā episcopus ordinat scienter indignum, secundum S.Th. peccat mortaliter, quia est infidelis domino suo, committēs indigno ministerium eius, præcipue cum hoc vergat in detrimentum ecclesiæ, honoris diuini: & si tot boni ministri non possunt inueniri, melius est habere paucos bonos, q̃ multos malos. 23.d.tales, nec secundum Alb. excusat nobilitas: quia quanto nobilior, tanto nociuior, nec quod alius non esset ita vtilis, quia omnis vtilitas temporalis spirituali postponē da est, nec quod nescitur malus, quia necesse est scire, quod sit bonus per rationem talem, qualem possibile est haberi de homine, imo secundum Alb. etiam peccat mortaliter si dispensat cum indignis, & malis, secus si patitur necessitate compulsus, ne peius eueniat. Pro hoc tamen scito, quod secundum eundem Alber. est quis dupliciter indignus, s. negatiuè, quia non habet condecentiā ad dignitatem, vel beneficium, licet non habeat cōtrarium, & cum tali propter necessitatem ecclesiæ indigentis literatis, & defensoribus dispensari posset, vt a communi haberet de ecclesia, donec addisceret. Licet secundum Io. non posset ei sine mortali dari beneficium cum cura, & econtrario, quia scilicet habet contrarium dignitati, vel beneficio, puta, vitium, vel impedimentum: & iste nullo modo est promouendus ad ordinem, vel beneficium.

9 Nono† quæritur, vtrum episcopus repellere possit clericum volentem promoueri? Et dicit Ray. quod sic, si non habet, ius petendi ordines, secus, si illud habet vt ratione beneficij, cui ordo est annexus, sicut beneficio curato sacerdotium, quia eum prohibere nō potest, quamuis sciat eius peccatum occultū: & ita potest intelligi.c.ex tenore.de temp. ordi. quod Arch. bene intelligit de episcopo ꝓprio non de alieno, qui ordinare eum nō tenetur, nisi ad placitum. Si vero vitium, vel impedimentum sit manifestum, publicè repellere eū potest, secundum Arch. Regularis tamen nullo modo debet ordinari contra voluntatem sui prælati.de temp.ord.c.ad aures.

10 Decimo† quæritur, vtrum prælatus possit cogere clericum ad ordines suscipiendos? Et distinguo secundum Doctor. communiter in c.quæris.de æta.& qualit. Nam si habet beneficium, tenet indistinctè Sum.Ang. quod cogi possit. Sed melius Supple. post Pisa. distinguit limitando, quod si habet beneficium, vel dignitatem, cui annexus sit ordo, sicut Archid. presbyteratui, abbatiæ, vel præpositurę ad sacerdotium, ſm Rayn. potest cogi per subtractionē illius beneficij. dist.60. innouamus. de elec.c.cum in cunctis.de æta & qual.c.1. imo, si illud beneficium sit parochia, nisi fiat sacerdos intra annum est ipso iure priuatus, nisi ex iusta causa remanserit.de ele.c. licet canō. & c.cum ex eo.lib.6. quod tamen fallit, si canones obsistant.d.c.cum in cunctis. sicut si abbas confirmatus ante ordinationem fiat sine culpa sua irregularis: vt quia manum ꝑdidit, quod tamen, si ex culpa sua accideret, esset priuandus: quo casu loquitur d.c.1.de ætat. & qualit.concor. Hos Goff. & Vl. si vero non habet beneficium ecclesiasticum, vel dignitatē cogi non potest, imo ordinans inuitum est suspensus a celebratione missæ per annū: & debet deponi.dist.74.ca.1.& 2. & similiter si habet quidem: sed si tali beneficio, vel dignitati non sit talis ordo annexus, idem est iudicium secundum Rayn. vt d.c.1.& 2. Hoc tamen fallit, si necessitas, vel vtilitas ecclesiæ hoc exposcat: quo casu cogi potest, ita quod si se excusat ratione admissi criminis, debet episcopus, eo remoto a beneficio, quod obtinet, alios ꝓmouere, nisi alias esset valde vtilis, vel necessarius.de æta.qualit.ca.quæris, & ita intelligi potest.consuluit.dist.74. Si vero se excusat sola voluntate sine alia causa debet compelli ꝑ subtractionem officij, & beneficij. dist 74.c.3. & 4. Si autem se excusat ratione impedimenti non prouenientis ex delicto suo, puta, infirmitatis, vel huiusmodi, cogi non debet: aliàs posset appellare, sicut & tutor datus, quando eius excusatio iusta non admittitur. ff. quādo app.sit.l.1.§.si quis tutor. Et idem Host. Goff. & Vl. addentes, quod exigit ecclesiæ vtilitas quando indiget ministris, & non sunt alij idonei præter iustum, quem eṗs vult cōpellere; necessitas vero, quando est alius. Et si eṗs cōpellat eo casu, quo potest, sed malo animo: nihilominus secundum Rayn. clericus tenetur obedire, ex quo iustum, & vtile præcipitur: art.11.q.1. quidergo.23.q.1.quid culpatus, in fi.33.q.5.manifestum. & idem Host. & Goffr.

11 Vndecimo† quæritur, quid si ad ordinem cogatur a suo episcopo, quem scit hæreticū, vel schismaticum? Et dicit Goffred. quod obedire non debet, sed potius substinere excommunicationem.de sent.excommu.inquisitioni. Et idem secundum Ioan. si sciat prælatum meum suspensum, excommunicatum, vel interdictum: si tamen obediat, vide inf. Ordo 5. per totum.

12 Dvodecimo † quæritur, quid si clericus sciat episcopum se ad ordines cogentem esse simoniacum? Et dicit S. Tho. 2. 2. qõ. 100. quod nullo modo debet obedire, etiam si simonia sit occulta, modo ipse sciat, & intellige de simonia in ordine suscepto; sed potius dēt permittere se excommunicari arg. d. c. inquisitioni. Si vero ignorat, non recipit ordinis executionem, etiam si simonia sit occulta: sed indiget dispensatione, in detestationem criminis. 1. q. 1. si quis a simoniacis. & idē Host. ac Ray. Si vero episcopus sit simoniacus ex alia causa, potest ab eo ordinem recipere modo sit simonia occulta: quia est suspensus solum quo ad se: tamen secundum Host. debet, si potest, obtinere, vt ordinetur ab alio. Notandum est tamen, quod, si simoniacus episcopus esset ratione simoniæ excommunicatus: in hoc casu oporteret loqui, vt §. priore.

Rvrsvs de Ordine quarto quantum ad ordinandos.

1 *Ordinari qui non possint nec de facto nec de iure, & num. 2.*
3 *Curialis quid dicatur.*

Ordo considerari potest quarto ex parte ordinandorum, qui multa possent habere impedimenta quantum ad executionem ordinis, vel receptionem tam iuridicā, quam de facto. Quædam enim, vt dicit S. Tho. in 4. dist. 25. q. 1. ar. 1. requiruntur in recipiente sacramentum de necessitate sacramēti sine quibus non suscipitur: & quædam de necessitate præcepti propter congruitatem sacramenti, sine quibus percipitur.

1 Primo † ergo quæritur, qui sint, qui non possunt ordinari de facto, ita, quod si de facto ordinentur, characterem non suscipiunt. ¶ Et dico, ꝙ talis est primo mulier, ſm S. Thom. in 4. dist. 25. q. 2. & Rich. ibidem: quia in his, quæ in sacramentis aguntur, requiritur non solum res, sed significatio rei: in sexu autē fœmineo nulla potest significari eminentia gradus. vide ibi. Nec obstat c. presbyter, & c. mulieres, 34. d. in quib. vocatur presbytera, & ca. diaconissam. 27. q. 1. & ca. sacratas. 23. d quia non ab ordine, sed a viduitate dicitur presbytera, ſm S. Th. quia presbyter idem est, quod senior: & diaconissa a participato actu diaconi, qui est legere homiliam, secundum S. Tho. Et adde, ꝙ abbatissa dicitur a prælatione: & sacrata a voto, quo se Deo consecr. Et secundo qui ad ordines cogitur coactione absoluta: puta, quia vi tenetur, ſm Rayn. sicut nec baptisinū talis, reciperet, de baptis. maiores, in fi. Si vero coactio sit conditionalis: puta, vt euadat cruciatum, vel etiam mortem, si characterem suscipit, secundum eundem. ar. dist. 74. vbi ista dis. 45. de Iudæis 1. q. 1. quod quidam; quia in tali casu adest voluntas saltem in directa, de qua Aug. voluit facere: quia voluit viuere. 15. q. 1. merito, non tamen tenetur talis, secundum Ioan. & glo. Rayn. continere, si metus fuit cadens in constantem virum per ca. prælatum, de his, quæ vi, & met. & c. ad aures. de ætat. & qual. quia integritas est rēs voti, nō præcepti, 32. q. 1. integritas quod Sum. Ang. & Ros. indistincte concedit, sed melius Supp. post Sū. Pis. limitat, si habeat vxorem: quia ea licite poterit vti. Sed si non habeat, continere tenetur arg dist. 45. de Iudæis quia sicut ordinem, ita & continentiam, saltem indirecte vouit: & similiter tenetur continere, si non fuit talis metus. Et idem Gof. & Hos. Et si talis vult viuere aliàs clericaliter, habebit priuilegium clericale ſm Ray. ꝙ tñ fallit primo ſm Rayn. si penitus sit obligatus ad actū contrarium: vt si duxit viduā, ante secundam vxorem. dist. 84. quisquis. Secundo si vxor vellet continere, & ipse nollet. Si vero contraxerat cum vna, & virgine volente cōtinere, & aliàs vult clericaliter viuere illud habebit, argu. 27. q. 2. multorū. Et hoc in casibus, in quibus illud habet clericus qui contraxit cū vnica, & virgine, de quo sup. ¶ Et tertio secundum aliquos, vt etiam no. Rich. vbi su. puer ante annos discretionis, & omnis nō habens vsum rationis. Sed S. Tho. dicit vbi sup. ꝙ istorum dictum nec ratione, nec authoritate firmatur. vnde ipse ibi tenet, & probat, ꝙ in solo epatu requirit vsus rōnis in suscipiente de necessitate consecrationis epalis, in alijs autem non requiritur tempus discretionis de necessitate sacri, sed solum de necessitate præcepti quo ad maiores: vel de honestate solum quo ad minores, sed non de necessitate præcepti. Vnde si necessitas adsit, & speretur profectus, possunt aliqui ante dictum tempus ad minores promoueri sine peccato: & suscipient ordinem ad quem ēt per assuetudinem idonei reddentur. hæc ex illo. Sed hodie, vt dicit Arch. hoc non habet locum: vt. s. possit quis promoueri ante tempus discretionis ad minores, & statim post illud ad subdiaconatum: nec quod dicit Alb. quod huiusmodi tempore in religiosis non oportet seruare, quia supplet grauitas morum, nec quod dicit Petr. ex dispensatione episcopi posse tempus

anticipari, quia omnes huiusmodi opiniones
sublatæ sunt per clem.1.de ætat.& qualit. nec
potest episcopus, sed solus Papa dispensare.
de quo vide supra Ætas.§.1.partic.3.

2 SECVNDO † quæritur, qui sunt qui non pos-
sunt ordinari de iure? Et dico, quod ordinari
non possunt, primo non habentes legitimam
ætatem: de quo supra Ætas.§.1. Nec secundo
illiterati.de temp.ord.lib.6. recipiunt tamen
characterem, si ordinantur.dist 52.solicitudo.
arg.ca.veniens.de presbyt.non bap.& de hoc
sup.Clericus 2.§ 1.Nec tertio criminosi.vn-
de existentes in mortali nõ debent promoue
ri.de temp.ord.c.ex tuarum.& c.ad aures.ali-
ter peccat mortaliter ipse suscipiens, etiam si
crimen sit occultum, & toties, quoties vt mi-
nister ecclesiæ actum facit, vt tangẽdo res sa
cras quasi ex officio suo: secus ex necessitate,
sicut posset quilibet laicus, s̃m S.Th.in 4.dist.
24.vt supra Clericus 2.§.8.& similiter peccat
mortaliter ordinator, si peccatum sit publi-
cum, vt not.in c.quæsitum. de temp.ord.imo
ẽt si sit secretum, & hoc scit, & potest non or
dinare.arg.eorũ, quæ no.sup.Ordo 3.§ 9. Suf
ficit tamen contritio secundũ veriorẽ opinio
nem.¶Nec quarto bigami.26.dist.acutius. &
supra Bigamia. ¶Nec quinto solẽniter pœni-
tentes.dist.50.ex pœnitentibus.vt inf.Pœni-
tẽtia §.3.¶Nec sexto neophyti.dist.48.§.pro-
hibẽtur, & c.quoniã.& c.sicut. ¶Nec septimo
curiales, id est, pp aliquod officium curæ obli
gati.distin.51.c.1.2.& 3.dist.53.legem absolu-
ti vero a curia non prohibentur ordinari. di-
stinct.61. Osius nisi aliàs sint infames, vel irre
gulares: vt in dictis iuribus.vide inf.§.3.¶Nec
octauo ratiocinijs obligati: de quibus dic, vt
inf.Ratiocinia.¶Nec nono serui. de quib.dic,
vt inf.Seruitus.§.6.¶Nec decimo corpore vi
tiati: de quibus sup. Corpore vitiatus. ¶Nec
vndecimo illegitime nati. Et quis sit talis, vi-
de sup.Filius.Vtrum autem possunt promoue
ri si religione intrent, supra illegitimus. Vtrũ
vero dispensatio, vt ad clericatũ, vel ordines
pmoueri possint, intelligat quo ad oẽs, vide
sup.Clericus 1.§.4.¶Nec duodecimo peregri
ni, nisi habeant literas authẽticas: vt inf.Pere
grinus §.4.nec ignoti, nisi præuia examinatio
ne cognoscantur. Et dñr peregrini, q nõ sunt
oriundi de epatu, vel non hñt ibi domiciliũ,
aut beneficium: vt in c.cum nullus.de ætat. &
qual.li.6. Ignoti vero quorũ origo & vita, &
regularitas non est nota epo.24.di.eps.& 2.q.
7.quærendum. ¶Nec decimotertio infames,
de quo sup.Infamia. ¶Nec decimoquarto ir-
regulares: de quibus sup.Irregularitas in prĩn.
¶Nec decimoquinto suspensi, interdicti, vel
excõicati: de quibus hr in suis locis.¶Nec deci
mosexto ordinati in diaconos, vel subdiaco-
nos a Papa: quia sine eius licentia ab alio non
possunt ad superiores ordines promoueri. de
temp.ord.cum in distribuendis & 1.q.1.filiũ.
Nec decimoseptimo hermaphroditi; vt supr.
Hermaphroditus.¶Nec decimooctauo coniu
gati, nisi velint intrare religionem, vel ad sa-
cros ordines promoueri, vt dicunt canones c.
si.de temp.ord.lib.6. de quo dic vt sup.Matri-
monium 8.& 12.& sup. Diuortiũ § 17. ¶Nec
decimonono obligatus ad faciendum aliqua
indecentia secundũ gl.Ray.vt ad administran
dũ in balneis, vel tabernis, aut purgandũ cloa
cas nisi prius satisfecerit, vel alium æquè ido
neum supposuerit ad talia: q tñ in transeũte
ad religionem non est necessarium, ẽt si obli
gatio esset iuramento firmata, sufficit si iuxta
facultatem suam satisfaciat creditoribus, si
mouetur inspiratione Spiritus sancti, quia ex
cusatur authoritate Spiritus, & 19.q.2.duę sũt
& de regu.licet. Si aũt obligatio erat ad aliqd
honestum, etiam per iuramẽtum, sic intelligi
tur dictum Ray. q potest ordinari, sed rema-
net obligatus, aut ante: vel potest scribendo,
aut alia honesta faciendo satisfacere. Nec obs.
dist.53.legem. & dist.54. quicunque. quia illa
intelliguntur de perpetuo obligatis; puta, ser
uis curialibus, & hmõi. ¶Nec vigesimo hi-
striones, secundum glo.in c.donare.dist.86 vt
in c.maritum, dist.33 quia sunt infames.4.q.1.
c.1.ff.de his qui.no.infa.l.2.§.vlt.quod Pan.in
c.cum decorem.de vita & hone.cler. limitat,
qñ exercuerunt artem illam in publico. Facit
l.palam.ff.de ritu nup.25.q.2.ita nos. Inno.ve
ro in d.c.cum decorem, quod, vt quis sit infa-
mis, habeat hoc officiũ in curia, vel assuescat
in illo actu. Ex quibus omnibus elicito, q est
infames & irregularis, qñ hęc facit ex officio,
in curia, vel in publico ex consuetudine.

3 TERTIO † quæritur, quis dicatur curialis? Et
dicit Ray. quod tripliciter dicitur. Primo lar-
gè is, qui quacunque causa obligatus est cu-
riæ alicuius publicæ potestatis, siue sit miles,
siue aduocatus, siue iudex, siue officialis, siue
habeat officium honestum, siue inhonestum.
Secundo strictè is, qui gerit honesta curiæ of
ficia: vt decuriones, iudices, & similes. Tertio
strictius, qui in causa sanguinis sunt officiales:
& secundum eũ omnes indistinctè prohiben
tur ordinari. Et si officium finierunt, vide inf.
Ratiocinia.

RVRSVS DE ORDINE quintò, quantum ad iam ordinatum verè, vel fictè.

1 *Ordinatus in peccato, vel ab alieno epiſcopo, uel qui reſignauit, vel hæretico, an ſit ſuſpenſus uſque ad numero 4.*

5 *Ordinatus per ſaltum, an ſit ſuſpenſus, & quid ordinato in excommunicatione, nu. 6.*

7 *Ordinatus poſt matrimonium per verba de præſenti qualiter puniatur.*

8 *Ordines exercens, qui non eſt ordinatus, qualiter puniatur.*

ORDO quintò conſiderari poteſt quantum ad eum, qui iam ordinatus eſt verè, vel fictè.

1 PRIMO ergò quæritur, quid de eo qui ordinatus eſt in mortali, de quo, ſ. non erat contritus? Et dico ut tit. priore. §. 2. in prin. Vtrum autem a tali liceat recipere ſacramenta. vide ſup. Clericus 2. §. vlt.

2 SECVNDO † quæritur, quid de ordinatis ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprii? Et dico, vt ſup. Irregularitas. §. 9.

3 TERTIO † quæritur, quid de ordinatis ab epiſcopo, qui reſignauit loco, vel dignitati? Et dico, vt ſup. Irregularitas. §. 8.

4 QVARTO † quæritur, quid de ordinatis ab hæreticis, excommunicatis, & huiuſmodi? Et dico ſup. Irregularitas. §. 7.

5 QVINTO † quæritur, quid de ordinato per ſaltum, i. prætermiſſo aliquo inferiori ordine aſcendendo ad ſuperiorem? Et dico, ꝙ eſt ſuſpenſus ab executione ipſius ordinis recepti. diſt. 52. ſolicitudo. de cler. per ſal. promo. c. 1. vide ſup. Irregularitas. §. 11. recipit tamen verum characterem ordinis ſuperioris, ſecundũ Ray. etiam ſi immediatè ſine quocunque alio ordine quis promoueatur ad ſacerdotiũ. modo ſit baptizatus, ſm Rayn. Pet. Hoſt. & S. Th. licet Huc. dixerit, quod non, niſi habuerit ſaltem primam tonſuram Fallit quod dictum eſt in epiſcopatu, qui non ſuſcipitur, niſi præceſſerit ſacerdotium ut ſup. Ordo 2. §. 1.

6 SEXTO † quæritur, quid de ordinato dum eſſet excommunicatus? Et dico, ꝙ ſi hoc fecit ſciens ſe eſſe excõicatum, a ſuſceptis ordinib. in perpetuum eſt deponendus, ſi eſt clericus ſecularis; ſi verò iã ſit effectus religioſus, eſt ſuſpenſus ab executione ſuſcepti ordinis, & officii. Si verò non recolens factum, pro quo in excommunicationem incidit, vel factum quidẽ ſciens, ſed iuris ignarus neſciebat ſe excommunicatum: tũc cum eo ſi eſt ſecularis archiepiſcopus, vel epiſcopus diſpenſare non poteſt abſque ſedis apoſtolicæ mandato, ſi verò eſt regularis abbas ipſius, poſt iniunctã, & peractam pœnitentiam, poterit cum eo diſpenſare; niſi graue fuerit, & notabile factũ: vel q̃ fecit, adultus fuerit, & diſcretus, vt violenter contra obliuionem, & ignorantiã præſumatur, probantur hæc in c. cum illorum. de ſent. exc. Similiter ſuſpenſus eſt, & irregularis per ſolum papã diſpenſabilis, qui ſuſcipit ordinem in apoſtaſia a religione, extra eo. apoſta.

7 SEPTIMO † quæritur, quid de eo qui poſt contractum matrimonium de præſenti ante carnis copulam ſe facit ad ſacros ordines promoueri, aliter, q̃ ſacris canonibus concedatur? Et dico, ꝙ eſt ſuſpenſus, & mortua vxore non poterit in illo ordine miniſtrare, nec ad alios aſcendere, nec obtinere beneficium, vel officium eccleſiaſticum; nec illud matrimonium diſſoluitur per extraua. Ioa. 22. quæ incipit, antiquæ, quod intellige ſi remanet in ſeculo: non ſi religionem intraſſet.

8 OCTAVO † quæritur, quid de ordinato negatiue. i. qui non eſt ordinatus, & tamen aliquid exercet ordinis, quẽ non habet? Et dicit Ray. ꝙ laici, qui nullũ ordinem habentes, diuinum officium exercẽt indebite, niſi ceſſare velint, debẽt excõicari, & nunquam ordinari. de cle. non or. mi. c. 1. poſſunt tñ licitè facere officia ordinum minorũ. Clerici verò exercẽtes officium ordinis, quem non habẽt, ſunt deponẽdi, vel ꝑpetuo ſuſpendendi ab ordine quẽ habebãt, niſi poſtquam iuxta ꝑmiſſionem epi biẽnio, vel triẽnio ſuſpẽſi fuerint, miſericorditer tolerentur, nunquã tamẽ vlterius promouendi. de cler. non ordi. mi. c. 1. & 2. nec poterit cũ tali diſpẽſari, vt aſcendat, niſi per papã, ſm Rayn. Goff. & Veruec. & hoc tene, licet ſint opiniones; quia in d. c. 2. papa dicit epiſcopo, quòd ad ordinem ſuperiorem nõ poterit promoueri: & ſic promotio eſt interdicta epiſcopo, quãtum aũt ad beneficium, cum eo miſericorditer agendum, eſt vt ibi dr̃, ẽt ſi ſit in minoribus, ſecundũ gl. Ray. Secundũ Hoſt. tamen ſi quis tale officium exerceret non ad deceptionem, id eſt quaſi fingens ordinem quem nõ habet, ſed ex ludo cauſa feſti. peccat quidem: quia ludus noxius eſt in culpa, non tamen incurrit prædictas pœnas: quia uoluntas, & propoſitũ diſtinguũt maleficia. de ſen. excom. cum uoluntate. Idem ſentit gl. Rayn. dicens hunc rigorem non extendi ad clericos minorum ordinum, vel qui miſſis nouis miniſtrant in officio ſubdiaconatus cauſa gaudij: & ſolennitatis, non mentientes de ordinibus

ſuis,

ſuis,cum ferè omnes aſſiſtentes ſciant veritatem, licitè etiam ſecundum Veruec, qui eſt in minorib. cantat epiſtolam ſine ſolennitate,vt no.in c.vt quiſque.de vi.& ho.non tamen debet cantare ſolenniter, id eſt, cum ornamentis ſubdiaconi.23.diſt.ſubdiaconus. 74. diſt. ſi qui clerici, neque ſecundum Innoc. præſente ſubdiacono.& concord.Hoſt.dicens,quod abſente ſubdiacono ſufficit, quod non teneat manipulum in manu ſua,

DE ornatu virorum & mulierum,

1 *Ornatus exterior quando ſit uitium, & quando ſine peccato,& num.2.*
3 *Ornatus ſuperfluus quando ſit peccatum mortale, & num.8,*
4 *Ornatus mulierum quando ſit licitus.*
5 *Habitu ſibi non conueniente utens an peccet, et nu.7*
6 *Mulier attondens, aut non uelate capillos, an peccet.*
9 *Confeſſores an abſoluent eos qui ueſtimenta inhoneſta geſtant,*
10 *Epiſcopus an uetare poſſit mulieres uti ornamentis fucatis.*

ORNATVS in genere humano eſt adiectio ſiue applicatio ornamenti ad humanam perſonam, Ornamentum autem eſt res extrinſecus adiecta naturalem gratiam augens, vel in gratiam minuens . Circa ornatũ multa ſcripſerunt Summiſtæ : ſed quia non poteſt generali regula artis determinari ſemper quando ſit in eo peccatum maximè mortale:ſed prudentum arbitrio relinquitur ideo materiam iſtam breuiter attingam,

1 † PRIMO igitur quæritur, quomodo in exteriori ornatu ſit vitium? Et quantum colligitur expreſsè per S.Tho.2.2,q.169.art.1.eſt ibi uitium ex parte hominis immoderatè rebus exterioribus vtentis dupliciter. Primo, ſcilicet per comparationem ad conſuetudinem hominum, cum quibus viuit; quia turpis eſt omnis pars uniuerſo ſuo non congruens, ſecundum Aug.& ſecundo ex inordinato affectu vtentis. Et hoc quantum ad defectum eſt dupliciter:primo propter negligentiam non adhibentis ſtudium,vel laborem,ut exteriori cultu vtatur ſecundum quod oportet; vnde ad mollitiem pertinet trahere veſtimentum per terram ne laboretur ad eleuandum ,7, Ethic,& ſecundo ſi ipſe defectus ad gloriam ordinetur ſecundum quod Aug. dicit in lib. de ſer.do,in mon, in ipſis ſordibus eſſe poſſe iactantiam:ſed per gloriam San. Thom. capit omnem malum finem exteriorem.Quantum etiam ad ſuperabundantiam eſt triplex . Primò, ſi quis inde hominum gloriam quærit, ſupple tu, vel alium malum finem apud homines:puta,complacentiam turpem,Secundò , ſi inde quærit corporis delicias , ſecundum quod veſtis ordinatur ad corporis fomentũ, Tertio ſi nimia ſolicitudo apponitur,etiam ſi inordinato non ſit ex parte finis . Qui autem ſunt in dignitatibus conſtituti, & miniſtri altaris,licite pretioſioribus ueſtibus,quam cæteri induuntur,non ad ſui gloriam , ſed ad ſignificandam dignitatem ſui miniſterii,uel diuini cultus.Qui etiam uilioribus cæteris utũtur , ſi hoc faciunt non ad iactantiam , ſed ad macerationem,carnis uel humiliationem ſpiritus,pertinet ad temperantiam:quod præcipue competit his,qui verbo & exẽplo ad pœnitentiam hortantur,hæc ex illo.Ex quib. elicitur,ꝙ in ornatu dupliciter eſt peccatũ. Primo in ſe,ſiue quantum ad factum ipſum,quando non eſt ſecundum conſuetudinem patrię, quæ præſupponitur honeſta;ſiue illam excedat,ſiue ab illa deficiat. Secundo quantum ad ipſum affectum;& hoc dupliciter.Primo, ſcilicet in ſe, ſecundum quod eſt nimis intenſus cauſans ſuperfluam ſolicitudinem,aut remiſſus cauſans negligentiam,& ſecundo ex parte finis intenti,ſiue ſit apud ſemetipſum, vt voluptas corporis;ſiue apud alios,ut inanis gloria,uel omnis alius malus finis.

2 SECVNDO † quæritur,quando ornatus ſit ſine peccato? Et dico qñ erit ſecundum mediũ virtutis , & regulam rationis, ad quod multa requiruntur, ¶ Primò quòd in ſe ſit ſobrius , non ſuperfluus,ad quod diiudicandum debet homo uti conſuetudine virtuoſorum, qui ſũt aliorum regula:& cõſilio bonorum, non ſuo tantũ,quia proprius amor fallit.¶ Secũdo, ꝙ affectus quoq; ſit moderatus, ne quis nimis aut ſolicitetur,aut pigreſcat.¶ Tertio,ꝙ ſit recta intẽtio.Ad primũ aũt.ſ.ſobrietatẽ, requiritur primo,ꝙ ſit honeſtus,cũ honeſtas ſit pars iuſtitiæ.Secũdò,ꝙ cõueniat pſonæ ex colore, & figura:quia nec religioſus habitu laici , uel alterius religioſi,nec mulier habitu viri debet vti,vel econtrario,Tertiò,ꝙ cõgruat ſtatui pſonæ,quantũ ad pretioſitatẽ, & multitudinẽ,

3 TERTIO † quæritur, quãdo in ornatu ſuperfluo ſit peccatum mortale, aut veniale?Et dico de mente S, Th. quantum ex doctrina eius colligitur,ꝙ ſi conſideretur in ſe quantum ad factum ipſum , eſt mortale dupliciter ſcilicet ſi cõſiderata circũſtantia perſonæ, officii, loci,tpis,& hmõi,ſit exceſſus, vel defectus notabilis,qui certa regula determinari nõ poteſt; uel ſi ex hoc detur proximo ſcãdalum,uel oc-

caſio

casio peccati mortalis: quod est quando est excessus notabilis arbitrio boni viri, & nõ generali regula determinabilis. Si vero excessus non sit multus, erit occasio accepta, & peccatum veniale: vel nullum. Si vero consideretur quantum ad effectum intensum, vel remissum, erit peccatum mortale, solum si præponatur Deo, ita quod quis sit paratus ꝓpter hoc peccare mortaliter, & hæc si deliberate ex hoc procedatur in aliquẽ actũ, qui sit mortalis; puta, in aliquam mortalẽ iactantiam, vel immoderatum, & mortalem ornatum, & huiusmodi, & non aliter: quia habitibus nõ meremur, sed actibus. Et propter hoc aliquando dicunt Docto. quod in hoc dupliciter contingit peccare. s. considerando ornatum superfluum in se, & quantum ad finem, vel intentionem se ornantis. Si verò consideretur quantum ad finem erit mortale, aut veniale, sicut & finis.

4 QVARTO † quæritur, quid de ornatu mulierum, quo ad vestes, & fucos, & capillos? Et dicit Sanct. Thom. vbi sup. art. 2. quod circa hoc dicendum est sicut in gñe sup. dictum est, & insuper est speciale in hoc, ꝙ cultus muliebris homines ad lasciuiam prouocat. Igitur nupta potest licite operam dare, vt placeat viro suo, nec per eius contemptum adulteretur. Vnde nupta cogitat, quomodo placeat viro. 1. Cor. 7. & si hac intentione se ornes, non est peccatum. Quæ vero non habet, nec vult habere, nec est in statu habendi virum, non pt absque peccato appetere placere virorum aspectibus ad concupiscendum: q̃a hoc est dare incentiuum peccati, & si hac intentione se ornat, mortaliter peccat: si autem ex quadam leuitate, vel etiam vanitate propter iactantiam quandam, non est semper mortale, sed quandoque veniale. Et eadem ratio quantum ad hoc est de viris. Hæc ex illo. Et multo fortius intellige istam leuitatem, vel vanitatem non esse semper mortale illi, quæ intendit habere virum, & multo minus est mortale, si virgo se ornet, vt placeat honeste alicui, vt eam ducat vxorẽ, omnibus tamẽ est mortale velle placere turpiter, & lasciue, aut velle placere ei, quem credit, aut dubitat lasciuè moueri, & toties, quoties se offert eius aspectibus. ¶ Quantum vero ad fucos, dicit ibidẽ ad secundũ; Fucatio, de qua loquitur Cyprianus, s. dicens huiusmodi mulieres, etiam nuptas arsuras cum diabolo, est q̃dã species fucationis, quæ sine peccato esse non potest. Vnde secũdũ Aug. ad Possi. fucari figmentis, quo rubicundior, vel candidior appareat adulterina fallacia est, non tamen semper talis fucatio est cum peccato mortali, sed solum quãdo fit propter lasciuiam, vel in Dei cõtemptum in quibus casibus loquitur Cyprianus, s. dicens, quod manus Deo inferunt, qui, q̃d ille formauit, reformare contendunt. ¶ Sciendum tamẽ, quod aliud est fingere pulchritudinem nõ habitam, & aliud turpitudinem occultare prouenientem ex aliqua causa; puta infirmitate, vel huiusmodi, quia hoc est licitum: q̃a quę putamus ignobiliora membra corporis esse his honorem abundantiorem circondamus 1. Cor. 12. Hæc ille. ¶ Circa hoc autem Summ. Ange. contra Ros. & Supple. in tribus deficit. Primo, quia imponit S. Thom. falsum quasi ipse velit, quod ista fucatio semper si fict o, & peccatum. Secũdo, quia tenet, quod si fiat ad fingendũ maiorem pulchritudinem, semper sit mortale probans hoc aliquibus authoritatibus, quæ intelliguntur quando fit ad lasciuiam, aut in Dei contemptum, vel ibi ponendo finem, secundũ communẽ sñiam Doctorum. Tertio, q̃a dicit, quod fucãtes se ad abscondendam turpitudinem, pro posse inducere ad dimittendum: quod aliquando non esset bonum: sicut si virgo ex infirmitate esset decaluata, non expediret; vt vbi de more non incedunt compares velatæ, ipsa portaret caput, quasi cucurbitam. Quantũ vero ad capillos per omnia dicendum est de fucis, ita quod de se non est malum portare capillos alienos, vel, vt dicitur, mortuos. Et si fiat ad abscondendam accidentalem turpitudinẽ, non est peccatum: si vero fiat malo fine est mortale, aut veniale, sicut & ille finis, nec contra hoc est aliqua excommunicatio, vel humana prohibitio, vt diffusè deduxi in quadam quæstione Aur. Ro. ¶ Ex quibus patet, quod circa huiusmodi omnia, quæ dicta sunt est mortale. Primo, si intendatur ruina alterius, & secundo, si ruinã nec intẽderet, nec curaret, idest, cum esset mulier parata non desistere a superflue ornato, etiã si sciret aliquem ruiturum quomodo intelligit Pet. de Taran. illud August. nihil est ad eo veniale, quin fiat mortale, dum placet. 25. distinct. §. criminis. Tertio, si intendatur finis mortalis. Quarto, si fit magnus excessus, qui fit mortalis rõne ꝓdigalitatis, aut occasionis peccandi. Est vero veniale, primo quando intenditur malus finis, non tamẽ mortalis, & circa salutem proximi, & secũdo, si eccessus sit modicus, etiam si finis non est malus. Et vere sine peccato,

pri-

primo, si fiat propter bonũ viri nisi fiat magnus excessus, & secundo si ad abscondendã maculam, aut alienas irrisiones euitandas.

5 QVINTO † quæritur, quid si quis non vtatur habitu sibi conueniente? Et dico, quod religiosus quidem, & eadem ratione religiosa, si non defert habitum religiosum, est excommunicatus, vt supr. Excommunicatio 9. §. 24. & si deferat quidẽ religiosum, sed non conuenientem suæ professioni, secundum Vlde. est mortale: nisi excedat in modico, & multo magis, si deferret habitum religionis alienę, quo casus esset excommunicatus, vt patet vbi supra, dum dicitur suæ religionis: de quo sup. Excommunicatio. 9. §. 24. De eo vero, qui vtitur habitu religionis in ludo, supra. Habitus. §. 5. De muliere autem vtente habitu virili, vel econtrario, dicit Sum. Ange. quod peccat mortaliter. s. indistincte hoc faciendo sine causa. Cuius contrarium tenet Summ. Ros. de quo vide sup. Fæmina. §. 1. Dicit etiam falsse, quod hoc videtur tenere S. Thom. qui vbi sup. dicit, ꝙ hoc de se vitiosum est, præcipue quia hoc potest esse causa lasciuiæ, & specialiter prohibetur in lege: quia gẽtiles hac mutatione vtebantur ad superstitionẽ idololatriæ, potest tamen quandoque fieri sine peccato propter aliquam necessitatem, ad se occultandum, vel propter defectum vestimenti, & huiusmodi. Hæc ex illo, qui non intendit, quod sit mortale ex leuitate.

6 SEXTO † quæritur, quid de muliere attondente, aut non velante capillos? Et dico de attondente quidem vt sup. Fœmina. §. 2. De nõ velante autem S. Th. vbi su. introducit dictum Hug. quod capillos nudare fœminas, quas etiam caput velare iubet Apostolus, nec maritatas decet subiungẽs: In quo tamen casu possent aliquæ a peccato excusari, quando hoc non fieret ex vnitate, sed propter contrariam consuetudinem: quamuis talis consuetudo nõ sit laudabilis. Hæc ille. Et sic in hoc non potest esse mortale, nisi ratione affectus, vel intentionis.

7 SEPTIMO † quæro, quid de his, qui deferunt habitum inhonestum, sicut mulieres ostentantes pectora, & viri pene ostendentes verenda propter habitus breuitatem? Et dico, quod omissa intentione, de qua iam patet, ꝙ est peccatum, eo modo, quo ipsa res, q̃ intenditur, loquendo de facto ipso, dico, quod circa hoc Summistæ multa loquũtur, aggrauãtes casum sed stante consuetudine, licet non laudabili, sic incedendi, & remota omni mala intentione non potest dari regula generalis, nisi quæ de occasione peccati datur sup. Occasio, sed totum relinquitur iudicio confessoris, qui in talibus, quantum licitè potest restringat.

8 OCTAVO † quæritur, quid de habentibus ornamenta honesta, sed superflua, & plura, quam sit necesse? Et dico, ꝙ si sit in hoc enormis excessus videtur mortale: quia ista essent eroganda pauperibus. Ad cognoscendum autem istam superfluitatem circa numerum, & pretiositatem ornatus tria sunt præcipue consideranda. ¶ Primo. s. tempus pręteritum qualiter. s. quis tempore præterito venerit ad istam conditionem, & statum, quem modo habet; quia si peruenit per vias, propter quas restituere teneatur, non potest vti multitudine, vel pretiositatę, qua alij cõiter vtuntur, quia rebus obnoxijs restitutioni sine mortali quis vti non põt ad statum conseruandum vel pompam. de rest. spol. c. sæpe cõtingit. Et ita indistincte tenet Sum. Ang. & Ros. addentes, quod p̃latus sine mortali dispensare non põt, ẽt quo ad incerta, vt viuat, ẽm statum, sed solum secũdum condõnem naturalẽ, qua s. quis indiget pretiosioribus altero. Sed quia iura, quæ allegant, hoc non probant, vr̃ limitandum esse quo ad bona certa, vt inf. Restitutio 8. §. 7 & 8. ¶ Secundum considerandum est tp̃s præsens, vtrum. s. ornatus iste propriæ conditioni conueniat, cum maior maiori, & minor minori debeatur de vi. & honesta. cleric. c. clerici. officia. in quo tamen est attendenda cõsuetudo bonorum. di. 41. c. . iuncta gl. Adde, quod æqualis nobilibus, diuitijs, sed nobilitate minor, aut etiam genere infimus ornare se potest, vt nobiles, quod Sum. Ang. & Ros. indistincte concludunt; quia nobilitas hodie nõ attribuitur secũdũ virtutẽ, sed secũdũ põpã, & opinionem. Sed mihi vr̃ limitandum, modo in moribus, & exercitijs se hẽat, vt nobilis: quia, cum nobilitas sit antiquæ diuitię, iste iam incipit esse nobilis, secus si vilia exercet officia: puta, rusticana, aut mechanica. ¶ Tertio considerandum est tempus futurum i. vtrum in posterum poterit esse super in tali ornatu sine peccato, quia si oporteret eum propter hoc effici iniustum, aut pauperibus crudelem non liceret.

9 NONO † quæritur, quomodo in huiusmodi debeant se regere confessores? Et dico, quod si eis clare constet de mortali, denegare dẽnt absolutionem, si nolunt pęnitentes abstinere. Si vero eis clare non constet, quod sit mortale, non est absolutio neganda, ẽt si abstinere

non

non velit: quia venialia non sunt de necessitate confessionis. Si vero non possunt clare percipere, vel iudicare, vtrum sit ibi mortale necne persuadendum est pro viribus, vt abstineant, sed non est facienda cõscientia de mortali; quia deinde mortaliter peccarent, etiam si alias illud non erat mortale, nec absolutio neganda, quia iura sunt proniora ad soluendum, quam ad ligandum. dist. 55. ponderet. & melius est domino reddere ratione͂ de nimia misericordia, quam de nimia seueritate.

10 DECIMO † quæritur, posito, quod episcopus mãdet sub pœna excõicationis, mulieres nõ vti ornamentis fucati coloris, vel auri, & argenti & nulla hoc obseruauerit, vtrum incidérint in pœnã? Io. And. in regula, ea quæ fiunt in mercu. distinguit vtru ornatus sit peccatũ an non: dicens, ꝙ fucatio ad fingendã pulchritudine͂ non habitam, sine peccato esse non potest secus ad abscondendum turpitudinem ex causa maxime extrinseca, ornatus aute͂ superfluus vestiũ, & hmõi, non nuptis est mortale, aut veniale, aut nullum ſm intentione͂. Et deinde dicit primo, ꝙ statutum episcopi ex causa est bonum; & quæcunque vsa fuerit, saltem ad fingendum pulchritudinem, incidit, quia cum fucatio sit mala, prohiberi potuit: nec in hoc debuit vxor obedire marito. Dicit secundo circa alia ornamenta, ꝙ innupta debet ꝑcise obedire statuto episcopi. 8 q. 1. sciendum. & c. quid culpatur. 23. q 1. nupta vero si vir consentit, expresse vel tacitè, non prohibendo cõtrarium, debet seruare statutũ; alias incideret in pęnã. Si vero expresse prohibet præcipiendo contrarium: in affectu e͂po, in effectu marito obediat, cõtra cuius voluntatem statutum eam in eis obligare nequiuit. Hæc ex illo, qui videtur deficere in multis, sed tamen videtur habuisse in me͂te solutionem bonam, scilicet quod incidunt si veniunt cõtra statutum per ornatum illicitum, aut etiam si veniunt cõtra illud per licitum non prohibente superiori, secus si per licitum ad imperium superioris; secus; quia tunc sententia est a non suo iudice. Nec distinguo inter fucationem, & alios ornatus, nec inter nuptam, & innuptam.

OTIOSITAS: vide sup. Acedia.

DE PACTIS.

PACTVM, vel pactio a paciscor, est duorũ pluriumve in idem placitum, seu consensus, scilicet ad aliquid faciendum, vel dãdum, vt dicit tex. in l. 1. ff. de pact. Vnde contractus, generali nomine pactum dicitur, sed tame͂ cũ habemus specificum nomen, eo nominamus contractum: vt dicendo, venditio, locatio, & huiusmodi: cum vero non habemus, generali nomine pactum appellamus.

1 PRIMO † vero quæritur, quomodo differunt pactum, stipulatio, pollicitatio, conuentio, & promissio? Et dico, quod promissio si sumatur largè, est affirmatio, vel negatio, qua quis se aliquid dicturũ, vel facturũ affirmat, aut negat: & est quid commune ad omnia prędicta. & secundum Pan. in c. 1. de spon. duo. est idem quod fides, i. datio fidei, seu sponsio, sed ꝓpriè est promissio præcedente rogatione, vt si rogo te dare mihi decem, aut mutuare, & spondes. Pactum vero large est id quod dictum est sed proprie est qñ verba præmittuntur a promittente, & cõsequenter a recipie͂te, vt dabo decem, si equum tradideris. Et sic de ratione pacti proprie sunt tria. Primo, ꝙ iste actus generetur inter plures: Secundo, ꝙ partes sint ꝑsentes per se, vel aliũ, aut scripturã, ita ꝙ cõsensus earũ concurrant. Tertio, ꝙ verba præmittantur a spondente: vnde non est pactum, si quis relinquat ecclesiæ centum cum onere faciendi anniuersarium, & ecclesia acceptat: qa consensus ecclesiæ sequi potest mortem illius testatoris. Stipulatio vero proprie est qñ fit econtrario, ita, ꝙ verba præmittuntur a recipiente vt si dicat vnus, dabis mihi decem, & alius dicat, dabo. Instit. de verb. obli. in princ. Pollicitatio vero est solius offerentis promissio, nec requiritur præsentia personæ, cui pollicitatio fit. l. 1. & l. pactum, ff. de pollic. & fit sine interrogatione præcede͂te, ff. de pollic. l. 3

Con-

Conuentio autem est aliquid generalius pacto; quia & scholares in scholis, & fratres in capitulo conueniunt. ff. eo. l. 1. §. conuentionis verbum, & propriè videtur in iure passiue sumi pro citatione, actiuè verò pro pacto.

2 SECVNDO † quæritur, quotuplex est pactū? Et dico, quod pactorum multa sunt genera de quibus pauca referam. ¶ Nam quoddam dicitur vestitum, & quoddam nudum. Vestitum dicitur pactum sex modis. Primò re. Secundò verbis, s. in stipulando: Tertiò literis, vt quando in literis confitetur se aliquid recepisse, etiam si non recepit; Quartò consensu, vt in societate mandato, emptione venditione, vel locatione, in quibus non requiritur scriptura, vel præsentia, sed sufficit consentire, per se, vel per nuntium, aut scripturā. de quibus quatuor modis habes supra Obligatio. §. 2. in fin. Quinto, cohærentia contractus: puta uendidi tibi domum cū pacto, quòd morer in ea per annum: quod quidem ualet: quia vestitur cohærentia contractus, scilicet venditionis, alias esset nudum: Sexto interuētu rei; puta, promisi dare tibi aliquid, ut faceres mihi, vel dares aliud: vnde statim, cum dedero tibi sponsum, vestitur pactum ex parte mea ideoq. interuentu eius obligaris mihi ad promissum. Probantur ista instit. de verb. obl. Nudum vero quādo non uestitur aliquo prædictorum, sed in meris, & puris finibus conuentionis: v. g. promisi tibi dare centum sine aliqua interrogatione præcedenti, vel chirographo, & huiusmodi, & cōsentis: alias si non cōsentires, non esset pactum, sed pollicitatio: de quo in l. iure gentium. §. igitur. ff. de pact. Similiter dicitur nudum, quando non continet causam: quia traditio rei sine causa nullius est efficaciæ, l. nunquam nuda traditio, ff. de acquiren. rerum domi. licet habeat aliquas fallentias. de quibus Pan. in c. si cautio. de fide instrum. ¶ Quoddam etiam dicitur pactū addictionis in diem, ut uendo tibi domum, & si hinc ad mensem potero pretium maius habere, repetam illam. ¶ Quoddam etiam dr̄ personale: eo ꝙ determinatis personis prosit & non aliis, ut si promitto non repetere pecuniam debitam mihi a te, sed a tuo hærede. ¶ Quoddam etiam est reale, vel in rem, quod scilicet non respicit determinatum numerum personarum, sed generaliter omnes ad quas res deuenerit, ut cum meum creditum remitto tam tibi, quam tuis hæredib. ¶ Quoddā ēt est pactū legis commissoriæ, de quo inf. §. 14.

3 TERTIO † quæritur, utrum ex nudo pacto, seu sola promissione obligetur homo iure canonico? Et dico, ꝙ sic, ut not. in c. 1. de pact. & in c. iuramenti. 22. q. 5. quod limitat verum Collecta. & sequitur Pan. in c. prudentiam. de don. & in c. si cautio. de fide instru. quando exprimitur causa, ut promitto tibi decem, quia vendidisti mihi talē rem, vel mutuo concessisti, & huiusmodi: quia si sit nudum, sic quod nulla causa sit adiecta, non obligat etiam in conscientia, quia præsumitur, quis per errorē promisisse, & sic allegari non potest obligatio naturalis, cum nihil sit tam contrarium consensui, quam error. 29. q. 1. §. 1. & l. si per errorem. ff. de iur. om. iud. Sed quantum ad conscientiam dic ut §. seq. ¶ Aduertendum est tamen, quod si dicat quis, Promitto tibi centum donare: quod tunc liberalitas promissionis præsumitur causa donandi, & sic non est sine causa, & similiter si promittitur aliquid loco pio, quia præsumitur se obligasse fauore piæ causæ, nec ibi præsumitur error. de suc. ab intest. c. fi. sed de hoc §. seq.

4 QVARTO † quæritur, utrum ex sola promissione siue ex pacto quis obligetur in conscientia: Et dico, quod sic, sub peccato mortali, in rebus. s. alicuius importantiæ, vt patet per d. c. iuramenti. & d. c. 1. de pact. iunctis gl. & notabilibus Doct. & est mens Pan. ibi, & S. Tho. 2. 2. q. 110. art. 3. ad quintum. vbi dicit infideliter agere eum, qui non seruat promissum. & 4. dist. 27. q. 2. art. 1. ad 2. Hoc autem Sum. Ang. & Ros. limitāt, & est limitatio Coll. quem sequitur Pan. in c. prudentiam. de don. quando exprimitur causa promittendi, vt in §. priore. Sed expressio ista facit ad præsumptionē, quæ in conscientia non habet locum. Vnde non differt quo ad Deum, siue exprimatur, siue non: si tamen causa expressa, vel non expressa non esset vera, non obligatur. ¶ Limitatur ergo primo, secundum S. Th. vt innuitur. 2. 2. q. vbi sup. & est Theologorum doctrina, si habuit animum se obligandi, facit cap. literarum, de voto. & l. obligationum, la prima, ff. de act. & oblig. Secus si habuit animum essēdi liber vsque ad redditionē: vel si habuit animum fingendi, quia licet peccet, non obligatur tamen, nisi subesset causa de se ex præcepto obligans. puta, si promissa est patri vestis, & frigoribus alget. Limita secundo ibi expresse quando promissum est licitum, alias propositum mutando bene facit. Et tertiò si non sunt mutatæ cōditiones personarum, ac rerum: alias secus, ſm Sene. de bene. Et intellige, quando per mutationem aduenit aliquid,

quid, quod si a principio fuisset non promissset, & idem Ioan. de noto. Limita quarto, si promissum sit possibile. de reg. iur. impossibilium. lib 6. Limita quinto, si causa promittendi sit vera.

5 Qvinto † quæritur, vtrum ex nudo pacto oriatur actio? Et Inno. in c. nouit, de iud. & multi alij dicunt, quod non, sed solum competit imploratio iudicialis officij. Sed contrarium de iure canonico tenuit Host. Io. An. do. Ant. & Arch. in c. quicunq; suffragio. 12. q. 2. & Pan. cum gl. in d. c. 1. de pac. in c. iuramentum. 22. q. 5. quod verius credo.

6 Sexto † quæritur, vtrum pactum omne vestitum obliget? Et dico, quod non, vt not. Panor. in c. pactiones. de pact. & hoc est, quando etiam iuramentum non obligat. de quo supr. Iuramentum 4. §. per totum. & quādo est dolo initum. de rerum perm. cap. cum vniuersorum. Intellige, quo ad dolosum, & quando est alteri captiosum. ff. de rescin. vend. l. si id qđ pure. in fi. & quando promissio est ob nimiam reuerentiā alicuius. l. 1. ff. qua. re. ac. non dat. & quando continet turpitudinem. l. si vnus. §. pacta, quæ turp. cau. ff. de pact. Et turpe dicitur, si est contra ius. 12. q. 2. faciat homo. secundum tñ quod distinguitur. infr. §. 8. Et qñ est circa conuentiones innominatas, & ille, cum quo cōtraxit, nō implet ex parte sua contractū. l. naturalis. §. 1. ff. de præs. verb. & l. ex placita. C. de rerum permut. Vnde si quis cum aliquo conueniat dare sibi centum, & nunquam petat tale quid, talis nunquam poterit petere centum; quia nunquam potest implere, cum semper possit petere: secus si fiat conuentio, promitto centum, si remittas fideicōmissum: quia talis poterit petere, eo quod facere possit remissionem. hæc ex Bald. C. de pa. l. conditionis. Adde, quod non valet pactum aliquando ratione personarum, sed dicitur inutile, vt pactum furiosi continuo, & non per interualla, & pupilli nondum doli capacis, vbi vult obligari, secus vbi alium vult obligare, & prodigi, & monachi, ac omnis regularis professi, nisi contemplatione monasterij paciscantur, cui per tales acquiritur: nec viri, & vxoris, qui sibi donare non possunt, sed vendere. Aliquādo ratione potestatis, vt pactum legati dum legatione fungitur, & patris, ac filij, nisi in peculio castrensi, vel quasi. Item si res in pactum deducta non sit in rerum natura. Item si homo, res sacra, vel religiosa deducatur in pactum. Item cessat pactum in collatione rerum spiritualium, & in prohibitis, etiam si iuramentum interueniat, & in rebus turpibus, & impossibilibus de facto, vel de iure, vbi nulla inducitur obligatio. Vide Goffr. in Summa.

7 Septimo † quæritur, vtrum pactum initum per priores, aut guardianos mendicantium cum rectoribus, vel personis ecclesiarū vbi habitant, super iuribus parochialibus, vel alijs quibuscunque, debeat perpetuo seruari? Et dico, quod sic, si factū est cum assensu suorum conuentuum, vel locorum, licet non interuenerit assensus magistri, vel ministri prouincialis, aut generalis, vel sedes apostolica, quo ad minores, authoritatem non præstiterit. de pact. quia ex eod. lib. 6.

8 Octavo † quæritur, vtrum pactum in se continens turpitudinem ex hoc, quod est peccatum, vel contra ius valeat si iuramento firmetur? Et dicit Pano. in c. pactiones eod. titu. quod non, si continet turpitudinem ex parte vtriusq. s. iurantis, & recipientis. 22. qu. 4. per totum. & similiter si solum ex parte iurantis tātum. vt in regula, non est obligatorium. Si vero ex parte recipientis tantum, sic tenet, & obligat. de iureiu. debitores. Ratio, quia iuramentum principaliter dirigitur in Deum, in quo nulla potest versari turpitudo. Si vero non sit iuramento firmatum, an obliget, vide sup. Obligatio §. 4.

9 Nono † quęritur, vtrum valeat pactum de non cedendo bonis suis? Et dicit Pan. in d. ca. pactiones, quod sic, nisi sit notoria paupertas; quo casu esset illicitum: quia in defectu videtur quis tunc se obligare ad carceres: quod non potest, cum nemo sit dominus suorum membrorum.

10 Decimo † quæritur, vtrum valeat pactum quod est contra substantiam contractus, & non continet turpitudinem? Et dico, quod si apponatur per viam modi vitiatur, & non vitiat secundum Franc. de Ramponibus in repetitione legis si. C. de condictio. ob causam. Vnde nō valet pactum, quod precarium duret in uito domino. de preca. precarium. & l. cum precario. ff. de preca. Similiter non valet, si constituo procuratorem, & promitto non reuocare. ita dicit Bart. in d. l. cum precario. & Ang. in l. 2. ff. de procura. &, si promisit sub pœna non tenetur ad illam, si reuocat. Et facit gl. in c. 2. de consue. lib. 6. & Ang. in consil. 222. Sed si apponatur per viam cōditionis, nō uitiatur, sed vitiat: ar. c. si. de conditio. appo. & quod no. Bart. in authe. ingressi. C. de sacrosan. eccles. Quod autem contrarium videtur in

in l. vbi mortis causa ita donatur.ff. de dona. causa mor.solue vt Bar.ibi.

11 VNDECIMO † quæritur, vtrum valeat pactum de hæreditate viuentis, seu futura successione? Et dico, ꝙ non regulariter: quia inducit votum captandæ mortis.C. de pact.l.fi. & ibi per doct.& per Bald.in li.de vsi. feu. de feu. da.in vi. leg. commi.& per Canonistas in c.venerabilem.de elect. & Pan. in c. nulla. de cōcef. præb. vbi etiam distinguitur, ꝙ valet, si sit ad conseruandam legitimam successionem.Inst.de leg.agna.suc. quia est legi cōsentaneum. Sed si fiat ad eam minuendam, non valet.l. pactum,ff. de pact.nisi firmetur iuramento:quo casu valebit.de pact. c.2.libr.6. & similiter non valet, si fiat ad eam perdendā, seu ad tollendam liberam testamenti factionem,quia est contra bonos mores:vt l.stipulatio hoc modo,ff.de verb.obl. adeo, ꝙ secundum Bar. etiam iuramento non firmatur per regulam,nō est obligatorium.de reg.iur. lib. 6.vt in d.l.stipulatio.no.in l.fi. C. de pactis. tñ melius dr̄ quòd firmatur, quia non est contra bonos mores naturales,sed ciuiles; arg.ca.2. de pact.lib.6.

12 DVODECIMO † quæritur, quid iuris in hoc casu? Quidam timens parentes, & volens animæ suæ prouidere, reliquit pauperibus dimidiam bonorum suorum hoc pacto.s.dicens, si contingat me facere aliud testamentum, per quod instituerem parentes meos, & reuocarem præsens iudicium, ex nunc tibi P.notario publico tanquam personæ publicæ stipulanti & recipiendi pro dictis pauperibus bono irreuocabiliter,& inter viuos dictam dimidiam, constituens me ex nūc eam possidere precario nomine, & tandem facit aliud testamentū. Modo quæritur vtrū pauperes, ex tali donatione valeant aliquid habere?Et dicit Bald vbi supra, esse in hoc opiniones; quia Dy.dicit ꝙ sic.ff.de testa.l. hæredes palam, §. fin.& in reg. quod semel placuit.de reg.iur.lib.6.Alij dicunt,ꝙ non, quia iste contractus donationis videtur impedire liberam testamenti factionem,ff.de verb.oblig.l. stipulatio hoc modo. Sed ipse dicit aduertendum,ꝙ summus extra casum doctorū: quia hic interuenit traditio. Vnde, & si donatio esset infirma,& sine causa,tamen dominus volens transferre dominium,transfert.ff. de cond.ob causam,l.3.§. subtilius. Vel quia causa est ipsa liberalitas.vt ff.de do.l.hoc iure item ipsa pietas, ff.de cond. ind. l. cum his. §. si mea opinione sunt mulier.& not.Instit. de oblig. quæ ex quasi con. § ex quibusdam ad quod C. de sacrosanct.eccle. l.fin. Volens ergo substinere opinionē Dyni faciat, ꝙ procedatur ad traditiones actum: qui etiam sub conditione fieri potest,vt ff.de acqui. poss. l. qui absenti, & cautius si interueniat traditio corporalis,quā si precaria: quia precarium forte non valet, & tandem relinquit cogitationi lectoris sine decisione.Hæc ex illo. Ad quorū intellectum vide inf.Traditio, & inf.Precariū Et intendit ipse,vt vr̄,ꝙ si donet publicæ personæ inter viuos suo tali cōditione. & tradat maxime corporaliter,ꝙ valebit,& verum est & intellige in foro causarum, in foro autem conscientiæ multo magis.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, quid cum vir facit testamentum, & legat certum quid puta, domum suæ vxori hoc pacto, quod siue mutare testamentum,siue non,vxor iure donationis habere debeat, quod sibi legauit, & demum mutauit testamentum, nulla facta mentione de dicta donatione? Et dicit Bald. vbi sup.videri,ꝙ mulier nō debeat dictam habere domum,per dictam l.stipulatio hoc mō contrarium vero,inquit, dico:quia ista donatio est præsens & pura,quia dixit,siue mutaue ro siue non, & ideo non est apposita in pœnam testamenti mutati. Caue tamen quia nisi interuenerit traditio, non cōfirmatur morte, & sufficit, vt traditio interueniat tempore donationis, vel postea viuo donante,ff.de do. inter vi. & vxorem.l.Papinianus alias incipit, si quis pro vxore.& arg.in l. 2. C. si quis aliq. testa.prohib.

14 DECIMOQVARTO † queritur, quid iuris de pacto legis commissoriæ? Et dico multa. ¶ Primum. Hoc pactum in contractu venditionis est pactio, qua venditum redditur,non emptum,si non seruatur promissum, vt vendo tibi fundum,& si intra talem diem non solueris precium inemptum sit,vt in l.1.& 2. ff. de lege commissoria.In pignore vero est pactio,quia pignus redditur perditum, si non seruetur promissum, vt nisi lueris pignus intra talem diem,sit perditum, vel sit mihi pro soluto.¶ Secundum.Hoc pactum non generaliter reprobatur,ff.de leg.commiss.per totū, vbi patet quod valet in contractu venditionis,sed in pignore secundum Sum. Ang.generaliter reprobatur,vt in l.fi. C.de pact. pig. & in c.significante de pig. & ideo hoc pacto obstante pignus est restituendum, nisi in tali pacto interuenisset iuramentum,ut in d.ca.significante. Sed pro notitia huius particulæ nota pri-

primo, quod istud pactum in pignorib. perdē dis, aut vendendis iniusto pretio pacto adhibi to statim, & non ex interuallo, seu post mutuum, vt patet per Bald. in l. qui pactus, C. de pac. pi. imo & per text. ibi. & idem Bart. vt refert Pan. in c. significante. de pig. Nota secundo, ꝙ cum istud pactum nō sit de se illicitum: quia fieri posset de se licite per modum appositionis pœnæ, sed solum fit illicitū ex prohibitione iuris ciuilis, ne. s. nimium læderentur debitores in perditione vel exigua venditione pignorum, & ne daretur occasio mutuandi sub spe lucri, vt dicit Pan. in d. c. significante, eo modo reprobatur in pignoribus iniuste vendendis, quo secundum leges venditio est iniusta. s. si sit iniustitia vltra dimidiā iusti pretij, similiter si fiat ex voracitate creditoris, vt inf. partic. vlt. Et ideo si hoc pactum fiat de pignore vendendo non in fraudem ad lucrandum ex mutuo, sed in pœnam ad coercēdam cōtumaciam debitoris, erit licitum, & pignus erit venditum ex conuentione pretio iusto legaliter, & si plus valeat, nihilominus erit emptoris ratione pœnæ. Et ita sustinet Arch. in 2. parte, ti. 1. c 7. & habes in aurea Ros. casu 28. ¶Tertium. Secundum Bald. vbi sup. hic est pactum legis commissoriæ, pignoro tibi hanc rem, & si non lucro intra mensem, nunquam possim luere. licet non dicatur, ꝙ dominium sit apud creditorem. Et ita tenet glos. in l. vlt. C. de pac. pign. ¶Quartum. Cum fideiussore valet hoc pactum, si non extraxero te de obligatione, pignus, quod pro indemnitate tibi dedi, loco indemnitatis sit tuum: secundum Bald. in lib. de vsi. feu. vbi sup. quia speciale est in his, qui pro alio sunt obligati: quia hoc mō possunt indēnes seruari, vt ff. de cōtrah. empt. in fi. ¶Quintum. In dote hoc pactum vr̄ valere, secundum eundem, vbi sup. si tibi pecuniā non restituero, talem fundum loco permutationis assigno: quia est quædā permutatio. ff. de iure do. l. ita constant, & l. fin. Item speciale vr̄ in dote, vt ff. de sol. l. Calipodius. ¶Sextum. Istud pactum, obligo tibi talem fundum pro decem, & si non soluero tibi intra mensem, habeas eum emptum iusto pretio, secundum Bal. vbi sup. valet licet non sit collatum alicui arbitriū declarandi pretium, ff. de pig. l. si fundus, §. final. ¶Septimum. Si mutuasti mihi decem nullo pignore constituto, hoc pacto, qđ si non soluero intra mensem, talis domus mea sit tua pro illis decem; valet pactum, secundum eundem vbi supr. quia non est pactū pignoris, vt in d. l. fina. ff. de contrahen. empt. Adde, quod etiam si domus fuisset data in pignus, valeret, modo illa decem essent pretium iustum legaliter, & cessaret fraus. vt dictum est partic. 2. ¶Octauum. Si autem pactum legis commissoriæ est appositum non ipsi contractui pignoris, sed diu postea, valet. vt dicit idem vbi supra vt ff. de pigno. actio. l. Titius, vel vbi interuenit pactum, rogatu debitoris & eius gratia, non voragine creditoris. Et dicitur, quod ex interuallo valet ad excipiendum, non ad agendum, vt refert Barto. in d. l. Calipodius. Vide Pan. in ca. significante. de pigno.

15 Decimoqvinto †quæritur, quid iuris de pacto facto patri a filia dum nuptui traderetur? Et dico multa. ¶Primum, Pactum factum patri a filia dum nuptui traderetur, quod do te contenta nullum ad bona matrimonialia regressum haberet, non tenet, nisi sit iuramento firmatum, de pact. quamuis. lib. 6. secūdum Gemin. ille text. loquitur quando erat pubes; quod patet, q̄a dicit, quod nuptui tradebatur quia impubes non traditur nuptui. ¶Secundum. Si autem istud pactum esset postquam nuptui tradita fuit: nihilominus procedit dictum tex. ẜm Io. Mon. & Arch. cum sit eadem ratio. Et ad text. qui loquitur qñ traditur nuptui, respondet, quod ita narratū fuit Papę, & idem Gem ¶Tertium. Non potest autē puella petere absolutionem ab hoc iuro, secundū Gemin. post Io. de Imo. quod alias aliquando licet, & dicitur de iureiur. c. debitores. & ca. 1. quia dicit text. quod omnino seruari debet, ēt si puella non fuit certificata de præiudicio: quia licet Host. notauerit in Summ. de fideius. quod iura dicentia, quemlibet posse renuntiare iuri suo, siue his, quæ pro se introducta sūt, intelligenda sunt quando quis fuit certioratus de præiudicio, vt patet distinc. 38. placuit. hoc tamen casu Arch. non putat necessarium, cum text. loquatur indistinctè. ¶Quartum. Et non obstante iuramento illo, nihilominus poterit legitimam petere, vel eius supplementum, nisi de ipsa dixerit expresse. l. si quando. & ibi Doct. C. de inoff. test. Et sic intellige Io. de Imo. dicentem, quod si dos sit minus quam legitima, nihilominus valet renuntiatio talis: q̄a alias dubiū nō haberet, quia quādo datur legitima, valet pactum etiam sine iuramento, vt no. in l. si quando C. de inoffic. testa. Quintum. Si autem dolus interueniat re ipsa, vt quia fuit læsio maxima. Petr. de Anchar. dicit tunc non valere pactum, quia dolus dupliciter consideratur, scilicet ex proposito, & re ipsa

ipsa:& tex.simpliciter dicit, nō vi, nec dolo: & sic de vtroque debet intelligi. Sed Ioan.de Imo.tenet contrarium: quia, si hic attenderetur talis dolus, non posset ēt cū iuro renuntiare remedio, C.de rescin.vend.l.2.quod est cōtra ibi notata. ¶ Sextum. Si autem filia renuntiet hæreditati matris etiam iuramento, matre viuente, & inscia, videtur tale pactum nō valere, a contrario huius decretalis, & per l. fin.C.de pact. videtur esse contra bonos mores, ideoque non firmatur iuramento.

16 DECIMOSEXTO † quæritur, quomodo pacta obscura sint interpretanda? Et dico in dubio, quod interpretanda sunt contra eum qui posuit, & potuit apertius declarare, ff.de pac. l.veteribus.

PALLA dicitur lineus pannus cōsecratus, qui extenditur super altare, & super quo extenditur corporale. de quo sup. Benedictio. §.2.& sup. Corporale, per totum.

PALLIVM, siue, vt alijs placet, palleum, in proposito est ornamentum ad modū stolæ sacerdotali crucibus nigris intextum super alia ornamenta delatum, humeros ad instar coronæ, pectusque circundans ante depēdēs, significans plenitudinem pontificalis officij. eo.tit nisi quo vtitur Papa semper & vbique, & patriarca, & archiepiscopus solum inf. missarum solemnia in ecclesijs suæ prouinciæ: nō autem extra ecclesiam, puta, in processione. eod.titu.ca.1. nec in diebus non contentis in suo priuilegio: licet sine eo possit quandoque celebrare in sua, & aliena diœcesi, sicut & sine sandalijs, eo.tit.c.fi. Debet autem hodie peti a Papa intra tres menses a tempore consecrationis, vel confirmationis, si ante non fuit consecratus; al'às si accusetur, cessante legitimo impedimento, potest remoueri. dist.100. quoniam.& debet peti cum instantia. ead. distin.prisca. & petens præstare debet sacramētum fidelitatis, & obedientiæ ad ecclesiam Romanam: ead.dist. optatum. & de elect. significasti. & in eius donatione dari debet nouum priuilegium, vel antiquum confirmari: ea.distin.scripturarum. Ex priuilegio etiam Papæ olim petebatur a quatuor patriarchis a suffraganeis eorum, de priuile.antiqua. Non autem ante eius receptionem, sed post, se potest archiepiscopum nominare. eod.tit. nisi nec conuocare concilium, nec conficere chrisma, nec dedicare basilicas, nec ordinare clericos, nec episcopos consecrare. de electio. quod sicut. Non potest autem Archiepiscopus pallium suum alteri commodare: imo debet cum eo sepeliri, quia personam eius non transit: eod. tit. ex tuarum.& c.ad hoc.

¶ PALMARIVM sup. Aduocatus, §.19.

DE PAPA, ET EIVS potestate.

1 *Papa vnde dicatur, & a quo sit eius authoritas.*
2 *Papa potestas, a quo sunt alia omnes potestates in ecclesia.*
3 *Papa an renuntiare possit papatui.*
4 *Papa qualiter possit iudicari, & priuari.*
5 *Papa an possit errare.*
6 *Papa quid possit super inferos.*
7 *Papa quid possit super paganos, Iudæos, & hæreticos. & num.8.& 9.*
10 *Papa quid possit in Imperatorem, & alios Reges, & num.11.*
12 *Papa an suo contractui possit contrauenire, ita quod non obligetur.*
13 *Papa an possit absoluere ab obligatione.*
14 *Papa an possit tollere leges ciuiles.*
15 *Papa an possit tollere statuta concilij generalis.*
16 *Papa an possit dispensare in præceptis legis naturalis, aut diuina.*
17 *Papa an dispensare possit vt contrahatur matrimonium in gradibus lege prohibitis, & nu.18.*

1 PAPA † dictus est quasi admirabilis, a Papæ interiectione admirātis, eo quod vicarius sit Christi, & Dei, cuius est terra & plenitudo eius. de deci. tua.el 2. & de homi. pro humani lib.6.& in cle. Romani. de iureiur. Et intellige vicarius Dei expresse & immediate, & non mediante, lumine rationis, sicut sunt principes, secundum Her. de pot. ecclesiastica, licet aliquando, vt 63.dist. ego Ludouicus, dicatur vicarius beati Petri, sed impropriè scilicet gerens vicariam, quam gessit Petrus. Vel secundum Io.An. super verbo, in Papa in proœm. Cle. dicitur Papa quasi pater patrum, solus habēs plenitudinem potestatis. 2.q.6. qui se scit. alij vero habent partem solicitudinis. vt ibi. & vt patet per S.Th.2.dist.44. in litera, habet apicem, i. summum gradum potestatis in spiritualibus, & temporalib. æqualiter Petro Apostolo, vt dicit in 4.contra ca.76. & vt idem in 3.par.q 8.art.6.& in 4.distinc.50. & in multis alijs locis declarat, est caput vniuersalis ecclesiæ aliquo modo, s. vt est vicarius capitis, idest Christi, quantum ad exteriorem gubernationem licet nō ſm interiorē influxū gratiæ, sed Christus tantum sicut etiam dicitur sponsus, inquantum gerit vices sponsi; nec tamen sunt multi ecclesiarū spōsi, quia oēs epi cooperantur Papæ vt principalis, & alij inferiores episcopis. vt dicit idem contra impugna. relig.

¶ Pri-

¶Primo vero quæritur, a quo sit auctoritas iurisdictionis Papæ & aliorum in ecclesia, vt omittamus potestatem ordinis? Et dico quantum ad Papalem, ꝙ Herue. vbi supr. & rec tat Arch. 3. parte, titul. 23. probat, quod eam non potest habere a se: quia est vicarius. Vnde eam ampliare, aut restringere non potest, nec ab vniuersali ecclesia, seu cõitate Christiana, qa hanc ptãtem hæc cõitas non instituit auctoritate ab alio collata, quia nec Papa hoc committere potuit, vt patet ex dictis: nec Christus legitur hoc commisisse, nec auctoritate propria tum quia includit aliquid excedens omnem humanam facultatem, puta ligare, & soluere in foro conscientiæ: absoluere a pœna debita in foro Dei per indulgentias; tum quia nulla cõitas potest dare iurisdictionem, qua iudicatur de eo, quod debetur dño illius cuius dñium ab ea non dependet, quia ad inferiorem non pertinet iudicare de eo, quod competit superiori. Ista autem potestas, vel iurisdictio ordinat istam communitatem ad impendendum debitum cultum Deo, cuius dominium in nullo ab ista communitate dependet: & consequenter non est data a tali communitate. Item, quia ptãtem immediatæ vicariæ nullus conferre potest, nisi is, cuius vicarius est is, qui eã habet, Ergo solũ a Christo instituta est immediatè quidem in persona beati Petri: in alijs, aut in successoribus mediante electione ecclesiæ, vel hñtis vicem ecclesiæ. Omnis aũt alia potestas in ecclesia, vt idem ibidem irrefragabiliter probat, est ab ista, & sub ista, quantum ad institutionem, siue collationem, ita ꝙ esse non potest ab vniuersali ecclesia, & quãtum ad correctionẽ, & quantum ad suffragium: ita ꝙ ea Papa in adiutorium vti põt, ẽt si sit secularis. Vnde auctoritas generalis concilij non est immediate a Deo, sed a Papa. Quidam tamen dicunt, ꝙ concilium Constantiense determinauit, ꝙ generalis synodus in Spiritusancto legitimè congregata potestatem a Christo immediatè habet, cui quilibet, etiã Papa, tenetur obedire. Sed hoc non fuit ibi statutum eo tempore, quo ibi fuit vniuersale concilium vt testatur do. Io. de Ture Cremata, qui ibi fuit pñs. Et idem est si quid adducatur de cõcilio Basiliensi, cuius decreta non fuerunt per sedem apostolicam approbata. Et his corollarie sequitur ꝙ nec Papa, nec ipse cum tota ecclesia facere posset quin esset vna Christianitas vel ecclesia gubernata sub vno tantũ pastore vt etiam idem probat: quia vicarius, & cõmunitas subiecta non pñt facere oppositũ eius, quod principalis dominus ordinauit dicens. Et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam; & erit vnum ouile, & vnus pastor.

2 Secvndo † quæritur, qũo a potestate Papæ sint omnes aliæ potestatis in ecclesia, vel Christianitate? Et dicit Aug. de Anch. in trac. de põt. Papæ, quod in ecclesia est triplex ptãs, s. iurisdictionis, quod intellige distinguendo in ordine ad institutionem. ¶ Prima est immediate a Deo: vt ea quæ est Papæ: quia potestas iurisdictionis spiritualium, & tpalium est per claues, quas Christus immediate promisit Petro dicens: Tibi dabo claues, & scd̃m Her. exhibuit dicens: Pasce oues meas. ¶ Scd̃a, inqt, est deriuata a Deo per Papam: vt ea, quæ est omnium inferiorum prælatorum, vt omnia iura volunt, & patet rõne: quia si eam Papa non daret, ẽt auferre non posset, deponendo, priuando, & suspendẽdo. Adde tu, alioqn si eam habent ab alio, stante causa potestatis remoueretur effectus, i. ipsa potestas; vt si dator potestatis vellet aliquem esse epm, & ecõtrario Papa illum deponeret. ¶ Tertia est in ministerium data, vt ea, quæ est Imperatoris, & ẽt Principum terrenorum, quæ respectu Papæ est subdelegata, seu subordinata: vt patet per ca. quicunq. litem 11. qu. 1. quia appellari potest ad Papam, ab omni Principe, & iudice spirituali, & tpali, ẽt si in tẽporalib. superiorem non recognoscat, vt no. in c. per venerabilem. §. rationibus qui fi. sint legi. & in c. licet. de fo. cõp. & in auth. vt dif. iu. in §. si tamẽ contigerit. & in §. in ciuilibus col. 9. 2. qu 6. ad Romanam. 1. q. 5. quicunque. & est conclusio Inn. & Host. in cap. inter dilectos. de fi. inst. & indubitatum in manifestis iniurijs, quando alius superior non hr̃, vt patet per not. a Panor. in c. si duos. de appel. & idem intellige si hr̃, sed non ministrat iustitiam. Quod autẽ dr̃ in c. si duobus. de appell. non esse appellandum a iudice seculari ad Papam, nisi in terris ecclesiæ, ſm Augu. de Ancha. intelligitur indifferenter, & in quibuscunque; secus in arduis ex causa urgente. Et hoc est dictum, ꝙ quousq. põt haberi iustitia per superiores tpales, non dẽt quis appellare Papã: secus si eam habere non põt, & res est alicuius momenti. Et hoc, scilicet ꝙ talis potestas sit in ministerium data & subordinata, probatur ratione, & doctrina August. de Anch. ¶ Primo. Nam talem potestatem Papa instituit: quia potestas Papæ cuiuslibet ordinis dignitatem, & gradum habet instituere. distinct. 22. sancta,

& confirmat si est bona: & iudicat atq; códé-
nat, si non est bona: quia Zacharias papa depo
suit regem Francorum, quia non erat vtilis re
gno. 15. q. 6. alius. & Innocentius excóicauit
Archadium Imperatorem, & alius Inno. Fede
ricum deposuit. 96. dist. duo sunt. ¶ Secundò.
Nam ptās Imperatoris, & omnium principū
secularium iurat fidelitatem papæ, & obedien
tiā, ab eo, s. recognoscens omnes quod habet,
vt patet dist 63. tibi domino, & si aliquando
Imperator alia dedit papæ, vt Constantinus
Syluestro, non est donatio, sed restitutio. Si
autem econuerso papa dedit Imperatori, nō
fuit ad recognitionem dominii, sed pacis cō-
uersationem. Nec obstat, quod potestas im-
perialis est a Deo concessa secundum multa
iura: quia est a Deo mediante papa: qui eam
concedit non ut homo, sed ut uicarius Dei.
Non obstat etiam quod dī, in c. quoniā, dist.
10. ꝙ potestates sunt distinctæ, s. spiritualis, &
tēporalis: & ad distinctos fines ordinatæ. 96.
distinct. duo sunt, quia non sunt sic distinctæ,
quin una alteri, minor scilicet maiori subal-
ternetur ad instar Lunæ, & Solis: nec sunt di-
stinctæ, quasi semper sint in diuersis: sed quia
sunt ordinatæ ad distincta. s. spiritualia, & tem
poralia, & in uno, ac eodem summo pontifice
est utraq; in summo, ut dictū est, sed non eo-
dem modo: qa principaliorē, id est, spiritualē
habet, quantum ad immediatam institutionē,
& executionem quantū ad omnes, & per om
nia: minorem verò, id est, temporalem habet
secundum immediatam institutionem, quia
Imperatorem, & dominum instituit: sed non
secundum immediatam executionem, nisi ex
causa: ut sup. Legitimatio. §. 5. ut patet in cap.
venerabilem. qui fil. sint legi.

3 Tertio † quæritur, utrum papa renuncia-
re possit papatui, siue potestati papali? Et di-
co ꝙ sic, ut expresse determinatur, de renū. c.
1. lib. 6. non obstante, quod sit immediate a
Deo: quia ita est a Deo, ut dicit Aug. de An-
char. ꝙ etiā est ab homine cooperante per cō
sensum, & volitionem. Vnde etiam per dissen
sum fit renunciatio: sicut in naturalibus ani-
ma rationalis infusa a Deo, cooperante ho-
mine generante, potest opere humano a
corpore tolli, & in moralib. gratia est a Deo
cooperante libero arbitrio, & similiter per
liberum arbitrium potest deperdi. Imò hoc
potest secundum Archi. post domi. August.
etiam si iurasset, aut uouisset non renuncia-
re, ut uideret se impotentem ad talem curā.
uel omnino insufficientem. Vnde & quatuor
renunciasse legimus, scilicet Clemente, Ciria-
cum Marcellinum, & Cælestinum, licet nō
ex eisdem causis, ut patet per Arc. 3. parte, ti.
23. quos omnes ecclesia canonizauit. Et licet
Dantes reprehendat Cælestinum de renun-
ciatione tali, tamen rectius, & fidelius Petrar
cha eum commendat in libro, de vita solita-
ria. Et idem, licet subtiliori uia, ut probat Pet.
de Pal. in lib. de potestate papæ, vt recitat Ar-
chid. vt supra.

4 Qvarto † quæritur, vtrum, & quare, &
quomodo possit papa iudicari, & per deposi-
tionem papali authoritate priuari? Et dico
sententialiter, & concludendo medullam di-
cendorum, quod papa iudicem non habet in
terra, nisi desinat esse caput, aut se sponte su-
biiciat, & quod a nullo pōt deponi, nisi seip-
sum suo facto deponat, licet per concilium
possit declarari depositus, & hæc sit patent,
nam in c. nos si 2. q. 7. Deus iudicium papæ si-
ne quæstione suo reseruauit arbitrio, & in c.
nemo. 9. q. 3. dicitur: Nemo iudicabit primam
sedem. Neq; enim ab Augusto, neq; ab omni
clero, neque a regibus, neque a populo iudex
iudicabitur, i. papa. Et ibi gl. facit tres fallen-
tias. Primò, si papa se alicuius iudicio sub-
mittat, ut 2. qu. 7. nos si. Secundò, cum sub-
mittit se suo confessori, cui tenetur parere,
& ligabit eum sententia illius. Tertio in ca-
su hæresis, xl. dist. si papa quod intellige non
in dubiis, quādiu est caput, ut sup. Fides, §. 7. &
Concilium, §. 3. sed in manifestis. Et deinde
dicit in uerbo, omni clero, esse argumentum,
quod concilium non potest papam iudicare,
vt de electio, significasti. vbi. s. hī & concilia
non possunt legem præfigere ecclesiæ Roma
næ, i. Papæ, quia eius authoritate fiunt, & ro-
borantur. Vnde, inquit, si totius mundus sen-
tentiaret in aliquo negotio contra papam,
vī qd sententiæ papæ standum esset, ut 24. q.
1. hæc est fides. vbi. s. Hieronymus dicit, sua a
nullo posse reprehendi, si fuerint probata ꝑ
Papam, deinde dicit esse arg. contra in c. legi-
mus, di. xciij. quia orbis maior est vrbe, & nō
soluit. Sed tu dic hoc non dici, quasi horbis
possit iudicare urbem, i. Romanam ecclesiam
ratione captis: sed quia consuetudo totius
orbis præualet consuetudini quam ecclesia
Romana seruat, licet non præualet illi, quam
seruat, & ab aliis seruandam docet, de cōsec.
dist. 1. basilicas, ut etiam tenet glos. in d. c. ne-
mo. Dicit etiam Anacletus d. lxxix. eiectionē,
id est, depositionem summorū pontificum si-
bi dñm reseruasse, & consequenter conciliū
non

non poteſt illum deponere: & ſi alicubi dicatur hoc poſſe intelligitur quantum ad iuridicam declarationem ſequente facto per quod ipſe ſeipſum deponit. Et ideo Aug. de Ancho. vbi ſupr. dicit, ꝙ Papa non eſt deponẽdus pro crimine quantumcunque notorio, niſi pro hęreſi: & hoc tantum qñ nollet emendari. vt no. Hug. diſt. 21. & gl. diſt. 40. ſi Papa pro qua hæreſi ipſo facto deponitur, quia eſt caput eccleſiæ, cum Chriſtum, qui eſt caput, repręſentet, vñ & Chriſtus Petrum vocauit Cephas .i. caput: capitis autem eſt influere vitam membris vitæ autem principium in ſpiritualibus eſt fides. Vnde ſi Papa deuiat a fide, eſt ſpiritualiter mortuus, & conſequenter non poteſt influere vitã, & conſequenter non eſt Papa: qa ipſo facto eſt depoſitus. Hæc ex illo. Et idẽ Petr. de Pal. in lib. de poteſt. papæ, ſentit dicens, ꝙ Papa q̃ diu eſt papa deponi non põt ꝑꝑ quodcũque crimen nec a cõcilio, nec a tota eccleſia, nec a toto mundo, non ſolum, quia eſt ſuperior nullum hñs hominẽ ſupra ſe, qui eum valeat iudicare: ſed quia Deus ſibi Romani præſulis, quandiu p̃ſul eſt, iudicium reſeruauit. 9. q. 3. aliorũ. Si tamen labitur in hæreſim, eo ipſo eſt præciſus ab eccleſia, & deponitur de facto, & definit eſſe caput eccleſiæ, quia caput p̃ciſum, quandiu eſt p̃ciſum, caput eſſe non p̃t illius corporis a quo eſt præciſum. Per alia ãt peccata eſt caput languidum, quod propter hoc non deſinit eſſe caput, nec conſequenter põt a membris iudicari. hæc ex illo. Sed contra. Nam glo. in c. ſi papa. diſt. 40. ꝙ non ſolum pro hæreſi, ſed pro quocunque crimine notorio adulterij, ſimoniæ, & huiuſmodi ſi eſſet incorrigibilis, & ſcandalizaret eccleſiam, poſſet accuſari, quia contumacia eſt hæreſis, quæ cõſequenter vr̃ velle, ꝙ etiam poſſit deponi, vt imponit illi Arch. quia qui poteſt accuſari, poteſt puniri. Sed certè illa gloſ. directè textum euertit ibi dicentem, Papa cunctos iudicat a nemine iudicandus, niſi deprehendatur a fide deuius, i. pro hæreſi ſolum. Vnde dicit Pet. de Pal. vbi ſup. ꝙ iſta glo. eſt falſa: & contumacia dr̃ hæreſis largè, ſicut & ſimonia ꝑꝑ aliquam ſimilitudinem, cum vero dr̃, Papam ꝑꝑ hæreſim poſſe deponi, vel eſſe depoſitum, ſumitur hæreſis propriè, id eſt, pro errore fixo eorũ, quæ ſunt fidei. Et idem de ea dicit Auguſt. de Ancho. addens quod ſaluari poteſt ſi illa incorrigibilitas alicuius vitij dicatur, quando peccatum, dicit non eſſe peccatum quia eſſet verè & propriè hæreticus. ¶Et adde tu quod iſtis ſtandum eſt, & non Canoniſtis, quia materia eſt Theologica: cũ authoritas Papæ ſpectet ad ius diuinum, & maxime Pano. quia ſicut diabolus in omnibus operibus ſuis redolet ſuum primũ peccatum ſuperbiæ, ambiens honores diuinos: ita iſte, quia fuit ſchiſmaticus conſentiens conciliabulo Baſilienſi cõtra pontificem ſummum, ſemper in ſua doctrina fauet concilijs contra Papam. Vide ſup. Concilium §. 3. Et ex dictis ibi limita hoc dictum, quod concilium non poteſt iudicare papam, quando certum eſt quod ſit Papa, ſecus in dubio, quia, tunc ipſe non eſt iudex omniũ, ſed pars. vnde cum eccleſia ſit ſufficienter a Chriſto inſtituta, huius litigij erit aliquis iudex. Iſta autem indubitata concluſio, quod Papa a nullo iudicari põt niſi pro crimine hæreſis, q̃ habetur in d. c. nemo. patet etiam in c. electionem diſt. 79. & in c. ipſi ſunt. 9. q. 3 & in c. cuncta. ea. cau. & q. & in c. oues. 2. q. 7. & per Inn. 3. ſer. de conſec. Rom. pontificis, & per multa concilia, vt refert d. Io. de Turrecr. quid autẽ faciendum ſit, quando Papa ſuis moribus eccleſiam deſtruit: dicit idem Pet. primo non eſſe obediendum in multis, ſed reſiſtendum per honeſtam reprehenſionem, exemplo Pauli reſiſtentis Petro in faciem. Cal. 2. Vnde ſi vellet totum theſaurum eccleſiæ, aut patrimonium beati Petri dare parentibus eius, vel eccleſiã deſtruere, & huiuſmodi, non eſſet permittendum, ſed reſiſtendum, tamẽ ſine depoſitione. Et intellige, quod huius ratio eſt: quia in deſtruendo nihil poteſt, & ſi deſtructione conſtat, poteſt reſiſti. Secundo orandum eſſet vt corrigeretur a Deo, vel de medio tolleretur, & contra eius voluntatem concilium conuocandũ, & per illud Papa moneretur, vel Deus inuocaretur: & reſiſtendo in malis remedium apponeretur. Hoc tamen, & in omni ſimili caſu nulla multitudo conuocata haberet authoritatem concilij ſine authoritate Papæ, & ſi haberet authoritatem conuenientẽ alijs partibus: ſicut & corpus ſine capite, poſſet habere motum grauium, ſed non vitalem.

5 QVINTO † quæritur, vtrum Papa vtendo in ſua poteſtate in iudicando, & ſtatuendo poſſit errare? Et de hoc dico, vt ſup. Canonizatio. §. 3. & Concilium. §. 2. & Eccleſia 1 §. 2. & 3. & Fides. §. 7.

6 SEXTO † quæritur, quid poſſit Papa ſuper inferos? Et dico, quod poteſt facere indulgentias eo modo quo ſupra indulgentia, dictum eſt. Et ſi quæratur, vtrũ poſſit ſpoliare purgatoriũ pro libito ſuo; dico ꝙ non ſua voluntate p̃cisè, ſed mediante illo infinito theſauro &

& sicut potest liberare a pœna peccatorum debita in hoc mundo omnes, qui sunt in mundo, si faciãt quod mandat, etiam si essent millies plures quam sint; ita liberare potest omnes, qui sunt in purgatorio, si quis pro eis faciat quod iubet; peccaret tamen indiscrete concedendo. Et in isto sensu dicunt Docto. ꝙ non potest ad libitum spoliare purgatorium, de quo sup. Indulgentia. §.7.

7 SEPTIMO † quæritur, quid possit supra paganos? Et dico ex Arch. post Aug. de Anch. quod in eos habet iurisdictionem, quia est vicarius Christi habentis iurisdictionem in omnes. Nõ tamen potest ab eis auferre dominia, si qua iuste tenẽt. Intellige nisi eo modo, quo a Christianis potest auferre propria bona, scilicet ex causa iusta, quia dominium est beneficium naturale. 1. Poli. cum quidam naturaliter sint domini, & quidam serui. beneficia aũt naturalia ẽt dæmonibus non sunt ablata. Nec potest eos cogere ad relinquendum suos ritus etiam quantum ad matrimonia, aut faciendum nostros sicut nec ad fidem. Potest autem eos punire, s. pęna pecuniaria, vel corporali, non autem spirituali, id est excommunicatione, cũ sint extra, si peccent contra legem quam recipiunt, sicut & omnes alios, s. si peccent contra naturalem in manifestis, non autem diuinam veterem, aut nouam, vel contra positiuam ab eis non receptam, nisi sint t'paliter ei subiecti, quia cogendi sunt viuere legib. aliorũ subiectorum: intellige nisi in concernentib. suos ritus, ne videãtur melioris conditionis ꝑꝑ suã infidelitatem. Sicut si statutum vetet portare arma cogendi sunt illud obseruare. ar. dist. 8. contra morem. Similiter potest eos punire, si quid faciunt in sua superstitione, quod vergat ad irreuerentiam fidei. de Iudæ. & Sarac. cle. vnica. Et idem intelligo posse quemlibet temporalem dominum paganorum, quia est minister, & vicarius in hoc.

8 OCTAVO † quæritur, quid possit in Iudæos? Et dico eum posse cogere illos ad seruandum ea, quæ canones mandarunt: de quibus sup. Iudæi. per totum, non quidem plectenda pœna spirituali per censuras, cum foris sint: sed temporali, pecuniaria, & corporali, 28. q. 1. sæpe. imo & per pœnas spirituales indirectẽ: puta, excommunicando Principes eos non punientes secundum Archi.

9 NONO † quæritur, quid possit in hæreticos & schismaticos? Et dico, quod hæreticos potest quadruplicit er punire, s. excõicatione, depositione, rerũ temporalium ablatione, & militari persecutione, vt sup. Clericus 1. & 2. ferẽ per totũ. Schismaticos autẽ põt priuare potestate iurisdictionis in subditos, & potestate ordinis, seu consecrationis, quantum ad executionem, faciendo quod non liceat eis vti actibus ordinum suorum, vt inf. schisma.

10 DECIMO † quæritur quid iuris de potestate Papæ in Imperatorem? Et dico multa ex Archid. 3. par. tit. 23. post Aug. de Anc. vbi supra. ¶ Primum. Licet dominium seu imperium tyrannicum tempore præcessit sacerdotiũ, quia scilicet secundum Aug. 15. de ciu. Dei, primus regum fuit Cain. & post diluuium Nembrot, & primus autem sacerdos fuit Melchisedech, qui secundum Hebræos fuit Sem primogenitus Noe, in quo incępit sacerdotium, post quẽ vsque ad legem Mosaicam deriuabatur ad primogenitos: naturale tamen, & iustum imperium non est notum cæpisse ante Moysem, qui a Deo institutus fuit princeps populi sui. ¶ Secundum. Papa est Imperatore maior dignitate, plus quam aurum plumbo, di. 96. duo sunt: Sol Luna. de maior. & obedien. solitę. Vnde & Alexander magnus doctus visione Dei apparentis sibi in forma summi sacerdotis Iudæorum, eundem sacerdotem obuium adorauit in eo Deum, inquiens, adorauit, & similiter Octauianus suasu Sibyllæ Tyburtinæ adorauit puerum, cuius Papa est vicarius. ¶ Tertium. Papa potest eligere Imperatorem per seipsum immediatẽ, quando ex iusta & rationabili cã expediret, quia principalis agentis hñtis dirigere oẽs fideles ad pacẽ, & finẽ spiritualẽ, est eligere ministros. Vnde Imperator est minister eius eo ipso, ꝙ est minister Dei. Rom. 13. cuius vicarius est papa. Ex quo sequitur, ꝙ ẽt possit eligere electores Imperatoris, & mutare ex cã, eius ẽt est electum confirmare. de elect. venerabilem. & confirmatum consecrare, de sacra vnct. cum venissent, & cõfirmatum, & consecratũ coronare. d. c. venerabilẽ. & in coronatione iurm fidelitatis excipere. d. 63. tibi dño. & dignum excõicatione excommunica. 96. distin. duo. & dignum depositione deponere, sicut Inno. tertius Ottonem, Inn. quartus Federicũ deposuit. & dignũ gladiaria persecutione gladio persequi, & bellũ contra illũ conuocare: & ab eius fidelitate vasallos absoluere. 15. qõ. 6. non sanctorum. Nec obstat, ꝙ Constantinus Imperator Syluestrũ Papam coronauit, quia hoc non fecit quasi authoritatem, vel dominiũ præbẽs, sed sicut minister obsequens, cuius signum fuit, quod tenens equum eius exhibuit stratoris officium.

Quod

Quod autē dicit Hug.dist.96.cum ad verum, quod imperator potestatē, & dignitatem nō accipit ab apostolico, sed a principibus, & populo per electionem, planum hodie est esse falsum. Quod etiam dicit, has potestates esse a Deo, & distintas verum est, eo modo quo dictum est.§.2. Quod etiam dicit, Imperatorem esse maiorem papa in temporalibus, est simpliciter falsum quantum ad iurisdictionem, sed verum, quantum ad immediatum vsum, & executionem: quomodo etiam dici potest maior Christo. Et sic intelligitur dictum cap. cum ad uerum. dist.96. quod Papa usurpare sibi non debet ea quæ sunt Imperatoris: quia scilicet non debet immediate exequi temporalia, quod intellige nisi ex causa, vbi sibi videtur expedire. ¶ Quartum. Constantinus potuit donare Syluestro Imperii temporalē administrationem, & eam recipere ab eo: quia Papa est vicarius Dei, cui nos reddimus in recognitionem dominii, & honoris ea, quæ ille nobis donat ad vsum, & stipendium laboris, iuxta illud Dauit primi Paral. vlt. Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. & ad idem 12. q.1. videntes. Vnde donauit Constantinus papæ in venerationem, & recognitionem dominiis administrationem temporalem Imperii, & eandem immediatè Papa concedit Imperatori in vsum & stipendium officii, pro defensione, & gubernatione pacifica ecclesiæ. ¶ Quintum. Non potest autem illa donatio per successores reuocari: tamen quia semel Deo dicatum humano iudicio reuocari non potest, ut patet 12.q.2. de rebus, & c. ligna. de consecratio. distin.1. tum etiam quia potius reddidit, quod erat subtractum cum domini sit terra, & plenitudo eius, quàm dederit, quod erat Imperii tum etiam quia donauit de consensu eorum, quorum erat dare talem potestatem, id est principum senatus, & populi, a quibus acceperat. de quo uide in cap. Constantinus. dist.97.

11 Vndecimo † quæritur, quid iuris de potestate papæ in alios reges, & principes Christianos? Et dico, secundum eosdem. s. Archid. & August. de Ancho. quod omnes ei tenemur obedire, sicut & Christo, cuius vices gerit, & in eos omnes habet uniuersalem spiritualiū, & temporalium iurisdictionem, sicut & in toto orbe vice. De uiuentis: sed temporaliū administrationem nō recipit, nisi in regionibus Occidentalis Imperii per concessionem Constantini Imperatoris, nec vtitur hac administratione, nisi in aliquibus partibus mediante Imperatore quem eligit, non autem in aliis regnis Occidentalis Imperii, non propter carētiam authoritatis, sed propter nutriendū in filiis uinculū, vnitatis, & pacis, quia propter tyrannicam vsurpationem Imperii a diuersis in diuersis partibus ad uitandum scandalum, Iudæorum se tributarium fecit cum Petro, licet non obligetur, Matthæi.7.11.q.3. inter verba. Et ideo potest reges corrigere, sicut Nicolaus Lotharium de adulterio reprehendit. 2. q.1. scelus, & ex rationabili causa deponere, sicut Zacharias deposuit Regem Francorum, substituens Pipinum.15.q.6. alius.

12 Dvodecimo † quæritur, utrum papa habeat in Christianos, uel alios potestatem veniendi contra suum contractum, quasi ex eo non obligetur? Et dico, quod nō, quia ipse nō est dominus mundi quoad proprietatem, sed quo ad iurisdictionem solam, & protectionē, secundum gl. & communiter doct. in præmio Digestorum, sicut nec Imperator, qui rei meę dominium mihi auferre non potest sine causa, secundū Bar. ibi quod etiam est verū, quoad bona ecclesiastica, quorum nō est vere dominus, sed dispēsator, sicut de omni clerico. dicit S. Tho. in 6. quolibet. art.12. non obstante gl. in c. cum uenissent. de iud, quæ dicit contrarium; quia eum damnāt doc. dicentes, quod est eorum solum administrator. & dispensator. vnde nec ea sine causa alienare potest. & si facit, peccat mortaliter, secundum Archi. 12.q.2. non licet. Vnde eo verum est quod de principe dicit Bal. in lib. de vsi. feu. in rub. de natura feudi, scilicet quod ex suo contractu obligatur. Vnde si inuestiuit aliquem de baronia, vel castro, non potest eum sine culpa priuare, nec successores in Imperio, uel Regno. de iudi. nouit. Nec obstat, quod habet plenitudinem potestatis, quia Deus subiecit ei leges, sed non contractus, ex quibus obligatur.

13 Decimotertio † quæritur, utrum possit aliquem absoluere ab obligatione, qua tenetur alteri homini? Et dico secundum Innoc. quod hoc potest de plenitudine potestatis, art. 8.q. 3. per principalem. C. de qua præscrip. l. bene a Zenone C. de preci. Imper. offe. l. quoties. & idem Host. & Ber. Sed hoc limita ex causa rationabili, & non aliter: quia. vt dictum est, §. priore, non est dominus mundi quo ad proprietatem: nec legem condendo potest auferre mihi rei meæ dominium sine causa, sicut nec Imperator. Et sic intellige l. uenditor. §. si constat, ff commu. præd. qui §. secundum Bart. in hac materia est singularis, & sic etiam intel-

lige Pan. in cap. 2. de uoto, quod papa auferre
poteſt obligationem laici non ſubditi ei tem-
poraliter contractã ex fidei prǽſtatione, non
autem aliunde quæſitam: cum ſit de iure gen-
tium. in cle. paſtoralis. de re. iudi. ſcilicet ſi-
ne cauſa rationabili, ſine qua nec imperator
poſſet. Et idem a fortiori intellige hoc non
poſſe ciuitatem, aut vniuerſitatem, vel colle-
gium. Et magna tamen cauſa poſſet Papa a ſe
cularibus exigere ſubſidium temporale: vt ſi
eccleſia inuaderetur, & aliter prouidere non
poſſet.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, vtrum poſ-
ſit tollere leges ciuiles? Et dicit Ioan. Andr.
ꝙ vbi non habet iuriſdictionem temporalẽ,
tollere non poteſt legem quo ad forum ciui-
le: niſi in his, in quib. vertitur periculum ani-
mæ cum poteſtates ſint diſtinctæ. 96. diſt. cum
ad verum. In illis autem, in quibus animæ pe-
riculum vertitur. tollit quo ad vtrumq; forũ.
de iud. nouit. de præſcrip. c. fi. & de ſecun. nu.
c. pe. & vlt. de foro comp. li. 6. & de iureiu. c. fi.
lib. 6. & in c. 2. de excep. lib. 6. & in c. decerni-
mus. de ſen. exc. lib. 6. quia in his leges non de-
dignantur ſacros canones imitari de Iudæ. cle
rici. & in auth. vt cler. app. prop. epi. colla. 6.
& ita tenet Sum. Roſ. & Supple. Sed iſta de-
terminatio procedit ex errore ꝙ Papa non ha
beat temporalem iuriſdictionem in tota ec-
cleſia, ꝙ improbatum eſt multipliciter in hoc
titulo. Vnde dico, ꝙ de plenitudine poteſtatis
ex cauſa rationabili poteſt omnes leges ciui-
les euertere, & alias condere, niſi inquantum
ſpectant ad ius naturale, aut diuinum: nec Im
perator cũ omnibus legibus, & populis Chri
ſtianis poſſent contra eius voluntatem quic-
quam ſtatuere. Et hæc omnia patent ex dictis
in hoc tit. & ſup. Legitimatio. §. 4. nec quæ alle
gant Canoniſtæ contra hoc, aliquid conclu-
dunt, niſi ceſſante cauſa, & ex poteſtate iuridi
ca, quæ, ſcilicet eſt ſecundum iura, quibus Pa-
pa ex neceſſitate non ſubditur.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, vtrum Papa
poſſit tollere, ſeu mutare ſtatuta concilii ge-
neralis? Et dicit S. Tho. in tract. contra impu-
gnan. reli. quod ſic: quia ſine eius authorita-
te nihil potuerunt ſtatuere, ſicut nec conciliũ
congregari. Et illud Zozimi in cap. contra. 25
qu. 1. contra ſtatuta patrum condere aliquid:
vel mutare, huius ſedis nõ poteſt authoritas;
dicit uerum eſſe in his, quæ ſtatuta patrum de
creuerunt eſſe de iure diuino, ſicut ſunt arti-
culi fidei, qui determinati ſunt per concilia:
quæ autem, determinauerunt de iure poſiti-
uo, mutare poteſt, vel diſpenſare ſecundum
opportunitatem temporum, vel negotiorũ:
& hoc non faciendo contra illa ſtatuta: quia
ſeruatur intentio ſtatuentium: quæ eſt utili-
tas eccleſiæ. Quidam tamen dicunt, ꝙ poteſt
tollere ſingula ſed non omnia ſimul, quia eſ-
ſet deſtruere ſtatum eccleſiæ. Et quantum ad
hoc dico, quod diſpenſare poteſt contra uni-
uerſalem ſtatum eccleſiæ; vt in c. non debet.
de conſan. quod Pan. intelligit quando no
decoloraretur ſtatus eccleſiæ: vt puta, q̃a ſub
eſt cauſa mutandi. Secus vbi decoloraretur. i.
vbi non ſubeſt cauſa, & ſic intelligitur c. pro-
poſuit. de conceſ. præb. de quo etiam ſup. Con
cilium. §. 2. Sed adde iuxta mentem S. Thom.
quòd quando ſubeſt cauſa, poteſt diſpenſare
ſine peccato in omnibus. quæ ſuæ iuri poſiti-
ui in quacunque materia, & in quibuſcunque
perſonis fiãt, ſine cauſa autem hoc poteſt ſic:
quod ſi de facto irritaret, ſtatuta nulla eſſent,
quia ab eius authoritate dependent, tamen
peccaret, nec eſſet permittendus. Et ex his, &
dictis ſup. Fides, §. 7. patet, quod non bene di-
cit Summ. Ange. quod ſine concilio papa de-
cidere nõ poteſt in cauſa fidei, quia poteſt er
rare, & non concilium. 19. diſt. Anaſtaſius. Ad
ſuum autem motiuum patet reſponſio ex di-
ctis ſup. Concilium. §. 2. & dic. §. 7.

16 DECIMOSEXTO † quæritur, vtrum papa,
ut ad præſens de Deo taceamus, poſſit diſpẽ
ſando aliquid immutare in præceptis legis na
turalis, aut diuinæ? Et dico multa. ¶ Primũ.
Sicut dictum eſt ſup. Conſuetudo. §. 9. in lege
naturali tria continentur. ſ. prima principia,
quæ. ſ. ex terminis ſuis cognoſcuntur, ut decli
na a malo, fac bonum, nulli nocendum, ratio
ni obediendum, & huiuſmodi, & primæ con-
cluſiones, & determinationes quædam parti
culares. Sed adde, & intellige quod primæ cõ
cluſiones dicuntur, quæ neceſſario ſequũtur
ex principiis primis immediatè, vt, nõ eſt no-
cendum: ergo neque occidendum, vel media-
tè vt, non eſt nocendum: ergo neque depo-
ſitum eſt negandum, vel huiuſmodi. Particula
res vero determinationes ſunt, quæ ex pri-
mis principiis non ſequuntur neceſſario per
conſequentias bonas, ſed dependent a uolun
tate humana, vel diuina: ſicut non ſequitur
neceſſario ex aliquo principio naturali, quod
fur debeat ſuſpendi, vel puniri in quadruplũ.
¶ Secundum. Secundum Heruec. in diſtin. 47.
primi, circa præcepta ſciendum eſt, ꝙ reuoca
re illa, eſt tollere obligationem vniuerſaliter
id eſt quo ad oẽm hominẽ, & omne tp̃s Diſpẽ

ſare

ſare vero eſt relaxare obligationem, quo ad hunc hoīem, vel quo ad hoc tēpus. Interpretari vero eſt dare intellectum præcepti, vel ꝑcipientis ſtante obligatione, etiā quo ad hūc, & nunc: quæ quidē interpretatio, inquit, qñque dr̄ diſpenſatio, quia tollit obligationē nō veram, ſed inſurgentem ex conſcientia dubitantis: & in manifeſtis pertinet ad omnes: in dubijs vero ad ſuperiores quod limita, ſi commode poſſunt hr̄i: alias ſecus vt cum in repentinis periculū eſt in mora. de quo ſup. Diſpenſatio. §. 3. ¶ Tertium. Secundum S. Thom. in 4. diſt. 15. q. 3. ar. 2. q. 1. ad tertium. 3. q. 97. artic. 4. ad tertium: inferior diſpenſare non poteſt in præceptis ſuperioris, niſi quantum ſibi ꝑmittitur, quod intellige expreſſe, vel interpretatiuè eo modo, quo in iure habentur argumenta quod diſpenſatio in ſtatutis Papæ aliquando ſit conceſſa epiſcopis. ¶ Quartum. In præceptis diuini, aut naturalis iuris Papa diſpenſare non poteſt ſecundum S. Thom. in 4. quol. art. 13. & 1. diſt. 47. & 3. diſt. 37. quod tamē fallit in tribus caſibus. Primo quantum ad ius naturale, quo ad particulares applicationis iuris naturalis, aut etiam diuini, vt ſup. Conſuetudo, §. 9. quia hodie non habent vigorem, niſi ex lege poſitiua, ideoque Papa in oppoſitū poteſt. Secundo quo ad ius diuinum, quando aliquid dicitur de iure diuino, quia cōtinetur in doctrina apoſtolorum, licet non ſit ſtatutū a Deo, ſed ab apoſtolis, ſicut quod bigamus non promoueatur. 1. ad Tim. 3. vt ſupr. Bigamia. inf. 6. Tertio, ſm Rich. quantum ad vtrunque, quando diſpenſatio ſumitur largè, & improprie pro interpretatione, quæ aliud eſt, cū poſſit circa articulos fidei interpretari, vt dictum eſt ſup. Fides, §. 7. non autem diſpenſare vt ibi docet S. Tho. Vnde dico, quod in votis poteſt proprie diſpenſare, hoc eſt ius relaxare: in diuinis aūt præceptis hoc nō poteſt, ſed pōt ea interpretari in dubio authoritatiuè. ſ. vtrum in aliquo determinato caſu habeat locū ratio diuini, aut naturalis ſtatuti, vel non: puta, vtrum iſta ſubtractio huiuſmodi rei ſit furtum, vel non, quod patet, quia interpretatur præceptum Dei de credendis. Item quia interpretatur omnia dubia circa ſcripturam, & fidem, & mores. Item quia inferior interpretari poteſt legem, vbi ad ſuperiorem conditorem recurſus commodè hr̄i non poteſt, vt patet ex dictis. Itē quia, vt dicit Rich. in 4. d. 38. ſi occurrat caſus, in quo nō videretur locum hr̄e ratio legis, non dediſſet Deus paſtorem, qui conſulere poſſet omnibus occurrentibus, & neceſſario expediendis, non videretur fuiſſe bonus paterfamilias, nec poſſet dici Papa generalis commiſſarius Dei aſſumptus in plenitudinē ptātis: cuius cōtrariū determinatur, 2. q. 6. qui ſe ſcit. & 24. q. 1. quodcunque. Et ſic intellige, & limita capitula, quæ vīr dicere, ꝙ Papa contra diuinam legem non diſpenſat. ſ. vbi rō legis non deficit, vt in primis principijs legis naturalis, & in præceptis primę tabulæ, in quibus ipſe ordo in Deum præcipitur, & in præceptis ſecundæ tabulæ quantum ad ipſam iuſtitiam, vel ipſum ordinem ad proximū, qui in eis directè præcipitur, ſiue quantum ad rationem præcipiendi, ſecus quantum ad ipſam rē, quæ præcipitur pro quo vide 1. 2. q. 100. & 3. diſt. 37. & q̄tū ad particulares determinationes, & ſtatuta apoſtolica. Sic ēt intellige dicta Canoniſtarum dicentia, quod Papa pōt ius diuinum declarare, & interpretari, limitare, & diſtinguere, & ēt augere, quod intellige quantum ad particulares determinationes, & quantum ad interpretationem.

17 Decimoseptimo † quæritur, an Papa diſpenſare poſſit, vt cōtrahatur matrimonium in gradibus diuina lege prohibitis. Et dicit Arch. poſt Pet. quod non in primo gradu affinitatis, ſicut nec conſanguinitatis aſcendentium, & deſcendentium; quia eſt contra ius diuinū, & naturale: cū vxoribus parētū exhibeamus reuerentiā, ſicut parentib. noſtris. Nec ſilr̄ in primo gradu conſanguinitatis, & affinitatis in linea trāſuerſali, quia eſt contra vtrunq; ꝓdictū ius. Vnde ēt ante legē Moſaicā genere humano multiplicato creditur, ꝙ abſtinuerint viri a ſororib. & vxorib. fratrum, niſi ad ſuſcitādū ſemen ſr̄is ſine filijs mortui, ſicut & in lege, vt patet in Thamar, & filijs Iudæ; in quo tamen nō pōt Papa diſpenſare modo, ſicut nec in pluralitate vxorum, quæ olim licebat, quia erat licita ex Dei diſpenſatione, ſed prohibita iure cōi. Nec in ſecundo gradu tranſuerſali ſuperioris: vt cum amita, & matertera, quia eſt lege prohibitum. hęc ex illis. Ex quibus infert idem Arch. quod cum ex copula, etiam fornicaria contrahatur affinitas, qui aliquam mulierem cognouit, ēt fornicariè cōtrahere nō pōt cum filia eius, aut germana, ſicut nec cū filia vxoris ſuæ ex alio viro, nec cum ſorore eius ea mortua. nec ſecundum Petr. poſſet in hoc Papa diſpenſare. Reperitur tamen Martinus Quintus vt Archid. refert, diſpenſaſſe cū eo, qui cum ſua germana contraxerat, & conſummauerat habito concilio cum peritis Theologis, & Canoniſtis, propter mala, &

ſcan-

ſcandala alias inde ventura; licet alicui dicerent cum hoc non poſſe. Et quia certum tenendum eſt incertum verò dimittendum. de pœ.diſt.7. ſi quis ante factum nulli eſt conſulendum, ut petat iſtam diſpenſationem. Quia etiam inſtar ſacrilegii eſt diſputare de potentia principis pręcipuè Papæ.17.q.4.§.committitur.& ſeq. ſi quis poſt contractum, & multo magis cõſummatum matrimonium obtinuit talem diſpenſationem, dimittendum eſt negocium iudicio Dei. hæc ex Archi. Adde vero ſecundum eoſdem, ꝙ vbi gradus eſſet prohibitus diuina: ſed non naturali lege, dubium eſt, an papa poſſit diſpenſare. tamen fere oẽs gradus Moſaica lege prohibiti, ſunt etiã prohibiti, naturali: quia ad omnes illas perſonas cohabitantes: eſt amicitia naturalis, ſine alio fœdere. Vnde probabilius eſt, ꝙ in illis papa diſpenſare non poſſit, vide Arch.3.par.tit.1.c.14.in fin. Adde etiam, ꝙ licet in prædictis Papa diſpenſare nõ poſſit, quaſi potens remouere obligationem diuini ſtatuti, poteſt tamẽ ſecundum mentem Rich. interpretari in caſu, vbi ceſſaret cauſa, vel ratio prohibitionis matrimonij inter parentes, & affines: quæ ſunt, reuerentia, amicitia, & huiuſmodi.

38 DECIMOOCTAVO † quæritur, vtrum Papa diſpenſare poſſit in gradibus conſanguinitatis, non ſolum prout ex nunc, ſed etiam prout ex tunc? Et dicit Io. And. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legi. ꝙ ſi contractum eſt in gradu prohibito lege diuina, poteſt diſpenſare prout ex nunc non prout ex tunc. ſ. vt ſint legitimi filii ante diſpenſationem nati, ſed in matrimonio humana lege prohibito diſpenſare poteſt, nedum prout ex nunc, ſed etiam prout ex tunc. quod limita verum, niſi eſſet alteri ius quæſitum: puta, quia patre mortuo iã ſucceſſerunt agnati. Vnde licet poſtea legitimaret filium, non excluderet agnatos: ſed in iure quærendo valeret. Vide ſup. Legitimatio. §.4. De caſibus reſeruatis Papæ, in quos ſolus poteſt; uide ſup. Caſus. §.1. Diſpenſatio. §.8. & Excommunicatio 7. per totum. & Irregularitas §. vlt. Reſeruantur etiam ei cauſæ grauiores. de iur. cal. ca.1. & ca. vt debitis. de ap. quas vide, ſi uis in capit. quod translationem, de offic. leg. in gloſſ. De eo etiam, qui gerit ſe pro papa, non electus a duabus partibus Cardinalium, & de obſeruandis in electione eius, habes ſupr. Excommunicatio 10. §. ſecundo. Quomodo etiam diſpenſet in matrimonio, ſupra, Matrimonium ſexto. §.5.

DE PARAPHERNIS.

1 *Parapherna quid, & an contineantur, ſicut dotalia loquente de dote.*
2 *Paraphernalia an ſint priuilegiata, ſicut dotalia quo ad hypothecam.*
3 *Fructus paraphernalium an habeat maritus.*
4 *Dominium paraphernalium, an tranſeat in maritũ transferendo ea in domum.*
5 *Paraphernalia qua ratione repetuntur.*

PARAPHERNVM, ſiue Paraphernale, dictũ eſt quaſi iuxta dotem: à para, quod eſt iuxta, & pherna dos; inde dicta ſunt paraphernalia bona ea, quæ habet vxor præter dotem undecunque, ſecundum gl. in rub. C. de pact. conuen. & Bal. in l. 2. C. de ſent. quæ ſine cer. quanti. profer. In quibuſdam tamen locis nõ habent locum, vbi ex cõſuetudine uir omnia bona immobilia mulieris recipit in dotem, & omnia mobilia ſunt communia.

1 PRIMO † autem quæritur, vtrum ſtatutum loquens de dote locum habeat in paraphernis? Et dico ꝙ ſic: ſecundum Albe. in l. de quibus, in 24. col. ff. de legibus.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum bona paraphernalia ſint priuilegiata, ſicut dotalia. quo ad hoc, vt pro eis tacite hypothecata ſint omnia bona viri ſicut pro dote? Et dicit glo. in c. ex literis, de pig. & glo. in l. fi. C. de pact. conuen. ꝙ ſic. Sed ſecundum Panorm. in d. c. ex literis. alii libri habent prædictam glo. dicentem, ꝙ non, licet utrumque per diſtinctionem ſaluetur: quia ſi mulier pro his ſpecialẽ ſibi hypothecam à uiro exegerit; illa erit contenta. Si verò nullam exegit habebit hypothecata omnia bona viri pro omnibus præfatis bonis, de quibus habet uir adminiſtrationem, ut in d. l. fin. De aliis autem quæ uxor penes ſe retinet, nec habet hypothecam in bonis uiri, ſecundũ Pan. vbi ſup. Et ſi ea malè adminiſtrat, tenetur de dolo, & lata, ac leui culpa, vt not. in d. l. fin. Iſta tñ hypotheca non eſt priuilegiata, ſed cõmunis ſecundũ Inn. & Io. An. in d. c. ex literis.

3 TERTIO † quæritur, utrum maritus debeat habere fructus paraphernaliũ? Et dico, quod non fructus naturales, quando dominium eorum non eſt translatum in eum, nec ſe debet inuita vxore de eis intromittere, licet ſit bonum quòd ſicut ſe; ita & ſuo marito committat, C. de pact. cõt. l. hac lege ſed ſolum poteſt habere commodum bonorum aliorum ꝑ labores in exigendo. Vbi aduerte primo ſecundũ Hoſt. quod nunq̃ præſumitur dominium trãslatũ in virũ, niſi expreſſe appareat, vel niſi probetur, ſm glo. in d. l. fi. & ſecundo, ꝙ qñ

maritus

maritus debet habere fructus:nihilominus, si quid superest,quod non sit consumptum,pertinere dicitur ad vxorem, per ea quæ not. in l.ubi adhuc, C.de iur.do.& in l.fin.C.de pact. con.& ibi Bald.dicit Bart. consuluisse.

4 Qvarto † quæritur,vtrum dominium prędictorum transferatur in maritum in inferendo ea in domum mariti, & ea illi assignando? Et dico,quod non,vt in l.si ego. §. dotis, ff.de iure dotium.

5 Qvinto † quæritur, qua actione repetuntur parapherna? Et dico, quod conditione certi,vel sine causa,vel ob causam,si dñium transiuerat in virum,si vero non transiuerat ad exhibendum,si non sit nixus maritus amouere, vel rerum amotarum,si sit nixus amouere, vt in d §.dotis.vel secundum glo. ibi agetur depositi, quando ea custodienda maritus acceperit, vel mandati quando vxor custodiam viro mandauit, siue inferantur in domum eius eo sciente,secundum Host.

Parentes dicuntur non tantum pater, sed & auus, ac proauus, & deinde omnes superiores,& mater,auia,aut proauia.ff.de ver. sign.l.appellatione.Quomodo autem parentes teneantur alere filios, vel econtrario sup. Alimenta.& sup.Filius.§. 21. & quomodo teneantur ex contractu filiorũ,supr.Obligatio, §.6.ex delicto supra Dominus,§.6.infra.Restitutio.3.§.11.

Parricida licet a parentis cæsione dicatur, tamen lex puniens parricidas locum habet in aliquibus ascendentibus descendentibus in infinitum, & in vxore,viro, nuru genero,vitrico,socero,patruo,auunculo, amita, consobrina,patruele,patrono,nouerca,sponsa, patre, ac matre sponsi, vel sponsæ, quod intellige etiam si fœmina prædicta personas coniunctas occiderit,vel ab eis occidatur, & in eo qui emit venenum, vel in aliquo operam dedit,vt hoc fieret, ff.eodem.l. 3. & 4. & similiter tenentur omnes conscij. ff. eod. l. vtrum. Pœna autem parricidæ est, vt primo virgis cædatur;deinde in sacco corij consuatur cum cane, gallo,vipera & simia,& sic iactetur in mare,vel flumen:vel si hæc non sint prope,bestijs subijciatur, ff.de partici. l. penult.& C.eod.l.1.

Parochia,a qua & parochianus,dupliciter sumitur, aliquando scilicet improprie pro tota aliqua diœcesi. de rap.ca.1,de paro. super eo. de offic. arch. cap. 2. §.penu. & aliquando proprie,& est locus,in quo degit populus alicuius ecclesiæ baptismali deputatus, certis finibus limitatus,secundum Gof.in Sũ. eo.ti.Adde quod tertio sumitur pro tali ecclesia,cui, & ius parochiale dicitur competere, quod iuridice loquendo consistit multis. Primo vt in ea diebus festis populus audiat missam.de quo dic vt sup. Missa 2.§.4.Secundo in decimis.de quo sup.Decime.§.8.Tertio in oblationibus,& primitijs,de quo ibidem.§.1. & 2.Quarto in pœnitentijs accipiendis. de quo supr.Confess.in princip.in §.1. Quinto in exhibitione sacramentorum. Sexto in sepulturis. Septimo in benedictione nubentium. de quibus,de sepulturis,per totum.13.qu.3. placuit de simo.suam. & vide in locis suis.Quantum vero ad priuilegia prædicatorum, & minorum, vbi dicitur saluo iure parochiali, intelligitur solũ, quo ad oblationes, decimas, & primitias,vt declarat Greg.nonus.¶ Efficitur autẽ quis de aliqua parochia acquisitione domicilij, ibi vt sup. Domicilium, & quo ad pœnitentiam,& eucharistiam, si plusquã per sex menses anni ibi moratur, licet domiciliũ illuc non transtulerit,ſm Pan.in ca.omnis.de pœ.& re.de quo sup.Confessor.1.§.10.& 12. Quomodo autem alicui conferatur,vide sup. Ecclesia 2.§.6.7.& 8.

Participatio quomodo intelligatur quando aliqui suscipiuntur ad participationem missarum vel bonorum.sciendum est, vt patet ex Sanct.Thom.in 4.distinctio.45 ar. 1.quæst.4. quod opus bonum nostrum dupliciter considerari potest. Primo vt est expiatiuum pœnæ per modum cuiusdam recompensationis quæ in satisfactione attenditur,i. vt est satisfactorium, & secundo inquantum est meritorium vitæ æternæ, quod habet inquantum ex charitate procedit. Et primo mõ reputatur quasi eius pro quo fit, & ita absoluit eum a debito pœnæ quod non absoluit facientem: quia in tali compensatione consideratur æqualitas iustitiæ, opus autem istud ita potest æquari vni reatui,quod non alteri reatus enim duorum peccatorum maiorem satisfactionem requirit.Secundo autem modo nõ solum prodest ei pro quo fit, sed facienti magis.Hæc ex illo. Ex quibus motus Pet. de Pal. in 4.dicit,quod duplex est participium:primũ s.ad merendũ, & ſm ad satisfaciendum, inter quæ duplex est differentia.Prima, quia participium ad merendum est ex sola charitatis vnione sine intentione facientis specialiter directa ad participantem, licet sit maior cum intentione, sed participium ad satisfaciendũ non, alioquin quicunque esset in charitate

in

in hoc mundo, vel alio, statim esset immunis ab omni pœna, thesauro ecclesiæ, qui est infinitus distributo pro eius satisfactione, sed ex sola intentione facientis intellige spāli. Vide sup. Indulgentia. §. 5. Secunda differentia est, quia participium meriti nō minuitur ex multiplicatione participātiū: sicut nō fit deterior conditio multiplicatis electis, sed melior, & pp hoc sine præiudicio prius receptorum ad beneficia ordinis possent alij recipi; nec minus capiunt nouissimi, q̄ primi: sed in satisfactione secus, ſm cōem doctrinam, quod limita, nisi opus satisfactoriū esset infinitæ virtutis, quia tunc oēs capiunt, ſm suam capacitatē, vt sup. Missa. 1. §. 9. dictum est. Et, si quæratur, quid importet participium meriti, dicit idem non videri aliud, nisi quod pp merita aliquorum præseruat Deus aliqn̄ cōparticipem a peccato & morte, & sic de alijs, sicut recordatus Deus Abraham liberauit Loth, cum etiā qn̄q; parcat impijs pp iustos, vbi non cōcurrit meritum, nisi ab vna parte. Sed per receptionem ad beneficia consequitur quis aliam vtilitatem; quia specialius participat ex intentione speciali pro receptis. hæc ex illo.

¶ PARTIS appellatione quid veniat vide sup. Fama. §. 3. in fi.

¶ PATER an teneatur pro filio: sup. Obligatio. § 6. & inf. Restitutio. 3. §. 11.

PACIENTIA, vt elicitur a S. Th. 2. 2. qu. 136. est malorum æquo animo tolerantia ne bona deseramus. & 23. q. 1. §. 1. & semper intus seruanda est, quantum ad hoc, quod passio rationis iudicium non præueniat: licet non quo ad hoc, vt etiam non sequatur, de quo sup. Ira. §. 1. ad extra vero in Dei, vel proximorum iniurijs, non sic est seruanda vt tolerentur, sed sunt refellendæ, secundum quod oportet: nisi tollerentur ad vitandum mala peiora. 23. qu. 3. ecce. & c. sequ. In proprijs, aut sic habenda est, vt tolleretur, vt oportet, nisi redundent in iniuriam Dei; sicut Elias fecit ignem descēdere de cœlo super eos, qui venerant ad eum capiendum. 4. Reg. 1. & Eliseus maledixit pueris se irridentibus, ibidem, c. 2. & Syluester excommunicauit eos qui illum miserant in exilium. 23. q. 4. Guilisarius. vide 2. 2. q. 108. Quod autem dicitur Lucæ 6. de altera maxilla præbenda, intelligitur secundum preparationem animi, secundum Ang. si expediret alias non sicut nec ipse Christus aliam præbuit.

PATRIA potestas secundum Azon. est ius quoddam, quod habent hi, qui sunt de Imperio Romano, in liberos naturales, & legitimos: quod alij non habent. Institu. de pa. pot. per totum, & de iure ciuili introducta est. Sed intellige, q̄ sicut hodie alicubi vsurpata sunt iura Imperij, ita & hoc ius; soluitur autē primo cum pater transit in alterius potestatem, puta, abbatis per ingressum religionis vnde filium in propria potestate habere non poterit l. si arrogator, ff. de adop. & facit c. cum scimus & de regul. & not. in authent. ingressi. & in authen. si qua mulier. C. de sacr. san. eccle. Et secundo, quando filius post pubertatem profitetur religionem approbatam, vt no. gl. in c. 1. 20. q. 2. & glo. in l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de min. ante pubertatem vero profiteri non potest patre inuito: quia non desinit patria potestas per ingressum ante pubertatem: ideoq; tenetur obedire patri. Immo nec pater potest filium impuberem offerre religioni contradicente matre, secundum Innocen. & not. Panor. in cap. 2. de reg. quia obedientia, qua filius tenetur matri, est de iure naturali, & diuino: sed patria potestas de ciuili, nec auus similiter patre contradicente eadem ratione. Soluitur etiam tertio per ordinem, de quo supra Episcopus. §. 5. & ordo. 1. §. 3. & 4. per emancipationem, & multis alijs modis, de quibus Institut. quibus modis ius pat. pot. sol.

PATRIARCHA Græce, Latine dicitur summus, vel princeps patrum, distinct. 21. cleros. & secundum Raynu. alio nomine dicitur primas, non realiter, sed vocaliter differens. distin. 99. prouintiæ, & proprie, vel principaliter sunt quatuor post Romanum, quorū maioritas, vel dignitas est secundum istum ordinem Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolimitanus, vt de priui. antiqua. Alij vero propriè dicuntur primates: vt Aliquileiensis, Gradensis, Bituricensis, Cantuariensis, & huiusmodi. Summ. autem Ange. contra Ros. & Supple. & text. in d. capi. antiqua. inter principales non annumerat Antiochenum allegans glo. in ca. cleros. quæ ibi est contra eum, ponens inter principales prædictos quatuor, & addens Romanū. ¶ Priuilegia horum quatuor, principalium sunt quatuor, vt habetur ex d. c. antiqua. iuncta. gl. præcipuè Inn. ¶ Primum. Quia postquā receperunt pallium ab apostolica sede, conferunt illud metropolitanis suis. ¶ Secundum. Quia recipiunt fidelitatis, & obedientiæ iurm pro se, & ecclesia Romana. ¶ Tertium. Quia faciunt ante se vbique crucem deferri, nisi in vrbe Romana, & vbi fuerit Papa, vel eius lega-

legatus, vtens insignis papalibus, quæ ẽm Pã. ibi, sunt vestis rubea, palafredus albus, frenũ, & calcaria deaurata. Qui etiam no. ibi, ꝙ insignis denotantibus superioritatẽ in loco non potest quis vti extra suũ territorium, intellige nisi ex priuilegio: quia hoc, inquit, tendit in præiudicium aliorum, ne in eodem loco videantur esse plures prælati. Ex quo infert, ꝙ patriarcha, archiep̃s, vel ep̃s nõ potest solẽniter benedicere extra diæcesim suam: cum per hoc dimittantur venialia, quæ dimitti nõ possunt nisi per superiorem. de pę. & re. ꝙ autem insigniis verò denotantibus dignitatem, vel perfectionem in persona insignita, ut est delatio, annulli, celebratio in pontificalibus, põt quis uti extra suam iurisdõnem, vt etiam fortè est deportatio caudæ, quæ non denotat superioritatem in loco, sed grauitatem. ¶ Quartũm. Quia ad ipsos omissis mediis appellatur. Et hoc vltimũ licet gl. ibi neget. Inn. tamen & Host. & Spe. hoc tenet, & Panor. hoc dicit esse cõius: licet do. Ant. dicat cõiorem esse aliam opinionem, & hoc tene, ar. d. c. antiqua. vbi hoc eis datur in priuilegium, quod nullum esset si ad eos appellari non possit omissis mediis cum de iure cõi ab archiep̃o ad patriarcham appelletur. 6. q. 4. si inter. ¶ Iurisdictionem vero patriarchæ, siue primates in subditos suffraganeorũ habent, secundum Ray. in octo casib. ¶ Primò cum appellatur ad eos. d. 99. prouinciæ. ꝙ Pano. intelligit de archiep̃is existentib. in prouinciis deputatis ipsi patriarchæ. ¶ Scd̃o cum vacat ecclesia metropolitana, & postulat̃ primas, vt disponat de reb. ad metropolitanum pertinentib. s. custodiendis. de off. or. præsen. li. 6. ¶ Tertio ex consuetudine, & priuilegio. 9. q. 3. conquestus. ¶ Quartò, cum super arduo negotio dubitatur, nec põt in prouinciali concilio terminari, quia tũc metropolitanus debet primatem consulere. dis. 18. de conciliis. ¶ Quinto, cum metropolitanus est negligens, vel remissus, quia põt supplere defectus eius. 9 q. 3. cum simus. ¶ Sexto, qñ aliquis cõqueritur de archiep̃o, quia primas est iudex. 11. q. 1. si clericus. ¶ Septimo, si subditus metropolitani conqueratur primati, ꝙ iniuste ipsũ excõicauit, & primas remittat eum ad metropolitanum vt absoluat, & ille absolutionem obtinere non poterit: quia absoluit eũ patriarcha, præcipiẽs, vt satisfaciat metropolitano, aliter reducet eum in eandẽ sñiam, nisi constiterit eũ iniuste excõicatum, ut in c. ad reprimendam, de off. ord. ¶ Octauo, quando archiep̃s, vel ep̃s fecit mandatum illicitum, vel iniustũ, & subditus appellauit ad papam, quia poterit patriarcha declarare iniuste fuisse appellatum: arg. de app. solicitudinem.

¶ PATRONVS, vide sup. Ius patronus.

DE PECCATO ACTVALI.

1. *Actus unus an possit esse bonus, & malus.*
2. *Peccatum unum an sit uoluntatis, & operis.*
3. *Peccatum mortale quomodo discernatur a ueniali.*
4. *Peccatum ueniale an possit fieri mortale.*
5. *Venialia an oporteat confiteri, & pœnitere.*
6. *Contritio an requiratur ad remissionem uenialium.*
7. *Venialia quot modis remittantur.*

PECCATVM actuale, vt de originali omittamus, secundum Ambr. est præuaricatio legis diuinæ, & cœlestium inobedientia mandatorum. Vel secundum mentem S. Th. est actus humanus malus. s. mortaliter, ut patet 3. q. 71. art. 6. & 72. art. 1. & 3. contra cap. 19. Est autẽ duplex, s. mortale & ueniale, ꝙ non perfecte attingit ad rationem peccati, de quibus Theologicè multa valde dici posset, sed tantum de quibusdam modo uolo inquirere, spectantia ad propositum nostrum.

1 PRIMO † ergò quæritur, vtrum unus & idẽ actus possit esse bonus, & malus? Et dicit San. Thom. 2. 2. q. 20. quòd actus unus unitate naturæ, vt vna continua ambulatio, potest esse bonus malus in unitate moris, cum possit esse plures secundum genus moris, si mutetur ambulantis uoluntas, quæ principium moralium actuum est: sed vnus in genere moris non potest esse bonus, & malus mortaliter, hæc ex illo.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum uoluntas, & opus exterius sint unũ peccatũ? Et dicit Petr. quod sic formaliter, ut sunt coniuncta, id est simul tempore, vt causa, & effectus, licet sint plura materialiter, quia una est rõ deordinandi, licet plura deordinata, aũt sunt separata, puta, ẽm aliud, & aliud tp̃s, sic sũt diuersa peccata, intellige formaliter: qa diuersæ sũt auersiones, & conuersiones. Imò ẽm mentem S. Thom. cum vno numero actu exteriori stant multa peccata formaliter, & essentialiter distincta, si stante uno exteriori actu voluntas, frequẽter mutetur ad aliqua disparata, & reuertatur ad idem, ut patet ex dictis §. priore. secus si mutetur ad aliqua ordinata ad eundem finem, ut cum is, qui vult fornicari, cogitat de clausione ostii ne deprehendatur, quia oĩa hmõi opera interiora sunt unum peccatum ab unitate unius finis uirtualiter, in omnibus intenti, nisi aut mens ad disparata mutetur, aut omnino desinat aliquid cogitare.

TER-

3 Tertio † quæritur, quomodo peccatũ mortale discerni possit a veniali? Et dico quod omnia peccata, quæ sunt contra præcepta diuinæ, aut naturalis, aut humanæ legis, de quo inf. Præceptũ §. 2. sunt peccata mortalia ẽm oẽs doct. regulariter, quod tñ fallit secundũ S.Tho. dupliciter. Primo ex imperfectione actus, qui. s. subrepit ex primo motu sensualitatis, & non pertingit vsq; ad cõsensum rationis. 2.2.q.35. Secũdo ex imperfectione obiecti: vt si contra iustitiam fiat in aliquo minimo. 2.2.q.59. de quo scilicet is, contra quem fit, probabiliter præsupponitur contẽtus, vel saltem deberet esse contentus. Tertio ex interuentu dispensationis, & quartò ex interuẽtu causæ rationabilis excusantis quoad præcepta humana. Omnia uerò peccata quæ sunt contra mandata, vel consilia, sunt regulariter venialia, ꝙ fallit ẽm S.Th. & alios multipliciter. Primò si quis ibi statuat finem vltimum, paratus. s. mortaliter peccare, si de hoc cogitetur actu. Secundo si fiat ad finem, qui sit peccatum mortale. Tertiò si interueniat contemptus. Quarto si quis de salute proximi inde non curet eo modo, quo dictum est de muliere superflue se ornante, non curante si inde quis ruat, vt sup. Ornatus §. 3. Quintò, si conscientia sit erronea sic credens.

4 Qvarto † quæritur, vtrum peccatum ueniale possit fieri mortale? Et dicit Pet. quod idẽ numero actus in genere moris, qui est uenialis, nõ potest fieri mortalis. & ꝙ dr̃, ꝙ multitudo uenialiũ ita posset obruere sicut unum mortale, est verum occasionaliter solum: sed idem in specie sic. Et intendit ꝙ illud quod secundum se ex suo genere est veniale, potest fieri mortale huic uel illi quod uerum est quatuor prædictis modis. §. priore nõ aũt eo modo, quo dicit gl. de pœn. dist. 1. in cap. tres sunt in uerbo oppriment. Et approbat Suppl. in tit. Ornatus. s. quasi ipse contemptus, & vilipensio venialium sit mortale, nisi forte in religioso, qui tenetur habere propositũm proficiendi: quia nullibi est præceptum, quod istã curam habeamus, sed consulitur tantum.

5 Qvinto † quæritur, vtrum sit necesse de uenialibus pęnitere aut confiteri? Et de cõfiteri q̃dẽ dictũ est sup. Confessio. 1. § 13. De pœnitere aũt dicit S.Th. in 4.d. 16. ꝙ non est necesse absolute, quia inde mors, nõ incurritur, nisi forte ex contẽptu, sed ex suppositione, ꝙ debeant remitti in hac uita. Et secundum hoc proprie dr̃ quis ad aliq̃d teneri, ideoq; homo non teneatur ad pęnitentiã de venialib. nisi largè sumendo, inf. Pęnitentia. §. 4.

6 † Sexto quæritur, utrum ad remissionẽ uenialium contritio requiratur? Et dicit ac probat S.Th. in 4. d. 16. quòd ueniale non potest dimitti sine mortali, sicut nec haberi potest feruor charitatis, qui opponitur veniali sine charitate. Igitur veniale non remittitur quandiu uoluntas manet in illo, quia non tollitur culpa, nisi reordinetur uolũtas, quod esse nõ potest, quandiu in ipsa deordinatione manet. Igitur veniale sine contritione non dimittitur, quia ipsum recedere uoluntatis a ueniali, est displicere: quæ displicentia, quando est gratia informata, est dolor contritionis. Cum tñ contritio tripliciter accipiatur. s. habitu, actu, & medio modo contritio habitu non sufficit ad hoc, quia ueniale cum pœnitentia, & consequenter cum gratia esse non posset nec requiritur contritio actu, quia remitti non posset peccatum, quod non hr̃ in memoria, vnde requiritur cõtritio medio modo, qñ. s. & si veniale actu non displicet explicitè, displicet tamen implicite, quia virtute actus, qui agitur, sequeretur displicẽtia explicita peccati uenialis, si cogitatio feretur ad illud. Hæc ex illo.

7 Septimo † quæritur, quot modis uenialia remittantur? Et dico quod multis modis, ut diffuse deduxi in aur. Ros. casu 14. scilicet per communionem, per aspersionem aquæ benedictæ, per eleemosynam, per orationem, præcipuè dominicam, per confessionem generalem, per episcopalem benedictionem, per pectoris tunsionem, per cordis contritionem. Sed aduerte, quod ideo sic Canonistæ dicunt quia ita legunt, sed possibile est quod per ista non remittantur, & quòd remittantur ꝑ alia, quia ratio ꝙ per ista remittuntur est, quia per hæc excitatur deuotio, & feruor charitatis, quo secundum S.Th. ut dictum, est remittunt, qui possibiliter non consurgit ex istis, licet sępius consurgat, & consurgere potest ex aliis. Quid autem sit peccatum in spiritum Sanctum. vide S.Th. 2.2.q.14.

DE PECVLIO I. IN SE.

1 *Peculium, quid, & quotuplex in laico, & clerico, & num. 2.*

3 *Peculij iura erga patrem, & filium.*

4 *Castrẽse an intelligatur ꝙ datur filiofam. militi.*

5 *Peculium datum non militi cum expressione, quod sit castrense, an efficiatur castrense.*

6 *Quasi castrense an sit, quod datum est aduocato aut non aduocato cum expressione, quod sit quasi castrense, & num. 7.*

8 *Libri empti filio an sit peculium quasi castrense.*

Filius conferre tenetur fratribus post mortem patris, quod ei pater viuens contulit.

9 *Quasi castrense an sit, quod ex salario publico datur alicui artifici.*

10 *Quasi castrense an sit quod lucratur notarius, vel aduocatus non ex publico.*

11 *Neutrum lucrum an sit castrense, uel quasi.*

12 *Profectitium an dicatur quicquid acquisitum est ex pecunia, vel rebus patris, etiam ex delicto vel domo & nu. 13. 14. 15.*

16 *Dos a filio lucrata an sit profectitia.*

17 *Peculium filij an in dubio præsumatur profectitiũ.*

18 *Aduentitium an sit omne, quod filio relictum vel datum est ab extraneo.*

19 *Aduentitium an sit aliquando, quod pater filio donat.*

20 *Inuentarium an facere debeat pater de aduentitijs filij.*

PECVLIVM, dictum est, quasi pecunia pusilla, vel pusillũ patrimoniũ. ff. de peculio. l. depositi. Et aliquando significat omne patrimonium cuiuslibet hominis, etiam liberi, vt ff. ad Treb. l. cogi. Aliquando vero sumitur alijs modis, vt no. glo. in rub. ff. eo. tit. sed nunc de eo loquor, vt attinet filiofamilias, vel seruo. Et est peculiũ pusilla substantia, vel pecunia separata a rebus, & ratiocinijs patris, aut domini, data, vel promissa filio, vel seruo, d. l. depositi §. peculium. Est autem duplex in proposito, quoddam. s. laicale, & quoddam clericale, & vtrumque, vel saltem laicale, est quadruplex. s. castrense, quasi castrense, profectitium, & aduentitium.

1 PRIMO † vero quæritur, quid sit quodlibet horum peculiorum quo ad laicos? Et dico, ꝙ peculium castrense est id, quod filio degenti in militia occasione militiæ donatur a parentibus, cognatis, aut alijs, vel quod ipse in militia acquisiuit, alias nisi militasset non acquisiturus. ff. de castre. pecu. l. castrense. cum ibi no. Adde etiam, quod ſm Accur. C. eo. in rubrica, & in palatinorum, i. militũ palatij, qui principem sequuntur peculium, i. quod habent ratione militiæ, est castrense.

¶ Quasi castrense vero est quod acquiritur ab aduocatis, tabellionibus, magistris studiorum liberalium artium, & medicis, ac omnibus, qui ex publica causa, vel publico officio salaria, vel stipendia recipiunt publica. C. de inoffic. testam. l. cum antiquis cum ibi not. Vnde ad hoc peculium requiritur publica causa, & publicum, salarium, vel saltem ꝙ debeatur publicum salarium. ¶ Profectitium est, quod proficitur ex substantia, vel rebus patris, secũdum Bar. in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. vbi dicit gl. quod ly, ex large accipitur, comprehẽdat omne; quod occasione patris obuenit, vt l. additio. ff. de acq. hære. & ff. de vulg. & pupil. subst. l. sed si plures. §. in arrogato. Et intellige occasione proxima. l. socium. qui eod. ff. pro soc. de quo inf. §. 14. ¶ Aduentitium vero est, quod acquiritur ex industria, vel labore, quod intelligo seorsum ab exercitio rei domesticæ; sicut de muliere lucrosa dr̃ sup. eleemosyna, §. 5. par. 5. vel donatione aliunde, q̃ intuitu patris facta, vel successione, vel aliter aliunde prouenit ex euentu, vel fortuna. Quod tamẽ fallit in eo, quod ab Augusto: vel ab Augusta donatur, quod iudicatur, quasi castrense. C. de bon. quę libe. l. cum multa. & ſm Lud. in donato a rege, quia quod est statutum de Imperatore generaliter, intelligitur statutum de rege particulariter, secundum no. per Inn. in c. quibusdam. de verb. sig.

¶ Supple. addit quintum peculium mistum ex duob. vltimis, s. si filius ex rebus patris sua industria, vel labore lucretur, quia lucrum erit partim profectitium, partim aduẽtitiũ, quia quod ius est de toto ad totum, est de parte ad partem. ff. de rei uend. l. quæ tota. Sed dico, ꝙ si iussu patris exercet res, eius totum est patris, & profectitium, quia ad hoc tenetur. Si vero sine iussu patris, expresso, sed cum interpretatiuo, est idem si vero contra voluntatem eius, est fur.

2 SECVNDO † quæritur, quid sit quodlibet horum peculiorum quantum ad clericos? Et dico, quod in eis non habet locum peculium castrense, quia non militant corporaliter.

¶ Quasi castrense autem est quicquid acquirunt officio suo, vel ex beneficijs, de quo testari possunt l. sacrosanct. C. de episcopis, & cleric. quod limita ex non curatis, secus si sint cum vera; imo secus si sint cum administratione, vt est glo. in c. fin. de off. ord. lib. 6. Secus etiam si fructus non sint reconditi, vt in ea glo. Et hoc vide sup. Clericus 4. §. 3. 4. & sequentibus. Et quibus patet, ꝙ non bene concedit hic Sum. Ros. quasi castrense esse quicquid acquirit ex beneficijs non curatis. ¶ Profectitiũ vero est, quod de bonis ecclesiæ procedit, vel eius contemplatione acquiritur, qđ quidem dicitur profectitium respectu ecclesiæ, non respectu patris, vnde est ecclesię quo ad proprietatem, & vsumfructũ, nec possunt de eo disponere clerici ad libitum, sed ut iura permittunt, ut sup. Clericus 4. ¶ Aduentitium vero ſm Gof. in Sum. est quod acquirunt ex ope-

opera sua, vel alias prouenit ex intuitu perso
næ, quod etiam dicitur aduentitium non vere:
sed similitudinarie, quia quod laico est aduen
titium, clerico est castrense, vel quasi, vt sup.
Clericus 4.§.4. Vnde quicquid venit ad domi-
nium clericorũ, nisi proficiscatur ex rebus ec
clesiæ, vel obueniat ex eius intuitu, est ca-
strense, vel quasi, & de eo possunt ad libitum
disponere, & testari legitimè legata filijs, vel
parentibus, vt in authen. de san. epis. §. presby
teros & ponitur C. de episco. & cler. authen.
presbyteros, quod Sum. Ange. concedit indi-
stinctè. Sed tu dic non esse verum in peculio
profectitio patris, siue ex rebus patris, vel ei⁹
intuitu. Vnde & Pano. in rub. de pec. cle. dicit
ꝙ ista peculia nõ differunt, quo ad laicos, vel
clericos, nisi in aduentitio, est verum in cleri-
cis filijsfamilias, quia per clericatum non exi-
muntur a patria potestate in temporalibus,
licet aliud minus bene sentiat glo. in c. Iudæo
rũ. de ætate. & qual. quia hoc tenet ibi Innoc.
& cõiter doct. & probatur in c. per venerabi
lem. qui filij sint legit. vbi est speciale in epõ.
hæc ex illo. Ex quibus patet, ꝙ clericus filius-
familias in peculio profectitio nõ distat a cle.

3 Tertio † quæritur, quid iuris habeat pa-
ter, aut filiusfamilias in dictis peculijs. Et di-
co, quod in castrensi, & in quasi castrẽsi pater
nihil iuris habet, quin potius ipse filius in eis
censetur paterfamilias, vt C. de inoff. test. l. fi.
& ff. ad Maced. l. 1. §. vlt. & l. 2. & consequen-
ter de eo potest libitum disponere, & testa-
ri, ẽm omnes Docto. nec post mortem patris
illud communicabit cum fratribus. l. antiquis.
C. de inoff. test. & C. de colla. l. fin. ¶ In profe-
ctitio vero pater habet proprietatem, & vsũ
fructum, filius autem nihil iuris habet. Instit.
per quas pers. nob. acqui. §. 1. Vnde ad hoc so-
lum valet hoc peculium filio, ne publicetur
in casu, in quo alia bona patris publicantur,
vt l. si finita. §. si de vectigalib. ff. de damn. in-
fec. Post mortem tamen patris erit commune
cum alijs fratribus. ¶ In aduentitio vero filius
habet proprietatem, sed pater in vita habet
vsumfructum, ita, ꝙ filius de eo testari nõ po-
test. de sepult. cap. licet pater, libr. 6. Et si pater
filium emancipauerit, apud patrem emane-
bit media pars vsusfructus aduentitiorum. In
stitu. per quas perso. nob. acq. §. sancitum. Si
vero premoriatur filio, erit filij specialiter, &
totaliter, nec communicabit, cum alijs fra-
tribus: si vero filius præmoriatur patri, erit
patris, nisi filios reliquerit, quia erunt ioco
patris, §. sancitum. Si etiam filius habens bo-
na aduentitia crimen admiserit, propter ꝙ, si
esset paterfamilias, bona eius venirent publi-
canda licet sint diuersæ opiniones, tamen cõ-
munis opinio est, ꝙ dicta bona veniunt pu-
blicanda quantum ad proprietatem manen-
te vsu apud patrem. pro qua opinione est Bar
to. in l. si finita, §. si de vectigalibus. ff. de dam.
infec. & idem Ang. & Sal. vide eos, si placet,
quia multa hinc inde dicuntur. Et intellige
patrem in hoc habere vsumfructum, dum vi-
xerit, nisi remiserit, vel nisi ab aliquo sit dona
tum, vel relictum hoc pacto, vt ad patrem
non pertineat vsusfructus: vel nisi succedat
filius vna cum p̃re in hr̃ditate fratris, vel so-
roris, vel nisi q̃n pater noluit assentire filio a-
deunti aliquam hr̃ditatem, vel nisi pater com
miserit incestas nuptias, vel nisi patre minus
legitimè diuertente. i. diuortium indebitè fa-
ciẽte bona, filijs applicentur. Insti. per quas p
perso. nob. acq. §. sancitum. in gloss. vel si filius
recipit dotem patre non consentiente, nec se
obligante, secundum Bar. in l. contra ff. rerum
amot. quia in istis patri non acquiritur vsus-
fructus, nec quicquam aliud.

4 Qvarto † quæritur, vtrum donatum filio
familias militi sine alia expressione sit castrẽn
se? Et Bar. in tract. de duob. fratribus, & in l. si
fortè. ff. de castr. pecu. distinguit. Nam si dona
tur necessarium, vel actum militiæ, vt equus
& arma, in dubio dicetur castrense, a quocũq;
donetur. l. miles præcipua. & l. castrense, ff.
de castren. pecu. Si vero donatur, quod non
est aptum ad militiam, vt aliquid immobile,
non erit castrense, etiam si expresse dixerit
hoc donans, vt l. si forte, ff. de castren. pecu. &
quod ibi tenet Dyn. & C. eo. l. 1. quod tamen
fallit in duobus casibus. Primo, quando donãs
est notus solum ex militia, quia donatum in
distinctè est castrense. Secundo, quando da-
tum est expresse, vt vendatur, & emantur a-
pta ad malitiam. Si vero donatur quod potest
esse aptũ ad militiã, & alia, si expresse, & noĩa
tim ad militiam datur, erit castrense: si vero
datur simpliciter sine expressione, non erit
castrense, nisi sit datum a noto solum ex mili-
tia, l. si mihi. ff. de castr. pecu. & quod not. Bart.
in d. l. si forte.

5 Qvinto † quæritur, quid si donatur filio-
familias non militi cum expressione, quod sit
ei castrense? Et dicit Bart. in prædicto tractat.
ꝙ licet appositio talium verborum non va-
leat, nisi ad aduentitium, vt d. l si forte, ope-
rabitur tamen vt patri non acquiratur vsus-
fructus, quod potest facere donans, vt C. de
bon.

bon. quæ libe. auth. excipitur. & sic licet vitietur expressum: non tamen vitiatur tacitum. l. 1. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol.

6 SEXTO † quæritur, vtrum donatum filiofamilias aduocato, vel aliud publicum officium habenti, sit quasi castrense? Et dico, quod Bar. in d. tract. eodem modo distinguit, vt su. §. 4. de milite distinxit, scilicet quia si detur necessarium, vel aptum ad tale officium, erit quasi castrense, a quocunq; donetur: si vero detur non aptum, non erit quasi castrense: & sic de alijs vsque ad finem.

7 SEPTIMO † quæritur, quid si filiofamilias, qui non est in aliquo publico officio, detur aliquid cum expressione, quod sit ei quasi castrẽse? Et dico secundum Bar. vt su. §. 5. de non milite & castrensi, quia. s. erit aduentitium; & tamen pater non habebit vsumfructum.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum libri empti a patre filio suo, sint filio peculium quasi castrense, vel potius veniant conferendi cum fratribus post mortem patris? Ex distinguit Bart. in l. 1. §. nec castrense. ff. de coll. bon. Nã si pater emit solum noĩe filij, & non tradidit, nec expressit se donare; tunc sunt proprie patris. C. de castr. pec. l. 1. lib. 12. nam traditio requirit, vt videatur donare. C. de do. inter vir. & vx. l. si filij. ¶ Si vero emit nomine filij, & tradidit ei, vel dixit se eos donare: tunc si filius erat iã aduocatus, vel doctor tpe donationis, acquiruntur ei in quasi castrense l. 1. C de castr. pec. & l. castrense. ff. eod. nec poterit sic donatum pater reuocare: quasi donatio sit incontinẽti valida. l. si filius, C. fam. ercis. vnde non cõicabuntur, vt d. l. 1. C. de cast. pec. & d. l. castrense. ff. eo. Si vero nec aduocatus, nec doctor erat, sed scholaris, tunc si studium suum compleuerat ante mortem patris, efficiuntur ei quasi castrense, quia incipit quasi militare. l. siue emãcipatis, C. de don. & l. donationes in concubinas, §. pater. ff. eod. nec venirent in collationẽ d. §. nec castrense. ¶ Si vero ante mortẽ patris studium suum non compleuerat, non possunt dici quasi castrense, quia qualitas personæ nõ patitur, cum non habeat aliquam ex illis dignitatibus, quæ ponuntur in d. l. fin. C. de inoffic. test. quia scholares non gaudent eo priuilegio, quo magistri & Doctores, l. 1. in fine, C. de stud. li. & facit quod no. in l. fi. C. de iu. om. iud. Hoc tamen fallit, si pater ei non emancipato libros dedit, sed eos non est adeptus, nisi post emancipationem: quia erunt sui, eo quod confirmetur donatio, d. l. siue, & d. §. pater. Et idẽ dic de quocunque donato a patre filio emancipato, vel etiam non emancipato, si emancipatus voluntatem patris possedit: quia erit filij; nec pr̃ postea poterit reuocare. d. l. siue, secus si post emancipationem contra voluntatẽ patris tenuisset donata. Et similiter dic, q̃d confirmatur dicta donatio morte patris, etiã si filius non est emancipatus fauore studẽtiũ: & sic post mortem patris talia erunt sua, nec cõicabit cum fratribus. l. filiæ. C. fam. ercis. ẜm opinionem approbatam in gl. d. l. siue. Si vero nescitur an donauerit necne: tunc secundum Bar. in addit. ad præfatum trac. Bar. ad coniecturas est recurrẽdum, secũdũ dicenda infr. §. 12. Aduertendũ est tñ hic secundũ Bar. in auth. ex testõ. C. de coll quod donatũ a patre filio emancipato, est cõferendum post mortẽ, & computabitur in parte eius: sed donatum filio existenti in sua potestate, licet non valeat in vita ipsius patris, post mortem tamen vim sibi assumit, & habet vim legati, vt l. in donationibus, C. ad leg. Falci. & l. donationes, la 1. C. de don. inter vir. & vxor. Et sic legata & fideicommissa non conferuntur, l. penul. C. de loca. sic nec talis donatio. Fallit tamen hoc primo quando emergit inæqualitas. l. penu. C. de colla. Secundo, quando pater hoc expressit. Tertio, quando dedit, vt haberet in peculio. l. si donatione, C. de coll.

9 NONO † quæritur, vtrum sit quasi castrense, quod lucrantur artifices, vt fabri, cœmentarij, & lignarij, & huiusmodi laborantes in rebus communibus, & salarium habentes ex publico? Et dico, quod non quia non sufficit, q̃d acquisitum sit ex publico: sed oportet, quod sit ex publica causa, puta publico officio. q̃d tamen secundum Sal. in l. fi. C. de inoffic. testa. fallit in architectis, seu ingeniarijs dominorum, vel communis, quia quod acquirunt habebunt pro quasi castrensi.

10 DECIMO † quæritur, quid de notarijs, & aduocatis, & accessoribus non habentibus salarium publicum? Et dicit Bald. in d. l. fin. C. de inoff. test. quod aduocati acquirentes aliquid nõ ex publico, sed a clientulis, habebũt illud quasi castrẽse, quia cedit eis loco publici salarij, ex quo hodie eis non soluitur ex publico. l. fori tui. C. de adu. diuer. iud. Et ibi dicit Bar. quod similiter erit quasi castrẽse, quod acquirũt accessores, secũdũ gl. ibidẽ. Et similiter dicit idem Bar in l. si mulier, ff. de cast. pec. de relictis aduocato pro emendis libris, vel equo causa eundi ad officia, & hmõi. ¶ Quantum ad notarios autem, qui nõ habent salariũ ex publico. Et dico, quod notarij cõmunes non ac-

quirunt quasi castrense:sed solum notarij cõmunis, vel dominorum, aut officialium, qui habere deberent salarium ex publico.

11 VNDECIMO† quæritur,quid de nautis?Et dico, quod cum in mari dicatur quis aliquando militare,vt not.in l.1.ff.de bon.poss. ex testa. mil.imo in classibus omnes remiges,& nautę milites sunt,] vt in d.l.1.ideo dico,quod lucrũ remigum,& nautarum in classibus, seu bellico apparatu maritimo,est castrense,vel quasi:& idem de omnibus patronis, officialibus, & nautis, qui ex publica causa hoc faciunt.d. l.1. Et intellige in bello iusto,quia non est publica cã, vel officiũ, quod ordinatur ad bonũ cõe.Secus ergo in bello iniusto piratarum,& huiusmodi, ẽt si haberent salarium ex publico, secus ẽt in nauigantibus ex causa priuata, vt pro mercibus,& huiusmodi. Est tñ lucrum eorũ,qui habent officia in nauibus, & qui laborãt pro rebus conducendis ex causa priuata aduentitiũ, nec est cõicandũ cũ fratribus, si cõtracta est inter eos societas omnis q̃stus, & lucri solum:sed solum,si esset societas omniũ bonorum, de quo inf. peculiũ,2.§.19.ita tamẽ, ꝙ illud lucrum nõ fit ex negotiatione.

12 DVODECIMO† quæritur,vtrum omne quæsitũ a filio ex pecunia,vel rebus patris sit profectitium?Et dicit Bar.in prædicto tract. & in l.cum oportet.C.de bo.quæ libe. ꝙ omne q̃situ filio ex bonis patris,siue sint pecuniæ, siue possessiones sibi datæ sine labore,& industria filij:puta,dando possessiones colono,& pecuniam mercatori, est profectitium, sed si quid ex p̃dictis acquirit labore suo, vel industria, puta,laborando agrum,vel ex pecunia negotiando,dicit,ꝙ sicut lucrum ex pecunia factũ partim pecuniæ,partim personæ lucranti attribuitur,l.1.C.pro socio. & l.si non fuerint. §.1.ff.eo.sic dictum lucrum pro parte,quæ debetur fundo,vel pecuniæ, erit profectitiũ: & pro parte debita operi personæ lucrantis erit aduentitium,d.l.cũ oportet.post principium, vbi patet, ꝙ omne lucrum prouenieńs ex ꝑsona filij,est aduentitium.Nec obs.l.si ita.§.fi. ff.de vsu,& habita.& l.per seruũ,§.fin.de acq. rer.do.quas allegat Spe.qui tenet contrariũ: quia loquuntur in seruo,qui acquirit domino ex opere suæ personæ. Et ita refert, & tenet Sum.Ang.& consentit Sum.Ros.hic,§.7.& 8. & sup.idem diceret,vt patet ex allegatis sup. §.1.in fin.& idem videtur sensisse Ioã.de Plat. Ego vero dico,quod gl.in d.l. cum oportet,dicit,quod huiusmodi lucrum est profectitium: quia ex re patris proficiscitur,ff.ad Treb.l. basilica,& ipsi ac Spe. bene senserunt,vt hoc lucrum sit profectitium, si filius erat in potestate patris: quia ex rebus patris acquirit patri, vt patet Inst.per quas pers.nob.acq. in princ. & patet ẽt rõne. Filius.n.in vsu, & exercitio rerum paternarum conuenienti suæ personæ tenetur patri,& cõsequenter tale opus est patri debitũ, nec inde posset filius lucrari, sicut nec seruus,nec bene soluũt isti ad l.si ita, nec ad l.per seruum, quia quantum ad hoc eadẽ est ratio de filio,per quem patri, sicut per seruum domino,acquiritur, nec etiam bene probant per d.l.cum oportet, quia ipsa expresse excipit lucrum,quod ex substantia patris fit, vt patet intuenti. Et hoc intellige, etiam si filius ex fructibus fundi iterum lucretur, quia si profectitium est, quod ei donatur intuitu patris,multo fortius quod ei obuenit auxilio substantiæ patris. Si tamen filius non erat in potestate patris, vera est opinio prædicta, & procedunt omnia allegata.

13 DECIMOTERTIO† quæritur, quid si filius ex pecunia data a patre lucretur per vsuras? Et videtur dicere gl.in d.l.cum oportet, quod sit lucrum profectitium,quod secundum Bar. procederet secundum antiqua iura vsurã permittentia: hodie vero nec profectitiũ est,nec aduentitium,sed totum restituendum.

14 DECIMOQVARTO† quæritur,de his,quæ filius acquirit ex delicto?Et dicit Bart.quod nõ q̃ritur patri,vt l.quod seruus,ff.de acq.poss.& l.quod autem ex furto,ff.pro socio, nisi filius fecisset vsuras iussu patris: quia cum vterque restituere teneatur,quæritur patri. semper tamen deducto eo, quod filio pro opere debetur,hæc ex illo. Hoc autem casu potest filius per seruum opus sibi quærere, licet illicite: quia non tenebatur in hoc patri.

15 DECIMOQVINTO† quæritur, quid si filius negotiando in Gallijs ex rebus patris captat beneuolentiam regis,& inde aliquid dono lucratur?Et dicere videtur Spe. quod hoc fit ꝓfectitium.Bart.vero in d.l.cum oportet, dicit hoc dictum Spe. esse contra casum,l. socium qui in eo.ff.pro socio, & tamen idem Bar.aliquando dicit, quod quicquid filius habet beneficio,vel occasione patris,est profectitium, sup.§.1. Sed veritas est, vt hoc profectitium, nõ sit,sed aduentitium, quia tex.in d.l.sociũ, virtualiter distinguit, quod occasione patris filio dupliciter aliq̃d obuenit.Primo.s.proxime, & immediate: sicut si filio meo in Anglia a te reperto dedisti decem,quæ non nisi propter me dedisses, vnde sum causa proxima.

Secun-

Secundo remote, ſicut, ſi propter patrẽ meũ habui notitiam alicuius domini, qui plus, vel æque me, vt patrem meum diligit, & quod a tali datur, non eſt profectitium. Vnde oẽs leges, quæ dicunt inſpiciendum cuius contẽplatione, vel cauſa aliquid ſit datũ: intellige dẽnt de cã ꝓxima d.l.ſociũ. quoniam in dãnũ acq. rẽtis nõ conſideratur cã remota. l. ſi fl. de cõiũ ge nd. cum emancipat. libe. ſed bene quantum ad commodum, l. ſi forte, ff. de ca. pe.

16 Decimosexto † quæritur, vtrum filiusfamilias, qui vigore ſtatuti ex morte vxoris lucratur dotem, vel partem eius, hoc lucrũ habeat quaſi profectitium? Et dico, quod in hoc varie loquuntur. Doc. imo Bar. ſibijpſi vr̃ cõtrarius. Nam in l. ſi cum dotem, §. trãſgrediamur. ff. ſol. mat. dicit, ꝙ tale lucrum non eſt filio profectitium, ſed aduentitium, fundãs ſe ſuper tex. in l. cum oportet, C. de bo. quæ li. & idem tenuit Io de Pla. ſed ipſemet Bar. in trac. de duo. frã. maturius & æquius loquens, dicit, quod, ſi filius ſuſtinet onera matrimonij de lucro ſuæ perſonæ, vt puta ſeparatus a pr̃e, erit ei aduẽtitium: ſi vero hæc ſuſtinet pater, erit filio profectitium. Et ſic intellige Dyn. in d. §. tranſgrediamur, dicentem, ꝙ non eſt aduentitium, ſed poſt mortem patris cõicabitur, ꝑ l. 2. C. fami. erc. Si vero partim pater, & partim filius ſuſtinet, tunc pro rata oneris partim ꝓfectitium, & partim aduentitium erit, l. ſed ſi quis. §. 1. ff. de vſufr. & l. ſi ſeruus, communis, §. fi. ff. de ſtip. ſer. Et hoc ſequitur Bal. ĩ d. l. 2. & gl. in l. dotem, ff. de caſtr. pecu. & Dy. vbi ſup. & cin. Et vbiq; ſic tenendum eſt per arg. a contrario, in l. profectitia, §. 1. in verbo, nihil erogauit, ff. de iure do. vbi dicit Iuriſ. ꝙ ſi pater repudiat legatum ſibi factum ad hoc, vt filio genero acquiratur illud non cenſetur profectitium, quia ꝑꝑ illud pater de ſuo nihil erogauit, & conſequenter vbi erogatio, vel impenſa patris eſt cã acquiſitionis, erit profectitiũ, vt hic, vbi pater fecit ſumptus nuptiales, & ſuſtinuit onera, ꝑꝑ quæ datur illud lucrũ dotale, l. actione, ff. pro ſocio, & l. dotis, ff. de iure dotium. ¶ Ad oẽs aũt leges, quæ videntur in contrarium, dicatur, quod loquuntur, quãdo pater non ſuſtinet onera prædicta, & ad ſtatutum dicens, quod maritus lucratur, dicẽdum eſſe verum, quando non eſt filiusfamilias: aut ſi eſt, lucretur ſed non ſibi, verum patri.

17 Decimoseptimo † quæritur, vtrum acquiſitum per filium familias in dubio præſumatur profectitium. Et Bart. vbi ſupra diſtinguit. Nam ſi reſultat ſuſpicio delicti niſi ſic præſumatur: puta, quia filia præſumeretur turpiter acquiſiuiſſe, cum aliter habere nequiuerit, ſic creditor ex bonis patris acquiſitum, vt euitetur ſuſpicio delicti, l. ſi defunctus, C. arbit. tute. & l. Quintus, ff. de do. inter virum & vxor. & l. ſi vxoris nomine, C. eod. Si vero ſuſpicio delicti euitatur, præſumetur ex bonis filij, vt dictis legibus. Si vero nec euitatur, nec oritur ſuſpicio delicti recurrendum eſt ad coniecturas. C. de epiſ. & clerici, auth. licen. Et hæc omnia ſunt ſeruanda in prælato, & tutore, vxore, & huiuſmodi, qui circa bona aliorum verſantur in conſcientia: licet gl. in d. l. cum oportet aliter dicat.

18 Decimooctavo † quæritur, vtrum donatum, vel relictum filiofamilias ab extraneo ſit aduentitium? Et Bart. in prædicto tract. diſtinguit. Nam ſi eſt datum contemplatione patris, erit profectitium: ſi contemplatione filij, erit aduentitium, l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup. ſubſtitu. & l. aditio. ff. de acquir. hæred. & l. ſed & ſi quid donetur, ff. vſufruc. & no. glo. in d. l. cum oportet. Si vero non apparet, cuius contemplatione ſit datum deprehendetur primo ex futuro euentu. Vnde ſi relinquitur filio, vt poſt mortem patris habeat præſumitur contemplatione filij datum: ſi vero tantum viuente patre, præſumitur datum contemplatione patris: & ſecundo eo opere: puta, quia filius negociando fecit amicitiam, vt ſup. §. 15.

19 Decimonono † quæritur, vtrum donatũ filio a patre ſit aduentitium? Et dicit Bar. in d. tract. quod ſi præceſſerunt merita filij, quæ ſi extraneus feciſſet, illi donaſſet ſic donatio tenet a principio, nec poteſt reuocari, & erit aduentitium, ſecundum gl. C. de inoffi. teſt. auth. vnde ſi parens, & concor. Iac. But. Si vero nõ dat propter merita, ſed vt filio, eſt ſimplex donatio, quæ non valet, niſi morte confirmetur. de quo ſupra. Donatio 2, §. 7. Et an pater, qui monachatur, perdat vſumfructum in aduentitijs cum multis alijs, vide ibi propè.

20 Vigesimo † quæritur, vtrum pater teneatur facere inuentarium, cum recipit bona aduentitia filiorum? Et dicit Mar. Silli. quod Bononiæ in facto deciſum fuit, quod non: tum quia non habet de his reddere rationem: tum, quia hoc non eſt lege cautum: tum, quia ita habet legum interpres conſuetudo.

RVRSVS DE PECVLIO II. quantum ad diuiſionem fratrum, & ſociorum.

1 *Societas quid, & quid ſocius.*

2 *Societas a quibus, circa quid, & quomodo contrahi possit.*

3 *Societas quotuplex sit.*

4 *Societas quomodo cognoscatur inter aliquos contracta.*

5 *Societas omnium bonorum quomodo cognoscatur.*

6 *Societas quando incipiat, & quando finiatur.*

7 *Peculium, quod communicetur inter fratres, & quod non.*

8 *Pecunia data filio a patre pro studio, an postea computetur in sua parte, & quid si eã ludo consumpsit, num. 10.*

11 *Filius, qui de mandato patris cepit studere, an post mortem eius perficiat studium de communib. bonis.*

12 *Expensa facta a patre circa uxorem filijs, an tempore diuisionis computentur.*

13 *Expensa facta a patre in peculio aduentitio filij, an postea computentur.*

14 *Obligatio patris pro delicto filij, an postea computetur in partem filij.*

15 *Patre dante damnum in bonis aduentitijs filij, an fratres resarciant.*

16 *Debitum contractum ab vno fratrum post mortem patris, an soluatur de communi.*

17 *Lucrum factum ab vno ex fratribus cum pecunia hereditaria, an sit communicandum.*

18 *Commune an sit, quod emptum est ex pecunia communi.*

19 *Fratre more administrante nomine communi, an minor teneatur approbare.*

20 *Fratres in communi uiuentes an communicent lucrum veniens, ex officijs publicis, uel meritis personæ. & num 24.*

21 *Socio uno ponente operas, & alio pecuniam, si tota pereat, an teneatur alius.*

22 *Fratribus in communi uiuentibus, si unus aliunde aliquid attulit pro communi uictu, uel reparationibus, an illud repetat, & nu. 23.*

25 *Heredum vno ob maleficium condemnato socij nihil soluent.*

26 *Sociorum unus si fecit sumptus, ob honorem suum uel nuptias, an solus soluit.*

27 *Fratris unius factum, an noceat alteri, si sunt socij omnium bonorum.*

28 *Frater unus an dotet filias suas de communis, si sint socij omnium bonorum, & quid, si unus dotet filiam alterius. nu. 29.*

30 *Societas omnium bonorum inter spurium, & legitimum, an faciat eos æqualiter haredes.*

31 *Socius, si alteri communicet lucrum usurarum, an eum episcopus compellet restituere.*

32 *Lucrum uxoris alterius fratrum, an communicetur in diuisione.*

33 *Diuisio qualiter fiet inter fratres, si unus eorum habet liberos, qui plus laborarunt.*

34 *Frater gubernans bona communia cum fratribus paruis, an petat postea salarium.*

PECVLIVM secundo considerari potest in ordine ad communionem & diuisionem fratrum, inter quos est contracta societas illimitata, & non determinatæ rei.

1 PRIMO † ergo quæritur, quid sit societas, & socius? Et dicit Tullius, vt not. Azo in Sum. tit. pro soc. quòd societas est duorum plurumve, conuentio, contracta ob commodiorem vsũ, & vberiorem quæstum: ad quod facit l. si non fuerit. §. plerunque. ff. pro soc. Socius autẽ in ordine ad societatem est is, inter quem, & alium, uel alios est contracta societas; sed in censuris, secundum gl. Car. & Pan. in c. Felicis. de pę. lib. 6. est ille qui aliquid cooperatur ad actum damnatum; vnde quando sunt plures, & nullus est principalis, dicunt agentes, quãdo uero vnus est principalis, alius cooperãs, tũc stricte dicitur socius in censuris, licet large socius criminis dicatur tripliciter, s. concomitans, fauens, & non corripiens, ut 16. q. 4. ita planè legitur, 26. dist. facientis: & tales regulariter non puniuntur eadem pęna.

2 SECVNDO † quæritur à quibus, circa quid, & quomodo societas contrahi possit? Et dico, ꝙ societatem cõtrahere possunt, qui se pñt obligare, & contrahere; de quibus multos casus habes supr. Donatio. Contrahi autem potest circa omnia bona, & circa aliquam negotiationem, & circa unã rẽ. ff. eod. l. societas. nisi res illa esset turpis, aut flagitiosa. ff. eod. l. neque prætermittendum est. Non contrahitur aũt consensu, sed per consensum, ff. pro soc. l. qui admittitur. & hoc re, verbis, & per nuntium. ff. pro so. l. societatem, & ad tempus, & in perpetuum, i. dum viuent socii: & sub conditione, ff. pro soc. l. 1. C. eod. l. pen, sine fine vero contrahi non potest. ff. eod. l. nullam.

3 TERTIO † quæritur, quotuplex est societas? Et dico, ut colligitur ex no. per Bart. & per Bal. in l. si patruus, C. comm. vtri. iudic. & per eundem Bal. in addit. ad Bart. de duobus fratribus, quòd est triplex. ¶ Prima est omnium bonorum, in qua communicantur omnia quæsita ex quacunque causa, laborando, vel negotiando, vel ex dono, aut legato, vel hæreditate, & huiusmodi: & stipendia data militi. l. qui stipendia, C. de procu. & salaria quæcunque habita ex castrensi, vel quasi. ff. pro soc. l. cum duobus. §. idẽ Papinianus. alias est l. si fratres & acquisitũ ex iniuria sibi facta, vel ex l. Aquilia, vel ex damno suo corpori illato, vel filiis

suis

suis,d.l.cum duobus,§.socium. & generaliter omne quæsitum licitè quocunque titulo, vel causa.arg.a contrario sensu,in l.cum duobus, ff.pro soc.non autem quæsitum illicite, vt ibi patet. Et similiter communicantur omnia de 4 bita licita, & omnia damna ēt condemnationum factarum per iudicis iniuriam:licet secus si essent factæ iustè.d.l. cum duobus. §.ibidē. Eo tñ casu,quo ratione maleficij condemnatio esset iusta,tenentur socij cōtribuere.si eis scientibus & acceptātibus pro communi vtilitate maleficium factum est,quia est commune:& sicut in lucro,ita & in damno cōicabūt. Si vero ignoranter acceptarunt lucrum iniustum:tunc socius auferret illud,& satisfaciet. l.si igitur,ff.pro soc. & sic solus soluet cōdem nationem,etiam si essent socij omnium bonorum,secūdum Spe.Et licet de iure,ex quo lucrum illicitum cōicabit,non possit illud auferre,nisi post condemnationem.l. quod enim, ff.pro soc.tñ si sacerdos iniungat ei,vt satisfaciat,læso,intelligitur non solum lis contestata,sed ēt sententia lata: & sic præceptū sacerdotis est sententia,ſm Host.in c.fin.de sepult. ¶Secunda est generaliter omnis quęstus, & lucri,quod idem est l.sed & si adijciatur,ff. pro soc.in qua communicantur omnia,q̃ veniunt ex quæstu, id est industria, seu solertia alterius,vt exercendo mercantiā,& similia: & similiter damna,quæ ex societate, sicut ex causa proxima,veniunt,non autem excōmunicātur ea,quæ veniunt ex officijs,vel meritis personæ, vt donatio simpliciter, vel causa mortis,aut legata,vel hæreditas,nec similiter salaria aduocationis,tabellionatus,vel similium: nec debita alterius,nisi quæ fiunt cā quæstus, vel societatis ēt si licitè cōtraxisset: vt q̃a maritauit filiā,vel militauit, aut tenuit filium in studio:& multo minus si sunt illicitè cōtracta: vnde condemnationes siue illicitæ,siue licitę non communicantur. Et hæc societas semper intelligitur contrahi,quando societas contrahitur sine distinctione,vt in l.coiri.ff.pro soc. ¶Tertia est societas certæ rei,puta conuiuendi:quia viuunt ad vnum panem,& ad vnum vinum: vel certæ negotiationis, vel lucrorum, quæ consequuntur, licet in diuersis negotiationibus, vel operibus, ex quibus lucrentur: quamuis aliqñ alter operam, alter pecuniam ponat,aliqñ vtrūque: de quibus infr. Societas. Et in hac communicantur lucra,& dāna,quæ veniunt occasione illius negotiationis, vel mercantiarum,de quibus pacti sunt: secus de alijs prouenientibus aliunde. Adde tamen,

quod omnia prædicta vera sunt, nisi socij aliter speciali pacto cauerint: quod seruandum erit,vel nisi aliter habeat consuetudo,de quo inf.Societas 1.§.in fi.

QVARTO †quæritur, quō cognoscatur contracta societas inter fratres, vel alios simul habitātes,ita ꝗ omnia lucra sint cōicanda? Et dico,quod Bar.in l.si patruus, C.cōm.vtriusq; iud.distinguit vtrum neuter,vel vterque,aut alter tantum negotietur. Si enim nullus eorū negotiatur,non contrahitur societas:licet hęreditatem paternam, & maternam simul in diuisam teneant.l.cum duobus ff.pro soc.§. si frater.Sed in hoc dissentit Bald.in addi.prædicta & in d.l.si patruus dicens hoc casu ex actibus posse apparere affectum socialem: vt inter nobiles, qui non faciunt quæstuarias mercantias, & tamen conferunt omnia dona, salaria, & dotes, quia nemo negare potest hos esse sociales actus, ex quibus præsumitur intentio,& voluntas,vt dicunt Io.de Arena, ac Rich.& Old.discipuli eius. Si vero alter negotiatur, & alter non,ſm Bar.similiter non hoc cōtrahitur societas: quia,qui negotiatur,ex hoc magis videtur donare, quam societatem contrahere,vt ff.pro soc.l.5.Sed Bald. dicit, quod si is,qui non negotiatur, omnia obueniētia sibi,puta,ex redditibus præbendæ,vel dotibus confert,& sic faciūt, hinc inde similiter vt supra,cōtrahitur:quia talis præsupponit mens, qualis ex actibus colligi potest. argum.l. duo fratres,ff.de acqui.hær. & l.reprehendēda tu magis es.C.de inst.& substi. & similiter secundum eundem Bal.præsumitur cōtrahi,si vnus se exercet in vna mercantia,vel arte, & alter in altera, vt in aduocatis, & tabellionib.quia lucrorum cōicatio, societatis est contractio, vel inchoatio.Et similiter,ſm eum,si vnus habet curam domus, & alius sit aduocatus, vel alter lucretur, & poneret in domo. Si vero vterque negotiatur:dicit Bar.quod si alter est pupillus, non pōt intelligi cum eo contracta societas,quia hoc non posset expresse.ff. pro so.l.& in cōdictionib.ergo nec tacitè.ff.loc.l. qui ad certū Sed,si vterq; est maior, dicit ꝗ si cōicant lucra,ex hoc inter eos præsumit contracta societas, quia talis communicatio aliter intelligi non potest,non tamen omnium bonorū,vt quidam dñt,sed quæstus illius mercantiæ tantum, quia actus nostri voluntarij non extenduntur vltra ea, quæ geruntur, ff. de iti.actuque priua.l.1 §.Viuianus.Sed Bal.dicit,quod si alter est maior, & alter pupillus habens tutorē, qui cōicat, & cui cōmunicatur,

præſumitur cõtracta ſocietas. Et, ſi actus ſunt vniformes, ſocietas reſtringitur ſolũ ad quæſtus venientes ex eis: ſed in actibus in ſe diſformibus, & hñtibus varietatem, præſumitur ſocietas generaliter contracta: nec cõſideratur an vnus plus, alius minus lucretur in hac generali ſocietate: ſed æqualiter, inquit, omnia ſunt partienda. l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſoc. Hæc ex illo: qui per hoc non intẽdit hoc probare, quod ſit ſocietas omnium bonorũ, quod negauerat Bar. ſed ꝙ ſit generalis, ideſt ſimpliciter, ſiue omnis quæſtus, ſi actus ſunt diſformes: vel certæ rei, ſi vniformes, & melius eſt, quod dicit Bal. tamen vide inf. §. ſeq.

5 QVINTO † ſpecialiter quæritur, quomodo cognoſcatur contracta ſocietas omnium bonorum? Et dico, ꝙ Bar. in l. Titium. ff. de admi. & peri. tut. in §. altero poſt quam concluſit inter fratres maiores negotiantes, & lucra cõicantes contrahi tacitam ſocietatem: quærit, q̃ ſocietas contrahatur, an ſcilicet omnium bonorum, vel vnius negotiationis, aut ſimpliciter? Et reſpondet per regulam, ꝙ actus noſtri voluntarij non extenduntur vltra ea, quæ geruntur, allegans multa iura: & deinde infert: quod, ſi communicauerunt lucra vnius negotiationis, illius eſt contracta ſocietas, & ſimiliter diuerſarum, ſi cõicauerunt diuerſarũ lucra. Vnde ſi Titius fundum emiſſet ſuo nomine, communicare non tenetur illum, ſed pecuniam, ſi fuiſſet ex dicta negotiatione. ff. pro ſo. l. ſi vnus. §. 1. Sed ſi emptio fundorum communi noĩe celebratur, ẽt huius negotiationis pſumeretur contracta ſocietas: & conſequenter cogeretur communicare. Hæc ex illo. Qui iuxta ſenſum Bar. in d. l. ſi patruus. intendit, vt recitatum eſt §. priori, quod contrahetur ſocietas certæ rei, quod tamen ibi Bald. dicit falſum, vbi actus ſunt diſformes: quia contrahitur ſocietas ſimpliciter, ſiue generalis, id eſt omnis lucri. iuxta Berta. vero in ti. ſocietas vr̃, quod contrahatur omnium bonorum: quia ad videndum quomodo tacitè contrahatur talis ſocietas. ſ. omnium bonorum, remittit ad Bar. in d. l. Titiũ. & ad Petr. de Peruſio in tract. ſocie. 3. par. col. 14. & Franc. Por. de duob. fratribus. 2. q. 56. Ego vero dico, quod Bald. melius intellexit Bart. & quod ſocietas omnium bonorũ non cõtrahitur, niſi expreſsè agatur, ꝙ ſint ſocij omniũ bonorum. ff. pro ſoc. l. 3. §. cum ſpecialiter. & l. coiri. ff. eod. vbi dicitur, coiri ſocietatem etiam ſimpliciter licet: &, ſi non fuerit diſtinctum, videtur coita eſſe vniuerſorum, quæ ex quæſtu veniunt: hoc eſt, ſi quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, vel conductione deſcendit. Hęc ibi. Prędicta autem expreſſio, vel diſtinctio, ſecũdum aliquos fieri poteſt verbis, & actibus: ſecũdũ alios vero non poteſt fieri, niſi verbis, quod videtur velle gl. in d. l. coiri. quæ habet in verbo, diſtinctum, id eſt, expreſſe dictum, quod fiebat omnium bonorum. ſup. eod. l. 4. §. 1. Hęc gl. Ego autem dico, quod fit verbis principaliter, & ſecundario effectibus.

6 SEXTO † quæritur, quo tempore incipiat, & quo finiatur ſocietas? Et dico, quod ſi verbis contrahatur, ſtandum eſt conuentioni: ſi vero actibus, dicit Bar. in d. l. Titium. quod ab eo tẽpore incipit, quo ſocij cõicare cęperint, & ab eo ex quo deſierint communicare, diſſoluta. ff. pro ſoc. l. vtique. ſi tamen alter tantũ deſijt cõicare. & non renuntiauit ſocietati; ſeruandum eſt, quod dicitur in l. actione. ff. eod.

7 SEPTIMO † quæritur, circa fratrum diuiſionem, quod peculium ſit communicandum, & quod non? Et dico quod ſi nulla interuenit ſocietas, vt patet ex dictis ti. priore. §. 1. cõicabitur ſolum profectitium, non autem caſtrẽſe, nec quaſi caſtrenſe, nec aduentitium. Et quod de his peculijs dr̃, intellige de omnibus, de q̃bus in tit. priore dictum eſt, quod pertinet ad hoc peculium, vel ad illud. Adde etiam, quæ dicentur ab hoc. §. vſq; ad decimumoctauum incluſiuè. Si vero interuenit aliqua ſocietas: dic vt inf. incipiendo a §. 19. vſque ad finem.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum pecunia data filio a patre pro ſtudio, poſt mortem patris ſit computanda in ſua parte? Et dicit Bar. in d. tra cta. quod ſi apud patrem nihil erat, quod eſſet filij, non imputabitur filio in partem. l. quę pater. ff. fam. erciſ. Si vero apud patrem erat pecunia filij ex peculio caſtrenſi, vel quaſi: tunc in dubio præſumetur, quod pater adminiſtratorio noĩe egerit id de pecunia ipſius filij: & ſic imputabitur in partem eius, ad quod facit quod no. in l. fi. C. de do. promiſ. Quod tamen videtur limitandum, quando pater dedit pro cauſa neceſſaria, non autem pro voluntaria: iuxta ea, quæ habes ſup. Legatum 3. §. 12.

9 NONO † quæritur, quid ſi pater dedit filio pecuniam pro libris emendis, & ille luſit, vel expoſuit in meretrices? Et dicit Bart. in authent. quod locum: C de coll. quod poſt mortem patris computabitur illi in ſuam partem: arg. d. auth. ſicut mulieri, quæ paſſa eſt conſumi dotem, computabitur ei in ſuam partem, vt in d. auth. quod locum. Et ſimiliter dic de donatio a patre filio pro emancipatione, ꝙ erit computan-

putandum ei tempore diuisionis, scd'm Bar. in l. 1. §. ne castrense. & in l. vt liberis. C. de col.

10 DECIMO † quæritur si pater filio in studio existenti misit pecuniam pro libris emendis, cauens in libro rationum suarum, quod filius eam debeat conferre, cuius erit damnum, si librorum valor decreuerit? Et dico, quod erit commune hæredum, nec iste cōferre tenetur quod constiterunt, sed solum quod valēt: per glo. in d. l. illud. C. de coll. in verbo, poterat. Si autem valor supercreuit beneficio fortunæ; dicit Raph. in d. l. illud, quod hoc lucrum tanquam aduentitium debet esse præcipuum filij, vt l. filij, C. de colla. licet Lud. dixerit contrarium in d. l. illud. per tex. in l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & hoc placet.

11 VNDECIMO † quæritur, vtrum filius, qui incepit studere viuente patre de mandato eius, possit mortuo patre de cōibus bonis studium perficere? Et dicit Barto. in d. tract. quod non: quia factum patris erga filium initiatum, eatenus obligat hæredem, quatenus pater erat obligatus. l. & si filium, ff. de mun. & ho. iuncta l. honores. §. is qui. ff. de decur. & l. si filia. §. idē scribit. ff. famil. ercis. propter quod concludit Bald. in addit. ad d. tract. quod si vult studium perficere, faciat de suo, & similiter, si vult doctorari: quia est nouus actus. l. si seruus legatus, § sed si cum mihi ex testamento, ff. de lega. 1. nec fratres tenentur ei, si nolunt.

12 DVODECIMO † quæritur, vtrum tempore diuisionis fratrum veniant expensæ factæ a patre circa vxorem filijfamilias quoad vestes, & alia ornamenta? Et dicit Bald. vbi sup. & in l. in his, ff. sol. mat. ꝙ de consumptis filius nō tenetur, nec alius potest dicere, ego ducā eam, & tantundem exponam de communi, nisi pater aliter cauerit in testamento. l. 3. §. fin. ff. de mun. & ho. & ibi per gl. & l. ex parte. §. filius. ff. fam. ercis. De extantibus autem, vt sunt vestes, & alia ornamenta, si necessaria sunt ad quotidianum vsum, nō conferuntur, sed sunt vxoris, & a principio tenuit donatio inter socrum, & nurum. l. ex annuo. ff. de do. inter vi. & vxo. l. si dos. cum sua glo. ff. ad l. Falc. Si vero nō sunt necessaria ad quotidianum vsum, sed sunt pretiosa, tunc illa, qualia sunt, debent cōferri. l. illud vestimentum, ff. de pecu. Nec potest dici, quod morte sit confirmata donatio: quia non præsumuntur donata, sed ad vsum concessa. l. mortis. in fin. ff. de don. inter vir. & vxo. & hoc nisi magna dignitas, & diuitiarum cumulus pręsumptionē faceret in contrariū, l. filius. ff. de do. Similiter dic in factis pro filia. l. cum hic status §. oratio. ff. eod. Et pro prædictis facit l. fi. ff. sol. mat. & quod dicit Bart. in l. vt certo. ff. com. Ang. tamen in l. si, ex re dñi, ff. de stip. ser. per gl. ibi positam determinat, ꝙ vestes lugubres date mulieribus, efficiuntur ipsarum. sup. Donatio. 2. § 5. De dote vero data filiæ filij ab auo ipsius, quomodo nō sit cōmunicanda, vide sup. Dos. §. 1.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, vtrum expensæ factæ a patre in peculio filij aduētitio post mortem filij sint communicādæ inter fratres post mortem patris? Et dico, quod Bar. in prædicto tract. distinguit. Nam si fuerunt necessariæ, vel ad perpetuam vtilitatem: filio imputabuntur, l. fi. §. fi. C. de bo. quę lib. & l. iubemus, C. ad Trebel. & hoc si pater fecit animo repetendi: secus si animo non repetendi. Et si de animo nescitur, si sunt parui sumptus præsumerentur donati. l. si seruus. ff. de do. inter vir. & vxo. Si vero sunt magni, ita quod excedant fructuum quantitatem: videtur habuisse animum repetendi: nisi in causa alimētorum, vel simili expendisset. l. alimēta & l. Nesennius, §. præterea, C. neg. gest. Secus si fructuum quantitatem non excedunt: quia vr̃ etiam tunc donasse. In impensis tamē, quas fecit vir in reb. vxoris gratia fructuum quærendorū, colligēdorum, & conseruandorū, sine vlla distinctione sibi facit. l. fin. ff. de impen. & ab vxore, vel eius hæredibus non repetet. In alijs autem, si sunt modicæ, non repetuntur, si vero sunt magnæ, repetuntur. l. omnino, ff. de imp. quod tamen fallit, vt ibi. Si vero dicti sumptus a patre facti, non sunt necessarij, nec ad perpetuā vtilitatem, sed solum ad vtilitatem fructuum, nō sunt cōicandi, quia onera pertinent ad eundē patrem. Et idem dicendum est de eo, quod expendit in datijs, & collectis, cum habeat vsūfructum. l. si pendentes. ff. de vsufru. Nec obst. l. vnica. §. nec impensas. C. de rei, vxo. act. quia vir habet dotem propter onera matrimonij: ideoque grauari non debet onere impensarum, & nō erit hoc in alio vsufructuario: quia simpliciter habet ex alia causa, vt ex contractu vel quasi. Et concor. Bal. vbi supra.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, vtrum, patre obligante se pro delicto filij, sit totum computandum in parte filij post mortem patris? Et dicit Io de Pla. Instit. de obl. quæ ex quasi delic. nascun. §. si filius, quod pater non tenetur pro filio condemnato in iudicio soluere condemnationem de sua legit ma, vt est casus in l. & si condemnatus, ff. de noxal. act. Si tamen se obligauit, dicit Bal. vbi su. quod, si hoc fecit

ductus naturali pietate, omnes fratres debēt
pro sua parte sustinere.l.liber captus.ff.de ca
pti.Sed si fecit ex necessitate: puta, hoc statu-
to dictante, vt no.glo.super.rub.C.de decret,
decur. nascitur ex tali gestione negociorum
naturalis obligatio transiēs ad hæredes, ideo
que soluet de parte filius, nō de communi.l.
igitur, ff de libe. causa, & quod not. Doc. de
eo, qui cogitur soluere condemnationem al-
terius.l.2.§.fi.de verb.obl.

15 DECIMO QVINTO † quæritur, vtrum
patre dāte damnum in bonis aduentitiis filij,
teneantur fratre emendare de cōi? Et Bal.vbi
supr.distinguit. Nam si dilapidatio est solum
fructuum, non tenentur, l.cum oportet.C.de
bo.quæ lib. quod limita. verum qñ pater hēt
vsumfructum dicti peculii, secus, quando is, q.
legauerat, prohibuit vsumfructum quæri pa-
tri. quod fieri potest secundum gloss. in
auth.vt liceat matri, & auiæ.& in auth.excipi
tur.C.de bo.quæ lib.Si vero dilapidatio con-
cernit rei perpetuam deteriorationem, vel in
tolerabilem læsionem, sic etiam tenentur, d.l.
cum oportet, §.sed cum tacitas.

16 DECIMOSEXTO quæritur, vtrum debitum
contractum post mortem patris ab vno fra-
trum, sit soluendum de communi? Et dicit
Spec.in tit. de iud. ꝙ non, nisi contractum sit
ratione cōis utilitatis, vel societatis, & in com
munem vtilitatem profectum, quod probare
debet qui contraxit, & sic de communi solue
re, argu.l.omnis, ff. pro soc. quod si non pro-
bat, per eum solui debet absque grauamine al
terius, ff.de reg.iu.l.non debet. ff. pro socio.l.
iure societatis. similiter nec dos debet solui
de communi, nisi sit versa in communem uti
litatem: & idem de cōdemnatione soluta per
vnum, vt sup.§.3.

17 DECIMOSEPTIMO † quæritur, vtrum lu-
crum quod faciat vnus ex fratribus cum pe-
cunia hæreditaria mercanndo sit commu-
ne cū aliis fratribus? Et Bal.vbi sup.in d.l.si pa
truus.distinguit. Nam si fecit nomine cōi,
communicabit. Si uero nomine proprio, non
cōicabit.l.Titium, & Mæuium. §. alterum, ff.
de admi. tuto. quod verum est, nisi sit tutor
vel curator aliorum fratrum: quia sic lucrum,
quod fecit ex prima mercantia empta de cō-
muni, debet esse cōe, licet nomine suo fece-
rit, quia illa mercantia quasi empta de com-
muni erat communis; aliud autem, quod fecit
de pecunia emptionum iteratarum, & nomi-
ne suo, erit suum, & non cōicabit illud, quia
pecunia redacta ex mercantiis communibus,
non est communis, ſm gl. in d.l.si patruus.
Et idem dic de eo qui negociatur de pecunia
minoris, aut ecclesiæ, vt in l.si vt proponis, C.
de rei vend. Si verò nescitur cuius nomine fe
cerit: tunc si continuauit negotium solitum
cū alio fratre mortuo, superstitibus filijs fra-
tris indiuisam substantiam possidentibus, sic
videtur nomine communi fecisset. ar. l. nam,
& seruus, ff.de neg.gest.§.si viuo. Si verò fece
rit negotiationem insolitam: sic præsumetur,
ꝙ nomine proprio, si nihil aliud appareat ex
libro rationum. concor.Bar.in d.l.si patruus.
Adde tamen primò, ꝙ eo casu quo nescitur
quo nomine emerit, si emptor erat tutor: in
dubio præsumetur, ꝙ emerit nomine com-
muni, secundum multos. ar.l.post mortem. ff.
quando ex fac. tut. Adde secundo, secundum
Bal. ꝙ eo casu, quo communi pecunia, & cō-
muni nomine negociatur, quatenus lucrum
est commune, eatenus, & damnum, & hoc si
aggressus est solita negocia, discretè operā-
do: secus si insolita, quia tunc sibi imputet.l.si
negocia, ff.de neg.ges.Concor.Bar.in l.Titius
ff.de admi.tut.

18 DECIMOOCTAVO † quæritur, vtrum
emptum ex pecunia communi, vel redacta ex
rebus cōmunibus, sit commune? Et Bart.in d.
l.si patruus.C.com.vtri.iudi.distinguit. Nam
aut emi aliquid nomine communi, aut pro-
prio, aut dubitatur. Si quid igitur emptum
est nomine communi, est cōmune altero ha-
bente ratum, vt l. si ego.ff.de neg.gest. Si ve-
rò nomine proprio, tunc si emit ex pecunia
propria, est proprium, non commune. Si ve-
rò ex pecunia communi: aut ille, qui in re cō
muni vēdicat partem, erat maior, & nihil pe-
tere potest in re, vt ibi, aut minor: & tunc, si
is, qui emit, non erat tutor, nec curator, est
idem, vt l.filię. ff. solu. Si verò erat tutor, aut
curator, res efficitur communis, vt l.2.ff.quā-
do ex fac.tut. Si verò dubitatur ex qua pecu-
nia emerit, pręsumitur, quòd ex propria, vt l.
si defunctus, C. de arbit. tut. Nec est ibi re-
currendum ad coniecturas, cuius conditionis
fuerit artifex, vel non. Si verò emit quidem,
sed dubitatur cuius nomine: præsumitur in
dubio emisse nomine proprio, vt l.magis.ff.
de sol. & sic ista quæstio, & præcedens eodem
modo soluuntur.

19 DECIMONONO † quæritur, vtrum ex
duobus fratribus, quorum vnus maior cōmu
ni noīe administrauit bona minoris reliquus
scilicet minor, teneatur approbare gesta per
maiorem nomine communi? Et dicit Ros. in

quoddam consi.quod incipit, omnipotentis, ꝙ sic, quantum ad utiliter gesta, ff. de neg.gest. l.Pomponius. gesta aũt damnose rata habere non tenetur, imò omnia damna illata cõi patrimonio per maiorem dolo, uel lata culpa ipse administrãs sibi debet imputare, & minori pro rata emendare tenetur, ff. fa.er.l.hæredes, §.non tantum, & §.item culpæ, & l.puto, §.sed & si dolo. & l.in cõi diuidendo, & l.si is, cũ quo. & l.in hoc iudicium. & l. cõis seruus. ff. communi diuid. Et deinde quærit idẽ Ros. an lucrum factum per dictum maiorẽ ex pecunia communi sit communicandum, licet minor non approbet damna illata communioni, nec sentit damnum emergens dolo, vel culpa maioris? Et dicit lucrum esse commune, si pecuniam cõmuni nomine administrauit, ff. pro socio, l.socius.socio. imò, inquit tale damnum, non compensatur cum excessiuo lucro, quod administrans communioni quæsiuit, quia hoc non obstante, damnum illud sibi imputare tenetur. Et casus est. ff. pro socio, l. non ob eum. cum l.sequ. Si uero communem pecuniã ꝓprio nomine administrauit, sibi soli quæsiuit. ut est casus. i § si unus ex sociis, l.si unus, ff. pro socio. & probatur in d.l.si patru⁹. Bene tamen hoc casu posset minor agere contra maiorem, quanti sua interest hanc pecuniam communi nomine nõ fuisse administratam, ut no.gl.in d.§.si vnus. Hæc ex illo.

20 Vigesimo † quæritur, utrum frater habens cum frater hæreditatem indiuisam, & societatem simpliciter, i. omnis quæstus, teneatur cõicare lucrum proueniens ex officiis publicis, uel meritis personæ? Et dico, ꝙ non, sed solum bona prouenientia ex patrimonio, & mercantia unde dicit Pan. in quodam consil. quod incipit, in causa uertente, ꝙ tale lucrum non cõicabit, quod probat primò per l. cum duobus. §. si fratres, ff. pro socio. vbi si fratres tenuerunt hereditatem paternam indiuisam, ut emolumentum, ac damnum in his cõiter sẽtiretur, quod aliunde acquisierunt, in commune non redigitur, quasi uideatur contracta societas in bonis patrimonialibus, non autem in lucris aliunde obuenientibus. Quod maxime uerum est in lucris quæsitis ex officio, uel meritis personæ, quia in his est speciale, ꝙ quantuncunque contrahatur societas simpliciter, etiam expresse, non intelligitur contracta, nisi in prouenientibus ex quæstu, seu industria personarum, vt exercẽdo mercimonia, & similia, non autem in prouenientibus ex meritis personæ, unde hæreditas, vel legata, seu donationes, q̃ uni ex sociis deferuntur, non ueniunt in cõi, vt l. coiri. cum §. seq. ff. ꝓ socio. Salarium autẽ delatum ratione officii prouenit potius ex merito personæ, quàm ex quæstu, seu opera socii. Pro quo facit l.cum muneris, ff. de mun. & hon. & quod no. in l.1. ff. si mens. fal. amo. di. Hinc est, ꝙ omne, quod lucratur filius familia ex officiis publicis, acquirit sibi, & non patri, & reputatur quasi castrense, C. de inof. test. l. fi. & consequenter à fortiori in præsenti casu non debent prædicta lucra esse cõia, nisi pacto expresso hoc fuerit conuentum. Et idem apertius sentit Spec. in tit. de iud. §. sequitur. ver. quid si alter. ubi plus dicit, scilicet quod si vnus ex fratribus remotus fuit ab officio propter insufficiẽtiam suã, & in locum eius alter substitutus, non debet salarium esse commune, sed præcipuum fratris substituti. Et idem uidetur sentire Bar. in d. l. si patruus, uolens ꝙ si nemo ex fratribus habentibus in communi negotiatur, non sit contracta societas in bonis aliunde quæsitis in quo licet dissentiat Bald. tamen, ut aliqui dicunt, dictum suum aperto iure non probat. Vel dic, quod licet verum dicat: tamen sentit, quod societas non extenditur vltra, quam actus gesti præcedant, unde vbi ex actibus non contrahitur, nisi societas simpliciter, quæ cõicationem negocialium lucrorum non excedit, ut in casu isto, si alter sociorũ acquirit aliquid castrense, uel quasi, illud non communicatur Nec obstat, ꝙ ista lucra deputet in communem utilitatem, nec ex hoc debet censeri, ꝙ uoluerit cõmunicare, quia quicquid solus expendit de suo in re cõi, potest in eius rei diuisione repetere. l. in hoc iudicium, ff. communi di. sicut etiam uidemus in casu contrario, ꝙ si ex bonis cõmunibus dotatur filia unius fratris, debet in diuisione bonorum computari in portione contingente ipsum fratrem, ut no. Spe. in d. §. sequitur. in uer. quid, si unus, & idem in aliis expensis factis pro utilitate unius duntaxat, vt in d. §. no. Spe. Et hæc maxime procedunt in lucris quæsitis post mortẽ fratris, remanentibus ex eo filiis impuberibus, cum quibus non potest dici contracta societas, nec debet præsumi donatio, maximè si, & ipse, qui lucratur, habet filios, quia non est verisimile, quod auferre uellet a suis, & dare alienis. Et hæc uidẽtur de mente Bart. in d. l. si patruus.

21 Vigesimoprimo † quæritur, quid, si ex duobus fratribus, vnus in societate posuit operas, alius pecuniam, & casu omnia pe-

perierunt?Et dicit Bal.vbi sup. ꝙ is,qui posuit operā,tenetur alteri ad medietatē capitalis. per l.si cum duobus.§. in coeunda, ff. pro socio.Et ita etiam tenet Iac.de Are.in l,1.C.pro socio,glo.vero in d.l.si patruus,tenet contrarium.Sed tu dic,ut inf.Societas.1.§.6.

22 VIGESIMOSECVNDO † quæritur, vtrū, duobus fratribus simul commanētibus post mortem patris,si vnus de fructibus laborum suorum, vel de aliis bonis posuit in domo pro communi victu, possit illud plus in diuisione repetere?Et dicit Bald.in l,cum duobus,ff.pro soc.quòd fructus extantes sunt sui,nisi sit cōtracta societas in eis. Si verò sunt consumpti, tunc si inter eos erat contracta societas conuiuendi, quia ad vnum panem,& uinum viuebant,non habetur consideratio ad illud plus: quia societatis iure intelliguntur consumpti, ut in c.si duo fratres. de fratri.de nouo bene. inuesti.in vsi. feu.& hoc non ratione fraternitatis,vel cohabitationis,sed communis mensæ,secundum Bald.ibi.quod facit pro fratrib. quorū alter maior est in familia. Si vero inter eos non societas conueniēdi:puta, quia vnus erat minor, & consequente non contrahitur societas,l.& in conductionibus,ff. pro socio, vel alter furiosus,aut prodigus,cui erat interdicta administratio,vel monachus,& similes, tūc expensæ non imputātur inter fratres,quę sunt factæ pro alimentis, nisi protestetur ꝙ non intendit donare. l. Nesennius. ff. de neg. gest.vel nisi quia reditus cōes erant sufficientes ad alimenta,sed conseruabat fructum, ut melius uenderet, vel quia naturali charitate nō tenebatur alimentare,arg.l.fin.ff.de petit. hær,secundum Bald.in l,filiæ,C.fa.ercis. Item qñ ille qui fecit impensas erat pauperior, ut not.in l.alimenta, C. de neg.gest.per Iac.But. & Bald.quia prima charitas incipit a seipso,l. præses,C.de seru.& aqua,vnde non præsumitur donare.Et sic Bal.in l.si paterno, C.de nego.gest.tenet de rusticis,quorum vnus multa posuit in domo pro alimentis,quod potest petere quando in filiis alimentatis non erant operæ aliquales correspondentes alimētis quia communiter rustici sunt pauperes, quorum oculus est porcellus,ut dicit gl.in l.illicitas.ff. de off.præsid.& raro habent pecunias, ut dicit Bal.in l.idem,C.loca.ideo non præsumitur talis donare, cum ipse non habeat superflua quod intellige verum, quando inter eos non est societas conueniendi.

23 VIGESIMOTERTIO † quæritur, quid si alter duorum fratrum posuit lucra sua pro reparatione communis patrimonii,vel emit boues pro colendis possessionibus cōmunibus? Et dicit Bal. vbi sup. ꝙ repetere potest illud, quod posuit,per tex.in l.ex duobus,ff.ex neg. gest.& Bald.in d.l.filiæ,quod intellige, si emit ex eo quod communicare non tenebatur ratione communis patrimonij,vel cuiuscunque societatis, alias si non emit ex lucro communicando, & consequenter cōmunicanda sunt communia,ut patet ex dictis supra §. præced.

24 VIGESIMOQVARTO † quæritur,quid cum aliqui fratres habentes paternam hæreditatē indiuisam viuūt ad unum panem,& vnum uinum, nulla alia contracta societate, & vnus ex industria personæ lucratur, vt quia est artifex,vel iuit ad nauigandum,& huiusmodi? Et dico,quòd illud lucrum erit sibi præcipuum, etiamsi pater viueret,tanquam aduentitium, nec illud post mortem patris communicabit, quod intellige si lucrum illud pater permisit quasi non egens exercitio filij in re domestica,si tamen alii stantes domi expenderunt circa patrimonium pro quærendis, vel colligendis,aut conseruādis fructibus, qui fuit absens non habebit partem fructuum, nisi contribuat ad expensas,& si alii personaliter laborauerunt in re communi prodictis fructibus, ex eis deducent salaria sua ad arbitrium boni uiri,si uerò laborauerunt,aut expenderunt ꝑ conseruatione patrimonii, illud deducent in diuisione.Et prædicta intellige nisi inter eos esset societas simpliciter,quia communicaret lucra uenientia ex industria,vt sup. §. 3.licet non venientia ex meritis.

25 VIGESIMOQVINTO † quæritur, quid,si alter ex cohæredibus condemnatus est ob maleficium cōmissum? Et dicit Spe. quod de sua parte tantum soluenda est condemnatio,nec fiet recompensatio eius, quia alias bene tractauit hæreditatem.ff.pro socio.l.cū duobus.

26 VIGESIMOSEXTO † quæritur, quid si vnus ex cohæredibus fecit sumptus ob honorem suum, puta in militia, uel nuptiis suis,aut filiæ,vel aqua dignitate? Et dico, quod si communis pater id fecit, ipse habet hoc præcipuum,ff.de coll.l. 1. §. nec castrense, si verò ipse hoc fecit post mortem patris,de sua sorte erit,non de bonis communibus, ff. fa. er.l. filia,§.idem scribit,nisi specialiter inter cohæredes pactum fuerit,ꝙ huiusmodi sumptus essent communes,secundum Bar.in d.§. nec castrense. Quantum aūt ad dotem filiæ alterius fratris cohr̄dis,si viuit auus,ab ea dotāda est, ff.de iu.do.l.profectitia.Si verò non viuit, de

bonis

bonis patris sui tantum dotanda est, secundum Spec. nisi aliter cohæredes inter se conuenerint. vide sup. Dos §.7.

27 VIGESIMOSEPTIMO † quæritur, vtrum factum vnius fratris noceat alteri, quando sunt socij omnium bonorum: puta, si vnus emens gabellam a communi promittit sub certa pœna, & alius contrauenit: quæritur vtrum incidat in penam? Et dicit Bal. vbi sup. quod non: quia non incidit qui contrauenit, cum non sit obligatus, ff. pro socio, l. iure societatis, ne qui est obligatus, quia non contrauenit.

28 VIGESIMOOCTAVO † quæritur, vtrum in societate omnium bonorum frater possit suas filias dotare de communi? Et Spec. videtur tenere, quod non, nisi sit pactum inter eos, per l. si socius pro filia. ff. pro soc. & idem Petr. de Peru. in 14. libro consiliorum, sed Bal. in consilio quod incipit factum tale, tenet contrarium. & similiter in d. addi. ad tract. Bartol. de duo. fra. Vbal. autem in d. l. cum duob. ff. pro soc. arguens pro & contra; finalit r cōcludit, quod quilibet adhærere potest cui parti voluerit, quod non sufficienter dicitur, cum altera tantum pars contradictionis sit vera, & vna præiudicet socio. Vnde dic, quod potest, si sunt socij omnium bonorum, maxime expresse, & verbaliter quia ibi est cōmunicatio omnium licite quæsitorum, & consequenter a contrario etiam omnium debitorum licite contractorum; vnde frater tenetur contribuere fratri militanti, aut filiam maritanti, non autem hoc potest, si sunt socij simpliciter, i. omnis quæstus.

29 VIGESIMONONO † quæritur, quid si vnus frater donauit filiam alterius scientis, & patientis? Et dico, quod si sit contracta societas omnium bonorum, alter tenetur contribuere vt dictum est sup. §. priori. Si vero non sunt sic socij, qui dotauit, dotem potest restituere: quia vtiliter negocium gessit, non obstante quod extraneus, dotando filiam alterius donare videatur dotem. l. ex morte. C. de pac. conuen. quia hoc verum est quando solus hoc facit: secus si faceret simul cum patre, vt consuluit Bal. in d. consi. vbi sup.

30 TRIGESIMO † quæritur, si frater legitimus, & spurius in vita patris contrahunt societatem omnium bonorum, vtrum patre moriente eius hæreditas transeat etiam ad spurium? Et dicit Bald. in l. 1. C. pro soc. quod sic, non vi successionis, vel relicti, sed iure societatis. Quod pro cautela notandum est ei, qui vult spurium succedere in hæreditate cum legitimo, vt faciat eos omnium bonorum societatem contrahere.

31 TRIGESIMOPRIMO † quæritur, si alter ex socijs omnium bonorū communicauit socio, vel fratri lucrum vsurarium, vtrū episcopus possit compellere socium, vel fratrem ad restitutionum vsurarum? Dicit Bal. quod sic, vt ff. eod. l. quod enim.

32 TRIGESIMOSECVNDO † quæritur, vtrum lucrum vxoris alterius fratris communicandum sit in diuisione? Et Bald. in l. si vxorem, C. de cond. inser. & Doct. & Vbal. in l. cum duobus, ff. pro soc. distinguit. Nam si eadem opera facit sicut homines in laborando, debet habere partem lucri, & diuidetur in capita, vt dicetur de filijs. §. vlt. in fi. Si vero exercet aliquam artem, vel mercantiam, vel est obstetrix, aut chirurgica: tunc si ponebat oīa lucra in communi, & similiter vir, contracta est societas, quam mulier cum viro contrahere potest, ſm eundem Bal. in d. l. si vxorem, & sic lucra erunt communia, sed si tenebat separatum lucrum, vel ex alijs coniecturis apparet, quod societatem contrahere nō uolebat, tunc de operibus communibus, & obsequialibus, quæ fiunt a mulieribus in domo secundum qualitatem personę, vt facere lectum, coquinam, & hmōi, lucrum consequi non potest quia operari tenetur in domo, in qua recipit alimenta, vt in gl. l. sicut. ff. de ope. lib. & Bald. in l. Caio Seio. in fi. ff. de ali. leg. & Ang. in l. 1. C. de legi. hæred. & in l. si cum dotem. ff. solut. matr. imo si desisteret a talibus obsequialibus etiam paruæ æstimationis, propter exercendam artem pars talis lucri deberet communicari uiro, & alijs fratribus, ſm iudicium boni viri: nisi haberet alimenta iure legati, & cōsequenter non teneretur operari in tali domo secundum Bal. & Ang. vbi supr. Si vero vltra talia obsequialia exercet aliquam artem, & lucratur, potest sibi illud tanquam propriū retinere, & communicare non cogitur. Et qđ dictum est de vxore, dic de filiabus alterius fratris, excepto, quod acquirent patri, & illud lucrum erit eis aduentitium. Et hæc ex no. prædictis su. Eleemosyna. §. 5. & dicendis. inf. vxor. § septimo.

33 TRIGESIMOTERTIO: † Pone, Petrus decessit relictis quatuor filijs masculis æqualiter ei succedentibus, altero eorum Paulo habente duos filios aptos ad labores, ac lucra, & post mortem Patris sine diuisione laborauerunt communicantes inuicem bona, & lucra, vsq. ad mortem eius, qui duos filios hēbat, i. Pauli

Pauli. Quæritur ergo quomodo debeant diuidi. Et dico multa. ¶ Primum. Loquendo de bonis alijs a fructibus ex possessionibus, si diuisio habuisset fieri tēpore mortis Petri, quatuor filij æqualiter succedebant ab intestato secundum stirpes, l. inter filios, C. fami. erci. ex testamento vero, ſm eius voluntatē, nisi fuisset legitima, §. disponat auth. de nup. col. 43. ¶ Secundum. Si vero habuisset fieri post mortem Petri, viuentibus tñ omnibus filijs eius: dico, ꝙ ab eo tempore, quo cęperunt cōicare bona, & lucra, intelligūtur societatem tacite contraxisse, ſm Bal. in l. si patruus, C. communia vtriuſ. iudi. & ab illo tempore citra, quo ad bona abinde quęsita, siue post mortem Petri diuisio est facienda in capita, quia hoc est de natura societatis, l. si non fuerint, ff. pro socio, nec tamē duo filij paruuli habebūt æqualem portionem cum suo patre: quia eo viuente non censentur ipsi in societate, cum nulla bona cōicauerint, sicut pater suus, hēbunt tamen sua salaria, quæ verisimiliter lucrati fuissent si dicto tp̄e cōis stetissent cum alijs, & taxabuntur per duos homines eligendos per iudicem, quia personas suas communicauerunt circa negotia communia. ¶ Tertium. Si autem debeat modo fieri diuisio mortuo Paulo, dico, ꝙ prima societas Paulo mortuo est dissoluta. l. adeo. ff. pro socio. Vnde si eo mortuo non contraxerit aliquam societatem, fiet diuisio, sicut eo viuente, ita, ꝙ isti filij habebunt partē patris, & sua salaria. Si vero aliquo tempore societatem contraxere cum patruis de bonis ab eo tempore quæsitis, quo societatē contraxerunt debet fieri diuisio in capita, & nō in stirpes: de bonis vero Petri, & Pauli debet fieri diuisio in stirpes, & non in capita, reseruatis duobus filijs Pauli salarijs. ¶ Quartū. Quantum autem ad fructus pēdentes ex possessionibus, quas tenēt ad coloniam, dico ꝙ si boues erant cōes, deductis expensis diuisio fieri debet in capita, & non in stirpes, vt uoluit Bar. in suo concilio incipiente. Titiarelus, & Bal. in addi. ad Barto. de duo. fra. dicens nos debere considerare, quod fructus triplici modo percipi posset, primo. s. ratione operarum exhibitarum a personis: secundo ratione operarum exhibitarum a bobus tertio ratione seminis, & aliarum expensarū, pro messoribus, & similibus. Primo igitur de fructibus detrahenda est omnis impensa, quæ si facta est æquali portione a fratribus, & nepotibus æquali portione reuertatur, quia nullus est casus, in quo talis deductio non fiat, l. fundus. ff. fam. erc. Secundo, sicut boues sunt communes, ita quod ratione eorum percipitur, communicetur pro parte, pro qua, & boues, sunt cōes, quia ratione communis acquiritur dominis pro ea portione, pro qua sunt domini ff. de acq. rer. do. l. per seruum, in fi. Tertio, residui fructus diuidantur in capita, ꝙ quilibet habeat suam portionem, tam patrui, quam nepotes, quia societas respicit capita operantiū in societate, d. l. si non fuerint.

34 TRIGESIMOQVARTO † quæritur, an frater gubernans bona communia cum fratribus paruis posset in diuisione salarium petere, sicut tutor potest, ſm Bar. in l. in eos. ff. de tute. quod non & dicit Lud. quod certa portio fructuum assignabitur illi, sed salariū petere non potest. Sed pro hoc de alijs prædictis aduerte primo, quod ſm Bal. in tract. de duobus fra. duo fratres, quorū vnus habet duos filios laborātes cōem possessionē, alius vero nullum, tñ diuident fructus æqualiter, quia hoc societas respicit capita eorum, qui operas ponunt. & idē Pan. in l. illud. C. de colla. in duob. fratribus. quorū vnus erat solus nihil faciēs: alius vero habens multos filios bona gubernabat: quia in diuisione ille solus petere non potest fructus consumptos a filijs fratris. ¶ Aduerte secundo, ꝙ lucrū alterius fratris in dubio pręsumitur de patrimonio patris, aut de cōi, si sit homo nullius exercitij, sicut alias vxor præsumit hr̄e de bonis mariti, si vero sit artifex & bene lucratur, non præsumitur habere de cōi nisi expresse ꝓbetur. C. arb. tu. l. si defunctus.

PECVNIA aliquando largissime sumitur ꝓ omni re mundi, quæ potest esse in patrimonij, 1. q. 3. c. totum & in l. nomine, ff. de ver. signifi. iuncta gloss. & sic rei appellatio latior est quam pecuniæ vt in l. rei. ff. eo. quia res sacræ, & liber homo, qui non possunt esse in patrimonio, res sunt, & non pecuniæ, sed stricte accipit pecunia pro numerata, i. numerabili, 14. qu. 3. cap. 1. & 3. & ff. de leg. 1 talis scriptura ſm mentē aūt S. Th. 2. 2. q. c. pecunia formaliter, & proprie est moneta, seu mensura rerum uenalium, improprie autem, & virtualiter est omne, cuius pretium æstimari potest pecunia Sū. aūt Ang. & Ro. referunt quatuor magistros expositores regulæ beati Francisci dicere, quod pecunia est oīs res, qua quis vtitur ad aliquid pro pretio dādū. i. omne, quod uice pretij datur; sed isti non declarant ꝓprie quid sit pecunia in se, sed quomodo sumatur in prædicta regula; qn̄ prohibetur pecunia recipi; de quo sunt opiniones. Nā cum dicitur in

regu-

regula, ꝙ fratres non recipiant denarios, vel pecuniã. Car. in cle. exiui, §. porro. de ver. si. dicit, ꝙ sumitur ly. vel, pro. i. ita ꝙ denarii. & pecunia idẽ sunt, & bene dicit, quantum ad verba. Dicti vero magistri dicunt, ꝙ ibi sumitur nomine pecuniæ, ẽt omne, quo quis vtitur loco pretii ad aliquid emendum: vnde non licet fratri minori accipere aliquid intentione vẽdendi, & vtẽdi pretio, immo ſm ea, quæ dicti Summistæ referunt ex dictis dictorum magistrorum, non licet fratri minori permutare, puta, accipere vinũ, vt det alicui daturo sibi panes: quia hoc est uti aliquo. i. vino ad aliq̃d consequendum, quod pretio datur. i. panem: sed bene intẽtione præsentandi procuratori ordinis, vt ipse eã vendat, vel in necessaria cõmutet, quia sic talis res nunquã est pecunia in manu fratris. Vtrũ autem mutuo accipiẽs pecuniam auream restituere possit argenteam, & alius eã recipere teneatur, vide inf. Sol. §. 1.

¶Pensio, supra Gabella. 1. §. 1.

¶Pedaneus Iudex, vide sup. Archidiaconus. §. 1. in fi. & sup. Iudex. §. 1.

DE POENA.

1 *Pœna quid, & quotuplex sit.*
2 *Pœna sensu quotuplex sit.*
3 *Pœna à quo possit imponi.*
4 *Pęnarum quando fiat extensio, & num. 5.*
6 *Pœna pecuniaria, an statuto possit imponi pro adulterio.*
7 *Pœnarum alternatiuarum quis habeat optionem.*
8 *Iudex ecclesiasticus, an imponere possit pœnam pecuniariam.*
9 *Episcopus an imponere possit laico pœnam pecuniariam.*
10 *Iudex an possit pœnam augere, vel minuere.*
11 *Pœna an extendatur ultra territorium imponentis.*
12 *Pœna imposita propter crimen, an in dubio sit perpetua.*
13 *Pęna incursionem quando debeat monitio precedere.*
14 *Pœna an incurratur ex contrauentione facti, ualido manente contractu, & nu. 20.*
15 *Pœna an incurratur ante terminum, quando certum est non posse compleri.*
16 *Pœna an committatur sine dolo.*
17 *Tempus præfixum in odium negligentis, an incurrat ignoranti.*
18 *Pœnam non incurrit, qui facere non potest.*
20 *Pœnam totam an incurrat, qui solam partem facti præstat.*
21 *Pœna an possit inferri in loco domicilij pro peccato alibi commisso.*
22 *Mandans delictum fieri in alio loco, an debeat puniri ubi mandauit, vel vbi commissum est.*
23 *Puniri an quis possit a Deo, uel ab homine pro culpa alterius.*
24 *Punitus semel pro aliquo crimine, an debeat amplius puniri.*
25 *Pęnam pecuniariam quis exigere possit.*
26 *Pęna cui sit applicanda.*
27 *Pęna solutio, an satisfaciat legi prohibenti.*
28 *Peccant non accusando, qui id habent ex officio.*

1 POena † est, id quod pro culpa infertur. quia dicitur a puniendo: & est quæ punit, & vindicat, quod quisque commisit. de pę. di. 3. pœnitentia. vnde a supplicio, vel dolore differt, quæ sine culpa aliquando inferuntur: vt cum torquetur brutum, vel homo iustus: pęna aũt nunquã infertur sine culpa, quamuis aliquando inferatur sine culpa puniti, licet nõ sine causa: quia, s. propter culpam alterius: vnde sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus, de reg. iur. lib. 6. Et nomine pœnę loquendo iuridicè, & non Theologicè, strictè & proprie uenit solum corporalis, id est, afflictiua corporis, secundum Pan. in c. inter alia. de immu. eccl. large tamen sumitur pro omni, quod minuit de patrimonio, vel priuat aliquo legitimo. Gem. tamen in c. fi. de ele. li. 6. dicit, quod constitutio proprie est pęnalis, quæ priuat iure quæsito, vt in c. si religiosus. eod. tit. & ita est pœnalis, siue uindicet in corpore, siue in alio quæsito, ut in cap. dispendia. de resc. lib. 6. iuncta glo. ¶ Primo vero quæritur, quotuplex sit pœna in genere? Et dico ꝙ est duplex: prima. s. priuatiua, quæ dicitur pęna damni, large est, qua pro culpa aliquid aufertur, & infertur priuatio: proprie vero est, qua pro culpa aufertur perfectio, & infertur priuatio, non repugnans appetitui semper: cuiusmodi est carentia diuinæ uisionis: quæ, & si forte repugnet appetitui in damnatis, non in pueris decedẽtibus sine baptismo, ſm Theologos. Et secunda positiua, quæ dicitur pœna sensus, i. afflictiua appetitus, siue inferioris, siue superioris: & large est, qua pro culpa aufertur perfectio, & infertur priuatio afflictiua appetitus, siue superioris, siue inferioris: proprie vero est, qua aufertur perfectio, & infertur priuatio afflictiua appetitus semper saltem naturaliter: vt subtractio peculii, verbera, & ignis, quibus aufertur sensuum harmonia, mutilatio, & huiusmodi. Et sic pœna sensus proprie nunquam est pœna damni proprie, nec econuerso; quia vna affligit semper, alia non semper omnis vero

Pęna

pœna sensus propriè est pęna damni large; quia semper est priuatio, vel habet annexam priuationem:non autem econtrario, quia pę na dictorũ puerorum non est sensus propriè, sed solum largè,vt.s.est in damnatis. Sed quia ista sunt Theologia, non me extendo quemadmodum materia requirit.

2 SECVNDO † quæritur, quotuplex sit pœna sensus iuridice loquendo ₰m canones præcipue?Et dico, ꝙ dupliciter diuiditur a Iuristis, quantum ex dictis eorum colligitur.s.secundum se,& ex parte causæ:pœnam inferentis. diuidendo ergo eam ₰m se, in genere est triplex¶Primum enim genus est spiritualis pęnæ, quæ est quadruplex.prima.s.increpatio, quæ in genere isto est quasi præambulum.distin.84.peruenit.secunda est censura ecclesiastica,quæ est triplex.i.excõmunicatio,interdictum,& suspensio.de uerb.sig.quærenti.tertia infamia,de qua sup, Infamis. quarta est depositio.dist.5.si episcopus.de qua sup. Degradatio.¶ Secundum genus est corporalis: quæ est quintuplex, secundũ Canones. prima est ieiunii,vel abstinentiæ.dist.90. si quis contristatus.27.q.1.si homo esses,secunda est verberum.23.q.5.circuncelliones,de qua inf. Percutere,& sup.Excommunicatio 6 tertia est seruitus,de qua sup. Luxuria.§.3.quarta est publicationis bonorum. dist. 63. Adrianus. de qua sup.Hæreticus 1.§.8.quinta est exilii. dist. 63. in synodo; siue sit ad certum locum, ut, cum quis traditur in monasterium, siue a certo loco,ut cum quis ab aliquo loco prohibetur;siue ab omni loco, ut cum pęnitenti iniungitur,ne alicubi plusquam tanto spatio morere tur:de pę.d.6. sacerdos. Secundum leges autẽ sunt,& aliæ pœnæ,vt mortis,detruncationis, vel ẽt deportationis, de quib. diffusè in Sum. Con.lib.3.tit.32.q.1.secundum Ray.& secũdũ Host.de iure iur.c.veniens. quædam est capitalis:& est triplex,s.mors,exiliũ,& relegatio. ff.de publi.iud.l.2 Est autem deportatio proprie exiliũ perpetuũ: relegatio uero temporale.ff.de interd.l.relegatorum.§. differentia. ¶Tertium genus est pœnæ pecuniariæ: quæ aliquãdo infertur pro iniuria illata personæ, vel loco;de quo sup.Immunitas.2.§.10.Aliquã do pro satisfactione illati damni.vt sup. Furtum.§.4.& inf.Raptor.§ 1. Infertur etiam & ad punitionem criminis, quod in nullius est iniuriam, nisi Dei, saltem per modum eleemosynæ, vt sup.Blasphemia.§.7. ¶ Diuidendo autem pœnam sensus,secundum causas pœnam inferentes, in genere est quadruplex. Prima est a iure.s.Canonico.vel Ciuili:de qua in c.statuimus.16.q.1.ad quam reducitur ea, quæ est a statuto.Secunda est a consuetudine, de qua in cap.dilectus.de offic. ord. Tertia est ab homine.Quarta est mista possibiliter, quæ dicitur pęna contumaciæ punitiua. Sed illa q̃ est ab homine,etiam est triplex,scilicet,iudicialis,arbitralis,conuentionalis,quam partes extra iudicium inter se imponunt.

3 TERTIO † quæritur, à quo possit pœna imponi? Et dico hoc patere ex dictis §. priore; quia iuridicam,& consuetudinalem imponere possunt;qui & statuere, aut cõsuetudinem facere:eam vero q̃ est ab hoie,conuentionalem facere pñt oẽs, q possunt cõtrahere;& arbitralem oẽs,qui possunt cõpromittere:& iudicialem oĩs iudex potens punire, quia iurisdictio sine coercitione saltẽ modica,nulla est de off.dele.pastoralis.& c. ex literis, maiores tñ pęnas,& quantũ ad forum ecclesiasticũ depositionem: quantum ad seculare vero decapitationẽ, inferre possunt omnes iudices, sed in i lo quidem solus episcopus, ad quem perti nẽt maiora negotia d 25.plectis.in isto vero, s.seculari,hi soli,qui habent,merum imperiũ.

4 QVARTO † quæritur,vtrum pęna imposita a iure in uno casu uideatur imposita in alio, quando illa duo in iure æquiparantur? Et dicunt quidam ꝙ sic,per tex.cum glo.in c. 1. de post.præl.dicens ꝙ dispositio etiam pœnalis concepta in electione procedit etiam in postulatione,quia per postulationem uenitur ad electionem l.oratio.ff.de spon. & hoc sequitur Pan.in c.de multa de præb. & in c. fin. de mutu.peti. ¶ Quod quidem in fauorabilibus habeo pro indubitato ,per auth. item si quis liberos.C.de natu.libe.vbi pater in aliquo legitimo documento filium naturalem appellans filiũ simpliciter legitimasse uidetur omnes alios filios naturales,qui sunt confratres: sed in pœnalib. est gl.singularis in contrariũ in cle.1.de consan.& affin.quæ dicit,ꝙ pœna apposita contrahentibus matrimonium, non extenditur ad contrahentem sponsalia.Vnde dicẽdum vr̃,ꝙ quando aliqua duo in iure sũt parificata cõiter,& est eadem ratio expressa uel indubitate præsumpta, tunc statutum in vno extenditur ad aliud,etiam in pœnalibus, sed quando non sunt communiter parificata, sed solum in aliquibus casibus, tunc non extenditur, similiter licet rõ sit eadem, tamen non extenditur pœna,sed sola prohibitio, nisi rõ sit exp̄ssa,vel indubitatè p̄sumpta, q̃a tũc extenditur,etiam quo ad pœnam,vt sup.Lex.

§.18.

§.18.Et ſic intellige,limita, & concorda prædictas gl.in cle.vnica.de offi.vica. & glo. in c. conſtitutionem, de regula,lib.6.& glo.in regula,quæ a iure,de reg.iur.lib.6.

5 QVINTO,† quæritur, vtrum pœna impoſita a iure in aliquo relicto ſit poſita, vel locũ habeat in actu vicino ipſi delicto?Et dicit Pano.in ca.1.de eo,qui mit.in poſ.quod non niſi quis actum perficiat,licet talis aliter ſit puniẽdus iudicis arbitrio,quod probatur in ca.cum in cunctis.de elect.iuncto capit. perpetuo.eo.tit.lib.6. & ibi glo.Et idem in pœna impoſita per ſtatutum:quia verba ſtatuti exigunt actũ perfectum,vt no.Bart. in l. is qui cum telo.C. de ſica. vnde non ſufficeret inchoaſſe. Secus autem de pœna, quæ uenit imponẽda per decretum iudicis,quia talis ſic punitur,ac ſi perfeciſſet,ex quo peruenit ad actum propinquũ vt in l. ſi quis non dicam rapere C.de epiſc.& cle.& d.l.is qui cum telo.

6 SEXTO † quæritur vtrum pro homicidio, adulterio, & huiuſmodi poſſet per ſtatutum imponi pœna pecuniaria ſolum? Et dicit Ho. & ſequitur Panor.in c.2.de delict.puerorum, quod eſt illicitũ tale ſtatutum, quia homines exponuntur venales ad delinquendum, quia multi bene timent cruciatus,non timẽtes pecuniariam pęnam,vt habeant ſuum intẽtum, arg.l.in ſeruorum & in l. aut facta.ff.de pæ.& in auth.de mand.Prin.§.oportet.

7 SEPTIMO † quæritur cum pœna per ſtatutum impoſita eſt alternatiua:puta, ſuſpendatur vel puniatur in mille: cuius ſit optio, vt ſciatur,quę pęna eſt impoſita? Et dicit Pan.in c.inter cætera.de reſcr.tres gl.aſſerere, quod datur iudici, ſcilicet in c.ſicut de Iudæis. & in c.a crapula de vi.& hone.cler.& in c. fraternitatis.34. diſt. ſed in contrarium eſt l. quicunque.C.de ſeru.fug.cum ibi notatis: vbi optio datur reo. Sed pro concordia diſtinguendum eſt poſt Cyn.& Bart. in l.1. C. de effrac. quod datur iudici,ſi verba diriguntur ad eum,vt dicendo puniat eum iudex ſic uel ſic. ad quod l.ſi fugitiui.C.de ſer.fug.datur vero reo, ſi diriguntur in reum,vt dicendo,ſoluat centum, vel recedat de ciuitate.& ita loquitur.d.l.quicunq;. Sed limita ſi diriguntur in eum actiue ſecus ſi paſſiuè:puta,patiatur iſtam, vel illam pęnam.ar.d.ca.ſicut iuncta gloſſ. Si vero ſunt imperſonaliter prolata,vel aliter dubitatur, Sum.Ang.dicit quod optio datur iudici,ſi pęna eſt corporalis: vel reo, ſi pecuniaria.& vr̃ īniti Bar.qui tamẽ dicit ſe dubitare,& videt̃ inclinari vt detur reo,vt pars mitior eligatur, vt in regula,odia.Panor.vero, quem ſequitur Sum.Roſel.tenet contrarium:quia iura canonica ſuperius allegata loquuntur imperſonaliter:& tñ gl.cõiter ſentiunt ut optio detur iudici.Et probatur per ca. quoniam. vt lite non conteſt. quia regulariter iudex tanquam miniſter habet eligere, & apponere pęnam ſm circũſtantias loci temporis, & perſonæ,vt in l.reſpiciendum, ff.de pœnis. Item reus ſemper eligeret mitiorem pęnam,& ſic quaſi fruſtraretur alternatiua legis. Prædicta tamen limita, niſi vna pęna eſſe translata in aliam, quia iam non haberet iudex electionem, vt, ſi dicit ſtatutum, vel ſententia, quod reus ſoluat mille intra decem dies, alioquin ſibi pes amputetur,quia poſt decem dies,Bar. dicit ſe cõſuluiſſe in quæſtione facti, quod pecuniaria in corporalem trãslata eſt l. cum duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſoc. & ſic poteſtas non poterit amplius facere executionem in bonis condemnati.Mouet tamẽ Pan. dubium ſi corporalis,& pecuniaria imponantur alternatiue, & conſuetudo ab olim habeat quod imponatur pręciſe altera; vtrum iudex hẽat optionem? Et dicit quod de æquitate videtur quod non:licet ſit conſuetudo ſeruanda.ar.in l.hodie.iuncta gl.ff. de pę.& deinde dicit poſſet argui de rigore, quia in his quæ ſunt meræ facultatis, & obſeruantia vnius non eſt inducta conſuetudo. Sed tu ſolue ad hoc ex dictis ſup.Conſuetudo: quod ſi cõſuetudo talis eſt, quæ habeat vim legis,ſeruabit, nõ aliter.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum iudex eccleſiaſticus poſſit imponere pęnam pecuniariam? Et diſtinguit Pan.in ca. licet.de pęn.quod aut vult hoc imponere mulctando,aut pęnam diffinitiuè imponendo.Eſt autem mulcta, pęna, quam iudex imponit arbitrio ſuo, pęna vero proprie imponitur ſecundum ius commune, vel municipale. C. de mo.mul.l.1.& C.de appel.l.& in multis.¶Si Primum,hoc,inquit, poteſt ſi illa pęna magis timetur: maxime quia pęna certa non eſt a iure ſtatuta pro arcenda contumacia: vnde poteſt imponere, vt ſibi videtur,vt in cap.de cauſis,de offic.deleg. Sed in ſecundo caſu, quando vult imponere diffiniendo, aut ſubeſt ſtatutum, vel conſuetudo, vt pro quolibet delicto imponatur pęna pecuniaria, & non valet; quia diſſolutio conſurgit.nullm enim delinquens pertimeſcit culpam, cum ſe ſperat eam nũmis redimere.11.q.3.pauper.Aut ſubeſt ſtatutũ, vel conſuetudo, quod vltra pęnã iuris imponatur pecuniaria: & valet dummodo non procedat

dat ex radice cupiditatis; quia potestas episcopus adiuuare canonē apponendo nouam pœnam, vt in c.2. de constit. libr.6. Aut non subest statutum, vel consuetudo: & tunc aut vult exigere pecuniā pro delicto extra iudicium, & non potest: quia certi modi sunt in iure statuti procedendi contra delinquentem: sicut faciebant illi archidiaconi, de quibus in d.cap.licet. Aut vult procedere iudicialiter: & tunc si certa pœna non est imposita, potest imponere pecuniariam. Si vero est certa pœna statuta, & cum causę cognitione voluit eam temperare pronunciando, potest: quia hoc vr̄ concessum cuilibet iudici cognoscendi de crimine, vt ex causa possit temperare pœnā dum pronunciat, non autem postquam pronunciauit, vt in §.notandum.2.qu.3. & in l.1.ff.ad Turpill. nisi posset dispensare super illo crimine, vt in cap.at si clerici.de iudi. nisi esset mulcta imposita, quæ propter inopiam rei etiam ex postfacto tēperari potest, vt est tex. in l.illicitas. ff. de off. præsid. Adde, quod dicit, idē Pan. ꝙ vbi pęna nō est in iure expressa imponi debet consuetudinaria: & si iudex excedit consuetudinem, dicitur excedere modum. Ad quod tex. cum gl. in l.hodie, ff. de pœnis. sed cessante consuetudine venit arbitraria. sup. Iudex 1.§.11.

9 Nono † quæritur, vtrum episcopus possit imponere pœnam pecuniariam laico sibi tēporaliter non subiecto? Et sentit Ioan. Andr. post Host. ꝙ non: sed debet eam facere infligi per iudicem secularem. Sed hoc non placet Pan. in d.c.licet, quia ex quo est casus, in quo iudex ecclesiasticus vendicat sibi iurisdictionem in laicum, non apparet ratio, quare in casibus prædictis non possit eam imponere, vt in c.statuimus.16.qu.1. & 17.q.4. cap.quisquis.

10 Decimo † quæritur, vtrum iudex possit pœnam minuere, vel augere? Et dico, vt supr. Iudex.1.§.11. & hic §.8. in fi.

11 Vndecimo † quæritur, vtrum pœna extendatur vltra territorium imponentis? Et dicit Pan. in c. postulasti. de foro compet. quod aut respicit personam, aut bona. Et si personam tripliciter. Aut enim primo diminuendo eius statum, vt infamia, excōicatio, interdictum, & hmōi: & sic cum sint affectiuæ personæ porrigunt effectum suum extra territorium, etiam quia sequuntur eum sicut lepra leprosum. l. ex ea, ff. de postul. propter quod dicit Bart. in l. qui vltimo, ff. de pę. ꝙ semel condemnatus ad mortem, quāuis effugiat, nihilominus remanet seruus pœnæ vbicunque fuerit, ideo non poterit testari, aut cōtrahere, & huiusmodi. & facit d. l. qui vlt. & authen. sed hodie, C. de dona. inter vir. & vxo. Aut secundo interdicendo certum locum, puta ne vadat ad talem locum, vel vt moretur in tali loco: & sic non porrigitur extra territorium, nisi per quandam cōsequentiā: puta, quia detento in loco habitationis, vr̄ interdictus etiam locus originis, quamuis sit extra territorium, de quo dic vt in l.relegatorum, §.1. & §.interdicere, ff. de inter. & rel. per q̄ legē dicit Bart. ꝙ non potest ciuitas imponere suo ciui, vt moretur in tali loco non subdito: nec interdicere ne vadat ad talē locum non subditum statuenti: & hoc quando fit in pœnam illius, cōtra quem fertur sententia. Secus si propter commoditatem ciuitatis, vel in odium eorum, ad quos iret, statuitur, ne subditi vadant ad talem locū, quia valet, arg. l. fi. ff. de decre. ab or. fa. Aut tertio interdicendo certam artem: puta, ꝙ non exerceat talem artem, & sic non porrigitur extra territorium, vt est text. in d. l. ex ea. per quam dicit Bart. in l. cunctos populos, C. de sum. Trin. ꝙ statutū continens prohibitionem odiosam, nō porrigitur in dubio extra territorium statuentis: ideoque dicit ꝙ filia, quæ ex statuto non succedit, cum tale statutum sit odiosum. l. maximū vitium, C. de libe. præte. ꝙ nihilominus potest succedere in bonis alibi sitis: quia non porrigitur dictum statutum extra territorium statuētis. Et similiter puto, ꝙ sententia priuans aliquē beneficijs suis, in dubio intelligitur de habitis in territorio disponentis. ¶ Aut respicit bona: puta, quia publicat ea: & tunc si sit de iure communi porrigitur ad sita extra territoriū: & remanent ibi tanquā vacātia, sed occupantur per iudicem territorij, arg. leg. a diuo Pio, §.1. ff. de re iu. & l. cum vnus, ff. de bo. auth. iud. poss. Si vero sit de iura speciali, siue municipali, dicendū est vt not. Barto. in d. l. cunctos populos. & Io. And. in c. cū ſm. de hær. li. 6. quod extra territoriū non extēditur pęna.

12 Dvodecimo † quæritur, vtrum pęna imposita pp crimen simpliciter sine præfinitione tp̄is, sit perpetua? Et dicit Pā. in c. ex literis. de const. quod pęna imposita propter crimen sine causæ cognitione, puta, per interlocutoriam iudicis est temporalis durans solum durante eius officio, vt puta, interdicit officium, vel exercitium alicui. tex. est no. ſm cōmunē intellectum in l. fi. ff. de pę. & idem not. *Inn. in* capi. quod translationem. de offic. *lega. quo*

limitad

limita in pœna ſucceſſiua: quia momentanea eſt perpetua: puta, mulctauit in pecunia, vel in corpore, & huiuſmodi facit leg. illicitas. in fin. ff. de off. præſid. Si vero fuit impoſita cum cauſæ cognitione, & delictum merebatur, vt eſſet perpetua, erit perpetua: ſecus ſi non merebatur perpetua: arg. l. ſi præſes, ff. de pęn. & fuit dictum Oldr. quod ſequuntur communiter Docto. in d. capit. ex literis. In dubio vero quando venit imponenda ex arbitrio, intelligitur temporalis.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, vtrum ad incurrēdam pœnam, quæ imponitur ipſo facto negatiuè. i. contra omittentem, vel nō facientem, monitio requiratur? Et dicit Inn. in c. extirpandæ. de præb. & Io. An. in c. licet, de elec. li. 6. & multi alij, ꝙ ſic: vnde ante monitionē pœna non incurritur. Sed Pan. in d. c. extirpādæ tenet, quod nō requiritur monitio, ſed incurritur ipſo facto. & idem gl. in l. 1. C. de his quib. vt inde. & Barto. in l. in cognitione. ff. ad Syl. dicens, quod pœna appoſita non vindicā di mortē defuncti, ipſo facto, incurritur, quo facultatem habuit vindicandi, quod non vindicauit. Sed Gemi. in d. ca. licet. concordat, dicens, ꝙ prima opinio vera eſt, vbi ius terminum non præfigit: ſecunda vero vbi præfigit, quia tunc terminus pro hoīe interpellat, de loc. potuit. vbi vero ius imponit pœnam affirmatiuè, i. contra committentem, ſeu faciētem aliquid monitio non requiritur: ſed ab eo pœna incurritur ipſo facto, ēt ſi nō habuerit iuris effectum, quando eſt poſita cōtra eū, qui alicui facto contrauenit, vt §. ſeq.

14 DECIMOQVARTO, † poſito, quod quidam ſub certa pœna contraxerint inuicem, ſed vnus noluerit ſtare contractui, qui tamen locū habuit, non obſtante in illa contradictione: quæritur vtrum contradicens incurrerit illā pœnam, ex quo oīno contractus habuit effectum? Et dicit Pan. in c. Raynaldus, quod ſic, ꝑ tex. illum, per quem infert, ꝙ pœna appoſita ex contrauentione committitur ex ſola contradictione facti, q̃q̃ contradictio non habuerit iuris effectum. Nam ibi cōtradictio patrui non impediuit legatum factum auunculis: & nihilominus pœna ex contrauentione poſita habuit locum. Et facit pro hoc pœna poſita in compromiſſis aduerſus contrauenientem, vt committatur, licet contrauentio effectum aliquem non habuerit. Similiter committitur pęna ex contrauentione iuris, ſeu de iure facta, vt in l. nuda. C. de contrahend. & commit. ſtipula. Quod nota, quia valeret, ad multa.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, vtrum pęna poſita a lege, vel ſtatuto contra omittentem, ſeu non facientem aliquid intra certū terminum ſtatutum, incurratur ſolum poſt dictum terminum, vel ēt ante illū ex eo tpe, ex quo iā eſt, illi impoſſibile hoc facere: puta, ſi promoto ad eccleſiam parochialem imponatur ſub pœna priuationis, quod intra annum fiat ſacerdos, & ante finem anni iam incipit eſſe certum, ꝙ hoc nō pōt, de quo ſup. eccleſia 2. §. 7. Vel ſi rector vniuerſitatis mandet doctorib. legentibus ſub pœna contenta in ſtatuto, vt intra Paſcha fecerint ſuas repetitiones: & ante Paſcha iam incipit eſſe certū, quod hoc nō poſſunt, vt qa incipiūt vacationes Paſchæ, in q̃b. ſm formam ſtatuti nullus publicus actus fieri poteſt. Et dico ad qōnem, quod Bart. in l. cum ſtipulatus ſum mihi a Proculo. ff. de ver. obli. in ꝑdicto caſu Doctorum diſtinguit. Nā ſi pęna poſita in ſtatuto trahit ſecū executionem, vt pœna excōicationis, vel infamiæ: incurritur pęna eo ipſo, quod incipit eſſe certū de impoſſibilitate faciendi: quia lex facit ſuā executionem, ēt ante diem ſtatutam. Si vero pœna, ſecum executionem non trahit, vt ſi dicat ſtatutum, ſint periuri, vel puniantur in decem: tunc non incurritur pœna, licet certum ſit de dicta impoſſibilitate. Ang. aūt, quem ſequitur Raph. Cum. in d. l. cum ſtipulatus, tenet contrarium dicens, quod ſiue pœna trahat ſecū executionem, ſiue non, ante tēpus non cōmittitur licet incipiat eſſe certū fieri non poſſe quod fiendum erat: qa in ſententijs proferendis, & mens iudicis attendenda: de verbor. ſigni. intelligenda, quæ hic non eſt, vt ante tēpus, ſiue terminum ſtatutum pœna cōmittatur: ēt qa de hoc vr̄ eſſe caſus in c. cōmiſſa. de elect. li. 6. de eccleſia parochiali, vt ſup. Eccleſia 2 §. 7. Ad legem autem. ſi ita ſtipulatus eſſet. ff. de verb. obli. vbi contra promittentem facere inſulam ad certum tēpus agere qs poteſt, ex quo intra tempus ſtatutum fieri non poteſt, licet totum tempus non tranſierit, dicendum eſt, quod loquitur in pœna conditionali, non in legali. Et diuerſitatis ratio eſt: qa mitius cum lege, quam cum homine agitur. l. Celſus. ff. de arb. Vel dic ſecundum gl. in d. ca. commiſſa, quod ante diem, vel terminum agi poteſt quanti intereſt, opus non eſſe inchoatum: vt in iuribus allegatis: ſed non ad pęnā, vt d. c. commiſſa. & hoc eſt melius.

16 DECIMOSEXTO † quæritur, vtrum pœna committatur ſine dolo. Et dico, quod non, ſi ſit capitalis, vel corporalis: quia dicit

Bar.in l.quicunque.C.de fer.fug. ꝙ vbicũque de pęna capitali, vel corporali loquimur sub intelligitur dolus.ff.de in lit.iur.l.2.& in l.a-ctionibus.& Instit.de suspe.tu.§.suspectus.se-cus in pecuniarijs pœnis, vt C.de nox.act.l. serui.Et idem Salic.in l.pœna,C.ad l.Corne. de sic.& Bald.in l.data opera,C.qui accu.non pos.& Pau.de Cast.in l.1.C.vbi sen.vel cla.& facit gl.in l.quid ergo.§. ex compromisso.ff. de his qui not infa. & gl.in l.& si seuerior.C. ex quib.cau.infa.irrog.vbi dicit Bal. quod cõ-mittens homicidium per lasciuiam,puta cur-rendo in equo, non debet occidi, licet statu-tum dicat,quod decapitetur homicida.

17 DECIMOSEPTIMO† quæritur,vtrum tem-pus præfixum in odium negligentis currat ignoranti,vel legitime impedito?Et dicit Pa-nor.in c.quia diuersitatem, de concess. præb. quod non;secus si sit præfixum in odiũ negli-gentiæ, sed in alterius fauorem,ff.de his, qui not.infa.l.genero. vbi tempus anni currit mu lieri ignoranti mortem mariti. Pro quo vide gl.in c.statutum.de præb.li.6.& not.Spec. de edit.instr.vbi dicit, quod licet executor testa menti non potuerit exequi intra annum nihi lominus executio deuoluitur ad episcopum . arg.l.nulli,C.de epis.& cle.& ca.nos quidem. de testa.Et ratio, quia in fauore defuncti,non in odium executoris.

18 DECIMOOCTAVO † quæritur,vtrum inci-dat in pœnam, qui facere non potest, qd sub pœna mandatur?Et dico,quod non quantum ad pęnas iuris,vel statutorum: quia impossibi lium non est obligatio. de reg.iur. li.6.Et idẽ dic de pęna:puta,excommunicationis,per iu dicem,generaliter imposita, secundum Fede. consi.13.& Pan.in c.P.G.de offi.dele. quia ver ba generalia ciuiliter debent intelligi,argu.l. sicut.ff.de ser.& in l.ratum. & in l. quod dici-mus, ff.de sol. Sed si specialiter imponit pęnã excommunicationis:vt si non compareas ta-li die, excommunico te,dicit,Pan.in ca. super causa.de test.eo.ꝙ si ex sententia aperte con-stet,ꝙ iudex voluerit eum ligare, siue posset, siue non posset,sententia est nulla, continens intolerabilem errorem:& consequenter non ligat. de sent.exc.tuas. Et similiter non ligãt, si appareat,quod nõ voluerit ligare impotẽ tẽ:puta,quia dicit,si cõtẽpseris, vel si distule-ris comparere,& c.qa non potens,nec contẽ nit,nec differt.secũdũ gl. in c.q̃ sit. de elec.li. 6.Si vero mẽs iudicis perpendi non põt : quo ad Deum non ligat : sed quo ad ecclesiam, & nos ligat.Et sic intellige glo.in c.vnico.4.q.5. & in d.c.cum super causa,sed tamen probato impedimento,nulla absolutione opus est, se-cundum Host.& Spec.& placet etiam secũdũ Pan.in d.c. cũ super causa.si esset sententia Pa pæ : quia debemus præsumere, ꝙ noluerit eũ ligare.arg.c.vt nostrum,vt eccl.ben. & sic nõ esset irregularis: licet celebrasset. Si vero lo-quamur de alijs pęnis, certũ est,quod in foro animæ non incurruntur. Vnde secũdum Sco. in 4.dist.15.q.2.peti non põt, nisi quãtum im-portat interesse,arg.ca.significante.de pig.& c.2.de const.& ca.ex literis.de in integ.restit. Ad legẽ aũt incendium.C.si cer.pet.quæ vult ꝙ incendium non liberet, qñ quantitas est in obligatione : quia cũ obligatio sit in genere. vt ff.ad l.Falc.l.in rõne.& §.diligenter.totum genus perire non põt.dicẽdum est,ꝙ qñ obli gatio est in genere,ex impotẽtia nõ extingui tur:licet liberet a pęna, ꝑ quod dicit Ange. in l.rescriptũ.in princ.ff.de pac.ꝙ ẽt si tenea-mus, ꝙ fiscus habeat tacitã hypothecã in ma leficijs contra delinquentẽ nõ tñ ꝓfertur cre ditoribus,imo præferũtur creditores allegãs tex.cum sua glos.l.vnica.C.de pœ.fis.& ratio, quia talis tractat de lucro captando credit o-res,autem de damno vitando, & facit l.fin.§. licentia.C. de iure delib. & l.vnica, C. de im-po.lu.descri.& l.fi.C.de codi. Quod bene no-ta pro exigentibus pęnam, vltra suum inter-esse ab his,qui non sunt soluendo:quia tenen tur eam restituere creditoribus . Vide tamen quod dico inf.Testamentum 2.§.6.ad finem.

19 DECIMONONO† quæritur, vtrum pęna in-currat totam,qui ex sua culpa facit vel dat so lum partem eius , ad quod sub pęna tenetur ? Et dicit Pan.in c.sua.de pęn.quod si obligatio est diuidua , pęnam non committit, nisi pro parte non soluta,vel non facta:si vero est in-diuidua,soluet totam. Et hæc intelligit vera esse,etiã de iure canonico, q̃ aũt obligatio sit diuidua,& quæ indiuidua: vide Bar.ĩ l.stipula tiones non diuiduntur.ff.de verb.obl. & pro-priẽ dr̃ diuidua, qñ solutio partis tantũ valet respectu partis , sicut solutio totius respectu totius obligationis; indiuidua vero quãdo so lutio partis nõ tantum valet respectu partis, sicut tota respectu totius.Exemplũ primi est: si promisi tibi scribere Bibliam , & Decretũ: & scribi Bibliam,quia Biblia per se valet,secũ dum totum suum ad omnem ipsius commodi tatem:& tantã vtilitatem affert,si sola redda-tur,sic vt,si reddatur cũ Decreto.exẽplum ve ro secũdi:si promisi scribere Bibliã, & scripsi. quatuor quaternos.Vide ẽt gloss.in d.c.suam

quæ

quæ addit hæc esse vera in pœna quæ cōmittitur in nō dādo, vel in faciendo: secus qñ debet qs aliquid recipere, puta, hr̄ditatē, vel legatū, si sic fecerit, vel soluerit, qa nisi totū fecerit, nō habebit, itellige nec totū, nec partē, vt in l. Meuium, & l. cū fundus, ff. de cōd. dem. de quo uidē plene in l. seruus, ff. si quis cau.

20 VIGESIMO † quæritur vtrum promittens sub certa pœna aliquid habere ratum, committat illam contraueniendo de facto? Et dicit Bart. in l. id quod pauperibus, C. de episco. & cle. quod non, secus si promisisset habere ratū & firmum: quia ratum ad ius, & firmum ad factum refertur: vt gl. d. legis.

21 VIGESIMOPRIMO † quæritur, utrum pœna possit inferri in loco domicilii pro peccato alibi commisso? Et dicit Pan. in c. licet. de for. compe. quòd sic, nisi requiratur remissio per iudicem delicti, quam debet facere, si delictū est atrox, alias non, si vult.

22 VIGESIMOSECVNDO, † quæritur, vtrum mandans delictum fieri in alio loco, debeat puniri, vbi mandauit, vel vbi commissum est? Et dicit Pan. in d. c. licet, quod omnis conclusio Bar. & aliorum in l. si vt proponitur, ff. de fideiu est, quod vbi delictum factum est, quia ibi destinatus est effectus delicti, facit cle. pastoralis, de re. iudic. Et idem dic in teste falso, quia puniri debet per iudicem, ad quem eius attestatio transmittitur, si sciebat illuc debere transmitti, potest tñ puniri in loco ubi deliquit, & locus erit præuentioni, nisi ambo iudices concurrant, sicut est de illo, qui de loco exempto mittens sagittam vulnerauit alium in loco non exempto: ut in c. 1. de præsum. & quod ibi not. Et similiter de eo, qui deliquit in confinibus, quia verum est dicere, cum in vtroque territorio deliquisse argumento. l. arbo. ff. de com. diuid. Secus si ignorabat illuc attestationem transmitti: quia tunc puniri debet ubi deliquit, vbi attenditur locus, ad quē destinatur effectus matrimonii. Idem dic de notario, qui facit instrumentum falsum.

23 VIGESIMOTERTIO † quæritur, vtrum possit quis a Deo, vel ab homine puniri sine culpa, vel pro culpa alterius. Et dico tria.

¶ Primum. Secundum S. Tho. 2. 2. q. 108, licet, Pœna secundum propriam rationem pœnæ non inferatur a Deo sine culpa, tñ inquantū habet rationem medicinæ, non solum est sanatiua peccati præteriti, sed ēt præseruatiua respectu futuri, & promotiua in aliud bonū, sic aliqñ punitur aliquis sine culpa, non quidē in spiritualibus bonis, sed in temporalibus quia illa sunt maxima, & ista minima bona.

¶ Secundū. Secundū eundem ibi in iudicio humano nō debet quis sine culpa puniri pœna flagelli, vt occidatur, mutiletur, aut verberetur tñ pœna damni punitur aliquis sine sua culpa, licet nō sine cā. & hoc tripliciter. Primò pp ineptitudinē ad aliquod bonum assequendū sicut pp leprā remouetur quis ab administratione ecclesiæ, a & sacris ordinib. propter bigamiā, uel iudiciū sanguinis impeditur. Secundò, quia bonū in quo dānificatur, non est ppriū, sed cōe, sicut quod aliqua ciuitas hēat epm, pertinet ad bonū totius ciuitatis, & non clericorū tantum. Tertiò, qa bonū unius dependet ex bono alterius, sicut in crimine læsæ maiestatis amittit filius hæreditatē pro peccato parētis, & punitur ēt pœna infamię, 6. q. 1. si quis cū militibus Cōcor. Vide. Ray. autē pōnit multos modos, sed ad istos reducuntur.

¶ Tertium. Pro peccato alterius s̄m S. Th. vbi sup. nullus punitur pœna spirituali; quia hæc pœna pertinet ad animā, s̄m quā quilibet est liber sui; pœna tamen tpali vnus punitur pro peccato alterius triplici rōne. Primo, quia vnus tpaliter est res alterius, ut filius s̄m corpus patris, & seruus domini, & ita in pœnam eius, ēt ipse punitur. Scd̄o inquātū peccatum vnius deriuatur ad alterū siue imitationem sicut filii imitātur peccata parētū, & serui dominorū, siue per modum meriti: sicut peccata subditorū merētur peccatorē platū, secundū illud Iob 33. q regnare &c. siue per aliquē cōsensū, siue dissimulationē, sicut ēt interdū boni simul puniuntur cū malis, quia eorū peccata non redarguerūt, s̄m Aug. 1. de ciuit. Dei. Tertiò ad commendandum unitatem societatis humanæ, ex qua homo debet solicitus esse pro alio ne peccet, & ad detestationem peccati, dum, scilicet pęna vnius redundat in omnes, quasi omnes sint vnum corpus, ut Ang. dicit de peccato Achor. hęc ibi. Pęna ex communicationis nunquam punitur unus pro alio, secundum Rayn. 23. q. 3. si hæres. secus pœna interdicti de spon. non est nobis.

24 VIGESIMOQVARTO † quæritur, vtrum semel punitur pro aliquo crimine, debeat affligi alia pœna? Et dicit Rayn. quòd non, quia Deus non iudicabit bis in idipsum. Naum 20. Multoties tamen pro eadem culpa in eodem iudicio imponitur multiplex pœna, quia omnes accipiuntur pro una, quādo aliqua pro se sufficiens non fuisset, sed in diuersis non licet bis in idipsum iudicare, ut dictū est nisi forte cresceret contumacia, ut lit. non contest. quo

niam frequẽter. Sed iſta limita, quando diuerſa iudicia ſunt actualia, ſecus ſi ſint diuerſa: qa vnum ſit eccleſiaſticum, aliud ſeculare: quia pro blasphemia iure canonico imponitur pęna pecuniaria, & perſonalis de maledi. ſtatuimus iure vero ciuili vltimum ſupplicium, in auth. vt non lux. contra naturã colla. 6. & oẽs pœnæ poſſent imponi, vt dicit do. Ant. in d. c. ſtatuimus. Impoſita tamen pœna minori per aliquem iudicem, non poteſt alia maior imponi per alium, vt ſupr. Iudex 1. §. 6. par. 3. & C. de accu. l. qui de crimine, & ibi Ang. & Sal.

25 VIGESIMOQVINTO † quæritur, quis pœnam pecuniariam exigere poſſit, & qualẽ? Et dico multa. ¶ Primum pœnam canonicam & legalem exigere poſſunt, tam clerici, quã laici, ſm Pan. in c. dilecti de arb. & facit c. ſi quis cõtumax. & c. ſeq. 27. q. 4. quia qđ fit lege permittente nõ eſt peccatum, 23. q. 4. qui peccat. C. de adul. l. Gracchus. Vnde ſm Veruec. etiã eccleſiaſticæ pſonæ retinere poſſunt emẽdas & pęnas, quas leuant ſm conſuetudines legitimas, & ſtatuta regionis: nec peccant quando ſubeſt cauſa, & ſeruatur iuris ordo, & non fit propter cupiditatem etiam ſi pœna damnum excedat: quia huiuſmodi pęnæ non ſunt ſtatutæ ſolum propter intereſſe, ſed etiam ꝓpter crimina exercẽda licet eſſet ſecurius huiuſmodi exceſſum exponere in pios vſus. Sed tamen tenetur quis ſoluere huiuſmodi pœnam in foro animæ, niſi condemnetur, ſed ſufficit ſoluere intereſſe, vt ſi fuerit iniuria, ſatisfacere ad arbitrium boni viri, vt eſt glo. in c. fraternitas, 12. q. 2. Non obſtat theorica Canoniſtarum, quod lex humana non continẽs in ſe peccatum ſeruanda eſt in foro animæ, quia verum eſt quando in tali foro non ceſſat ratio huius legis; ſed quando eſt eadem rõ in vtroq; foro, & hoc intellige ẽt, ſi lex vel ſtatutũ, pęnam imponat ipſo facto vel ipſo iure: quia adhuc ad executionẽ neceſſaria eſt ſnĩa, ſecundũ Bal. in li. de vſu feu. & Arch. in c. felicis. de pę. li. 11. qua declareẽ quid fuiſſe criminoſum, antequam fiat excuſſio bonorum, vel alia executio, quod Sum. Ang. poſt Pan. in ca. cũ non ab homine, de iud. contra Roſ. limitat verũ, niſi factum eſſet notorium. Sed vt dictũ eſt ſupra Aſſaſſinus. §. 5. in hoc cõiter tenetur Pan. niſi forte ex ipſa pęna non incũbat alicui actio, ſed ſola exceptio: ſicut in aſſertorio periurio notorio excipi poteſt in cã teſtimonĩũ ferendi, ẽt nulla alia interueniente ſnĩa licet in notoriis non requiratur ſnĩa cũ tanta ſolẽnitate, vt ſupr. Notorium §. 6. an talẽ ſentẽtiã non tenetur reus eam ſoluere, ẽt in foro aĩæ. Non tñ põt ſine peccato mortali talia bona alienare quia daretur damnũ emptori, qui ea teneret reſtituere fiſco, vel alii, cui eſſent applicata, cũ fructibus medii tpis etiã dato prætio, niſi ipſum pretium, vel aliqd loco eius inueniretur apud alienantẽ, ut patet ſup. Hæreticus 1. §. 8. parti. 3. vbi diffusè de his. & multo minus teneẽ ſoluere eã ante condẽnationẽ, ſi pęna non imponitur ipſo facto, ſed venit imponenda. l. eius qui delatorẽ, in prin. ff. de iure fiſci. & ante condẽnationẽ diſponere põt quomodocunq; vult: qa eius eſt res ſua licet poſſit ea priuari. Et no. ſm Bart. in l. fin. ff. de pę. in l. honorariis. ff. de act. & obl. quod hæc pęna iudicio exigi non põt poſt annũ, ſed ſolũ intra annũ, poſtq̃, quis eã incurrit, qđ intellige quãdo eſt merè pęna ex parte tã actoris, q̃ rei: licet fallat in aliquibus caſibus, de quib. gloſ. in d. l. in honorariis. & ſm hoc tenet gl. in c. fraternitas. 12. q. 2. Notandũ eſt etiã, ꝙ non obſtãtib. ꝑdictis, qdã dñt, ꝙ vbi pęna imponitur a lege incurrenda ipſo facto, vel ipſo iure ſecundũ aliquos iudicis ſnĩa non requiritur declaratoria, ita: ꝙ priuatus bonis ipſo iure, vel facto eã non põt in conſcientia retinere, vĩ opi. Modernorũ vt Fel. in c. 1. de conſtit. licet alias contrariũ tenuerit in c. audiuimus. de ſimo. tñ ſecunda opinio eſt vera ſolũ quantum ad ſnĩam declaratoriã, & quantum ad pęnas, q̃ ad executionem ſuam nõ requirunt neceſſario actũ, vt excõicationis, & huiuſmodi, ſed prima eſt vera quãtũ ad ſnĩam condemnatoriã, quia non requiritur, & quantum ad pœnas, quæ ad ſui executionem requirunt actũ hominis, vt priuatio bonorum, & oĩs pecuniaria, vel corporalis, in quibus indubitate eſt vera, quicquid ſit in aliis, quia abſurdum eſt, ꝙ reus exequatur talem ſnĩam contra ſe, aut ꝙ alius eam exequaẽ ſine in iudicis licẽtia, q̃ habet uim declarationis. Eſto tñ ꝙ quis in conſcientia non poſſet tenere talia bona ante declarationẽ, eps, & alius habens authoritatem quaſi epalem poſſet ſuper tali retentione diſpenſare, ſm Fran. Are. & Feli. in c. at ſi clerici. de iud. & videtur poſſe probari per c. vergẽtis. de hær. vbi hæc diſpenſatio nõ reſeruatur Papæ. ¶ Scđm. Sciendum eſt ad intellectũ ꝑdictorũ, ꝙ qñ is, a quo quis petit, habuit rẽ, q̃ petitur, tũc nõ eſt pęna ex parte rei, vel actoris. Si uero eam non habuit licet abſuerit a petẽte, ut quia petitur intereſſe, eſt pęna ex parte rei, ſed nõ ex parte actoris, ſi vero petitur. qđ nec reo aduenit. nec actori abeſt, eſt pęna

ex parte vtriusque. Qñ igitur dicitur, ꝙ pęna non est soluenda in foro animæ, nisi post condemnationem: intelligitur quando est pœna ex parte vtriusque, vel saltem actoris, d. capit. fraternitas. in gl. & elicitur a Pan. in cap. fi. de do. & contu. ¶ Tertium. Pœna cõsuetudinaria hodie non est in vsu: si tñ esset alicubi posset exigi, ét a religiosis. de off. or dilectus. ét si excederet interesse, vt sup. part. 1. ¶ Quartũ. Pœna vero cõtumaciæ punitiua de iure ciuili petebat, vt in l. 2. ff. de col. bon. & C. de mo. mul. l. illustris. sed iure canonico peti nõ põt a parte, ſm Host. nisi quantum est suum interesse. de do. & contu. c. 1. vel nisi petatur ad satisfactionem iniuriæ. de iniur. olim. iudex tñ si hẽt potestatẽ mulctandi, sicut habet ordinarius. ff. de iudi. l. 2. i fi. bene poterit exigere. ¶ Quintum. Pœna ét iudicialis peti potest a quocunque, ar. c. fi. de dolo, & contu. ét si excedat interesse, secundũ Inn. & Ho. qui addit, ꝙ ét hoc possunt religiosi, siue pœna consistat in pecunia, siue in alio. 1. q. 7. quoties. vnde licitè clericus agit ad æstimationem iniuriæ sibi factæ. Sed, & si pars fecit totum, quod potuit, mero iure tenetur ad pœnam in solidum: tamen de benignitate canonica, nihil vltra, quã intersit exigendũ est: & sic intellige de pœn. suam de hoc in Sũ. Cõ. li. 3. ti. 32. q. 2. ¶ Sextũ. Pœna vero arbitralis similiter peti potest a quocunq; de arbi. dilecti. iuncta gl. secundũ Host. tamen de æquitate peti nõ dẽt, nisi quãtũ est interesse partis. ¶ Septimũ. Pœna autẽ conuẽtionalis peti põt, quantum interest. l. prædia. ff. de act. emp. & ven. ſm Host. & do. Ant. in d. c. dilecti. de arb. immo si non sit posita in fraudem vsurarum, peti potest vltra interesse, secũdũ Inn. in c. suam. de pœn. & Panor. in d. ca. dilecti. & Verue. & vt in d. l. prædia. quod Sum. Ang. limitat a laicis, non a clericis, quod verum est si scandalum inde oritur ratione personæ: aliàs non subest ratio, maxime iudice eam ex suo officio applicante. Vnde secundum Hostiẽ. vt refert, & sequitur Sum. Ros. etiã religiosi possunt petere pœnam etiam conuentionalẽ ab eo, qui non seruat arbitrium non ex impotẽtia, sed ex negligentia, vel contumacia, etiam si nullum prætenderetur interesse, vel dãnũ. Quod autẽ dicitur in c. fraternitas. 12. q. 2. qđ ecclesia res sibi ablatas nõ debet recipere cũ augumento, id est, pœna, intelligitur in foro pęnitentiæ, secũdum Arch. vbi sufficit simplũ nisi præcesserit condemnatio. ¶ Octauum. Soluta autẽ pœna iudiciali, vel cõuentionali, secundum Ho. non stabit sententia, vel contractus, nisi in compromisso, vel pacto expresse dictum sit, ꝙ pœna soluta rata maneat sententia, & huiusmodi, C. de transac. l. cum proponas. & idem Ber. ac Verue. & idem no. glos. in c. dilecti, de arbi. quo ad sententiam arbitri.

26 VIGESIMOSEXTO † quæritur, cui applicanda est pœna? Et dicit Host. quod, si iudex ecclesiasticus licite eam imponit ex statuto, potest sibi retinere: si vero ex officio suo sine statuto, licet possit sibi retinere, tamen, si vult notam cupiditatis euitare, deputet in piũ vsũ. Sed latius dic, quod pœna iuris, & statutorũ regulariter applicatur fisco, quando introducit accusationem. l. mulctarum, C. de mo. mu. vel parti. quando introducit actionem. l. 3. ff. de sepul. 6. Si vero loquitur simpliciter, videtur introducere actionem. arg d. l. 3. aliæ vero pœnæ secundum Gof. si alicuius, damnũ, vel iniuria contingat applicabuntur illi, vel parti si sunt conditionales, vel iudici, aut fisco, secũdum quod de eis est statutum.

27 VIGESIMOSEPTIMO † quæritur, vtrum solutio pœnæ sola sufficiat ad obseruantiam legis prohibentis aliquid sub pœna? Et in conscientia dicit, vt sup. Inobedientia, circa finẽ. Vnde non licet non obedire, aut non seruare promissum. In foro autem contentioso sufficit solutio pœnæ. ar. gl. in c. dilecti. de arbit. & in auth. de iud. §. quia vero. vbi patet, quod soluta pœna, quæ erat in compromisso peti non potest, vt detur sententia, nisi addatur vt soluta pœna stetur arbitrio. ff. de transa. l. pe. C. eodem. l. cum proponas.

28 VIGESIMOOCTAVO † quæritur, quod de officialibus deputatis, qui nõ accusant eos, quos deprehendunt lapsos in pœnam? Et dico, qđ peccant, si se obligarunt ad accusandum pacto, vel iuramento: si vero se non obligarũt, non accusando non peccant: nisi faueant malis committendis. Et si quid acceperunt, vt nõ accusarent quando erant obligati, tenentur illud restituere fisco, vel ei, cui pœna erat applicanda: imo tenentur vsque ad complementum pœnæ exigendæ si accusassent, secundũ S. Th. 2. 2. quæst. 67. qui loquitur de iudice remittente pœnam vbi non potest, qui. s. tenetur ius reddere: & idem esset de officiali, q̃ tenetur accusare: non de alio, qui acceptum restituere non tenetur, nisi de consilio, vt supra Accusatio. § 6. ꝑ limita, nisi hoc fiat in criminalibus, vbi infligenda esset pœna corporalis: quia si desisterent, non per concussionem, sed per compassionem, aliquid accipiendo pro non accusando, non tenerentur necessario.

fario illud restituere: licet turpiter acceperēt, & peccarēt. Vide ēt sup. Elec. 2. §. 12. in fi. Vtrū ad pœnam impositam ipso facto requiratur declaratio iudicis, vide sup. Assassinus. §. vlt.

DE POENITENTIA.

1 *Pęnitentia quid, & quæ sint eius partes.*
2 *Pęnitentia propter quid imponatur publica, vel priuata.*
3 *Pęnitentia solemnis quis sit effectus.*
4 *Pęnitere de quibus, & qualiter debeat homo.*
5 *Pęnitentia facta in peccato an valeat.*
6 *Pęnitentia certorum dierum a iure imposita qualiter intelligatur.*
7 *Sacerdos quam formam seruet, vt pęnitentiam rite imponat.*

1 POENITENTIA dicta quasi pœnæ tentio, tripliciter sumitur. Primo, s. vt est virtus, cuius obiectum est peccatum sub rōne emendabilis: actus vero eius est dolor volūtatis de peccato cum electione recta, ipsa vero est habitus moralis, eliciens istū actū: de quo vide subtiliter 3. q. 85. & 4. dist. 24. per beatum doct. Secūdo vt est sacr̄m, in quo secundū S. Tho. & Pe. sacr̄m siue signum tantū est pęnitentia exterior, in qua actus pęnitentis est quasi materia, actus vero sacerdotis. i. absolutio, est quasi forma: res vero tantū est remissio peccatorū. res vero simul, & sacramentum est pęnitentia interior, seu cōtritio, vt iungitur pęnitētia exteriori, saltē ꝓposito. de quo vide 3. q. 84. & 4. di. 22. per eundem. & per Capreo. & isto modo diuiditur in priuatā, publicam, & solēnē. Tertio modo sumitur vulgariter pro satisfactione iniuncta a sacerdote, de qua sup. Confessio. 1. §. 25. & inf. Satisfactio. de alijs aūt mi stim agemus. ¶ Primo ergo quæritur, quæ sint partes pœnitentiæ? Et dico, ꝙ integrales secūdū omnes sunt tres contritio, confessio, & satisfactio, de quibus subtiliter per Capreol. in 4. dist. 14. sed partes eius subiectiuæ, siue species, secundū Ray. & S. Tho. sunt tres, s. solemnis & publica simul, publica tantum, & priuata. Solēnis & publica est, quæ fit in capite quadragesimæ cum solemnitate, quæ habetur dis. 50. in capite. & per S. Th. in 4. dist. 14. & potest imponi viris, & fęminis: licet non clericis, nisi depositio. dist. l. confirmandū. & a solo ep̄o, vel alio de eius mādato, & pro crimine quod totam conturbauit ciuitatem, vt ibi: & iterari non potest. de pœ. dist. 3. reperiuntur: & hoc multiplici ratione, secundum S. Th. vbi sup & est figura expulsionis Adę de paradiso, vt ibi. Publica vero tantum est, q̄ fit publicè, sed sine prædicta solēnitate: & imponitur a quolibet simplici cōfessore: scd̄m S. Th. Gul. & Gofr. & Host. c. pœnitentes. dist. 50. nisi oppositū hēat consuetudo in aliqua ecclesia, secundū Ray. licet secundū Veru. sedes apostolica eā non inducat, nisi vbi est curia Romana, & cuilibet ēt clerico ſm S. Th. & gl. 28. dist presbyter. & de pę. & rem. quæsitum. licet contrarium dicant quidā: & potest iterari ſm S. Th. Nec obstat c. accedentibus, de exces. præl. vbi reprehendūtur abbates publicam pęnitentiam imponentis, quia ibi capitur publica pro solēni. Priuatā vero est, quæ quotidie imponitur singulariter, & occultè, ēt quantum ad executionem. Et sic patet quæ differentia sit inter istas pęnitentiæ species. Et adde secundum S. Th. quod per publicam pœnitentiā non reuelatur peccatum, quia non scitur pro certo ex hoc, cum eam possit quis facere pro alio.

2 SECVNDO† quæritur, quando, vel propter quid debet imponi pœnitentia solemnis, aut publica, aut priuata? Et dicit Pan. in cap. quæsitum. de pœ. & rem. ꝙ pro delicto graui, scādalizante totam vrbem debet laico imponi solemnis, d. c. in capite. Imo secundum Rayn. ad hoc potest cogi: pro graui aūt & publico, sed nō scandaloso, imponitur publica, sed nō solemnis, vt no. in c. fi 26. q. 6. iūcto c. 1. de pœ. & re. Intellige secundū Ray. nisi peccator velit, quo casu imponi potest ēt pro occulto; ꝓ graui aūt sed occulto, ēt si aliquibus notum esset, nec solēnis, nec publica dēt imponi: vnde reprobat consuetudinem eorū, qui in mulieribus pro oppressione puerorum in lecto imponunt pœnitentiam publicam. Vide eum in d. c. 1. & in c. statuimus. de male. & in c. fi. de his, qui prop. fi. occi. Non tamen tenetur homo secundum Al. pro quolibet peccato manifesto manifestare pœnitentiam suam; sed qui scandalizauit in communi, tenetur ad ostētationem, boni exēpli, ita ꝙ pręsumi debeat, eū de peccatis pœnitentiam egisse, & sufficit.

3 TERTIO† quæritur, quis sit effectus pœnitētiæ solemnis? Et dico, quod laicus post eā non potest ad ordines promoueri, di. 50. illud. nec clericus ad superiores, vt ibi: potest tamē episcopus dispensare in minoribus, sed non ad sacros. dist. 50. placuit. nec debet matrimonium contrahere: licet, si contrahat, teneat: &, si sit iuuenis, contrahere nō prohibeatur, nec militiā assumere, 33. q. 2. §. de pœnitentib. & c. antiqui cum alijs, nec laicalem habitum deferre. dist. 50. c. vlt. Debet autem viuere secūdum regulam ecclesiasticā de pœ. dis. 5. contrariū, & c. seq. & conueniri sub iudice ecclesiastico,

2.q.1.aliud.de pœn.dist.1.aliud. & sit infamis non rōne pœnitentiæ, sed ratione criminis publicati quod secundum Host.de offi.archipresbyteri,c.2.verum intellige quando per sententiam iudicis imponitur: secus, si quis ex deuotione pœnitentiam publicam facit.

4 QVARTO † quæritur de quibus, & qualiter homo debeat pœnitere? Et dico secundū cōmunē doctrinam Theologorum, ꝙ de omnibus peccatis mortalibus actualiter commissis ante vel post baptismum: de originali aūt nō est pœnitentia, similiter nec oportet eam esse de veniali in hoc modo, nisi in duobus casibus. Primo ratione dubij, vtrum.s.sit mortale, aut veniale: ne quis periculo se exponat. Secundo ratione periculi quando quis dubitat ne affectio venialis trahatur ad mortale nisi reprimatur, secundum S.Bonau. Et oportet ꝙ fit de omnibus, non de vno tantum, & non de alio: Quia Deus totum remittit aut nihil. Sed de huiusmodi vide sup. Contritio, fere per totum, vt sup. Peccatum, §.6.

5 QVINTO † quæritur, vtrum valeat pœnitentia, siue satisfactio facta in peccato mortali? Et dico vt inf. Satisfactio §.6.& 7.

6 SEXTO † quæritur, quomodo intelligendum est quando pro aliquo delicto dr̄ in iure, Qui sic fecerit decē aut viginti diebus pœniteat. Et dicit S.Th.in 4.dist.13.in litera, ad finem, & quidam dicunt, ꝙ pœnitentia alicui irrogata est ad cautelam pro defectibus, de quibus su. Eucharistia, 2.§.9.ideoq; circunstantijs pensatis posset minui, vel addi ad pœnā prædictā; sed tutius est vt prædictam pœnam peragat. Debet autem illis diebus, in quibus, scilicet iniungitur, ꝙ peniteat secundū quosdā ieiunare, & a cōmunione cessare. Sed alij dicunt, qđ his diebus iniungenda est pœnitentia arbitraria pensatis conditionibus personarum, & negotij, & hoc probabilius vr̄, Hæc ille: q. in tertia parte.q.83.ar.vl.ad vltimum, videtur vtrāque opinionem approbare, dicens ꝙ debet ieiunare, & a communione cessare: tamen hæc pœnitentia potest minui, vel augeri cōsideratis circūstantijs, &c. Et intelligo ꝙ sit pœnitētia arbitraria quantum ad intentionem, & extensionem illorum dierū, ar. eorū quæ dicuntur sup. Confessor.4.in princ. De materia huius tituli vide sup. Contritio, per totum. & supra Cōfessor.4.per totum, & inf. Satisfactio.

7 SEPTIMO † quæritur, quomodo in pœnitentijs iniungendis se debeat habere sacerdos? Et dico vt supra, Confessor. 4. per totum.

PERCVSSIO corporalis manu, flagello, vel quouis instrumento est illicita omni non habenti authoritatem super verberandum: quia illicitum est alicui inferre nocumētum, & si sit circa non subditum, est de se peccatum mortale, nisi excuset facti modicitas, vt patet dist.45.c.1.iuncto ca.episcopum.ibidē, & c.1.de cle percus. Vnde clericus deponitur ex hoc: nec excusaret intentio bona in re notabili; quia est cōtra iustitiam ex parte percussi, & ex parte superioris eius, cuius iurisdictio vsurpatur: imò est illicita, si fiat in subditos immoderate, aut malo animo, & est mortale, nisi modicitas excuset: vt patet ex dictis supr. Ira. Si vero fiat in subditos moderate & bono animo, est licita. dist.45. cum beatus. sicut secundum S.Tho.2.2.q 65.licitè pater verberat filium, & dominus seruum moderatè, & ex correctione. Episcopo tamen non licet aliquem suis manibus verberare.86.dist. non liceat. Alij vero prelati possunt verberare clericos in minoribus constitutos etiam pro leuibus culpis, dist.45.§.Salomon, modo fiat per eum, ad quem pertinet. de sent.excom.c.cum voluntate. existentes autem in sacris solū pro maioribus criminibus, di.35.ante omnia.alioquin essent excommunicati. ar.a contrario d. c.cum voluntate, §.si qua vero.excepto magistro causa disciplinæ, & patre causa correctionis.de quo sup. Excommunicatio 6.§.4. Religiosi vero rursus etiam pro leuibus culpis verberari possunt a suis prælatis, de appel. reprehensibilis.& de accu.qualiter & quando.in fi. non tamen per laicos, nisi sint incorrigibiles, sed per alios regulares, vel seculares clericos: vt sup. Excommunicatio 6.§.4.casu 9. Quādo autem clericus torqueri debet, an debeat degradari, sup. Degradatio.§.4.

DE PEREGRINIS.

1 *Peregrini quem fauorem habeant.*
2 *Romam proficiscēs an sit sub protectione apostolica.*
3 *Peregrinorum res, si moriantur in via, cuius sint.*
4 *Peregrini qualiter admittantur ad ordines.*

PEREGRINVS primo dictus est large qui a loco sui domicilij proficiscitur. C.de incol.l.ciues.propriè vero dicitur, quia causa deuotionis, alio proficiscitur, apostolorum, & aliorū sanctorum limina, & oratoria visitans. 24.q.3.si quis Romipetas, & c.paternarum, & c.illi qui. & etiam qui iusta causa accedunt ad præsentiā summi pontificis, quantum ad esse sub apostolica ꝓtectione æqparātur peregrinis ꝓprie, extra eo.c.vnico.& 2.q.6. arguta §. Peregrini vero clerici, scđm Ray.large appel-

 lari

lari possunt omnes, qui non sunt de epatu ordinantis: quia nullus talis siue clericus, siue laicus potest recipi a tali epo ad dignitatem, vel ordines, vel alia ecclesiastica sacramenta. dist. 71. per totum. & specialiter in c. primatus extra. de paroch. ca. 2. & 3. Institui tñ possunt in ecclesijs extranei episcopi ꝑ abbates, & inferiores platos de mandato ipsius epi, & cum literis epi sui, vt in dictis iuribus: licet hodie cõsuetudo prædictorũ multis derogauerit. Proprie vero dicuntur peregrini clerici, qui non sunt oriundi de episcopatu, vel non habent ibi domicilium, aut beneficium, vt in ca. cum nullus. de æta. & qual. lib. 6. Ignoti vero sunt, quorum origo, & vita, & integritas nõ est nota episcopo. 24. dist. eps. 2. q. 7. quærendum.

1 Primo † vero quæritur, quem fauorem habeant peregrini? Et dico ꝙ omnes secundum Rayn. defendi debent ab ecclesia: & sunt sub eius protectione. de treu. & pac. c. innouamus quicunque eos in rebus, vel personis offenderit, nisi admonitus satisfecerit, excommunicãdus est 22. q. 3. si quis Romipetas. & d. c. innouamus. & de pereg. c. vnic. & hodie, qui Romipetas spoliant, per processum curiæ sunt excommunicati, solum a Papa absoluendi.

2 Secvndo † quæritur, vtrum hoc, quod est ꝓficisci ad apostolicam sedem cõstituat aliquẽ cum rebus suis sub protectione apostolica? Et dico quod sic, per d. c. vnicum, de pereg. Vnde no. Pan. in c. meminimus, de appel. post Inno. quod itinerans ad Papam ex iusta causa, siue in fauorem suum, siue alterius, est sub protectione apostolica, vt interim contra eum non procedatur in partibus, & defenditur nõ virtute appellationis, sed per titulum de peregrinantibus d. ca. vnico. vbi dicit, quod tenendo istam opinionem Inn. ex remedio illius tituli non solum prouidetur contra attentata de facto, sed ẽt contra factum iudicis. Sed tenẽdo opinionẽ Hos. qui voluit d. c. vnicũ, hře locũ in quolibet accedente ad sedem apostolicam ex quacũq; cã: dic ꝙ remedio illius tituli prouidetur tantũ contra attentata de facto, sicut fuit factum ibi; quia non vr̃ æquum vt accedens ex cã prorsus voluntaria habeat suspendere iurisdictionem iudicis: s. fuit in culpa, nõ dimittendo procuratorem. Adde quod no. idẽ Panor. in cap. dilecti. de appell. quod arreptio itineris ad superiorem habet vim appellationis, si seruentur seruanda in appellatione, scilicet exprimendo causas, & petendo apostolos, & huiusmodi, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat. Et idem est, si quis dicat, submitto me protectioni apostolicæ, quia æquipollet huic, quod dico, appello, si seruentur seruãda in appellatione, vt idem not. in c. ad audientiam. de app.

3 Tertio † quæritur, quid de rebus peregrinorum, si moriantur in via? Et dicit Ho. quod quicunque eas animo retinendi capit, mortaliter peccat: quia sunt restituendæ hæredibus eorum, si possunt sciri; vel pauperibus erogãdæ, si ignorantur, vel si fortè non inuenitur, ꝗ eas deferat hæredi, nec in breui sperẽt inueniri. Nec secundum Host. valet consuetudo, vel statutum, vel præceptum in contrarium, sicut de naufragijs dictũ est sup. Naufragiũ. §. 1.

4 Qvarto † quæritur, quomodo debeant admitti peregrini ad ordines, vel ordinum executionem? Et dico, quod oportet eos habere literas commendatitias, seu testimoniales Papæ, vel sui epi: & sic possunt admitti, si episcopi sui sigillum notum sit. ar. de præb. cum secundum & de censi. sopitæ. Si vero non sit notum, requiruntur sigilla quinque eporum, de cle. pereg. c. 1. quorũ si nullum esset notũ, tũc vbi potest prẹiudicium magnum generari nõ creditur, etiam si certum haberet, secundum Inn. in c. tua, eo. ti. Sed vbi nullum præiudiciũ potest euenire: puta, quia volunt celebrare in secreto, admittuntur, etiam si nullam faciant fidem, secundum Host. in c. tua, eo. tit. Et si dicant se literas amisisse, si per duos testes probant amissionem, & tenorem earum, & quod sine vitio fuerunt, admittuntur. de priuil. cum olim. not. Ber. in c. 1. eo. tit. etiam, si non sunt testes de eorum ordinatione, sed constat, ꝗđ semper se gesserunt vt sacerdotes de presby. non baptis. c. 2. & 3. Vtrum clericis liceat peregrinari, inf. Residentia §. 4.

DE PERIVRIO ET PERIVRO.

1 Periurium † secundum Ray. & Mag. Sent. est mendacium iuramento firmatũ. Vnde secundum S. Thom. 2. 2. q. 68. falsitas est de ratione periurij. & est, vbicunque deest aliquis trium comitum iuramenti, licet non eodem ordine, sed primo & principaliter si deest veritas. secundo si iustitia, quia obligatur iurans illicitum ad faciendum contrarium. tertio si iudicium, quia indiscrete iurans exponit se periculo falsitatis. ¶ Primo vero quærit, quotuplex

plex est periuriū? Et dico, quod in genere est triplex, vt colligitur, ex dictis, secundū ꝙ deficit aliquis triū comitum. ¶ Primū est iuratio indiscreta, sine iudicio discretionis, an s. verū sit aut seruabile, quod iuratur quod secundū Gofr. est veniale 25. di. §. criminis. in fin. quod limitat Sum. Ang. & Ber. in ca. tua. de iureiurā. qñ fit iocose, & incaute: allegans etiam S. Bonauen. sed, si fiat ex deliberatione est mortale de iureiu. c. sicut ex literis, cuius tamē contrarium tenuit Summ. Ros. sup. Iurare §. 2. alleg. S. Bonau. immo contrarium tenuit & ipse frater Ang. sup. Iuramentū 3. §. 10. immo est cōtradictio, quod iuret ex deliberatione opposita ioco, & incautelæ, & non adsit iudiciū discretionis, ideo limita esse veniale, quando non iuratur ex hoc falsum, vel illicitum, seu impossibile seruari. ¶ Secundū est iuratio de re illicita, siue sine iustitia, quod qualiter sit mortale, vide sup. Iuramentum. §. 7. ¶ Tertium est iuratio falsa, quæ in iuramēto assertorio quadrupliciter contingit. ¶ Primo, qñ iuratur falsum mente reb. conformi, i. scienter: & sic est mortale, etiam iocose, secūdum S. Th. & alios Theologos, licet Gof. senserit contrarium, cuius opinionem Summ. Ang. dicit posse teneri dicendo, ꝙ mendacium iocosum non sit proprie mendacium. 22. q. 2. quod ait licet opinio Theologorum sit tutior, sed hoc aliquo pacto teneri non pōt ꝑꝑ maximam irreuerentiam Dei. & ca. quod ait. loquens de mendacio Ioseph asserentis se augerem, intelligitur, quod mendacium iocosum non est mendacium, s. repugnans sanctitati: vel ideo, quia non adest intentio fallendi vltimatè, etsi ad horam limitat tamen primo S. Bonau. & Rich. hoc esse mortale, si deliberetur de dicto confirmando, & de iuramento, per quod est confirmandum, secus si de neutro, sed vtrunque subripitur loquenti, vel de altero tm̄, puta de dicto, nō de iuramēto, vel ecōtrario. & secundo Pe. de Aureo, qñ iuratur per id, quod consuetum est iurare, quando est intentio assumendi veritatem infallibilem in testem, secus si assumeretur aliud sine animo iurandi, sicut communiter iuratur per Deum, s. sine animo iurādi, quod no. pro mulieribus, quæ iurant per meā fidem, in veritate, per ignem istum Dei, & huiusmodi. ¶ Secundo, quando iuratur falsum mente difformi; quod tripliciter contingit. Primo, si, quod falsum est, creditur verum, quod aut est peccatum nullum, si diligentia debita est adhibita, 22. qu. 2. homines. aut veniale, si aliqua, sed non debita; aut mortale, si ignorantia fuit crassa, aut supina, siue iuris, siue facti, s̄m Ray. 22. q. 5. qui periurat. & concor. Ioan. And. post Tancr. in c. tua nos. el 1. de iureiur. & Card. in cle. 1. eod. titu. Secundo, cum creditur falsum, quod est verum, & hoc est mortale, cum sit periurium formaliter, ēt si fiat iocosè, contra Gofre. Tertio, qñ iuratur in dubio, & certum asseritur, quod est mortale, secundum Theolo. secus, si quis asserat eo modo, quo scit, puta credo ita esse, vel suspicor, & hmōi. Dicit tamen Pan. in c. ex literis. de iureiu. ꝙ iurās per hoc verbū, credo in iuramento calumniæ non est periurus, etiam si deinde contrarium probetur, quod quantū ad Deum, falsissimum est, quicquid sit quantū ad forum causarum de quo videtur loqui. In iuramēto ēt promissorio hoc quadruplex periurium inuenitur suo modo. ¶ Primū, si iuretur scienter, quod quis non pōt, aut non vult, aut ei non licet obseruare, de quo an sit mortale, su. Iuramentum 2. §. 6. ¶ Secundum, quando falso quis tale credit esse, quod iurat, quod velit, possit, & liceat facere, siue ex errore uenit contra iuramentū, in quo s̄m Pan. in c. tua nos el 2. de iureiur. excusat a mortali error ꝓbabilis: puta, cum quis contra iuramētum appellat, credens se habere rationabilē causam appellandi: arg. c. sacro. de sen. excom. & cap. Quintauallis. de iureiur. ¶ Tertium, cum quis credit illicite iurare, aut venire cōtra iuramētum, & non facit, & est mortale, per not. per Pan. in c. quando. de iureiur. ¶ Quartum, quando iuratur promissorie in dubio, an possit, & debeat facere, quod iuratur, vel in facto dubitat, an veniat contra iuramentum, quod etiā est mortale, nisi dubium sit scrupulosum. ar. c. inquisitioni. de sent. excom.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum periurium sit grauius homicidio? Et dicit S. Thom. in quoli. quod sic, quia vt patet Hebr. 6. omnis controuersiæ hominum, finis est iuramentum, quod in causa homicidij frustra esset, si esset peccatum maius: quia præsumeretur, quod admittens culpam maiorem, scilicet homicidij, non vereretur minorem, id est periurij, vnde periurium tenet secundum locum post idololatriam, vt etiam patet ex ordine præceptorū licet homicidium grauius puniatur in ecclesia, quia magis nocet hominibus. Sum. autem Ang. contra Suppl. tenet contrarium, quia homicidium charitati proximi, & periurium latriæ opponitur, quæ est virtus minor. Sed dico istam rōnem esse ridiculosam, quia homicidiū immediate opponit iustitiæ, vt patet. 2. 2. q. 64.

q.64.quæ eſt minor latria. Nec valet, inquit, illa rõ, qua dr̃ periurium eſſe contra ordinem ad Deum, homicidium contra ordinem ad hominem; quia ſequitur, quod grauius ſit die feſto laborare, q̃ occidere. Sed dico, quod prę ceptum de feſto quantũ ad determinatũ tp̃s non reſpicit ordinem diei, niſi ex iure poſitiuo: ex diuino aũt iure illum reſpicit quantum ad indeterminatum, vt. ſ. aliquod tempus expendatur ad honorem Dei: cuius oppoſitum, ſ. nunquam aliquid facere ad honorem Dei, quaſi Deo vacando eſt grauius homicidio: q̃a contra latriam, & amicitiam ad Deum.

3 TERTIO † quæritur, vtrum procurator iurans nomine dñi ſui, & deierans, ſit ipſe periurus? Et dñt q̃dã, quod non licet ſcienter falsũ iuret, cum non intendat ꝓpriã aĩam obligare, puniri tñ dẽt cum ſit cooperator periurii de off. deleg. c. 1. is tñ, in cuius animam iur̃m prę ſtatur periurium incurrit. Sed iſta intellige in ordine ad pœnam iuris; quo ad Deum autẽ vterq; eſt periurus, ſicut & in periuriũ cõſentit

4 QVARTO † quæritur, utrum collatio beneficii eccleſiaſtici facta periuro, ipſo iure ſit nulla? Et dicit Pan. in c. querelã, de iureiur. quod ſic, vt in cap. infam. eo. tit. lib. 6.

5 QVINTO † quæritur, quæ ſit pœna periurii? Et dico, quòd tali debet imponi pęnitẽtia magna, & nõ minor q̃ pro homicidio, 22. q. 1. prædicandũ, & eſt infamis. 6. q. 1. infames, & c. quicũq; & 22. q. 5. ſi quis conuictus. & cõſequenter ad teſtimonium non debet admitti, ut in d. cap. quicunque, & c. paruuli ea quæ quod Archid. intelligit de conuictis, etiam ſi egerint pęnitentiam, de teſti. teſtimonium, & hoc eſt ſpeciale in periurio, nõ in aliis criminibus etiam maioribus, ſecundum Io. And. poſt Gof. propter puram veritatem requiſitam in teſte, contra quam. ſ. directe peccatur periurio: & ſecundum Hoſ. ex quo ſemel probatũ eſt periurium contra aliquem, etiam in modum exceptionis repellitur a teſtimonio ſemper, etiam in alio iudicio; licet gl. Ray. ſenſerit aliter, vt in Sum. Confeſ. lib. 1. tit. 9. quæſt. 25. quod intellige in periurio ratione deficientis veritatis non ratione deficientis iuſtitiæ, vel iudicii, quia ex hoc repelli non uidetur a teſtimonio. de teſt. cogen. cap. fin.

6 SEXTO † quæritur, vtrum periurus ſit infamis ipſo iure, vel ipſo facto? Et dico, quod vt ſup. dictũ eſt infamis. §. 1. triplex eſt infamia, ſ. facti iuris ciuilis, & iuris canonici. Vide ibi, & Pan. in c. teſtimonium. de teſtibus. Igitur Gofr. vr̃ indiſtinctè ſentire, quod periurus ſit ipſo iure infamis, vt in Su. Conf. lib. 1. tit. 9. q. 25. Sed contra eum eſt d. c. teſtimonium. quia vt dicit Ioann. Andr. ſi omnis periurus eſſet infamis, fruſtra text. exciperet periurũ, cũ ſup. excepiſſet infamen. S. Th. aũt 2. 2. q. 98. ar. 3. dicit, quod periurus in iuramẽto aſſertorio non efficitur infamis ipſo iure, ſed ſolum per ſententiam diffinitiuam latam contra iurantem, in c. accuſationis. ſed in aſſertorio ſolenniter efficitur infamis ipſo iure, quia in poteſtate eius manet poſtquam iurauit, vt ſuo iuramento det veritatem: quod in aſſertorio nõ contingit. Et iſta opinio S. Tho. eſt verior, & approbatur per doctrinam Pan. in d. cap. teſtiminium. qui dicit, quòd ſm̃ Canones periurus eſt infamis: quia canones infames appellant omnes mortalib. criminibus irretitos. Et intellige de facto, vel de iure. ſi pręcedente accuſatione ſententialiter damnẽtur: ſecundũ leges aũt, inquit dic, vt not. Bart. in l. Lucius. ff. de his. qui no. infa. de mente gl ꝙ iurans de præterito, vel præſenti non eſt infamis ipſo iure, licet deieret, vt no. in d. l. Lucius. & per l. 2. & vlt. ff. de crim. ſtell. iurans vero de futuro, ſimiliter non infamatur, ſi iurat Deo tm̃, vel ſibi ipſi. ſi vero iurat alii, cum quo contraxit, infamatur, ſi deierat. Placent iſta Pan. etiã de iure canonico, cum non inueniatur contrarium. Vbi aduerte primò, ꝙ illud, quod dicitur de præſenti, vel præterito, intelligitur q̃tum ad iur̃m aſſertorium, quod vero dr̃ de futuro, quantum ad promiſſorium. Aduerte ſecundo ex dictis ſup. Aſſaſſinus. §. 5. & Hæreticus. 1. §. 8. & ex no. in c. felicis. de pęn. lib. 6. ꝙ quantum ad infamiam irrogandam, & bonorum confiſcationem effectualem, & pœnam corporalem infligendam, neceſſaria eſt ſentẽtia, ſaltem generalis: vnde tabellio licet periurus ſit, tamen valent acta per eum, donec ſequatur talis ſentẽtia, ſaltem declaratoria: niſi forte eſſet ita notoriũ, quod nulla poſſet tergiuerſatione celari.

PERMISSIO ſecundum glo. diſt. 3. omnibus tribus modis fit, ſecundum quod tribus modis aliquid permittitur. Primo quia nullo iure prohibetur: ut nuptias ſecundas cõtrahere. 31. qu. 1. hac ratione. Secundo, quia contra humanas conſtitutiones indulgetur; vt contrahere in quinto gradu. 35. quæſt. 3. quædam. Tertiò, vt uitetur aliquid magis illicitum, vt adulterium, ne fiat homicidium. 33. q. 2. ſi quis verius. ¶ Secundum. Gerardum autem de Senis, vt etiam refert Ioann. Andr. in mercu. in regula, peccatum; libr. 6. permiſ-

ſio

fio est triplex contra legem. Prima simplex indulgens pœnam, sed non culpam, vt permissio prostibuli propter maius malum, seu peccatum euitandum. dist. 4. deniq; iuncta gloss. & in c. veniens iuncta gl. qui cler. vel vouen. Secunda est remouens impedimenta: sicut ecclesia permittit ritus Iudæorum, prohibens Christianis ne illos impediant pp bonũ inde sequens. de iudæ. sicut. & dist. 45. qui syncera. Tertia est coadiuuans: sicut ecclesia permittit clericum occidi iuste a laico, eum degradando, & tradendo. de pœ. degradatio. libr. 6. & hoc fieri non potest, nisi de eo, quod licitũ est. ¶ Sanctus Tho. autem in 4. distinct. 33. q. 2. artic. 2. q. 2. vr̃ ponere quatuor modos permissionis, quos tamen non ponit, sed recitat ibi opinionem aliquorum, quam statim reprobat, sed omnia prædicta reducuntur ad tria membra. Nam permissio ẽm vsum loquentium conuenit proprie superiori de facto, vel de iure sicut passio inferiori, & vr̃ in superiori de iure importare tolerantiam alicuius, qđ posset non tolerare: quod quidem potest esse tripliciter. Nam, ex quo legem suam statuit, tripliciter se potest aliquid habere ad illam: quia aut nunquam fuit cõtra illam, cum tamẽ esse potuerit: & sic permittuntur secundæ nuptiæ, & aucupationes ferarũ, auiũ, & hmõi: & similiter inferiora bona: puta, matrimonium: dum non percipiuntur meliora incompassibilia: puta, virginitas, aut viduitas. Aut semper fuit contra illam, & sic permittuntur ea, quæ sunt contra legem, & mala pp bonũ, quod inde elicitur, vel malum, quod inde vitatur, siue permittantur, quia non puniuntur, vt prostibulum, aut adulterium in casu, siue etiam, quia remouentur impedimenta, sicut permittitur ritus Iudæorum. Aut aliquando fuit contra legem, & nunc non est, vel simpliciter, vel in casu; & sic permittuntur ea, a quibus aufertur præceptum, vel prohibitio siue superior hoc faciat nihil cooperando, vt dum permittit contrahere in quinto gradu: siue aliquid operando, vt dum clericum degradat, & tradit: & sic facit licitum quod alias erat illicitum: sicut de repudio factum est in lege veteri per dispensationem Dei, secundum S. Tho. in 4. vbi sup. Et sic etiam intelligitur, quod idem dicit 1. Cor. 7. ꝙ in lege noua non est permissio de minus malo, s. faciendo licitum, quod de se erat illicitum. In prima ꝑmissione licitum est cooperari, si id, quod fit vel omittitur, nõ sit cõtra legẽ superioris: & similiter in secunda, & tertia ab eo, qui condit legem, & potest remouere obligationem non autem ab alijs: quia esset cooperari ad peccatum inobedientiæ.

DE PERMVTATIONE in genere.

1 *Permutatio quid, & quomodo contrahatur.*
2 *Permutatio an sit licita.*
3 *Emptionis nõe, an veniat permutatio, in statutis.*

PERMVTATIO quæ vulgo dicitur baractum, vel cambium rerum ad res, secundum Goffr. est vnius rei pro alia vicaria præstatio, aut vicaria præstatione mutatio, quod quidam dicunt fieri solum in genere, quasi, sit quid cõe contractibus nominatis, & innominatis: non autem in specie. Vnde dicunt non esse permutationem, si detur species pro specie. Pro quo videtur text. in l. naturalis. §. 1. ff. de præscrip. ver. Sed verius gloss. & Bald. in lib. 1. C de rerum permut. dicunt permutationem esse in specie, vt, cũ datur species certa pro alia certa: puta, liber pro equo. Quãdo vero datur genus pro specie, vel pro genere est contractus innominatus, non permutatio in specie, & sic intelligitur d. l. naturalis, & generaliter secundum d. gl. non est vera permutatio, nisi detur res certa ꝓ certa: secus si det res incerta pro certa, vel econtrario. Et allegat l. quoniã. e. ti. vbi ita videtur tenere Bar. & Bald. & si ex vna parte interuenit cum certa specie etiam pecunia, secundũ Pano. in d. c. ad quæstiones. extra eo. erit emptio si intẽtio sit principaliter emẽdi, aut permutatio si fit prĩcipaliter permutãdi, licet pecunia accedat accessorie, vt fiat æqualitas, & ita intelligitur caput, ad quæstiones. Si vero de animo contrahentium non appareat, recurrendum est ad coniecturas, & si pretium est maius quam species data prę sumitur emptio, si species est maioris pretij, q̃ pecunia, præsumitur permutatio. argu. cap. quod in dubijs de cõs. eccl. Et hoc facit ad statuta, quæ, exigunt gabellam in contractu emptionis, & non permutationis, vel econtrario: & ad licentias, quæ habentur, vendendi, & non permutandi, vel econtrario. ¶ Primo vero quæritur, quomodo permutatio contrahatur: vtrum. s. solo pacto, aut rerum interuentu? Et dico, quod non solo pacto nulla re hincinde sequuta, quia neutri cõpetit ex hoc aliqua actio. C. eo. l. ex placito. quia est nudum pactum, vt not. gl. in l. 1.

SECVNDO † quæritur, vtrum, quo ad temporalia, sit contractus licitus? Et dico, quod sic, de se ext. eod. per totum, C. eo. per totum. tamen potest esse illicita interuentu fraudis, & doli, quæ in hoc, sicut & in alijs actibus ne

mini debêt patrocinari, de rescr.sedes. etiam
si interueniat dolus reipsa, vt quia notabili-
ter læditur altera pars ratione qualitatis, quā
titatis, aut pretij rerum. Et quidem, si fraus
sit ex vna parte tantū scienter, peccat frauda
tor mortaliter, & tenetur resarcire læso, de
iniu. & dam. culpa, & similiter mediatur seu
sensualis hoc aduertēs, quia cooperatur frau
di 2.quæst.1.notum. Si vero fit ignoranter, li-
cet forte excusetur a peccato, non tamē à re
compensatione, vt sit æquitas iustitiæ. Si ve-
ro fit ab vtroq; parte scienter, ita quod quisq;
scienter fraudat, licet ignoret, se fraudari, v-
terq; mortaliter peccat ratione intentionis,
sed quantum ad res ipsas locum habebit com
pensatio mutua secundum Arch. & multo ma
gis si interuenit ex utraq. parte, vel altera i-
gnorantia. Si vero vterq; sciret alterius frau
dem, vt quia sciunt rerum permutandarum
defectus, non est proprie fraus, quia sciēti, &
consentienti non fit iniuria, neq. dolus. de re.
iu.li.6. & alter alteri non tenetur, secundum
Arch. quod limita, nisi alter ex necessitate co-
gente permutare notabiliter læderetur, sicut
q̃s permutaret equū pro pane in necessitate.

3 TERTIO † quæritur, vtrum in statutis no-
mine emptionis veniat permutatio? Et dico
quod sic in statutis cōis, ſm Nicol. de Neap.
in l.1. §. si quis in fraudem. & Gul. de Cuneo
in l.de quib. ff.de lega.1. qui dicit quod om-
nia, quæ in iure communi dicuntur in vendi-
tionibus, locum habent in permutationib. &
facit c.1.de his, quæ fiunt a præla.in versi.ven
dere, vel permutare in statutis vero municipa
libus non habent locum, si est odiosum, sed
si est fauorabile, locum habebunt. ¶ Quarto
quæritur, quid, si quis per istum contractum
permutationis, vel alium dat fundum mona-
sterio, vel alteri, sub pacto, ꝙ alatur in vita?
Et dico, ꝙ etiam si fundus perijt casu fortui-
to, nihilominus habebit alimenta: quia pro-
prietas fundi transiuit in locum pium: & sic
damnum cedit sibi, & non alteri, quod expres
se uoluit Cyn. in l.2. C.de iure emphy.

RVRSVS de permutatione secundo, quo ad
beneficia, & res eccle-
siasticas.

1 *Permutatio beneficiorum, an fieri possit sine authori-
tate superioris, & quis sit ille superior. nu. 2.*
3 *Permutatio, an ex quacunq causa fieri possit.*
4 *Simoniacum, an sit pactum in permutatione.*
5 *Tractatum aliquem an liceat facere in permutatio-
ne ecclesiastica.*
6 *Simoniaca, an sit permutatio, si detur pecunia.*
7 *Permutare, an possint habentes expectatiuas papa.*
8 *Expectatiuam habens, an impediat permutantes.*
9 *Permutari an possint mancipia ecclesiæ cum manci
pijs priuatorum & nu. 10.*
11 *Permutari an possit beneficium cum hospitali.*
12 *Permutatio vt sit licita, quot requirantur.*
13 *Permutationes reseruatorum, & aliorum qualiter
fiant.*

PERMVTATIO rursus considerari potest
specialiter circa beneficia, & res ecclesia
sticas quam ſm S.Th.2.2.q.100. facere potest
superior ex suo officio propter causam vti-
lem, vel necessariam, & secundum Fed. fit sic,
vt volentes permutare primo renuncient, vel
resignent, & post ea fiat collatio.

1 PRIMO † autem quæritur, vtrum permuta-
tio beneficiorum ecclesiasticorum fieri possit
sine authoritate superioris id iudicantis bo-
num ex causa necessaria? Et dico, quod non
sine labe simoniæ, etiam quo ad annexa spiri
tualibus; puta, ius patronatus, extra eo. quæ-
situm iuncta gl.de excess. prælato. sicut vnire.
de censib. prohibemus de præp. maioribus, &
qui propria temeritate permutauerint, priuā
di sunt eo.ti.cū olim. Fallit hoc cum agitur so
lum de proprietate: puta, cum duo epi litigāt
super aliquā ecclesiā, cui debeat subijci: quia
sic poterit fieri permutatio, vt vnus vnā, alter
alteram sibi subiectam habeat: secus, si agere
tur, vt talis in tali beneficio reciperetur, vel
intitularetur: quia fieri non posset sine autho
ritate superioris. Fallit etiam secundum Inn.
in d.c. quæsitū. in præbendis eiusdem ecclesię,
& eiusdem qualitatis, quæ permutari possunt
sine authoritate superioris. Sed melius con-
trarium tenuit Host. & Io.de Lig. in ca.fi.eod.
tit. immo dico, ꝙ nec post factum teneri po
test opinio Inn. vt voluit Ioan. de Imol. quia in
teruenire t pactum partiū, & cōsequenter vē
ditio, vt patet ex dicendis inf.§.4. tum ēt quia
vt dicit Ioan. de Lig. in permutatione necessa
ria est collatio noua. extra eo.c. vno. libr.6. &
ideo, cum præbendæ sint annexæ iuribus ca-
nonicalibus, sicut illa non possunt de vno in
alium transferri sine authoritate superioris,
sic nec prębendæ: alias separaretur ius cano-
nicale a iure præbendæ, quod fieri non po-
test per priuatos: vnde oportet permutatio-
nem fieri ex officio superioris, secundum S.
Tho.2.2.q.100.ar.10.quintum.

2 SECVNDO † quæritur, quis sit iste superior,
cuius authoritate fit permutatio, vtrum.s. sit
semper episcopus respectu suorum inferio-
rum? Et dico, quod non, q̄n ad illum non per-

tinet, collatio, seu institutio illorum beneficiorum, sed pertinet ad illum, ad quem est collatio, seu institutio beneficij, ar. d. c. ad hoc. §. fi. de offi. Arch. & in c. super eo. in fi. de offi. delegati. Si vero ad vnum pertinet electio, puta, ad canonicos, & ad alium confirmatio, necessario requiritur consensus eorum, qui habent eligere, secundum Io. An. ar. d. c. ad hoc. Si autem episcopus permutet cum capitulo, requiritur authoritas archiepiscopi de re. eccle. non alie. c. 1. sed, si permutet cum alijs, sufficit consensus capituli sui, secundũ Ho. Quando vero pertinet ad superiorẽ, & ad capitulũ, collatio, requiritur consensus vtriusque, nec potest capitulum per se, nisi quando sedes vacat. de maio. & obe. c. his quæ. & ca. cum olim. & c. vnico. de maio. & obe. lib. 6.

3 TERTIO † quæritur, vtrum ex quacunq; causa possit fieri permutatio authoritate superioris? Et dico, quod non, quia tex. in d. c. quæsitũ requirit causam necessariam, & S. Thom. in 4. dist. 25. q. 3. ar. 3. ad octauum dicit, quod si pro aliquo terreno commodo vtriusque, vel alterius fiat permutatio, est simonia: secus, si pro spirituali, puta, vt in tali loco possit quis melius Deo seruire.

4 QVARTO † quęritur, vtrum sine simonia possit pactio interuenire partium in permutatione? Et dico, quod non, nec quo ad spiritualia, nec quo ad annexa, secũdũ Arch. post gl. in d. ca. quæsitum. & Io. And. in nouel. secus de corporalibus, & realibus ei annexis, & de annexis spiritualibus, si ab eis separari possunt, vt possessiones, quia ex causa interuenire potest sup his pactio, & venditio, & permutatio; in qua tamen, quia est quædam alienatio, de rebus eccl. non alie. nulli seruandus est modus, de quo sup. Alienatio. §. 2. Sed super prędictis potest interuenire etiam pactio. Et ratio est, quia venderetur, cum dicat S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 1. ad quintum, quod nomine emptionis venit omnis contractus non gratuitus.

5 QVINTO † quæritur, an partes possint saltẽ inter se habere tractatum? Et tenet Ho. quod non, nec aliquid fiendum esse ex pacto partium, vel tractatu, sed officio, & iussione iudicis. de pac. cum pridem. Posset autem secundũ eum, qui habet causam permutandi exponere causam episcopo, supplicando, vt sibi in alio loco dignaretur prouidere de alia præbenda, & de mea alteri, vel etiam specialiter exprimere, quod tali competeret mea, & mihi sua, arg. de præb. inter cætera. Sed ista opinio est periculosa, secundum Pan. quia pauci sine tractatu permutant, imo nunquam partes secundum eam conuenirent coram superiori permutaturi, nisi a casu. Est etiam falsa, quia tractatus non includit deliberatum consensum de his quæ fi. a maio. par. ca. fi. quod limita, nisi concludatur absolute, quo casu intellige dictum Pan. in c. cum vniuersorum. eo. tit. quod clerici dicuntur permutare, quando inter se deliberant de permutando, licet postea vadant ad superiorem. Et ideo est alia opinio Io. And. in addi. ad Spec. & Gof. & gl. in clem. vnica, eo. tit. & Panor. in d. c. quæsitum. quod non possunt quidem partes facere inter se cõuentionem, promissionem, vel pactionẽ, aut conclusionem: posset tamen de permutando tractare, submittendo se dispositioni superioris; imo dico, quod concludere possunt sub expressa conditione, & reseruatione, si superiori placuerit: quia talis conclusio non est conclusio, cum suspendatur vsque ad superioris consensum: imo, si talis conditio non exprimeretur, sed tamen esset in corde tractantium, non esset simonia coram Deo, sed solum coram ecclesia. Nec obstat c. quæsitum. de re. p̃mut. quia non loquitur de tractatu de permutando, sed de ipsa permutatione, quæ non debet expediri per partes, sed ex mero iudicis officio. Aduerte etiam secundum Card. in d. cle. vnica. quod in renunciatione exprimi potest, quod causa permutationis quis permutat sine simonia: quia a iure permittitur, de elect. c. significasti. de rer. permu. vniuersorum. & c. vnico, eo. tit. lib. 6. & d. cle. vnica. & idem Verue. quia licet de rigore resignatio debeat esse libera, & nulla debet esse adiectio, 1. q. 2. quam pio, hoc tamen procedit ex æquitate scripta, quæ præualet rigori, ex quo est scripta. l. placuit. C. de iud.

6 SEXTO † quæritur, vtrum sit simonia si in p̃mutatione detur pecunia in supplementum maioris beneficij? Et dicit Pan. in ca. quæstiones. eo. ti. quod sic, si detur occasione spiritualium iuriũ, de quibus plus habet ecclesia vna quam alia, puta, quia habet maiorem authoritatem in administratione spiritualium, quam alia, & intellige secundum Archi. etiam si fiat authoritate superioris: secus, vt si detur in recompensationem prouentuum temporaliũ.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum permutare, possint habentes expectatiuas Papæ? Et dico, q̃d non secundum Pan. in c. cum olim, eo. tit. quia sunt gratiæ personales: & non excedũt personam, cui conceduntur. de præb. si cui. lib. 6.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum habentes expe-

expectatiuas ad prima vacātia possint impedire permutantes, qui sua beneficia resignarunt in manu superioris. Et dico, ꝙ non, vt in c.licet.eo.tit.li.6.imò si talia beneficia conferantur aliis,q̄ permutare volentibus, non valet ipso iure collatio, vt in cle.vnica.eo.tit.

9 Nono † quæritur, vtrum mancipia ecclesiæ permutari possint cum mancipiis priuatorum? Et dico, ꝙ non, nisi ad hoc, vt libera fiāt, extra eo mancipia. quod secundū Host. verū est, nisi vbi expediret ecclesiæ: cum donaui possint, quod est fortius, 12. q. 2. si quis qualibet. Et quando fit permutatio, oportet, quod dentur duo alii, eadem quæstione: episcopus qui mancipium.

10 Decimo quæritur, vtrum permutari possint serui fugitiui? Et dicit Inno. in d.c. episcopus ꝙ sic, & distrahi. c. iniustum. eod. tit. quod verum est patefacto vitio emptori, secundum Ber. & postquam redierunt: sed dum sunt in fuga, nec vendi, nec permutari possunt. C. ad leg. Fal. de pla. l. in fuga.

11 Vndecimo † quæritur, vtrum beneficium permutari possit cum hospitali? Et dicit Fed. ꝙ sic, si hospitale conferatur in beneficium clericis, similiter si sit commissum clerico nō in beneficium, sed in bono viro, quia non est titulus totaliter profanus, sed ecclesiasticus, nec vendi potest sine uitio simoniæ: non autē permutari potest, si sit concessum laicis.

12 Dvodecimo quæritur, quot requirantur vt licita sit permutatio huiusmodi? Et dicit Sum. Angel. ꝙ tria. Primo, ꝙ non interueniat pactio: Secundo, quòd non fiat sine authoritate superioris Tertiò, ꝙ non recompensetur temporale pro spirituali. Sed oportet addere quartò, ꝙ fiat ex causa spirituali, vt sup. §. 3. & talis causa est secundum S. Tho. vt melius seruiatur Deo quod etiam innuitur in d.c. quæsitum. & timor inimicorum, secundum Ioan. And. Et generaliter credo ita esse de omni cā, quæ non resoluitur in pecuniam, vel aliquid mensurabile pecunia.

13 Tertiodecimo † est autem sciendum ꝙ eximius Doc. Fed. de Sen. de hac materia tractatum fecit plurium quæstionum, quas diffusè Archid. refert in 3. parte, titu. 15. ad finem, & hic per conclusiones breuissimè colliguntur, probationibus pro maiori parte omissis, nec non multis quæstionibus in fine, de eo, ad quem spectat authoritas permutandi, de quibus videbitur ibi, si oportuerit, incipiendo ibi. Item si duo prælati collegiatarum ecclesiarum. ¶ Prima conclusio. Permutatio facta per ordinarium de beneficiis reseruatis per papam, non valet cum effectus: similiter nec si fiat per legatum habentem authoritatem permutandi. ¶ Secunda in duobus prædictis casibus, licet permutatio non valeat, valet tamen renunciatio facta causa permutationis, & ipsa permutatio venit facienda per papam, quod verum est, si reseruatio potuit verisimiliter sciri, vt, quia erat generalis in vna prouincia, & pluribus nota. Si uero fuit secreta, & particularis, potest allegari ignorantia, ideo relinquitur in optione permutantium, an velint ad sua beneficia redire, aut papam suis laboribus, & sumptibus adire, quādo potest fieri de facili, & sine grandi præiudicio. ¶ Tertia Si permutatio fiat per papam, vel alium ex speciali eius commissione de beneficiis certis, & expressis, sed reseruatis, non facta mentione de reseruatione, valet, aut non valet, sicut valeret, aut non valeret collatio facta per papam de eisdem: quę. s. valeret si reseruatio erat generalis, & plurimū, & notoria in curia, sic quòd verisimile est papam sciuisse. sicut in simili no. de const. c. 1. lib. 6. non valet autem non facta tali mentione, si erat particularis, & secreta: nisi contulisset ei, cuius cōtemplatione reseruauerat: vel nisi reseruasset in odium conferentium, quia utroque casu reseruationis causa non uiolatur. ¶ Quarta. Eo casu, quo renunciatio tenuit, sed non collatio, si permutantes credentes permutationem tenere administrant in beneficiis permutatis, deinde moriantur, & appareat collationem non tenuisse, ista beneficia non vacant per renunciationem, sed per mortem quod etiam tenet Io. And. in c. 1. eod. tit. Si vero hoc sciebant, vel scire debebant, & se in illis beneficiis intruserunt, non uacāt per mortem, aut renunciationem, sed per iuris priuationem. de præb. cum qui. lib. 6. secundum Lap. tamen dicit hoc esse verum in beneficiis, in quibus habet locum c. de multa. de præb. alias autem beneficium dolosi per renunciationem vacat. ¶ Quinta conclusio. Eo casu, quo permutatio sine culpa permutantis non tenuit, & licebat eis ad propria beneficia redire, licet hoc eis propria auctoritate non licebat, s̄m aliquos, sed opus sit noua collatione, vel institutione æquius tñ est, quòd sic, vt dicit Ioan. And. in c. beneficia. de præben. lib. 6. quia uitatur vacatio, & circuitus, & incommodum beneficiorum, nec debet grauari sumptibus, & laboribus iste, qui bonā fide, & forte ꝓꝓ vtilitatem beneficii permutabat. Et idem est si permu-

tatio

tatio erat completa ex vna parte: deinde apparuit impedimentum complerionis ex parte altera. ¶ Sexta, qui non hēt ius in beneficio: puta, quia simoniace adeptus est illud, vel alias sine titulo: si permutat, non acquirit ius in alio, non obstante, ꝙ ep̄s potuerit illi conferre, quia non contulit simpliciter, sed ex cā permutationis: quæ nulla fuit, cum non contrahatur dando rem alienam. ¶ Septima Cū ad vnā permutationem duo ep̄i habent interesse, vt quia duo beneficiaria duobus episcopis subsunt: tutius est secundum Ioā. And. omnia fieri simul. i. ambobus p̄sentibus, vel vno committente alteri, & nō ex interuallo: quia possent difficultates, & intricationes insurgere: quia eo ipso, ꝙ vnus renunciat, & ponit socium in possessione, vacat beneficium socij: tamē dic, quod tenet, q̄a illud p̄cessit ex cā p̄mutationis. ¶ Octaua. Habens duo beneficia, secundum Io. And. permutare potest cum habēte vnū: sed non est verum nisi interueniat authoritas Papæ, si ex eius dispensatione teneantur plura, trāsferendo dispensationē de persona ad personam, si vero dispensauerat ep̄s fiat per ep̄m. ¶ Nona habens solum ius ad beneficium cum habente beneficium, vel duo habentes ius tantum ad inuicem permutare non possunt, secundū Io. And. eod. tit. c I. lib. 6. ¶ Decima. Habens beneficiū secundum Io. And. in 6. & in cle. eod. ti. permutare potest cum hospitali, vel præstimonia, si hospitale, vel præstimonia concedatur clerico in beneficium, non laicis: sed, & si sit cōcessum bono viro, dicit Feder. se non videre quid prohibeat, licet non sit beneficium, titulus nō sit totaliter profanus, sed ecclesiasticus, non potens vendi sine vitio simoniæ, per no. in capi. consulere. de simo. Lap. tamē dicit hinc apparere prohibitum: quia permutatio nō permittitur tēporalium, & spiritualiū, aut beneficij ecclesiastici, ad non beneficiū ecclesiasticum: sed de spirituali, ad spirituale, aut temporalis ad temporale, vel beneficij, ad beneficium. ¶ Vndecima. Habens beneficium in commenda secundum formam cap. nemo deinceps. de ele. li. 6. forte permutare potest cū beneficiato: cū titulus sit canonicus, & non vacet interim, vt ibi: & forte eodem modo duo commendatarij parochiarum adinuicem: & similiter possent habentes beneficia manualia a q̄bus, s. possunt pro libito remoueri, etiam si soli beneficiati perpetui possint permutare, quia possūt nō reuocari. & hoc sufficit, si tamen p̄mutent authoritatē Papæ: possunt nihilominus reuocari vt prius: quia Papa interdicit vnum in locum alterius substituere. ¶ Duodecima. Si permutans habeat alia beneficia, non debet de eis facere mentionem secundū aliquos, & s̄m alios debet. Sed tu dic hoc debere facere, quando si superior hoc sciret, verisimiliter dubitatur an hoc faceret.

¶ PERPLEXITAS, vide sup. Dubium.

¶ PERSONATVS. sup. Dignitas, in princ.

¶ PERSONA miserabilis, sup. Miserabiles.

PERTINAX secundum Isid. in li. Etym. dr̄ qui est imprudenter tenens, quasi oīno tenax, quia in suo in proposito quasi ad victoriam perseuerat plusquā oportet. & opponitur perseueranti, secundum Tul. in Rhet. S. Th. 2. 2. q. 138. quia perseuerans stat quantum oportet: pertinax plusquam oportet: & mollis minus, quā oportet. Et est pertinacia mortale aliquando ratione scandali, iuxta dicēda infr. Scandalum aliquando ratione voliti, vt cum non vult quis obedire pertinaciter superiori, ubi tenetur in re notabili, aliquando ratione crediti, vt quia credit contra determinationem eorum, quibus credere tenetur: puta, ecclesiæ, vel scripturæ.

¶ PETITORIVM, & possessorium, vide supra Matrimonium 10 §. I.

DE PIGNORE.

1 *Pignus quot modis contrahitur.*
2 *Pignori quæ res obligari possint, & quæ non nu. 3.*
4 *Pignus factum ab aliquo de proprijs reb. quomodo intelligatur.*
5 *Pignus quandiu remaneat.*
6 *Pacta quæ prohibeantur in pignore.*
7 *Pignore an uti possit creditor.*
8 *Pignus pignori dare an possit creditor.*
9 *Pignus an possit præscribi.*
10 *Pignus qualiter uendatur, si non soluatur.*
11 *Pignoris fructus an debeant computari in sortem & nu. 12.*
13 *Expensas factas in pignore an repetat creditor.*
14 *Pignus si pereat, aut deterioretur, an teneatur creditor.*
15 *Pignus restituens famulo fugienti, an teneatur.*

PIGNVS, a pugno, dictum proprie est circa rem mobilem, quasi depugno, i. manu ad pugnū traditum, ff. de ver. sign. l. plebs. §. pignus generaliter tamen large loquendo s̄m Host. pignus est obligatio rei licitæ pro debito, facta ad securitatem. s. creditoris: quia tutius est pignori incumbere, quam agere in personam Insti. de obli. quæ ex delic. nas. §. furti. Vnde pignus ab hypotheca differt nomine: quia hypotheca dicitur ab hypo, i. sub, & theca posi

tio,

tio,quaſi res ſuppoſita creditori:differt etiam re:quia proprie pignus eſt de re mobili, vt dictum eſt,hypotheca vero proprie eſt obligatio rei immobilis.Inſt.de act.& obli.§.inter pignus.Vnde pignus dicitur, cum tranſit in creditorem, hypotheca vero quando non tranſit:quãtum ad actionem tamen non differunt d.§.inter pignus.

1 PRIMO † vero quæritur, quot modis contrahitur pignus?Et dicit Direct.li.2.quod duobus.ſ.tacitè,& expreſsè.Tacite autem fit multis modis, ſicut & ſunt multarũ perſonarum oĩa bona obligata.¶Primo enim obligata sũt bona prælati,ſeu miniſtri eccleſiæ:ipſi eccleſiæ pro mala adminiſtratione.ar.13.q.2.illud & tenet gl.& Pan.in c.ex literis de pign.¶ Secundo bona viri pro dote vxoris, vt ſu. Dos. §.12.& etiam pro paraphernalibus, & donatione propter nuptias,vt ſup Dos.§ 13.& parapherna.§.2. ¶ Tertio illius qui dotem promiſit ei, cui promiſit,C.de rei vxo.act.l. vnica, & dic.l.ex literis. ¶ Quarto contrahentis cum fiſco ipſi fiſco.C.in quib.cau.pig. tac.contra.l.prima,& 2 ¶Quinto tutoris pupillo, & curatoris minori pro offõ, aut,ſi non adminiſtrauerũt.C.in quib.cau.pig.tac.cõtra.l. ſi mater,& l.fi.C.de admi. tu.l.pro officio. ¶Sexto omnia bona conductoris inuecta,ſeu illata in ruſtico prædio dño ſciẽte pro penſione debita niſi inferantur ad tps, quamuis empta ſint ex fructuum pretio in quib.cauſ.pign.tac. cõtra.l. quamuis in vrbano non diſtinguitur an dominus ſciat,vel nõ.C.loc.l.certi.C.in quib. cau.pig.tac.contra.l.ſancimus.ff.in quib. cau. pig. vel hypo.con.l.ſi horreum.& l.hoc iure. ¶ Septimo patris filijs,pro aduentitijs,& pretijs eorum.C.de bon.quæ lib. l. cum oportet. ſed tamen non habetur malæ adminiſtrationis, vel ꝙ male verſatur ſit in dictis bonis cõtra partẽ.l.vl.& pen.ibidem.¶Octauo matris conualantis ad ſecundas nuptias filijs prioris matrimonij pro reſtitutione eorum, quæ a primo viro lucrata fuit. C. de ſecund. nupt.l. hac edictali.§.pen.& C.in quib. cau. pig. tac. contra l.ſi mater. ¶ Nono bona defuncti pro legatis, & fideicommiſſis.C.commu.de le.l.1. ¶Decimo bona primipilarij.i.primi in acie,fiſco,in caſu,quo fiſcus vxori præfertur:quia ſi bona mariti deficiunt,etiã in rebus dotalibus ſatisfiet.C.in quibus cau.tac. contra.l. ſatis & conſequenter multo fortius, ſm Direct. bona vxoris clerici erunt obligata ei ſi deficiũt bona mariti. ¶ Vndecimo bona conductoris vectigalium fiſco.l.ſemper.§. conductores.ff. de re.immun. ¶ Duodecimo contrahitur hypotheca in naui,ei qui dedit tantum ad reficiendam, vel armandam.l.interdum,ff.qui pot.in pig.habe. Secus,ſi dediſſet ad eam emendam: quia in ea non haberet hypothecam. Idem dicit de mutuante ad militiam emendam: quia in ea habet tacitam hypothecam,ſecundum Hoſt. in Sum. Aduertendum tamen eſt, ꝙ ex tacita hypotheca non poteſt conueniri poſſeſſor,niſi principali diſcuſſo, vt in authẽ. hoc ſi debitor,C.de pign.¶Expreſſa vero obligatio eſt triplex, ſ. conuentionalis, quæ,ſ. conuentione ſola conſtituitur.ff. de pig. act. l.1.& prætoria,quæ fit prætore iubente:puta, vt caueatur pro legatis, vel damno infecto, aut opere demoliendo,quæ conſtituitur permiſſionem in poſſeſſionem, non aliter.ff. de pig.act.l.non eſt mirum.§.ſciendum.& iudicialis, vt cum iudex iubet aliquem mitti in poſſeſſionem ex officio ſuo vt mandetur executioni ſua ſententia diffinitiua: pro quo primo capiuntur mobilia,ſecũdo im nobilia,tertio præuenitur ad nomina debitorum extra, de re iud.ca. cum aliquibus de quo etiam videtur tex.extra eo.lator vbi dicit Pan.quod ſi debitor hẽt vnde ſoluat,non debet incarcerari,ſed procedendum eſt per iudicẽ dicto ordine in bonis ſuis,vt habetur in l.a diuo Pio.ff. de re iud.multo fortius nõ debet extendi manus ad capturam perſonæ.pro quo text. cum gl.in l.3.§.tutores.ff.de ſuſpec. tu.& ibi etiam per Barto.Et concludit Pan. ꝙ pro debito ciuili non debet quis incarcerari regulariter, niſi prius cõdemnetur,& nolit cedere bonis, C.qui bo.ced.poſſ.l. 1. immo licet condemnatus primo faciat iudex executionem in bonis,vt ſup. fallit primo qñ eſt ſuſpectus de fuga,& dubitatur,an bona eius ſufficiant,vt no. in d.§.tutores, & ſecundo, ſi nondum venit dies ſolutionis,& debitor eſt ſuſpectus,de fuga,quia incarcerari põt,vt faciat creditorem tutum:puta, fideiuſſione,aut pignore, quod limita quando ſuſpicio fugæ accidit poſt contractum: ſecus ſi erat tempore contractus: quia tunc de ſe conqueratur. Tertio adde, quod fallunt etiam prædicta in ſcriptore obligato ad ſcribendum certum librum: quia ſuſpectus de fuga poteſt carceri tradit,vt promiſſum perficiat,etiam ſi non renunciaſſet beneficio ceſſionis bonorum,quaſi videãtur electa induſtria perſonæ,& non ſuccedat obligatio ad intereſſe.

2 SECVNDO † quæritur, quæ res pignori obligari poſſint? Et dico, quod obligari poſ-

possunt ẜm Host. res præsentes, & futuræ, vt
fructus pẽdẽtes, partus ancillarũ, fętus peco-
rũ, & ea q̃ nascent. ff. de pig. l. & q̃ nõdũ. & si-
militer res corporales, & incorporales: vt cau
tiones, & noĩa debitorũ. ff. eod l. cum conue-
nit: item seruitutes personales, & vsus, & vsus
fructus. ff. eo. l. si is, & seruitutes p̃diales, & ru
sticæ: vt, s. quãdiu pecunia soluta nõ sit, his ser
uitutib. creditor vtatur; & si intra certũ diem
non fuerit reddita creditori, vicino vendere
valeat. ff. eo. l. sed an viæ: vbi tñ caueto ab vsu
ra, quia conuentio pro tali vsu est feneratitia:
licet permiserit lex in d. l. sed an viæ. Vrbanæ,
aũt prædiorum seruitutes, seu earum materia
sic non dẽnt pignorari, ne ex varietate vsus.
vtentiũ ædificia destruant d. l. si is §. fin. Secus
de earum commoditate, vt. s. liceat creditori
ire, & agere d. l. sed an viæ. Et generaliter pi-
gnori obligari possũt, q̃cunq; ẽt p̃nt vẽdi; q̃d
quæ vẽdi nequeũt, pignori ẽt dari non p̃nt. ff.
q̃ res pig. dari pos. l. 1. §. eam rem. Quod tamẽ
fallit primo in his, de q̃b. §. sequ. & secundo in
rebus alienis, quę vẽdi p̃nt, ff. de cõtrah. emp.
l. rem alienã. non autem pignori dari. C. q̃ res
pign. da. pos. l. qui filios. Sed intellige, ꝙ aliena
vendi p̃nt, si sunt immobilia. alias secus, & de
hoc vide si placet gl. in d. l. rem alienam.

3 TERTIO † quæritur, quæ res pignori dari nõ
possunt? Et dico, ꝙ pignorari nõ possũt homi
nes liberi, etiam pro delicto. c. 2 eo. tit. & qui
de facto talẽ reciperet in pignus, secũdũ Pan.
in c. lator. extra eo. perdit debitum, & tantũ
dẽ soluere tenetur, & ille dẽt relaxari, in aut.
vt nulli iud. §. quia vero. de quo dic, vt ſ su. Ob
ses. §. 1. Nec ecclesiæ in authen. de alien. & em
phyteu. §. & quoniã. Nec monumẽta. C. q̃ res
pi. obl. pos. l. 3. Nec sacra vasa, vestimẽta, libri,
vel alia ornamenta ecclesiastica. l. sancimus,
C. de sacros. eccl. ff. quæ res pig. oblig. pos. l. 1.
extra eod. c. 1. nisi ecclesia habeat vasa super-
flua, & debitum vrgeat, nec aliunde ex rebus
mobilibus solui possit. 10. q. 2. hoc ius. vel nisi
in necessitate, vt est redemptio captiuorum,
sustentatio pauperum, & hm̃oi causæ necessa
riæ in quibus res ecclesiæ possent alienari ex
tra eo. c. 1. 12. q. 2. aurum. Nec ecclesiastici re-
ditus speciali conuẽtione possũt obligari, ẜm
Innoc. sed a iudice pro debito canonici, & ex
causa iudicati possent obligari. Nec generali-
ter res ecclesiæ d. §. quoniã. q̃a, licet bona ec-
clesiæ ꝑ obseruatione cõtractus a clericis ob
ligari possint in genere, specialis tamẽ obliga
tio p̃t, nisi cum solẽnitate, de qua sup. Aliena-
tio. vt no. Pan. in c. nullus presbyter de pig.

4 QVARTO † quæritur, quomodo intelligatur
pignus factum ab aliquo de proprijs rebus?
Et dico, ꝙ si obligauit res suas simpliciter, de
præsentib. & futuris sensisse præsumitur. C. q̃
res pig. obl. pos. l. fin. q̃a hic agitur de mõdico
præiudicio; secus si de magno, vt in confisca-
tione: q̃a nõ veniũt futura, vt sup. iurare. in fi.
intelligitur tamẽ exceptũ oẽm, ꝙ specialiter
obligaturus non erat, vt vestis, supellectilia,
& mancipia, quæ in vsu habebat, & similia. C.
quæ res pig. obl. pos. lib. 1. & l. obligatione. cũ
seq. ff. de pig. Iura aũt, & actiones bene intelli
guntur obligata. C. de sent. pas. l. si ademptis.
& l. casus. Si vero dixit, mobilia, & immobi-
lia, & se mouentia, non ob hoc intelliguntur
actiones, & noĩa, seu credita. C. de præt. pig.
Et idem dicendũ de his, qui offerunt ecclesiæ
omnia bona sua. Qui etiam obligat instrã, de
agris, & omnibus ibi contentis sensisse vr̃. C.
quæ res pig. obli. pos. l. 2. De his actionibus, &
nominibus. vide supra Alienatio. §. 8.

5 QVINTO † quæritur, quantum maneat pi-
gnus? Et dicit Dir. quod quamdiu etiam vnus
denarius remanet ad soluẽdum. C. de dis. pig.
l. q̃diu. ꝙ tamen fallit in vestimento, aut coo-
pertorio quolibet necessario de die, vel de no
cte: ꝙ ante solis occasũ reddẽdũ est, Exod. 22.

6 SEXTO † quæritur, quæ pacta prohibeantur
in pignore? Et dico, ꝙ omne pactum turpe, im
possibile, illicitum, & pactum legis commisso
riæ. de quo su. pactũ. §. 14. & est illud quo de-
bitor obligat se pignus dare in solutum. ff. de
sol. l. Calipodius. & illud, quo aliqui paciscun-
tur ne pignus redimatur in ꝑpetuũ, vel ante
diem sibi præfixã. arg. c. precariũ. de preca. &
illud, quo non licet creditori pignus vendere
post interpellationẽ debitoris. l. si creditor. §.
vlt. ff. de dist. pig. & de his dr̃ in c. significante.
eo. ti. & illud, quo debitore non soluente die
præfixa ex tũc creditor habeat pignus in feu
dũ, quod nõ valet: quia fieret fraus legi, vt in
const. Fed. de feu. dar. in vicem leg. commisso.
& de his sup. Pactũ. §. 4. Valet autem pactum,
ꝙ amissio pignoris, quocunque casu, liberet
debitorem. C. de pig. act. l. quæ fortuitis.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum creditor possit
vti pignore obligato sine vsura? Et dicit San.
Th. 2. 2. q. 78. quod si vsus eius pecunia æstima
ri potest, debet vsus eius computare in æsti-
mationem eius, quod mutuauit: alioquin idẽ
esset, ac si pecuniam acciperet pro mutuo,
quod est vsura: nisi esset talis res, cuius vsus
inter amicos sine pretio concedi solet, vt pa-
tet de libro cõmodato. Sed intellige, secundũ

Pan.in ca.1.de depo.quod est vsura,si volũtas domini interuenit.de vsur.c.1. Si vero domini voluntas non interuenit, est furtum. ff. de fur.l.si pignore:nisi verisimiliter crederet dominium permissurum,vt no.in c. dudum.el 2. de elect.& Institu.de oblig.quæ ex quasi deli. nascuntur.§.placuit.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum creditor possit pignus pignori dare? Et dico,qđ sic.C.si pig. pign.da.sit.l.1.quod Spec.dicit verum solum vsque ad tres vices.Sed verius dicit Ang.in d. l.1.ꝙ vsque ad mille vices: quia ius quæsitum a creditore in pignore,est reale, & trãsitoriũ de persona ad personam in mille manus, arg. text.ibi. Sed si alius, cuius res pignorata fuit secundo alteri vendiderit,qui fortè se absentauit. Spec. dat remedium primo debitori ad consequendam rem suam,vt agat contra primum creditorem,sed ille liberabitur credendo sibi actionẽ cõtra eũ,cui legitimè pignorauit:& sic alius respectu tertij,&c. Et nota, qđ p̃t pignorari pignus vsurarijs nostri tp̃is,q̃ habent ex priuilegio, ꝙ post annũ lucrantur ipsum:& si perditur,damnum erit debitoris:q̃a quod fit lege permittente,non meretur pęnã. l.Graccus.C.de adul.quod limitat primo,si pignorauit pro quantitate debita præcisè: & secundo pro necessitate, vel vtilitate sua: quia pro alio respectu non licet sub vsuris accipere,& tertio si hoc notificatum est debitori.

9 NONO † quæritur,vtrum creditor possit pignus præscribere?Et dico,quod non vllo tempore.l.pignori rem acceptam.ff.de vsucap.

10 DECIMO † quæritur, vtrum creditor possit vendere pignus,si ei non soluitur? Et dico secundum Rayn.ꝙ sic pactum fuit,quod vendere posset certo tp̃e,modo personæ,vel p̃tio, debet prius denuntiare creditori, & postea vendere poterit s̃m formam conuentam,aliter non. si vero pactum fuit de non vendẽdo, vendere non poterit,nisi post trinam denuntiationem, triduo inter duas earum interueniente.ff.de pig.act.l.si conuenerit.de destrahendo.& si non soluerit, postea vendere poterit alias vendendo ante teneretur furti. ¶Si vero pactum factum fuit, sufficit vna denuntiatio:& postea elapso biennio vendere poterit.Probantur hæc.ff. de pig.act.l. si cõuenit. C.de iur.do.impe.l.fi.Si autem creditor vendito pignore bona fide minus accepit, quam sit debitum suum residuum,repetet a debitore:si autem vendidit plus debito,de illo pluri tenetur debitori.C.de iure dot.l.vlt.

11 VNDECIMO † quæritur, vtrum creditor teneatur fructus pignoris computare in sortẽ? Et dico, quod sic: tam quos percepit, q̃ quos potuit percipere,& ex sua negligentia non p̃cepit,& quod superest restituere debitori,s̃m gl.in c.cum contra.eod.ti.& sequitur Pan.ibi, & Io.An.in c.1.& 2.de vsu.sed Ho. contrariũ sensit,quo ad percipiendos,s.quod non teneatur,nisi fuerit in dolo, vel lata culpa: q̃a erat domus solita locari, vel erat qui quærebat eã conducere:& idem dom.Ant.se verior est opinio Cal.s.quod si satisfactum est sorti,tenetur etiam de percipiendis: quia est malæ fidei possessor in non restituendo rem. Si vero sorti nondum satisfactum est,non tenetur, quod limita,nisi sit in dolo,vel lata culpa,& sic limita,& conc.l.1.& 2.de pig.act.& Doc. Et si creditor est paratus computare fructus in sortẽ, sed petit residuum debiti,s̃m Rayn.potest pecuniam mutuatam per actionem personalem petere.C.de pig.l.q̃uis,& l.distractus. Itẽ põt pignus alteri pignorare. C. si pig.pignori.l.1. & 2.De hac m̃ria vide inf.Vsura 3.per totum.

12 DVODECIMO † quæritur, quam pensionem soluet creditor pro domo pignorata?Et dicit Spe. quod solum ad illam quantitatem, quam inde creditor præstitisset.l. in summa §.in frumento.ff.de cond.ind.Pan.vero in d.c. cũ contra.distinguit: quia si fuit simpliciter pignorata,ad eam pensionem tenetur:quia communiter inuenitur a quocunque alio. Si vero actũ fuit vt illa soluatur,quæ placet,verum est qđ dicit Spe. quod verum intellige in aliquo modico, non in aliquo notabili: quia est aliquid accipere vltra sortem.Nec obst.§.in frumento: quia loquitur quando per errorem limitatio facta fuit: quia tunc non obligatur creditor,nisi inquantum fuit factus locupletior.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, vtrum possit creditor repetere expensas factas in pignore?Et dico s̃m Ray.quod sic,circa fructus colligendos, & etiam circa pignus, si fecit bona fide,nisi sint immoderatæ.l.si seruos.ff. de pig. act.& arg.in l.in fundo.ff. de rei vendit. quod Bern.in c.1.de vsu.intelligit quo ad expensas necessarias, non quo ad voluntarias. Sed tu dic,quod etiam quo ad vtiles modo non sunt immoderatæ, vt no.gl.in l.creditor.la 2.C.de pig.act.tex.est in d.l.si seruos.

14 DECIMOQVARTO † quæritur,quid si pignus perijt,aut deterioratum est?Et dico,quod tenetur creditor de dolo,& lata, ac leui culpa, secundum gl.in l.si creditor.C.de pi.act.text. Inst.qui.mo.re.con.obl.§.fi.ff.de pig.ac.l.si cũ venderet.in fin.non autẽ tenetur de leuissima

nec

nec de casu fortuito: nisi ex pacto, vel mora.

25 QVINTODECIMO † quæritur, vtrum is, q̃ pignus remittit, vel bidellus restituens librū sibi assignatus socio consueto, vel famulo illius, cuius est teneatur, si is, cui dedit, egit infideliter? Et dicit Pan. in c. fi. de furt. ꝙ non, ar. l. eum, qui & l. argentum. ff. com. & facit cap. significante, eo. tit. & sequitur Bar. in l. si quis vxor. §. apud Labeonē. ff. de fur. idem dicit si eū assignauit deferēti aliquod signū illius cuius erat, & facit d. c. significante cum ibi not. Non est tamen credēdum de facili tali signo, si res est pretiosa, arg. cap. 1. & 2. de fide instr.

PIRATA est omnis, qui prædatur in mari, iter in anno excommunicatur ab ore summi pontificis, cum omnibus receptatoribus, dantibus eis auxilium, consilium, vel fauorē vt no. Io. And. & do. Ant. in c. ex communicationi. de rapto. Vide sup. Excommunicatio 7. excommunicatione 20. per totum & ibi, quis proprie dicatur pirata.

PISCARI, siue piscatio, secundum S. Tho. sicut & venatio, & aucupium, sunt a natura, & consequenter de se licita. 1. qu. 96. ar. 1. 2. 2. q. 64. artic. 1. contra. 3. 22. Est autem illicita piscatio in maioribus solennitatibus in dominicis uero, uel inferioribus licet solum ex causa vrgente, & cum licentia, & tunc fiat portio pauperibus, de fer. licet Causa autem vrgens est, vt vrībi lucrum fortuitum statim periturum, ut quia apparent halecia, & hmōi, & a fortiori fames. Sed ista intelligo, qn̄ intentio est principaliter ad lucrū, secus causa recreationis, quia nec licentia, nec alia urgens causa requiritur. In fluminibus autē publicis & perpetuis, vt est Rhenus, & Padus, piscatio licet: nec aliquis hoc potest prohibere, secūdū Ioa. de Pla. Inst. de re. diu. §. flumina similiter nec applicationem nauium ad portum, & ligationem ad lapides, uel arbore existentes in ripa. Licet aūt ripæ, & arbores sint publicę quo ad vsum, siue in cōi usu, proprietas tamē earum est eorum quorū sunt prædia, quibus adhærent, ideoq; si concurrat nauta, uel piscator uolens ad arborem nauē ligare, uel siccare retia, & dn̄s uolēs arborē præscinderē, ꝓfertur dn̄s, qa nulli proprium ius detrahendum est. Si uero concurrant duo non dn̄i, quorum vnus publicam, reliquus priuatam vtilitatem prætendit, ꝓfertur primus. Si vero vterq; ꝓtēdit publicam, vel vterque priuatam, præfert qui primo occupauit, sm̄ Ia. But. & si uterque pariter occupauit, locus est gratificationi, vel forti, sicut dicit glo. de plaustris inuicem obuiantibus in uia arcta, dum quærit quis retrocedet. ff. ne quid in loco pub. l. 1. §. hoc interdum. Vide etiam inf. venatio.

PLACERE velle hominis, est bonum, aut malum, mortale, aut ueniale, secundum finem intentum, & media intenta, & circunstantias actuum, de quibus generalis regula dari non potest. Vide sup. Adulatio.

POLLICITATIO est solius offerentis promissio, ff. de poll. l. 3. ut quando consensus eius, cui fit promissio non extat acceptans, & differt à stipulatione, & pacto, ꝙ est duorum consensus, atque conuentio, pollicitatio est vnius tantum; transit tamen in pactum, quando is, cui quis pollicetur per nuntium, vel literas acceptat, quia ibi est duorum consensus, l. pactum. ff. de poll. & sup. Pactum. in prin. Vide gl. in cl. Romani. de iureiur. & Pan. in c. cū iuro, de homic. Et aduerte pro claro intellectū, ꝙ de ratione pollicitationis est, quod adsit tantū vnus consensus, de ratione uero pacti sūt duo, sed quia cōsensus est duplex, s. expressus, & tacitus, ideo pollicitatio proprie fit absenti, qui non consentit, nisi ex interuallo, si autem fiat p̄nti & tacēti, dicunt Legistæ, ꝙ est proprie pactum. Sed intellige tacitè, quia vnus consensus est tacitus, est vero pollicitatio expressè, quia vnus tantū cōsensus exprimitur. Vide quæ refert Bertachi. Vtrū autē q̃s obligetur ex pollicitatione? Et dico, ꝙ sic, qn̄ pollicetur ciuitati, uniuersitati, clero, ecclesię vel pauperib. alicuius loci, & ex causa, puta, ad honorem Dei, & huiusmodi, secus si fiat p̄dictis sine causa, vel aliis a prædictis etiam cū causa, quia non obligatur, nisi prætextu promissionis aliquid ceperit, ff. de pollic. l. 1. §. 1. & intelligo etiam si adsit pactum tacitum. Facit glo. in cap. scimus 12. q. 1. quæ dicit, quod ex pollicitatione facta Deo potest quis cōueniri. & c. ex parte. de censi. Vide Pan. in proœmio Decretalium, & in d. c. ex parte. & infra Votum quarto, q. 7. partic. 4.

POLLVTIO nocturna, utrum communionem impediat, & vnde veniat, uide supr. Eucharistia 3. §. 10. vtrum autem si in uigilia terminetur, sit peccatum: dicit S. Thom. in 4. dist. 9. ꝙ meritum & demeritum in eo magis iudicatur secundum principium, quod est in dormiendo, quia corporalis motus non pertinet ad meritum uel demeritum, nisi secundū, quod a uoluntate causatur: ex quo aūt est excitatus in dormiēdo, non subiacet uolūtati vigilantis; qui etiam non reputatur euigilasse quousque vsum liberi arbitrii recuperauerit

perfectè, posset tamen in ipsa plenaria euigilatione peccatum cõtingere, si adsit cõplacẽtia propter delectationem, quod erit veniale, si sit ex subreptione: mortale verò si ex deliberato consensu, præcipue cum appetitu futuri, licet postplacentia non faciat præteritam polutionem esse peccatum, si vero placeat propter alleuiationem naturæ, non creditur peccatũ. Et idem Sum. Conf. Ex quibus bene consideratis, apparet, pollutio est peccatum solum duobus modis: primo si procuretur: secundo si placeat ad uoluptatem. Vnde patet, ꝙ complacentia pollutionis in somnis propter alleuiationem naturæ, aut mitigationem carnalium motuum sine procuratione nõ est pecaum; sed operari directe ut eueniat puta, comedendo calida tali fine est mortale: secus si non intenditur, sed si ꝗd tale fiat ꝑꝑ gulositatẽ, aut aliã cãm, cum dubio tñ secuturæ pollutionis quia esset ueniale solum. In vigilia aũt aliquãdo est sine peccato, vt in patiẽtibus fluxum seminis: aliqñ cũ veniali, vt qñ præter uoluntatem euenit, etiam si præcedat ex aliquo peccato veniali, puta, cogitatione non morosa, aliqñ cũ mortali, vt qñ procuratur, aut venit peccato mortali actualiter illi coniunctio, aut deliberate ex uolũtate placet.

POPVLVS ex decem hominibus constat. x. q.3. vnio. in gl. sicut duo faciunt congregationem. de ele. c.1. & tres collegium. ff. de ver. sign. l. Neratius. & tamen in vno retinetur. ff. quod cuius. vni. l. sicut de quo vide glos. in c.1. de postu. præla. quæ dicit ius vniuersitatis remanere posse in vno solo, omnibus aliis mortuis, vel priuatis. gl. tamen dicit, quod collegium non remanet in uno quia deficit uocis significatum, sed ius collegii: decem autem, vel quindecim faciunt turbam, ff. vi bono. rapto. l. prætor. la 2. quatuor quoque vel quinque porci, vel decem oues gregem faciunt. ff. de abigeis. l. oues. Ex quibus secundum Ioan. Andr. in Sum. Confess. infertur, quod scandalizatur populus, quando decem graues, & honesti de populo scandalizantur, licet in populo sint etiam mille.

¶PORTIO canonica. Vide infr. Canonica portio.

POSSESSIO sumitur materialiter ꝓ re possessa, & formaliter ac proprie, & sic secũdum Host. in Sum. & Azo. C. de acqu. & retin. pos. est corporalis rei detentio, corporis, & animi & iuris adminiculo cõcurrente: vel est ius, quo quis rem corporalem uere in potestate habet. Dr̃ aũt primo corporalis rei quia in corporalia, ut iura, & seruitutes, quasi possideri dicuntur, & quasi tradi per patientiam, & vsum: sed cum nõ possint corporaliter apprehendi, non possidentur proprie. de foro cõp. cõquestus. in gl. ff. de vsuc. l. sequitur. §. si vnica. ff. de acq. pos. l.3. & tamen præscribuntur, de caus. poss. cum ecclesia. Dicitur secundo detentio, quia possessio dr̃ quasi pedum sessio, & acquiritur corpore interueniente, seu corporali. Dr̃ tertio corporis, quia oportet cõcurrere actũ corporis, corpore, s. adipiscendo, vel saltem oculis: sufficit. n. aliquando visus & animi affectus cũ uoluntate tradentis. Dr̃ quarto animi: quia nec per se corpore, nec per se animo possidetur. Dicitur quinto iuris, &c. quia sine iure nõ est possessio, i. proprie, sed iniusta detentio. Sed intellige iuris, veri, vel præsumpti alioquin non præscriberetur alienũ. Possidere aũt dr̃ quis de iure tantum, & de facto tantum, & vtroque modo. de concess. præben. cũ nostris. vbi multa not. Et de iure possidere dicitur quis primo naturaliter, ut cum est in re, vel eius parte; vel saltem v det rẽ in suo conspectu, vel partem eius, ſm Azonem in Sum. Sed intellige, videt, primo quasi astãs factis, aut verbis defensurus rem, sibi si quis obstiterit: & secundo ciuiliter, ut, cum quis nec est in re, nec res in conspectu eius, sed possessionem solo animo habet, & rem de iure retinet, intellige de iure vero, vel præsumpto, non de uero tantum, alias nullus præscriberet rem alienam, ut dictum est. Et tertio præcario, & multis aliis modis.

¶POSSESSOR bonæ, & malæ fidei quis dicatur inf. Restitutio 3. §.9. Quomodo autem teneatur restituere si sit bonæ, sup. Fructus. §. si vero sit malæ. inf. Restitutio. 3. §.9.

¶POSIBILE, su. Imposibile, & su. Facere.

POSTLIMINIVM est ius, quo restituitur alicui res vsucapta, vel præscripta, quam prõpter captiuitatem, vel seruitutem amiserat, à qua. s. reuersus est 16. q.3. c.2. ff. de ca. & post. l. postliminium. sup. Bellum in prin.

De postulatione prælatorum.

Postulan-

10 *Postulantes scienter indignum, quam pœnam incurrant.*

11 *Postulatus ad aliam ecclesiam quid respondere debeat.*

1 POSTVLATIO † sumi potest dupliciter, s. primo, secundum suum commune significatum: & sic est verum, quod dicit Gof. ꝙ est gratiæ petitio, & secundo iuridicè: & hoc interdum dupliciter: vno modo, vt postulatio est vocatio: & de hac sup. Aduocare alio modo, vt postulatio est vnus ex modis prouidendi ecclesiæ vacanti: & sic secũdum Host. est alicuius personæ, q̃ eligi prohibetur, non ꝑꝑ vitium, sed ꝑꝑ defectũ: qui tamen non omnino inhabilem reddit ad prouidendum ecclesiæ concors, & certa capituli petitio. Et sic diffinit Sum. Cõf. & Pis. & Arch. & Supp. intelligẽdo concors saltem quantum ad duas partes capituli: & certa, quia vnus tantum debet postulari propriè, licet nominentur multi, secũdum aliquos. Vel ideo dicetur certa, quia nõ cõpromittitur sed aliqua, vel aliquæ personæ certæ postulantur. Sed Sum. Ang. & Ros. definiunt secundum Pan. in rub. extra eo. quod est gratiæ petitio a superiori facta de promouẽdo aliquem ad prælationem, ad quam de iure communi, ꝑꝑ aliquẽ defectum, vel aliud impedimentum eligi, seu promoueri nõ potest. Sed ista diffinitio stare non põt: quia si diffinitur postulatio communiter ad licitam, vel illicitam, siue ad eam, q̃ fit de iure, & q̃ de facto, malè fit mentio de impedimento eligendi: cum quilibet possit postulari de facto: & sic non conuenit omni diffinitio. Si vero diffinitur iuridica diffinitio, conuenit postulationi factæ de vitioso, & sic conuenit alij a diffinito: nec valet dicere, ꝙ intelligitur de defectu, q̃ non est peccatũ, vt dicit Sum. Ang. q̃a subditur, vel aliud impedimentũ. ¶ Primo vero q̃ritur, quotuplex est postulatio? Et dicit Pan. in c. quia ꝑꝑ. de elec. & in c. 1. ext. eod. quod est duplex: vna, s. non solemnis, ꝑ cuius admissionem non acquiritur postulato ius prælaturæ, sed habilitas, vt eligi possit. Vel dic tu, vt possit consentire, vt ea, quæ porrigitur ei, q̃ sup impedimento postulati dispensare nõ potest, requiritur tñ eius consensus in promotione ratione sui interesse; sicut, si Canonici postulent filium familias a patre, vel ab abbate, vt eis concedat monachum eligẽdum in episcopum, qui sine eius licentia consentire non potest, vt in c. si religiosus. de elec. lib. 6. Alia vero solẽnis, per cuius admissionem dictum ius acquiritur: quæ s. porrigitur ei, qui potest sup omni impedimento postulati dispensare.

2 SECVNDO † quæritur, quæ requirantur ad postulationem? Et dico multa. ¶ Primũ vt fiat ab his, qui postulare possunt, & secũdo vt fiat ab eo, seu porrigatur illi, a quo admitti põt: & tertio, vt fiat de eo, qui promoueri posset ab eo, qui debet admittere, quæ tria sunt de substantia solemnis, et non solemnis: quarto, ꝙ sit concors. i. ab omnibus, vel a duabus partibus, quod idem est, ac si esset ab omnibus, ꝙ requiritur, vt facile admittatur. de elect. scriptum, aliter secundũ Host. non facit iniuriam superior non admittens. c. bonæ. el 2. de elec. aliter sic. ff. de aqua quo. & est. l. 1 §. pe. Pan. tñ in d. c. bonæ. el 1. tenet, ꝙ sufficit maior pars; & idẽ Gof. & est mẽs Host. & sic patet, ꝙ hoc quartum est de bene esse in vtraque, non de necessitate. Quinto si sit solemnis, ꝙ seruetur forma c. quia ꝑꝑ. de elect. secundũ Pan. ibi, vt scilicet procedatur per formam scrutinij, & cũ alijs requisitis, de quibus sup. Electio 2. §. 10. ꝙ Arch. dicit tutius, sed non requiri necessario: & hoc tene: quia si esset necesse formare decretũ, & hmõi non esset ratio, & possent resilire postulãtes formato decreto, sicut nec in electione, aut in nominatione facta in scrutinio electionis: vnde hoc est proprium in electione: arg. d. ca. quia propter. In postulatione autem sufficit, quod vota duarum partium capituli, vel maioris partis dirigantur in superiorem. Si tamen postulatio fieret in scrutinio electionis, dico idem esse, sicut & de nominatione, ita quod non potest resiliri a postulato, licet possint alij postulari.

3 TERTIO † quæritur, quis possit, vel non possit postulari? Et dico multa. ¶ Primum, secundum Host. postulari non potest in prælatum criminosus: puta, periurus, homicida, vel inobediens, sicut nec eligi. ext. eod. c. 1. quod Archi. intelligit de periuro per sententiam, non in communi sermone, vel alias non notorio: de inobediente contumaciter, qui non paret sententijs suorum ꝑlatorũ. Nec nõ professus tacitè, vel expresè in prælatum regularẽ. de elect. cum causam. & c. cum ad nostram nisi necessitate instante: quia tunc posset, modo in regula sit cõpetẽter instructus: sicut colligitur extra, de elect. c. cũ monasterium. & c. officij. Nec epilepticus, de elect. cum inter. nisi fortè sit liberatus iam per annum. 33. distinc. cõiter. quo tamen vide supra. Corpore vitiatus. §. 8. Nec mutilatus. de cor. viti. exposuisti. de quo, & de multis alijs corpore vitiatis, sup. eo. tit. Nec bigamus, vel irregularis: quia hmõi sunt omni

omnino inhabiles. Adde,ꝙ nec is,qui de iure posset eligi,& si aliqui postulent, talem nō faciunt,ſm Pan.in rub.extra eo.quia debēt prouidere ecclesiæ de meliori,& meliori modo, quo possunt.¶Secundum.Potest autem postulari is, cuius defectus est talis, quod licet non posset eligi tamen non est omnino inhabilis ad prælaturam: vt, si defectus sit in ætate extra,de elect.cum nobis olim.§.vlt.& penul.& similiter si sit in ordinibus:quia ad omnes dignitates habentes curam postulandus est,qui non est in sacris:de elect. dudum.el 1.de ætat. & qual.multis.& si sit in natalibus.de elec.innotuit. & si sit ex hoc, qđ quis est episcopus, ext.eo.c.fi.Vnde si talis eligeretur,non valeret,vt ibi:& similiter si defectus non sit in ꝑsona,sed extra:puta,si quis est ineligibilis hic & nunc per accidens, ex hoc, ꝙ iam alius est electus:quia omnis talis ex consuetudine practicata postulatur.¶Tertium. Secundum Ber. extra,de elec.etsi vnanimiter.licet clerici nō possint dimittere ecclesias suas sine consensu eporum suorum , nihilominus eligi possent, siue in sua,siue in aliena diœcesi.de elec.cum inter.& no.gl in ca.innotuit.de renun.addens ꝙ si eps malitiose licentiam negauerit compellēdus erit per superiorem.de iu.pa.nullus. ¶Quartum. Licet hactenus de religioso fuerint diuersæ opiniones , hodie tñ indistinctè tenetur,ꝙ siue in suo monasterio, siue extra, siue ēt ad episcopalē dignitatem debet eligi, vt no.Io.And.de elect.nullus.lib.6.sed tamen vt ibi dicit,post electionē postulabitur: quia sine superioris licentia consentire nō potest. Et idem intelligo in priori casu. ¶Quintum. Cardinales,sicut & episcopi, non eliguntur, sed postulantur,secundum Pan.in ca.bonæ.el 1.extra eo. quia sunt alligati ecclesiæ Romanæ.& idem Hostien.licet Alber.& Ægi.tenuerint contrarium.Quomodo autē perdat priora beneficia.Vide eundem Pano.in c.ecclesia. el 2.de elect.De hac tamen materia,Pan.in c. fin.extra eod.diffusè vt quomodo possit eligi episcopus,qui renuntiauit,& qui non est confirmatus,& multis huiusmodi.

4 QVARTO†quæritur , quis possit postulare? Et dico secundum Hostiē.quod omnis, qui & eligere:extra eo.bonæ.el 2.de elect. innotuit. & debent sic concludere, vt Papa dignetur præbere pium assensum.

5 QVINTO†quæritur , a quo debeat quis postulari?Et dico ex mente Docto.maximè Pan. in ca.fi.extra eo.post gl.quod,si quis postulatur in episcopum ad Papā pertinet postulationem admittere: si vero postulatur ad inferiores dignitates,vel ecclesias,ab eo postulandū est , ad quem pertinet postulationis admissio modo cōcurrant duo.Primum,quod talis possit dispensare super defectum postulati in ordine ad talem dignitatem.Vnde si quis viginti annorum postuletur ad dignitatem sine cura ab episcopo postulabitur:si cum cura a Papa. Et similiter si Canonici postulent in Archidiaconum aliquē habentem vigintiocto annos: quia super isto defectu non potest episcopus dispensare.de æta.& qual.c.vnico,li.6. Secundū:ꝙ iste,ad quē spectat cōfirmatio,sit episcopus:qa ſm Inn.in c.2.de eo qui fur.or.re.inferiores prælati dispensare non possunt, nisi in casibus eis specificè permissis. Si tamen esset defectus, qui non esset in persona,sed per accidens euenit : vt quia alius electus est , ab eo potest postulari, qui hoc impedimentum remouere potest electione cassata.

6 SEXTO† quæritur , quis sit effectus postulationis?Et quidam dicunt,effectum esse, ꝙ admittitur,confirmari pōt, ac si esset electio. ꝑ ca.monasterium.de elec. sed istum sensum excludit ibi gl. Alij vero dicunt, ꝙ effectus eius est habilitatio ad posse eligi,quē sensum Pan. in c.1.extra eo.excludit loquens, vt videtur, de postulatione solemni: quia ecclesia Romana seruat,vt si admittatur, nulla alia indigeat electione: sed nec in non solemni est verum : quia vt patuit.§.3.par.4.religiosus potest primo peti, deinde postulari. Et ideo dico effectum esse,ſm Pan. vbi sup.ꝙ si postulatio admittatur,postulatus consequitur ius,ac si fuisset electus , & confirmatus: nec indiget alia confirmatione,vel erectione,quod probatus extra eo.c.2. Quod intellige in postulatione solem.in alia autem effectus est , vt possit postulatus eligi,vel electus confirmari.

7 SEPTIMO† quæritur,vtrum per postulationem acquiratur aliquod ius postulato? Et no. Pan.in c.postulationem. extra eod.ꝙ quando postulatio non est concorditer facta saltem a duabus partibus,seu agitur contra eam de aliquo cōtempto,per eam ēt ꝑsētatam superiori nullum ius acquiritur postulato, vel alteri: & eam potest superior sine cuiusquam præiudicio reijcere:& consequenter eā admittēdo iniuriam non facit. Sed quādo postulatio fit ꝑꝑ vtilitatem, seu necessitatem ecclesiæ, & concorditer saltē a duabus partib.collegij, reijci non pōt sine iniuria postulantium,& ecclesię in quā facta est,vt no.in ca.bonæ. el 1.eod.tit. & per Io.Andr.in c.cum monasteriū.de elec.

Et

Et hoc caſu ſm Hoſt.vt refert Sup.acquiritur ius poſtulantibus,adeo ꝙ petere poſſunt confirmationem,ar.de elect. cum monaſterium. ſed non acquiritur ius Poſtulato, niſi fuerit poſtulatio pręſentata:quia tunc ei ius acquiritur, non tamen aget ipſe, ne præſumptuoſe ſe ingerere videatur, verum in modo denũciationis forte admittetur,propter vtilitatem eccleſiæ,ar.c.publicato.de ele.imo hoc caſu poſtulatus præfertur electo.de elect.ſcriptũ,niſi poſtulatus eſſet minus idoneus.de ele. dudũ, el 1.§.fi.& d.c.ſcriptum. Secus ſi vnus de duabus partibus deficit,vel cauſa non ſubeſt, q̃a præfertur electus:vt in d.c.ſcriptum.Vel dic melius tu,quod etiam ea præſentata non acqritur ius poſtulatio, quia eſt inhabilis. Et hoc eſt de mente Pan. ut patet §.ſeq. Si uero non ſit facta ex concordia ſaltem duarũ partium, ſed ſit facta ex cauſa,pendet a gratia ſpeciali. extra eo poſtulationẽ & ca. bonæ memoriæ. & conſequẽter nulli ius acquiritur. Et diſtinctio trimembris colligitur a Panormitano, quantum ad primum membrum:quantum ad ſecundum ab eodem,& hoſtien.quantum ad tertium,a Ioã.And. qui tamen in ſexto aliter diſtinguit,ſed non uidetur diuidere ſufficienter ſecundum artem dialecticæ.

8 Octavo † quæritur vtrum,poſtulantes poſſint a poſtulatione reſilire alium eligendo, vel poſtulando? Et dicit Pan. in c. bonæ.el 2. extra eo.quod nõ,poſtq̃ eſt Romano pontifici præſentata:& idem ſecundum alios poſtq̃ præſentata eſt alteri ſuperiori,qui poteſt illã admittere, quod eidem Panormit. placet ex identitate rationis,ne, ſ.contrarium agendo, videãtur illudere ſuperiori. Ex quo infertur a contrario ſenſu, quòd ante præſentationẽ, ẽt poſt publicationẽ ſcrutinii,variare poſſunt ẽt inuito poſtulato,adeo quod ſecũdum Inn. & communiter Doct.poteſt reuocari nũcius antequam præſentet,imo ea præſentata,ſecũdum Hoſt.& idem Pan.ſi concordauerint poſtulantes & ſuperior, admittitur variatio nõ obſtante contradictione poſtulati. Et ratio eſt, q̃a ꝙ nõ poſſet fieri variatio,erat propter admittentem ſuperiorem non ꝓ poſtulatũ.

9 Nono † quæritur, an poſtulatus poſſit repetere expenſas, quas fecit conſenſu poſtulantium,ſi illi poſtmodum variauerunt? Et Dire.li.2.dicit primò,quòd ſic,quia mutare non potuerunt in alterius præiudiciũ,ut in regula,mutare.de regu.lib.6.Et dicit hoc tenere Pet.de Sap.extra eo.c.penul.& Ioã. 61.diſt.§. ſed aliud.Dicit ſecundò, quod, ſi propter poſtulationem fecerunt illum ordinari,tenẽtur ei ad intereſſe,& poſt eos conuenire,vt ei ꝓuideant de beneficio conueniẽti, de iure pat. paſtoralis.Et videtur hoc ſentire gl.extra eo. bonæ,el 1.Sed primum eſt falſum, ſecundum Inn.& communiter Doct.quia,cum nõ haberet ius.fecit illas expenſas non ſine nota ambitionis.Et ex hoc infertur, quod exponens ſimoniacè,vt aſſequereris beneficiũ, non põt a te repetere,quia iniuſte expoſuit, nec haberet actionem mandati, ſi mandaſſes, quia ex turpi mandato non oritur actio. ut in l. remunerandi. §. rei turpis. ff. manda. vide de hoc primo in c.cupiẽtes.de ele.lib.6.Similiter ſecundum non placet Pan.quia c.paſtoralis.loquitur in præſentato a patrono,cui ex præſẽtatione ius acquiritur non autẽ in poſtulato cui nullum ius acquiritur. Põt tamen eſſe verum,ſi eum fecerunt ordinari,ut eligerent,& eo ordinato elegerunt alium, quia tenebãtur ei de ſtipendio competenti,vt habeat unde viuat,quod voluit glo.in d.§.ſed aliud.

10 Decimo † quæritur, quam pœnam incurrat poſtulantes ſcienter indignum? Et dico, quod priuati ſunt poteſtate eligendi, & poſtulandi.extra eo.c. 2. Et hoc ſecundum Pan. ibi ẽt ſi habeant poteſtatẽ eligendi ex iure cõi & ſimiliter ſi ex priuilegio. Et poteſtas partis delinquentis reſidet in alia in primo caſu. de ele.vintonien. & ſimiliter in ſecundo, quando.ſ.eſt ex priuilegio,ut in d.c.2.& hoc quando eligũt ut collegiũ.Nec tñ ſi duo ex tribus cõmiſſariis delinquũt,valet electio tertii eligentis idoneũ cum non eligant, vt collegiũ, ſed vt ſinguli,habẽtes poteſtatem a collegio, vnde hoc caſu poteſtas deuoluitur ad cõpromittentes,ut in d.c.ſi compromiſſarius de ele. lib.6.de quo etiam ſupr.Electio 1.§.14.& ſecũdum Pan.ibi in d.c.2.ſimiliter priuabitur ipſo facto, poſtulationem caſſatam innouantes.

12 Vndecimo † quæritur, quid reſpondere debeat poſtulatus in epiſcopum ad aliam eccleſiam? Et dicit Ioan.Andr. in 6. quod dicere debet ſic, Non aſſentio, nec diſſentio; ſed in hoc uoluntate domini papæ me ſuppono. ar. d.cap.cupientes.ad fin.& 8.q.1. in ſcriptis.

Posthvmvs, quaſi poſt humationem natus, dicĩ multis modis, primo natus poſt mortem patris, ſecundo poſt teſtamẽtum ante mortem, ut ff.de iniuſt.rup.teſta.l.2. & aliis modis, de quibus gl.C.de poſtu.in rubr.

Potentia eſt id, quo quis põt, & omiſſa philoſophica omittendo, iuridice dicitur multipliciter, nam quædam eſt potentia iuris,

qua poſſumus, quod licitè poſſumus, 22.q.2. faciat, quædam verò eſt potentia facti. Et iſta eſt multiplex, ſ. potentia abſoluta, qua aliquid alicui eſt abſolutè poſſibile, vt volare habēti alas: & modificata, qua aliquid dicitur alicui poſſibile, quia poteſt illud commode, vt ff. de verb. ſign. l. nepos. vel quia illud poteſt honeſte. de pœ. diſt. 2. charitas, ff. de con. di. inſtit. l. filius. De his glo. in d. c. faciat. Et eodem modo dicitur impotentia modis appoſitis, ſ. quia non eſt aliquid poſſibile de iure, vel commode, vel honeſte.

PRAEBENDA proprie conſiſtit in fructuum perceptione; canonica vero in iure eius, qui receptus eſt in canonicū, ad quod ius poſtea pertinet præbenda, & ſtallus in choro, & locus in capitulo. in c. cum M. de conſtitut. & in c. 1. de Inſt. & per Inn. in c. relatum. & c. dilectus. de præb. & in c. olim. de uerb. ſign. Qui vero poſſint habere præbendas, vide ſup. Beneficium. 3. q. 4. & quo ad magiſtros, ſup. Magiſter. Quomodo autem poſſit diuidi præbenda, vel canonicatus, vide Pan. in c. maioribus eod. tit. Non valet autem, ſecundum Inn. promiſſio de præbenda vacatura, de præb. relatum. Non tenet etiam receptio, ſi ad unam p̄bendam duo canonici ſint electi; nec tenet receptio, etiam ſi interueniat auctoritas Legati apoſtolici. de præb. dilecto; quia, vt ibi dicit Innoc. prælato non licuit infringere priuilegium canonicorum, ꝙ ſi auctoritate propria hoc feciſſent canonici, ad quos ſpectabat teneret receptio: quia potuiſſent renunciare fauori ſuo, vide ibi. Nota etiam ſecundum Inn. ꝙ ſi in eccleſia, vbi nō eſt certus numerus, vnus canonicorum moritur, nō vacat canonicatus, ſed deſiit: ſi vero numerus ſit certus, nō deſiit, ſed vacat De his autem, & vtrū ualeat electio vltra numerū canonicorum in eccleſia iuratum, vel per papam confirmatum, vide Archid. tertia parte. tit. 15. Quamuis autē præbenda ſit temporale: quia tamen annexa eſt ſpirituali, i. canonicæ, ſiue ſimonia vendi non poteſt, quia ea vendita intelligitur vendi tum illud ſpirituale, cui annexa eſt 1. qu. 3. ſi quis obiecerit.

De precario, & precaria.

1 *Precarium quid, & quæ ſit natura eius contractus.*
2 *Culpa qua ueniat in precario.*
3 *Precarium quot modis ſoluatur.*
4 *Precarium an reuocetur morte concedentis.*
5 *Precarium in quibus rebus conſiſtat.*
6 *Precaria cuius ſit natura.*
7 *Precaria a quo, cui, & qualiter fiat.*
8 *Precario poſſidens an præſcribat.*

1 PRECARIVM à præce dictum, dicitur dupliciter. Primò res conceſſa per contrarium precarii, & eſt, quod precibus petenti vtendum cōceditur, quandiu patitur is, qui cōceſſit, extra eo. c. fi. & ff. eo. l. 1. Secundo precarium dicitur ipſe contractus, quo aliquid tale conceditur: & eſt gratuitus, ſimilis aliis gratuitis, differens tamen in multis, ut patebit. Precaria quoque in genere fœmineo dupliciter ſumitur. Primo. ſ. in vi adiectiui penult. correpta: & ſic aliqua verba dicuntur præcaria, aliqua præceptiua, ut inf. Præceptum. §. 2. & 3. in vi ſubſtantiui pen. producta: & ſignificat idem in ſingulari precaria, & in plurali precariæ, ſecundum Pan. extra eo. c. 1. licet differant a precario in duobus, ſecundum Pan. extra eod c. 1. quia precarium non conceditur ad tēpus determinatū, vel ſi conceditur, reuocari poteſt ad libitum, extra eo. c. fi. & l. cum precario. ff. eo. precaria vero eſt contractus initus ad preces alicuius, vel aliquorum, quo aliquid conceditur ad certum tp̄s, ſm quod partes conuenerunt, ante quod reuocari non poteſt extra eo. c. 1. & c. fi. licet remouetur de qnquēnio in quinquennium, extra eo. c. 1. Et tripliciter, vt dicit Pan. vbi ſup. & alii doc. Primo quando fit ad preces alicuius in recompenſationem dantis aliquid annuatim, ſicut ſi laicus in ſolo eccleſiæ ædificet aliquid, & in recompenſationem decimam ſoluat quotannis. Secundò ad preces alicuius in recompenſationem annuatim aliquid recipientis; ſicut, cum datur aliqua proprietas, & ad tempus certum recipiuntur aliqui fructus in recognitionem proprietatis. Tertiò ad preces accipientis gratis, vt cum clerico, vel laico bene merito datur poſſeſſio eccleſiæ utenda in vita ſua. Et eſt precaria, ut dicit Pan. ſolum in vſu iuris canonici. Adde, quod quia communiter fit circa res eccleſiæ, videtur eccleſia ſola, ſecundum exempla Doctorum, facere hūc contractum: tamen fieri poteſt à laicis. ¶ Primo ergo quæritur, quæ ſit natura contractus precarii, quæ eſt utrique iuri communis? Et dico, quod licet ſit ſimilis cōtractibus gratuitis, tamen differt a donatione, quia illa non reuocatur regulariter, & a commodato, quia in illo eſt vſus certus, & præfinitus, & tempus ſaltem tacitè determinatum, ante quod non reuocatur, ut ſi conceſſi librum ad ſcribendum, vbi eſt certus vſus, & tempus tacitè determinatum, ſcilicet quātum exigitur ad cōmode tranſcribendum. l. interdum. & l. conti-

nuum, §. cum ita. ff. de verb. obl. & ante completum vsum reuocari non potest. de cōmo. cap. I. Et, si deficiat certitudo vsus, vel temporis determinatio saltem tacita, non erit commodatum, sed precarium, quod secundū Bartol. in l. in commodato, ff. commoda. quia ad certum vsum non conceditur, reuocari potest ad placitum, etiam si interueniſſet pactū de non reuocando. extra eodem capit. final. ex quo arguit Panor. non valere pactum, aut consuetudinem contra naturam contractus; niſi per hoc transeat in naturam alterius contractus adde vel niſi pactum fuiſſet appoſitū per viam conditionis, quia sic vitiat contractum. ar. c. ſi. de condi. ap. & quod not. Bart. in auth. ingreſſi. C. de sacroſanct. eccl. Quod tamen limita, niſi quis vellet reuocare ſine causa, & cum magno damno alterius, quia obſtaret exceptio doli: cum negari nequeant, quin precarium ſit beneficium, & ſic beneuola actio, &c. vide Panor. extra eod. c. fin. Si tamen precarium cōcedatur ad certum vſum, adhuc diſtingui poſſet a commodato per nomē precarium ſicut concedo tibi librum ad transcribendum precario nomine, vt patet per no. in c. vnico. de commo.

2 SECVNDO † quæritur, quæ culpa veniat in precario? Et dico, quod ſolum dolus, & lata culpa: ſed in commodato etiam leuiſſima. l. q̄ſitum. §. & illud, ff. de precario. & l. cōtractus. ff. de reg. iur. & in hoc etiam differunt.

3 TERTIO † quæritur, quot modis ſoluatur precarium? Et dico, quod multis. Primo, voluntate concedentis. l. I. ff. eod. etiam ſi fuiſſet conceſſum ad certum tempus, ſecundum Panor. in d. c. ſi. Secundo morte eius, cui eſt conceſſum. extra eo. c. fin. quia eſt conceſſio perſonalis, quæ extinguitur cum perſona; vt in regula, priuilegium de regu. iur. libro 6. Tertio, alienatione rei precario conceſſæ, ſi is, cui eſt alienata, a primo domino velit reuocare. cap. fin. Quarto finito tempore, ad quod fuerat res conceſſa. l. cum precario, ff. eodem. poteſt enim ad tempus certum concedi. l. in rebus, ff. eod.

4 QVARTO † quæritur, vtrum reuocetur morte concedentis? Et dicit Pan. in ca. precarium eodem tit. quod non, & ibi tex. ex quo infert, 1 quod ibi validitas actus pendet ex voluntate alterius, non reuocatur per mortem illius; quia præſumitur quis in ea voluntate perſeuerare, in qua decedit. de bap. maiores, quod tamen quis conceſſit vſque ad beneplacitum ſuum, per mortem reuocatur, de reſcriptis, ſi gratioſe. Vide Bart. in l. centeſimis, ff. de verb. obligat.

5 QVINTO † quæritur, in quibus reb. precariū conſiſtit? Et dico, quod in rebus mobilibus, & immobilibus, & incorporalibus, cum etiam ſeruitus precario concedatur, ff. eod. l. 2. §. vlt.

6 SEXTO † quæritur, quæ ſit natura precariæ. Et dico ſecundum Bar. in aut. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſi finita, ff. de dam. infe. quod in omnibus, & per omnia precaria eſt eiuſdem naturæ cum emphyteuſi. & eſt gloſ. 10. q. 2. precariæ. quod limita, niſi fiat gratis; differt tamen ab emphyteuſi: quia reuocatur de quinquennio in quinquennium, alioquin cadit quis a iure ſuo, ſecundum glo. in d. ca. I. eod. titu. quod intellige in rebus eccleſiæ: de quibus videtur loqui ius canonicum, qđ contractum iſtum introducit; in laicalibus autem credo ſtandum conſuetudini, quia præſumitur actum, quod eſt conſuetum. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur.

7 SEPTIMO † quæritur, a quo, cui, & qualiter fiat. Et dico, quod fieri non poteſt per capitulum ſede vacante. 10. q. 2. precariæ. nec fieri poteſt œconomo, vel eius conſanguineo. 10. quæſt. 2. hoc ius, & in eius conceſſione credit abbas requiri ſolemnitatem alienationis eccleſiaſticæ rei, ſi eſt talis rei, vel tanti temporis, quod alienari non poſſit, niſi cum debita ſolemnitate, quia reuocari non poteſt ante tēpus conuentum, ſecus autem in renouatione, vt idem no. in c. I. eo. tit. Vnde prælatus ſolus ſine conſenſu capituli poteſt eam facere. facit text. in l. ſi pupillorum. §. I. ff. de rebus eod. & quod not. Barto. in auth. hoc ius. C. de ſacroſ. eccleſ.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum habens rē precario nomine, vel ſicut precaria, poſſit eā præſcribere? Et dico, quod non regulariter, ſecundum gl. 16. q. 3. clerici. niſi ex magna longinquitate tēporis dominus obliuiſcatur de poſſeſſione taliter, quod neſciat vbi ſita ſit, quod locum habere poſſet, ſi poſſidens eſſet in bona fide: aliter non.

¶PRAECEDENTIA, determinat ſequentia. 42. q. 7. Apoſtolus.

DE præceptis in genere.

1 *Præceptum quid, & quotuplex ſit.*
2 *Præceptiuam legem a conſultoria qualiter dignoſcemus, & num. 3.*

PRAECEPTVM de mente S. Tho. I. 2. q. 19. ar. I. & q. 100. ar. 9. & 2. 2. q. 44. ar. I.

1 EST † motio ſuperioris, aut legis imperatiua alicuius faciendi, vel omittendi ex debito,

debito,id est necessitate salutis.vnde differt a mandato:quia illud est motio ad aliquid melius,sed non sub necessitate salutis.1. 2. q. 99. art.5.Est & alia differentia,quia proprie præceptum per se facit præcipiens:mandatum uerò per aliud,vt ibi.Differt etiam à cõsilio: tũ, quia consilium ad præceptũ, vt ad finem ordinatur. quolib.4.q.12.2.2. q. 80.tum quia consilium non est de necessaris ad salutem, nisi secundum præparationé animi, si oporteret. 1.2.q.108.tum quia pceptum est motio imperatiua;consilium vero suasoria.veri.q.17.art. 1.ad secundum : in quo etiã differt consilium à mãdato.¶Primò verò quæritur, quotuplex est præceptum in genere? Et dico, ꝙ in lege Dei est vel fuit triplex,s.morale, iudiciale, & cerimoniale;de quibus diffuse, & pulcherrimè,vide per beatum Doc. 1.2.q. 99.& sequẽ vbi agitur de l.veteri per totum. Morale autẽ. in genere est duplex,s. affirmatiuum, quod.s. mouet ad aliquid faciendum ut, honora patrem. & semper obligat ad illud faciendum: sed non ad faciendum semper, sed in tempore,ac loco determinato: vnde filius nocte, & die ẽt dormiens, habet obligationem honorãdi patrẽ,quẽ tñ semper in omni hora honorare non tenetur,sed aliquando licite dormit & negatiuum, quod,s. mouet ad aliquid non faciendum; vt non furaberis, quod obligat semper,& ad semper omittendum.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum & quando cognoscit possit aliquam legem esse præceptiuam,aut mandatoriam, vel consultoriam ex verbis?Et dico, quòd non semper, quia licet verborum aliqua sunt precaria: ut, rogo,volo,mando,fideicommitto, & aliqua præceptiua,vt iubeo.C. comm. de leg.l.2. & quædam mandatiua:ut mando.ff.de neg.gest.l. si mei rogatu,tñ iura ista significata confundunt: & mando aliquando ponitur precarie.ar.c.mãdatis 2.q.2.vbi eps mãdat papę & qñque præceptiuè sicut etiam & rogo,vt 11.q.1.rogo & quandoque mandatiuè,ut in d.l.si mei.Quidã etiam dicunt,ꝙ volo,& intendo, ex sua significatione præceptum important:quod nõ me mini me in S.Th.legisse:licet dicat, ꝙ volũtas prælati qualitercunque innotescat,habet vim taciti præcepti quod limitandum est primo de uoluntate præceptoria, cum stultum sit dicere,ꝙ fiat præceptum, cum reprehendit effractores silentii:& secundo, si innotescat de intentione prælati innotescentis;cum nõ præcipiat,nisi intendens,& uolens.Vnde S. Tho. veri.q.23.art.vlt.ad tertium. vult. ꝙ licet sciã voluntatem prælati, nisi tamen expresse præcipiat,non teneor.Dico ergo, quòd, si uerba sint præceptiua, puta,præcipimus,iubemus, mandamus, præcipiendo, vel per uirtutem obediẽtiæ,& huiusmodi, est præceptum, arg. c.quod præcipitur.14.q.1.quod intellige,etiã si materia non sit præceptiua: nisi aliter constaret probabiliter de intentione.Si autẽ uerba sunt imperatiua. i. in materia nec necessaria, nec multum ponderosa, non important præceptũ,ut si quis te percusserit in vna maxilla, præbe ei & alteram, quod est conf. 23. q.1.paratus.sed in materia necessaria,& multum ponderosa sunt præceptiua. Text. est in cl.exiui.de ver.sig.§.item quia, secundũ illud, vouere,quod est consilii,& reddite, quod est necessitatis.Si autem verba sunt inhibitoria, vt inhibemus,prohibem⁹, interdicimus & huiusmodi,est præceptum,ẽm Pan.in c.nam concupiscentiam.de constit.quod intellige,& limita,sicut dictũ est,quando sunt præceptiua: si autem sunt verba cõia,vt decerno,statuo,& similia,non sunt præceptiua,ut dicit Panor.in d.c.nam concupiscentiam. & similiter est verbum cõe innouo,& ordino,siue in singulari, siue in plurali dicantur. Si verò lex,aut statutum disponit per hoc uerbum,debet: inducit mortale,& est præceptum:quia, debet ex suo proprio significato importat necessitatem, secundum glo.in cle.attendentes, de statu reg. & gl.in c.proposuit.de app. & per Bar. in l.3. C.de pig.& in l.sæpe,ff.de off. præsi. quod tamen aliquãdo fallit ratione materiæ, quæ est cõsultiua,in qua importabit solam congruitatem,siue debitum honestatis,& nõ iustitię, vel necessitatis.de spon.impube.cap.1.& not. gl.in d.l.sæpe.secundum Pan.tamen in cap. 1. de do.& contum. improprietates sunt vitandæ,non ad sequentiam trahendæ.de uerb.sig. propterea.& c.fi.ideo importat ly,debet,cõsilium solum in casu ratione materiæ. Si etiã verba cõsueuerunt inducere mortale,seu præceptum,est præceptum.arg.c.dilectus.de consue.& tex.in d.cle.exiui.

3 TERTIO † quæritur , quomodo cognosci possit ex alio , quam ex verbis statuentis,aliq̃ legem humanam esse præceptiuam? Et dico colligendo ex Pan.in c.clerici officia . de vita & hone.& cle.& gl.Gemi.in c.vt animarũ. de const.lib.6.& Ioan.And. in c. relatum. de cle. vel mo.& rursus Gemi.in c.perpetuæ. de ele. lib.6.& Arch.2.part.tit.4 c.2.quod si constat materiam esse præceptiuam , vt quia est de necessariis ad iustitiam,aut charitatem,vel di

uinam

uinam reuerentiam: ſic eſt præceptum, vt ꝙ non fiat matrimonia clandeſtina, vel corrigatur frater, vel non communicetur pleno ſtomacho, ꝙ tamen determinari bene non poteſt, niſi ex cõi ſnĩa doctorum; ſm Archi. nec eſt de verbis curandum: quia ſunt accommodanda materiæ, tex. eſt cum glo. in c. rogo 11. q. 3. & tex. in cle. exiui. de verb. ſig. Si vero nõ conſtet de materia, & conſtet de intentione ſtatuentis, quod fuerint præceptiua, eſt præceptũ: quia intẽtio præponderat verbis, vt ſupr. Lex. §. 1 ¶ Si vero nec de materia, nec de mente ſic cõſtet: reſpiciendum eſt ad pęnã, ſi qua contrafacientibus imponitur: quia ſi imponitur pœna ſpũalis, vt excommunicationis latæ ſententiæ, ſecundum omnes eſt præceptũ: & contrafacere eſt mortale, niſi contineant intolerabilem errorem: quia nullus niſi pro mortali excommunicatur. 11. q. 3. nullus. & c. nemo epiſcoporũ. & de ſent. excõ. c. 1. libr. 6. Et ſimiliter ſi imponatur pœna excõicationis cõminatoriæ, i. non latæ, ſed ferẽdæ, ſentẽtiæ: quia licet Arch. dicat hoc non eſſe clarum tñ, vt refert Io. de Neapo. quidam hoc tenẽt, & benè: quia tales contrafaciendo meruerunt excõicari: & ſic mortaliter peccauerũt: & hoc etiam ſi ſit ab homine. Et ſimiliter ſi imponitur pœna ſuſpenſionis, diſpoſitionis, vel interdicti, ſecũdum Arch. Et ſi imponitur pęna maledictionis æternæ, vel indignationis omnipotentis Dei. de ſtatu reg. c. vnico, lib 6. Et ſimiliter quo ad pęnas corporales eſt præceptum ſi imponitur pœna mortalis, aut mutilationis, prout fit per leges, & ſtatuta ciuitatum, quæ ſm S. Th. obligant in foro conſcientiæ, vt ſup. Lex. §. 9. quia non infertur talis pœna, niſi pro eo, quod multum eſſet læſiuum iuſtitiæ. Et ſimiliter ſi imponitur pœna grauioris culpæ: vt fit in religionibus. Idem autem dico per omnia eſſe iudicandum de præceptis ſacris ab homine.

¶ PRAECES an inducant ſimoniam inf. Simonia. §. 16. partic. 3.

¶ PRAEDIA quando dicantur ruſtica, & quando vrba. vide inf. Seruitus. §. 1.

DE PRÆDICATIONE, & Prædicatoribus.

1 *Prædicatio quid, & quis prædicare poſſit. & numero 2.*
3 *Prædicare qualiter poſſit mendicantes & nu. 4.*
5 *Prædicantes, ſine licentia ſui prælati, an reſtituant ſibi donata.*
6 *Prædicatores an peccent detrahendo.*
7 *Prædicationem non audiens, an peccet.*

PRAEDICATIO videtur ſumenda ſecundũ vſum loquentium: cum aliter eius ſignificatum iura non tradiderint: & ſic prædicatio proprie eſt ſermo publicus quantum ad locum, & generalis quantum ad intentionem ex conſuetudine habentis certam formam: puta, ꝙ prędicans habeat gradum diſtinctum, quo ad locum: vt ſumat thema, inuocet ſpiritum ſanctum, & hmõi: vt per hoc, quod dicitur publicus, i. in loco publico, ad quem omnes fideles ibi cohabitantes poſſunt accedere de iure licite, & de facto, quia non clauditur: excludatur exhortatio facta in ſcholis diſciplinatorum, & eccleſijs monialium clauſis ianuis. & ſermones, qui fiunt in refectorijs religioſorũ, & hmõi. Per hoc vero, quod dr̄ generalis excludantur prædicti ſermones, & generaliter ſermones ad clerum, vel alios, qui fiunt literaliter, vel quocunque alio modo ex intentione diriguntur determinatè ad certum genus perſonarum, ẽt ĩ loco publico. Dr̄ tamen aliquando prædicatio improprie, quã do eſt quidẽ gñalis, ita ꝙ promiſcue accedunt viri, & mulieres oĩs conditionis, ſed non publica: & tunc dr̄ prædicatio occulta, ſi iſta occultatio fiat ex authoritate, aut ſcientia paſtorum, alioquin eſt conuenticulus, etiam ſi ſub ſpecie deuotionis fiat: & magis improprie dicitur, ſi nec publica, nec generalis ſit, licet retineat formam prædicationis: vt interdum faciunt ſcolares in diſciplinis ſuis, quæ etiam dr̄ conuenticulus; vt patet extra, de hære. cum ex iniuncto. in princ. quia licet iſtæ ſcolæ ex tent de ſcĩa prælatorum, inquantum congregant ad aliquas deuotiones, non tamẽ inquãtum congregant ad formalẽ prædicationem. Prædicator vero dupliciter dr̄. Primo is, qui iure cõi, vel priuilegio prædicationis officiũ proſequitur. Secũdo dr̄ prædicator religionis quilibet de ordine prædicatorum, & ſic dicit Pan. in cap. nimis. el 2. de exceſ. præla. quod vbicũq; fit mentio de prædicatoribus, & minoribus, permittuntur prædicatores, vt in d. c. nimis, & in ca. quorundam. de elec. libr. 6. & vbique: quia ordo prædicatorũ fuit ante approbatus. Vnde male iſtum ordinem peruertunt, qui ius canonicum profitẽtur, vt Summ. Ange. ¶ Primo vero quæritur, quis poſſit, vel non poſſit prædicare? Et quantũ colligitur ex Card. in cle. dudum. de ſepul. prædicare poteſt primo Papa 19. diſtin. in memoriam, & quilibet, cui ipſe commiſerit. de offic. dele. ca. fi. licet commiſſarij eius alteri ſubdelegare non poſſunt. d. c. fi. & ſecundo, epiſcopus, etiam in alte-

alterius diœcesi, nisi prohibeatur a diœcesano.21.d.in nouo,& Archidiaconus,cui episcopus committit in eius diœcesi tantū.16.qu.7. nullus omnino.Et similiter diaconus eo mō, quo sup dictū est.s.rex cōmissione tertio oēs prælati ecclesiastici,si sunt diaconi, quantum ad subditos suos,non autē alijs,nisi approbāte,aut priuilegiante epo.de hære.excommunicamus, el 1. §. sane. Et sub nomine prælati hic intellige etiam curatum sacerdotem, cuius etiā est prædicare,ſm Pan.in cap. inter cætera de offi. ord. & quarto ſm aliquos omnis clericus, qđ Summ. Ang. verum limitat, si sit diaconus, & non spiritualiter prohibitus. 19. dist.secundum vbi notandum dicit glo. Sed ego dico hoc non sufficere,nisi diacono per episcopum cōmittatur, vel superiorem: quod fit eo ipso, ꝙ ei cura committatur.c.aūt, secūdum quod dicit Deum non requirere quis, vel qualis,sed quid prædicet, loquitur de qualitate morum:& non ordinum:alioquin laico liceret prædicare. quinto fratribus Prædicatoribus,& Minoribus,vt §.seq. Non licet vero prædicare laico de hære. sicut in vno. nec mulieribus publicè,etiam si sit abbatissa, ſm Pan.in c.noua.de pœn.& remiss.licite tamen adhortantur,quod est prædicare occulte,etiā si aliqualem formam prædicationis obseruēt: nec religiosis quantum ad infideles, nisi de licentia superioris, & authoritate sedis apostolicæ.de Iudæ. q̄ sic.& ibi Panor.immo nec quo ad fideles,nisi quantum ad hoc sint priuilegiati: quia hoc officium est curæ. nec possunt mendicantes,ſm Pan.in d.cap. cum eo in iuncto:prædicare,nisi ex priuilegio:& multo minus alij. Et si quis ex prædictis uellet prædicare,dicens se missū a Deo, non dēt admitti, nisi probet sicut probauit Moyses miraculo.de conse. distinct. 2. re vera sufficit tamen ad probationem,bonorum testimonium. Qui āt prædicationis officiū assumit publicè, vel occulte,si non hēt auctoritatem a iure, vel apostolica sede,aut a diœcesano,est excommunicandus.de hære. excōicamus. §. quia vero, qđ intellige extendi ad prædicationes occultas quascunq; etiā si sint ex intentione generales: & multo fortius si non sint generales, modo retineāt cōsuetam formam:quæ etiam prohibetur in d.capit.cum ex iniuncto. & videtur peccare mortaliter: tum quia veniunt excommunicandi; tum quia omnis laicus prędicans mortaliter peccat,secundum Pan.in c. sicut vna.de hære.

2 SECVNDO † quæritur, quid iuris de Prædicatoribus,& Minoribus.Et dico,quod tex. in cl. dudum.de sepul.sic dicit. Auctoritate apostolica statuimus. & ordinamus,vt prædicatorū & minorū ordinum fratres in ecclesijs, & locis eorum,ac in plateis communibus libere valeant clero,& populo prędicare,ac proponere verbum Dei,hora illa duntaxat excepta,in qua locorū prælati prædicare uoluerint, vel coram se facere solenniter prædicari, in qua prædicare cessabunt:pręterquā si aliud de prælatorū ipsorum voluntate processerit, ac licētia speciali. In studijs autem generalibus, vbi sermones ad clerum, ex more fieri solent diebus illis, quibus prædicari solenniter consueuit,ad funera etiā mortuorum, & in festis specialibus,siue peculiaribus eorundem fratrū possint idē fratre,& liceat eis libere prædicare:nisi forte illa hora, qua solet ad clerum in prædictis locis verbū Dei ꝓponi, eṗs, vel p̄latus superior clerum ad se gn̄aliter conuocaret:aut ex aliqua ratione,vel causa vrgente clerum ipsum duceret congregandum: In ecclesijs autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant, vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, nisi fratres prædicti a parochialibus sacerdotib. inuitati fuerint, vel vocati, & de ipsorū beneplacito, & assensu,seu petita licentia fuerint, & obtenta: nisi episcopus, vel pręlatus superior per eosdem prædicari mandaret.Hæc ille. Et intellige, ꝙ etiam tempore interdicti possunt in dictis locis prædicare,secundum gl.& Pan.

3 TERTIO † quæritur,quis sit prædictæ clem. intellectus iuxta doct.& gl. Et dico multa notanda esse.¶Primo enim notandum est ibi ecclesijs eorum,quod ſm Card. in ecclesijs priuatis aliorum non possunt prædicare: sed de eorum licentia possent etiam hora illa, qua prædicant prælati.Et hoc sequitur Sum. Ang. & Rosel. Sed non placet, quia si non licet eis in suis, multo minus in alienis.¶ Et secundo ibi, & locis eorum,quod intelligitur de locis intra septa sua, & extra etiam longe posita: modo sint ad vsum eorum, secundum Land. & Zenzel. ibi. ¶ Tertio ibi, in plateis cōibus: quod nō intelligitur in plateis ipsorum fratrum:aliter nihil adderetur ſm Zenzel. cum iam pręmissa sint loca eorum: nec de plateis priuatis ſm gl. in quib. prædicare nō possunt initiseis,quorum sunt. Et idem Pan.& Card. Ex quo tn̄ infertur, ꝙ non est necesse petere licentiam ab ipso,vel parochiali: sed a domino plateæ, vel loci: vnde intelligitur de plateis locorum,in quibus ordinarius vult prędicare,

care, aut coram se pdicare facere, ſm Pan. & Zenzel. ¶ Et quarto ibi, libere, quod intelligitur ſm Landul. & Zenzel. i. absq; contradictione, & licentia alicuius quod etiam in simili tenet gl. ibi §. si vero, & Pan. in c. fin. de postula. præla. & in c. constitutioni. de regu. & dicit esse de mente doctorum cōiter, s. quod verbū, liberè, importat non requiri alterius licētiam, vel assensum. ¶ Et quinto ibi, hora illa duntaxat: quia si vellet totam horā matutinalem occupare in alijs, puta, in missa, non posset impedire prædicationem fratrum: quia est contra textum pro quo facit, quia fauor est in multiplicatione prædicantium. 12. dist. in nouo. ¶ Et sexto ibi. prælati, ꝙ hoc nomine veniunt, ſm Ste. curati, qui largè sunt prælati. Sed melius dico, ꝙ non veniunt, ſm gl. & Pau. & Land. & Card. quia hoc fit pp honorem prælationis: sed veniunt hoc nomine epi, & habentes iurisdictionem quasi epalem cum administratione iure communi, vel consuetudinario, ſm gl. & secūdū Car. & Pau. & gl. Venit ēt vicarius epi, si vult ipse pdicare vt vicarius: secus si p aliū coram se. vel ipse non vt vicarius, sed vt habens aliam prælaturam: & sic non poterit fratres impedire, quia in hoc non repræsentat personam epi. Et septimo ibi, solemniter. i. publice populo gnaliter. secus si clam corā paucis, secundū Pau. ¶ Et octauo ibi licentia specialis, ꝙ non sufficit in hoc voluntas. s. præsūpta, vel tacita, sed requiritur licētia specialis, secundū Pau. ¶ Et nono ibi, in studijs generalib. quod intelligitur ſm glo. de locis habentibus studium ex priuilegio, vel consuetudine. Sed intellige actu, & de facto, & non de iure solum, quia aliter sermones non sunt, & quantum ad consuetudinem, quæ etiā sine priuilegio sufficit, ponit exemplum Iacob. de Are. de Patauio. Zenze. autē dicit iudicis arbitrio decernēdum, q̄ dicātur studia generalia. Sed primum est melius, quia in ciuitate iste iudex nō daretur nisi arbitrarius. ¶ Et decimo ibi, sermones. quod secundum Matt. intelligit in sermonibus natiuitatis domini, Paschæ & Pentecostes, prout consueuit fieri. arg. verbi solent. ¶ Et vndecimo ibi, liceat quod ſm Pet. de Anch. in tribus casibus, scilicet in funerib. & peculiaribus festis, & cum fit sermo in generali studio, possunt dicti fratres libere prædicare: quod Zenzel. intelligit, etiam extra ecclesias, & loca ipsorum, & plateas communes: alias §. in studijs. nihil adderet ad præcedentia. & forte dictis temporibus cum epo possunt concurrere solemniter pdicāte. ¶ Et duodecimo ibi, episcopus, vel prælatus superior. quod intelligitur de superiori episcopo, secundū Ste. quia eo inferior hoc non potest: secundū gl. vero melius de superiore respectu clericorū. non respectu epi: & secundū Car. est is, q qua si episcopalem iurisdictionem habet in loco, qui etiam si episcopo inferior sit, potest generaliter clerum conuocare. Si tamen ista conuocatio fiat quo ad aliquos, puta, doctores, vel prælatos, secundum gloss. secus, quia hæc vocatio non est generalis, nec impedit fratres: similiter nec nisi populus conuocetur, secundum Pau. quia aliud est clerus, aliud populus. ¶ Et decimotertio ibi, nisi a parochialib. sacerdotibus, ꝙ isti possunt dare licentiam prædicandi secundum Pet. de Ancha. imo & vicarij perpetui, & idem de temporalibus datis in casibus licitis; addens, ꝙ de licentia episcoporum dicti fratres prædicare possunt in ecclesijs parochialibus, etiā absentibus episcopis, & contra voluntatem curatorum, quia ex officio episcopus in talibus ecclesijs gerit curā maiorem, quam sacerdotes.

4 QVARTO † quæritur, vtrum dicta clementina extendatur ad alios mendicantes? Et dico, quod per Clem. quintum fuit prorogata ad fratres sancti Augustini, & per Ioannem 22. ad Carmelitas. Per fratres autem sancti Augustini hic intellige Eremitanos, & non Seruitas, qui nouiter scribunt se ordinis sancti Augustini, propterea quod sub regula militent Augustini.

5 QVINTO † quæritur, vtrum prædicans sine licentia sui prælati restituere teneatur bona sibi collata? Et dicit glo. in c. addicimus. 16. q. 1. quod sic, vt ei imponit Sum. Rosel. Sed re vera glo. loquitur de fictis, & intendit, quod restituant ecclesiæ, scilicet, quam fingunt: vt quia fingunt, se quæstuari pro sancto Antonio, & sunt Ceratani. Si tamen quis non fingat licet sine licentia prædicet, Zab. tenet qđ restituere non tenetur, quia non turpiter acquisiuit a volentibus gratis dare; licet possit puniri, quia se immiscuit officio sibi non pertinenti. quod dico verum in clerico seculari, non in religioso qui nō habet proprium, sed omnia sunt religionis.

6 SEXTO † quæritur, vtrum peccent prædicatores detrahendo? Et dico præcipi in virtute obedientiæ, & sub pœna grauis culpæ omnibus prædicatoribus religiosis in clemē. religiosi. de priuil. ne in sermonibus suis prælatis ecclesiarum detrahant, aut retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia, vel

accessu,

accessu, quod gl. intelligit ne detrahant nominatim, aut per circumloquutionem, quæ vicē habeat proprii nominis.

7 SEPTIMO quæritur, vtrum peccet mortaliter, qui ignorat communia necessaria ad salutem, & potest audire prædicationem & non audit? Et dico, ꝙ sic, si hoc facit ex contemptu, vel ex scandalo notabili, vt sup. Dominica. § 6. non autem semper si omittit ex negligentia, quia secundum S. Th. 2.2. q. 54. negligētia non est mortale nisi omittatur aliquid qđ si sub præcepto, vel ratione contemptus: posset tamen esse tanta necessitas, & tāta cōmoditas addiscendi, ꝙ prædicatio caderet sub illo præcepto, Vnum cole Deum. quo præcipitur nobis notitia credendorum, & agendorū & eo casu talis negligentia esset mortale. Sed quando hoc scit, non potest sermone determinari. De quæstuariis. inf. Quæstuarii. Quomodo etiam prædicatores possunt participare cum excommunicatis, sup. Excommunicatio. 5. § 4. dubio 5. Quomodo etiam sit mortale mentiri in doctrina sup. Mendacium. § 4.

DE PRAEDONE.

1 PRAEDO dicitur, qui alios spoliat iniuste, s. violenter. Et dicitur primo is, qui viatores, expoliat, qui & excommunicatus est. 24. q. 3. si quis Romipetas, cum duob. c. seq. ¶ Secūdo, miles tollens a personis vltra stipendia sibi taxata. 23. q. 1. militare. & iste cōtinetur sub raptore, sicut species sub genere. 22. q. 5. non sane, in fi. & sic raptoris pœna punitur. ¶ Tertio, prælatus, qui, ut seruitium impendat legato, vel alii, plus exigit a subditis quam exoluat. de immu. ecclesi. quia plerique secundum Gofre. & Host. ¶ Quarto, secundum Host. iudex, qui alienū iurgium existimat suam prædā: aut officialis indebitē pecuniam accipiēs. C. ad l. Iuliam repetun. l. omnis. De præda acquisita in bello, sup. Bellum. 1. § 9. & 10.

¶ PRAEFATIO, vide sup. Missa. 1. § 3.

DE PRAEIVDICIO.

1 PRAEIVDICIVM, † secundum uocabulum videtur esse iudicium, quo vna res altera prius iudicatur, & inde præiudiciale, quasi prius iudicandum. de quo Pa. in c. tuam. de ordin. cogn. Sed secundum usum proprie est præoccupatio iudicii, qua alicui indirecte subripitur res, aut ius, quod ei iuste potuit prius adiudicari: & large est præoccupatio rei, vel iuris, quod prius adiudicari potuisset, siue iuste, siue iniuste. Vnde proprie alicui præiudicat, qui aliquid facit, vnde ille læditur iniuste. Large vero si inde lædatur iuste, sicut iudex suspendens latronem præiudicat vxori eius. Vnde quando religiosi concordant contra suum prælatum criminandum apud superiorem, nō seruato ordine correctionis Euangelicæ, aut suarum constitutionum, sunt coniurantes, aut conspirantes, cum illi præiudicent. Quando autem ex forma statuti ad aliquem actum vocari mandantur illi, in quorum præiudicium est actus, intelligēdum est de illis, quibus principaliter, & non quibus secundario fit præiudicium, quia hoc probat tex. cum gl. in c. quāuis de pac. lib. 6. in verbo. nec redundet alterius detrimentum, quod gl. intelligit principaliter, non secundario.

DE PRAELATIS.

1 PRAELATVS † sic dictus, quia aliis est ante latus, siue positus, dupliciter dicitur, secundum mentem Pano. in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ordi. Primò large ab illusione vocabuli quilibet habens curam vt comprehendantur, & sacerdotes parochialium ecclesiarum, qui præsunt parochianis in foro animæ, quod probat tex. in c. tua. de cleri. ægro. Et secundo strictè, ac ꝓpriè, vt in solus, qui habet aliquā iurisdictionem fori contētiosi, etiam ex iure speciali: puta, præscriptione, vel priuilegio, ad quod tex. iuncta gl. in c. decernimus. de iudic. & in cle. dudum. de sepult. vbi per se fit mentio de prælatis, & per se de sacerdotibus curatis. Hæc ex illo virtualiter. Sed quo ad primū membrum intellige de habente curam ex institutione, vel saltem ex deputatione perpetua, non aūt ex temporali commissione eius, qui est institutus per superiorem, quia talis non habet curam, sed est vicarius habentis, si tamē esset uicarius perpetuus per deputationē episcopi, haberet curam, & videretur prælatus largè. de quo inf. Vicarius. Quantum vero ad 2m membrum, intellige de iurisdictione ordinaria, nō delegata, quia glo. in ca. 2. de iud. dicit, ꝙ omnis prælatus est iudex ordinarius. Et idē uidetur sentire. Inn. in c. firmiter. de sum. Trin. & in c. quoniā. ut lite non conte. dicens, quòd prælatus largè dicitur omnis habens.

bens curam animarum: strictè vero dr̃ solum
is, qui habet iurisdictionem, vt probatur in
d.c.decernimus.de iud.iuncta glo. vtrunq; au
tem prędictorum modorum, quo dr̃ pręla-
tus, gl.in cle.1.de elect.comprehendit in ver-
bo prelatum dicens: puta, priorem, magistrũ,
ministrum, custodem, præpositum, archipres-
byterũ, vel quodcunq; sit nomen, & similiter
Lauren.& Car.dicẽs, quod nomine p̃lati com
prehenditur quilibet administrator habens
perpetuum officium, etiamsi si talis, qui ad
nutum superioris possit amoueri. Sed intelli-
ge, modo habeat curã, iuxta prædicta, & non
aliter allegant.c.1.de sepul.in gloss.præalleg.
& 16.quæst.1.de præsentium, & addit Paulus
quocunque nomine censeatur.de verbo.sign.
quamuis, cle.1. de rescrip. & quod ibi not. Ex
qua gloss.dicit se Card.obtinuisse, quod pro-
uincialis ordinis prædicatorũ, & minister, ac
custos Minorum sunt prælati, & possunt esse
procuratores, quia cle.1.de procu loquitur de
religioso nõ prælato: & similiter qui possunt
esse delegati Papæ. ¶ Primo autem, quæritur
quid requiratur: ad hoc, quod aliquis sit præla
tus clericorũ, vel religiosorum proprie? Et di
co, vt patet ex dictis, requiri, duo, s. qđ hẽat
curam cum iurisdictione ordinaria: ad quam
iurisdictionem ordinariã secundũ Pan.in d. c.
cum ab ecclesiarum.requiritur electio per v-
niuersitatem, vel collegium clericorũ, religio
sorũ, & confirmatio, & quod electus sit cleri-
cus. Vnde si vniuersitas secularis eligat recto
rem: ẽt clericum, tamen non habebit iste ele-
ctus iurisdictionem in secularem clericum. Vi
de ibi horum rõnem, & intellige hæc de iure
communi alias ex spãli haberi potest iurisdi-
ctio ordinaria sine electione, vt inf. §.seq.

2 SECVNDO † quæritur, quis dicatur præla-
tus proprie in ordine prædicatorum, & con-
sequenter in alijs mendicantibus? Et dico, vt
patet ex dictis, quod ibi est prælatus proprie
magister generalis, & prior prouincialis, & cõ
uentualis, ẽt si non eligerentur, sed aliter insti
tuerentur: puta, per diffinitorium auctorita-
te apostolica, vt in simili patet in clem. exiui.
de verb.sign.non autem supprior, priore, nec
mortuo, nec amoto: nec vicarius prioris, quia
non habet iurisdictionẽ ordinariam, sed prio
re mortuo, vel amoto supprior videtur præ-
latus: quia habet iurisdictionem ordinariam,
scilicet iure speciali: & idem videtur de vica-
rio conuentus, quia non fit nisi priore mor-
tuo, vel amoto.

3 TERTIO † quæritur, vtrum spurius, qui nõ
potest esse prælatus, nec habere curam, pos-
sit esse vicarius, aut magister nouitiorum,
aut confessor monialium, vel sororum de pę
nitentia? Et dicit Pet.de Palud.in 4.distinc.41.
quod etiã ingressus religionem nõ põt habe-
re curam iure ordinario, siue per electionẽ, si
ue per commissionem. Ex quo elicio, quod in
terdicitur ei cura ordinaria, nõ autem delega
ta, & consequenter non põt hr̃e officium, cui
ordinaria cura sit annexa necessario, vt prio-
ratus, prouĩcialatus, aut magistratus: vel etiã
possibiliter, vt supprioratus, aut vicariatus cõ
uentus alicuius: quia isti aliquo casu dato
sunt ordinarij iure speciali: potest autem esse
vicarius prioris, etiam eo absente extra suos
terminos: quia non habet ex hoc iurisdictio-
nem nisi delegatam, & multo magis esse ma-
gister nouitiorum, & confessor monialium,
& huiusmodi: Nec tamen sequitur, quod pos-
sit eẽ vicarius magistri supra priores ordinis
respectu aliquorũ cõuentuũ, immo respectu
vnius conuentus tantũ, qa licet talis non sit
prelatus proprie, nec habeat iurisdictionẽ or-
dinariam, sed delegatam, ista tamen delegata,
quantum ad aliqua est superior aliqua ordina
ria, ad quam superius sine dispensatione pro-
moueri non potest: puta, ordinaria prioris cõ
uentualis. Et idem suo modo intellige in alijs
mendicantibus.

4 QVARTO † quæritur, vtrum negligentia
prelati sit peccatum, & quale, & an pro culpa
teneatur negligens prælatus? Et dicit gl.in ca.
ea quæ.de offi Arch. quod est peccatum mor-
tale, quando est in omissione necessariorum
ad suum officium, vt visitationis, correctio-
nis, & huiusmodi, Et secundum Host. & Bern.
in d.c.ea quæ tenetur non solum de dolo, &
lata culpa, sed etiam de leui, quo ad damnum
rerum ecclesiasticarum. & a fortiori quo ad
damnum animarum.

5 QVINTO † quæritur, vtrum prælatus age-
re omnia teneatur cum sui capituli consilio?
Et dicit Pan.in ca. nouit.de his quæ fi.a præla.
quod negotia minora potest sine consilio, vt
no.doct.in d.c.nouit.& Inno.in c.fi.de maior.
& obe. & l. 2.C. de iura. calum. quia rectores
ex officio iniuncto explicant hæc minora, vt
in d.l.2.& facit ca. edoceri.de rescri. Negocia
vero ardua causa rõnabili existẽte, quam bo-
nus vir arbitrabitur, potest sine consilio capi
tuli: alias non. Vtrum autem possit agere sine
capitulo, sup. Abbas, §. 3.& Pan.in c. edoceri,
de rescrip.

6 SEXTO † quæritur vtrum teneatur a subdi-

to

to veniam petere, quando excessit in correctione? Et dico, quod non. 89. distinc. quando quod intellige, nisi fecerit a proposito, vt sup. Correctio 1. §. 13. Vtrum prælatio sit appetenda. sup. Episcopus. §. 3. Vtrum vero bona eius sint obligata pro mala administratione. supr. §. 12. & similiter vtrum prælatus possit per fugam deserere gregem, ibi §. 8. Vtrum autem possit refutare legatum factum ecclesiæ. su. Alienatio §. 19. Vtrũ autem possit vnam ecclesiam vnire alteri. Vide Pan. in c. sicut. de excess. præla.

¶PRAEMIVM. vide su. Dignitas. §. 5. & 6.

DE PRAESCRIPTIONE
Primo in se.

1 *Præscriptio quid, & quæ in ea requirantur iure canonico.*
2 *Possessio qualis requiratur ad præscriptionem.*
3 *Bona fides qualis requiratur in præscriptione.*
4 *Iustus titulus qualis esse debeat in præscriptione.*
5 *Præscriptio iurium, & seruitutum quid requirat.*
6 *Præscriptio quo tempore incipit currere, & quo finiatur. nu. 7.*
8 *Pręscriptio a successore inuasoris an rite fiat.*
9 *Præscriptio in quibus casibus non currat. & nu. 10. & 11.*
12 *Præscriptio quomodo interrumpatur.*
13 *Præscriptione completa si superueniat mala fides, an debeat fieri restitutio in foro animæ.*
14 *Præscriptio completa contra non negligentem quo remedio tollatur.*
15 *Ecclesia an restituatur contra pręscriptionem.*
16 *Pręscriptione completa an adhuc agi possit contra alienantem rem alterius.*

1 PRAESCRIPTIO † sumpta communiter, vt comprehendit etiam vsucapionem, est acquisitio dominij per continuationem possessionis, per spatium temporis a lege diffiniti. ff. ff. de vsucap. l. 3. Proprie vero, vt ab ea distinguitur, est acquisitio dominij circa rem immobilem certo tẽporis spatio quia ab vsucapione differt: primo, quia præscriptio est circa immobilia: vsucapio vero circa mobilia. 16. q. 3. quas actiones secũdo q̃a vsucapio triẽnio completur, non autem præscriptio. alias quæcunq; dicuntur de pręscriptione, suo modo intellige in vsucapione. ¶Est autem secundum Ray. præscriptio duplex. vna. s. temporis longi id est decem annorum inter præsentes, aut viginti inter absentes: & dicuntur pręsentes, i. existente in eodem prouincia: vel melius hodie in eadem ciuitate: secundũ Accur. vt no. glos. in l. cum in longi. C. de p̃scrip. longi tẽp. quia sicut olim singulę p̃uinciæ, ita hodie singulæ ciuitates habent sua regimina alia vero temporis lõgissimi, vt 30. vel 40. annorũ. de quo infra, §. 7. Primo vero quæritur, quot, & quæ requirantur ad præscriptionem ẽm iura canonica? Et dico, q̃ quatuor, secũdũ omnes doctores. Primo enim requiritur possessio rei pręscribendæ continua sine interruptione vsq; in finem præscriptionis. extr. eod. illud 16. q. 3. § potest. & regula, sine possessione. de reg. iur. li. 6. Et si interrumpatur possessio, interrupta est pręscriptio. 16. q. 3. §. potest extra eo. illud etiamsi interruptio fiat ciuiliter per litis contestationem, secundum Dire. & Io. An. de regul. iur. sine possessione. libr. 6. Quod limita de possessione, quam quis habet suo nomine, non autem alieno, vt colonus, & qui precario, & huiusmodi, qui non propriè possident, seu illi quorum nomine possident de resti. spol. cum venissent. & in gloss. capit. clerici. 16. quæst. 3. limita etiam quo ad interruptionem: nisi duret bona fides, & sequatur recuperatio, quia si interrupta possessione, quando possessor recuperat, est bonæ fidei, nihilominus præscribit. C. de præscrip. 30. annorum. l. fi. vide etiam §. seq. ¶Secundo, vt patet in regula. possessor, in 6. requiritur bona fides præscribentis, i. fides, quia possidens rem præscribendam credat esse suam, vel tradentẽ habere dñum eius, aut ius distrahendi: licet erret facto. ff. de verbo. sign. l. bonæ fidei. Quod limita verum in pręscriptione, vbi requiritur aliquis actus positiuus: secus vbi nullum factum requiritur, vt in præscriptione libertatis contra rusticam seruitutem: quia licet sciam me tibi debere seruitutem eundi, præscribere tamen possum libertatem, ex quo nihil facio quod sit peccatum: vt tenet Bar. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & Pan. in c. fi. ff. de præscrip. & idem dic de scriptione actionis personalis mere pœnalis, vt in rapina respectus quadrupli: quæ actio est vsq; annum: post annum respectu simpli Inst. vi bono. rap. in princip. Vide ẽt inf. §. 13. ¶ Tertio requiritur titulus iustus: ext. eo si diligenti. Hoc autem limita verũ esse, s. quod requiritur titulus, primo quando præscribitur vsusfructus vt inf. §. 4. quãdo pręscribitur seruitus, qua persona obligatur ad aliquod seruitium: quia cum sit aliquid graue necessario requiritur ad illud pręscribendũ titulus, vel lapsus longissimi t̃pis, & sic põt intelligi. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & no. Dy. in dicta regula, possessor, tertio ẽm Io. An. in dicta regula, possessor quando ius cõe, vel p̃scriptio est contra possessorẽ:

quia

quia tunc necesse est allegare titulum, & pro
bare nisi allegetur p̄scriptio tanti tp̄is, cuius,
contrarij non sit memoria, extra eod.ep̄um.
lib.6.alias sufficit bona fides. Et has tres limita
tiones etiam habet Pan. in c. de quarta eo.tit.
¶ Quarto limita secundum Arch.post Summ.
Confes. de titulo vero, vel præsumpto : non
autem de vero tantum:quia, si titulus sit vera
citer iustus, non requiritur præscriptio, nec
est necessaria: addendo ex Veruec. ꝙ præscri-
ptionem de iusto titulo potest quis habere
secura conscientia, quando nihil probabilita
tis innotescit illi de contrario. Est autem titu.
iustus secundum Veruec. omnis actus per quē
solet acquiri dominium : vt si verus dominus
tradat rem : aut quia soluitur ei vt debitum,
aut quia emit, aut quia est hæres institutus,
aut intra res hæreditarias habuit, aut donatū
est ei, aut per transactionem recepit, siue pro
derelicto habitā occupauit, aut legata est ei,
aut data a viro in dotem ex parte vxoris, aut
pro socio: quia. s. soluta societate, & facta diui
sione cedit in partem alteri aliquid eorū, qui
bona fide possidebant alienū, aut pro suo, vt
cum quis inter multa sua habet aliquid alie-
nū, ꝙ credit suū. Vide, etiam inf. §.4. ¶ Quarto
requiritur, ꝙ res talis sit, ꝙ possit præscribi.
de quo tit. seq. agetur. ¶ Potest addi quinto re
quiri, ꝙ possessor possit præscribere: sed hoc
non est necesse, cum intelligatur in primo re
quisito: quia omnis possidens suo nomine præ
scribere potest secundum Direct. ¶ Et sexto,
posset addi, quod requiritur persona contra
quam præscribatur: sed non est necesse, quia
hoc intelligitur in quarto requisito.

2 SECVNDO † quæritur, quid iura velint de di-
cta possessione requisita ad præscriptionem?
Et dico multa. ¶ Primum. Sicut dicit regula iu
ris, sine possessione præscriptio non p̄cedit.
Et vbi dr̄, possessione glo. addit, vel quasi pos
sessione: quia incorporalia, quæ non possiden
tur, sed quasi possidentur, præscribuntur. de
cau. pos. c. cum ecclesia. vbi etiam dr̄, præscri-
ptio. gloss. addit, nec vsucapio. ff. de vsuca. l.3.
Vbi etiam dr̄, non procedit regulariter: expo
nitur, id est non continuatur: quia, vt dicit gl.
si interrupta est possessio, interrupta est præ-
scriptio. Dy. tamen exponit, non procedit, i.
non inchoatur, licet inchoata quandoq; con
tinuetur. ¶ Secundum. Licet autem ad prę scri
bendum vsumfructum non requiratur posses
sio ciuilis, sed sufficiat naturalis, seu corpora-
lis. l. fin. C. de præscr. longi temp. & not. Pano.
in cap. ad audientiam. eod. titu. tamen in alijs
vbi præscriptio ad acquisitionem rei, vel iu-
ris requiritur, secundū glo. possessio de facto,
& de iure intellige præsumpto: & requiritur
naturalis, & ciuilis simul, vel ciuilis tantū: nec
sufficit naturalis tm̄, vbi alius ciuiliter possi-
det. & sic intellige tex. cū gl. in ca. causam. eo.
titu. De hoc plenè per Dyn. in dicta regula.
Quod autē dictum est, possessio ciuilis, expo-
nit gl. in d. c. causam. & Io. And. in d. regula. id
est, ꝙ sit talis persona, quod possit legitimè de
iure communi possidere: quod non ideo dici-
tur, quasi ciuiliter possideat, quicūque potest
iure communi possidere: alioquin quilibet
quodlibet ciuiliter possideret : sed quia cum
possessione facti requiritur possessio iuris ve
ra, vel saltem præsumpta, quæ nunquam est
vbi ius commune repugnat, vt, cum laici de
facto possident decimas, & spiritualia. ¶ Ter-
tium. Vbi autē præscriptio inducitur solū ad
extinguendum ius alterius, & ad defensionē
contra ius alteri congruens, tunc tali defen-
dēti nō est necessaria vera possessio, vel qua-
si alias præscribi non possent actiones perso
nales, contra l. secundā. C. de const. pec. & con
tra l. sicut. C. de præscri. 30. ann. quia nemo ve
rè eas possidet, nisi cui vere competunt : vt
no. Innoc. in c. literis. de restit. spol. Et hæc est
distinctio Car. in c. cum non liceat. eod. titul.
¶ Quartum. Possessio longissimi tp̄is, de cuius
initio memoria non extat, habet vim tituli,
secundū Io. An. in c.2. de præb. lib.6. qñ capa-
citas datur in exercente: aliàs non. Vnde lai-
cus quātuncunq; exercuerit actū spūalē, vel
alicuius ordinis, nunquā tamē pōt illum præ
scribere. ¶ Quintum. Qui præscriptionē pro-
bat, secūdū gl. cōiter probatam in c. volumus.
16. q.4. non tenetur probare se continuè pos-
sedisse, cū sit impossibile, sed sufficit probare,
quod a principio possidet, & in fine, & qñque
in medio. Sed secundum Bar. in l. Celsus. ff. de
vsucap. sufficit probare initium possessionis,
& allegare nunc possessionem de pręsenti. Vi
de Pan. in c. accedentibus, de priuileg.

3 TERTIO † quęritur, quid iura velint de bona
fide præscribentis? Et dico multa. ¶ Primum.
Bona fides in præscriptione requisita, secun-
dum leges, non requiritur in præscriptione
triginta annorum, vel sup. 16. q.3. §. potest. &
c. vigilanti. eo. tit. & C. de præscrip. 30. annor.
l. cum notissimi. & leg. si quis emptionis : sed
neque in præscriptione viginti annorum, &
infra, secundum Veruec. requirebatur quo
ad totum tempus præscriptionis, vt in dict. §.
potest. & d. l. cum notissimi. sed solum quo ad

principium eius.C.de præſcrip.long.tempor.
aut.malæ fidei.ſed dictæ leges ſunt correctæ.
extra eo.c.fi.ſm Ray.Hoſt.Inn.& Bern.& re-
quiritur in qualibet præſcriptione, & in qua
libet parte temporis,quo præſcribitur, vt in
d.c.fi.& d.ca.vigilanti,& in regula,poſſeſſor.
de regu.iur.lib.6. Et ſi videantur dicere aliqui
Doctores,quod ſpatio quadraginta annorum
præſcribatur debitum , etiam ab eo, qui ſcie-
bat ſe debitorem:poteſt intelligi verum, quã
do ex tali ſcientia non conſtituitur malæ fi-
dei poſſeſſor ; puta, quia ex rationabili cauſa
putabat ſibi remiſſum:ꝙ tamen in dubio non
præſumitur,niſi ex amicitia,vel parẽtela, aut
alia coniectura hoc oſtẽdatur.argu.l.cũ q̃dã.
§.diuus.ff.de vſucap.l.Procula.ff.de probat.l.
ſi ſeruus.ff.de dona.inter virum. & vxo.in gl.
quia nemo æſtimatur rem ſuam iactare. ff. de
prob.l.cum de indebito. ¶Secundum.Non eſt
quis in dicta bona fide ex ignorantia iuris, ſi-
cut & ex ignorantia facti:vt,ſi quis credat pu
pillum,vel eum,qui hẽt curatorẽ, rẽ ſuã poſ-
ſe alienare ſine authoritate tutoris, aut cura-
toris.ff.de vſucapio.l.nunquam, ſm Rayn. &
gl.eius.& Vide.Vnde errans in iure,non præ-
ſcribit.l.1.§.ſi a pupillo.ff.pro empto.& l.nun
quã.la 2.ff.de vſucapio, ſecus ſi erret in facto.
arg.l.ꝙ vulgo.ff.pro empto. Quod verum li-
mita primo de mente Inn. qñ ignorantia non
eſt probabilis ꝑꝑ iuris obſcuritatem , vel du-
bietatem alias ſecus:quia dicit in c.ſi diligen-
ti.eo.ti. ꝙ poſſidens contra ius non præſumi-
tur bonæ fidei poſſeſſor, niſi ſit poſſeſſio lõgi
tpis, vel probabilibus rationibus fuerit acqui
ſita,facit c.cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſ
ſeſſio.& proprie. Ex quo patet, ꝙ ſi ius, ĩ quo
erratur,eſt dubium, excuſat error in p̃ſcribẽ
do:& facit tex.in c.cum dilectus. de conſuet.
& ibi Pan.& ſecundo de mente Bar. qñ igno-
rãtia eſt circa ius,q̃d ꝓhibet actũ: alias ſecus,
q̃a dicit in l.ſi fur.ff.de vſuc. & in l.ſed & ſi §.
ſcire.ff.de petitione hæred.Et refert Panor.in
c.grauis.de reſt.ſpo. quod faciens contra iura
prohibentia aliquem actum,ex errore,nõ p̃-
ſumitur in bona fide,& ſic intelligitur glo. in
d.l.ſi fur.& error iuris impedit vſucapionem,
intellige,niſi ius ſit obſcurum,vel dubium:er
rans aũt contra iura actum quidẽ nõ ꝓhiben
tia,ſed tñ actui non aſſiſtẽtia: puta,teſtamẽtũ
non ſolẽne,non approbatur a iure,vt valeat,
non eſt in mala fide.d.§.ſcire. Et tertio de mẽ
te Hoſtiẽ.qñ error iuris eſt merus, non miſtus
cũ errore facti:alias ſecus: q̃a dicit in ca.cura
de iure patro.quod error miſtus,ſ.iuris,& fa-
cti non tollit bonam fidem.Et dat exemplum
in donatione rei alienæ facta vxori, qua vir
non eſt effectus pauperior: vt quia ex ipſa re
non tenetur cõmodanti,vel deponẽti: vel q̃a
dominus conſenſit:quam vxor credit valere,
quia vſucapiet.l.ſi vir vxori.ff. de donat. Sed
hæc limitatio eſt vera,quatenus concurrit ali
qua præmiſſarũ. ¶Tertiũ.Non eſt etiã in dicta
bona fide, ſm aliquos,qui habet conſcientiam
læſam,i.dubiam dubitatione firma ex iuſta cã
dubitandĩ,an res ſit ſua,necne. Pro quo ſcito,
ꝙ talis,ſm Dir.ad huc eſt bonæ fidei, & p̃ſcri-
bit,licet debeat diligenter inquirere: &, ſi rẽ
alienam eſſe inuenerit,reſtituere, & idem gl.
in ca.fi.eo.tit.cuius opinionem tenet Pan.ibi,
dicens eam eſſe cõem.Sed do.Ant.in d.c.fi.di-
cit, ꝙ talis nõ eſt in bona fide,nec præſcribit :
quia iura requirunt nedum, ꝙ non ſit in mala
fide,ſed etiam, ꝙ ſit in bona, in qua talis non
eſt, quod limitandum vr̃,qñ dubitatio eſt fir-
ma, & probabilis : ſecus qñ momentanea,
ſeu vacillans,& ſcrupuloſa:quo caſu,ſi ei non
conſentiatur , bonæ fidei non obſiſtit.de ſent.
excom.ca.inquiſitioni.& de hære.c.1.Summa
ãt Roſ.& Supp. indiſtinctè hanc ſecundã opi
nionem ſequuntur,ſed male: quia eam in ali-
quo ſenſu euertit,d.c.ſi virgo.vbi expreſſe di-
citur, ꝙ in iure prædiorum tandiu quiſque bo
næ fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quamdiu
ſe poſſidere ignorat alienum : cum vero ſci-
uerit,nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tũc
malæ fidei perhibetur.Hæc ibi.Et præterea ip
ſa Summa Roſel. in verbo, reſtitutio 7.§. 19.
expreſſe tenet oppoſitum in ſimili. Summa
vero Angelica diſtinguens dicit primam opi
nionem eſſe veram in foro contentioſo, ſecũ
dam vero in pœnitentiali. Et bene diceret, ſi
talis eſſet in bona fide ſolum præſumptione
iuris,quæ in conſcientia non habet locum cõ
tra veritatem , ſed quia rectè, id eſt verè , eſt
in bona fide,per c.ſi virgo. 24.q.2. ideo etiam
in conſcientia illa opinio eſt vera. Et ideo di-
ſtingue cum Bar.qui in l.naturaliter.ff. de vſu
ca.dicit,quod talis a principio nõ pręſcribit,
quia non habet bonam fidem,licet nõ habeat
malam:ſed talis defectus,id eſt dubitatio, ſu-
perueniens,ſ. poſt bonam fidem priorem, nõ
extinguit vſucapionem;ſed requiritur, vt fir
miter credat, ꝙ,ſ.eſt certum ſe eſſe malæ fidei
poſſeſſorem,allegans Inn.in d.c.fi. Quod etiã
clare probat dictum c.ſi virgo.quod loquitur
de virgine, quæ a principio nupſit ignorãter
alieno viro, quæ ſi hoc ſemper neſciat, nun-
quam eſt adultera, ſed ſolum ex eo tempore

quo

quo hoc scit: & sumitur ibi scientia pro certitudine, de qua supr. Matrimonium 8. §. 13. & deinde dicitur esse simile de præscriptione. Et si ibi sumatur scientia aliter, multo fortius hoc erit verum. Quod etiam probat ratio, quia, cum dubitatio æqualiter mediet inter contradictorias opiniones, si vni superuenit, eam non tollit plus, quam aliam, & cæteris paribus fauendum erit illi, quæ prius inerat, & potior erit conditio possidentis. ¶ Quartū, Non est ét in bona fide quantum ad hoc, vt possit præscribere semper is, qui accipit ab eo qui est in mala fide, quia vt dicit Direct. lib. 2. licet mala fides tradentis non noceat accipienti in præscriptione triginta, aut quadraginta annorum, d. §. potest. & d. l. si quis emptionis, secus in præscriptione annorū decē, aut uiginti: ut in dicta authen. malæ fidei. Itē quando res fuit furto, aut ui possessa, nisi redierit postea in liberam potestatem domini. Alias aūt mala fides principalis authoris non nocet præscribenti. Inst. de vsucapio. §. furti. cum sequen. ¶ Quintum. Qui aliquo tempore præscriptionis habuit conscientiā læsam per malam fidem, & postea incipit eā reformare, & habere non læsam, secundū Direc. non interrumpit præscriptionem, quia erronea fuit illa conscientia, & consequenter deponenda de simon. c. per tuas, & not. glos. in d. ca. fin. & idem Inno. & Vin. & Phi. & Bart. in d. l. naturaliter, vicens, quod ad hoc. quòd mala fides superueniens præscriptionem interrumpat, oportet eā superuenire irreuocabiliter, alio quia non impeditur vsucapio, secundum qđ iura ciuilia uolunt. Sed Pan. in d. cap. fin. post Host. tenet contrarium, ꝙ superuenientia malæ fidei conquassauit præscriptionem, & probat per d. c. fi. quod vult ut præscribens in nullo tempore intermedio habuerit conscientiā rei alienæ. & facit d. c. si virgo. Vnde secundū Canones, talis aut nunquam prescriberet, aut incipiet præscribere a tempore, quo per legitima indicia superuenit bona fides. Et hoc est indubitanter verum, si fuit læsa per opinionem probabilem: quia dicta cōscientia læsa non fuit erronea, & deponenda, cum fuerit vera, & probabilis: sed potius erronea fuit reformata, licet non fuerit deponenda, si indicia erant probabilia, secus si fuisset læsa per dubitationem tantum, ut particula priore dictum est. ¶ Sextum. Vtrum in conscientia tenere possit rem præscriptam, qui eā iuste præscripsit, licet postea cognoscat rem fuisse alienam? dic, quòd sic, ut inf. §. 13.

4 Qvarto † quæritur, quid iura uelint de iusto titulo ad præscribendum requisito? Et dico multa. ¶ Primum. Titulum præsumptū ad præscribendum aliquando necessarium, dat fama, ut no. in c. inqsitioni. de sententia excōmunic. & de præscri. c. cum contingat, & per Bar. in l. 2. C. si ser. vel lib. & in l. Celsus, ff. de vsuca. Vnde, si fama erat, ꝙ res fuit legata, vel quòd tale quid fiebat per priuilegium papæ tempore belli deperditum, & huiusmodi, currit præscriptio, ut not. in l. quod vulgo. ff. pro empt. quia sic fit titulus iustus, sicut in eo. cu ius procurator dixit se emisse. Et generaliter secundum Veruec, vt dictum est quādo nihil probabilitatis innotescit de contrario, intellige primo si quis sit in possessione ciuili, & secundo de titulo generali, puta, pro suo, non de speciali, puta, donatione, vel emptione, nisi disiunctiue. ¶ Secundum. Titulus pro suo, quia. s. inter multa sua aliquis habet aliqđ alienum, quod suum credit, secundum Host. nunquam dat causam præscribendi, nisi pretendatur aliq.s alius ex dictis. C. de usu. l. Celsus sed melius dicit Archiepiscopus post Sum. Conf. quòd sufficit titulus præsumptus, qui secundū Veruec. hoc est, si nihil habeatur in contrariū Et hoc tene: quia titulus, ét præsumptus, specialiter non requiritur, nisi in vsufructu, & seruitute personali: & quando ius, vel præsūptio repugnat, ut dictum est. ¶ Tertium. In re mobili oportet iustum titulum interuenire a principio: aliter nunquam præscribitur, quia sine titulo contra uoluntatem domini contrectans furtum committit, & consequenter est furtiua, & consequenter a nullo præscribi, vel vsucapi potest. Inst. de vsucapio. §. quod autem. secus in rei immobili; quia, quamuis mala fides fuerit in primo possessore, potest tamen bona fide aliorum præscribi. ¶ Quartum Licet vsusfructus sit ius corporale. l. 1. in fin. ff. ad l. fal. Et seruitus quædam in rebus alienis. l. 1. ff. de vsufruct. accr. in eo etiam præscribendo titulus requiritur, alias non præscriberetur spatio decem, aut viginti annorum, ut probatur in l. fi. C. de præscr. lon. temp. Vnde dicit glo. in l. corruptionem. C. de vsufruct. ꝙ si ét usus fructus consistit in re mobili: tamen actio personalis ad ipsam non tollitur triennio. Et idem videtur dicendum in acquisitione ipsius, & etiam in acquisitione cuiuscunq; rei immobilis non procedit præscriptio sine titulo, nisi sit longissimi temporis. C. de præscriptio. triginta anno. l. si quis emptionis. Dico tamen, quod fructus, qui ex agro alieno

bona fide capiuntur, vſucapiuntur triennio. tex.eſt in l.ſequitur.§.fructus.ff.de vſucap. & ibi per Barto.quia ibi non agitur de præſcribendo iure.Et ideo cum dr̃, quod tenetur reſtituere fructus extantes,in c,grauis. de reſt. ſpo.intellige, niſi poſſeſſor triennio bona fide poſſederit.Vide Pan.in c.de quarta. eo. tit.

5 QVINTO † quæritur,quot,& quæ requirũtur ad prȩſcribendum iura,ſeu ſeruitutes,quȩ habent cauſam continuam, vel quaſi? Et dico quòd quinque.¶Primo bona fides,id eſt quod quis vſus fuerit eo animo,quòd vſus fuerit iure ſuo,& quod potuerit etiam aduerſario cõtradicente.Secus,ſi cauſa amicitiæ: quia nunquã præſcribet.l.fin.ff.quemad. ſer. amit. & l. qui in iure familiaritatis, ff. de acquir. poſſeſ. ¶Secundò tempus debitum,vt inf.§.7.¶Tertiò,quòd vſus fuerit ſciente aduerſario.l.2.C. de ſer.vbi gl.& Doct.& patiente.l.quoties.la 1.ff.de ſeruit.quia ſcientia, & patientia aduerſarii in iuribus incorporalibus cõſtituit quaſi poſſeſſionem; ideoque ſine ipſa præſcribi nõ poteſt,niſi ſit tempus longiſſimum,i.triginta, uel quadraginta annorum, ſecundum Paulo de Caſtr.in l.2.C.de ſerm.Item niſi habuiſſet præſcribens titulum ab aliquo tertio,qui eã, ut dominus illius fundi cõceſſit,quia ſic ignorante dño prȩſcribi poteſt,ut no.Cyn.tenere Petr.in l.2. prædicta. quod notandum eſt pro illo dicto,quod in incorporalibus non eſt dare quaſi poſſeſſionem ſine ſcientia, & patientia aduerſarii,ut in paſcuis,aquæ ductu, iuriſ. dictione piſcandi,& huiuſmodi. ¶Quarto in negatiuis:puta,altius non tollendi,requiritur prohibitio.not.glo.in l.quæ luminib.ff.de ſer. vrban.præd.& prohibitio debet eſſe ex parte prætendentis ſeruitutem ¶Quintò,ꝙ ſit dominus fundi,cuius ſeruitus eſt acquirenda.

6 SEXTO † quæritur,quo tempore incipit currere præſcriptio?Et dicit Ray. quod in actione reali, in qua qs rem ſuam proſequat̃ apud detentorẽ:vel perſonali,qua. ſ. cõtra perſonã agitur ex aliquo contractu, uel quaſi, aut ex maleficio,uel quaſi, non incipit currere, niſi ex tp̃e,quo quis poteſt agere iure non impediente.Et ſic filiofamilias non currit præſcriptio in aduentitiis, niſi ex quo liberatus eſt a patria poteſtate. Nec mulieri in dote, niſi ſoluto matrimonio, vel marito ad inopiam uergente:quia cum ex tunc dotem repetere poſſit,ſi non repetit,currit contra eam præſcriptio.Nec creditori,niſi extante debiti conditione,ſicut ſi promiſi tibi centũ, ſi nauis mea uenerit ex Aphrica,non currit præſcriptio tibi,niſi cum uenerit nauis, & dies ſolutionis, C.de præſcr.30.ann.l.cum notiſſimi.

7 SEPTIMO † quæritur,quanto tempore oportet currere præſcriptionem?Et dico,ꝙ in prȩſcriptione longi tp̃is requiritur tp̃s x. aut xx. annorum,ſm̃ Ray.Gofr.& Hoſt. ut dictũ eſt: in ea uerò,quæ eſt tp̃is longiſſimi,requiritur ſpatium triginta, uel quadraginta annorum: 16.q.3.§. poteſt quod intellige contra laicos & priuatas perſonas: quia contra eccleſiam, nec laicus,nec alia eccleſia præſcribit,niſi ſpatio xl.annorum. Imò contra eccleſiam Romanam,niſi ſpatio centum annorum.16.quæſt.3. quas actiones & c.nemo.¶ Sed pro intelligentia horum dico multa. ¶ Primum.Contra eccleſiam Romanam non currit,ut dictum eſt, præſcriptio minor centenaria, ꝙ intellige in ſpectantib. principaliter, & non ſecundario ad illã ſm̃ gl.in c. ad audientiam.eo.tit. Vnde hoc priuilegio gaudẽt generaliter omnia immediate pertinentia ad diſpoſitionem Papæ, vt eccleſia Lateranẽſis, & res eius,& exẽptio ut tenet Io.And.in reg.ſcienti.li.6. in Mercu. & not.Pan.in cle.frequens.de exceſſ. præl. & Pan.in d.cap.ad audientiam.Fallit hoc c. 2. §. 1.eo.tit.lib. 6. vbi catholici præſcribunt contra eccleſiã Romanam bona hæreticorũ, qui in uita ignorabantur eſſe hæretici, ſi ea xl annis bona fide poſſiderunt: nec poteſt Romana eccleſia petere reſtitutionem,vt ibi patet: vbi prohibetur omnis moleſtia poſt præſcriptionem.¶ Secundũ. Contra eccleſiã uerò inferiorẽ Romanã ſi prȩſcribatur a priuato,vel ab alia eccleſia,quo ad ĩmobilia,corporalia, & in corporalia iura, habentibus continuam cauſam, vel non habentib. requiruntur xl.an. extra eo.de quarta.& c.1.eo.tit.lib.6. non tamen requiritur titulus,ſed ſufficit bona fides, niſi ſit contra ius cõe,quia ſic requiritur titulus uerus,aut putatiuus, extra eo. ſi diligenti. aut tp̃s,de cuius initio memoria non eſt. d.ca. 1. Fallit quod dictũ eſt eo caſu quo ius ciuile exigit in præſcriptione contra priuatũ tẽpus de cuius initio memoria non extat, quia tunc multo fortius reqritur illud tp̃s in p̃ſcriptione contra eccleſiam,nec ſufficiunt xl. annor. ¶Tertium.Quo ad mobilia,ſm̃ Pan. in c.cum dilectæ.de confir.uti.uel inut. contra eccleſiã Romanam non habet locum vſucapio triennalis,quæ tamen habet locũ contra alias, niſi in rebus quæ alienari non poſſunt ſine debita ſolennitate,de qua ſu.alienatio. ¶ Quartum. Currunt etiam contra eam præſcriptiones iudiciales,ſm̃ Panor.in c.fi.de in integ. reſtitut,

vt,

vt, ꝙ post decennium non appelletur, & huiusmodi: sed restituitur, sicut & minor, iure speciali, vt in d.c.fi.& l.1.C. si sæpius in integ. rest.fue.po.& ibi Barto.sequitur. ¶Quintum. Si etiam laicus habet rem cōem cum ecclesia. & indiuisibilē, ẜm Pan.in d.c.de quarta. requiritur quadragenaria ꝑscriptio ꝑꝑ ecclesiam. arg.l.si cōem.ff.quemad.ser.amit.sin tñ ius ecclesiæ remanere potest illæsum, ẜm Ioannem And.in ca.vnico.de iur.patr.præscriptio cōis contra laicum sufficeret: facit quod no.in ca. ad audientiam, eodem.tit.& 16.q.4. nolumus. ¶Sextum. Si autem res cum esset laici, incepit præscribi ab aliquo, & deinde venit ad ecclesiam, non requiritur quadragenaria ꝑscriptio ẜm cōiorem, & veriorem opin. vt dicit Pano. in d.c.de quarta. sed pro præterito vtetur priuilegio priuati, & pro futuro t̄pe priuilegio suo.arg.in l.fiscus.la 1.ff.de iur.fis.Et ideo si cōtra priuatum præsentem cucurrerunt.v.anni antequam veniret ad ecclesiam, postquam venerit ad ecclesiam sufficient 20.Et idem in similibus priuilegiatis.facit authē.si quis. C.de præscr.long.temp. ¶Septimum. Res autem patrimoniales clericorum quadragenario isto priuilegio non gaudent: sed cōi spatio ꝑscribuntur, sicut & aliæ laicorum, secūdū gl.in c. possessiones.16.q.4.& in c.q̄q̄.de censi.li.6. & Spe.in tit.de rest.in integ.tenet, quod restitutionem petere non possunt, si fuerunt læsi in talibus, sicut faciunt in læsione in rebus ecclesiæ. Et iura, quæ dicunt bona clericorum gaudere eodem priuilegio, quo bona ecclesię: debent intelligi, quo ad defensionem. allegat c. ecclesiarum seruos.12.q.2.& facit, quod dicit Pet.& Abb.in c.cum sit.de fo.comp.s.ꝙ raptores præfatorum bonorum non conueniuntur coram iudice ecclesiastico: quia priuilegiū nō debet extendi, nisi in casibus iure expressis, & idem d.Ant. nisi sit eadem omnino ratio cum expressis a iure. ¶Octauum. In legatis autem ad pias causas habet locum solū præscriptio 40.ann.ẜm gl.in auth.de ecc.§.pro tēporalib. & 16.q.3.c.pen. ¶Nonum. Contra hospitalia autem, & alia pia loca requiritur præscriptio 40.anno.sicut contra ecclesiam. vt est text.in l.omnia priuilegia.C.de epis.& cle.& no.Ioā. And.in cap.2.de rest.in inte.rest.lib.6. ¶Decimo. Contra principē distinguit Pan.in c.cum nobis.eo.tit.sic. Aut sunt bona reseruata principi in signum subiectionis, vt in tributo, vel censu: & sic nullo tempore currit.l. competit.C de præscrip.30.ann.vel in signum singularis priuilegij, aut dominij, vt legitimare spurios, creare notarios, exigere vectigalia, & pedagia, & huiusmodi: & sic requirit scientia principis, & tm̄ tempus, de cuius initio memoria non existat, vt est tex.in ca. super quibusdam.de verb.sign.& per Bar.in l. cunctos populos.C.de sum.Trini.& l.si publicanus.ff. de pub.& in l.1.ff.de aqua plu.arc. Aut sunt bona pariter possedibilia: & si sunt principi incorporata requiritur spatium 40.ann.vt in d.l.cōpetit, & sic procedit gl.in §.fisci Inst. de vsuc. Si vero non sunt incorporata, sed duntaxat delata tanquam vacantia, seu quia cā publicata, tunc in delatis ꝑꝑ vectigal non solutū sufficit tempus 5.ann.vt l.2.C.de aposta.in alijs vero si præcessit denuntiatio sufficit tempus 40. ann.vt l.intra quatuor.ff.de diuer. & tempo. præscri. Si vero denuntiatio non interuenit, sic si habuit bonam fidem tantum: requiritur tempus 20.ann.l.in omnibus.ff.de diuer.& tēpo.præscr. Si autem vltra bonam fidē habuit titulum: sic sufficit tempus x.ann.& sic loquitur l.quamuis, ff.de vsucap.& no.Bar.in d.l.in omnibus. ¶Vndecimo. Contra quoscunque autem alios a prædictis distinguo. ¶Nam aut sumus in actionibus personalibus, & sic requiritur spatium 30.annor.quod Pan. in causa de cau.proprie.& pos.limitat verum, quādo concurrit sola patientia: secus si cum patientia interuenisset aliud: vt est tex. in l.Procula.ff. de prob.vbi ex taciturnitate longi temporis prę sumitur dimissum fideicommissum debitum, si sæpius de alijs habita ratione non sit habita mentio de fideicommisso. ¶Aut sumus in rebus corporalibus immobilibus, & si sic possidet cum titulo, requiritur spatium x.anno.inter ꝑsentes continuè, & 20.inter absentes.l.fi. C.de præsc.lon temp.Si vero partim fuit prę sens, partim absēs, duplicabitur t̄ps absentiæ solum authē.quod si quis in quibusdam, C.de præscr.long.temp. sine titulo vero cum bona fide, & reliquis præscribitur 30.annis, vt in c. sanctorum.eod.titu.16.q.3.placuit, & l.si quis emptionis, C.de præscr.30.anno. ¶Aut sumus in incorporalibus, vt sunt iura, & seruitutes: & sic non requiritur titulus, sed solū vsus, sic distinguendo: q̄a aut sumus in seruitutibus: & tunc si habent causam continuam, vel quasi, regulariter præscribitur longo t̄pe, i.x. anno. inter præsentes, & 20. inter absentes.text. est in l.fin.C.de præscr.long.temp.& in l.2.C.de serui.vbi glo.& Doct.hoc not. Si vero seruitus habet causam discontinuam: vt seruitus viæ, & seruitiorum extraordinariorum præstatio: tunc regulariter non præscribitur;

vt eſt tex.in l.ſeruitutes.la 4.ff. de ſer.& ibi ꝑ Doct.Fallit primo quando quis vſus eſt tanto tẽpore,cuius contrarij memoria non exiſtit. l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æſti.& no.gl.& Doc.in d.l.ſeruitutes,tp̃s autẽ centum annorum eſt tẽpus,de cuius initio extat memoria,vt tenet do.Ant.in cap.veniens. de teſti.& Car.in c.ſi diligenti de præſcr. Fallit ſecundo, qñ habuit titulum conceſſionis a domino:quia præſcribitur decem annis inter præſentes,& viginti inter abſentes,vt not.gl. in d.l.ſeruitutes. Et tertio,ſi præſcribitur quã do habuit verũ titulũ a tertio,i. per x. annos inter præsẽtes.& xx.inter absẽtes.l.fi. C.de ꝓſcri.lõ.temp.ſm Pau.de Caſt.in d.l.ſeruitutes. Eſt tamẽ dr̃ia in præſcribẽdo vrbanã, & ruſticanã ſeruitutẽ, quia ruſticana ꝑditur ꝑ nõ vſum:vrbana aũt non niſi ſimul alius vſucapiat libertatẽ:puta,habeo feneſtras,quas licet obſtruã,non perdo ius, ſed ſi alius per idem tempus altius eleuat murum ſuum,ſic amitto.Probantur hæc in l.hæc autem iura. ff.de ſer.vrb. præd. Quid ãt ſit ſeruitus vrbana,& ruſticana:vide infr.Seruitus.§ 1.Dr̃ ãt ſeruitus hẽre cãm cõtinuã,vel ꝑpetuã,qñ eſt in vſu actualiter,& potentialiter,vt ſeruitus aquæ ductus, & altius non tollendi,& huiuſmodi. Ratio, q̃a licet a principio requiratur factum hominis, non tamen ſemper : quia poſtquam aqua eſt deriuata in canale, facto naturæ continuatur,& per ſeipſam ſemper fluit:vt in ſeruitute tigni iniuncti,vel oneris ferẽdi, ꝙ poſtquã ſemel eſt immiſſum continuatur. Aliquando vero dicitur habere cauſam, quaſi continuã, vel quaſi perpetuã, quando.ſ.eſt in vſu continuo,ſeu perpetuo potentialiter, ſed nõ actualiter:vt ſeruitus ſtillicidij, vel ductus aquæ ex cœlo cadentis. Ratio,quia licet non ſemper exerceatur actu , tamen eſt apta nata ſemper exerceri ſine facto hominis, quia cum pluit, ſtillicidium eſt ſemper aptum recipere aquã ſine facto hominis, poſtquam ſtillicidium eſt: & idem in iure eligendi , & percipiendi decimas ex agro.Aliquando vero dicitur ſeruitus habere cauſam diſcontinuam,quando ſcilicet nec actu , nec potentia eſt ſemper in vſu , ſed neceſſario requiritur factum hominis , quod non poteſt eſſe continuum; vt eſt ſeruitus itineris,viæ,& ſimiliũ. Hoc notatur per gloſ.& Doct.in l.ſeruitutes.la 2.ff.de ſeruit. & in l.foramen.ff.de ſeru.vrba.pręd.Aduertendum eſt autem,ꝙ ſeruitus amiſſibilis per non vſum, ſi habet ſolum interualla dierum , vel noctium tantum,vt ſpatij breuioris,præſcribitur decẽ annis inter ꝓſentes, & viginti inter abſentes: ſed ſi habeat interualla annorum,vel menſiũ, requiritur tempus duplicatum, quo ad præsẽtes,id eſt viginti annorum,quo ad absẽtes vero,licet ſint opiniones,verius tamen eſt,quod ẽt duplicatur,ſecũdũ Io.gl.in l.fi.C. de ſeruit. quẽ ſequũtur cõiter gl.Accur.Barto.& Bald. & Doc.ibi.& Inno.in c.de quarta.eo.tit. quia hoc pro vltima opinione ponit, quæ eſt ſua iuxta gloſſ.not.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Treb.ibi dr̃,quod vltima opinio in dubio tenendũ eſt. Nota etiam,quod dicta duplicatio non habet locum in præſcriptione 30.vel 40. annorum , nec in præſtatione annua , vt vult gl.in d.l.cũ notiſſimi.§.fi.C.de præſcr.30.ann. Et dicitur habere interualla dierum , vel noctium,quando alternis diebus,vel die, ſeu nocte mihi licet,& tibi altero die, &c.annorum autem,vel menſium, quando de quinquennio in quinquennium , vel de anno quolibet vna die,vel plurib.licet ducere aquã. ¶Aut ſumus ĩ ſeruitute,q̃ dẽtur a re ꝑſonæ : vt vſusfructus vſus,iuriſdictio,& huiuſmodi,q̃ licet req̃rant factũ hominis , tñ non dicunt habere cauſam diſcontinuam:quia animo poſſideri poſſunt , qui eſt continuus , licet actus hominis ſit diſcontinuus:non ſic autem in ſeruitute, quę rei debetur a re,cum res animum nõ habeat.Iſtæ ergo ſeruitutes, quæ debentur perſonæ a re, longo tempore præſcribuntur cum titulo tñ vero: quia habẽt ſimilitudinem cũ dominio , quod ſine titulo longo tp̃e non præſcribitur: vt eſt caſus in l.vlt.in fi.C.de præſcr.long.tẽp. Et intellige de titulo habito a non domino: quia ſi a domino , præſcribere non oportet . ¶Aut ſumus in ſeruitute perſonali, quę debetur ꝑſonæ a ꝑſonæ: & ſic præſcribitur aliquãdo quinquennio,quãdo,ſ.pater tempore mortis geſſit ſe pro libero non in fuga , nec latitans, ſed bona fide: quia poſt quinquennium elapſum, in quo filius non eſt ſtatus cõtrouerſiam paſſus.efficitur liber.no.Pan.in c.licet.de coniu.ſer. in perſona vero propria requiritur tempus decem annorum, cum bona fide : nec requiritur titulus fauore libertatis,vt ĩ l.2. C. de præſcr.long.tem.alias ſeruitus omnis ꝑſonalis cum ſit continua ꝑꝑ animum , qui non poteſt eſſe in ſeruitute reali ſine titulo requiritur tempus lõgiſſimum.i.30.annorum. vt no. Cyn.in l.2.C.de ſer.& aqua.cũ titulo vero ꝑ decem inter præſentes, & 20. inter abſentes. ¶Aut ſumus in debitis, legatis,aut ſtipulationibus:& ſic ſecundum Bar.in l.cum notiſſimi. C.de præſcr.30.anno. ſi obligatio ſit de pũti,

licet exactio ſit delata in diem, ſi cũ teſtator legat centum alicui, ita ꝙ tradantur ſibi decẽ omni anno ſolum:ſed vnica præſcriptione tolletur: & per ſpatiũ illud quo aliæ res: arg. l.ſenatus.§.fi.ff.de do.cau.mor.& cap.de quarta.eod.tit.vbi vnica præſcriptione quadragenaria tollitur quarta debita epiſcopo,q̃ cõiter ſoluitur omni anno, quia obligatio orta eſt de præſenti licet exactio ſit dilata,ſi vero obligatio ſit in diem,ut in legato facto ſimpliciter,ꝙ annuatim detur aliquid, quia tot ſunt legata,quot annuæ præſtationes d.l.ſenatus. in fi.ſic nõ currit præſcriptio, niſi a die extantis obligationis: & conſequenter oportet, ꝙ tot ſint prǽſcriptiones,quot legata.Sed aduerte,quod ſi hæres teſtatoris ſcit ſe teneri,vt cõmuniter præſumitur,vt not.in l.qui Romæ.§. duo fratres.ff.de verb.obl.nullo tp̃e præſcribit,ſm Petr. de Pu.trac.de ca.por.quia eſt in mala fide:& idem dic de quocunq; debitore, vt no.Ang.in l.qui ſequitur.§.ſi viã.ff.de vſucap.dicens hic cõiter teneri contra Bart. ẽt ſi ſtatuto caueatur, vt præſcriberet.quod ẽt ſequitur Io.And.in c.2.de excep.libr.6.Hoſt.in c.per tuas.de do.& Card.in c.vigilanti.eo.ti. & eſt gl.no. in auth.vt eccleſia Romana cen.an.ha.præſcr.quæ dicit, ꝙ tale ſtatutum eſſet iniquũ præſidiũ & ſequitur Bald.in c.ſi quis p̃ 30.ſi de feu.fue.contr.vbi dicit, quod præſcribens ſcienter debitũ, ſemper poterit denuntiari:ſi vero ignorauit ꝓbabiliter, ſit præſcribet, ẽt quo ad conſcientiam,vt voluit Innoc. in c.curã.de iu.pat.& in c. quia pleriq; de immu.eccl.Pan.tamẽ in c.fi.de præſcr.diſtinguit. Nã ſi debitor ſciens debitum non tenebatur offerre, ita quod ceſſando a ſolutione nõ fuit in culpa,præſcribet:quia nõ eſt in mala fide: q̃a cogitare potuit,ꝙ donare,vel relaxare voluerit.Qñ aũt videat offerre,vide tex. cum gl. in l.item illa. ff. de conſti.pec. & plenius per Bar. & ſup. Obligatio §. 9. nihilominus denuntiari poterit iudici eccleſiaſtico. Si verò, tenebatur offerre.ſic non præſcribet,quia eſt in mala fide. Et ita tenet Sum. Ang. ſed male: quia aliud eſt eſſe in bona fide,aliud eſt non eſſe in culpa: vnde iſte non eſt in bona fide, vt patet p̃ dicta ſu.§. 1. ¶ Aut ſumus in actionib. & exceptionibus, & ſic cum variæ ſint,vario modo præſcribũtur,puta, exceptio de nõ numerata pecunia poſt bienniũ non poteſt opponi.l.in contractibus.C.de non num.pec.repetitio debitorum in alia non præſcribitur, niſi per quinquaginta annos, vt in l.alearum ludos ff.de alea.& huiuſmodi, q̃ multæ ſunt. & ſm Pan.in c.cum cauſa.de emptio.& vend. currunt etiam contra eccleſiam ſm ſpacium decretum a iure ciuili,a quo ſunt inuentę nec expectatur ſpatium decem annorum.

¶ Notandum eſt tamen, quod omnis obligatio,vel exceptio,ſpatio decem,aut viginti annorum præſcribitur.l. obligationum fere. §. placet,ff.de act.& obl. ¶ Notandum eſt etiam, ſm Bart.in l.ſi ab hoſtibus. C.quib.non obijci longi temp.præſcrip.ꝙ actiones prætoriæ rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ, niſi dentur contra ius ciuile,puta,redhibitoria:quia datur cõtra contractum validum de iure ciuili,ideo finitur anno. ſecus ſi contra contractum inualidũ de iure ciuili,quia ſic eſt perpetua. Item diſtingue:quia ſi actio data eſt in pœna ſolũ, ſic præſcribitur etiam ſciente debitore in conſcientia: q̃a in pœnalib. non tenetur in conſcientia.12.q.2.fraternitas in glo.Si vero data non eſt in pœna,ſed in ſatiſdationem læſi, vt actio quanto minoris, & huiuſmodi, ſic data ſcientia debitoris non præſcribit̃ in cõſciẽtia quin teneatur ſatisfacere læſo.14. q.6.ſi res. ¶ Aut ſumus in rebus mobilibus, & ſic currit vſucapio: quæ tamen non currit contra minores,vt not. in l.fi.C.in quib.cauſ.reſt. in integ. non eſt neceſſaria,vide inf. Vſucapio.

8 Octavo † quæritur, vtrum ſucceſſor ſingularis,aut vniuerſitais,inuaſoris præſcribat per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes? Et de ſingulari dicit Panor.in c.nihil eo.tit. quod non, quantũcunque hẽat bonã fidem p̃p̃ uitium reale, quod ſequitur quemlibet poſſeſſorem.l.vitia.C.de acq.poſ. ſed oportet,ꝙ currat ſpatiũ triginta, vel quadraginta annorũ: & ſic bene præſcribit ẽt in rebus inuaſis,ut no.Inſt.de vſucap.§.furtiuæ. dummodo ſit bonæ fidei, & a ſe incipiat præſcriptionem,vt not.gl.in d.§.furtiuæ.Succeſſor autem vniuerſalis non præſcribit de iure ciuili, ſi defunctus habuit malã fidẽ, etiã ſine violentia, quia cenſetur eadem perſona cum defuncto in auth.de iureiur. a mo. præſt. Sed Dyn.in reg. poſſeſſor.& glo.in reg qui in ius. lib 6.& gl.in c.de quarta.eo.tit.& alia gloſ. in c.cura.de iu.pat.tenet,quod præſcribet de ęquitate canonica,ſi eſt bonæ fidei, & in perſona ſua inchoat præſcriptionem.Pa. aũt poſt do. Anto.in c.ſi diligenti.eod.tit.tenet primum,ſ. quod non præſcribet,& melius, quia cum nõ habemus ius canonicum contra ius ciuile expreſſum, in hoc ab eo recedere nõ debemus. Et iura,quæ alij allegãt, loquũtur de ſingulari ſucceſſori,nõ de vniuerſali.Aduertendũ eſt

tamen, quod licet mala fides defuncti noceat hæredi, non tñ nocet ementi ab hærede, ſm Bar. in l. poſt pluribus. in fi. ff. de vſucap. & do. Franciſ. de Aret. in d. c. ſi diligenti.

9 Nono † quæritur, quæ ſunt tempora, vel caſus, in quibus prǽſcriptio nõ incurrit, licet nõ interrumpatur, ſed dormit? Et dicit Pan. in ca. ex tranſmiſſa. eo. tit. quod ſunt nouẽ. ¶Primo tpe hoſtilitatis, & vbi ius non redditur, quod Innoc. in d. c. limitat qñ pp guerram, & hmõi actor agere voluit, ſed nequiuit, quia nõ erat qui ius redderet, l. ſed ſi per ptorẽ. §. ſi ferię. ff. ex qui. cau. ma. pp qđ dicit Barto. in l. de æta. ff. ad Treb. quod citatus tẽpore peſtis habet iuſtam cauſam non cõparendi, alleg. ca. ad ſupplicationem. de renun. facit glo. in ca. ſi vero. de iureiur. Vnde dicit idem Bar. in l. naturaliter. ff. de vſuc. quod tpe peſtis præſcriptio nõ currit, vbi quis fugit ex tali timore, aut certè erit iuſta cauſa petendi reſtitutionem in integrum ex clauſula gñali. Et idem generaliter dic de omni alia cauſa impediente, ne quis rẽ ſuam petat. l. quod quidem ex quib. cau. ma. & de appel. l. ex ratione. ¶Secundo, quando eſt defectus prælati, i. qñ eccleſia nullum habet prælatum, vel habet inutilem ad agẽdum: puta, quia eſt excõicatus, ſuſpenſus, & eſt negligens in petenda abſolutione, vel captiuus de conceſ. præb. quia diuerſitatẽ. 16. q. 3. cap. 1. de ele. quia diligentia aut eſt dilapidator, vel male alienans. 16. q. 3. ſi Sacerdotes. & quod not. in c. 1. de in integ. reſt. lib. 6. quia toto tpe prælati male alienãtis non currit. ¶Tertio quãdo quis de iure impeditus agere, ſicut filiusfamilias. l. 1. in fi. C. de annal. excep. & vxor viuente marito, nec vergente ad inopiã reſpectu rerum dotalium. l. in rebus. C. de iure do. & pupillus durãte ætate pupillari. l. ſicut vltra medium. C. de præſcrip. 30. annor. & generaliter non currit præſcriptio contra maiorem niſi 30 vel 40. anno. C. in qui. cau. reſti. in integ. nõ eſt ne. l. fin. contra pupillum autem nulla currit. d. l. ſicut. ¶Quarto, quando eſt ſchiſma quo ad eccleſiam Romanã. vt in c. cum nobis, eo. tit. quod Direc. intelligit de tpe prælati ſchiſmatici, de elect. quia negligentia. ¶Quinto, tẽpore conditionis, quia res ſub cõditione non præſcribitur. l. cum notiſſimi §. ſed illud. C. de præſcri. 30. ann. quia nulla currit mora. ¶Sexto, tpe feriarũ repentinarũ, quia pcaueri non poſſunt, vt dr̃ in d. §. ſi feriæ. ¶Septimo quando quis abeſt reipublicæ cauſa: ſed ſecundum Inn. in iſto caſu & propriè præſcriptio quidẽ currit, ſed reſtitutio datur, quãdo prǽſcriptio dictis temporib. eſt completa, vel parũ poſt; ſecus ſi poſt magnum tempus, quia nõ datur, facit l. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cau. ma. & ſatis placet, licet alij teneãt quod indiſtinctè non currit. ¶Octauo, tpe feriæ, vel prodigalitatis, ſm Ioã. And. in addi. ad Spe. eo. tit. ¶Nono, tpe iacentis hǽreditatis, ſi non ſtat per hæredem, qui ea capiat, ſed impeditur aliquo modo, ſecundum Panor. in ca. de quarta eo. tit. ſed do. Ant. ibi tenet, quod currit, ſed reſtituetur ex clauſula generali.

10 Decimo † quæritur, vtrum in præfatis caſibus ita dormiat præſcriptio, quod non ſit neceſſe petere reſtitutionem? Et dico diuersã fuiſſe opi. Legiſtarum in l. ſenatus. ff. de offic. præſidend. & Canoniſt. in c. ex tranſmiſſa. eo. tit. ſed mihi placet opi. Inno. quod impeditur ipſo iure, nec ſit neceſſe reſtitutionem petere, niſi ſolum in tempore abſentiæ & feriarum, aut ex ſimilitudine rationis tempus prodigalitatis. Ratio autem ſua quare non currit, eſt, quia tanquam odioſa: arg. c. vigilanti. eod. tit. non eſt laxanda.

11 Vndecimo † quæritur, vtrum currat contra eum, qui diu aliquid ſoluit ſine cauſa? Et dico, quod non quantumcunque tempus defluxerit, ſed deſiſtere poteſt de cætero a ſolutione ſi cognoſcat ſe indebitè ſoluiſſe. l. litibus. C. de agri. & cenſib. & de cenſibus peruenit. 16. q. 3. clerici. & glo. 10. q. 3. quia.

12 Duodecimo † quæritur, qũo interrumpatur præſcriptio? Et dico, quod duobus modis, ſecundum Rayn. ¶Primo naturaliter, & hoc multis modis. ſ. ſi aqua, vel fluuius occupauit fundum, aut inde violenter eiectus eſt poſſeſſor, aut res ei furto ſublata. ff. de vſucap. l. naturaliter, aut ſi quocunque modo poſſeſſionem amiſit, aut habuit animum deſerendi, ff. de ſerui. vrba. præd. l. ſi ædes. §. 1. & concord. Vlder. adde generaliter quando deficit vnum de ſubſtantialibus præſcriptionis. ¶Et ſecũdo interrumpitur ciuiliter: & hoc multis modis, ſecundum Direc. ¶Primo per libellum principi oblatũ, quod valet ſolum in actione annali, quæ poſt annũ moueri non poteſt, vt eſt actio iniuriarũ, & quædam aliæ. Inſt. de perpe. & temp. act. & per hoc perpetuatur. ¶Secundo per litis conteſtationem, quod locum habet in perpetuis actionibus, & coram ſuo iudice. C. ne de ſta. defun. l. pen. imo, ſecundum Ray. valet in omnibus actionibus, per l. fin. C. de præſcri. 30. vel 40. ann. Et idem dic in quaſi litis conteſtationem: extra. vt lit. non conteſt. quoniã, vltra mediũ. Et hi duo modi videntur

habere locũ in iudicio:quibus, ſecũdũ Rayn.
additur tertius per querelam iudici factam,
& ſecutam rei conenctionẽ: & hoc valet in
omnibus actionibus. C. vbi ſtatim. l. ſicut in
rem. ¶ Tertiò vbi litem conteſtari quis non
poteſt:vel, vt alii dicunt, aliqua cauſa impedi-
tus rem ſuam petere non poteſt per libellum
oblatum iudici contra abſentẽ, vel eum qui
aliqua de cauſa conueniri non põt, deducen-
do ius ſuum in querimoniam coram iudice
ordinario, uel etiam coram publicis perſonis.
de offi. ord. c. paſtoralis. & de app. ſi iuſtus. vbi
etiam dr̃, ꝙ dicta proteſtatio, ſi iudex haberi
nõ poteſt, fieri poteſt coram bonis viris; nec
diſtinguitur vtrum ſint perſonæ publicæ, vel
non: & hoc eſt æquius: vel etiam eo caſu pro-
ponat ad domicilium rei, & eſt interrupta pręſcriptio.
16. q. 3. §. poteſt. ¶ Quartò per ſacrũ
oraculum oblatum principi, ſi per executo-
rem poſtea conuentio ſequatur. d. l. ſicut rem
¶ Quinto per ſolutionẽ vſurarũ, ne. ſ. currant
contra creditorem debitũ non repetentẽ. C.
de præſcr. 30. ann. l. cum notiſſimi. ¶ Sexto ꝑ
ſecundã cautionẽ factam a debitore. d. l. cum
notiſſimi. ¶ Septimò ꝑ denunciationem factã
colono, vt lite non cõteſt. quoniã. & ſm gloſ.
Ray. iſta denunciatio fit per citationẽ factam
de parendo iuri corã iudice ſuper re, quã poſ
ſidet nomine alieno. ¶ Octauo per ſynodalẽ
proclamationem: puta, ſi ſacerdos proclamet
in generali, vel prouinciali ſynodo, ꝙ alius ſa
cerdos tenet rem eccleſiæ extra c. ſanctorum
¶ Quantum autem ad conſcientiam interrum
pitur, quoties quis in veritate eſt in mala fide,
licet ignoretur, aut deficit aliquid de ſubſtan
tialibus præſcriptionis.

13 Tertiodecimo † quæritur, vtrum tutus
præſcriptione teneatur in foro animæ reſti-
tuere rem præſcriptam, ſi completa præſcri-
ptione incipit habere malam fidem, cogno-
ſcendo eam fuiſſe alienã. Et dicit Sum. Roſ. &
quidam alii, ꝙ ſecundum Theologos reſtitue
re tenetur quod nunquã legi; imo Scot. in 4.
diſt. 15. tenet contrariũ S. Th. quol. 12. art. 25.
dicens. ſi quis præſcribat bona fide poſſiden-
do, nõ tenetur ad reſtitutionẽ, etiam ſi ſciat
alienum fuiſſe poſt præſcriptionem: quia lex
põt aliquem pro peccato, & negligentia pu-
nire in re ſua, & illã alteri dare, & concedere.
Hæc ibi. Et idem diceret oĩs bonus Theolo-
gus: quia ſm S. Tho. tenetur quis ſoluere pœ-
nam iudicialem. i. ad quã condemnatur a iu-
dice. ut 2. 2. q. 62. & conſequenter ille cui ap-
plicatur, eam in conſcientia poteſt retinere:
& conſequenter licitum eſt tenere eam, quã
infligit legislator, cuiuſmodi eſt præſcriptio,
q̃ inducta eſt principaliter in pœnam negli-
gentiũ, & quietem ciuitatis. Inter canoniſtas
aũt Ray. dicit ſimpliciter tali conſulẽdum, ꝙ
reſtituat. aliter dubitat de ſtatu eius. Similiter
d. Ant. in d. c. vigilãti eo. tit. dicit ſe diſputaſſe
ꝙ licet non teneatur in foro cauſarũ, tamẽ in
foro animæ tenetur, quia ratio præſcribendi
nõ eſt ſufficiẽs quo ad æquitatẽ contra eũ, q
de negligentia imputari non põt; aliter etiam
diſtinguit, vt refert Arch. in 2. parte tit. c. 15.
ad fi. Sed contrariũ clamant pene oẽs alii, ut
gl. in d. c. vigilãti. Io. Vinc. Tanc. & Gof. Hoſ.
Bern. Ioan. Andr. Inn. Hug. Mona. Vld. Veruec.
Gera. Io. de Rip. & Lan. & Pan. in d. c. vigilan-
ti. dicentes indiſtinctè, ꝙ nõ tenetur reſtitue-
re in conſcientia, ſi concurrunt oĩa de iure re
quiſita ad præſcriptionẽ. Et ita indubitãter te
nendum eſt, niſi quãdo reſtitutio petitur in
integrũ, & admittitur, quia iſta ſtatuerunt le-
ges, & canones, tum in pœnam, tum etiã ꝑꝑ
bonum cõe, cui hoc expedit ad lites dirimen-
das, ꝑꝑ quod bonũ ſi alicui poſſunt auferre
vitam multo magis ſubſtantiã: vnde iura fa-
ciunt hoc meum, hoc tuũ. 8. diſtin. quo iure
& conditor legis, aut canonis põt mihi dare
rem alienã, & tutus ero. ff. de euic. l. Lucius,
C. de quadr. præſcr. l. bene a Zenone. quod in
tellige ex cauſa, puta in pœnã, vel quia expe
dit bono cõi, qui verò deponere non põt cõ
ſcientiam ligantẽ ad cõtrariũ, reſtituere tene
tur per accidens. ¶ Ad motiuũ do. Anto. dico.
primò quidẽ, ꝙ qui de negligentia imputari
non põt, habet remedium petendo reſtitutio
nem ex clauſula generali, quã ſi petat, ac obti
neat, in conſcientia reſtituendum erit, ſi ue-
rò nõ petit, nõ erit neceſſariũ reſtituere, per
no. ab. Inn in c. quia pleriq; de immu. eccleſia.
¶ Et ſecundò dico ꝙ p̃ſcriptio non inducitur
de iure canonico ſolũ in odium negligentis;
ſed etiã ꝑꝑ bonum & æquũ 16. q. 4. §. poteſt.
Vnde ſm Bald. in c. ſi quis per 30. ſi de feu.
con. fue. laicorũ ſtatutũ negans audientiam in
foro ſeculari ꝑꝑ æquum, ſeu bonum publi-
cum, valet in conſcientia, nec habet locum
denunciatio in iudicio eccleſiaſtico, puta, ſi
cauetur, ꝙ non ſoluens gabellam iuſtam non
audiatur, uel inſtr̃m non regiſtratum in libro
cõis, præſumatur falſum. Et ſimiliter Bart. in
extrauaganti, ad reprimendã. in uerbo denun
tiationem. de Velleiano & Macedoniano, di-
cit ꝙ non valet denunciatio in foro eccleſia-
ſtico: quia datur eis maxima æquitate natu-
rali,

rali. Sic a fortiori non habebit locum in pręscriptione, quæ tam ciuili, quam canonico iure propter bonum publicum inuenta est, & cum maxima æquitate. Ex his patet ex parte ad quæstionem, de qua tit. seq. §. vlt.

14 QVARTODECIMO quæritur, quod remedium ei, contra quem sine sui negligentia pręscriptio completa est. Et dico, si legitimo impedimento detentus fuit communiter dicunt Doct. eũ posse petere restitutioné in integrũ vsq; ad quatuor annos sequẽtes, qui incipiũt ã die scientiæ post cessationem dicti impedimenti: quia istud quadriennium non currit ignoranti: ut in c. 1. de resti. in integr. lib. 6. in ver. si quis negligenter omiserit, quia ignorãs non negligit. vt probatur in c. 2. iũcto c. quia diuersitatem. de conces. præben. Et hanc opi. tenet Io. de Ligna. post Zenze. in cle. vna. de rest. in integ. Et placet mihi, vt sapiat naturã eius, in cuius loco subrogatur, ar. c. ecclesia, vt lit. pen. quia istud quadriennium succedit loco anni utilis, qui olim competebat, ut in l. fi. C. de temp. in integ. re. Ideoque a principio erit utile: licet postea sit continuum. ¶ Nec tamen pp prędicta præscriptio erit inutilis pręscribenti: quia ſm Inno. in c. quia plerique de immun. eccl. valet in foro conscientiæ ad hoc, ꝙ non tenetur restituere rem præscriptã, nisi petat; & si non petit intra tempus debitum, iam amplius non tenebitur, etiam si petatur, nisi fuerit impedit⁹ ex facto iudicis vel aduersarii: ut vult glo. in cle. vnic. de rest. in integr.

15 QVINTODECIMO † quæritur, vtrum ecclesia præscriptione completa petat restitutionem in integrum? Et dico communiter teneri ꝙ sic in c. 1. eo. tit. vsq; ad 4. annos, ut sup. §. priore. & idem glo. in c. 1. de rest. in integrum. Ad c. aũt sanctorum. eo. titu. dico verum esse ꝙ ei non datur qñ ecclesia contra ecclesiá p̄scribit: ut ibi. Similiter et in casib. in quib. præscriptio dicta ẽ dormire, q̃ tenere vellet, ſm aliquorũ opinioné, ꝙ currat, dicat, ꝙ dabitur restitutio in integrum vsq; ad quadriennium.

16 SEXTODECIMO † quæritur, vtrum negligens agere possit contra eum, qui rem suam alienauit, postquam ille, cur fuit alienata, usu cepit eam? Et dico, ꝙ sic: quia alienator tenetur sibi ex delicto: & sua negligentia cessare non fecit delictum illius, de quo uide quod no. Bart. in l. 3. de aliena. iudi. mu. cau. facta.

RVRSVS de Præscriptione 2. quo ad præscriptibilia, & præscriptores.

1 *Præscribi quæ res possint.*
2 *Crimina an præscribantur.*
3 *Pręscribi an possit contra obedientiam.*
4 *Præscribi a laicis non potest ecclesia, aut aliud spirituale.*
5 *Pręscribi non potest ius patronatus.*
6 *Pręscribi an possit limes episcopatuum.*
7 *Limes cuius sit, quando est diuisibilis.*
8 *Pręscribi non potest liber homo.*
9 *Publicę res pręscribi non possunt, sicut nec publicę pensiones num. 10.*
11 *Principi reseruata pręscribi non possunt,*
12 *Vitiosę res præscribi non possunt.*
13 *Pręscribi non possunt, quę lex prohibet alienari.* *Idem si testator nu. 14. aut pactum, nu. 15.*
16 *Pręcario detenta non pręscribuntur.*
17 *Pręscribi non potest res empta a prodigo, luxurioso, uel lusore.*
18 *Ignorantis res non pręscribitur.*
19 *Excommunicati res non præscribitur.*
20 *Pręscribere an omnes possint.*

PRAESCRIPTIO rursus secundo consideranda est quantum ad eam rem quæ præscribi, & quantum ad eam personam, quę pręscribere potest.

1 PRIMO ergo quæritur, quæ res præscribi possit? Et dico, ꝙ regulariter omnis res, omne ius, & omnis actio præscribi potest, extra eo. ad aures. C. de præscr. triginta, uel quadraginta ann. l. sicut in rem. Hoc tamen fallit in his, de quibus inf. §. 2. & sequentibus ad xix.

2 SECVNDO quæritur, quid de peccatis? Et dico, quod ullo tempore præscribi non possunt de iure canonico, & in foro animæ, imò ea diuturnitas auget. de eo, qui dux. quam pol. cum haberet, de simo. cum in ecclesiæ. de iure autem ciuili si peccatum est momentaneũ, lapsus temporis pœnam alleuiat. l. si diuturno tempore, ff. de pœn. & quandoque tollit ex toto, & idem est de iure canonico quantũ ad pœnam fori contentiosi. Vnde dicunt cõiter Doc. & sequitur Pan. in c. cum haberet, ꝙ aduersus quodlibet crimen regulariter procedit præscriptio 10. annorum, vt post lapsũ quis nequeat accusari. & in l. adulter. C. de adult. dicitur ꝙ adulterium post quinquenniũ quis accusare non potest, nisi in duobus casibus. vide glos. ibi. Et idem est de voto contra id, quod non præscribitur, quin teneatur quis ad finem seruare. de reg. sicut & sic contra votum religionis consuetudo non prodest de ele. cum causam de præb. cum iam dudum, & cõsequẽter præscribi nõ põt cõtra ieiunia, & vigilias, & tẽtationẽ pecuniariũ, quin obseruandæ sint constitutiones, si ã prælatis mãdẽtur; quia hoc pertinet ad uotum professionis,

3 Tertio † quæritur, vtrum prescribi possit contra obedientiam, visitationem, & procurationẽ, q̃ debetur ratione visitationis? Et dico, quod non, eo. ti. cũ non liceat, & c. cum ex officij, & de censi. cum instantia. Et intellige de subdito, qui talia dẽt prælato: alius autẽ potest hmõi prescribere: puta, abbas, vel alius prelatus cõtra episcopũ circa subditos eius. Et hoc casu sicut dicit Inn. licet subditos eius. qualiter præscribat, nõ tamẽ suo noĩe, sed potius alterius, cui de subiectione respõdet, d. c. cum ex officij. Et de neruo ecclesiasticæ disciplinæ, contra quem nõ præscribitur, vt quod quis possit celebrare tempore interdicti: pulsatis campanis alta voce. de consue. ca. cum inter. & de sent. excom. alma. lib. 6. vel præsentibus excommunicatis, aut interdictis publice. de priui. c. episcoporum. li. 6.

4 Quarto † Non præscribuntur ẽt a laicis ecclesia: loca religiosa, ius decimarum, primitiarum, oblationum, aut alia spiritualia iura, q̃a ea possidere non possunt ext. eo. cã n. etiam si mille anni transierint, s̃m Io. An. c. 2 de preb. li. 6. Ab eis aũt, a quibus possideri possunt, bene præscribuntur. ext. eo. ad aures.

5 Quinto. † Nec similiter a laicis præscribi possunt annexa spiritualib. ut ius patronatus Quod limita quo ad laicos seculares, quia laici conuersi licet non debeãt, tamen possunt sp̃ualia tractare cũ clericis, & præscribere. Vide tex. iuncta gl. in c. ex eo. de elec. libr. 6. dicit ẽt Pã. in d. c. ad aures. ꝙ posset Papa concedere priuilegium laicis, vt possiderent aliqua spiritualia: quia p̃t eis dare ptãtem excõicãdi: & sic p̃scribere possẽt, quæ possidere possent.

6 Sexto † Non potest etiam præscribi limes, seu finis, vel quod adhæret limiti episcopatuũ, prouinciarũ, vel parochiarũ, ext. de paroc. sup eo. iuncta gl. & 16. q. 3. c. licet. & c. inter. & ibi Pan. limitando dicit, ꝙ fines, de q̃b. constat, vel coherẽtia finib. prescribi non possunt: intellige quacunq. præscriptione, ẽt cũ titulo: cum tex. gñali er loquatur: vbi tñ de finib. legitime non constat, præscriptio valet: sed cum in istis antiquis de facili non possit haberi probatio necessario concludens, admittitur præsumptiua: facit l. si arbiter. ff. de prob. secundũ glos. ẽt in d. c. super eo. non oĩa cohærẽtia limitib. sunt impræscriptibilia, sed tantũ coherentia principaliter: sicut si prope limitẽ sit amplissimũ prædium, nõ est totum impræscriptibile, sed tantum pars principaliter cohærens: de quo secũdũ Io. An. regula dari nõ p̃t, sed boni iudicis arbitrio erit ꝓcedendũ. ¶ Rõ aũt, quod dicti limites præscribi non possint, est ne termini prædictorũ confundãtur, vt ex dictis iuribus colligitur. Et similiter secũdũ Host. præscribi non possunt limites dignitatũ seculariũ: puta, ducatuũ, comitatuũ, & huiusmodi, licet quotidie principes aliena territoria vsurpẽt. Limites ãt prædiorũ bene præscribi possunt, 16. q. 4. uolumus. ext. eo. q̃a indicante. Et similiter præscribi possunt, quæ distabant a limite: puta, fluuio: licet nunc propinquent ex variatione aluei: vt de ecclesia dicit Dir. quia ꝑ ꝑ hoc non variatur ep̃atus. Et idem Pa. vbi supr. concludens, ꝙ ea, quæ sunt inf. limites limitibus non cohærentia p̃scribi possũt: quod satis probat d. c. per locum a spãli: quia ꝓhibito vno reliquum vr̃ esse concessum. de præsump. nonne: & s̃m eum vnus ep̃s p̃scribere potest ep̃alia, vel parochialia iura ĩ ecclesijs diecesis alterius cũ titulo, vel ꝑ tm̃ tp̃s, de cuius initio non est memoria. Vñ ep̃s Fesulanus in ciuitate Florẽtina habet eccelsiam vnã sibi subiectam cũ toto populo eius. Et facit c. cum olim. & c. auditis. eo. ti. vbi abbas p̃scripsit cõtra ep̃m oĩa iura ep̃alia in certis ecclesijs. Et per hoc dico, ꝙ remanẽtibus similib, põt præscribi etiam certa pars diœcesis.

7 Septimo † quæritur, cuius sit limes si sit diuisibilis, aut quæ in eo sunt? Et dico, quod cum limes diuidat fines, necessario in se est indiuisibilis; quia philosophicè semper diuisibile per indiuisibile diuiditur; ut patet in corpore superficie, linea, & puncto. Vnde ridiculũ est dicere, quod ager Petri non incipiat ubi finit ager Martini conuicinus, & confinis secundũ nos tamen aliquando limes est quid diuisibile: puta, fluuius. Et ideo dicitur a Canonistis sub disiunctione, quod limes est longitudo, seu latitudo spatium a spatio distinguens: in quo aliquando nihil potest consistere: vt quãdo est valde strictus: ut quando lapis pro limite ponitur: sed in episcopatib. & prouincijs non fit ita stricte, sed assignatur, quandoq. pro limite flumen, aut mons: & tunc est dubium cuius sit limes, vel quod in eo extruitur. Et dicit Pan. s̃m opi. quæ sibi verior apparet, quod per longitudinẽ, & latitudinem episcopatuũ, limes censetur ipso facto diuisus: intellige, q̃a secundum se terminãtur fines ad lineam diuidẽtem talem limitẽ per medium: licet, inquit, actu per hominem non sit diuisus. Pro quo tex. bonus in §. insula. Insti. de rer. diuis. ubi insula nata in flumine distinguente agros pertinet ad proprietatem vtriusque domini, prout accedit ad dictos agros: & si magis accedit

cedit ad alterum, est illius domini tantum, vt sup. inuenta. § 5. Si autem res est indiuisibilis, vt ecclesia ibi extructa, vterque episcoporum habebit ibi iurisdictionem pro indiuiso: & pariter habebunt ibi commodo. Et hoc tene: licet alij aliter sentiant. facit l. arbor. ff. communi diuid. vbi arbor nata in confinibus est vtriusque domini.

8 OCTAVO † etiam dico, quod præscribi non potest liber homo 16. q. 4. §. potest.

9 NONO. † Nec res publicæ quæ sunt in vsu: intellige, id est semel deputatæ ad vsum populi Romani, vel aliarum ciuitatũ ut: viæ, plateę pontes, & huiusmodi, & intellige nec in toto, nec in parte. ff. de vsucap. l. vsucapionem, C. de oper. publi. l. præscriptio. & C. de aquæ du. l. diligenter. etiam si is populus non vtatur. ff. de via pu. l. viam.

10 DECIMO. † Nec publicæ functiones, i. pensiones agrorum, siue ciuilis canon: qui. s. solui debet reipublicæ pro agris, d. §. pōt similiter nec possessiones agrorum a colono. C. de prę scr. 30. vel 40. ann. l. male agitur.

11 VNDECIMO. † Nec reseruata principi in signum subiectionis, vt tributũ, & similia. l. cōperit serenitas nostra. C. de præscr. 30. anno. & facit, quod no. in c. cum nō liceat, extr. eo.

12 DVODECIMO. † Nec res vitiosæ: aut quæ nascuntur ex eis, præscribi possunt longo tempore: Insti. de vsucap. §. quod aūt. & §. furtiuæ. Et intellige, quod non prę scribuntur, nec vsucapiuntur, nec a primo iniuste possidente, nec a quocunque alio, quamuis a primo bona fide emerit, vel aliter acceperit. Dicitur autem res vitiosa, si sit furtiue, aut vi possessa. Vbi dicit gl. in verb. longo tempore, s. triennij, vel decennij. aut 20. ann. sed 30. vel 40. an. possent; C. de præscr. 30. annorũ. l. & omnis. C. de ann. excep. l. 1. §. ad hoc. Et in verbo. vi possessa dicit, i. vi expulsiua, non cōpulsiua: & idem Bar. in l. si vi, vel met. C. de his, quæ vi. met. vide ibi. Et sic patet, quod breuiarium emptum a fure, & possessum 29. ann. tenetur emptor restituere, si superueniat mala fides, quia res furtiua non nisi viginti annis præscribi potest.

13 DECIMOTERTIO. † Nec res, quam lex, aut canon prohibet alienare: in quo tamen secundum Pan. in c. cum non liceat, eod. ti. sit distingue. ¶ Aut enim lex prohibet alienationem, quia eius rei non est commercium, nec possessio: vt in reb. sacris, spiritualibus, & religiosis respectu laicorum: & sic præscriptio non valet. ¶ Aut prohibet alienationem simpliciter fauore ipsius rei, vt in fundo dotali: & sic præscriptio non potest inchoari. l. si fundum. ff. de fundo, do. & gl. ac Bar. in l. 2. C. de vsucap. pro empto. si erat inchoata antequam esse dotalis fundus, vel hmōi, non impeditur vsucap. tex. est in d. l. si fundum. Et idem dicendum quando res peruenit ad personam priuilegiatam, contra quam præscribi non potest, vt not. Io. And. in c. vnico de iure patro. lib. 6. quod intellige si ignorat prohibitionem iuris probabiliter, aliter non. ¶ Aduertendum est tamē quod secus erit de pupillo alteri succedente, cōtra q̄m durante pupillari ętate præscriptio non currit, licet ante fuisset incepta, sed differetur vsque post pupillarem ætatem. l. sicut. C. de præscr. 30. an. ¶ Aut lex prohibet alienationem non simpliciter, sed sub certa solennitate, vt in reb. minorum. & ecclesiæ: & tūc data bona, fide, & excluso errore iuris, p̄scriptio currit, si habeat alia concomitantia: puta, emi a minore, quem credebam maiorem. vel rem a prælato, sed putabam capitulum consensisse, & huiusmodi. Secus si errabam in iure, credens, q̄ prælatus sine capitulo posset, vel minor sine decreto. Et sic intellige glo. in c. 2. de his, quæ fi. a præla. & tex. iuncta gl. in c. 1. de rebus eccl. non alie. lib. 6.

14 DECIMOQVARTO. † Nec res, quam prohibuit alienari defunctus: quia idem est sicut de prohibita alienari per legem. s. q̄ vsucapi non pōt. tex. est in d. l. 2. & ibi gl. & Bar. quod intellige quando prohibitio fit ex causa per testatorem: quia sine causa non ualet, vt legitur, & no. i l. filius. §. diu. ff. d̄ le. 1. & ibi plene p̄ Bart.

15 DECIMOQVINTO. † Nec res prohibita alienari per pactum: puta, cum res obligatur, & obligans apponit pactum: quod interim non alienetur: & impeditur translatio domini: vt in l. si creditor. §. vlt. ff. de dist. pign. quia non currit præscriptio: vt no. Bar. in l. vbi lex. ff. de vsucap. Pan. tamen in d. c. cum non licet, tenet quod currat: & credo verius si alius a prædictis contrahentibus præscribat.

16 DECIMOSEXTO. † Nec res, quę tenetur precario nomine: quia non ipse tenens, sed dominus possidet. l. certe. §. is, qui rogauit, ff. de preca. Et idem eadem ratione de colono, vt dictum est, C. de præscr. 30. an. l. male agitur. Et idem de possidente noīe allieno eadē rōne. de rest. spo. cũ venissent. Et idē de eo, cui traditũ est pignus, & de vsufr. quia censentur in mala fide. Dicit tamen Pan. in c. cum non liceat, quod emens a colono bona fide præscribit sed dominus, si ignorauit, petit restitutionem

in

in inte.ex cā generali.l.1.ff.ex qui.cau. maio.
ſcilicet ſecundū Spec.eo.tit.& gl.in l.cum ne-
mo.C.de acq.poſ.& placet,per ea q̄ dicā licet
Bar. in l.cum ſolus.ff.de vſuca.aliter ſentiat.

17 DECIMOSEPTIMO.† Nec res empta a pro-
digo,aut luxurioſo,vel luſore alienāte, diſtin
guendo cum Pan.in c.ſi diligenti.eo.tit.¶Aut
enim talibus eſt interdicta adminiſtratio, &
non valet contractus,nec infertur vſucapien
di conditio.l. qui fundum.§. qui ſciens. ff. pro
emptore.¶Aut non eſt interdicta,& tunc aūt
ignorabat, ꝙ in malum vſum volebat pretiū
conſumere: & poteſt vſucapere,quia eſt bo-
næ fidei,vt l.ſi quis cū ſciret.ff.pro empto.aut
hoc ſciebat:& ſic non pōt vſucapere, vt in d.
l ſi quis cum ſciret.& text.in l. ſi vero non re
munerandi cauſam,§.ſi adoleſcens. ff.manda.
Nec obſt.l.affectionis.de dona.quia intelligo
ante factum non valere in iſta lege, ſed poſt
factum fornicationis valeret ſoluendo. Hanc
deciſionē poſuit Bar.in l.ſi quis,cum ſciret. &
ſm hāc limitarem l.fi.ff.de alea. vbi valet con
tractus alienationis factus alteri a colluſore,
ſ.quando non putabat pretium in ludo velle
conſumere:aliàs talis emptor pręſcribere nō
poterit. Et multo minus valet contractus fa-
ctus in ludo cum colluſore,vnde nec tenet vē
ditio,nec locum habet euictio,cum ſimul de-
linquat.l.fi §.1.ff.qua.re.ac.non. da. & conſe-
quenter,cū adſit mala fides, & contractus ſit
prohibitus a iure,non poterit præſcribere.

18 DECIMOOCTAVO.†Nec res ignorantis, vt
tenet dominus Petrus de Peru.tract. de cano.
por.alle.l.cum ſex.ff.de ædil.edict.& concor.
gl.ibi. Vnde concludit,quod quando qs igno
rat actu, & habitu ius ſibi competere; puta,
quia ignorabat legatum ſibi factum, ex quo
reſultat ſibi ius agendi,non currit pręſcriptio
nec ſimiliter currit quando ignorat actu, ſed
non habitu: puta, collator ſcit ſe habere ius
conferendi beneficium, ſed ignorat factum,
ex quo reſultat ſibi ius agendi, ſ. actum vaca-
tionis.de conceſ.præbe.quia diuerſitatem. de
ſupp.neg.præla.literas.Pan tn̄ in d.c. vigilan-
ti.dicit, ꝙ cōtra ignorantē,& abſentem currit
præſcriptio; niſi poſſideat ciuiliter. quo caſu
nō currit, vt in l.male agitur.C.de præſcr.30.
ann.Ex quo infert, ꝙ ſi me abſente,aut igno-
rāte ingreditur quis poſſeſſionē meā,non in-
cipit tūc præſcriptio.licet fuerit ingreſſus bo
na fide, qa per hunc ingreſſum nō perdit poſ
ſeſſionē.l.ſi id quod,ff.de acqu.poſ. ſed anteq̄
incipiat præſcribere,oportet prius perdā poſ
ſeſſionem; puta,quia ſciens alium ingreſſum
ſuſpicere me poſſe repelli,vel tradidi obliuio
ni.& eam neglexi per decennium, vt in d.l.ſi
quod. & ab eo tempore incipit currere præ-
ſcriptio,& non prius,vt no.Dyn.in regula, ſi
ne poſſeſſione,& ſentit gloſ. & apertius Bart.
in l.1.C.de ſerui.Adde tamen,quod licet con-
tra ignorantem præſcriptio currat, tamen ſi
ignorantia fuit ex iuſta cauſa, vel probabili,
tunc ſubuenitur ar.c.cum illorum.de ſen.exc.
quæ ſubuētio erit.quia reſtituetur in integrū,
vt voluit Bart.in l.1.§.ſi quis autem.ff. de itin.
ac.priua.& facit gl.in l.1.C.de pa.po.& tex.in
l.antepe.ff.de acq.hæred.ſed mihi placet ma-
gis opinio Petri, vbi ignorātia non fuerit craſ
ſa,vel ſupina, quia præſcriptio principaliter
inducta eſt in pœnam negligentiæ.Incorpo-
ralia tn̄ non poſſent quaſi poſſideri, niſi in eo
ſciente qui prius poſſidebat; tamen data eius,
ignorātia præſcribi nequeunt l.2.C.de ſer.&
aqua.& no.Inn.in ca.bonæ.el 2. de poſtu.p̄la.

19 DECIMONONO.†Nec res excommunicati,
vt dicit Pan.in c.1.eo, tit. cum ſit impeditus a
lege.l.fin.in fin.C.de anna.excep.quod limita
verum in eo, qui non eſt in mora petendæ ab
ſolutionis, aliàs ſecus, quia impedimentum
oritur ex culpa ſua.

20 VIGESIMO † quæritur, vtrum poſſint om-
nes præſcribere? Et dicit Dir.quod ſic, omnes
qui ſuo nomine poſſunt poſſidere, nō autem
qui alieno.extr. eo.ſi diligenti, vnde præſcri-
bere nō pōt poſſidens precario.10.q.3.qa co
gnouimus.& hoc quocunque tp̄e.16.q.3.cle-
rici.nec colonus,d.cap.clerici.nec vſufructua
rius.Inſt.per quas perſo.nob.acqu.§. fructua-
rius:nec creditor reſpectu pignoris.C.de pig.
act.l.nec creditores.quia iſti nō poſſident,ſed
hi quorū nomine poſſident,de reſtit.ſpo.cum
veniſſet. Igitur ſi poſt centum annos probare
poſſes initium poſſeſſionis,i. ꝙ tuo noīe poſ-
ſeſſum ſit;nulla præſcriptio obſtabit,d.c.cleri
ci nec poſſidens alieno nomine alij poſtea tra
diderit poſſeſſionem.ff.de acq.poſ.l.poſſideri,
§.quod ſi ſeruus, quia is cui tradidit, præſcri-
bere poſſet.Hæc no.Io.An.in d.cap.clerici.&
Ber.extra eo.cum non liceat.

PRAESVMPTIO dupliciter dicitur.Primo
ſecundum quod homo exiſtimat magna
de ſe.de qua infra.Superbia. Secundo, ſecun-
dum quod iudicat circa alia a ſe. & hæc eſt tri
plex.Prima eſt iuris tantum,quando ius ſuper
dubio,& veriſimili præſumit aliquid.¶Secun
da eſt iuris,& de iure; vti quando ius ſuper ali
quo pręſumit,& vlterius diſponit ita eſſe,nec
poſſe contrarium probari. Et de his habes in.

glo.

glo. in c. is qui. de spon. & ibi Pan. Quõ autem a fictione differat hæc secunda præsumptio. sup. Fictio. & in glo. l. vnica in §. accipit. C. de rei vxo. ac. Et sic contra fictionem iuris probari non põt: quia lex omnino intẽdit cõtra veritatem fingere: puta, mulierem esse stipulatam dotẽ sibi reddi, cum non sit glo. est in d. l. vnica. & in d. l. a diuo Pio §. pignora. ff. de re iud. Sed præsumptio iuris, & non de iure aliquñ admittit probationẽ, ut not. in c. is qui fidẽ. de spõ. & in auth. sed iã necesse. C. de don. an. nup. & hoc indirecte, ut est gl. in cle. vna, de prob. ¶ Tertia est præsumptio hominis. Et hæc est triplex. ¶ Prima violentia, de qua sup. Iudicium. §. 3. dictum est, ꝙ ex ea procedi põt ad cõdemnationem, nedum ad credulitatẽ, ꝙ Sum. Ang. hic limitat, nisi in delicto maximè graui, quod per eã non probatur, quia in crimine debent secundum iura esse probationes lumine clariores. Sed dico, ꝙ hoc uerũ est quantũ ad testes: non aũt quasi ipsum factũ aliter cõstet iudici: vnde qñ præsumptio est vrgentissima, & indubitata, potest quis puniri criminaliter. l. sciant cuncti. C. de probat. quod vř sentire Pan. in c. excõicamus. §. credẽtes. de hæred. Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de prob. § fin. versi. 3. Bald. in d. l. sciant. in c. 1. §. furtum. de pace iur. fir. & in c. 1. qui suc. tene. vbi dicit valere statutum, ꝙ ex contumacia non aliter probato delicto, quis condemnetur ad mortem. alleg. Ioa. And. in c. veritatis. de dolo & contum. Spec. in titu. de fideiuss. §. 1. vers. sed pone. & Rom. in l. lege Cornelia. ff. ad Sylla. Quod autem aliquando Doctores dicunt, non esse procedendum in grauibus criminibus per coniecturas, intelligitur probabiles tantum. ¶ Secunda est probabilis, faciens semiplenã probationem, de qua dictũ est ibi, ꝙ si quis sit infamatus, inducit purgationem, canonicã. de purg. can. si quis de gradu. & aliqñ cum uno teste, vel iuramento facit plenã probationẽ, de pręsump. illud. Et ex hoc dicit Sum. Ang. licitum esse procedere ad credendum malũ quod vř: sed ex ea iudicare malum, quod non videtur, est mortale, quod non bene dicitur: tum quia quod videtur, non iudicatur ex pſũptione, sed ex sciẽtia, tum quia ex probabilibus sapientes iudicant, & sic non est mortale. Vnde Archid. 2. parte, tit. 3. ca. 8. dicit, quòd cum quis habet signa satis vrgentia, seu probabilia malitiæ alterius, ut quia est malæ famæ deprehensus pluries in tali uitio, loquitur suspectus cum suspecta, in loco & tempore suspecto, non esset mortale iudicare, hæc ille. ¶ Tertia est leuis & temeraria, de qua vide supra Iudicium ¶. 3.

PRAEVENTIO est præoccupatio actus iudicialis: sicut si idem potest iudicari a duobus, & unus alium præuenit, unde habet locũ vbi est paritas iurisdictionum & iudicium l. si pluribus. ff. de lig. 2 & de off. præsi. l. 1.

¶PRIMAS, vide supra Patriarcha.

¶PRIMITIAE, vide su. Decimæ, in princ. §. 1.

PRINCEPS in spiritualibus dicitur papa, interdũ et episcopus, de maio. & obed. si q. s. vel alius iudex ecclesiasticus. 17. qu. 4. diffinit. in fi. in temporalibus autẽ Imperator. Qui et regit ciuitatem, hř loco principis, ut not. gl. & Cy. in fi. C. de præscr. longi tem. & Bart. in l. hostes. ff. de cap. Vnde, sicut scientia principis supplet defectum cuiuslibet solẽnitatis, vt dicit Bald. in l. nullius, C. ad l. Iul. maie. & quod not. Innoc. in c. cum oportet, de accus. sic, si fiat aliquod de licentia, aut conscientia regentis ciuitatem: quod in tpalib. est uerum. Non potest autem princeps alicui suam rem auferre, & dare alteri sine causa, ut cõiter tenetur, de quo uide 9. q. 3. per principalem, & C. si con. ius uel pub. uti. Vtrum autem obligetur ex suo contractu, sunt opiniones in l. digna uox. C. de legib. tamen Bald. de vsi. feu. in rub. de natura feud. tenet ꝙ sic, vnde si inuestiuit aliquem de baronia, vel castro, non potest eam priuare sine culpa, uel causa, nec successores in imperio, uel regno, ut de iu. nou. Nec obstat, ꝙ habet plenitudinem potestatis: quia Deus subiecit quidem ei leges, sed non contractus, ex quibus obligatus est.

DE PRIVILEGIIS.

15 *Priuilegium apoſtolicum quomodo dicatur falſum.*
16 *Priuilegium apoſtolicum quando incipiat.*

1 PRIVILEGIVM, dictum quaſi priuata lex. d. 3. priuilegia eſt priuatum ius indultum a principe contra ius commune. de verb. ſign. cap. abbate extra eodem in his: vbi vero aliquid conceditur, quod ſit præter ius commune ſine præiudicio alicuius, nõ eſt proprie priuilegium, ſed beneficium, vt no. Pan. in c. olim de verbor. ſign. ¶ Et priuilegiorum alia ſunt a Deo conceſſa, vt Gregorio orare pro Troiano, & Martino pro eo, qui ſe ſuſpenderat: & Oſeæ accedere ad vxorem fornicariam, & generaliter omnis inſpiratio ſpiritus ſancti contra ius commune, quam, qui habet, nõ eſt quod ad hoc ſub lege, ſ. communi 19. q. 2. duæ ſunt leges, q̃ tamen lex cõis nullo modo eſt dimittenda, niſi quis ſit omnino certus de prædicta priuata, vt erant ſancti. 24. qu 3 transferunt quia, ſ. ipſe ſatanas transfigurat ſe in angelũ lucis. Quædã vero cõceſſa ſunt ab hominibus; & de his intendimus. ¶ Primo vero quæritur, quot ſunt ſpecies priuilegiorum? Et dico; quod ſunt quatuor in genere: tres ſimplices, & vna miſta. Quoddam enim dr̃ reale; ut quod eſt eccleſiæ, dignitati, ciuitati, vel loco, aut perſonis rõne loci, vel alicui rei conceditur, extra eo. cum olim. & c. ſeq. Quoddam eſt corporale pure, quod ſ. conceditur corpori, i. vniuerſitati, vel collegio, quo ſolum cõitas, & non ſingulares perſonæ poſſunt ſe iuuare. ſicut dr̃ 12. q. 1. qui manumittitur, quod ideo corporale dr̃, quia cum corpore, i. collegio pe-3 rit. Quoddam vero eſt perſonale, conceſſum perſonæ, & eſt duplex, vnum ſ. perſonale mere, i. ſingulariter, vt quod alicui, vel aliquibus perſonis conceditur certis, & proprijs nominib. expreſſis. de off. leg. volentes, & tale non egreditur perſonam, cui conceditur, niſi hoc exprimatur, de conceſ. præbend. conſtitutus: & ſi conceditur obuentu dignitatis, non vtitur quis eo, ſi aliam dignitatem adipiſcatur. de poſtu. præla. bonæ. §. fi. & extinguitur cum perſona; immo aliquando ante: vt cũ eo abutitur, & ſequitur perſonã, ſi ſit conceſſum cum determinatione loci, vel tẽporis: quia extra illa eam non ſequitur: vt priuilegium vſus pallij. de autho. & vſu pal. c. ex tuarum. Aliud vero eſt perſonale cõiter, quod concepitur perſonis non expreſſis, proprijs nominibus: vt priuilegium minorũ annis 20. ff. de mino. l. 1. per totum. Quoddam vero eſt ſingulariter perſonale, & cõmuniter corporale; vt quod e vniurſitati, aut collegio alicui cõceditur, ſic quod quilibet ſingulariter de illa vniuerſitate ſe poſſit eo iuuare, & etiam ipſa vniuerſitas de ſententijs excom. c. cõtingit. cuiuſmodi ſunt priuilegia conceſſa Prædicatoribus, & Minoribus.

2 SECVNDO † quæritur, quis poſſit priuilegiũ concedere? Et dico, quod quicunq; poteſt, & in quibus poteſt legem facere, poteſt etiã priuilegium indulgere, ſecundum Hoſt. & omnes, vt Papa quandoq; in temporalibus vt no. in c. per venerabilem. qui fi. ſint legi. puta, in terris ſuæ temporalis iuriſdictionis, vel qñ iuriſdõ ad eũ deuolueretur: immo dico, quod ſemper niſi p̃iudicaret iniuſte dominis tpalibus, iuxta dicta ſu. l. ex §. 4. & ſu. Papa. §. 11. in ſpiritualib. autem ſemper poteſt, licet ſm Ber. nunquam conſueuerit aliquem priuilegiare contra ſe, arg. de p̃ſc. cum ex officij. quod eſt contra fingentes ſe habere priuilegia iudicandi de reſcriptis Papæ. & quod ſecundum illa non ſit ſine eorum approbatione procedẽdũ, & hmõi. Concedere etiam poteſt priuilegiũ Imperator in tẽporalib. ſed nunquã in ſpiritualibus; quia de eis nihil poteſt ſtatuere. 96. di. bene quidem. Et ſimiliter cõcedere poteſt epiſcopus de reli. domi. conſtitutus, de cenſi. cum venerabilis. dum tamen faciat de voluntate ſui capituli, de iure patron. paſtoralis. de exceſ. præla. ſicut vnire. Et multo fortius patriarcha. de cler. non reſi. cum ad hoc. quis autem concedere poſſit priuilegium immunitatis talliarum, & onerum, inf. §. 9.

3 TERTIO † quæritur, a quo, & quomodo priuilegium ſit interpretandum? Et dico, quod ſecundum Hoſt. ſi verba ſũt obſcura, vel ambigua, eius eſt interpretari, cuius & condere, & interim negociũ ſuſpẽdetur. de ſent. excõ. inter alia. & de iud. cum veniſſent. Si vero nõ ſunt obſcura, vel ambigua, debet tenor conſiderari diligẽter. ext. eo porro. & c. recipimus & potius intentioni, quam verbis inſiſtẽdum eſt. 1. q. 1. Marchion. 38. diſ. ſedulo. de ver. ſign. intelligentia, & c. in his. & quantum fieri poteſt largiſſime interpretandum eſt. de donat. cum dilectus. ff. de conſt. princ. l. beneficia. niſi præiudicet iuri alieno: quia tunc reducitur ad ius cõe. de conſue. cum dilectus, §. pen. & fin. dum tamen aliquid operetur. Concor. Innoc. Ber. & Gof. ¶ Sed quia illud, quod de latiſſima interpretatione dictum eſt, vr̃ euerti de c. cum dilectus de conſuet. iuncta gloſſ. vbi ea, quæ repugnant iuri communi ad illud, quantum eſt poſſibile, reducendum eſt, ideo limitando illud dictum, ſic diſtinguo. ¶ Nam ſi ſit

pri-

1 PRIMO autem quæritur, quotuplex, & quę sit pœna raptoris? Et dico, quòd est duplex, una scilicet temporalis, & alia spiritualis. Tẽporalis est hæc. Secundum leges enim si agatur ciuiliter intra, annum, punitur in quadruplum, in computata, s. ipsa re. post annum uerò in simplum. ff. ui bon. rap. l.1. & 2. ad quam pœnã sm S. Tho. 2.2 q.62. tenetur solum post quam fuerit condemnatus ẽt in conscientia. Si uerò agatur criminaliter p̱p̱ uim sine armis, punitur in tertia parte bonorum, & est infamis. ff. de ui, & ar. l.1. cũ armis autem punitur deportatione, quia scilicet deportatur in insulam, & perdit omnia bona sua. ff. de pub. iud. l.3. §. item lex Iulia. Spiritualis autem est multiplex, Secundum canones enim excommunicatur ab eo ep̃o, in cuius episcopatu rapinam fecit, de rapt. & incen. cap.1. & 16.q.3. placuit. & ut patet in c. super eo de rap. debet ei denegari pœnitentia, nisi restituat ablata: vel de restituendo plenam fecerit securitatẽ, si habet unde possit: q̄ si habet vnde possit, & distulerit pœnitentiã vsq; ad mortẽ contumaciter, siquidem tunc humiliter petens pœnitentiam, emẽdationem, vel securitatem de emendando præstiterit, pœnitẽtia & ecclesiastica sepultura, adde & uiaticum cõceditur. Si uero in morte eo casu securitatem præstare non poterit, contrito uiaticũ non denegabit, adde nec pęnitentia: sed nullus clericus intererit sepulturæ eius, nec recipiet eius eleemosynã: adde licet sepeliatur in cœmeterio, secũdum gl. & Panor. adde ẽt sm Arch. nisi parentes, uel amici eius vellent restituere pro eo: q̃a nõ priuabitur sepultura, intellige, i. officio sepulturæ qđ dictũ tene: q̃a hoc est dare cautionem de restituendo, & si quis clericus contra aliquod prædictorũ fecerit, patiatur damnum sui ordinis, & careat ecclesiastico beneficio. Hæc ibi. Si verò decedat impęnitẽs, & uiaticũ, & sepultura negabitur sm omnes. ¶ Sed no. primò, hæc intelligi de raptore publico, sm Inno. i. qui potest iudicialiter conuinci. in occultis aũt non debet, ut dicit, iste rigor seruari, arg. extra eo. in literis. Vnde secundum Abb. in d.c.1. super eod. si non sunt manifesti, poterunt recipi ad confessionem, sicut & alij peccatores & intellige idem de uiatico & sepultura. imò sm Host. in d.c. super eo. licet essent manifesti, si tñ moniti nunq̃ fuerunt, mõ sint dispositi restituere, ut tenẽtur, possunt ad pęnitentiã recipi, & hoc tene p̱p̱ verbũ, contumacia, qđ ibi ponitur. ¶ Nota secundò, q̄ si talis cõstitutus in mortis articulo satisfacere promittit, sed cõualescit, ita, q̄ satisfacere posset, & ante satisfactionẽ decedit non negabitur sepultura, sed hæredes ad satisfactionem compellentur. extra eo. in literis. ¶ Nota tertio, q̄ istud c. locum habet quantum ad satisfactionem rerum raptarum, ẽt emendationẽ damni violenter in rebus illati, tum quia etiã hic est rapina, & tanto grauior, quanto sine alicuius utilitate: tũ quia in tex. fit mentio de emen-

emendatione, quæ propriè est in damnis, & de violatione, quæ potest esse in damno solo.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum dominus territorij teneatur de rapina in eo facta. Et dicit Pan.in c.licet,de rest.spol.quod sic,si sciuit, & potuit prohibere,& non prohibuit. l.1. C. de fal.mo.secus si non potuit prohibere, l.1.§.is aūt.ff.si fa.fur.fe.di.& idem dic de villa,& castro:& est opinio cōis ſm Bar.in l.ne quid, ff. de incen.rui.& nau. Ciuiliter tamen tenetur, non criminaliter secundum prædictos.

3 TERTIO † quæritur, vtrum stabitur iuro super quantitate rerum amissarum? Et dico cōiter tenetur Legistas in l.si quando,C.vnde vi & Pan.in ca.super eo. de his quæ vi.quod vbi. quis conuenitur ex dolo alterius,non admittitur probatio per iurm in litem vide sup.Iuramentum.1.§.2.sed qñ conuenitur de dolo suo crederetur iuro allegantis damnum. Propterea dicit Inn.in d.c.super eo.vbi.s.probata intelligentia per testes,res amissæ, & earū valor probatur iuro,ꝙ d.ca.habebit locum in qualibet vi compulsiua, ablatiua, expulsiua, turbatiua, & inquietatiua. Ex quo infertur, quod si probo furtum,vel rapinam cōtra raptorem stabitur iuro meo de quantitate rapta. Et not.quod furtum,& rapina probantur per socios,familiares, & huiusmodi.

¶RATIHABITIO quomodo retro trahatur, & firmet actum præcedentem, vide sup.Consensus §.vlt.

¶RECEPTATOR,sup.Hæresis,li.§.7.

¶RECONCILIATIO ecclesiæ habetur supra Consecratio.

¶RECOMPENSATIO, declaratur supra Compensatio.

RECVSARI potest iudex delegatus ſm Pā. in c.accedens,vt lit.non contesta. Primo quia consanguineus aduersarij: secundo quia eius commensalis: tertio quia oriundus de eius terra:idem de districtu,quarto quando haberi non potest accessus ad eum, nisi perterras inimicorum, quinto quādo loquitur in aure, & familiariter cum aduersario:sexto quando in alia causa litigabat cum eod.hoc not.idem in c.1.de iud.septimo quando est imperitus,& habet accessorem suspectum,secūdum eundem ibi.

RECTE notat iustitiam,sicut rite solennitatem,ff.de inoffic.test.l.2.in glo.& sic stat aliquid esse actum rite,i.ſm ordinem vel solēnitatem iuris, quod tamen non est actum recte,i.ſm iustitia & æquitatē,vt no.Io.And.in cle.si.de app.& no.ĩ c.quoniā cōtra.de prob.

RECTOR ecclesiæ parochialis habet in ea tm̄ ius.quantum prælatus,in collegiata, vt in c.vlt.de loc.& condu.in gl.quæ est singularis. Rector ēt vniuersitatis in Italia est competens iudex in declarando capitaneum ciuitatis per virum, & secundum Lud. de Ro. in sing. quia lex punit per virum ergo iudex sęcularis pōt declarare per virū. l.1.ff.ad Tur.

REGVLARIS dr̄,qui ad viuendū regulariter est adstrictus,siue sit monachus, siue canonicus regularis,de statu monac.ꝙ Dei timorem, siue sit clericus, siue laicus. licet laicus recipi non possit ĩ canonicū,de in.c.2.sed in conuersum de elec.c.cum ex eo. li.6.

DE RELIGIONE ET RELIGIOSO
primo in se tam in genere. quam in specie.

RELIGIO, a qua religiosus appellatur,vt dicit S.Tho.2.2.q.81.ar.1. dicta est ſcd̄m Cic.vt refert Isido.a religiendo.i.iterato, vel frequenter eligendo eo,quæ sunt diuini cultus,quæ in corde frequenter reuoluēda sunt, vel religendo Deum, quem negligenter amiseramus,ſm Aug.10.de Ciuita.Dei, vel a religando nos,Deo,secundū eundem Aug. de vera reli. Sumitur autem religio dupliciter. Primo,s. vt est virtus, quæ alio nomine appellatur latria,cuius propriū est Deo cultum exhibere debitum.Secundo pro vniuersitate, vel collegio hominum colentium Deum: & isto modo hic loquimur. ¶ Sumitur autem ista quadrupliciter,secundū.Io.An.super rubr.de reli.primo pro cultu veri Dei quo ad fidem.i. pro vniuersitate colente verum Deum per fidem: sic comprehendit totam Christianitatem: & dr̄ religio Christiana. de qua dist 97. cap.1.de diuor.gaudemus de summ.trin.circa princip.secundo pro cultu Dei per fidem, & bona opera, ſcd̄m illud Actu.2. Viri religiosi

& sic comprehendit vniuersitatem bonorum Christianorum. de qua religione 16.qu.1.iuxta,33. quæst. 5. quod Deo, de constit. ecclesia, tertio ꝓ statu clericali Deo magis dedito, de qua.1.q.3.saluator,12.q.1.c.1.& in authen. de sanc. episc. §. damus, quarto sumitur strictissime pro illo statu q̃ professione triũ,s. votorũ se p̃lati imperio subijcit totũ se dedicans Deo de vo.ex multa. Et de hoc agimus. Et intellige ꝙ religiosus sumit̃ ẽt quatuor modis: primò ꝓ Christiano, scd̃o pro Christiano bon. tertio pro clerico, quartò pro eo qui est pro fessus alicui religioni, per apostolicã sedẽ approbatæ, q̃ proprie ẽ religiosus de vo.qd̃ votũ.§.præsenti,li.6. ¶ Religiones autem approbatæ, vt refert, & tenet Sum.Ang.sunt quatuor, vt not. Land.in clem.quia regulares, de sup.ne li.præla.prima Basilij: secunda Benedicti.tertia.Augustini:quarta beati Francisci. Sed hoc non bene dr̃, licet sint quatuor regulæ prædictorum approbatæ: quia nõ esset approbata religio Chartusiensium, nec qui hodie eligeret nouum habitum sub aliqua prædictarũ regularũ, sed essent excõicati, vt su.dictum est.& ideo dico ꝙ quæ religio sit approbata, & q̃ nõ, ꝑ literas apostolicas spãles est iudicandum. licet de aliquib. habeatur in iure.

1 PRIMO † ergo quæritur, quæ comprehendantur sub nomine religionis, vel religiosorum in dispositione odiosa, aut fauorabili? Et dico multa. Primum. Religionis nomine uenit proprie vniuersitas approbata in qua tria vota substantialia, promittũtur. ar.d.c.ex multa de vot. large aũt omnis vniuersitas approbata in qua promittitur obedientia superiori vel regulariter utitur in cõi: qa omnia supposita vniuersitatis huiusmodi sunt religiosi large, vt statim, dicetur. Religiosus autẽ proprie est, qui tria substantialia vota promisit in religione probata, ẽm Io.And. in cle. 1. de deci. large autẽ religiosus dicitur, qui profitetur, ita ꝙ non licet retrocedere, licet non profiteatur omnia uota: vel qui regulariter viuit in cõi, vt Iesuati, si appprobetur talis status. Primum patet per recitata ab Archi.3.parte, tit.24.& Pisa. tit. Relatio.1.§.1. secundo vero ex consuetudine, & vsu loquentium, vt de Iesuatis, & aliquibus alijs religiosis, qui non profitentur. Ex his patet, ꝙ fœmina profitens religionem masculorũ in manibus ipsorũ efficitur religiosa, s. proprie, licet non ingrediat̃ ipsorũ monasteriũ, vt tenet Pan. in c. insinuante, qui cle. vel vo. ẽt si non susceperit habitum, modo sit exp̃sse professa, vt in c. porrectũ, de regul. & idem potest esse de masculo ex causa paciscendo: ꝙ stet extra monasteriũ, ẽm Inno.d.c.insinuante.& Bar.in auth. ingressi. C. de sacrosc.eccle.& sequitur Pan. in c.ex publico, de conuer. coniu. Sed hæc ꝓfessio. secũdũ Pet.de Palu.non debet fieri in mẽdicantibus. Et ad ca.monachum.24.q.4.dicitur, ꝙ verum est sine cã fieri non posse. Ex quo ẽt patet, qd̃ habitus nõ est de substãtialibus regulæ, sed de accidentalibus, vt no.idem Pan.in d.c.porrectum. ¶ Secundum fratres, & sorores de tertio ordine beati Dominici, & beati Francisci proprie non sunt religiosi, ẽm Pan.in rub.de reg.vnde eorũ regula potius est quidam modus benè viuẽdi: licet sit per Papam comprobatus, sunt tñ ecclesiasticæ ꝑsonæ, & religiosi large: quia contrahere non possunt m̃rimonium, & promittunt obedientiã. ¶ Tertium hospitalarij Hyerosolimitani, qui matrimonium contrahere non possunt, & superiori obedientiam promittunt. & ab illo statu retrocedere nequeunt, sunt religiosi large; alij autẽ hospitalarij, qui obedientiam non promittunt, licet portẽt aliquod signum, nec proprie sũt religiosi, sed sunt personæ ecclesiasticæ, vt su. dictum est immunitas.1.§.1. ¶ Quartũ. Mulieres, quæ dñr canonicæ, quæ non profitẽtur, sed & proprium habent, & pñt contrahere m̃rimonium ẽm Innoc. & Ber. non possunt dici religiosæ: immo earũ status satis reprobatur.14.qu. 2. perniciosum, vel saltem non approbatur, vt in cle. attendentes. ad fi. de statu mo.& dẽt eas ordinarius visitare authoritate propria, si non sunt exẽptæ, vel apostolica, si sunt exẽptæ, vt in d.cle. Et intellige, ꝙ nõ sũt religiosę, ẽt largè, licet viuant regulariter: qa illa vniuersitas non est probata. ¶ Quintũ. Dispositio odiosa concepta erga regulares, seu religiosos, ẽm Pã. vbi su. non cõprehẽdit eos, q̃ sunt de tertio ordine beati Dñici, vel Francisci: quia non sunt religiosi proprie, nisi addatur illud: puta, quicunq; religiosi: quia tunc ẽt dicti hospitalarij Hierosolimitani comprehenderentur: in fauorabilib. aũt cõprehendũtur dicti fratres, quia large sunt religiosi ratione professionis factę superiori. Et idem dic de omnibus religiosis large per reg. odia. in 6.

2 SECVNDO † quæritur, in quo consistat perfectio charitatis, q̃ est finis, ꝑ quem omnes religiones instituuntur.2.2.q.186. & 187. quol. 4 q.12.& dico summatim, & conclusiue ex S. Th.2.2.q.184.ar.2.& Arc.3.par.ti.16. quod perfectio importat totalitatẽ, cũ perfectũ sit, cui nihil deest. tertio phy.& 5. Metaph. Vnde triplex

plex est perfectio, vel totalitas charitatis. Prima ex parte Dei diligibilis: vt.s. tantũ diligatur, quãtũ est diligibilis, qđ sibi soli est possibile. Scđa ex parte diligenti, vt .s. toto posse sp actu diligat, qđ soli beati possunt: & tertia, quæ est potentiæ in via quantum ad repugnãtia dilectioni, vt excludantur. Qđ dupliciter contingit, vno mõ vt ab effectu excludantur oĩa contraria charitati, i. mortalia: & hæc est necessaria ad habendũ charitatẽ: alio modo, vt homo studiũ suũ deputet ad vacandũ Deo, & diuinis, prætermissis alijs, nisi quantum requirit vitæ necessitas. Et hæc perfectio est finis religionum, vt dicit Arc. Sed intellige religionis contemplatiuæ: actiuę autem finis est perfectio charitatis proximi, quæ secundum S.Th. ibi consistit in tribus. Vide ibi.

3 Tertio † quæritur, vtrum religio sit status perfectionis? & probat S.Th. 2.2. qu. 184. quod sic: & est quidam status & quoddam exercitium perueniendi ad perfectionem. ad quam diuersis vijs venitur, 2.2. q. 186. ar. 2. Nec tamẽ religiosi hunc statũ assumentes, aut profitẽtes tenentur esse perfecti: quia non profitẽtur se esse perfectos, sed habere studiũ ad perfectionem cõsequendã. 2.2. q. 186. art. 2. ad primũ, sicut qui scholas ingreditur non profitetur se scientẽ, sed studẽtẽ ad scientiã: ideoq; suã professionẽ non transgrediuntur, si non sint perfecti: sed solum si contemnant ad perfectionẽ tendere. Similiter nec mentiuntur, aut fingũt hunc statum perfectionis profitendo ex hoc quod nõ sunt perfecti, sed ex hoc quod ab intentione perfectionis animum reuocãt, 2.2. q. 184. art. 3. ad secundũ, quia hoc non faciunt quasi profiteãtur se esse pfectos, sed se ad perfectionem tendere. Hæc ex illo. Ex quibus patet, quod religiosus nõ tenetur esse perfectus nec actu tendere ad perfectionem alioquin qñ desinit actu tendere cõmittendo veniale, peccaret mortaliter: & sic religio esset laqueus; sed tenetur habere intentionem proficiendi. Pro quo aduerte ex eodem d. ar. 2. quod tripliciter aliquid pertinet ad perfectionem, q̃ est finis religionis. Primo essentialiter, vt perfecta obseruãtia pceptorũ charitatis. Scđo cõsequenter, vt quæ ex charitatis pfectione sequũtur: puta, benedicere maledicenti: quæ & si in præcepto sint s̃m præparationẽ animi. i. si necessitas requirat, ex superabundantia tñ charitatis procedit q̃ extra necessitatem impleatur. Tertio instrumẽtaliter, & dispositiue vt paupertas, continẽtia, abstinẽtia, & hmõi. Igitur qui assumit statũ istum, qui est disciplina, & exercitiũ ad perfectionem, nõ tenetur hr̃e perfectã charitatem, sed tẽdere & operã dare ad hoc: quia operanti ad finem non conuenit ex necessitate: q̃ iã assequutus sit finem, sed quod per aliquã viã tendat ad illum. Eadem ratione non tenetur implere ea, quæ perfectionem charitatis, cõsequũtur, sed ad hoc intendere: contra quod facit contemnens. vnde non peccat, si ea prætermittat; sed si ea cõtemnat. Similiter non tenetur ad omnia, quibus ad perfectionem venitur: sed ad taxata secundũ regulã, quã profitetur. Hæc ex illo. Vbi aduerte primo, q̃ religiosus ad perfectionem tenetur tendere, & operã dare intẽtione vel habitu: vt patet ex dictis, & secundo qđ aliud est contemnere, aliud peccare ex cõtemptu: q̃a ad s̃m requiritur, quod quis agat cõtra legẽ ex hoc quod ei subijci non vult, ad primũ vero sufficit non æstimare, vel appretiare; vnde perfectionem contemnit, qui ad eam tendere non intendit: licet talis non peccet ex cõtẽptu, sed ex negligentia, vel cupiditate, & huiusmodi: quod tunc est, quando religiosus oĩa media ad illum finem sibi vult abdicare quantũ in se est, & solum cauere a mortalibus vt quia nollet abstinentias, nec vigilias nec paupertatẽ, & hmõi: quamdiu tñ placet sibi vnũ mediũ, quo tendat, nõ est extra statũ salutis: q̃a & si teneatur ad intentionem tendendi, non tamen currendi perfectionem.

4 Quarto † quæritur, quæ religio sit alia dignior? Et dico ex S.Th. 2.2. q. 188. summatim, quòd summum gradum tenent illæ, quæ ordinantur ad docendum, siue prędicandum, quia licet iste actus sit uitæ actiuæ, procedit tamen ex plenitudine cõtemplationis, vnde simpliciter contemplationi præfertur sicut maius est illuminare, quã lucere solum. Quod supple. limitat cæteris paribus, & non aliter: & instantia est de statu clericali, qui ordinatur ad docendũ. de celebr. mi. sane, §. sacerdos. Sed ista limitatio superfluit: quia sermo est de religionibus. Secundum tenent illæ, q̃ ordinantur ad contemplandũ. Tertium vero illę, quæ occupantur circa exteriores actiones. In singulis aũt horũ graduũ põt attendi p̃eminentia primò. Secũdò quia vna religio ordinatur principalius ad vtiliorẽ actũ in eodẽ genere: sicut in operibus uitæ actiuæ potius est redimere captiuos, q̃ hospites suscipere, & in operibus contẽplatiuæ potior est oratio, q̃ lectio. Scđò si una ad plura horũ ordinet̃ q̃ alia: vel tertiò si vna hẽat statuta cõueniẽtiora q̃ alia ad assequẽdũ finem statutum. Vnde ẽt su. Erimita.

Qvin-

5 Qvinto † quæritur, vtrum habere aliquid in communi minuat de perfectione religionis? Et dico ꝙ non. 12. q. 1. illi autem, & ſicut patet per Arch. vbi ſupr. & S. Tho. 2. 2. q. 188. in religionibus ordinatis ad prædicandum, conuenientiſſima paupertas eſt, qua mobilia reſeruantur in communi aliquo tempore, & non ſolum dietim.

6 Sexto † quæritur, utrum illicitum ſit nouam religionem inuenire? Et dico quòd non nec habitum nouæ religionis aſſumere, de reli. do. c. vnico, lib. 6 de quo vide ſup. Excommunicatio. 9. §. 20. Et adde ꝙ tales non ſunt religioſi proprie, cum non profiteantur religionem probatam: ſed irreligioſi, & ipſo facto excommunicati, per extrauagan. Ioa. 22. quæ incipit, ſancta Romana. & recitat Pan. in c. fi. de reli. domi.

7 Septimo † quæritur, quot ſunt regulæ ab eccleſia comprobatæ, ſed quarum aliqua militant omnes religioſi, præter Carthuſienſes habentes ſtatuta pro regula? & dicit Archi. 3. parte titu. 16. quòd ſunt quatuor. ¶ Prima fuit beati Baſilii: ſub qua militant omnes monachi orientalis eccleſiæ ſeu Greci, ſub qua ēt in occidente aliqñ fuerunt Carmelitæ, quib. anno dñi 1247. Inno. per Hugo. Cardinalem addit quædam declarantia & mitigantia illā: ſub qua etiam fratres Hermeni ſeu Hermenii aliquando fuerunt: licet nunc dicātur eſſe ſub regula Auguſtini. ¶ Secunda fuit beati Auguſtini ſub qua militāt oēs Canonici regulares, fratres Prædicatores, Eremitani, Seruite, ſanctæ Brigidæ, ordo ſancti Hieronymi ſub Eugenio 4. nouiter inſtituti. Scopetini, inſtituti ſub Greg. ordo ſancti Ioannis Hieroſolymitani, & Hoſpitalariorū ſancti Antonii, & Cruciferorum, differunt autem conſtitutionibus, & habitibus. ¶ Tertia beati Benedicti, ſub qua militant monachi nigri, de quib. in cle. ne in agro, de ſtatu monachorum, inter quos reformati ſunt quidam in congregatione, quæ dr̄ ſanctæ Iuſtinæ, habentes ſpeciales conſtitutiones, & exemptione cōfirmatas per Eug. quartum, Ciſtercienſes, Camaldulenſes, Celeſtini, ordo montis oliuarum, ordo montis ſani, ſeu Sylueſtrini, qui inter iſtos ſoli non ſunt exempti. ¶ Quarta beati Franciſci, ſub qua militāt ſoli minores. Hæc oīa ex Arc. Ex quib. patet quæ religiones ſuo tēpore eſſent approbatæ.

8 Octavo † quæritur, quomodo intelligantur regulæ prædictæ obligare ſuos profeſſores? Et dico multa. ¶ Primū. Quādo aliquis in ſua profeſſione, profitetur ſeu uouet ſe regulā ſeruaturū quātū ad verba: &, ut apparet exterius, tenetur ex præcepto ſingula quæ continentur in regula ſeruare, ut patet per S. Th. quol. 1. qu. 9. art. 4. vbi dicit, ꝙ talis uidetur ex uoto ſe obligare ad ſingula contenta in regula, ſed tamen in rei ueritate ex cā intentione inſtituentis regulā, aut profeſſionē ad p̄dicta oīa non tenetur, ſi intēdat profiteri, ut cōſuetum erat in tali ordine, & ſm intentionem legis, nō aliter in ſua mente explicando, quicqd dixerit Henri. de Gan. quod patet primo, qa ibi ſtatim ſanctus Doctor ſubinfert, ꝙ ex hoc ſequeretur religionis ſtatū eſſe in laqueū peccati mortalis, quod uix, aut nunquam poſſet declinari. quaſi dicat ꝙ hoc nullus author regulæ probare intēdit. Qđ autē ſubiungit Sancti ergo ordinū inſtitutores hoc facere nolētes, ordinauerūt talē ꝓfeſſionis formā, in qua periculum eſſe nō poſſit, nō intelligitur de oībus: ſed de quibuſdā, ut patet per eundem 2. 2. ubi ſtatim dicā. Secundò quia ipſa expreſſe. 2. 2. q. 186. art. 9. ad primum, dicit ꝙ is qui profitetur regulam, non vouet ſeruare omnia quæ ſunt in regula, ſ. vere ex intentione inſtitutoris: ſed uouet regularem vitam, quæ eſſentialiter conſiſtit in tribus uotis, vnde & in quibuſdam religionis cautius aliqui profitentur non quidem regulam, ſed viuere ſm regulā, ideſt tēdere ad formationē ſuorum morū, ſm regulam, ſicut ſecūdum quoddam exemplar: quod tollitur per cōtemptum, in quibuſdam autem adhuc cautius promittendo obedientiam ſecundā regulā, ita qđ profeſſioni non contrariatur, niſi ꝙ eſt contra præceptū regulæ. Hæc ille. Tertiò hoc patet expreſſe per determinationē eccleſiæ, in cle. exiui, de uerb. ſignif. vbi de fratribus minori qui profitentur regulā ſeruare qđ ex profeſſione ſuæ regulæ non tenētur ſub præcepto ad omnia quæ ſūt in regula, ſed ad ea, quæ in ea ſunt de præcepto: quod probatur ibi ex intentione authoris, i. beati Franciſci, qui diſcernit, ꝙ quo ad quædam ex vi verbi trāſgreſſio eſt mortalis, & quo ad quædam alia non, unde in omni regula, in quo fit iſta diſcretio, erit hoc uerum, imò etiam, ſi non fiat, vt patet ex dictis. ¶ Secūdū. Ex prædictis patet, ꝙ prædictæ regulæ ex vi ſua etiā ſi quis eas profitetur, non obligant ſub mortali, niſi ad quinq;. primò ad obedientiam p̄cipienti prælatis: & ſecundo ad non habendum proprium: tertio ad non contrahendum matrimonium, in quibus tribus uita regularis, quam quis profitetur, conſiſtit: quartò ad ſeruanda præcepta regulæ: quinto ad

non agendum ex contemptu: qui tamen ex consuetudine sola transgrediendi non inducitur, secundũ S.Th.2.2.q.186.ar.9.ad tertiũ, & Arch.post Io.de tur.cre. sexto ad non contemnendam perfectionem, quæ est suæ professionis finis, & necessario reqsita ad finẽ: & habitus virtutum, & aliqñ actus, quæ oĩa deduci possunt secũdũ p̃dicta ex quolibet modo profitendi. & consequenter p̃ter tria vota substantialia ex vi sua obligant solum ad alia tria: ex vi tamen aliena obligant ad multa alia .s.ad præcepta legis Dei, vel legis naturalis, vel humanæ in quantũ recapitulant dictas leges. ¶ Tertium. Quomodo autem in dictis regulis vel constitutionib. prędictorum ordinũ aliquid sit præceptum, vel non sit, in genere iudicandum est, secundum dicta supr. Præceptum.§.2. specialiter tamen de quibusdam patet per.§.seq.

9 Nono † specialiter quæritur, de intellectu regulæ beati Basilij? Et dico præter dicta in genere, & communia omnibus regulis, me nihil de ea habere quod sit præceptum ex vi regulæ: quia eam non vidi.

10 Decimo † specialiter quæritur, de intellectu regulæ B.Benedicti? Et dico tria. ¶ Primũ. Secundum Sum. Ang. hanc regulam profitentur monachi, qui sub ea sunt, qui dicit in d.c. de disci.frat. quod si nouitius habita deliberatione promiserit se omnia in regula custodire contenta recipiatur, sed tamen hoc non est verum: quia S.Tho. talium monachorum familiaris, & amator, vt pote nutritus ab eis ĩ in monte Cassino, dicit in primo quolib. q.9. ar.4. q̃ beatus Benedictus statuit monachũ p̃fiteri non quidem regula seruare sed conuersionem morẽ secundum regulam, seu quod idem est, viuere, secundũ regulam, i. vt dirigat mores suos secundum regulam; sicut secundum quoddam exemplar, contra quod facit non seruando præcepta regulæ, vel eam contemnendo. Hæc ex illo, Idem tacite dicit 2.2. q.186.ar.9.ad primum. S. ẽt Grego. in 3. Dia. dicit hãc regulã esse discretione præcipuã, & sermone luculentam. Ad motiuum in contrarium dico. quod illa promissio nouitij non est professio, quæ est receptio, sed receptionem p̃cedit, vt ibi patet: sed est expressio intentionis, qua dicit se velle omni seruare: vt ẽt sentit B.Ioan.Doct. ¶ Secundum. Licet in hac regula contenta non cadant omnia sub præcepto: nec ad omnia seruanda necessario obligẽtur eius professores, vt patet per S.Th. quoli. & 2.2. vbi sup. & Archid. post Ioan. de Tur. cre.3.parte, ti.16. ubi de hoc vide ad plenum, tamen quædam sunt ibi p̃cepta, primo ea, quę se habent vt finis regulæ: secũdo necessaria ad illum finem, vt habitus, & aliquando actus interiores virtutũ, de quib. ibi agitur, & substantialia religionis; adde & delatio habitus in publicum de quib. omnib. diffuse do Ioan. prędictus in suo commento; & de q̃bus dic breuiter, quod ibi nullum est præceptũ, nisi eo modo quo su. Præceptum.§.2.& 3. Tertium. Sum. Ang. dicit, quod hæc regula indiget declaratione Papali, q̃busdã ponentibus in ea plura præcepta, q̃busdã pauciora, quod verum non est, quia non indiget declaratione mitigatiua, cum sit præcipuæ discretionis, nec illustratiua, cum in luce suę claritatis dicatur luculenta. Omnia aũt pręcepta eius sufficienter per prædicta cognoscũtur probabiliter: alioquin omnia humana iura indigerent papali declaratione, & ipsa declaratio in infinitum, cum semper varientur opiniones.

11 Vndecimo † quæritur, quid de intellectu regulæ B.Aug. & dico multa. ¶ Primum. Sum. Ang. dicit dictam regulam indigere declaratione Papali: quia omnia contenta in dicta regula Hen. de Gan. dicit cadere sub præcepto p̃p illud verbum in eius principio. Hæc igitur sunt, quæ vt obseruetis pręcipimus. Sed dico p̃p hoc non esse opus tali declaratione, q̃a Aug. non loquitur de dicẽdis in regula: sed de duob. præceptis charitatis, quæ p̃miserat; quod patet, quia vtitur dictione illatiua .s. ly igitur, & dato, q̃ de dicẽdis loquatur etiã declaratio Papalis nõ est necessaria; q̃a opinio illa Henric. est stolida. imponens tanto doctori, s. Augustino, quod uoluerit ponere sub pręcepto tot, & tã minima, & quæ vix possint obseruari, etiam a viris perfectissimis, vt illud, In incessu, statu, habitu, & in omnib. motibus vestris nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum; & hmõi: vnde ibi sumitur præceptũ large pro monitione; sicut frequenter in scriptura monitiones paternæ dicuntur præcepta tris: vbi est præceptum ex forma, & non ex materia, vel intentione: quod hic factum est, vt magis imprimerentur mandata mentibus fratrum. Et hæc est sextentia mag. Humber. Ioan. Do. & Archid. & aliorum, qui eam declararunt. ¶ Secundũ. Secundum Arch. post Io. Do. in hac regula quædam ponuntur, vt substantialia, vt præcepta Dei, & ecclesiæ, & tria vota principalia, & ista obligant ad mortale; quædam vero vt media, & declaratoria, determinãtia principaliter qualiter præd

cta

cta debet seruari: vt de non habendis, aut celerrime finiendis rixis, pro præcepto charitatis seruando, quod ꝓposito, i. priori, vel presbytero, i. epo obediatur, quod declarat modū obedientiæ, quod quis non velit fœminas appetere, vel ab eis appeti: quod exornat votum castitatis, quod habeatur victus sub vno cellario, & vestitus sub vno vestiario, libri sub vno librario: & quod nullus accipiat occulte literas, aut munus, quo ad proprietatem, quæ vñr cadere sub præcepto, quod cū hic de præcipientis intentione non constet, nec apponatur determinata pœna, limita si materia sit præceptiua, i. de se prohibita iure naturali, iuxta dicta sup. Præceptum, §. 2.

12 Dvodecimo † quæritur, de intellectu constitutionum ordinis, prædicatorum? Et dico multa. ¶ Primum. Sum. Ang. dicit, quod prædicatores tenentur seruare oīa, quæ sunt in regula, in constitutionibus, prout sunt in eis, i. præcepta, vt pręcepta, & consilia, vt consilia, ꝙ verum est de mente S. Th. 2. 2. q. 186. art. 9. ad primū, & addit etiā si prælatus non mandet eis seruare: quod etiam dicit Archid. post Io. de Neapo. & est verū quo ad oīa: nisi quo ad pœnas requirentes in sua executione factum hominis, ut patet ex dictis supr. Pęna. §. 25. & hoc est necesse dicere secundum mentē eiusdē Summę, & Ros. ut patuit su. hæreticus, inf. §. 8. p. 3. Vnde qui lapsus est in peccatum, quod meretur carceres ipso facto nō tenetur se incarcerare, & sic de alijs. Vnde S. Tho. 2. 2. quæ. 186. ar. 9. ad primum, dicit, quod ꝑdicatores obligātur solum ad pœnam taxatam sustinendā: non autem dicit per se exequendam. ¶ Secundum. Multum ēt laborat in declarando, vtrum constitutiones prædicatorum obligent ad culpam: quod tamen vno verbo explicari ꝑt dicendo, ꝙ non ex ui sua, nisi ꝑꝑ ꝑceptū, vel contemptū: q̄a ita expſſe ipsæ dicunt, licet faciens contra eas non contemnēdo, nec rebellando pręcepto peccare possit multipliciter ratione negligentiæ, vel libidinis, aut malæ intentionis, sed non ex vi constitutionum: immo etiam si non essent tunc constitutiones. Tandem præfert suas constitutiones: quia per eas fratres, nec ad culpā, nec ad pœnam obligantur, nisi imponatur a prælatis: sed idem est de vtrisque, ut patuit. ¶ Tertium. Quo ad possessiones autem habēdas, licet multa scrupulosa recit. Arch. & ex B. Ioan. Do. tamen hodie non est scrupulus: vt patet per ea, q̄ declarat magister Vincentius Bandellus gn̄alis ordinis, & ꝑceptore mus in suo commento super constitutionibus: & maxime vbi fratres regulariter viuentes experiūtur se viuere non posse, s. commode sine redditibus: quia hoc etiam ipse Arch. post bea. Io. Doct. dicit. ¶ Quartum. Contemptus autem in prædictis constitutionibus sumitur primo secundum S. T. 2. 2. q. 186. ar. 9. ad tertium pro transgressione facta ex contemptu, i. non ex ira, neq; concupiscentia, nec alia particulari causa: sed solū, ex hoc, quod transgressor non vult subijci constitutionibus. Secundo sumitur pro contemptu Interpretato, qui sumitur secundum Arch. post bea. Io. Do. pro voluntaria, sine causa continuata, aliquamdiu transgressione statutorum principaliū, i. pro intentione deliberata non seruandi statuta principalia, sed continuandi eorum transgressionem, quod est mortale, & apostatare, quo ad Deum: quod verum limita, quando est voluntas trāsgrediendi oīa principalia statuta, q. b. venitur ad perfectionē, quæ vñr esse ea, quæ pertinent ad humilitatem, vt vilitas habitus: & austeritatem, vt asperitas vestium lanearū vigiliæ nocturnę, ieiunia, & abstinentia: puta, a carnibus: quia iste est contemptus perfectionis, secus si quis ex infirmitate non seruaret multa, & tamen per vnum: puta, humilitatem habitus niteretur ad perfectionem: quia non videtur in statu dominationis. Tertio sumitur ſm Arch. vt innuitur in 2. parte, tit. 9. c. 3. pro consuetudine delinquenti in aliquo, puta in silentio: sed iste non est proprie contemptus secundum S. Th. & bea. Ioan. Do. quod limita, nisi adesset intentio continuandi consuetudinem omni hora, & quo ad oīa statuta principalia.

13 Decimotertio † quæritur, de intellectu regulæ bea. Francisci? Et dico multa. ¶ Primum. Sicut ex cle. exiui. de verbo. sign. patet, hæc regula fuit multum obscura: vnde per multos summos Pontifices fuit declarata: fuit etiam multum rigida: quia multipliciter ibi est mitigata, erat etiam periculosa, nisi apostolica sede sprouidisset, tamen quia professores eius profitentur eam se seruaturos, & consequenter videbantur teneri ad omnia contenta in ea: tum etiam quia in ea sunt multa præcepta, & in rebus, quæ difficile est obseruare, supposita tēporis nostri malignitate, vt ibidem patet. Et omnia hæc processerunt ex magno feruore bea. Francisci, cui leuia ēt grauia videbantur. ¶ Secundum. Professio fratrum minorum est, promitto seruare regulam fratrum minorum, viuēdo in obedientia, sine

fine proprio, & in castitate: immo ét ꝓmittũt seruare Euangelium Christi: tamen Papa declarauit primo, quod non tenentur ad õia cõsilia, quæ sunt in Euangelio, sed solum ad ea, quæ sunt in regula: q̃a hæc fuit intentio beati Francisci, cum quædam consilia euangelica inseruerit regulæ, & quædam non. Et scđo, ꝙ cum dr̃: promitto seruare hãc regulã: non est sensus, vt exponit Sum. Ang. i. promitto conuersationem secũdũ illã regulã, sed ꝙ teneat non solum ad tria vota, sed ad omnia pertinẽtia ad illa tria licet non æqualiter, sed ad quædam ex præcepto, ad quædam ex consilio. Et tertio, ꝙ licet non teneantur ex præcepto, ad omnia, quæ ponuntur in regula sub verbis imperatiui modi, tamen ad quædam tenẽtur, & enumerantur ibi valde multa præcepta regulæ, & nonnulla mitigantur: quæ ibi videãt, & qui volunt, & quibus est necessarium.

RVRSVS de religione 2. quantum ad ingressum primum.

1 *Religionis ingressus an requirat deliberationem magnam.*
2 *Ad religionem an liceat alium inducere.*
3 *Religionem an intrare possit seruus.*
4 *Religionem an intret obligatus an aliquid soluendum, & nu. seq.*
8 *Religionem an intrare possint, qui sunt in dignitate, vel cura.*
9 *Religionem an intrare possit, qui iurauit aliquam ducere.*
10 *Religioni an offerri possint pueri a parentibus.*
11 *Religionem an ingrediatur impubes propria auctoritate, & quid de anno ipso pubertatis, nu. 12.*
13 *Mater an possit filium religioni offerre, & reuocare.*
14 *Voto an quis possit se obligare ad religionis ingressum.*
15 *Pueri an possint se voto obligare ad religionis ingressum.*
16 *Vouens intrare certam religionem si ibi non recipiatur, quid. num. 7.*
18 *Religionem intrare vouens, an possit ad aliam induci.*
19 *Religionem intrare vouens an teneatur ibi esse perpetuo.*
20 *Vouens religionem si eligatur in episcopum an teneatur prius intrare.*
21 *Vouens non intrare, an sit obligatus ad non intrandum.*

RELIGIO secundo considerari põt quantum ad ingressum primum, qui est per habitus susceptionem.

1 PRIMO † autem quæritur, vtrum de ingressu religionis habenda sit deliberatio magna, quæ in dubijs magnis requiritur. 3. Eth. & dicit S. Th. 2. 2. q. vlt. quod cum hæc tria considerari possint, ipse, s. ingressus, secundum se: & secundo ipsemet per comparationem ad vires ingrediẽtis: & tertio modus iurãdi, & quã religionem debeat quis intrare; in primo non requiritur, quia certum est, quod est melius bonum, de quo Christus consilium dedit, nec in secundo, quia ingrediens non confidit in sua virtute, sed de diuina, secundum illud Psa. 40. Qui sperant in domino, &c. si tamẽ sit spãle impedimentum infirmitatis, aut debitorũ, vel hmõi requiritur deliberatio, & consilium cum his, qui prosint, & similiter in tertio.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum liceat alium ad religionem inducere? Et dicit S. Th. vbi sup. ꝙ sic secundum illud Iac. vlt. qui conuerti fecerit, &c. sed tamen circa hoc contingere potest tripliciter inordinatio, primo si inducat violẽter: quod prohibetur. 20. q. 3. pręsens, secundo si simoniacè muneribus datis, 1. q. 2. quam pio. ad quod tamen non pertinet, si quis pauperẽ in seculo nutriat ad religionẽ, vel sine pacto munuscula tribuat ad captãdã familiaritatẽ: tertio si mẽdacijs, quia tali imminet periculũ retrocedendi, cum se deceptum inuenerit.

3 TERTIO † quæritur, vtrum religionem intrare possit seruus? Et dico, quod seruus, secundũ Ray. religionem intrare non potest, nec debet recipi, nisi de licentia domini, siue sciatur qđ sit seruus, siue ignoretur an sit seruus, aut liber. Et si ingreditur, redditur domino, si repetit, cũ omnib. q̃ attulit, fide tamen accepta de eius impunitate post trienniũ vero repeti nõ pt̃, nisi esset tam longè, quod non posset inueniri, 17. q. 2. si quis incognitus, & si interim ꝓfiteatur non obstante professione restituetur domino si in receptione vsus est fraude, vt se probando liberum per falsos testes. de seruis non ord. oportet, secundum Ray. & Ho. & domino restitutus erit religiosus, & religioni obnoxius, quantum in ipso est secundum Hugo. & Veru. arg. 27. q. 1. de viduis, & manumissus cõtrahere non posset. Si autem monasterium fuit in culpa, quia sciebat eum seruũ esse, vel neglexit inquirere, cum esset cognitus, remanebit in religione, sed monasterium satisfaciet domino. ar. distin. 54. si seruus. secundum Ray. Nec obst. c. quidã, de conuer. coniu. quia habens vxorem ea inuita, castitatem seruare non põt, & consequenter nec esse religiosus; secus de seruo. Currere autem incipit illud triennium, secundum Hug. a tẽpore ingressus

ſed verius a tp̄e ſciæ dñi,ſm Lau. Ioã.& alios. Et hæc ſunt vera in omni genere ſeruorum, etiã ſi ſint coloni originarij,ſiue adſcriptitij.

4 QVARTO † quæritur, vtrum intrare poſſit obligatus ad aliquid ſoluendum?Et dicit Ray. quod ſic non obſtante promiſſione, vel iuro, modo hoc faciat feruore charitatis: nec facit iniuriam creditori, quia excuſatur authoritate ſpiritus ſancti.de reg.licet.19.q.2.duæ.adde quia ſm S.Th. ſufficit cedere bonis: cum perſona liberi hoīs non obligetur pp̄ pecuniã,ſecũdũ iura ciuilia,ſed ſolũ res,vt dicit S.Tho.2.2.q.vlt.ar.6.monaſteriũ tñ,inquit Ray. ſatisfacere tenetur de his,quæ contulit monaſterio. 19.q.3.ſi qua mulier.& de his,q̃ monaſterium poſt eius ingreſſum eius occaſione acquiret, vt ſucceſſione,donatione,vel teſtõ,quãtũ talia ſe extendunt:& non plus,arg.d.c.ſi qua. & concor.Hoſt.& Innoc.& S.Th.2.2.q.vlt & ſimiliter ſecundum Ray.ipſe in monaſterio exiſtens poterit ſcribere,vel aliter honeſtè operari ad ſe liberandũ: modo non negligat officiũ diuinũ. 12.q.1.clericus,nec impediatur in aliquo ab obſeruantia regulari,i.ab obſequijs regulæ,cui ſemper eſt adſtrictus; nec deducẽtur expenſæ de lucro ſecundum Inn. & veriorem opin. q̄a altari deſeruiẽs de altari viuere debet,12.q.1.ex his.Pe.tñ de Pal.& Vld.& Sũ. Conf.& Arch.dicunt ſimpliciter,quod in religione non tenetur operari, vt debita ſoluat, & hoc tene,niſi rõne ſcãdali: q̄a profitẽdo cedit bonis,& habet velle.Et prædicta intellige etiam ſi ad debitum iuro erat adſtrictus, arg. d.c.licet:& ſi iurauerat operari manibus ad ſatisfaciendum nihilominus ſecũdũ Pe. de Pal. poteſt intrare:ſed ſi bona ſua ſufficiunt, tenetur ei ad intereſſe. Et idem dic de eo,qui accepit vxorem, quæ ex hoc patitur aliquod intereſſe,ſecundum eundem Petrum.

5 QVINTO † quæritur, vtrum poſſit intrare, qui eſt obligatus ad aliquid faciendum?Et dicit Hoſtien.quod ſic,ſed perficiet, quod promiſit, ſaltem per alium: niſi manus eius eſſet ſpecialiter electa, quia tunc non liceret per alium facere ſine licentia, C.de cad.toll.l.1.§. ne autem.de offic.dele.c.ſi. poteſt etiam ſatiſfacere ei de bonis,quæ attulit monaſterio,vel operando,vt §.priore. licet operari nõ teneatur: ſi tamen hoc nullo modo poteſt, nihilominus intret, etiam ſi iuraſſet facere: ſicut ſi rector iurauit regere ciuitatem per annum, vel magiſter legere: quia ſecundum Ray.non violat iurm,qui illud in melius commutat de iureiur.peruenit.& idem Inn.Gof.& Hoſtiẽ. qui addit ſe conſulere tanquam tutius,vt impleat,quod promiſit,de iureiu. debitores,ſed hoc conſilium non eſt bonum,niſi vbi poſſet quis implere incontinenti, vel ſcandalum timeretur,quia periculo ſe exponit,vel ſaltem retardat ĩgreſſum.Nec obſt.cap.debitorem, quia non inducit aliquid retardans:ſed ſolum dicit,quod qui iurauerunt ſoluere vſuras, ſoluant:ſimiliter nec c.commiſſum.de ſpon. vbi ei,qui iurauit matrimonium contrahere,conſulitur vt contrahat, & exinde ingrediatur: quia per illud non retardatur religionis ingreſſus,ſecundum gl.Ray.& Sum.Confeſſ.& præterea illud conſilium datur, ne notetur talis de periurio a vulgo,ſecundum Pan.ibi,qui etiam dicit,quod talis ſtatim poteſt intrare.

6 SEXTO † quæritur, vtrum intrare poſſit, qui eſt obligatus ad ratiocinia?Et dico,quod non, nec recipi debet ſi ſunt Reipublicæ.diſt.4. ca. legẽ.niſi prius ſe expediat:ſi vero ſunt ratiocinia priuatorum honeſtum eſt, vt prius ſe expediat,ſed non eſt neceſſariũ, ſecũdũ gl.Ray. vtrũ ẽt poſſit talis ordinari,vide ſu. Ratiocin.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum intrare poſſit q̃ eſt obligatus ſeruare parentibus propter eorum neceſſitatem?Et dicit S.Th.in quoli.3.ar. 16.quod ſi is, qui nondum intrarit, patrẽ ſuũ in magna neceſſitate viderit,cui per aliũ ſubueniri non poteſt,intrare non debet;ſed parẽtib.miniſtrare, maximè ſi abſq; periculo peccati poſſet in ſeculo remanere; ſecus ſi poſſet ſubueniri per alium:item ſecus,ſecũdũ Ric. ſi ſeruire non poteſt eis ſine ſalutis ſuæ diſpendio,i.periculo probabili peccati mortalis,qui vero iam eſt in religione, profeſſus, inquit S. Th.mortuus eſt mũdo,& ſpũali morte deobligatur a cura impendenda parentib. ſicut etiã deobligaretur per mortem corporalẽ, vnde non peccat in clauſtro manens ſub præcepto prælati, parẽtum adminiſtratione prætermiſſa,quia factus eſt ad illã impotens ſine culpa, inf.Religio 6.§.9.Debet tñ, quantum põt ſalua ordinis obedientia: curare,vt per ſe,vel p̄ aliũ eis ſubueniatur. Hæc ex illo. Et intellige neceſſitatem magnam, q̃ eſt decentiæ ſtatus: puta,quia oporteret eos mendicare,vel ſeruire alijs cum notabili, ſiue magna indecentia; quia non debet intrare; & a fortiori ſi ſunt in maxima,id eſt extrema, quæ ambæ ſi nunquã ceſſent, ingreſſus eſt ex toto dimittendus, ſecundum Io. de Neap. quia quæ ſunt præcepti non debent omitti propter illa,quæ ſunt cõſilij,etiam,inquit,ſi vouiſſet,ingreſſum;quia ſi vouit ante indigentiam, eſt illicita redditio;

tum

tum q̃a obligatum uni si promittatur alteri, ei tradi non debet cũ promissione non trãsferatur dñium: tum q̃a mutata est conditio uouẽtis, cũ ei superuenerit noua obligatio, si ãt uouit tp̃e indigentiæ, fit illicitũ uotum, ut patet.

8 Octavo † quæritur, utrum possint intrare, qui sunt in dignitate, vel cura? Et dico ẽm Pa. in c. ꝙ Dei timorem. de sta. mo. ꝙ cuilibet prælato citra episcopũ permittitur dimissa prælatura religionem intrare. Et ẽm S. Th. etiam inuito ep̃o hoc possunt archidiaconi & presbyteri curati, ut patet 2. 2. q. vlt. & adde idẽ esse de præpositis, decanis, archipresbyteris, & oĩbus inferioribus ep̃o. 19. q. 2. duæ debent tamen petere licentiam, q̃uis non obtineant. de reg. licet. Ep̃i vero per superiores sine licẽtia papæ intrare non possunt. d. c. licet. Beneficia tamen prædictorum, quib. licet intrare, nulli debent conferri nisi post professionem saltẽ tacitam, vel nisi euidẽter apparuerit, ꝙ uoluerint. uitam mutare, ꝙ. s. est quoddam votum religionis, vel desiderium profitendi. de reg. beneficium. in 6. Fructuum autem ante professionem assignari debet debita portio alicui, qui seruiat pro ingresso, ut in d. c. beneficiũ. reliquum vero erit eius, ne sit onerosus monasterio. 16. q. 6. de lapsis. nec proprie est religiosus de sent. exc. religioso lib 6. & consequenter suo iure fraudari non debet. 17. q. 2. Gonsaldus. ut no. Tunc. & Bar. Brix. & Arch. & interim remanet canonicus, curatus, vel decanus, sicut prius, nec beneficium vacat. Et hoc sequitur Sũ. Ang. in verbo religioso, qui tñ in verbo, nouitius, scripsit oppositum, dicens, quod reliq̃ fructus cõseruabuntur, vel in utilitatẽ ecclesiæ expẽdẽt. de elec. q̃a sæpe. li. 6. q̃uis Bar. Brix tenuerit. ꝙ sui erunt, sed primum est verius, de iur. & d. c. q̃a sæpe. loq̃tur in beneficio vacante standum tamẽ, puto consuetudini inter istas opinio. Hæc autem executio fiet per episcopum. de elec. cum ex eo. lib. 6.

9 Nono † quæritur, utrum intrare possit, qui ducit, aut iurauit ducere aliquam in uxorem? Et dico, quòd si duxit per uerba de præsenti, & consumauit, non põt intrare, nisi ut su. Matrimonium 8. §. 12 sed intellige, si copula sequuta est contractum matrimoniũ, vel spõsalium, non si præcessit, q̃a sic nõ impediet, nec diceretur matrimoniũ consummatũ, ar. c. veniens. de spon. & de hoc su. Qui uero iurauit ducere, intrare p̃t authoritate c. ꝓuenit. el 1. de iureiur. & c. cõmissum. de spon. de quo su. §. 5.

10 Decimo † quæritur, utrum pueri impuberes possint religioni a parentibus, vel tutoribus offerri, vt intrent ꝑ habitus susceptionẽ, Et dico, quòd sic: & ẽm Innoc. si impubes unũ tñ hẽat parentẽ, ille solus põt eum offerre: & si habeat tutores alios q̃ parẽtes, tñ parentes eum inuitis tutoribus possunt offerre. & idem credunt aliqui de patre, inuito auo, qui habet eum in potestate, & non econuerso, quia in his spiritualibus ius naturæ præfertur positiuo, vel ciuili, vt in Sum. Confes. ti. 8. q. 30. Sed hmõi impuberes oblati religioni, cũ venerint ad annos pubertatis sunt in libertate remanendi, & exeundi, vnde super hoc debent interrogari, cum sunt in anno. 15 qui est probationis. 10. qu. 1. c. 1. Et dicit Dire. quod si puer consentit, licet consensus, qui fit ante annos discretionis, non teneat, ipse tamen exire non potest antequam veniat ad legitimã ætatẽ, ad instar carnalis m̃rimonij, de despon. impu. de illis. 20. q. 1. illud sed quam primum ad perfectam venerit ætatem. i. 14. annum, potest egredi, 20. q. 3. presens, de reg. cum simus, si autem non consentit, egredi potest quando voluerit. 20. q. 1. puellæ. Quãuis aũt liceat tales recipere, quod ẽt fecit beatus Benedictus, & beatus Th. docet. 3. quol. q. 5. & 2. 2. q. 189. nisi s. constitutione alicuius religionis prohibeatur: tamẽ experiẽtia docet non expedire secũdũ Archi. vnde hoc seruant omnes regulares. Quod autem in constitutionibus prædicatorum cauetur, nullum recipi ante decimũoctauum annum, de conuersis declaratum est intelligi per acta c. generalis.

11 Vndecimo † quæritur, vtrum pueri impuberes possint ingredi religionem propria authoritate? Et dico, quod non. de reg. ad nostram, quod si fecerint sine oblatione parẽtũ scd̃m Pan. in c. significatum. de reg. exire possunt, quãdo volunt ante professionẽ: & scd̃m Dir. extrahi possunt a patre, vel tutore vsque ad annũ vel diem. 20. q. 1. puellæ. s. a die scientiæ. scd̃m gl. Ray. sed si annum, vel diem dissimulando consenserit, neque parentes, neq; tutor, neque ipse mutare poterit. s. quousque venerit ad legitimam ætatem. Si autem ex consensu eorum intrauit expressè, vel tacitẽ, vlterius reuocare non poterunt 20. q. 1. addidistis. & cap. quicunque. Aduertendum tamen est hic secundũ Arc. post Pe. de Pal. quod nec pater, nec tutor, nec magister, neq quicunque alius custos, potest impuberem de religione extrahere propria authoritate, siue ex voto, siue sine voto intrauerit, sed authoritate habentis potestatem in monasterio: quia licet possint eum inuitum disciplinare pater, vel

tutor, etiã clericum, nõ tamen possunt corrigere aliis iniuriam inferendo, quod esset, si habitum dirumperent, aut vi educerent de monasterio, quòd iam erat, in eius possessione.

12 DVODECIMO † quæritur, vtrum intrare possint pueri, vel puellæ in anno pubertatis? Et dico, ꝙ sic etiã parentibus prohibentibus. 20.q.2.puella, sed oportet, ꝙ talẽ annum compleuerint, puer. s. 14. & puella 12. de reg. ad nostram, in tex. & in glo. nec in hoc malitia supplet ætatẽ, vt expresse no. 20. q. 1. in sum. & idem Io. An. in cle. eos, de regu. Qđ autẽ dixit Ray. sufficere, si malitia suppleret ætatem, de reg. postulasti, verũ fuit suo tpe qñ Summã fecit, & currebat prior compilatio Decretalium, sed hodie verba illa de ipsa decretali, postulasti, subtracta sunt, & idem gl. ibi.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, utrum mater, vel alter tutorum offerre possit filiũ, & reuocare? Et dicit Dir. Inno. tenere de mr̃e, ꝙ sic allegans d.c. addidistis. sed Lau. Io. & Arch. tenere cõtrarium: qa non hẽt ipsum in ptãte Insti. de adop. §. fœminæ, & consequenter, si pr̃ eum obtulit, mater reuocare non põt, nisi dicatur, ꝙ æque sit in ptãte mr̃is, sicut & pr̃is, quantum ad hunc casum. Opinio tamen Inn. vr̃ verior ſm iura; alia tñ tenetur, nisi mr̃ esset tutrix hæc Dir. Arc. autem post Pe. de Pal. dicit, ꝙ si impubes habet matrem, potest eum reuocare, non autem mr̃ patre nolente: pr̃e ãt mortuo, tunc mr̃, & auia possunt, si habẽt tutelam eius: vt quia non transierunt ad secunda vota: quo casu non potest, cum perdat tutelam: tutor aũt hoc potest. Vide ẽt inf. Votũ, 5. §. vlt. De tutoribus aũt vbi sunt plures vr̃ ꝙ unus solus possit offerre: quia quo ad hoc, eãdem habent potestatem sicut parentes, 20. q. 2 puella. Sed dic, ꝙ conditio prohibentis, erit melior, secundum Inno. & Dir.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, utrum liceat alicui se voto obligare ad religionis ingressum? Et dicit S. Tho. 2.2. q. vlt. ꝙ sic: quia idem opus est laudabilius ex uoto quam sine uoto. vt inf. Votum, 1. §. 6. Medicantes tñ oĩno abstinere debent ab inductione ad talia uota, per quæ renuncietur seculo ante annos probationis, ut in c. non solum, & c. seq. de reg. lib. 6.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, utrum pueri possint se voto obligare ad religionis ingressum? Et dicit ac probat S. Th. 2.2. q. 189. hoc esse laudabile. Sed tamen aduerte ex eodem ibi, quòd votum simplex est inefficax aliqñ pp duo: primo, s. pp defectum deliberationis: ut de furiosis patet, in c. sicut teno. de regula. & idem de pueris nondum habentibus vsum rationis, per quem sunt doli capaces, qui in aliquibus præuenit annos pubertatis, & in aliquibus subsequitur, ſm diuersam dispositionem naturæ: secundo ex hoc ꝙ uouetur aliquid, quod non est propriæ ptãtis: vt si seruus habens vsum rõnis uoueat ignorante domino religionis ingressum, distinct. 54. si seruus. Et idem est de uotis puerorum ante annos pubertatis: quia tunc sunt in potestate patris quantum ad dispositionem vitæ suæ: vnde potest eam acceptare, vel irritare, vt de muliere expresse dr̃ Num. 30. legitur si puer ante pubertatem, & vsum rationis uotum simplex emittat, non obligatur: si autem habebat vsum rõnis, obligatur quantum in se est ex suo uoto: sed reuocari poterit authoritate pr̃is, quia ordinatio legis, qua vnus homo subditur alteri, respicit illud quod in pluribus accidit. Si vero annos pubertatis excedit, reuocari non põt authoritate parentum: & si nondum haberet plene vsum rõnis, nõ obligaretur quo ad Deum. Hæc ex illo. De uoto autem solenni dic ut inf. Religio 3. §. 2. Et ꝙ uotum pueri ante annos pubertatis obliget, tenet, & probat Pan. in c. 2. de voto, iuncta glos. ubi tñ innuit vnum, quod sequi vr̃ Summ. Ros. s. ꝙ dicatur puer doli capax post 7. annum, quod quidem est verum, quo ad peccare posse: sed non credo quantum ad uouere: sed hoc est solũ prope pubertatem, de quo sup. Baptismus, 4. §. 8. Igitur si impubes voueat, habens tamen vsũ rõnis, si pater, vel tutor non irritat, sed ratificat, tenetur intrare Si uero irritat, nec tenet intrare, nec debet ante pubertatem, & si intrauerit, potest reuocari, ut supra §. 11. Si vero uoueat adultus, siue pubes, tenetur intrare etiam patre contradicente, & præcipiente cõtrarium, 11. q. 3. si dominus. Et si vouit simpliciter, & absolute intendens se obligare, ſm Arc. post S. Th. tenetur intrare quã citius potest, s. commode. Si autẽ uouit sub certo tempore, vel cõditione, tenetur adueniente tpe, vel conditione, alias nõ. ¶ Adde prædictis de mente Ray. & glo. eius idem esse de aliis uotis impuberis, & de iuramento, quia omnia possunt irritari, si reuocentur, statim cum pater audiuerit, i. ipsa die, & nõ alia. ar. Numeri 30. ibi, & in alterum diem distulerit sentẽtiã. Et secũdum Veruec. si pater, aut tutor cõtradixit, & postea consensit, nõ reuiuiscit uotũ, nec tenebitur filius cum venerit ad legitimã ætatem. Vide aũt ẽt infr. Votum 3. §. 5. ¶ Sed si impubes doli capax voueat continentiam,

vel ingressum religionis in tẽpus:puta,cũ erit adultus,aut solutus a patria potestate: dubiũ est,an pater possit irritare?Et dicit glo.Rayn. quod sic contra dicendo statim,ſm cõmunẽ opin.& idem Rodo.quod etiam Asten.dicit esse humanius contrarium sensit Hug. & videtur consentire Inn.dicens,quod impubes doli capax soluta patria potestate debet implere vota,quæ fecerat: & idem Host.Sed primũ est verius:quia pater habet authoritatem irritandi non solum ratione sui præiudicij,(quia hoc est omnibus commune:)sed etiam ratione subiectionis,qua suberat puer, quando vouit. Dictum autem Inno.& Host.est verum, quando illa non fuerunt irritata.

16 DECIMOSEXTO† quæritur,quid si quis vouit intrare certã religionem, & illi nolunt eũ recipere?Et dicit S.Th.2.2.q.188.quod si intẽtio sua fit se obligare ad religionem principaliter,& ex consequenti elegit hunc,vel hunc locum, quasi sibi magis congruentem, tenetur intrare aliam. Et idem intellige si prior perijt,vel reprobata est, vel quodcunque impedimentum obsistit: quia obligatio non fuit certo speciei,sed generis:sicut promittens dare equum,licet non intenderet emere alienũ, sed dare suum: si omnes sui pereant, tenetur dare alienum.Non tamen credo,quod teneatur discurrere per mundum,vt inueniat se recipientem: quia nõ est verisimile,quod se voluisset ad hoc obligare:& similiter si tm̃ vnã, aut duas,vel plures inueniat,q̃ eum velint,de q̃b.credit probabiliter,quod si cogitasset, nõ se obligasset: credo,quod nõ tenet intrare.Si vero principaliter intendebat se obligare ad istam religionẽ, vel locũ p̃p specialem cõplacentiam eius,secũdũ Pet.de Pal. obligatur ad aliam,si istam intrare nõ põt:q̃a vr̃ ex consequenti vouisse dimissionem seculi;cũ non stet vita seculi cum suo voto.Sed S.Th.& Rich. & Arch.tenet, quod ad aliam non obligatur: & hoc est verum:quia sicut effectus non excedit causam, ita votum non extenditur vltra intẽtionem vouentis,cum ab ea virtutem sumat; nec talis absolute vouit dimittere seculũ, sed præcisè,vt consequitur ingressum huius religionis,aut loci.Si autem dubitat quã intentionem habuerit,debet viam eligere tutiorẽ:secundũ S.Th.& Pet.Si ãt incidit in impossibilitatem implendi votum ex sua culpa, tenetur facere quod potest,& pœnitere de culpa.

17 DECIMOSEPTIMO† quæritur quid de eo, qui vouit religionem intrare indeterminatè, & nullam inuenit se recipientem?Et dicit Innoc.q̃ remanebit sub obedientia episcopi; & erit monachus eius, quod de congruitate solum debet intelligi, cum possit esse in sæculo, & nubere:quia sicut se habet pars ad partem: ita totum ad totum. Vnde sicut ille,qui vouit intrare solum hanc religionem,q̃ est pars religionis in genere,põt nubere,si nolit eum illa pars recipere,vt §.priore.ita & qui vouit intrare religionem in gñe,q̃ est totũ,poterit nubere,si vniuersalitas religionũ,quæ est totum respectu huius particularis,nolit eũ recipere: vnde & ſm Arc.in ca.fecimus.12.q.1. in voto religionis subintelliguntur iste cõditiones,si possum: vel si volunt me recipere: quibus nõ extantib.non erit votum,ſm Hug.Card. ¶Et hæc maximè sunt vera, si ille non intendebat aliter se obligare: quia ſm Arch.ibi, tãtum se extendit obligatio voti,quantum,& intentio vouentis.Et si quando vouit, de hoc non cogitabat, distingue: quia aut sibi nunc videtur probabiliter,quod excepisset si cogitasset, & non tenetur,aut quod non excepisset:& tunc tenetur eo modo,quo fuisset eius intentio: & si nescit discernere,teneat tutius.

18 DECIMOOCTAVO† quæritur, vtrum is, qui vouit religionem vnam determinatam intrare induci possit ad aliam? Et dicit S.Th.2.2.q. vlt.quod sic,si illa alia sit maior, quia in maiori intelligitur minus, & hoc nisi aliquid impediat speciale;puta,infirmitas,vel spes maioris profectus in minori, non autem si illa alia sit minor,nisi ex causa euidenti,& dispensatione superioris: si tamẽ ingreditur,& profiteatur, professio tenet. de reg. qui post votum.lib.6. puto tamen,quod fuerit transgressor sui voti simplicis:licet nunc maiori teneatur.

19 DECIMONONO† quæritur,vtrum is, qui vouit, vel iurauit religionem intrare, teneatur ibi esse perpetuo?Et dicit S.Tho.vbi sup.quod sic si ad hoc intendebat se obligare: non autem intendebat se obligare ad ingressum causa experiendi libertate manendi, vel non manendi.Si autem in vouendo de hoc nihil cogitauit, videtur obligari ad ingressum secundũ formã iuris communis, q̃ est,vt ingredientib. detur annus probationis:vnde nõ tenetur ibi manere perpetuo. Si tamen intraret intentione statim exeundi,non satisfaceret voto;quia in vouendo hoc non intendebat: vnde tenetur saltem velle experiri,vtrum hoc sibi expediat.Et idem Sum.Conf. ¶Addit Rich.quod si intrauit animo exeundi, cum voluntate tamẽ dandi operam,vt Deus immutet propositum suum,satisfacit voto.aliter non.

20 VIGESIMO † quæritur, vtrum habens votũ religionis, si eligatur in episcopum, teneatur prius intrare? Et dico, quod sic, de voto, per tuas, vide ibi no.

21 VIGESIMOPRIMO † quæritur, vtrum is, qui vouit non intrare religionem, sit obligatus ad non intrandum? Et dicit Rich. in 3. quolibeto q. 14. quod non, quia sicut illicitum est iurare, quod quis non faciet bonum, ita & vouere. Host. tamen distinguit, quia non potest intrare monasterium, quod eum allicit causa lucri, & circumuenit: sed aliud, vt, 20. q. 3. constituit, de conuers. coniu. dudum, inspiratus autẽ a domino potest intrare, de diuor. gaudemus. & placet, & probatur in c. beatus. 22. q. 2. & in c. 2. de iureiur. nec tenendus est Gratianus. 22. q. 4. §. vlt. in fi.

RVRSVS de Religione tertio, quantum ad ingressum secundum, qui est professio.

1 *Professio religionis expressa, qualiter fiat.*
2 *Profiteri qua etate quis possit.*
3 *Professio post quantum tempus fieri debeat.*
4 *Professio facta ante tempus debitum, an teneat, nu. 5.*
6 *Professio an teneat, vbi est quid illicitum.*
7 *Professio sub conditione an teneat, & nu. 8.*
9 *Professio fœminæ in monasterio masculorum, vel ecõuerso an teneat.*
10 *Professio facta in religione prohibita, an teneat.*
11 *Professus religionem dolo, vel blanditijs, an teneatur.*
12 *Reformatio an arctet eos, qui professi sunt regulam laxiorem.*
13 *Abbas solus sine consensu capituli an possit professionem suscipere.*
14 *Episcopus an possit quẽ acceptare ad professionem.*
15 *Professio an fieri possit per procuratorem.*
16 *Professio accepta a fratre sine mandato superioris, an possit ratificari.*
17 *Professionem recipientis ante tempus debitam qua sit pœna.*
18 *Professio expressa quid requirat.*
19 *Professio tacita quomodo fiat, & quomodo obliget, num. 20.*
21 *Professio impuberum quomodo validetur, & quid de professione seruorum, num. 22.*
23 *Professione religionis, an quis assequatur plenariam remissionem.*
24 *Bona ingredientis religionem, cui cedant.*

RELIGIO tertio, considerari potest quãtum ad ingressum secundum, i. professionem, quæ proprijssime sumendo: iuxta dicta sup. Professio, ſm S. Th. 2. 2. q. 188. ar. 7. est solẽne votum, quo quis efficitur monachus, intellige priore, & est duplex. expressa. scilicet & interpretatiua. Expressa est, quæ fit in manu accipientis eam legitimè, de reg. ad apostolicam, tacita vero est, quæ fit modis, de quibus infra §. 8.

1 PRIMO † ergo quæritur de expressa, quomodo, siue sub qua forma fiat, siue qũo obliget. Et dico, ꝙ fit voce, aut scriptura: sed quãtum elicitur. 2. 2. q. 186. ar. 9. & 1. quolibeto, q. 9. ad primum. in ecclesia Dei fit primo promittendo seruare regulam: quod est promittere regularem vitam, quæ essentialiter in tribus votis consistit, vt in ordine minorum, vel quod est cautius, promittendo viuere ſm regulam, ꝙ tollitur per contemptũ: intellige ẽt interpretatum, de quo su. Religio, 2. §. 11. vt in ordine B. Benedic. vel tertio adhuc cautius promittẽdo obedire ſm regulam: ita quod professioni non contrariatur, nisi id, quod est contra præceptum regulæ. Adde ex primo quoli. q. 9. vel econtrario ea, q̃ prælatus præcipit ſm tenorẽ regulæ transgressio vero, vel omissio aliorum obligat solum ad veniale: quia huiusmodi sũt dispositiones ad principalia vota. peccatũ autem veniale dispositio ad mortale, in aliqua etiam religione, s. prædicatorũ, talis trãsgressio, vel omissio ex suo genere non obligat ad culpã, neque ad mortalẽ, neque venialem: sed solũ ad pœnã taxatã substinẽdã: qa per hunc modũ ad talia obseruanda obligantur, qui tñ possent venialiter, aut mortaliter peccare ex negligentia, vel libidine, seu contemptu. hæc ex S. Th. ¶ Sed aduerte primo, secũdũ Pa. in c. porrectũ, de reg. ꝙ valet ꝓfessio ꝑ quæcunq; verba fiat, non seruata formata regulari. i. tradita in aliqua regula: quia cũ obligatio dirigatur in Deũ, defectus formæ actũ vitiare nõ debet: sicut dicimus in excõicatione: nec requiritur ẽt aliqua scriptura necessaria: sed intellige modo promittantur, quæ in professione debent promitti, s. tria vota, explicitè, vel implicitè ea promittendo in regula: quia secũdum Dire. & Gul. in Spe. si sit monasterio consuetudo, ꝙ non fiat aliqua professio, nisi quod in ingressu promittit quis suo prælato obedientiã inter manus: talis non est expresse ꝓfessus, de sta. mo. cum ad monasteriũ. licet Inn. dicat cõtrarium in c. consuluit. qui cle. vel vo. quod verũ est si fieret mẽtio de regula: nõ autẽ aliter, licet in foro animæ teneretur ad tria vota, si intendebat ea vouere. Aduerte secũdo, quod professioni minorum contrariatur transgressio trium votorum, & contemptus expressus, seu positiuus regulæ, & negatiuus cuiuslibet

statu-

ſtatuti notabilis regulæ: & quantũ ex forma profitendi transgreſſio omnium facientiũ ad tria vota, imò omniũ cõtentorum in re gula licet ex intentione beati Franciſci aliter fuerit, vt patuit, profeſſioni verò monachorũ cõtrariãtur ſolum tria prima, nõ aũt quartum.i. trãſgreſſio omniũ faciẽtium ad tria uota, vel contentorum in regula, profeſſioni uerò prædicatorum cõtrariantur ſolũ duo prima, non aũt tertiũ, i. cõtẽptus negatiuus alicuius ſtatuti notabilis. ſeu principalis, ſed ſolũ cõtẽptus omniũ, qđ eſt cõi omni ꝓfeſſioni: cũ ſit cõtẽnere ꝑfectionẽ, quã oĩs religioſus tenetur intẽdere: & ſic patet qũo vna profeſſio eſt cautior alia ¶ Aduerte tertiò, quòd Prędicatores promittunt obedientiã ſm regulam, & conſtitutiones, ſed tñ licet tranſgrediendo conſtitutiones ex ui conſtitutionum non peccent, niſi ratione p̄cepti, vel cõtemptus ſecus tranſgrediendo regulam: quia patres voluerunt: cõſtitutiones nõ obligare ad culpã: ſed hoc de regula non ſtatuerunt: quia nec potuerunt: cum ſuper eã non habeant authoritatẽ, dicente Io. And. in nouel. ꝙ regulæ approbatæ mutari non pñt niſi per papam: conſtitutiones aũt religioſorum mutari poſſunt per p̄latos religionum tantæ authoritatis: quantæ fuerunt eas inſtituentes: ut de re. iur. omnis. Et ideo omnis tranſgreſſio eorum, quæ ſunt in regula citra præcepta, eſt eis venialis, de mente S. Tho. vbi ſupra.

2 Secundo † quæritur, qua ætate poſſit quis profiteri? Et dico regulariter, quòd maſculus completo, non autem incępto ann. 14. & mulier completo 12. vt in ca. 1. de reg. lib. 6. & in gl. 20. q. 1. c. 1. & in cle. eos. de reg. de quo dicit S. Th. 2. 2. q. vlt. quod profeſſio, cum ſit uotum ſolenne, ſubiicitur ordinationi eccleſiæ ratione ſolennitatis annexæ: quia eccleſia reſpicit illud, quod in pluribus eſt: profeſſio ante tp̄s pubertatis facta quãtumcunq; aliquis habeat vſum rationis plenum, vel ſit doli capax, non habet ſuũ effectum, ut faciat profitentem eſſe religioſum, & intendit, ꝙ retinet rationẽ uoti ſimplicis irritabilis ꝑ parẽtes, ut patet ex dictis ſupr. Religio. 2. §. 15. & ꝙ ibi malitia ſupplere nõ põt ætatẽ, ſicut nec in ingreſſu: ut ſu. Religio 2. §. 12. cuius cõtrarium eſt in matrimonio, quia hic agitur de maiori præiudicio, ſm Pan in c. ſignificatũ, de reg. Qui etiã dicit ibi per tex. illum vnũ falſum, ꝙ ſequitur Sum. Roſ. ſ. ꝙ uotum religionis emiſſum ante pubertatem non obligat uouentem conſtitutione eccleſiæ, q̃ ĩpedit uires voti, & limitat ætates: quia licet non tollat ius diuinũ, põt non illud interpretari, & diſtinguere. Sed contrariũ huius tenet S. Tho. vt patuit ſupr. Religio. 2. §. 15. & hic §. eod. quia diſtinguit inter uotũ ſimplex. & ſolenne: de ſimplici dicens ut ibi: de ſolenni verò vt hic, & de ſolenni loquitur d. c. ſignificatum, & contra Ro. tenet Supp. qui ẽt dubitat, an tale uotum ſit irritabile per patrem, quando venit explendum ſoluta patria poteſtate, de quo ſup. Religio 2. §. 15. vide ẽt inf. Votũ 3. §. 5. ¶ Fallit ꝙ dictũ eſt dupliciter primò in omnibus mendicãtibus, qui ad profeſſionẽ recipere non poſſunt ante annũ probationis copletũ, de regula, nõ ſolũ, & c. conſtitutionẽ, in 6. qui annus eſt 16, cum ante 14. cõpletũ non poſſit q̊s intrare: ut ſupr. Religio 2. §. 15. & ſecundò in monachis habentibus monaſteria in inſulis multũ rigidis. quib. prohibetur, ne ante 18. annum aliquẽ recipiant ad profeſſionẽ: vt in c. quia in inſulis. de regula. Circa ꝙ ſciendum eſt, ꝙ Ioa. And. ut etiam recitat Pan. in d. c. quia in inſulis, inquantum potuit ĩueſtigare, nũquã illud c. ſeruatũ eſt in aliqua inſula, unde pleriq; Doctores arguendo ex ratione literæ dicunt, ꝙ ſi in inſula non eſt cõgregatio durior q̃ alibi, nõ habet ibi locũ illud c. & ſi extra inſulas ſit cõgregatio durior, ibi habet locũ: & cõſequenter Pano. poſt Io. And. iſtã ꝓhibitionẽ extendit ad fratres p̄dicatores, & minores, apud quos eſt congregatio dura: q̊a quelibet diſpoſitio ampliari debet & reſtringi ad limites rõnis expreſſæ, ẽt ſi uerba nõ patiatur: ut in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. & in l. cũ pater. §. dulciſſimus. ff. de leg. 2. & hoc ſequitur Sum. Ang. & Roſ. Sed iſta opinio nõ eſt vera, tum quia iſtud c. abrogatũ eſt conſuetudine cũ nullibi ſeruetur a tẽpore Io. And. & multo ante, ut patuit: imò ſm Arch. poſt Pe. de Pal. eſt reuocatum per proœmiũ ſexti: tum q̊a conſuetudo in ordine prædicatorũ interprætatur oppoſitũ, imò & capitulũ gñale, ꝙ declarauit cõſtitutionem prohibẽtẽ receptionem ante 18. annũ intellige de conuerſis, ut refert Arch. tũ quia nõ eſt eadẽ rõ de monachis, qui uacãt ſibi ſolis; & p̄dicatoribus, quos oportet vacare ſtudio theologiæ: & cõſequẽtur artium maxime dialecticæ, ad quã iuniores ſunt aptiores, ut experiẽtia docet; & dato ꝙ eſſet eadẽ, nõ tñ eſt eadẽ in inſulis, & extra: quia in inſulis ſicut corpus, ita & animus iuuenum videtur plerunque cõcludi, & carcerari, itẽ q̊a iuuentus indiget relaxatione, & recreatione, quæ penè nulla põt eſſe in inſulis, de quibus loquitur text. ſ. ſolitariis, &

arctis: cum stultum sit dicere, ꝙ intelligatᷣ de Anglia, & Sicilia, & hmõi, quæ sunt regiones amœnissimæ. vnde monachi eiusdem professionis, qui ẜm istũ tex. non potuissent recipere ad professionem ante illud tẽpus in insulis, hodie extra insulas potuissent. Vnde tota rõ illius prohibitionis, vel saltem pro maxima parte, fuit ratione loci, quod etiã inde patet, ꝗa nulla religio etiã summæ austeritatis hoc seruare cogitur a iure extra insulas. Ex dictis aũt in prin. huius §. & in prin sequentis, sequitur quod annus probationis possit esse 12. in puella, & 14. in puero, & verum est quãdo intrant de voluntate parentum, arg. 20. q. 1. c. 1. & patet quo ad masculum in c. non solum, de reg. iur. lib. 6. alias autem est 13. & 15.

3 TERTIO † quæritur, quo tempore post primum religionis ingressum possit fieri professio a masculo, vel ẽt a fœmina? Et dico multa. ¶Primum. Regulariter professio fieri non debet nisi completo anno probationis, qui est 15. in masculo, vel 13. in fœmina. 17. q. 1. Gonsaldus tñ quia tẽpus datur in fauorẽ nouitij, vt experiatur regulæ austeritatem, & mores monasterij, de reg. ad apostolicã, ideo conueniente ꝑlato cũ suo cõuentu, quo ad non mendicantes, & interueniẽte volũtate nouitij p̄t ante annum profiteri, & tenet professio: licet male faciant ꝑlati. nisi subsit rationabilis causa: vt in d. c. ad apostolicã, imo p̄t fieri expressa ꝓfessio in ipsa receptione habitus, imo, & sine ea; vt sup. Relig. 1. §. 1. & de re constit. lib. 6. vbi hoc hr̃ expresse. ¶Scd'm. Fallit aũt, ꝙ dictũ est, dupliciter. Primo vbi habet locum ca. ꝗa in insulis, de quo supr. §. 2. dictum est. Scđo in mendicantibus, vbi professio non põt recipi, nec fieri valide, nisi cõpleto tp̄e probationis, i. anni integri, qui incipere nõ p̄t ante cõpletũ 14. annum ætatis in masculo: cui tñ anno integro diẽ vnã addere non oportet: quia nusquã legitur. Et summa est ratio: quia pro religione facit, Et ita tenet Petr. de Pal. in 4. & firmat Io. An. in cle. eos de regul. Sed aduerte, ꝙ Pet. de Pal. hoc intelligit solum de Prædicatoribus, & Minoribus, quibus hoc prohibuit Ale. quartus, in d. c. non solum, sed postea Bonifacius octauus in seq. c. s. constitutionem, ex hoc intendit ad oẽs mendicantes. ¶Tertium. Vtrum aũt hoc locum habeat in monialibus ordinũ mendicantium, s. quod infra annũ probationis profiteri nõ possint? Et dicit Gem. cũ Recu. & Lap. quod sic: & particulariter in monialib. sanctæ Claræ, & ordinis Prædicatorũ, non obstante quod hẽant possessiones, & nõ mendicent: quia ꝑꝑ hoc non tollitur quin sint de ordine mendicantium: sicut nũnc multi religiosi non sunt mendicantes, nec prohibentur hr̃e possessiones; quas tamen non habent, & de facto mẽdicant; vt no. Pan. in cle. vt professores, de reg. nõ obst. ẽt ꝙ hẽant ꝓpriũ ex priuilegio: licet in alijs retineant priuilegium mẽdicãtiũ, ꝗa tollẽs vnũ non tollit aliud. ff. de ser. vrba. prædi. l. si domus, de vsu pall. ex tuarũ. Vnde ꝑ hoc a iurib. loquẽtib. de mẽdicantibus nõ eximuntur. Hoc aũt est verũ quantum ad moniales S. Claræ, q̃. s. non dicunt minorissæ: & quantũ ad omnes, quæ ex sua professione non possunt hr̃e proprietatis in cõi. Sed secundum Arch. post Pet. de Pal. non est verum de monialibus ordinis prædicatorum, & minorũ, quæ nõ sunt mendicãtes, & licet habeãt priuilegia fratrũ, tamẽ nõ obligantur adhoc, tum quia non est priuilegium, tum quia conuenit fratribus, vt sint mendicantes, in quo ab eis distinguuntur, quia habent reditus, & possessiones, vnde intra annum probationis possunt expresse profiteri. Hæc illi. Et hoc tene, quia vtræq; possunt habere proprium, nõ solum ex priuilegio, sed ẽt ex regula, vel institutionibus. Vnde mirũ est, quod Gemi. dicat quod moniales ord. Prædi. sunt mendicantes licet ex apostolico priuilegio possint habere propriũ. Et dato, quod hoc esset verum, adhuc tamẽ posset dici & attentari in eis non habere locũ d. c. nõ solũ, & d. c. constõnem, quæ loquunᷣ in masculino genere, vt patet; quia masculinũ appellatiuũ, puta fratres, non cõcipit fœmininũ in materia odiosa: vt su. Masculinũ.

4 QVARTO † quæritur, vtrum teneat professio facta explicitè ante debitam ætatem, vel tempus a iure statutũ? Et dico, quod si ꝓfessio fiat ante annos pubertatis, nulla est ipso iure, de reg. ad nostram, & cap. significatum, & hoc in qualibet religione. Si vero fit ante annum probationis completum, tenet, vt dictum est: & profitẽs expresse obligatur illi religioni in specie, si non est mendicantium; vel religioni in genere, si profiteatur implicitè & tacitè, de quo infra §. proximo, sed in mendicantibus ante annum probationis facta non obligat illi religioni, in qua fit, sed tantum religioni in genere, d. c. non solum, & ca. constitutionem. Si vero fit contra prohibitionem, d. c. quia in insulis, de reg. ẜm Host. non tenet: ꝑꝑ tex. ibi, cum quo cõiter doct. transeunt recitando, & facit l. non dubium. C. de legi. & reg. quæ contra ius, de reg. iur. li. 6. Sed Pan. ibi tenet contrarium: quia Papa non annullat professionem

nem, ſed ſimpliciter prohibet: vnde non impeditur virtus eius, quod probatur quaſi expreſſè in d.c. ad apoſtolicam, vbi tenet profeſſio facta, Papa, & regula prohibente: ſic etiam ex ſimplici prohibitione non impeditur vinculum matrimonii, licet contrahentes ueniant puniendi. Et ex hoc dico, licet dubitet Pan. ꝙ obligatur illi religioni in ſpecie: quia profeſſio tenet: & prohibitio erat in fauorem profitentis, cui poteſt renunciare. Ad l. autem, non dubium, de reg. quæ contra, dico profeſſionẽ nõ eſſe nullam, quia aliquo iure ſuſtentatur, ſcilicet, d.c. ad apoſtolicam.

5 QVINTO † quæritur, an profeſſio expreſſa facta ante annum probationis in ordine mendicantium ſic obliget religioni in genere, vt non teneat matrimonium, ſi poſtea contrahatur? Et gl. in d.c. conſtitutionem, videtur tenere ꝙ ſic, dicens uotum ſolennizatum eſſe in genere: quod Lap. vt ibi refert Gemi. limitat, ſi profitẽs intendebat ſe obligare in genere. ſecus ſi in ſpecie certo loco, & ordini: quia tunc poſſet matrimonium contrahere: uel ſaltẽ ſi contraheret, nõ dirimeretur, & de hoc crederetur ſibi ſecũdum Io. And. de reg. conſulti. & Veruec. & Arch. quod intellige, ſi aliud non expreſſit, vel ſi expreſſit, nõ probatur; & in foro aĩæ, non autem in contentioſo, niſi delato iuramento. Hæc ex Gem. Et ſic cõclude, quòd ſi intendebat obligare ſe ſolũ religioni mendicanti, quã expreſſe profitebatur; poteſt cõtrahere de facto, quia, ſ. tenebit: & de iure, qa nõ peccauit, ſi verò intendebat ſe obligare ſaltẽ vna in genere: non eſt religioſus: quia nullum habet monaſterium ſibi obligatum. Et cõmuniter dr̃, ꝙ contrahere nõ põt de iure, nec de facto, ut refert & ſequitur Sum. Roſ. tanquã tutius: tamẽ ergo dico, quòd poteſt cõtrahere de facto, & ſic ẽt tenet Sum. Ang. & probo, qa cum non habeat monaſterium ſibi obligatũ, non eſt profeſſus expreſsè, vel tacitè: quia ꝓfeſſio non fit niſi vtraque parte conſentiente, cum requiratur recipiens, ut inf. dicã, & ſic remanet obligatus religioni in genere: ſolum ex uoto ſimplici, quod fecit quando quantũ in ſe erat profitebať expreſſe, limitando tamẽ ut ſup. Religio 2. q. 15. non aũt põt contrahere de iure, ideſt ſine peccato, qa obligať religioni. Non eſt autem idẽ de profeſſione tacita intra annũ probationis in ordinẽ mendicantiũ; quia illa non eſt prohibita, ut in d.c. non ſolũ. Vnde cã patientes ſunt obligati profitenti; licet ille iuris beneficio non ſit p̃ciſe obligatus illis; & iõ iſte cõtrahere non põt, ẽt de facto, quia eſt profeſſus: & ſi aliam religionem non inuenit, maneat in iſta.

6 SEXTO † quæritur, utrum teneat profeſſio expreſſa facta intentione mala, aut cum expreſſione illiciti? Et dicit Arc. poſt Pe. de Palu. in 4 diſt. 26. q. 3. quòd ſi quis intendat eſſe religioſus, licet cum hoc intendat aliquod malũ, vt furari, vel rebellare, tenet profeſſio. quia ĩtendat ſe obligare ad uota, ẽt ſi intendat non ſoluere, ſola autem obligatio ad uota, non impletoi, eſt de eſſentia religionis. Et adde ex Pan. in c. ut clerici, de reg. quod teneť, licet nõ conſequatur ſuã intẽtionẽ; ſi tñ non ſolũ non intẽdat caſte viuere, ſed nec ſe obligare adhoc nõ eſt ꝓfeſſus. qa hæc ĩtẽtio repugnat eſsẽtiæ religionis. Si aũt ꝓfitẽdo exprimať aliqd non contrariũ eſſentiæ religionis, puta ꝙ de licentia prælati cuſtodiat pecuniã, vel hmõi, ualet profeſſio. Si uero exprimatur aliqd cõtrariũ eſſentiæ, vt quod nõ intẽdit ſe obligare ad caſtitatẽ, nõ ualet: & idẽ de aliis uotis. Et idẽ eſt ſi diceret, nõ intẽdo ſeruare caſtitatẽ promiſſã quantuncunq; promittã. Hæc. n. expſſa nocent, non expreſſa non nocent ad ſimilitudinem matrimonii carnalis ¶ Addit etiam Veruec. ꝙ ſi exprimatur contra particularem auſteritatẽ, ut ꝙ liceat comedere carnes, ſi hoc ſcit in regula, uel conſtitutionibus, quas profitetur, contineri, tenetur: ſecus ſi neſcit.

7 SEPTIMO † quæritur, quomodo teneat profeſſio facta ſub conditione? Et dico, quod Pa. in c. fin. de cond. appo. ponit duas opiniones principales: vnã, ſ. Inn. Hoſt. & Io. And. & glo. 32. q. 2. ſolet, ꝙ ſi conditio fuit contra ſubſtantiã religionis, puta, ꝙ liceat habere propriũ, nihilominus tenet ꝓfeſſio: licet ſecus ſit ĩ matrimonio, ſm Ioan. And. ubi agitur de fauore contrahentiũ, & conſequenter ex quo alter acceptat conditionem, potuit ſibi præiudicare: ſed hęc obligatio acquiritur Deo per miniſterium p̃lati: & conſequẽter factum miniſtri acceptans illã conditionem non debet obeſſe Deo, q vr̃ uelle profeſſionem recipere. Sed gl. in d.c. fi. & do. Car. tenent, quod profeſſio ſit nulla: qa profitẽs aliter noluit ſe obligare, & plus placet Pan. qa remota parte ſubſtãtiali actus remoueť actus, de ſpon. tua. Nec obſt. motium in cõtrariũ: qa & ſeruus nocet domino, & p̃latus eccleſiæ in q̃rẽdis, licet non in q̃ſitis. hic aũt ſumus in obligatione q̃rẽda, non in q̃ſita. Itẽ Deus non recipit obligationẽ niſi uoluntario, 15. q. 1. non eſt. iſte autẽ noluit aliter obligari. Et hoc tene ex dictis ĩ §. ſupiore.

8 OCTAVO † quæritur, quid ſi quis profiteatur

eatur cũ ista conditione, q̃ est posse retinere sua? Et dicit Pano. in c. insinuante. qui cler. vel vo. ꝙ si simpliciter sub tali cõditione uoluit. ĩ dubio vr̃ sibi reseruasse illa bona, vt obedientiarius monasterii: quia verba apposita in contractu, intelligenda sunt secundum naturã eius, ff. loc. l. si vno. ẽt impropriatis verbis, vt ibidẽ, in prin. & in d. c. insinuante. ẜm vnum intellectũ, ut res potius valeat, quã ꝑeat. l. quoties. ff. de verb. obl. & c. abbate. de verb. sig. & sic erit religiosus, & præfata bona habebit ad vsum pro sua necessitate. Et idem dic si profitetur vt in domo sua cum omnibus bonis suis moretur, vt no. Bern. Inno. & Host. in d. c. insinuante, quia nõ est contra substantiam monachatus, ut quis in certo loco moretur, aut de certis redditibus viuat, cum hoc possit concedere superior. de ele. cũ inter. Et si suꝑior postea uoluerit eũ amouere, poterit, licet nõ debeat, nisi ex iusta cã. Si uero ea voluerit sibi reseruare, vt propriũ, ita, ꝙ nõ sit locus interpretationi: tunc, si fiat reseruatio per viã cõditionis resolutiuæ, vel suspẽsiuæ vitiatur act⁹, & nõ conditio, vt in c. si. de cond. appo. & sic non erit religiosus: similiter si fiat per pactũ, puta, q̃a dicit, aliter non intẽdo profiteri, nec alio modo; q̃a hæc verba hñt vim cõditionis, ẜm Bar. in auth. ingressi. C. de sacros. eccles. Si uerò simpliciter per viã pacti, vel modi reseruat sibi proprietatẽ, vel facultatem contrahẽdi matrimoniũ, sic facit trãsire professionem in aliam speciem; quia vbi est pactum contra naturã cõtractus, & improprietatis, aliquatenus verbis transire põt in aliũ cõtractum, fit interpretatio alterius cõtractus, ut est tex. in l. vbi ita donatur. ff. de do. cau. mor. & in l. cũ manu fata. ff. de contrah. empt. & sic iste non erit religiosus propriè, sed oblatus monasterio, licet non in totũ. & sic obligabitur ad oĩa, præterq̃ ad reseruata; ꝙ si uerba nõ patiãtur, vt fiat trãsitus ad aliũ cõtractũ, tunc pactum, contractum inficit in totum. ff. de vsu & hab. l. per seruum. iuncta gl. in d. l. cum manu fata.

9 Nono † quæritur, vtrum teneat professio feminæ in monasterio masculorum, vel econtrario, mentito sexu? Et dicit Mat. ꝙ non, per c. diffinimus 18. q. 1. Sed Zaba. dicit, ꝙ tenet: q̃a licet ibi esse non possit; quòd & non aliud dicit c. diffinimus. tñ cum profiteatur substantialia, obligabitur ex tali professione, arg. ca. ꝙ interrogasti. 21. distin. vbi Arch. post Barth. Brix. dicit hoc casu masculũ compellendum esse ad monasterium monachorũ. Et intellige hæc in foro contentioso, vel etiã animæ, si intentio erat profitendi, licet non seruandi professionẽ, vt sup. §. 6. & quo ad eadẽ religionẽ in specie, sed non in sexu: vel saltẽ in genere.

10 Decimo † quæritur, vtrum teneat professio facta expresse in religione prohibita? Et dicit Arch. ꝙ obligatur talis religioni in gñe.

11 Vndecimo † quid, si quis dolo, vel metu mortis, vel blanditijs inductus intrauit religionẽ: intellige profitẽdo? Et dicit Ray. quantũ ad dolũ, ꝙ deceptionẽ allegare non potest, cuius conditio melior facta est. ꝙ met. cau. c. cum dilectus. & de conuer. con. ex parte & c. veniens. & cõcor. Host. addens idẽ esse de intrante ex falsa cã: ut si putauit sponsam suam leprosam, & nõ erat, de conuer. con. ex parte. el 2. Et intendunt isti, ꝙ professio tenet, uide tñ Inn. in c. cum dilectus, quod me. cau. dicentem, quod dolus, qui peritissimos falleret, vitiat religionis ingressum; non autẽ, q̃ caderet in constantem virum. Quantũ autem ad metũ distinguo: q̃a, si inferatur ab hoĩe metus mortis ut profiteatur, non est religiosus, nec obligatus per tale uotum, quod met. cau. perlatũ, nisi postea ratificet, de re. porrectũ. & c. sicut nobis. Si uerò inferatur a casu, vel natura; ut q̃a est infirmus, vel in mari, vel in periculo inimicorũ, & hmõi, & vouit deliberatè, obligat in d. c. porrectum, & d. c. sicut nobis. & hoc sequitur Ber. Hos. & Pano. in d. cap. sicut. Et hoc tene, licet aliq̃ dicant, ꝙ non obligatur, si statim post periculũ cõtradicat, alie. c. ex trãsmissa, & c. vlt. de renun. ¶ Quantũ vero ab blanditias, dico quod obligatur, licet bona sua non monasterio allicienti, sed parentibus, vel hæredibus debeantur, 20. q. 3. constituit.

12 Dvodecimo † quæritur, quomodo obligetur ex sua professione, qui intrauit monasterium relaxatum, si monasterium nõ reformetur, & qñ̃o si reformetur. ¶ Quãtũ ad primum aũt, qui profitetur ẜm consuetudinem, quam inuenit, licèt sciat regulam aliter præcipere, ẜm Ale. nõ excusatur si regulam nõ obseruet, quia, q̃ profitetur, regulã profitetur nõ cõsuetudinẽ. 20. qu. 3. constituit. quod me. cau. cum dilectus. & c. fi. Et si dicatur, neminem obligari, nisi ẜm quod intẽdit, rñdet uerũ esse explicitè, nõ implicitè: quia volẽs principale, puta eẽ frater minor, vult & accessoriũ. s. obligationẽ ad ꝑcepta regulæ Minorum. Et de hoc est casus, in c. ex parte. de reg. & ita tenet Sũ. An. hanc opi. attribuens ẽt Inn. & Hos. licet dicat aliter sentire Panor. in c. super eo. de reg. cum quo est Sum. Ros. Sed ista sunt vera de his, q̃ ꝓfessio necessario, & essẽtialiter cõcernit, vt

sunt

ſunt tria vota, & ordinata ad illa neceſſario, & omnia præcepta: de alijs autem dic cũ Pan. vt ſtatim dicetur. ¶ Quãtum ad ſecũdũ, ſ. ſi poſtea reformetur, vtrum. ſ. poſſit compelli ad obſeruãtiam regulæ reformatæ: dicit Pan. in cap. ſuper eo, de reg. quoſdã diſtinguere inter diſcretum. ſ. quando ingreditur, & indiſcretũ. Alij vero, quos ſequi videtur Inno. dicunt indiſtinctè, ꝙ obſeruare cõpellitur: quia ſi intrauit intuitu Dei non debet poſſe allegare contra. Si vero animo non bono, ſed vt viueret ſm̃ regulã ibi vigentẽ, audiri non debet, tanquam allegans turpitudinẽ ſuã. Pan. autẽ dicit prædicta procedere quo ad eccleſiam: ſed in foro animæ aduertenda eſt intentio iſtius, cũ votũ debeat eſſe volũtarium. de reg. licet. Vnde ſi iſte nõ habuit animum ſe obligandi, niſi reſpectu regulæ, quæ ibi ſeruabatur non obligatur quo ad Deum: maximè quia tria ſunt ſubſtantialia religionis: vnde ſi per tp̃s de cuius initio memoria non habetur aliqua accidentalia ibi non ſeruabantur, cũ potuerit cogitare ex cauſa illud proueniſſe: cum iſta poſſint adeſſe, & abeſſe nõ tenetur, ſaltẽ antequam regula reformetur. Et ita cõſuluit Car. dom. ſuus. & ita tene, addendo ex Dir. quod ſi quis ingreditur monaſterium, vbi antiqua regula non ſeruatur, etiam quantum ad habitũ nec obligat ſe ad illam, ſed ad aliam, q̃ ibi de facto ſeruatur, etiam ſi pluribus annis ibi ſit, non cenſetur religioſus: ſed reformato monaſterio cogitur exire, aut regulam profiteri. d. ca. ſup. eo. ¶ Quod ãt dicit Ray. quod ingreſſus monaſterium relaxatũ intelligitur ſe obligaſſe ad id nõ quod ſit, ſed, qđ fieri debet; primo ſi ſciebat, q̃ erant ſeruãda. ſecundo ſi erat quidẽ ſimplex, ſed expoſitæ ſunt ei auſteritates, & conditiones ordinis. tertio ſi erat ſimplex, & non ſunt ei prædicta expoſita: tamen in profeſſione, vel ante non expreſſit ſe nolle auſterius viuere, etiã ſi fuiſſet dolo inductus. Si vero hoc expreſſit non teneri, niſi ad id, qđ ſit licet ad ſecundum redire non poſſit; eſt verum in foro contentioſo ſolum.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, an ſolus abbas ſine conſenſu capituli poſſit aliquem ad profeſſionem recipere? Et dicit Pan. in c. ad apoſtolicam. de reg. inſpiciendam eſſe primo conſuetudinẽ. de reg. c. fi. lib. 6. Adde, & priuilegiũ: & ſi illa ceſſat, debet hoc facere cũ conſilio capituli: quia in regula monachorum dr̃, ꝙ præcipua debet explere cũ cõſilio capituli, cuiuſmodi eſt creatio monachorum. Ex quo infertur, ꝙ ſine illo conſilio creatio monachi de cõi iure non valet, quia vbi requiritur a iure conſiliũ, niſi adhibeatur, actus eſt nullus de his, q̃ fi. a p̃la. nouit iuncta gloſſ. non tamen tenetur abbas ſequi illud cõſiliũ: ſed ſatis eſt requirere, & expectare rñſum. Et idem Ioan. And. ibi etiam dicit in c. fi. de reg. in 6. ꝙ de iure cõmuni creatio monachorum pertinet ad abbatẽ, & cõuentũ. & alleg. c. ea noſcitur, de his, q̃ fi. a p̃la. Vnde vacante monaſterio non poterit cõuẽtus recipere: vt in ſimili dicimus de collatione ſpectãte ad ep̃m, vt in c. vnico. ne ſe vac. li. 6. iuncto d. c. fin. ſed viuente p̃lato, nec cõuẽtus ſine p̃lato, nec econtrario p̃latus ſine cõuentu recipere poterit, vt not. in d. c. fi.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, vtrum ep̃us poſſit aliquem acceptare ad profeſſionem? Et dicit Inn. ꝙ ſic: & talis erit verus religioſus licet non intret monaſteriũ, nec ꝓfiteatur certam religionẽ, ſed ſtat in domo ſua ſub obedientia epi, cui p̃figeretur ab ep̃o certus modus viuẽdi, all. c. ſi vir. 27. qu. 2. & dicit ſecus in alijs prælatis inferiorib. licet profeſſio in manu alterius ſit votum ſimplex. Et cũ his dictis cõiter tranſeunt doct. in c. porrectũ. de reg. no. Pa. ibi. Sed do. Ant. ibidem. tenet, ꝙ ꝑ talẽ profeſſionem factum ep̃o votũ non ſolennizatur, ut matrimoniũ dirimat, ꝑ c. vnicum. de uot. li. 6. qđ placet Pan. dicenti ſe non videre q̃uo iſte ſit verus religioſus: & putat omne votum eſſe ſimplex reſpectu dirimendi matrimonij, niſi fiat profeſſio in religione approbata, vt in d. ca. vnico, q̃ fieri nõ poteſt, niſi ab abbate, & fratribus recipiatur: quia ſolus ep̃s non põt aliquẽ incorporare religioni inuitis fratribus: quia regula aprobata per eccleſiam contradicit. Vnde in materia ſtricta appellatione religioſorũ tales non venirent. hæc ex illo. Qui bene dicit in exemptis, aut vbi certa regula approbata non promitteretur: aut vbi recipit ſuo nomine, vel alterius non potentis incorporare, ſed ſecus primo, ſi reciperet ep̃s profeſſionẽ certæ regulæ approbatæ monaſterij ſibi ſubiecti: quia tunc valeret etiã ſi talis remaneret in ſæculo, iuſta dicta ſup. Religio 1. §. 1. q̃a recipere ad profeſſionẽ dependet à ptãte ſuperioris, vt no. Gem. in d. c. conſtitutionem, & ſecundo vbi reciperet nomine alicuius valentis incorporare approbatæ religioni: quia valeret poſt ratificationem, licet nõ ante, & ſic non teneret matrimonium.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, vtrum profeſſio fieri poſſit per procuratorem? Et dico, ꝙ ſic quia actus quilibet per procuratorem explicari poteſt, niſi expreſſè ſit a iure prohibitus,

tus, vt l. 1. §.vſus.ff. de procur. & in regula: poteſt quis lib.6.Iſte autem nunquam expreſſe excipitur, vt patet diſcurrendo tex.& gl.iuris vtriuſque.& l.Pomponius.ff.de procur. & c.qui ad agendum.de procu.li.6. iuncta gloſſ. vbi multi caſus excipiuntur.

16 DECIMOSEXTO † quæritur, vtrum poſſit haberi rata acceptio profeſſionis: puta, ſi frater ſuſcepit aliquem ad profeſſionē ſine mandato ſuperioris? Et concludit Io. An. in c.inſinuante.qui cle.vel vo.ſm do. Card. quod ſic: & idem Aſten.lib.1.tit.20.referens Inn. tenere extr.de reg. porrectum, quod de mandato abbatis ſecularis clericus, vel laicus ſufficeret & idem eſſet ſi ſine mandato, nomine tamen eius fecit, & poſtea ratum habuit, ſed antequam ratificet, votum non erit ſolemne, nec matrimonium poſtea contractum dirimet.

17 DECIMOSEPTIMO † quæritur, quæ ſit pœna recipientis aliquem ad profeſſionem ante debitum tempus? Et dico, quod ſi recipiatur ante annos pubertatis, pfeſſio eſt nulla, & accipieris peccat mortaliter vſurpando iniuſte patriā poteſtatē: & punit̄ arbitrio iudicis, ar. ca.ad apoſtolicam.de reg.in glo.vlt. Si vero recipiatur ante completum annum probationis: ext.mēdicātes, quidem eſt male factum, ſi paſſim, & indiſcretè fiat, d.c.ad apoſtolicā. & pęna eſt in arbitrio iudicis: vt ibi in gl. In mēdicantib. vero recipientes primo quidem peccāt mortaliter, agētes cōtra præceptū factum ſub pœna excōicationis, ſecundo ſunt ſuſpenſi a receptione cuiuſcunq; ad profeſſionē: tertio ſunt puniendi pęna grauioris culpæ, vt in d.c.non ſolū. de reg.in 6. ¶ Non tñ efficiūtur irregulares ſm Gem.ibi; ſi durāte tali ſuſpenſione aliquē ad pfeſſionē recipiant: qa oportet, ꝙ actus, qui fit poſt ſuſpenſionē, ſit attributus certo ordini eccleſiaſtico, quod nō eſt hic, cū abbatiſſa hoc faciat, & etiam diſpenſatiuè pōt eſſe abbas, qui nō ſit in ſacris, de æta. & quali.tuā.& tñ ad eum iure cōi cum ſuo cōuentu ſpectat iſta receptio. Solus autem Papa ſm Gemin. ibi, ab iſta ſuſpenſione pōt abſoluere: quia c.nuper.de ſen.excom.nō habet locum in inferioribus ep̄o: & conſequenter cum ab ep̄o non poſſint abſolui, quia, ſ. ſunt exempti, neceſſe habēt adire Papam. & idem Io.And.& Arch.& hoc ſequitur Sum.Roſ. ſed quia d.c.habet locū, etiam in curatis, vt patet ibi apertè, vt etiā ſu.probatū eſt, ideo melius dicit Sum.Ange. ꝙ a ſuis prælatis poſſunt abſolui. Vnde diſtinguendo concordandæ ſunt opiniones, quas ibi recitat Gemi. ꝙ ſi ſuſpenſio eſt ad tempus, ſolus Papa abſoluit: nec locum habet d.c.nuper. Si vero non eſt ad tempus, ſic habet locum, vt tenet gloſſ. ibidem de quo ſup. Abſolutio.1.§.3.

18 DECIMOOCTAVO † quæritur, quot requiruntur neceſſario ad expreſſam profeſſionē? Et dico, vt colligitur ex prædictis, quod ſex. ¶ Primo, ꝙ profitens cōpleuerit 14.annum, ſi ſit maſculus vel 12.ſi fœmina, vt in ca.de reg. li. 6. immo in mendicantib. requiritur, ꝙ maſculis 15. & fœmina 13. cōpleuerit: & multo plures requiruntur vbi habet locum ca. quia in inſulis.de quo ſu.§.2.dictū eſt. ¶ Secūdo requiritur, ꝙ fiat ei, qui pōt religioni approbatę icorporare, vel de licētia eius, ſecūdū Inn. & Pā.in c.porrectū.de reg. vel ſaltē noīe eius ſequente ratihabitione, poſtq̄ vtiq; valeret, ſed non ante: vnde profeſſio facta p ſe ſolum, aut in manu epiſcopi, nō ſolēnizat votū, ſecūdū do.Ant.in d.c.porrectū. vnde, quod dicit Ge.cū Lap.in dic.conſtōnem, quod profeſſio facta in manib. habētis adminiſtrationē religioſam, obligat religionē ſaltē in gñe, non in ſpecie, niſi recipiatur ab eo, q pōt incorporare illi, ſecūdum Sū.Ang. verū eſt, ſi ille adminiſtrator pōt religionē, in qua adminiſtrat obligare illi, quē recipit, Sed ego dico, quod eſt ſimpliciter: falſum, niſi poſſit obligare eam quantum ad hoc, & cōſequenter poſſit incorporare: quia nihil agit vltra ſuam poteſtatem de iure, vel de facto: & fundamentum eius eſt chimæricum, ſ. quod religio obligetur in gñe, nō in ſpecie: & c.cōſtōnem. ꝙ allegat hoc nō probat de eo, qui in non mendicantib. tacitè profitetur intra annū probōnis: tum quia falſum eſt, ꝙ talis religio tali non teneatur in ſpecie, licet ipſe non teneatur ei: tum qa hoc dato ſtat, quod ipſe obliget̄ religionis in gñe: nō autem econuerſo: ſicut in eo, q vouit religionis ingreſſū indeterminatè. ¶ Tertio quod fiat alicui religioni approbatæ.de vot. c. vnico.lib.6. Et ſi fieret in domo propria in manu prælati, tenet d.c.porrectū. Vñ profeſſio, qua quis remanet obligatus ſolum religioni in genere, vt ſi fiat vni de mendicantib. expreſſe intra annū probationis, nō valet: & ſi ſequatur matrimoniū, tenebit ſecūdū do.An. in ca. rurſus, qui cle. vel vo. quia non eſt fcā vni religioni, vt requiritur in c.vnico.de vo.lib.6.& idem Lap.& Cal. vt refert Gem. in capit.non ſolum. peccabit tamē talis mortaliter ſecūdū Lap.& Cal. niſi quando intēdebat iſtā ſolum: quia tūc nō profitet̄ iſtā: puta, Minorum: quia profeſſio non valet, nec aliā, quia non intendit: &

dit,& consequenter votũ est nullum.¶Quarto ꝙ ꝑlatus requirat cõsiliũ sui capituli:aliter non valet,secũdũ Io.And. in quadã apostilla, in c.ad apostolicam,de reg.& ibi Pan. non tñ tenetur consiliũ sequi,secũdũ Io.And.& cõiter doc.qd limita,nisi hoc mandet regula,vel statutũ. ¶Quinto,quod fiat simpliciter de tribus votis,s.obedientia,paupertate,& castitate:vnde si nollet profiteri,nisi obedientiã solũ,& ad alia nollet teneri, non esset professus propriè,si hoc expresse deduxit in pactũ: qa remota parte substantiali actus, remouetur totum,de spon.tua.Illa autẽ tria sunt substantialia professioni religionis.de sta.mon.cũ ad monasterium.Si vero non deducit in pactum expresse, valet professio de vno voto obediẽtiæ solũ modo si addatur,secũdũ regulã talẽ, & sic intellige Inn.in d.c.cum ad monasteriũ. In reliquis vero licet nõ seruetur forma tradita in regula,tenet tñ professio ꝑ quæcũq; verba fiat: quia defectus formæ non substantialis non vitiat actum: sicut dicimus in excõicatione.de sen.exc.sacro.Ita no.Pan.in d.c. porrectũ.Requiritur etiam in mendicantib.cõtinuitas anni probationis,sed vide inf.Relig.5.§.4.

19 Decimonono †quæritur,qũo fiat professio tacita? Et dico,vt sonat ipsum nomen, qd fit sine voce,& scriptura multis modis,i.trib. secundum Io.And.& do.Ant.& Pan.in ca.vidua.de regu.quos tñ omnes limitat cõiter,& generaliter si sciant,& consentiant illi,quorũ est incorporare religioni: quia sicut expressa non inducitur quocunq; voto,vel causa, nisi fiat in manib.potentis recipere, & incorporare,secũdũ Gem.in d.c.constõnem,& c.vnico. de vo.li.6.& Lap.Inn.& Io.Mo.& Io.An.in d. c.porrectum, vel in manibus alterius habẽtis mandatũ, vel recipientis noĩe eius sequente ratihabitione: ita nec tacita fieri potest sine eius sciẽtia,& assensu:& tenet Inn.Ho. & Pã. vt vr̃ in c.porrectum.de reg.& est cõis opi. & vera licet Gem.in d.c.constitutionem. chimærizet,vt dictũ est.¶Primo ergo inducitur,quãdo quis se ingerit actibus, qui solum professis de iure, aut consuetudine conueniunt, quod Pan. ibi limitat primo, si sit nouitius. secundo si sciat hoc conuenire professis tãtũ:quia data ignorantia,præsumptio cessat: tertio si spõte se ingerit,non ex metu. quarto si triduo perseuerauerit in illo ꝓposito:aut loco perseuerãtiæ tridui hoc fecit cũ habitu professorũ distinctio in colore,scissura, vel forma: de quo tamẽ triduo est qõ:qa Io.An.in c.ad nostram. de reg. dicit hoc requiri per simile de habitu professorũ,vt inf.dicet:sed do.Ant.dicit illud non requiri, cũ de eo in d.c.vidua. mentio nõ fiat:sed ꝓcedit tex.quãdo duo cõcurrũt,exercitium,s.& habitus professorũ: quia nõ requiritur triduũ, & hoc placet Pan.& est verum, quia illa vidua se ingerens actui professarum habuit professarum velum.De prima tamẽ limitatione dissentiunt Sum.Ros. q̃ illam tenet & Sum.Ang.q̃ illam non habet:sed dico,quod est vera:& procedit,quando quis se ingerit actib.ꝓfessorum.puta,electioni,sine ꝓfessorũ habitu: vnde clericus secularis per illũ actum non profitetur,vt̃ patet ꝑ Pan.ibi:sed cum habitu professorum secus: quia non requiritur, quod ꝓcesserit notitia: cum de illa vidua non legatur,quod fuerit nouitia. ¶Scd̃o inducit tacita ꝓfessio ex delatione habitus ꝓfessorũ, quod limita primo si habitus sit distinctus, vt sup.secundo si quis deferat scienter,i.sciẽdo, quod cõpetat solũ ꝓfessis,secũdũ Sum.Rosel. vel melius,si hoc sciat,& vlterius,quod ꝑ hoc de iure,vel consuetudine inducatur ꝓfessio, secũdũ Sũ.Ang.consentiẽ.Inno.& do.Ant. & benè,quia ignorantia ꝓ̃sumptionẽ tollit: tertio si sponte,quarto,si accipiatur ab eo, q ꝓ̃t incorporare religioni,vel eo consentiente,secũdum Pan.in d.c.vidua.& facit ca.porrectũ. de reg.q̃ limitationẽ malè omittit Sũ.Ros. addens loco eius aliam,s. ꝙ ętas sit debita: quod superfluit ad docto.quia loquuntur in eo, qui potest profiteri explicitè: licet non quantum ad text.iuris, quinto si in monasterio, & non extra,deferatur,de reg.vt cleri.& no.Pan. in c.ex rescripto de iureiur.quia cessat præsumptio,eo ꝙ si profiteri vellet,intraret monasterium. Sed intellige in monasterio,i.sub obedientia abbatis: quia, vt dicit Abbas in c.cum illo,de sen.exc. vbicunque fuerit monachus, modo sit sub obedientia abbatis, semper fingitur esse in claustro, sexto, si in delatione triduo perseueret,s.ne dubitetur, quo animo deferat,ſm Pan.& sic intellige c. constitutionẽ. in fi.de reg.li.6. Fallit hoc aliqñ secundum aliquos, nec requiritur illud triduum, primo, si suscipiatur in infirmitate: secundo, si suscipitur post votum de ingressu religionis : sed de vtroque dubitat Pan.in d.ca.constitutionem. vbi ponitur ius nouum de hoc, & nõ excipit. Et ita tene,ꝙ requiritur,& magis in infirmitate,quam in sanitate,cum infirmus turbetur ꝓpter molestiam morbi,arg.in l. cũ antiquitatis,C.de testa.¶Tertio inducitur per delationem habitus nouitiorum indistincti distinctione patẽti,id est colore,scissura,vel forma

per

per annum: licet esse distinctus distinctione occulta: puta, per benedictionem: vt cle. eos, de reg. Nec oportet addere ante diẽ, secundũ Pet. de Pal. nisi in anno bissextili: de cuius tñ integritate est, vna dies de pluribus: imò non oportet dicere vltra annum, sicut dicit Sum. Ang. sed sufficit dicere per annum, sicut dicit Sum. Ros. & tex. Vnde in vltimo instanti anni probationis talis erit professus, nisi aliud obstet. Hoc aũt limita primo in monasterio eo mõ quo penè statim dictum est; secus extra, scdõ vbi habitus nouitiorum ab habitu professorum est indistinctus patenter, licet forte distinctus occulte vt dictum est. Vel etiã licet forte sit distinctus patenter ab habitu secum degentium secularium, ẜm Pe. de Pal. sicut si cũ canonicis regularib. essẽt clerici seculares in choro, & refectorio superpelliceris utẽtes. Si tñ habitus nouitiorũ esset indistinctus ab habitu professorũ, & cũ hoc ab habitu simul cũ eis degentium secularium, sicut ẜm Arch. in mulierib. q̃ se canonicas regulares appellant; vel ẜm Pan. in c. ex parte, de reg. in fratribus sãcti Antonii, vel aliis, q solũ fecerũt crucẽ in pectore, delatio hmõi habitus per annũ non inducit ꝓfessionẽ tacitã, ẜm Pet. de Pal. ꝙ limitat Pan. quãdo assumitur à minore 14. ann. secus si fuit assumptus à minore 14. ann. secus vbi est patenter distinctus ab habitu ꝓfessorum, quia quantuncunque deferatur etiã per 20. annos, non inducitur professio, ut in d. cle. eos no. gl. & Pan. in c. ex parte. de reg. tertio vbi alia protestatio non præmittitur intra annum: secus vbi præmittitur, secundum Arch. Et hoc tene: q̃a licet dicat Host. ꝙ non iuuat, si protestetur se nolle propter hoc profiteri, quia hic inducitur præsumptio iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, & idem Arch. & Mo. quia talis protestatio est contraria facto tamen verius sensit contrarium Io. And. vt refert Gem. c. 1. de reg. in 6. & Ioan. de Lig. quando fit ex iusta causa quia opposita opinio procedit, vbi protestatio est acta contraria, hic autem est declaratoria, ut in c. cum M. de const. & hoc placet: quia vbi factum est multipliciter intelligibile, & agens protestatur, quod non agit actum ad finem hunc, puta ut profiteatur, sed ad illum, puta ut adhuc probet, iuuat, & consentit Pan. in c. ex parte, de reg. Vbi autem habitus esset distinctus patẽter; ista protestatio nõ est necessaria, ẜm eum in ca. postulasti eo. tit. quia. s. ipsum signum distinguens est protestatio. ¶ Quarto inducitur secundũ aliquos qñ quis suscipit habitũ nouitiorum cum proposito vitã mutãdi absolute per c. cõsului, & c. statuimus, de reg. & per c. non solũ. eo. ti. li. 6. Sed ista opinio est falsa: quia tex. in d. c. non solum, cũ qui proposuit obsolutè uitã mutare, diuidit contra eũ, qui expressè, vel tacite est professus, patet ẽt ꝑ c. ex trãsmissa, de ren. Vnde & do. Car. in cõsilio facti, & seq̃tur Pan. in c. cõsulti, de reg. dicẽs ꝙ is, qui fecit uotum de ꝑseuerãdo, non efficitur professus per delationẽ habitus nouitiorũ distincti: sed si contraheret matrimonium, teneret, & ad c. non solum, & alia q̃ videntur contraria, respon. ꝙ intelligũtur, ꝙ talis ad seculum redire nõ potest sine mortali nõ autẽ, ꝙ sit professus est ẽt irrationabilis: q̃a professio ẽt tacita sine duobus cõtrahẽtib. nõ perficitur. s. profitente & acceptante, unde nullũ propositũ, aut votũ, nisi alius consentiens adsit, perficit professionẽ. Quid aũt per illud propositum intelligatur, varie loquũtur Canonistæ, sed opinio vera est, ꝙ sit uotũ expressum perseuerandi in religione, vel etiã uotum interpretatum: ut cum quis se offert professioni: nec tamen fit professio, quia alius non subito acceptat.

20 Vigesimo † quæritur, qũo obliget professio tacita? Et dico, ꝙ extra mendicantes sicut expressa, etiam seculari habitu non mutato, obligat illi religioni præcise, q̃ q̃s profitetur: vt in d. c. cõstitutionẽ, ita tacita per susceptionem habitus professorum intra annum probationis obligat religioni in genere, si is, qui profitetur, sit ætatis debitæ, sciẽs, volũtarius, & triduo perseuerans, ut patet ibi: huic tamẽ obligat̃ in specie illa religio, in qua est professus alioquin, cum a fortiori nulla alia teneatur, posset cõtrahere m̃rimonium, cõtra, c. vnicũ. de uoto. libr. 6. & idẽ præcise est de eo, qui intra annum tacite profitetur in mendicãtibus & vlterius etiam idem est intra annum profiteatur expresse. ut in d. c. non solum. Et in hoc est differentia inter mendicantes, & non mendicantes. sed tacita, quæ est ex delatione habitus ultra annum, obligat in specie ei, in qua fit: ut in clem. eos, de reg. Dicit autẽ S. Th. in 4. dist. 38. ꝙ professus tacitè omni casu tenetur ad tria vota religionis principalia, sed ad alias obseruantias quarum transgressio ex dissimulatione prælatorũ inducitur, qui dũ uidentes non corrigunt, indulgere videntur, non obligatur præcipue si sit simplex, qui talia discernere sufficienter nesciat, & idem Alber. & intellige in his, in quibus prælatus potest dispensare.

21 VIGESIMOPRIMO † quæritur, vtrum quid de professione impuberum? Et dico ex Archid. post Pet. de Pal. quod si inuito, vel ignorante parante, vel tutore intrauit; si non reuocetur intra annum, & diem est professus tacite, quo ad eos; quo ad se vero ante completũ annum pubertatis, nec expresse, nec tacitè profiteri pōt; & si de facto fecerit, si professus sit factus pubes, ratificet, vel portet habitũ professorum triduo, vel nouiter profiteatur; vel si toto 15. anno. remaneat; vbi habitus nouitiorum, & professorum non distinguuntur.

22 VIGESIMOSECVNDO † quæritur quid de professione seruorum? Et dico vt supr. Religio. 2. §. 3.

23 VIGESIMOTERTIO † quæritur, per ingressum religionis, quæ fit per professionem quis assequatur plenariam remissionem per assumptionem crucis? Et dico, quod sic, vt probat S. Th. 2. 2. q. vlt. art. 3. ad tertium, qui loquitur de dicto ingressu. & Pet. de Palu. & idem Ber. de præcep. & dispen. Vtrum autem teneatur restituere, qui aliquem auertit ab ingressu religionis. inf. Restitutio 3. §. 1.

24 VIGESIMOQVARTO † quæritur, quid de bonis ingredientis religionem per professionem? Et dñt iura, quod ingressi religionem, se, & sua dedicant Deo, ita ꝙ omnia eorum bona monasterio intelligantur esse collata, C. de sacrosan. eccl. auth. ingressi, 19. quæst. 3. quia ingredientibus. quod ẜm Petr. de Palud. intelligitur de ingressu professionis, de quo intelliguntur iura loquentia de ingressu: & hoc nisi ipsi aliter disposuerint ante professionem, quod possunt: licèt non post expressam, aut tacitã, vt no. gl. in d. c. quia. Et si a patre, vel matre filius, aut filia poterat exhæredari ꝓpter vitiũ ingratitudinis, iam non poterunt: quia hoc vitium tollitur per religionis ingressum. 19. q. 3. cap. si. iuncta gl. & in cap. si qua mulier. cum glo. vbi de his multa Alicubi tamen est consuetudo, ꝙ propinqui occupãt bona immobilia ingressi, nisi si qua dedit monasterio, & alicubi etiam mobilia, quæ secundum Ray. valet, si est obtenta 40. annis, quo tꝑe ꝑscribitur contra ecclesiam. Sed puto, ꝙ non valeat rõne ꝑ̃scriptionis: tũ quia in reb. inuasis, aut furtiuis non currit, vt dictũ est su. Præscriptio. §. 12. tum quia ecclesia, quæ hic spoliatur, non est digna pœna cum non sit in mora negligentiæ, sed violentiæ, nec quocunque modo, quia est contra legem naturalẽ priuans hominem facultate disponendi de suis bonis. Sed de his diffusè inf. Religio 6.

RVRSVS DE RELIGIONE quarta, quantum ad transitum ab ea.

1 *Transitum de vna religione ad aliam, quando & quomodo liceat & nu. 2.*
3 *Licentia transeundi de vna religione ad aliam à quo petatur.*
4 *Apostata an sit, qui ad aliam religionem indebitè transit.*
5 *Transitus ad aliam religionem, si pœniteat, an in priore recipiatur.*
6 *Transitus a qua religione, ad quam fieri debeat.*
7 *Transitus mendicantis ad non mendicantes, quid importet.*
8 *Transitus monachi ad canonicum, vel econtra, quid contineat, & quid de transitu ad ecclesias seculares, nu 9.*
10 *Bona transeuntis ad aliã religionem, cui cedant.*

RELIGIO rursus considerari potest quarto quantum ad transitum ab ea, ad aliam religionem, vel ad alium statum.

1 PRIMO † ergo quæritur, vtrum possit esse transitus de vna religione ad aliam? Et dicit S. T. 2. 2. q. vlt. hoc non esse laudabile, nisi propter magnã vtilitatem, vel necessitatem; tum quia ex hoc plerunque scandalizantur qui relinquuntur: tum quia facilius quis proficit in religione, quam consueuit cæteris paribus: sicut patet in collationibus patrum ꝑ abbatem Nestorium. Est uero laudabile triplici ex causa: primo ex zelo ꝑfectioris religionis, ĩ quo non attenditur excellentia solum ẜm arctitudinem vitæ, sed principaliter ẜm illud, ad qđ religio ordinatur: & consequenter secũdũ discretionem obseruantiam fini proportionatarũ: secũdo ꝓpter declinationem religionis a debita professione, scđm quam fuerat ĩstituta: tertio propter ĩfirmitatẽ, vel debilitatẽ. In primo casu propter humilitatẽ debet licentia peti: quæ tñ negari non potest, si constet illã esse arctiorem. Si probabiliter dubitetur, requirendum est iudicium superioris. de regul. licet in secundo vero requiritur dispensatio. Hæc ex S. Th. Pro quib. aduerte primo, quod si dubitetur, an sit strictior religio, ad quam trãsitur; scđm Pan. non statur verbo volentis transire, aut prælati negãtis licentiam, sed requirendum est iudicium superioris, qui secundũ Innoc. eo casu est ille, ad quem appellaretur, si grauaretẽ iste religiosus: qa prælatus nõ debet esse iudex in causa sua, quod dictum nota. quia ex eo infert Summ. Ros. Post Panor. quod habet locum gñaliter vbi oritur contentio inter religiosum, & superiorem suũ: quia

debet adiri ſuperior immediatus: quod tamẽ bene dr̃ in ſpectantibus ad declinandam correctionem: quia in talibus non habet locum appellatio, vt ſup. dictũ eſt. Aduerte ſecundo, ꝙ ſi prælatus non rñdeat, vel negat, vel alleget cauſam negationis iniuſtam: dicit Pã. poſt Inn. ꝙ in his caſibus, & ſimilibus poteſt ſubditus incontinenti tranſire. Si verò allegaret cauſam iuſtam, aut veriſimilem negationis, non debet tranſire, ſed inſtare apud ſuperiorem, vt decernat. Si verò dicat ſe velle habere conſiliũ, tenetur expectare debito tp̃e, quia ille non tenetur inconſultè reſpondere. ¶ Aduerte tertio, ꝙ ſm̃ Io. And. in cap. ſane, de reg. iura non permittunt tranſitum reſpectu melioris religionis, ſeu maioris, vel reſpectu finis: vt quia fructuoſior, aut alio modo: ſed ſolum reſpectu arctioris vitæ, & quia ibi viuitur ſtrictius, vt in d. c. licet. & ſequitur Sum. Ang. contra Roſ. quanquã ipſa ſibi in §. 1. & 8. contradicat: & contra Supp. ſentientes cum beato Thom. de cuius mente eſt, ꝙ attendatur vita arctior, qñ fines, & fructus parificantur, quomodo intelligitur d. c. licet. immo ibi vr̃ probari opinio S. Tho. dum dr̃, maioris religionis, frugis melioris, & ſanctioris vitæ. Si vero non parificatur, nobilior finis cum vita æque ſtricta, vel etiam minus, modo ſit regularis præpõderat: quia media ſunt pp finem, non econtrario. Vide inf. §. 8. vbi ꝓbatur opi. S. Th. ¶ Aduerte quarto, quod ſi quis licentia non petita tranſiuit qñ petere tenebatur, quidam dicunt, ꝙ poteſt reuocari: quidam vero, ꝙ non. Sed glo. d. c. licet, ſoluit, ꝙ poteſt reuocari, ſi tranſiuit cã leuitatis: alias non. Vel dic ſub alijs verbis, ꝙ non p̃t repeti, ſi tranſiuit in caſu licito, licet modo non ſeruato: ſecus ſi in vaſu illicito. ar. cap. fina. de reg. & hoc tenet Verue. & Arch. & ſequitur Supple. & hoc tene: licet Sum. Roſ. cum multis alijs canoniſtis teneat indiſtinctè, ꝙ poſſit reuocari: quia non p̃iudicauit alicui, licet gratia humilitatis mandatum ſit, ꝙ licentia petatur. ¶ Aduerte quinto ſm̃ Arch. poſt Inn. quod ſi ex tranſitu ad eam, quam certum eſt eſſe arctiorẽ, prior incurrat grauem iacturam, vel infamiam, nõ licet tranſire: ar. 2. q. 4. ſi quis vero. & de reg. licet, quia nec debet eſſe cauſa ſcandali, nec priuatam vtilitate debet p̃ferre cõi: puta, vnius monaſterij. Et ſi tranſitur, ſm̃ docto. vt dicit Pan. debet fieri reſtitutio, ar. d. c. licet. in verſi. iacturam. de quod licet Pan. dubitet, & cũ eo Sum. Roſ. quia pp læſionem monaſterij non debet impediri propoſitum diuinitus inſpiratum: tamen non eſt dubitandum quando illa infamia, vel iactura non venit ex culpa monaſterij, ſed ex rerũ qualitate; quia non eſt a Deo propoſitum illicitum.

2 SECVNDO † quæritur, quãdo, & qũo liceat tranſitus a religione ad religionem? Et dico colligendo mentem doct. quod, aut tranſitur ad laxiorem, aut ad æqualem: aut ad arctiorem. Et quidem ſi ad latiorem, dico, ꝙ licet, ſi in priori religione regula nõ ſeruatur, ſm̃ Inn. & Pan. in c. ſane, de reg. qa non conſideratur regula antiquitus inſtituta, ſed modus viuendi de p̃ſenti, ꝙ bene Io. And. limitat, qñ non eſt in prouincia aliud monaſterium eiuſdem religionis, ad quod poſſit, tranſire, nec ſpes reformationis ſui monaſterij. Si vero in priori monaſterio regula ſeruatur: aut ſubeſt cã, & ſic ſecũdũ Inn. & ſequitur Pan. in ca. nõ eſt dubiũ, de reg. ꝙ ep̃s poteſt diſpenſare. ar. c. non mediocriter, de conſec. diſt. 5. quod do. Ant. in d. c. non dubium, limitat, ſi cã eſt vrgens indigens celeritate: alias recurrendum eſt ad Papam: quod intellige de conſilio, vel vbi commode põt, ar. c. non cogantur, di. 41. Limita ẽt quo ad non exemptos, in exemptis autem diſpenſabit p̃latus, qui loco ep̃i p̃eſt. ar. ſecũdũ gl in d. c. non eſt dubium, aut Papa, ſi talẽ non habet: aut cã non ſubeſt: & ſic licet de licentia Papæ, ſcd̃m gl. in c. cum ſingula. de præb. libr. 6. quod verum eſt quo ad eccleſiam & concernentia forũ contentioſum: quo ad Deum tñ eſt peccatũ: ar. eorum q̃ no. in c. non eſt voti, de vo. Et cã legitima eſt debilitas, delicata complexio, & hmõi. ¶ Si vero tranſitus ſit ad æqualem ſine cã: licet ſolum de licentia Papæ etiam quo ad Deum, ſecundũ glo. Ioan. 9. q. 1. in ſum. & Panor. in c. non eſt de reg. Ex cauſa vero licet de licentia ep̃i, vel proprij p̃lati conſentiente capitulo, ſecũdum gl. in d. c. non eſt dubiũ, & facit c. ſtatuimus. 19. qu. vlt. & 12. qu. 2. ſine exceptione. Si vero tranſitus eſt ad ſtrictiorẽ, requiruntur multa. Primo, ꝙ non fiat leuitate, temeritate, aut odio prioris prælati, ſed zelo vitæ melioris: & ſi eſt contrarietas inter prælatum, & ſubditum circa hoc, ad ſuperiorem poteſt appellari, etiam ſi in tali religione interdicatur appellatio: quia intelligitur interdicta ſpectantibus ad correctionem ſolum. Secundo quod religio, ad quam tranſitur, non ſolum ſit ſtrictior de iure, id eſt ſecundum ſe, ſed etiam de facto, quia ſcilicet ex actu ſeruatur. ar. capit. ſanè. de reg. quia hic ceſſat ratio permittẽdi tranſitũ: quæ eſt, vt uiuatur arctius, cũ hic p̃ſumatur o pari

Spi-

Spiritus sanctus,vt in c.licet.de reg. tertio,ꝙ licentia petatur,vt in d.c.licet. Quibus cócurrentibus licet transitus etiam si primum monasteriũ esset priuilegiatũ,ne quis inde transire posset ad arctius:quia pſumitur hoc concessũ ne trãsitus fieret ex temeritate,vel leuitate in iacturã proprij ordinis sub ptextu maioris religionis,vt in d.c.licet.Sed tñ aduerte,quod noĩe religionis arctioris venit religio sãctior & religio fructuosior,ar.dictorum sup.§.1.

3 Tertio† quæritur a quo debeat peti illa licentia?Et dico quãtum ad clericos seculares, ꝙ in episcopo requiritur licentia obtẽta a Papa,de reg.licet. quo ad prælatos vero inferiores, si non sunt immediatè sub Papa sufficit si petatur ab episcopo,licet non obtineatur,secundum Io.And.in mercu.Si vero sunt immediatè sub Papa,ab eo est petenda,& eo negante,trãsire non licet:secus eo nõ rñdente, quo ad clericos verũ,ſm Inn.petenda est licentia ab episcopo,si ecclesia grauiter lædit:aliàs ẽt sine licentia possunt. ¶Quantũ ad exemptos vero dico,ꝙ prælati, qui subsunt Papæ immediatè,vt gñalis magister,& minister,& huiusmodi, tenent locum episcopi,qui immediatè subest Papæ: & ab eis est petenda, vbi in non exẽptis petitur ab episcopo, nõ aũt vbi a Papa.prælati vero hñtes superiores, si sunt ordinarij,tenẽt locũ abbatis nõ exẽpti,q̃ superiorem habet citra Papã;ideo ab eis petenda est, vbi in non exẽptis petitur ab abbate:non aũt vbi ab episcopo,q̃ tñ sine cõsensu capituli eã dare non potest,ſm gl.in d.c.cum singula. Et ideo in aliquo casu potest eam dare prælatus ordinarius immediatè cõuentus, sicut potest ad religionem recipere:tũ q̃a Doctores,& iura non distinguunt de prælato,tum quia talis materia non odiosa venit nomine abbatis, q̃ hoc aliquando potest,sicut frater,aut religiosus nomine monachi,vt sup.Abbas,§.vl.tum quia c.si religiosus.de elect.li.6.vr̃ velle,quod eam possit dare in transitu ad episcopatum, si iam sit facta electio,etiã irrequisito capitulo: dũ non distinguit:itẽ arg.in verbo,suis cõuentibus referendo singula singulis.quasi dicatur prælatus irrequisito suo conuentu cum solus prior conuentualis propriè habeat conuentum suũ,sicut prouincialis prouinciam suam. Sed intellige nisi obstet constitutio, ar.verbi, qui dare valeat:tum quia hoc est de mente Panor.in c.licet de reg. & doc. dũ quærunt, vtrũ ipsi prælati,a quib.s.licentia petitur, transire possint ea non obtenta.Et concludit Io.Andr. in mercu.in regul.cum non stat.li.6.quod sic, si habent superiorem citra Papam. Quod ergo dicit Summ.Ang.in ordine prædicatorum petendam esse a prouinciali: & in ordine Minorum a custode,vel ministro: nõ est verum: sed peti potest etiam a priore conuentuali aliquando,vel a guardiano.Et quidem in ordine prædicatorum expresse hoc patet per mare magnum, quia secundum illud frater potest transire de licentia magistri,vel sui prioris.

4 Quarto† quæritur,vtrum transiens aliter, quam dictum est licere,sit apostata? Et dicit Pan.in d.c.sanè.de reg.quod non,apostasia maiori,de qua in c.fi.de apost.sed bene apostasia minori:quia retrocedit.Ex hoc infert Summ. Ang.ad c.2.de cle.vel mo.lib.6.vbi dimittens habitum incurrit excommunicationem; cum sit propriè apostata: quod eam non incurrit assumens habitum alterius religionis, etiam laxioris,quod etiam sentit Io.And: ibi in nouel.quia text. ibi sentit in eo, qui facit causa euagationis,quæ cessat in eo, aliam religionẽ ingreditur:& idem Pan.in d.ca.sanè. Sed ego dico,quod assumens alterius religionis habitum ratione transitus liciti verè,vel opinatiuè,nõ incidit: quia ibi cessat ratio legis,secus si sumat cã euagandi:& multo magis si cã licẽtius,aut cautius delinquendi; quia in tali habet locum litera, & intentio seu ratio legis.

5 Quinto† quæritur, quid si regularis impetrauit licentiam transeundi ad arctiorem religionem,& postea pœnituit,vtrum primi teneantur eum recipere? Et dicit Veruec.quod sic, si non inuenit arctiorem se recipientem, vel non potuit sufferre eius austeritatem, & ante professionem vult reuerti:quia licentia, & renunciatio facta fuit ex causa non subsequuta. Si autem abbas & conuentus aliquem licentiauit simpliciter, & ille renuntiauit simpliciter, non ex aliqua causa, nisi fortè ex odio,secundum Verue.licentia non valet: quia hoc est dare licentiam vagandi, quod prohibetur,18.q.2.abbates, secundum Ang.tamen expelli potest,quando non vult ferre pœnam pro culpa commissa.

6 Sexto† quæritur,a qua religione,& ad quã liceat transitus? Ego dico, quod probat in 3. par.ti.16.ca.4.in fin.Archid.post Pet.de Pal.in quarto,religionem mendicantium perfectiorem esse omni non mendicante:& inter mendicantes ea,q̃ essentialiter,& principaliter,& nominaliter est instituta ad prædicandũ,quia hæc est religio Christi, etiam si loculos hẽat, quos non habeat alia,quæ prædicationem essentialiter non habeat annexa, sed acciden-

taliter post institutionem ex commissione:& 8 qđ ex omni alia ad eam,licet trāsire. Et idem tenuit bea.Ioā.Do.dicens,ꝙ cū vnicuique ob frugem melioris vitæ ad altiorē statum liceat transire.19.q.2.duæ sunt,de reg.licet, non solum Carthusienses, sed cuiuslibet ordinis fratres ad ordinem prædicatorū possunt trāsire regulariter ad vnguem viuentem:& ꝓbat eo modo,quo Pe.Mon. quoque magnus Theologus,& Canonista dicit,vt refert bea.Ioā. Do. se vidisse determinationem vniuersitatis Parisinæ, ꝙ frater Cartusiensis de iure cōi posset trāsire ad ordinē prædicatorū regulariter viuentē.Et idem consuluit Zab. & quidā alij de monacho S.Benedicti obseruantiæ laxioris. Et idem dicit Bea.Io.Do. de ordine minorum in trac.de pos.Econuerso aūt dicit, idem bea. Ioā.Do. ꝙ fratres Prædicatores transire non possunt ad aliorum ordinū obseruantiam,nisi in suo ordine foret remissa religio,quia tunc liceret animo arctè,& non laxe viuendi:quia scđm Io.And.Inn.& Pan.in c.sanè,de reg. nō est inspiciendum principium fundationis regulæ,sed quod,nunc de facto seruatur : vnde satis est,ꝙ nunc sit strictioris vitæ ea,ad quam transitur, licet forte tpe fundationis fuerit laxioris: contra prædicatores apostatas; inquit 9 Io.And.qui profitentes in monasterio S.Benedicti:vbi fortè non seruatur religio,putant se euadere apostasiā, contra quos est litera in d. c.sanè.Constitutiones.n.prædicatorum vltra regulam,ita arctant eos,quod vita eorum est asperior vita monachorum. Vnde cogendi sunt redire ad primū ordinem.Hæc Ioā.And. ¶Non est aūt contra prædicta, ꝙ ex constitutione Martini quinti, licet transeunt ad Carthusienses:quia licitè ex causa transitur ad æqualem,& laxiorem.¶Non obstat etiam si alicubi in vita regulari habentur licitè possessiones moderatæ: quia hoc non impedit, sed iuuat regularem vitam hodie, quando creuerūt mendicantes nomine,& effectu,& plus inueniunt seductores,quam veraces.

7 SEPTIMO† quæritur,quid velint iura de trāsitu mendicantis ad non mendicantes? Et dico, quod ibi assumi non potest ad dignitates in illo ordine,etiam si trāseat authoritate apostolica,nec ad prioratum, vel aliquam administrationem,aut quæcunque officia, etiam tanquam vicarius, seu minister, seu tanquā locū aliorum tenens, nec potest exercere curā animarum pro se,aut pro alijs : nec habet vocē, aut locum. in c. etiam si ab alijs concedatur, cle.vt professore.de reg.

8 OCTAVO† quæritur,quid velint iura de trāsitu mutuo monachorum,& canonicorum regularium?Et dicit Arc.post S.Th.2.2.q.189.ꝙ vtraque illa religio ordinatur ad opera vitæ contemplatiuæ,inter quæ præcipua sunt,quę aguntur in diuinis ministerijs, ad quæ ordinatur directè ordo canonicorū regulariū,quib. ꝑ se cōpetit,qñ sint clerici, nō aūt monachis. 16.qō.1.illud, licet ordo monachorum sit arctior.Igitur si monachus est laicus,licitè transit ad canonicos,nō ecōtrario:vt patet, 19.q. 3.mādamus.Si vero monachus sit clericus sacris mysterijs seruiēs,vt cōiter est hodie, licitè canonicus transit ad monachos petita licētia superioris:nō ecōtrario.19.q.3.statuimus. quia tunc monachi habent, qđ est canonicorum cū maiori arctitudine.Ex his patet,quod vera est opinio S.Tho. contra Canonistas,de quo sup.§.1.ad fi.s.quod in trāsitu iuridico nō attenditur solum maior arctitudo vitæ: quia, vt dicit ipse,& probatur per c.quod Dei timorem.de sta.mo. arctior est professio monachorum,quam canonicorum regulariū:& tamen ratione clericatus canonicus non potest transire ad arctiorem vitam monachalem:quia in d.c.mandamus,hoc est interdictum.

NONO† quæritur, quid velint iura de transitu monachorum, & generaliter religiosorū ad regendum ecclesias seculares? Et dico,vt inf.Religio 7.per totum.

10 DECIMO† quæritur,quid iuris de bonis trāseuntium ad aliam religionem? Et dicit Host. quod si quis transit ante professionem, cum oīb.rebus suis exit,de regula statuimus, si vero trāsit post ꝓfessionē,& sine licētia,res suæ remanēt priori monasterio, & qui illū recipit imputet sibi.Si vero cum licentia,vel inuitus ex aliqua causa vadit ad aliud monasteriū: vsusfructus rerū,quas contulit priori monasterio,debetur secundo quandiu vixerit,ne sit illi onerosus,& sic intellige 16.qō.5.cognouimus.& 27.q.1.si quis rapuerit.Si aūt sit persona secularis,q̄ relinquit consortiū spūale, seu religionē,vel ecclesiā,indistinctè bona sua recuperantur,vt innuitur apertè de cle. coniu. quod a te.in fi. Vel ad saluādas opiniones dic, quod bona ipsum tacitè sequuntur, sed si expresse cōtulit se,& sua, & nō hēt vnde viuat, de benignitate canonica sine contradictione cuiusq; bona recuperat,ar. 86.dist.non satis. 17.q.4.quicunque. Si vero pt sustētari,non recuperat:sicut nec si dedisset sine se.17.q.4.sūt qui opes, nisi de grā fiat, aut opposita fuisset aliqua conditio.de cond.app.verum.Sed Pan.

latius.

latius prosequitur. Nã in c. quod a te de cleri.
coniug. dicit, ꝙ si recedit ante professionem,
tunc aũt donauit priori monasterio oĩa bona
sua expresse: & in dubio videtur donasse ra-
tione personæ, quia non est verisimile, quòd
spoliasset se omnibus bonis inde trãseundo.
ideoq; recedendo reuocat: vr̃ enim donasse cã
mortis mundanæ: vnde tali morte non sequu
ta per professionem reuocari potest sicut &
donatio cã mortis. Si verò donauit solum ali-
qua: tunc nõ vr̃ donasse cã ingressus, nec recu
perabit, ar. eorũ quæ no. Inno. in c. beneficiũ,
de re. lib. 6. Tacitè verò bona huiusmodi non
transeunt in monasterium, sed remanent pe-
nes eum, ex quo non est professus, argu. d. cap.
beneficium. Idẽ tñ Pan. in c. causã, de probat.
dicit, ꝙ si dedit in pũcto ingressus, vr̃ donasse
ratione ingressus; secus si ex interuallo: vel
si aliis coniecturis præsumi põt, ꝙ non causa
ingressus donauerit, quia tunc pfecta dona-
tio non reuocatur. Sed ista intellige in foro
causarum: quia in cõscientia vbi sciri põt pro
babiliter, ꝙ donauit solũ cã ingressus, & non
aliter, semper recuperabit: qa uidetur donas-
se cã mortis. Si verò fecit professionẽ: aut ipsa
tenuit, aut non. Si non tenuit, bona, quæ taci-
tè transierant, redunt ad personã suam: quia
accessorium sequitur prĩcipale; & si expresse
contulit credens professionem tenere, reuo-
cat ista bona: quia vr̃ donasse cã mortis mun
danẽ, ut dictum est: facit l. si pater, C. de hære.
insti. vbi si institui aliquẽ credens eum filium
meum, auferuntur demum illi bona, si con-
stat eum nõ esse filium, si vero sciebat profes
sionẽ nõ tenere, nõ reuocat: quia vr̃ in omnẽ
casum donasse. Si autem professio tenuit: tunc
aut egreditur pp peccatum suũ, ut quia col-
locatur in alio monasterio ad agendam pœ-
nitentiam: & dantur bona secundo monaste-
rio, quo ad vsũ 16. q. 6. de lapsis, sed post mor-
tem naturalẽ vsusfructus redibit ad primum
monasterium, & cõsolidabitur cũ proprieta-
te, vt ibi. Aut egreditur capiendo fugã: & bo-
na nõ recuperat: imò quocũq; accesserit, põt
eum abbas vendicare cum omnibus bonis ac
quisitis, 18. q. 2. abbates. Ex quo no. quòd quic
quid acquirit monachus, ẽt fugitiuus, acquirit
monasterio, quãtũcunq; sit in partibus remo-
tis, vt ibi. Aut idem egreditur licitè, puta tran
seundo licitè ad monasterium, vel prælaturã:
& tunc est dubiũ de bonis quæ transierant in
primũ monasterium: & sunt opiniones. Nam
aliqui moderni voluerunt, ꝙ remaneant pe-
nes primũ: & quicquid acquirit, cedit secũdo
monasterio vel dignitati. Et hoc tenuit Petr.
de Perusio & pro hoc vr̃ tex. in c. vnico, 18. q.
1. Alij vero dicunt indistinctè, quod debẽt bo
na cum persona transire, & ꝙ illud c. vnicum
procedit in acquisitis bonis ex industria mo-
nachi, non in patrimonialibus bonis: quia il-
la bona semper videntur accedere ad perso-
nã monachi, licet expsse fuerint collata tẽpo
re ingressus, ratione prædicta. Et hoc tenuit
do. Card. & quæstio fuit alias ardua in facto.
Pan. aũt placet opinio secunda, vt bona patri
monialia personã sequãtur subtiliter ad hoc
arguẽs ex d. c. vnico vbi monachus, si fiat eps
adire potest hæreditatẽ paternam sibi dela
tã: quã acquiret episcopatui, nõ priori mona-
sterio: & sic spes succedendi patri, quæ transie
rat in primũ monasteriũ, iuxta no. per Inno.
in c. in præsentia, de prob. sequitur personam
monachi. Et cum isto, transit Summ. Ros. sen-
tiens, quod religiosus factus eps recuperat iã
alteri quæsita, nisi sit frater minor. Ego autẽ
dico, ꝙ prima opi. est vera, & ex intentione
determinata in d. cap. vnico. vbi canon. dicit
indistincte, omnia prius quæsita pertinere ad
primũ monasterium: & non distinguit inter
acquisita ex industria, & successione, vt cre-
dit secunda opinio: sed inter monachum an-
te epatum, & post, vt ibi dicit Arch. quia. s. an-
te nõ poterat adire hæreditatẽ, quod põt po-
stea factus sui iuris licet non acquirat sibi, sed
suæ ecclesię, ẜm gl. Nõ est autem similiter de
spe, & de acquisitione: quia spes nullum ius,
aut dñium dedit primo monasterio sicut dat
acquisitio. Et confirmatur ista decisio, quia se
cundũ Bar. in tract. Minoricarum, lib. 4. frater
minor authoritate Papæ transiens ad epatum.
vel aliã religionem, quæ habere potest in cõi
non recuperat bona sua iã alteri quæsita: siue
dicas, quod hæc sit restitutio in primũ statum,
siue quod sit indulgentia, siue permissio tran-
seũdi ad aliũ statum separatum. C. de sen. pas.
l. 2. & l. tutor. Si vero nõ sunt alteri q̃sita, pu
ta, quia non sunt mortui parẽtes, quibus dẽt
succedere: sic succedet, si illi, ad quos transit,
sunt in statu succedendi, quia per talẽ transla-
tionem restituitur ad oĩa. C. de sen. pas. l. 1. &
ff. ad Tertu l. 1. §. qui mortis, & idem putat si
alias legitimè ab archiepo, vel alio prælato
promoueretur ad aliquã dignitatem: secus si
transferatur, aut absoluatur ab ordine per a-
lium modum: puta, propter demerita sua: vt
in d. l. 1. §. qui mortis, & idem Fran. de Ass. ad-
dens quod licentiatus ab ordine propter de-
merita, & licitè transiens ad aliam religionẽ,

non recuperat ius ſuccedendi, per iura prædi ꝺta; quia iſta abſolutio eſt magis ad pœnam, quam ad præmium. Et ita ſentit etiam ipſa Sũ. Roſ. cum Ang. Nõ eſt autem maior ratio quare iſte frater minor non recuperet alteri iam quæſita, quam alij religioſi, ſed forte minor: quia ſua religio minus poterat eius bona acquirere, quam multæ aliæ. Vide de his Pan. in c. in præſentia. de prob. ad fin. diffuse tractantem: &, vt videtur, aliter ſentientem quã ſup. ¶Et prædicta faciunt ad hoc, quod reſtituere non teneatur, qui titulo oneroſo, vel lucratiuo habet de bonis alicuius damnati propter crimen & poſtea per principem reſtituiti ad bona ſua: quia ius eſt iam ſibi quæſitum. Vide ſu. 1. Gratia. §. vlt. Vide etiam ad prædicta Bar. in l. quæcunque. C. de fi. inſtr. li. 10 an ementes ſolemniter a communi Peruſij bona ex bãnitorum cogantur eis reddere ex forma ſtatutorum pacis hoc dicentium, vbi concludit, ꝙ ſic; quia d. l. quæcunque. vbi in hoc non valet reſcriptum principis, loquitur, quando Imperator reſcribit propter vtilitatem priuati tãtum: ſecus ſi propter publicam: quia tunc põt res priuatorum auferre: & eodem modo ciuitas, vt, l. certa forma, C de iu. fiſci. & l. itẽ ſi verberatum, ff. de rei vend. & l. venditor. §. ſi conſtat, ff. compræ. Alex. etiam de Imo. in l. ſi quis officialium, C. de decur & ff eo. li. 12. per illũ tex. limitat gl. in auth. cõſtitutio quæ. de dign. quæ voluit, quod licet quis liberetur a patria poteſtate per dignitatem, puta, quia eps, ſi ꝑdit dignitatẽ, remanet nihilominus liberatus: quia verũ eſt inquit, niſi deponatur a dignitate ſua culpa, vel delicto: quia tunc non debet gaudere priuilegio dignitatis. De bonis autẽ fugitiuorum, vide ſupra Apoſtaſia, § 9.

RVRSVS de Religione quinto quantum ad nouitios.

1 *Nouitius religionis quis eſſe poſſit.*
2 *Furioſus an poſſit eſſe nouitius.*
3 *Nouitius quanto tempore quis eſſe debeat.*
4 *Probationis annus an debeat eſſe continuus.*
5 *Nouitius an deferre debeat habitum.*
6 *Nouitij an obligentur ad præcepta regulę.*
7 *Nouitius delinquens an poſſit puniri ad perpetuum carcerem.*
8 *Nouitius an intra annum probationis, poſſit ad ſeculum redire.*
9 *Nouitius an poſſit eligi, an ordinari, nu. 10.*
11 *Nouitius ſi ſit canonicus, an debeat vocari ad electionem epiſcopi.*
12 *Nouitij beneficium, & bona qualiter gubernentur.*

RELIGIO quinto conſiderari poteſt quã tum ad nouitios, id eſt eos qui habitu religionis accepto nondum aliqua profeſſione aſtricti experiuntur religionis auſteritatẽ. Et dicitur habitu religionis, & non probationis accepto: quia ſi nouitio daretur habitus profeſſorum, adhuc non eſſet ipſo facto ex hoc profeſſus. Debet tamen ei dari habitus nouitiorum, quando non vult ſtatim, aut intra triduum eſſe profeſſus; & ſic dandus eſt habitus diſtinctus, vbi ſunt patenter diſtincti: vbi autẽ non ſunt ſic diſtincti: vt ibi benedicitur habitus profeſſorum, ſm Arch. dandus eſt nouitio habitus non benedictus; ſed ſufficit, quod nõ detur ei cum benedictione tunc actu facta, vt conſuetudo interpretatur, profeſſi etiam, vt dicit, quando ſibi nouiter faciunt habitum, puta ſcapulare in ordine prædicatorum, debent ea facere benedici a prælatis; quia ſcapulare benedictum eſt habitus profeſſorum.

1 PRIMO † ergo quæritur, quis poſſit eſſe nouitius propriè? Et dico, quod quilibet pubes rationis capax, 20. q. 1. per totum, & de regu. cũ ſimus, quod intellige ſi poteſt religionem intrare, iuxta dicta ſup. Relig. 2. Vnde licet ante annos pubertatis oblatus a parentibus, vel aliàs quis poſſit habitum religionis accipere: tamen propriè non eſt nouitius, quia non poteſt experiri quid ſit caſtitas: nec malitia ſupplet ætatem, vt ſup Religio. 2. §. 12. Et ſic patet quo tẽpore poſſit quis eſſe nouitius: quia in 15. anno inchoante maſculus, & ſupra, & fœmina in 13. quia non poteſt aliquis ingredi, niſi completa pubertate. & ita tenet Ioan. And. de reg. beneficium. lib. 6.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum furioſus poſſit eſſe nouitius? Et dico, quod non quia ꝓpriè, quaſi conſtitutus in anno probationis, de reg. ſicut tutor. Vnde nunquam poterit profiteri, etiã ſi ſtetiſſet in religione centum annis, & ſi profitet, profeſſio nulla eſt: ſicut nec in matrimoniũ põt cõtrahere, ff. de ſpon. l. furor. nec ratificatur ꝑ ratihabitionẽ poſtꝗ fuerit ſanæ mẽtis: ſicut nec profeſſio facta ante annos pubertatis, niſi poſtꝗ eſt ſanæ mẽtis, & pubes ſe obligauerit, profeſſione tacita, vel expreſſa: vt patet per c. 1. de vot. lib. 6. & facit d. ca. ſicut tenor. non obſtat, quod Hoſt. & ſequaces teneant quod ratificetur, ſi perſeuerauerit non contradicens. poſtquam fuerit pubes & ſanæ mentis: quia Panor. in c. ſicut tenor. de regul. tenet hanc opinionem falſam, per capit. primum. de regular. libro 6. vbi profeſſio in minori ætate non ratificatur, niſi portetur habitus

bitus indistinctus per annum: & a fortiori in
furioso, & ita tenet Summ. Ang. & Ros. Sed il
lud c. non probat: quia licet dicāt eam ratifica
ri per illud: non tñ dicit, quod solum per illud
sed potius dicit oppositum, s. ꝙ potest ratifica
ri expressè: vnde opin. Pan. est vera solum in
mendicantibus, vbi non licet profiteri ante
annum, & in his non semper, sed quādo furia
abstulit probationem, sicut eam aufert impu-
bertas: secus vbi sufficienti tpe probatus effici
tur deinde furiosus, & profitetur: quia tūc est
vera opi. Host. quod abeunte furia sufficit ra-
tificatio ex parte vtriusque partis, vel etiam
nouitij tantum, si conuentus furiam ignora-
uit, ar. dicendorum, inf. §. 4. ad finem.

3 Tertio † quæritur, quanto tempore debeat
quis esse nouitius? Et dico, quod anno toto re
gulariter. 17. q. 1. Gonsaldus, & de regula ad
apostolicam, & incipit iste annus ab hora im-
positionis habitus, mō adsit pubertas; aliàs a
puncto pubertatis, nisi vbi habet locum, cap.
quia in insulis, de reg. quia incipit, ibi a pūcto
anni 18. incipientis, de reg. ad nostram. & c. si-
gnificatum, & ca. quia in insulis. Quia tamen
hoc datur in fauorem nouitij, & religionis, vt
se mutuo experiantur: si nouitij & prælati, cū
suo conuentu accedat consensus, ante annum
profiteri potest, & professio tenet. d. c. ad apo
stolicam, immo profiteri potest in ipso ingres
su, etiam habitu non suscepto, vt su. Religio 3.
§. 3. Fallit hoc in mendicantibus, vt ibi, §. 3. &
ſm Sum. Ange. fallit vbi habet locum ca. quia
in insulis, sed hoc nullo iure probatur.

4 Qvarto † quæritur, vtrum annus probatio
nis possit esse interpolatus, stando verbi gra-
tia, vno mense in monasterio, & alio extra,
vel necessario sit continuus? Et dico, quod Pa
nor. vt patet in c. ad apostolicam. de reg. dispu
tatiuè tenuit sufficere, si sit interpolatus, & se
quitur gl. in reg. eum qui, de reg. iu. lib. 6. quia
videtur satisfactū iuri, ex quo, quis stetit ꝑ an
num, licet non cōtinuum, & hanc opinionem
Sum. Ang. & Ros. adscribunt Spe. in tit. de sta.
reg. Sed Io. de Lig. & Bonincontrus filius Io.
And. in quadam qō. disputata tenent, ꝙ opor
tet annum esse cōtinuum, intellige eo modo,
quo solent austeritates in religione continua
ri, s. modicè, & ad diem interpolando, & hoc
Pan. verius putat: immo dico indubitatè sic te
nendum: tū quia iste annus est statutus ad ex-
periendū, austeritates, vt d. ca. apostolicā. quæ
maximè in continuatione consistunt: sicut pa
tet, ꝙ is, qui difficultatur ieiunare xl. dies, faci
le ieiunaret eos, si inter diem, & diē interpo-
neret aliam diem refectionis, vel plures: tum
quia text. dicendo indefinitè austeritates, oēs
vniuersaliter comprehendit, vt no. per Dy. de
reg. iu. in rub. & facit de deci. ad audientiam.
in casu autem possibiliter quis non experire
tur oēs: puta, quadragesimales, si egrederetur
tpe quadragesimæ, ꝙ idē de aduentu, vel hye
me, vel æstate: tum quia cum iura loquuntur
de annali spatio, vel alio tpe, de continuo in-
telligēda sunt, vt no. glo. super rub. ff. de va. &
tēp. pscr. qa regulariter omne tēpus dēt esse
cōtinuū. & per Io. And. de elec. c. 1. li. 6. & hāc
opin. tenet Bar. in l. interdum, §. quoties, ff. de
publ. per illum tex. vbi seruus dicitur vetera-
nus, qui anno continuo seruiuit nouitius aūt,
qui non seruiuit anno continuo. Facit, quod
no. in l. vbi fideiussor, ff. de solu. vbi bannitus,
qui ex statuto offendi potest impune, ac cen-
tū libris, & supra, offendi non pōt pro 50. re-
spectu vnius debiti, & 50. respectu alterius, qa
ex quo sunt debita diuersa coniugi non debēt
ad faciēdum vnum totum, & sic est ibi casus,
in quo 50. & 50. non faciunt centum. & idem
etiam per prædicta vr̃ dicendum, si nouitius
in illo interuallo tenuisset habitum, & ieiunas
set, & peregisset omnes corporales austerita-
tes, sed non fuit sub iugo obediētiæ: quia hoc
est potissimum inter austeritates. Nec opposi
ta opinio fuit Spec. nec loquitur in casu isto:
sed vbi completo anno probationis in mona
sterio quis ante professionem exiuit, & redijt:
quo casu non est annus probationis denuo
concedendus, quod errore scriptoris accidit,
quod patet primo, quia dicit istam q. esse Bar.
Brix. in venialibus, & eius verba in respon-
dēdo scribit, vbi tamen Bart. nihil dicit de no-
stro casu, sed de nūc dicto, scdo, qa ipse Spec.
probat solutionē illā per caput, fraternitatis.
34. dist. quod caput de nostro casu nihil dicit.

5 Qvinto † quæritur, vtrum sit necessarium,
quod nouitius deferat habitum religionis q̄
vult profiteri? Et dicit Pan. in c. super eod. de
reg. ꝙ non, sed sufficit probare regulam in ha
bitu proprio, quod est irrōnabile, cum magna
austeritas sit in habitu. Vnde dico quod sic, &
non sufficit si deferat etiam habitū religionis
alterius, ſm glo. in d. c. super eo. & Tancred. &
ita habet consuetudo legum interpres, l. si de
interpretatione, ff. de legi. cui ſm d. Anto. in d.
ca. super eo. in hoc standum est, & quod defe-
rat in monasterio, quia delatio extra nūquam
induceret professionem tacitam, vt in cle-
men. eos, de regu. licet possit talis compelli,
vel ad dimittendum habitum talem, vel ad

monasterium intrãdum, vt no. Pan. in c. vt clerici. de reg. ꝙ tamen limita, vt sup. Religio 3. §. 18. casu 2. limit. 5. Intellige tñ, ꝙ ex causa potest fieri promissio; & consequenter probatio semiplena sine habitu, vt sup. Religio 1. §. 1. sed talis profitens nunquam fuit nouitius, nec propriè positus in probatione.

6 SEXTO † quæritur, vtrum nouitij obligentur ad præcepta regulæ? Et dico, quod non, nisi sicut alij Christiani: dẽt tñ induci vt seruẽt ad ꝓbandũ, & consuescẽdũ: sed aliquid indulgendum est, ne retrocedant, 35. q. 3. quod scripsi.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum nouitius delinquens possit puniri ad perpetuum carcerem, si delictum hoc merebatur in professo? Et dicit Gem. in c. non solum. de regu. li. 6. qđ non, per rationem allegatam in text. qui prohibet istos nullo modo posse impediri, quin redeant ad seculum posset tamen ad tempus damnari nouitius, & hoc si velit, aliter non.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum nouitius intra annum probationis possit ad seculum redire? Et dico, ꝙ Pan. in c. statuimus. de reg. facit regulã per illum tex. ꝙ sic liberè vt ibi, & sine licentia petita ab aliquo, quia ita sonat illud verbũ, liberè, vt no. in ca. de multa, de ꝑb. nec tenetur soluere expensas factas sibi a monasterio, vt ꝓbatur c. non solũ. de reg. li. 6. ibi aliquatenus impedire. Egrediẽdo aũt sine licentia nõ incurrit aliquã inhabilitationem ad ordines, vel beneficia ecclesiastica, vel secularia ex hoc. de reg. postulasti. Facit etiam quatuor fallentias. Prima, si intra annum professus est non furiosus, nec impubes: quo casu tenetur religioni in specie, vel in genere, vt sup. Religio 3. §. 3. & 4. Secunda, si intra annũ suscepit habitum professorũ eo modo, quo sup. Religio 3. §. 18. dictũ est. Tertia, si habitum indistinctũ detulit ꝑ annũ, vt ibidẽ dictũ est. Quarta, si apparet euidenter eum voluisse absolutè vitam mutare. Sed istam quartam fallentiã, quæ vtique vera est, vtpote, quam multa capitula ponũt quidã, immo penè oẽs Canonistæ, malè intelligunt, ex hoc, ꝙ putant promissionẽ non esse de rõne voti: sed sufficere solum propositum corã Deo. Vnde volunt, ꝙ is, qui religionem intrauit animo perseuerãdi, tenetur religioni in genere, etiã alio voto non facto, quorũ quidã dicunt, ꝙ est verè religiosus, ita qđ si contrahatur matrimonium nullum est: quia illud propositum dicunt esse votum solẽnizatũ per habitus susceptionem, & sic sensit Inn. in c. consulti. de reg. & Host. & Vincẽt. & Io. An. dicentes hoc posse probari, per c. beneficium. de reg. vbi beneficium istius nõ pñt alteri conferri, & d. Anto. & ferè omnes scribentes vt recitat ibi Pan alij vero, vt d. Card. tenent quod q.q. ad seculum redire non possit, non tamen est verè religiosus, sed teneret matrimoniũ ab eo contractũ, ꝑ c. vnicũ. de voto. lib. 6. & placet satis hæc opinio Pan. Sed opinio In noc. stare non pt: quia votũ non solemnizatur quo ad dirimendum matrimoniũ, nisi per susceptionem ordinis sacri, vel professionẽ expressam, aut tacitã, vt patet in c. vnico. de vo. li. 6. Sed iste non suscepit ordinem sacrum; vt suppono: nec est professus explicite, vel tacitè: quia patet primo per c. ex transmissa. de renun. vbi clare patet, quod votũ intrãdi religionẽ, & ꝓpositũ perseuerandi simul, nõ faciunt religiosum per habitus susceptionẽ, nec aliq̃ inducunt professionem, & secundo per ca. ad apostolicã, de reg. vbi patet, qđ professio non fit sine consensu monasterij, quod dãdo habitum nouitiorum non intendit istum ad perfectionem recipere, sed mores eius experiri. Et tertio patet rõne, q̃a cũ professio sit quasi quidã contractus, & hinc inde oriaẽ oblatio reciproca, non pt consistere ex parte vnius tãtum l. in oĩb. ff. de act. & obl. Sed nec opinio alia stare pt, s. quod iste non possit redire ad seculum, quasi obligatus religioni in gñe: quia non obligatur proprio voto, quia ẽm S. Tho. & alios Theologos, q̃b. in hac parte standum est: propositum non est votum, nisi sequatur promissio, quod etiam vbique innuit scriptura, secundum illud Deut. 23. Si votum, &c. & sequitur, Facies sicut promisisti Dño. & Eccl. 5. Si quid vouisti Domino non tardabis reddere, & sequitur. Displicet. n. ei infidelis, & stulta ꝓmissio. Et idem iura ciuilia, secundũ quæ votũ ex pollicitatione causatur, ff. de polli. l. 2. Non obligatur etiam superioris ꝑcepto, vt cõcludunt Canonistæ: & consequenter nullo modo obligatur religioni. Dicit aũt Pet. de Pal. quod obligatur præcepto ecclesiæ, quod stare non potest: tum quia istud præceptum nullibi reperitur, cum semper iura se referant ad voluntatem, & intẽtionẽ intrantis: tũ propter multa, quæ deduxi in quadam q. de hoc in aur. 10. Et ideo benè dicit Pan. in c. literarum. de vot. qđ si de ratione voti est promissio, vt dicit S. Tho. & Arch. doctrina Canonistarum circa istam quæstionem euertitur. Dico ergo, quod hoc propositũ mutandi vitam absolutè est votum simplex religionis, vel est oblatio professionis, qua in ipso religionis ingressu multi petebant profiteri, licet non admitterẽtur subito,

sicut

sicut olim poterãt in omnib. religionibus; & nunc possunt in non mendicantibus: vnde isti remanebant obligati religioni in genere, & non erãt professi. Et sic hoc propositũ contra professionẽ expressam, & tacitam diuiditur, ĩ c. non solum. de reg. Et hac rõne beneficia taliũ vacabãt. Qui ergo solum proposuit perseuerare nõ uouendo, nec se offerendo professioni, põt intra annum ad seculũ redire de iure, & cõtrahere matrimonium, etiam sine peccato, quo ad ecclesiã, & ẽt quo ad Deum, si redeat ex iusta cã, puta infirmitate, vel debilitate. Si autem ex causa iniusta: puta tędio sanctę vitæ, vel hmõi, est peccatum ingratitudinis, vide de his omnibus diffusè in dicta quæstione.

9 Nono † quæritur, vtrum nouitius possit eligi? Et dico, quòd sic ad episcopatum: nõ autem ad abbatiam, vel prælaturam religionis, de elec. nullus lib. 6.

10 Decimo † quæritur, vtrum nouitius possit ordinari? Et dico, ꝙ non, ẽt ad primam tonsuram. 19. q. 3. monasteriis, secũdum Ray. & Gof ꝙ autem in d.c. dicitur, quod expectandũ est biennium, dicit Veruec. quod eo ipso, ꝙ hñr professis, possunt ordines recipere, & concor. Host. & Sum. Conf. & ita habet consuetudo, quæ probatur, 17. q. 2. Consaldus.

11 Vndecimo † quæritur, vtrum debeat vocari ad electionem episcopi nouitius, si sit canonicus? Et dicit Io. And. in c. beneficium, de reg. lib. 6. quod non: sed secus esset de patrono, vel eo, ad quem non iure collegii, sed iure singulari electio pertinet, quia debet vocari.

¶ Duodecimo, q̃ritur, q̃d de beneficio, & bonis aliis nouitij? Et dico, quod de beneficio dictum est supr. Relig. 2. §. 8. de aliis autẽ bonis dico, ꝙ quando profitetur tenendũ est q̃d dictũ est sup. Relig. 3. §. vlt. q̃n vero moritur ante professionem expræssam, & tacitã, Cy. & multi alii, in auth. ingressi, C. de sac. eccl. dicũt q̃d oĩa bona eius spectare debẽt ad monasteriũ q̃a ibi moriẽdo vr̃ mori, vt monachus. Et idẽ d. Ant. in c. in p̃sentia de prob. Sed Barto. in auth. si qua mulier, C. eo. pro hac opinionẽ allegat c. fi. de suc. ab intest. non firmans tamen opinionem, sed relinquens prouinciam Canonistis. Pan. vero tandem, in d.c. in præsentia benè distinguens dicit, quod si intrãdo expressè bona sua contulit monasterio, & expressè non reuocauit, sunt monasterii, si uerò expressè non cõtulit, sed simpliciter intrauit causa probationis, succedent proximiores, & non monasteriũ: quia cum non fuerit iste religiosus cũ effectu. de sent. exco. cũ religioso. lib. 6. bona eius nec expressè, nec tacitè trãsierunt in monasterium, præsertim cum adhuc testandi haberet facultem. Quando etiam aliquid donat in ipso ingressu. Pan. in c. quòd a te, de cle. coniug. bene distinguendo dicit, ꝙ si omnia donauit in dubio videtur donasse causa mortis, vt sup. Relig. 4. §. 10. vnde ea non sequuta per professionem tacitam, vel exp̃ssã oĩa reuocat, & recuperat inde recedendo ar. l. Seia in fin. pri. re. ff. de do. cau. mor. & l. non oĩs, ff si cer. pet. & facit quod no Bar. in d. aut. ingressi, ẽt idem dicit Bart. ibidem, de eo. cuius professio non tenuit q̃uis profitens credere tenere, per l. si p̃r, & l. nec apud. C. de hære. insti. Si uero non donauit omnia, sed quædam solum, non vr̃ donasse cã ingressus, & non recuperabit, ar. c. beneficium, & c. cõstitutionẽ de reg. Et sic intelligendo limita Host. & Pan. in c. statuimus, eo. tit. qui uidentur contrarii. Similiter non recuperabit, si dedit non cã ingressus, sed ex interuallo, de do. c. fi. & l. perfecta donatio, C. de don. quæ sub mod. Et idem dicit Bart. vbi sup. de eo, qui sciebat professionem non tenere, quia non recuperabit donata. l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. & l. Campanus, ff. de oper. lib. In conscientia tamẽ dic vt sup. eo. §. 10. dixi.

DE RELIGIONE RVRSVS

Sextò quantum ad religiosos, id est professos in genere.

1 *Bona religiosi cui cedant.*
2 *Monasterium qualiter aget pro bonis religiosi.*
3 *Testamentum an condere possit, qui ingressus est religionem, vel iam conditum reuocare nu. 4.*
5 *Religiosus ad quæ obligatur sub peccato mortali.*
6 *Obedire an debeat prelato religiosus in omnibus.*
7 *Paupertatis uotum quæ contineat.*
8 *Castitatis uotum qualiter intelligatur.*
9 *Religiosus an teneatur magis obedire patri, quam prelato.*
10 *Religiosus factus, episcopus an liberetur ab obseruantijs regularibus.*
11 *Religiosus an possit esse iudex.*
12 *Religiosi eiecti, vel fugitiui, qui nequeunt reconciliari, quid agere debeant.*
13 *Religionem an egredi debeat ad petitionem uxoris, qui ita condemnatus est ne egrederetur.*
14 *Religiosus eod. genere peccati an grauius peccet quã secularis.*
15 *Religiosorum omnium, quæ sint communia statuta.*
16 *Excommunicationes quas incurrant religiosi.*
17 *Religiosus delinquens an debeat expelli, si paratus est corrigi, & pœnam sustinere.*

Religio ſexto conſiderari poteſt, quantũ ad religioſos, qui ſunt iam profeſſi in genere, qui proprie veniunt nomine religioſorum, vt ſup. Religio 1.§.1.

1 PRIMO † verò quæritur, quid iuris de bonis religioſi tam in ipſa profeſſione, quã poſt? Et dico multa. ¶ Primum. Patre ingreſſu monaſterium.ſ. per profeſſionem, filius legitimã petere non poteſt de ſubtilitate iuris, ſecundum Bart. in auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. eccle. poſita 19.q.vlt. quia legitima non debetur, niſi poſt mortem naturalẽ patris. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de col. bo. ſed de æquitate canonica dico cum Bal. in d. auth. ſi qua mulier ꝙ petere poterit, ne hẽat petere alimenta a monaſterio, & placet: quia æquè ceſſat pr̃ adminiſtrare & alere, ſicut ſi naturaliter moreret̃. Quantũ vero ad peculiũ aduẽtitiũ, cuius vſusfructus erat patris eo ingreſſo monaſterium, ſm Bart. in auth. idẽ eſt, C. de bo. q̃ li. ex quo patria poteſtas ſoluitur ex facto patris remanebit ſolũ medietas dicti vſusfructꝰ apud patrẽ, & conſequenter apud monaſteriũ, l. cũ oportet. §. cum autem, C. de bon. quæ lib. ſed gloſſ. in d. auth. idem tenet, & nõ finitur. Mar. verò tenet, ꝙ ex toto finitur, dicens ita fuiſſe deciſum Bononiæ, gloſſ. autem eſt vera de vſufructu, quem pater habet in aliis bonis; ſed opinio Bar. eſt æquior. Sed no. ſm Pet. de Pal. ꝙ iura loquentia de ingreſſu intelliguntur per profeſſionem. ¶ Secundum. Bona ingreſſi religionẽ ipſo iure ſunt monaſterii, vt ſup. Religio 3.§. 24. Et tranſeunt etiam feuda. de quo dic ut ſup. Feudum, §. 9. Reſeruabitur tñ legitima deſcendentib. 19.q.3.c.fin. & idem vr̃ in aſcendentibus: quia æquè ſuccedunt iſtis non extantibus. Trãſit etiam vſusfructus, nec amittitur ex ingreſſu, ſm Inn. in c. in præſentia, de prob. ſed durat quandiu viuit & ſequitur Alb. in d. auth. ingreſſi. quod quidam limitant, quãdo monaſterium poteſt habere proprium in cõi: aliter non, ſm gloſ. Et ſimiliter tranſit ad monaſteriũ emphyteuſis ſecũdũ Alb. in d. auth. ingreſſi ar. l. peto, §. 1. ff. de leg. 2. ꝙ Odoſ. ibi limitat verum, niſi emphyteuſim haberet ab alia eccleſia: quia tũc eſſet in optione eccleſiæ an vellet rem, vel canonẽ. Aduerte tñ, ꝙ d. auth. ingreſſi. ſecundũ Alb. ibi non habet locum in monaſteriis habentibus in proprio: vt ordo militiæ ſanctæ Mariæ, & tertii ordinis ſancti Frãciſci, & eccleſiæ ſæculares, & idẽ in monaſteriis tertii ordinis ſancti Dominici intellige: ſed habet locum in non habentibus niſi in communi. ¶ Tertium, ſi quis ingreditur condito teſtamento, in quo nihil reliquit monaſterio, ſed hæredem extraneum inſtituit, ſecundum do. Ant. in c. in præſentia. de prob. diſtinguendum eſt. Nam ſi tempore ingreſſus nulla facta mentione de teſtamento expreſſe contulit monaſterio bona ſua incontinenti poſt teſtamentum, non reuocat illud, nec illa bona erũt monaſterii: ſed præſumitur illa collatio facta ad tempus vitæ ſuæ: quia non uidetur quis incontinenti animum mutare: arg. l. nõ ad ea. ff. de cond. & dem. Si uero hoc fecit ex interuallo poſt conditum teſtamentũ præſumitur mutaſſe animũ fauore religionis: & ſic rumpitur teſtm̃, & illa bona erunt monaſterii. Si uero non contulit expreſſe, remanebit teſtamentũ: & monaſterium ſolum petet ſuam portionẽ aliter. quam rumpendo teſtamentum. Sed Pan. ibi dicit, ꝙ ſuam portionẽ non petet quod vr̃ verius de ſubtilitate iuris, per ea, quæ no. Alb. in d. auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. quia ſm iura libere poteſt diſponere de ſuis, vt vult, & monaſterium computat̃ inter liberos, quãdo ante nõ diſpoſuit, vt d. aut. ſi qua mulier. ¶ Quartum. Prodigus, & diſſipator, cui interdicta ſunt bona, ſecundum Alb. in d. auth. ingreſſi religionem poteſt intrare: ſi ſit rationis capax, etiam quo ad bona, ſicut & minor. ¶ Quintum. Filiusfamilias intrans monaſterium, diſponere poteſt: de bonis peculii caſtrenſis, vel quaſi, ſm Pan. in c. in præſentia, de prob. ſine dubio. l. pe. C. qui, teſt. fa. poſſ. de profectitio vero etiam ſine dubio non poteſt, quia illa ſunt in diſpoſitione patris, de aduentitiis autem, de quibus diſponere non poteſt in uita patris, etiam cum patris conſenſu, iuxta no. in d. l. pe. eſt dubium. ſed Pan. tenet, ibi quod poteſt: quia ſtatim per ingreſſum gaudet illo priuilegio. auth. preſbyteros. C. de epiſ. & cler. ex quo, quod laicis eſt aduẽtitiũ, clericis eſt quaſi caſtrenſe; ideoque priuabitur pater in vita ſua vſufructu illorum bonorum: & pariformiter in aduentitiis aduenientibus poſt ingreſſum. Sed dom. Ant. in d. c. in præſentia. tenet contrarium. ſ. qđ nõ põt diſponere taliter qđ pater priuet̃ vſufructu in uita, quo ad aduentitia ante acquiſita, ſed ſolum de directo, & utili dominio ſic qđ patre mortuo tranſibunt ad illum, cui reliquit, vt in authen. de mona. §. illud ſecus de acquiſitis poſt ingreſſum, quia ſunt monaſterii. ¶ Sextum. Libri dati a patre filiofam. cũ eo tranſibunt ad religionem ſm diſpoſitionem ingredientis, ſecundum Iac. de Rauen. & recitat Pan. in d. c. in præſentia. quia cenſetur

quaſi

quaſi caſtrenſe peculium: quod Pe.dicit verũ in libris collatis doctoribus, vel magiſtris, nõ in datis ſcolaribus, & ſequitur Barto.in l.filiæ. C.fam.erc.& eſt verius. ¶Septimum. Religioſi ſuccedunt in bonis parentum, & hmõi, nec exhæredari poſſunt propter admiſſum crimẽ ingratitudinis in ſeculo. C.de epiſco & cler.l. Deo nobis 19.q.3.c.ſi.quod tamen fallit in fratribus minoribus cle.exiui.de verb.ſign.

2 Secvndo † quæritur, quomodo aget monaſterium in præfatis, in quibus ſuccedit, vel ei acquiruntur? Et dicit Pan.in cap.in pręſentia, quod is actionibus in quibus ille egiſſet ante ingreſſum, & pro geſtis ante per ipſum tenebitur monaſterium inquantum ad ipſum peruenit de bonis ingreſſi: ſecundum Inn.ar.l.2. C.de impub.& alijs ſubſti. vel forte verius in totum. licet poſſit petere reſtitutionẽ, tenendo, quod monaſteriũ iure ſucceſſionis venit, vt inf.Relig.8.§.2.

3 Tertio † quæritur, vtrum ingreſſus religionem poſſit condere teſtamentum? Et pro fundamento reſponſionis adduco d.authẽ. ſi qua mulier quæ talis eſt. Si qua mulier, aut vir monaſticam vitam elegerit, & interuenit monaſterium, liberis non extantibus, monaſterio quod ingreditur res eius cõpetere iubemus, ſed ſi perſona liberos habens, antequam de rebus ſuis inter eos diſponat, monaſterium intret, liceat ei poſtea inter eos diuidere legitimam portionem nulli diminuta triente, & ſe miſſe & quod eis non dederit, monaſterio cõpetet, ſed, ſi omnem ſubſtantiam inter filios diuidere voluerit, ſua perſona filijs ſuis cõnumerata partem ſibi retineat, quæ monaſterio competere debeat; ſed ſi poſt ingreſſum moriatur antequam inter eos diuidat, filij legitimam portionem percipiant, reliqua monaſterio competente ſubſtantia, 19.q.vlt ſi qua. Ad quæſtionem igitur dicit Pan.in d.c.in præſentia. quod poteſt inter liberos, & monaſteriũ, quando prius non diſpoſuit.d.auth.ſi qua. Aliter autem diſponendo inter alios non poteſt in forma teſtamenti, ſecundum Cy.ibi: ſed ad hoc, vt valeat donatio, poterit conſentiente abbate, & capitulo de mobilibus tãtum: quia immobilia ſine debita ſolemnitate alienari, non poſſunt. Et addit Pan.quod ipſe tanquam nihil poteſt, cum res ille tranſierint in ius monaſterij, & in eis nullam habeat facultatem diſponendi, vt aperte dicitur in auth. de monach.§.illud, ſed nomine monaſterij poterit illa concedere, quæ & monaſterium.

4 Qvarto † quæritur, vtrum ingreſſus monaſterium poſſit reuocare teſtamentũ, qđ antea fecit? Et Pet.& Cy.in d.auth. ſi qua dicunt ſimpliciter, ꝙ ſic. Bart.diſtinguẽdo dicit, quod non in ordine minorum, quia iſti fratres poſt profeſſionem nihil poſſunt diſponere de reb. mundanis ꝑ cle.exiui.de verb.ſig. vnde credit in eis non habere locum d.auth.ſi qua. in alio vero ordine poteſt reuocare, dum viuit: & videtur ſm eum tex.in ſimili, in l.res vxoris, C. de dona.inter vir.& vxo. & cũ eo tranſit d.auth.in d.c.in præſentia. Pan.vero dicit, qđ non põt, per d.§.illud. niſi in caſu d.auth.ſi qua. qui fuit gratioſe conceſſus. Et facit ratione in eo proprietas notetur diſponendo ad libitum de temporalibus. cum ſit mortuus mundo. 16.q.1.placuit, & iam non habeat velle, aut nolle de elec.ſi religioſus, li.6. & hoc etiam conſentiente abbate: quia teſtamentum non poteſt dependere a voluntate tertij. l.penul. cum ibi not. C.qui teſt.fac.poſ.& ff.de hær.inſtit.l.illa inſtitutio. & l.captatorias. Hæc Pan. & ita indubitate tenendum eſt quia profeſſus nullius rei habet proprietatem, vt etiam patet per d.auth.ſi qua vbi patet, quod omnia, aut ſunt filiorum, aut monaſterij, & idem per d.§.illud, & per auth.ingreſſi.C.de ſacroſ. eccl. vbi per ingreſſum omnia ſunt collata monaſterio, & ſi habet, non eſt religioſus, ſicut nec pauper. Nec in hoc eſt differentia quantum ad fratres particulares inter minores, & alios: quia in particulari omnes ſe æqualiter ſpoliant omnibus: immo videtur potior ratio, ſecundum illam opin. vt mutare poſſint minores quam alij, quia quanto monaſterium magis diſtat a proprietate bonorum, tanto plus poteſt frater de eis diſponere: quia cum monaſterium cedat loco fratris, quanto minus in monaſterium tranſit tanto plus remanet penes fratrẽ, ſi quid remanet, vt iſti dicunt.

5 Qvinto † quæritur, ad quæ obligatur religioſus ex ſua profeſſione ſub peccato mortali? Et dico, quod obligatur primo ad obſeruãtiam regulæ, ſecũdũ quam eſt profeſſus; qđ intellige niſi in caſu. c.non ſolum de reg.lib.6. quãdo.ſ. quis intra annum probationis profitetur in religione mendicantium: vel quãdo eſt profeſſus tacitè ſolum, quia obligatur ſolum religioni in genere, & conſequenter regulæ, quã profitebitur, vel illi in qua eſt profeſſus, ſi aliam nõ inuenerit, quia illa tenetur eum recipere, ex quo paſſa eſt eum tacitè ꝓfiteri & ſi noluerit, poterit in domo propria, manere, & eſſet religioſus profeſſus. Sed intellige ſecundum S.Thom.2.2. quæſtione 86.

quod

quod obligatur sub peccato mortali ad tria vota religionis:seu ad regularē uitā, quæ in istis essentialiter consistit:& ad ea quæ sunt in regula sub præcepto, ad alia aūt sub peccato veniali:vt sup.Relig.1.§.8. Ad intentionē tendēdi ad perfectionem,ut sup.Relig.1.§. ad nō contemnēdum principalia statuta regulæ omnia,vel nulla,vt supr.Relig.1.§. 8. Quarto ad non agendum ex contemptu quicquam contra regulam,vel mādatum prælati. Quinto ad omnia præcepta ore tenus facta a prælato,secundum regulam. Colliguntur hæc omnia ex mente S.Tho.Vide sup. Religio 1.§.3.

6 Sexto † quæritur, pro intellectu voti obedientiæ utrum religiosus teneatur prælato obedire in omnibus? Et dicit S.Thom.in quolib.10.art.10.ꝙ secundum oēs non tenetur in his quæ sunt contra Deum , vel regulam, vel in quibus non est eicōmissa dispensatio: nec in his,q̃ sunt arctiora regula,sed circa in dr̃ia, vel ea,quæ sunt infr.arctitudinē regulæ, & ei æqualia,sunt opiniones,quibusdam dicentib. quòd in his obedire necessitatis sit,& quibusdam,ꝙ sit solum perfectionis,sed quātum ad rem parum, aut nihil differunt: q̃a ad regulā pertinent non solum, q̃ in ea exprimũtur,sed ēt,quæ ad eam quocunq; modo reducuntur ; vt pertinētia ad obsequia societatis fraternę, & culparum punitionē, ad quæ duo fere oĩa hmõi in dr̃ia reducuntur. In his tñ,quæ ad regulam nullo modo reducuntur, verius est , ꝙ obedire sit perfectionis.vt expresse dicit Bar. in lib.de præce.& dispen. quia obedientia nō se extendit vltra ius prælationis, quod secundum regulam limitatur. Hæc ex illo: Ex quib. sic potest distingui,ꝙ p̄latus,aut recipit ſm regulā,& idem ſm constitutiones,aut præter regulam,aut inf.aut contra,aut sup. Si præcipit ſm regulam,i.ſm contenta in regula explicitè,vel ēt implicite,vt sunt oĩa, sine quibus ordo regularis,& plenior obseruatio conseruari non posset,siue regula intendit, obedire tenetur secũdum omnes. Si uerò quæ præcipit, sunt præter regulam, ut quæ nec in ea continentur, nec ad contenta in illa expediunt: ut leuare festucam,vel aspicere aues volātes; cōmunior est opinio , ꝙ non tenetur , ēt si sint leuiora, pro quo facit,quod no.Pan. in c.literas,de rest.spo. & in cap. ex literis de spon. & Inn.in c.veniens,de iureiur. Si uerò sunt infr. regulam ut reficere corpus, quando regula ꝑmittit obedire tenetur indistinctè secundum Sum.Ange. Sed melius distingue , nisi sit certus,ꝙ refectio, vel huiusmodi nocebunt corpori,vel aĩæ:alias aũt si certus est, ꝙ proderũt vel est in dubio,obedire tenetur , arg. eorum quæ dicta sunt sup.Obedientia.§. 2. & dicentur statim. Si verò sunt contra regulam distingue. Nam si concurrunt duo,s.ꝙ sit certum prælatum præcipere cōtra regulā,& eum nō posse dispensare in eo contra, ꝙ præcipit , obedire non tenetur. Imò si concurrat primum sine secundo,sed cum alia certitudine,s.ꝙ non moueatur ex cā rationabili,non tenetur : quia si non tenetur in his,quæ nihil faciunt ad obseruantiam regulæ , ut dictum est multo , minus in his,quæ faciunt cōtra eam, vel finem eius , de quo su.Dispensatio. Si uerò sit dubium an sit contra regulã,vel an possit dispensare, vel an rationabili cā moueatur,tenetur obedire, 23.q.1.q̃d culpatur. Et generaliter vbi est dubius,an debeat obedire necne, tenetur obedire,vt sup.Obedientia.§ 2.Si vero sunt sup.regulam,ēt distingue. Nā si sunt ad pęnā culpæ admissæ,tenentur,de simo. dilectus,el 2.& c. quoniā. Si uero sunt ad cautelā culpæ futuræ præcauendæ:vt cum libidinoso mandatur ieiunium,non tenetur,nisi quando uerisimiliter videt aliter se non posse vitare peccatũ similiter nec si sunt in augmentum meriti, vt: suscipere martyriũ . se affligere inedia , & hmôi: quo casu loquitur c.gesta.74.dist.vbi dr̃, non posse aliquib.indici vitā strictiorem.qđ indubitatum est,si indicatur à solo prælato, vel ab eo cum minore parte collegii ; imò si ipse cũ maiori parte uellet aliam religionem imponere,quia maior pars hoc non potest sine consensu oĩum,& superioris,ſm Host.in c.cũ dilecti], ꝙ met.caus. Si uero in eadem religione maior pars faceret statutum arctans ad vitam strictiorē, sunt opiniones an alii obligentur. Nam quidā dicunt , quod licet superior sine voluntate oĩum nō possit mutare strictiorem ordinē,qđ me.cau.c.cũ dilectus, pōt tñ facere cōstitutiones austeriores; vt no. Vin. & Host. de reg.suꝑ eo.vbi Pan.q̃rit an maior pars conuentus possit reformare regulam antiquitus institutā in vita minori. Alle.Inno. tenentem, ꝙ sic,q̃ ēt plus sētit,s.qđ pōt per statutũ arctare singulos ad regulā arctiorem antiquitus institutā.stante eadē religione. Et sequitur Præpo.in c.ante trienniũ,in ver. tñ si per statutũ , dist.31.& idem Pan.vbi sup.& glo. in regula, quod oēs,lib.6.& Io.And.de reg.Ioan. Et fundamentum istorum est;primo c. vnicũ, de sta. reg.libr.6.vbi monialibus indicitur clausura, quæ non erat de regula. Secundò, quia in voto obedientiæ intelliguntur statuta , & ordi-

natio.

nationis, quas possunt facere plati: & tertio, quia religiosus transtulit suam voluntatem in superiorem Sed Pet. dubitat de hoc, & declinat ad contrarium, & gl. in c. gesta, dist. 74. Ego vero dico, quod prima opi. est vera, q̄tū ad statutum reformās regulā antiquā, vel cōferens ad pleniorem eius obseruantiam, quo 7 casu procedunt oīa, quæ pro eis adducuntur: non aūt est vera quantum ad statutum arctās ad aliquid, su. eam, tum quia non plus potest prælatus cum maiori parte capituli in præcipiendo perpetuo, & omnib. per statutum, q̄ in præcipiendo ad horam, & huic vel illi ore tenus: cui etiam cum toto conuentu nihil potest præcipere, su regulā, ſm S. Th. & oēs, qui suo tēpore, vel añ fuerunt, vt patuit, tum qa obligatio religiosi ad obediēdum est tota ex suo voto, vnde vltra voluntatem, & intentionem vouentis non potest extendi, quæ limitatur secundū regulā expresse, vel implicitè intellectam, sicut & de potestate: seu iure prælationis, vbi su. dicit S. Th. tum quia austeritas nouiter indicta concernit singulos de religione, vt singulos, non vt vniuersos, & consequēter non potest indici per consensum collegij, qui in maiori parte consistit: sed requiritur consensus singulorū, per d. reg. quòd omnes. Quod autē dicit Pan. vltra alios, quòd etiā solus abbas non potest: qa in licitis imprebilibus quantuncunque duris non pōt monachus resistere, ſm regulam est falsus: quia intelligitur in licitis non solum secundum se, sed etiam respectu præcipiētis licitè, alioquin abbas male affectus cogere posset monachū male visum desperare. ¶ Ad primū autem in contrarium dico, quod illud c. vnicum, procedit in his, q̄ expediunt ad obseruantiā professionis antiquæ regulæ religionis, vel Christianitatis: sicut clausura ad obseruātiam castitatis in monialibus: vnde dicit ibi Io. Mo. & Arch. quod modus conuersandi taxatur ibi ſm naturam rei: cum nō deceat mulieres euagari. de iud. mulieres, lib. 6. ¶ Ad ſm, dico verum esse de ordinationib. & statutis expedientib. antiquæ regulæ. ¶ Ad tertium autem dico religiosum transtulisse suum votū in superiorem non simpliciter, sed secundum limites regulæ tantū: alioquin in ius plationis vltra eos se extenderet, cōtra S. Th. Vnde dico, quod nec Papa pōt me adstinguere ad macerationes corporis maiores, q̄ sint cōes in Ghristianitate, vel in ordine meo, nisi pœnā culpæ commissæ vel quatenus expediret mihi ad obseruantiam regulæ meæ, vel Christianitatis, quam sum in baptismo professus, de clericis autem secularibus arctandis, dic, vt in c. pen. quod me. cau. & per Præpo. in d. ante triennium. De obedientia autem clericorū, & religiosorum non exemptorum, vide su. Obediētia. §. 7. & 8.

Septimo † quæritur, pro intellectu voti paupertatis, quomodo religioso sit mortale aliquid circa hoc? Et dico multa. ¶ Primum, Monachis prohibitum est sub terribili præcepto hr̄e proprium. de sta. mo. cum ad monasterium, & vniuersis religiosis, eo. ti. monachi Quod quidem proprium sumitur tripliciter: primo, ſm Host. vt importat dominiū rei iustis modis acquisitum: secundo pro dño vsurpato: & sic quātum ad religiosos propriū secūdū Arc. post Io. And. in nouel. in d. cap. cum ad monasteriū, dr̄ q̄cquid celatur abbati, seu alij prælato suo, vel contra eius voluntatem tenetur. Si autē prælatus concedat vsum alicuius rei ad libitū, non vr̄ proprium, quando in quantitate, vel qualitate, nihil celatur prælato, nec sine eius licentia aliquid recipitur, vel expēditur: & paratus est ad iussum abbatis totum reddere. Tertio sumitur pro effectu iusti dominij, qui est vti re non solum ad proprium vsum, vel necessitatem, sed ad libitum, & sic dicit Arch. quod prælatus non p̄t cū subdito dispensare, vt habeat proprium, i. aliquid simpliciter in sui dñio: vt propria authoritate sine volūtate superioris possit facere q̄cquid velit ēt in damnum monasterij: immo secundum Inn. in d. c. cum ad monasterium, nec sūmus Pontifex in hoc valet indulgere; quod indubitate verum est, si sit monachus, seu religiosus, secundū S. Tho. & Pe. de Pal. quicquid sit de illa opin. quæ dicit, quod pōt monachū facere laicū, & vxorare, ac in proprio dispensare, q̄ vr̄ Host. & Io. And. Vnde ſcd̄m Archid. talis dispēsatio in plato est mortale, cum exponat ouem ¶ Secundū. Si quid a prælato ad vsum conceditur, habet subditus in illa re vsum, i. ius vtendi re aliena, salua substantia non autem fruendi. Vnde potest præcise accipere necessitatem suam, non autem alicui dare; non autem habet in ea vsumfructum, idest ius vtendi, & fruēdi saluo, &c. vt scilicet vltra suā necessitatem possit de residuo donare etiam eleemosynaliter, etiam si esset de bonis paternis: quia omnia sunt monasterij. 12. qu. 1. non dicatis, nisi habeat licentiam dandi, & tunc bene vtatur: alias peccat, & tenetur restituere monasterio recipiens, ex turpi causa, & similiter, qui ex dono: & si dans non habebat

licen-

licentiam,vel ipſe indigentiã,ſm Arch.¶ Tertium. Si aliquis vſusfructus monacho relinquatur,abbas põt illum auferre,ꝑ no.in auth. ingreſſi,C.de ſacroſ.eccl.& in c.2.de ſtat. mo. & ſi addatur, ꝙ ſi moleſtet monachum,cadat a legato,de hoc gloſſ.in l.Lucius,§.tres hæredes,ff.ad Treb. & ibi Bartol. & Cyn.in l.quoties,in fi.C.de dona.quæ ſub mo. & Bartol.& Bal.& Io.de Imo.in l.ſi alienum.ff. de hæred. inſti.& conclude,ꝙ ſi legans diſponat ꝑ viam pœnæ,non valet:quia impoſitio pœnæ ſuper facto impoſſibili de iure, vel de facto non valet,l.cerdonẽ,ff.de oper.li.2°.& C.de his, quę pœnæ,no.l.1.Si ãt vult, ꝙ non poſſint moleſtari dicat,lego,vel relinquo vſumfructũ tali monacho,donec, & quouſque abbas faciat ei qõnem,& ex tunc non relinquo, vt dicit Bal. in d.l.1.& Pan.in d.§.tres,ſed in eo,quod habuit monachus ante controuerſiã, poterit abbas controuerſiã facere,& illi auferre ſm p̃dictos.¶ Quartum.Secũdũ Arc. religioſus de licentia p̃lati habens multa ſuperflua non eſt ꝓprietarius,ſi paratus eſt oĩa reſignare in manib.eius,licet vterq; peccet,& ſi prælatus nõ facit q̃tum p̃t ſine magno ſcandalo,vt viuatur in communi,non eſt in ſtatu tuto.arg.d.83.error.Subditi vero dictæ cõitati reſiſtentes, nõ quia non poſſent ſufficienter viuere, ſed quia volunt abundare, & de ſuis ſuo modo facere,videntur in malo ſtatu, cum ſeculariter viuant,& velint perſeuerare:quod prohibetur, in c.relatum de reg.Hæc ex illo.

8 Octavo † quæritur,quid de intellectu voti caſtitatis? Et dico, quod religioſus tenetur ad vitanda ea,q̃ cuilibet Chriſtiano ſunt peccata mortalia iuxta dicta ſup.Luxuria, per totũ,q̃a licet euitatio peccatorum nõ cadat ſub voto propriè cadit tñ large,vnde omnia talia ſunt ei ſacrilegia, ẽt ſi ſint ſolæ cogitationes, vt patebit,inf. Sacrilegiũ. Et ulterius tenetur non contrahere matrimoniũ, d.c.cum ad monaſterium, de regularibus.

9 Nono † quæritur, vtrum religioſus magis teneatur obedire patri, aut matri carnali neceſsitatem patienti, & requirenti,quã ſuo p̃lato impetrãti contrariũ? Et dicit Richardus quod patri in ſpectantibus ad neceſſitatem illius præcepti.Honora patrẽ tuũ, quia ad hoc tenetur iure naturali, & diuino, a quo nulla profeſſio abſoluit, cum obſeruentur conſilia vt p̃cepta melius impleantur, in alijs vero magis tenet p̃lato. Sed S.Thom.3. quolib. ar.16. tenet contrarium, ſi religioſus ſit profeſſus, de quo loquimur;vt ſupr.Relig.2.§.7.recitatum eſt, & idem Alex.in 4.parte,dicens,quod religioſus ſolum tenetur patri in his,quæ põt exhibere ſine detrimento ordinis regularis, vt orare,conſulere,& honorare.¶ Quantum aũt ex S. Th. vbi ſup. & Nico. de Ly. Matth. 15.colligitur, diſtinguendum eſt ſic. Nam ſi pr̃ erat in tali neceſſitate, antequam filius ingrederetur,peccauit intrãdo, quia tenebatur ei ſubuenire, & cõſequenter poſt ingreſſum magis tenetur pr̃i,q̃ prælato, q̃a actio competens contra aliquem ex contractu,vel quaſi, non extinguitur per religionis ingreſſum:aut ſi, vt quidam volunt, extinguitur, quia talis pro mortua habetur.C.de epiſ.& cler.l.Deo nobis, §.hoc etiam incognitum tñ ſm eos ex edicto ex capitis diminutione reſtituitur,l.tutelas.§ iniuriarum,ff.de cap.dimi.Vnde ſecundum Doct.poſt ingreſſum poterit exactione, vel obligatione,quia prius tenebatur conueniri,ſed per abbatem,vel ſyndicum reſpondebit.C.de ep.& cle.auth.cauſa,quæ ſit cum mona.& no.in auth.de mona.in princ. & in auth. de ſanct.epiſ.§.prouidere.Ergo multo fortius ex obligatione diuini præcepti, immo etiam iuris poſitiui,quo tantũ pr̃i tenetur, quod eũ vendere poteſt pro neceſſitate famis,l.2.C.de pa.qui fil.diſt.& ei tenetur ad alimenta,l.filia, C.de pa. po. etiam ſi pater ſit relegatus propter inceſtuoſas nuptias,ut in auth.de ince.& ne fa. nup. & cõſequẽter ſine cã iure ſuo priuari nõ dẽt,vt no.in c.ſatis peruerſum,d.56.& in cap.vlt.19.q.vlt. & facit text.30. diſt. ſi qui filij.Immo vr̃,quod ſi ex ingreſſu ſit inhabilis ſuperuenire pr̃i, monaſteriũ teneatur, q̃a eſt loco hæredis,& filij eius,qui ingreditur,vt in auth.de ſan.epiſ.§.ſed hoc præſenti, de prob. in præſentia,in fi.hæredes aũt licet extranei, præſtare tenẽtur alimẽta,ar.l.ſi quis a liberis. §.item reſcriptum,ff.de lib. agno.Si autem pr̃ non erat in tali neceſſitate, quod filius teneť ei ſubuenire,ſed in eã poſt eius ingreſsũ deuenit,non poterit ei filius ſubuenire cõtradicente prælato,quia iã eſt obligatus ei,& cõſequẽter Deo per votũ, & conſequẽter maiori vinculo: q̃a p̃ceptũ oſſeruãdi votũ eſt de prima tabula:honorandi vero parentes eſt de ſecunda,& præterea ſemel Deo dicata iuſte cõtra eius voluntatẽ vſurpari non poſſunt,facit regula ſemel,de reg. iur. & præterea iam ſuũ velle iuſte factũ eſt alterius. 19.qu.vlt.ſtatuimus.12.q.2.nõ dicatis.ff.de reg.iu. l. velle non credit, & cõſequẽter non aſtringitur, niſi vt vult ille, q̃ hẽt velle eius; cum inanis ſit actio quam excludit inopia debitoris, in l.in his,

ff.de

ff. de dolo. Nec obstat, ꝙ præceptum diuinum erat ante ingressum: quia tunc non obligat, & consequenter postea non tenet, per regulã, factum legitimè, de reg. iu. lib. 6. sicut si patre non indigente dispensasset bona sua pauperibus, superueniente patris necessitate repetere non posset.

10 DECIMO † quæritur, vtrum religiosus assumpt. ad ep̃alem dignitatem absoluatur a uotis, aut obseruãtiis regularibus? Et dico, ꝙ tenetur ad tria vota, & habitum deferendum, de vi. & ho. cle. officia in fi. Vnde dicit S. Tho. 2. 2. q. 188. ꝙ non absoluitur à uoto paupertatis sicut nec a uoto continentiæ: quia nihil debet hr̃e tanquã proprium, sed sicut dispẽsator ecclesiæ, similiter nec a uoto obedientię, sed per accidens obedire nõ tenet, si non hẽt superiorem, sicut nec abbas monasterii. Tenetur et ad omnes obseruantias regulares non impedientes officium pontificale, sed magis valentes ad custodiam perfectionis, & consequenter ad portandum habitum suæ religionis, qui est huius obligationis signum non autem tenetur ad impedientes illud, sicut est solitudo, silentium, aliq̃ abstinentiæ, & uigiliæ graues, ex quib. impotens corpore redderet ad exequendũ officiũ illius. Põt autem secun dispensare per modum, quo, & religionũ prælati, ẜm necessitatem personę, & officii, & conniuentium conditionem. Concor. Host. in 16. q. 1. nemo. Si vero transeat ad inferiorem dignitatem, vel curam, uide inf. Relig. 7. & 11.

11 VNDECIMO † quæritur, utrum simplex religiosus possit esse iudex? Et dico quod non, vt no. ff. de iud. l. cum prætor, in glos. quæ etiam dicit idem de conuersis; sed nec potest per cõpromissum esse arbiter, ut dictum est sup. Arbiter. §. 10. & 16 q. 1 monachi. & C. de epi. & cle. l. repetita. Potest autẽ esse arbitrator, seu amicabilis compositor. in auth. vt dif. iud. §. si verò contigerit, 11. q. 3. iniustũ, quod intellige de imperio sui p̃lati, ut in d. c. monachi, & de post. c. 2. Cõcor. Veru. Host. & Alb. priores autem in ordine prædicatorũ, & guardiani in ordine minorũ bene possunt esse iudices delegati, iuxta not. ꝑ Doct. i c. statutũ. de rescr. li. 6

12 DVODECIMO † quæritur, quid consulendũ sit eiectis, & fugitiuis, qui reconciliationem impetrare non possunt, ẜm formam c. fi. de regul. Et dico ꝙ tales, vt ibi dr̃, dẽt requiri & cõpelli reintrare, salua tamen ordinis disciplina i. ẜm conuenientiam regulæ: & si non inueniunt religionem, in qua recipiantur: secundũ gl. Rayn. tenẽtur viuere regulariter, & honestè. Vide etiam supr. Apostasia, §. 5. & 6.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, quid de condemnato ad mortem, & liberato sub conditione, ꝙ intret religionem, & non egrediatur alioquin pũnietur, vt prius? Et dico quod si egreditur ad petitionem uxoris, ut tenetur, puniri non potest illa pœna, secundum Barthol. Brix. in suis quæstionibus. q. 1. & sequitur Alb. in auth. ingressi. C. de sacr. eccl.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, vtrum religiosus eodem genere peccati grauius peccet, quam sæcularis? Et dico ex S. Tho. 2. 2. q. 136. ꝙ licet peccet grauius, primò si agat contra uotum, puta si fornicetur, secundo si peccet ex contemptu, quia est ingratior Deo. tertio ratione scandali: quia ad uitam eius plures rẹspiciunt tamen cessantib. his peccat leuius: quia si peccatũ eius est leue, absorbetur multis bonis, si mortale, facilius ab eo resurgit, primo propter intẽtionem erectam ad Deũ. quæ, & si ad horam intercipiatur, tamen de facili reparat ad pristinũ: secundò quia scit corrigere peccatum: tertiò quia iuuatur a sociis.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, quæ sunt statuta omnibus religiosis in genere, & vniuersaliter? Et dico ꝙ multa. ¶ Primò, ne prælatis in sermonibus detrahant, uide sup. Prædicator, §. 6. ¶ Secũdo, ne retrahant aliquos ab ecclesiarũ suarũ frequẽtia. s. detrahẽdo, & hmõi illicitis. ¶ Tertiò, ne pronuntient indulgentias indiscretè, s. falsas, vt sup. Indulgentia, §. vlt. ¶ Quarto, ne retrahant testatores, cũ intersũt confectioni testamentorum, à restitutionib. debitis, aut legatis matricib. ecclesiis faciẽdis Circa ꝙ dicit Pet. de Pal. quod possunt procurare magis sibi legari, q̃ alii, modo non faciãt uerbis illicitis, vel animo maligno contra ecclesias matrices: q̃a nullum erat ius quæsitũ. Sed frater Aluarus dicit, quod est mortale in hoc casu, & verius est postq̃ uiderint in testõre propositũ legandi dictis ecclesiis, non autẽ ante: quia aliud est retrahere, aliud est diuertere, vel ꝑuenire. ¶ Quinto, ne legata, vel dubia aut male ablata icerta sibi, vel sui ordinis fratrib. vel conuentib. in alterius p̃iudicium, fieri, vel erogari procurent. ¶ Sextò, ne absoluãt a casibus Papæ, vel ep̃is reseruatis, & hæc oĩa præcipiuntur in virtute sanctæ obedientię, & sub interminatione æternæ maledictionis. in clem. religiosi. de priuile. vbi etiam sunt tria, quæ sequuntur. ¶ Septimò, sub eadem prohibitione prohibetur eis ne personas ecclesiasticas, præsertim coram iudicibus delegatis a sede apostolica suam contra eos iustitiã prose-

quen-

quentes,uexare indebite,aut ad loca plura,& præſertim multum remota conuenire præſumant:¶ Octauò ꝑcipitur prælatis religioſis, ad quos aliquid peruenit occaſione præmiſſorũ, quòd niſi intra mēſem plene ſatisfecerint eccleſiis damnificatis de eo, quod ad eos peruenit,poſtquã fuerint requiſiti, ipſo iure ſint ſuſpēſi,quouſq; debitã fecerint ſatisfactionē. ¶Nonò,ne miniſtrēt extremam vnctionem, euchariſtiæ ſacr̄m,nec ſolennizent matrimonium,nec abſoluant excōicatos,in caſib. non conceſſis,nec a pœna,& culpa: de quo dic ut ſup.Excōicatio 7.§.14.¶Decimò,nullus religioſus poteſt vigorē literarum apoſtolicarũ, uel legatorum alibi conuenire aliquem ſibi ſubditum ratione aliquorum locorum, niſi coram eo,coram,quo de iure conuenit,clem. 1.de reſcr,¶Vndecimo,nullus religioſus eligi poteſt in prælatum alterius religionis,vel habitus,niſi ſolum in epiſcopum, cle. 1. de elec. ¶Duodecimo, prohibetur prælatis alienatio rei eccleſiæ.cle.1.de reb. ecc. non alie. vt inf. Suſpenſio.§.6.¶Decimotertio præcipitur,ne ad iurandum,ad uouendum,vel promittendũ inducant aliquos,ꝙ non mutabunt ſepulturã apud eos,de quo ſup.Excōicatio 7.§.16.¶Decimoquartò,ne decimis eccleſiis debitas vſurpent.cle.1.de deci.de quo ſup.Excōicatio 9.§. 36.¶ Decimoquinto præcipitur mendicantibus,ne aliquem ad profeſſionem recipiant ante completum annum probationis,c.non ſolum,& c.conſtitutionem,de reg.lib.6.

¶ Decimoſexto, ne ſtatum Beguinarum foueant.cle.1 de reli.do. & ſup.Excommunicatio 9.§.39. ¶ Decimoſeptimo, ꝙ horis debitis in eccleſiis officiũ ꝑſoluant.cle. 1. de cel. miſ. ¶ Decimooctauo, ꝙ non dimittãt habitũ ſuæ religionis,nec vadant ad ſtudia, ut phyſicã, vel leges audiant,c.vt periculoſa. ne cler. vel mo.lib.6.de quo ſup.Excōicatio 7.§.24. ¶Decimonono,ꝙ non dicant aliqua,vt retrahant audientes a ſolutione decimarũ:& ꝙ requiſiti prædicent dē eis populo,&.quòd confeſſores non omittant facere conſcientiã confitentibus cle.cupientes.de pę.vide ſu.Excōicatio 9.§.44.¶ Vigeſimo, ꝙ mendicantes nō capiãt loca de nouo c.cum ex eo.de exceſ.prælat.li. 6.& d.cle.cupientes,vt ſu.Loca,per totum. & ſup.Excōicatio 9.§.43.¶ Vigeſimoprimò, ꝙ non celebrent in caſtris, aut villis, niſi quatenus eis a iure permittitur,ca.epiſcoporum,de priuil.li.6.¶ Vigeſimoſecundò, quòd ſeruent interdictum omne, quod viderint ſeruare matricem eccleſiam. cle. 1. de ſent. excomm.

& ſup.Interdictum,6.§.3.& Excommunicatio 9.§.46.Et idem ceſſationibus a diuinis, vt ibi.Quæ autem præcipiantur monachis, vide inf.Religio 7.§ 15.

16 Decimosexto † quæritur, quas excommunicationes religioſi incurrant? Et dico, ꝙ eã incurrũt in caſu 9.& 13.& 14.& 15.& 16. & 18.& 19.& 20.& 21.dictis in §.priore.Item ſepeliendo corpora tꝑe interdicti,ut ſup.Excōicatio 9.§.35.Item eundo ad curias principũ ſine adminiſtratione,vt ſup.Excōicatio 9. §.38. Item portãdi arma intra ſepta monaſterii,vt ſup.Excōicatio 9.§.38.Item contrahendo matrimonium de facto,ut ſup.Excōicatio 9.§.40.Item ingrediendo monaſteria monialium ordinis Prædicatorum, & minorum, ut ſup.Excōicatio 7.§.51.Item mendicantes trãſeundo ad aliam monachalem religionē præter Carthuſienſem, vt ſup.Excommunicatio 7.§.45 Item minores recipiēdo eos de tertio habitu ad diuina tempore interdicti, ut ſupr. Excommunicatio 7.§.18. Itē inquiſitores.qui odio &c.ut ſup Excommunicatio 7.§.13.

17 Decimoseptimo† quæritur,utrum religioſus de religione poſſit expelli ꝓpter peccatũ,ſi ſit paratus corrigi,& pęnam ſuſtinere? Et dicit S.Th.in 12.quol.ar.37.ſi tamen eſt S. Th. ꝙ ſc̄m Apoſtolum malum eſt auferendũ; quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit: ſed per pęnam corporalem auffertur etiam pœnitens:ſicut ſuſpenditur homicida,etiam pęnitens. Per ſpiritualem vero hoc eccleſia non facit, niſi quis ſit contumax: qꝛ per pœnam corporalē aufertur bonũ tpalē recompenſabile per bonum maius. per ſpũale vero bonum ſpũale irreçompenſabile. Et iō talem pęnam,ſ.expulſionis, religio nō dēt infligere volenti corrigi:quia eſt ſicut excōicatio in ecceleſia. Vnde nullus niſi ꝑ ꝑ contumaciam expellendus eſt,ſed ſequeſtrandus in carcere, vel alio modo. Vtrum autem poſſit eſſe exequutor teſtatorem?Et dico ut infr.Teſtamentum,2.§.2.Vtrum autem poſſit exequi officium tabellionatus inf.Tabellio.§.3.Vtrũ autem poſſit eſſe teſtis, inf. Teſtis.§.1.

RVRSVS DE RELIGIONE VII.

ſpecialiter quantum ad monachos, profeſſos,& monachas.

1 *Monachus, & monacha quid.*

2 *Monachus an poſſit habere locum in duobus monaſteriis.*

3 *Monachus an pręficiatur eccleſiæ ſeculari non collegiata, & quid de cellegiata curata numero 4. 6.7.8.*

RELIGIO rursus septimo considerari potest specialiter quantum ad monachos professos, & monachas.

1 PRIMO † ergo quaeritur, quid veniat his nominibus? Et dico, quod monachos a solitudine nomen accepit: quia monachus Graece, Latine singularis, id est separatus a conuersione secularium, 16. q. 1. c. 1. iuncta gl. & scd'm Pan. in ca. ex parte, de postu. constitutio emanans respectu religionis: licet loquatur de monachis: tamē extenditur ad omnes religiosos: nisi possit diuersitatis ratio assignari. Et sic habemus, ꝙ nomine monachi venit omnis religiosus, eo modo quo monachus est proprie, idest strictè: & hoc in omni materia, nisi appareat ratio spālis drīę, & eodem modo nomine abbatis intelligo, quod venit praelatus ordinarius immediatus religiosi collegij: & nomine monachae, siue monialis omnis foemina religiosa propriè: & nomine monasterij omnis cōuentus, siue locus religiosi collegij: nisi appareat ratio specialis drīae. Quomodo autem differat monachus, conuersus, & oblatus, vide su. Oblatus.

2 SECVNDO † quaeritur, vtrum monachus possit habere locum in duob. monasterijs? Et dico, quod nullo modo. de reli. do. c. fi.

3 TERTIO † quaeritur, vtrum praefici possit in aliqua ecclesia seculari non collegiata curata? Et dicit Io. in gl. sum. 16. q. 1. quod secundū antiqua iura non poterat praeesse ecclesiae parochiali, nisi ex necessitate, dist. 55. priscis. hodie vero ēt pp vtilitatem: quia magis probati sunt monachi esse vtiles, quā seculares. Et secundum Host. si ecclesia ad monachos, non pertinet pleno iure requirit assensus abbatis, & authoritas epi, & sic intellige, 16. q. 1. a. §. ecce in hoc vsq. ad §. his omnibus etiam si eps verbis dispensationis non vtatur, scd'm Ioan. An. in c. quod Dei timorē, de sta. mo. Non aūt pōt abbas solus curam committere, nec monachū praesentare inuito epo: multo minus hoc potest in ecclesijs nullo modo pertinentibus ad monachos, & sic intellige. 16. qu. 1. a prin. vsque ad §. ecce in hoc. Sed si abbas dissentit, & eps assentit, obediendum est abbati. 16. q. 1. Sed si ecclesiae vtilitas exigat: vt secundū Host. quia non inueniuntur idonei clerici, & monachus est ꝑdicator, & honestus, cogi debet abbas per superiorē, d. c. pro vtilitate iuncta gl. secundū Io. An. vbi sup. cogi potest per epm, si nō sit exemptus: nō autem si sit exemptus: & facta institutione exemptus est ab abbate: & solus eps est sibi abbas, & secundum eundem tenebitur ad officium parochiale, & quantum bono modo poterit, conformabit se presbyteris, & clericis in licitis, dist. 41. quisquis, quia absolutus est ab omnibus obseruātijs regulae, quas commode obseruare nō pt, saluis substantialibus. 18. q. 1. ca. 1. In Ecclesijs autem, quae ad monachos pertinent pleno iure, praefici potest sola authoritate abbatis, & conuentus, secundum Io. And. 16. q. 1. visis, vel etiam solius abbatis, si ad eum pertinet ecclesiae prouisio. Est autem idem, vt dicit in canonico regulari, vt in d. cap. quod Dei timorem. Quomodo autem possit cogi abbas nō exemptus hoc casu per episcopum, non video cum authoritatis iuris possit ei resistere: & praeualere: ideo dico, quod cogetur per metropolitanum Ponteficem.

4 QVARTO † quaeritur, vtrum praefici possit in ecclesia collegiata curata? Et dico secundū Car. & doct. in cle. 1. de elec. quod ecclesia nō curata non potest ei committi: de curata autem distinguitur. Nā si cura sumatur propriè scilicet parochialis, s'm omnes, ad eam potest eligi: si vero sumatur impropriè, vt est ea, quā praelatus ecclesiae collegiatae habet in illos de collegio. glo. ibi dubitat, dicens hoc indigere declaratione. Pano. vero dicit, quod etiam ad hanc potest assumi: quia nō potest talis praelatus non habere curam sui collegij, quod etiā sequitur. Car. dicēs, hoc cōmuniter teneri, ꝙ indistinctè per dispensationem epi possit praefici ecclesiae curatae, etiam non habenti aliam curam nisi collegium, & consentit Ioan. Cal. & Fede. ¶ Adde. quod no. Pan. in d. c. quod Dei timorem, ꝙ regulares possent promoueri ad ecclesias seculares curatas principaliter propter officium predicandi, & sic pp bonū curę. Ex quo infertur, ꝙ si religiosus ad ista aptus non est, nō pōt licitè promoueri. Haec ex illo, qui vīt id, quod de monacho dictum est, extendere ad oēm religiosum, siue regularē, & verum puto: sed hoc loco nomine abbatis non

veniet

veniet semper prior, sed prælatus potens licentiam dare commorandi extra ordinem.

5 QVINTO † quæritur, vtrum possit promoueri ad beneficium simplex, vel ad canonicatum? ¶Et quantum ad beneficium simplex, dico, ſm Arch. quod religiosus non potest habere beneficium simplex, vel capellam non curatam sine dispensatione Papæ, & concor. Pã. in d.c. super eo. de reg. Vnde non potest habere canonicatum, vel aliud beneficiũ simplex in ecclesia collegiata, ſm Pan. in c. quod Dei timorem. de sta. mo. etiam dispensante episcopo, ſm Cal. licet secundum gl. in c. quorumdã di. 74. possit ibi esse episcopus, vt in c. vno. 18. q. 1. & hoc quia in beneficijs simplicibus cessat priuilegium curæ, gr̃a cuius promotio ad ecclesiam sæcularẽ permissa est, vt no. in d.c. quod Dei timorem. nec scd̃m Io. An. in nouel. super d.c. quod Dei timorẽ post Host. potest in ecclesia collegiata Canonicorum sæcularium habere p̃bendã, aut personatũ, vt præposituram, & decanatum: nisi ob necessitatẽ curæ id fiat, & dispensatiue dispensatione facta de consilio, & assensu capituli, cum sit de maioribus, de quo tamen dic, vt §. sequ. Si tamen talis ecclesia collegiata esset regularis secundum Pan. in c. quod Dei timorem monachus vnius monasterij promoueri posset, vt esset in ea canonicus large.

6 SEXTO † quæritur, vtrum prædicta, s. quod tam monachus, quã canonicus regularis suadente necessitate, vel vtilitate possit promoueri ad ecclesiam sæcularem curatã, sit verũ de iure cõi, vel ex dispẽsatione? Et distinguit Pan. vbi su ¶Nã quantum ad dignitatẽ ep̃alẽ, ſm omnes, hoc est de iure. tex. est in c. vnico. 18. q. 1. & in cle. 1. de elec. & in cap. si religiosus. & in c. quorundam de elect. lib. 6. Quia ibi per Canonicos in ep̃os eliguntur sicut & abbas, in d.c. si abbatem, de elect. li. 6. quod non fieret, si esset de iure inhabilis, sed postularetur, vt in c. si. de postu. præla. ¶Quantum vero ad ecclesiam inferiorem, si quidem sit collegiata, non promouentur ad canonicatum, vel ad beneficium simplex, vt in ca. super eo. de reg. ẽt ep̃o dispensante, ſm Cal. vt dictum est ad ipsam ẽt dignitatem talis ecclesiæ: puta, vt sit præpositus Host. tenet, ꝙ non possit fieri sine dispensatione: alij vero dicunt, ꝙ sicut in ep̃m in sæculari, ita & in p̃positũ in collegiata ecclesia promoueri possunt eadẽ ratione. Et placet Pano. cum nõ reperiatur hoc iure prohibitum, & eadem sit rõ; cum ep̃s faciat vnum corpus cum suis canonicis; & militet ratio curæ, & prædicationis hoc casu, vt in d.c. quod Dei timorem. Si verõ ecclesia nõ sic collegiata: tunc aut non est curata, & non potest eam religiosus obtinere, quia cessat ratio curæ, aut est curata, & communiter tenetur, ꝙ iure communi promoueri possit: licet contrarium teneant domini de Rota.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum possit habere curã animarum in ecclesia, vbi monachi collegialiter habitãt? Et dicit Pan. in ca. 1. de capel. mo. quod non, sed dẽt ab ep̃o capellanus institui, qui populum regat de consilio monachorum, secus in alijs, vt dictum est.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum præfici posset ecclesiæ quorumcunq. regularium? Et dico, quod nõ: vnde si eligitur quis alterius religionis in prælatum, non valet electio. clem. cum rationi. de elect.

9 NONO † quæritur, vtrum promoueri possit in casibus præmissis sine licentia sui abbatis? Et dicit Pan. in d. ca. quod Dei timorem. quod non, vt in c. si religiosus, de elect. libr. 6. immo nec in Papam, vt no. gloss. in cap. quam sit. 18. q. 2. Sed si abbas nolit consentire, & necessitas, vel vtilitas suggerit, cõpelli potest ad cõsentiendum, vt dictum est. Et hoc nota pro puella non potente nubere ex statuto infra 25. annum, sine consensu duorũ agnatorũ, q. ea eligente sponsum dignum nolunt consentire sine causa legitima: potest. n. superior cogere eos ad consentiendum, vel dabit licentiam nubendi, vt tenet Bar. in l. si cum dotem, ff. sol. mat.

10 DECIMO † quæritur, vtrum monachus ecclesiæ præfectus, possit esse sine socio monacho? Et dicit Host. ꝙ sic. Inno. vero quod non & vterq; habet motiuum in d.c. quod Dei timorem. Sed Pan. in c. monachi. extra eo. distinguens dicit, quod non debet institui sine socio sui ordinis, qñ ecclesia est subiecta monasterio: ita ꝙ iste non desinit esse obedientiarius monasterij. Et hoc secundum Ant. de Butri. limitandũ est, si commode illum habere potest: vt de canonico regulari dicitur in eo. c. Secus, inquit, Pan. si religiosus promoueretur tanquam quilibet clericus sæcularis ad ecclesiam parochialem: quia cum desinat esse monachus monasterij, nullam habebit amplius connexionem cum eo.

11 VNDECIMO † quæritur, vtrum dictus monachus factus rector ecclesiæ sæcularis teneatur ad regulã, & statuta ordinis sui? Et dico indistinctẽ, quod sic quãtũ ad tria vota substantialia, & delationem habitus etiã si esset ep̃s, de

vi. &

vita & hon.cle.clerici officia.in fi.& si temere habitum dimittit, efficitur excommunicatus, vt su.Excõicatio 9.§.24. sed tamen quantum ad obedientiam opus est distinctione. Nam si transeat ad epatum,penitus absoluitur a iurisdictione abbatis.18.q.1.c.vnico,& similiter si transfertur ad ecclesiam abbati non subiectã, nec in spiritualibus,nec in tpalibus.16.q.1.parochia.sed subijcitur imperio epi,qui de cætero erit abbas suus,secundum Host. Si vero sit subiecta abbati in temporalibus solum eximitur ab eius obedientia, quo ad spiritualia. 16. q.2.visis,& ca.sanè.Si vero sit ei subiecta quo ad spiritualia solum, eximitur quo ad temporalia:si autem sit ei subiecta in omnibus ex toto,illi obediet.Quantum vero ad alia a tribus votis,si sit episcopus,dic, vt su. Religio 6.§.6. Si vero non sit eps, si ecclesia pleno iure sit abbati subiecta,seruabit omnia sicut prius,secundũ Host. ꝑter tria, quæ in ecclesia seculari cõmodè seruari non possunt,s.ieiunium,silentium,& vigiliæ, arg.43.dist sit rector, 16.q.1. nemo potest.Si vero ecclesia non pertinet ad monachos,sed ad episcopum, absoluitur a tribus prædictis,s.ieiunio,silentio, & vigilijs. d. ca.nemo, sed tenetur abstinere a carnibus, vt in d.c.quod Dei timorem,nisi in aliquibus casibus.Primo,si sit infirmus.de consec.di.5. carnem. Secundo imperante episcopo ,q.abbas suus est . Tertio si non habet socium, & sine scandalo conuiuentium abstinere nõ potest, secundum Goff.alleg.c.quisquis,dist.41. & de sta.mon.recolens.§.1.Quarto,si sit factus eps secundũ Host.&,vr̃ sequi gl.in d.c. carnẽ. Sed siue sit eps,siue non,considerato diligenter d. c.nemo.dico,quod ratio omnium prædictorũ est,quia absoluitur ab his,quæ officium suum impediunt, & ab alijs non absoluitur : & est mens S.Thom.vbi sup.Religio 6.§.10.

12 DVODECIMO † quæritur, quis dispensabit cum tali monacho,si indigebit?Et dico,quod abbas.si ecclesia sit ei subiecta penitus, vel saltem in spiritualibus: vel eps,si subest epo, qui est loco abbatis.16.qõ.1.si quis monachus. Si vero sit exempta,secũdũ Sum. Ang. recurret ad Papam.Sed melius dic,sicut de epo dictum est sup.Religio 6.§.10.ꝙ ipse secum dispensabit,sicut plati religionũ. quia non ibit ab Anglia Romam,si indiget vti carnibus vna die.

13 DECIMOTERTIO† quæritur, vtrum monachus confiteri possit episcopo , vel pœnitentiario?Et dicit Rod. quod sic, nisi sit exẽptus, vel priuilegiatus a Papa.

14 DECIMOQVARTO† quæritur,quid iuris de carnibus manducandis a monacho, vel a Carthusiensi.Et dicit S.Tho.in 9.quoli.ar.4. quod monachus carnes manducans sine causa rationabili , s.infirmitatis , & sine licentia prælati non peccat mortaliter , sicut nec frangendũ silẽtium: quia ista ceremonialia communiter non sunt in præcepto:posset tamen esse mortale ratione contemptus, vel præcepti,cũ fieret a prælato:quo casu intelligitur imponẽda pœna carceris:de consec.dist.5. carnẽ, quæ.s. non imponitur,nisi pro mortali. De Carthusiensi autem dico,vt sup.Iuramentum 4.§.10.

15 DECIMOQVINTO† quæritur,quæ sunt ea, quæ in iure monachis specialiter præcipiunt, aut prohibentur ? Et dico,ꝙ sunt decem, quæ no.in cle.ne in agro.de sta.mo. ¶Primo,quod habitum deferant secundum formã ibi positã, & hoc tangit nigros solũ. ¶Scdo, ꝙ omni mense confiteantur,& cõicent.¶Tertio,ꝙ is, qui præest,exponat per se, vel alium vulgariter regulã in capitulo, & hæc ẽt astringunt nigros solũ,secũdũ Sum.Ang. Sed Arc. post Io. And. dicit satis esse honestum,vt extendatur ad omnes.¶Quarto,quod non vtantur camisijs.de stat.mo.cum ad monasteriũ.¶Quinto, ꝙ seruẽt silentiũ cõtinuũ in dormitorio,& refectorio, oratorio: in claustro vero certis horis,vt ibi.¶Sexto,quod faciãt capitula de triẽnio in triennium.eo.ti.in singulis. ¶Septimo, ne occupentur,aut veniẽtur,d.cle.ne in agro. ¶Octauo,vt ad curias principum non vadãt, vt suis monasterijs damnum inferant: aliter sunt excõicati illi,qui administrationem non hñt. ¶Nono,ne teneant arma intra septa monasterij. ¶Decimo,secũdũ Sũ.Ang. ne carnes comedant,nisi in necessitate,i. infirmitate, vt in d.ca.cũ ad monasterium.de quo dic,vt in §. priore.Quædã tamen horum non sunt in pręcepto,secũdũ Arch.vt abstinentia a carnib. & camisijs, & de silentio, & hmõi: licet Summa Ang.videatur velle omnia esse præcepta.

16 DECIMOSEXTO† quæritur,quid velint iura de monialibus ? Et dico multa. ¶Primum . In monasterijs monialium non mendicantiũ recipi non debent , nisi, quæ possunt de prouentibus monasterij absque penuria sustentari:aliter receptio est nulla,de stat.regu.periculoso , lib.6. Et ratio fuit,vt possint seruare clausurã,& sic si aliqua sit ingressa.i.professa, nubat,tenebit matrimonium,quia professiõ est nulla. ¶Secundum. Omnes moniales regulariter debent esse sub perpetua clausura.d.ca. periculoso,nõ obstante, ꝙ religiosis non possit indici strictior vita : quia hoc non est verũ in

1 PRIMO † autem quæritur, quid iuris de damnificante quantum ad animam, siue quantum ad mores? Et dico multa. ¶ Primum. Licet nullus possit sufficienter esse cã peccati alterius. 15. q. 1. non est quia, s. voluntas, in qua peccatum consistit, cogi non pt; tñ potest quis esse eius occasio dicto, vel facto, aut exemplo, qđ qui facit, tenetur ad restõnem, secũdũ Archi. & Sum. Ang. ac Ros. & Supp. post Sco. reducẽdo eum ad bonos mores verbis, exemplis orationibus, & bonis operibus, & omni modo, quo potest: multo magis, quam damnificãs in rebus, vel corpore, 6. q. 1. sunt plurimi. quia q occasionem damni dat, damnum dedisse vr, secundum reg iur. in 6. Sed mihi vr, ꝙ licet talis magis peccet, quam damnificans in rebus, vel corpore: tñ prædicta dicantur impropriè: cũ restõ sit actus iustitiæ commutatiuæ, secundũ S. Th. 2. 2. q. 62. & quod ad talia est quidem obligatio communis ex charitate fraternæ correctionis, non autem ex iure restitutionis, qñ quis scienter, & sine respectu humano ad alium vult esse in peccato, quia obligatio restitutionis cessat, vbi læsus remittit liberè, vt infra dicetur, vt est in proposito. Vnde S. Th. qui diminutus non videtur fuisse, de hoc nihil dicit: sunt tamẽ vera ꝑdicta, vbi aliquis staret in peccato ex aliquo errore, vel humano respectu; puta, timore, complacẽtia, & hmõi. Vnde Rich. in 4. dist. 15. dicit, ꝙ damnificans aliquẽ in anima, vel corpore ex fraudulento consilio, tenetur: & similiter qui ex consilio malo dato per ignorantiam diligentia non adhibita, quia negligentia crassa prope dolum est. ¶ Secundũ. Retrahens aliquẽ a meliori bono; puta, religione, secũdũ Arc. tenetur eũ reducere ad aliud: sed hoc verum est vbi hoc agitur cũ præiudicio tertij: aliter non, ratione dĩcta in priori particula. ¶ Quantum autem ad id, quod de religione dr̃ secundũ Sco. in quarto, si is, q retrahitur erat religioni professione obligatus tenetur retrahens reducere illum, vel si non põt intrare ipse si sit idoneus religioni: si vero erat dispositus intrare, si hoc fecit sine fraude, & mendacio, consulẽs suæ propriæ vtilitati, adde vel volẽtis intrare, non tenetur: si vero id fecit animo nocendi religioni tenetur religioni, non ad æquiualẽs, sed ad aliqualem inductionem alterius æquiualẽtis quia interest inter habere, & prope hr̃e, & cõcor. Rich. vbi su. dicens hoc casu istum teneri religioni ad interesse arbitrio boni viri: & ita tenent Sum. Ros. & Sum. Ange. excepto, quod sine authoritate, & ratione addit, ꝙ retrahens professum non tenetur ipse intrare, si illũ reducere non potest: sed sufficit, qđ pro posse alio modo satisfaciat. Sed retrahenti professum, ꝙ teneatur illum, vel alium, vel seipsum religioni restituere, est opinio non solũ Rich. & Sco. & Sum. Ros. sed et̃ Arch. & Pet. de Pal. & S. Tho. vt patebit, & ratione patet; quia vbi potest quis restituere rẽ sublatam, vel æquiualentẽ; non liberatur, nisi id faciat, quia hoc iustitiæ æqualitas requirit. de retrahente vero eum qui propè erat, vt intraret. tenet Archi. post Petr. de Palu. ꝙ eodem modo tenetur, vt prior: & hoc etiam hñt concedere Sum. Ang. & Ros. volentis, ꝙ teneatur qui aliquem impediuit a consequutione alicuius nondum habiti non obstante, ꝙ non tenetur ad æquiualens: quia vbi nõ potest reddi pars sine toto, tenetur quis ad totum fauore iustitiæ, & religionis, ar. l. q̃ritur, ff. de sta. ho. vbi in indiuisibilibus natura potentioris solet ad se trahere minus potens. Vnde & magister Rayn. postea magister ordinis Prædicatorum hac ratione intrauit. Distinguo tamen cum Arc. qui si hoc fecit gratia suæ propriæ vtilitatis sine fraude, non tenetur: & multo minus si intẽdebat consulere animæ illius: puta, quia volebat intrare religionem, vbi malè viuitur, ar. c. de occidendis. 23. q. 5. alias tenetur. ¶ Tertiũ. Si quis subtrahat doctori scholarem intrantem, vel intrare volentem, eodem modo distinguo, vt sup. statim. ¶ Quartum. Sacerdos absoluẽs aliquẽ a peccato, vbi non potuit, ſm Veru. restituere non tenet; sed tñ tenetur ei notificare, ꝙ eum absoluere non potuit. Sed intellige, nisi ex hoc præiudicaretur tertio, cui fortè peccator restituere tenebatur: & hoc si fecit sciẽter, vel ex ignorantia crassa. Vide sup. Confessor quarto, §. 5. vtrũ aũt is, qui virginem seduxit, ad aliquid teneatur: vide sup. Luxuria, §. 5. ¶ Quintum. Qui aliquẽ lædunt malo exẽplo, vt prælati per pompas, & lasciuias, & mulieres per ornatum superfluũ, & huiusmodi manifestè peccantes, secundum Alex. non tenentur propter hoc ad publicam pœnitentiam, sed ad bonum exemplum publicum.

2 SECVNDO † quæritur, quid iuris de lædente in bonis corporis? Et dico multa. ¶ Primum. Si quis aliquem aggressus occiderit, aut vulnerauerit iniustè: licet Sum. Ang. & Ros. ex Scoto multa dicant, & multipliciter distinguant, tamen

tamen quia generalis regula dari non potest, Suppl.post Vlder.melius dicit breuiter, quod in his quibus damnum restitui non põt in se, vel in æquiualenti,recompẽsatio fiet arbitrio boni viri.Et concor.Pet.& S.Th.in 4.& 2.2.q. 62.ar.2.ad primum, in quo tamen arbitrio cõsiderabitur, quod in omni casu tenetur placare læsum quantum potest, & si fuit homicidium,aut læsio incurabilis,vt mutilatio,& huiusmodi habebitur ratio de expensis in medicos,& de interesse,secundum Spe.& de omni lucro cessante in præsenti,& in posterũ. Si vero fuit curabilis, habebitur rõ expensarũ, & p̃sentis lucri,s.cessãtis tp̃e infirmitatis.Qđ autẽ dicit Sum.Ang.post Sco.ꝙ homicida tenet̃ totam vitam suã contra infideles,vel hæreticos expendere in satisfactionẽ occisi,est irrationabile;quia,per hoc non satisfit læso. Similiter eadem ratione post eundem dicit Sum. Ros. quod satisfacit per talionem impositum a iudice.Secundum.Si tamen p̃dicta accidissẽt in defensione propter necessitatem ineuitabilem,secundũ Doc.in cle.si furiosus, de homi. nullã pęnã incurrit,nisi cãm dederit aggressuræ;vt q̃a noctu visitabat domicellas,quo casu tenetur ad arbitrium boni viri, de quo supra Homicidium, per totũ si vero necessitas erat euitabilis, vt quia sine periculo fugere poterat:non tenetur ad tantum,sed ad minus arbitrio bõni viri, considerato an ipse percussor,cãm dederit aggressuræ.¶Tertium. Cum in crimine læsæ maiestatis ex sola sciẽtia quis teneatur,nisi reuelauerit. C.ad l.Iulia maie.l. quisquis,siquis puniat eũ,q̃ iõ nõ reuelat:quia probare non potest, secundum Io.de Pla. Institu.de pub.iud.est homicida restitutioni obnoxius:quia ex scientia hic tenetur quis,si est probabilis,per l.qui accusare.C.de eden.quia nemo tenetur subijcere se tormẽtis,quæ hoc casu infligũtur delatoribus.l.3.C.ad l.Iul.maie.nec carceri,C.de accu.l.fi.quia nulla est culpa,in discrimine vitæ se non ponere. Et idem dicit tenuisse Bal. in quodam suo consilio qui dicit officiales occidẽtes homines p̃p̃ non reuelare secretum nõ probabile,sũt homicidę, & consequẽter dictæ restitutioni obnoxij; & idem si sine iudicijs ponunt ad torturã, & inde ex confessione sua aliquem suspendunt,de quo supra.Confessio iudicialis, §.5. ad finem. ¶Quartũ. Domini mutilantes p̃p̃ venationẽ leporum,vel hmõi contra suam voluntatem factam,dicit Asten. ꝙ si hoc faciũt amore huiusmodi animalium,aut libidine vindictæ,aut venationis,mortaliter peccant,si p̃p̃ vnicum actum hoc faciunt;cum non debeant procedere ita seuere, nisi contra consuetos ad talia: & si esset consuetudo loci, quod pro vno actu talia infligantur, credo quod sit iniqua; & obseruans illam mortaliter peccat.

3 TERTIO† quæritur,quid de lædẽte in fama, & honore? Et dico vt sup.Detractio.§.4. Et addo, quod ex licita negatione rei facta in iudicio, vt si neget crimen falsum aut verũ, sed occultum,& improbabile,vel huiusmodi;si sequatur indirectè infamia accusatori, qui de mendacio pernicioso, aut calumnia inde notatur,non tenetur retractare, secundum Sco. is qui negauit, sed tenetur famã restituere p̃ verba sobria:puta,dicendo,ꝙ fortè habuit intentionem bonam,& huiusmodi. Sed ego dico,quod in nullo tenetur,quia iniustè non læsit; sed accusator imputet suæ malitiæ si scienter,vel suæ stultitiæ,si errans imprudenter sic processit cum periculo alterius.

4 QVARTO† quæritur, quid de damnificantibus per bruta?Et dico multa. ¶Primum.Ex dictis sup.Restitutio 2.§.6. videntur posse decidi ferè omnes casus pertinentes ad istam quæstionem p̃ istam regulã, quod si dominus bruti fuit in culpa tenetur de dãno, si non fuit,tenetur damnum reficere, vel dare brutũ quod nocuit.Læsus aũt a bruto põt illud capere, & tenere, & donec sciat quis sit dominus, cõtra quẽ agat;non aũt põt illud tenere loco pignoris,donec sit ei satisfactum,secundũ Spe.in ti. de iniu.¶Secundũ. Si bos cornupeta nõ custoditus diligenter,occiderit bouẽ vicini,secũdũ Mod.tenetur dñs de alio boue viuo æquiualẽti,& habebit mortuum,de iniu.si bos.& Exodi 21. quod limita, quando dominus fuit in culpa sciẽdo cornupetam esse quod præsumitur intra tres dies scire, dicente text. quod si cornupeta erat ab heri,& nudiustertius,quãdo vero ignorauit,puta, q̃a consueuit esse domesticus,ẽm Host.ex Goff. non tenetur ex edicto legis Aquiliæ, sed legis, si qua. pau.fec. di.l.1.in sua libertate erit dare suum boue,vel emendare damnum. Limita etiam secundum glos.in cap.si bos. quando occisor est aggressus occisum;sed si ecõtrario occisus est aggressus cornupetam occisorem,non tenetur,ff. si qua pau.fec.distin.l.1.& idem cum dubiũ est, quis bos primo est aggressus,ff.ad leg. Aqui.l. sciam.§.cum stramẽta.¶Tertium. Qui tenent columbarias,secundum Pe.de Pal.tenẽtur de damno quod Sum.Ang.& Ros. limitant quando non debitè pascunt: sed siue pascã, siue nõ pascant,si damnum inferant, tenet̃ dominus actio-

actione l.Aquiliæ,de qua sup.Restitutio 2. ad fi.si est in culpa,vel de pauperie, si non est in culpa,vt quia sufficienter pascit , ne fame cogantur effodere semina , vel hēt in gyro fundum,ex quo sufficienter vt plurimū pascunt. Et hoc nisi fiat recōpensatio damnorum : puta,quia conuicinus ēt ipse similiter tenet, vel ēt nisi damnum sit quid modicum:quod semper præsumendum est,nisi de contrario constet : quia vermes & mala semina consumūt, & stercorizant terras lōgo tp̄e,& exiguo nocēt.Imò refert Asten, pp prædicta quosdā tenere, ꝙ tantum prosunt quantum nocent. Et iō licitè in agro , ēt exiguo dn̄s eas tenet mō sit paratus emendare notabilia damna si constiterit.¶ Quartū.Venatores tenent̄ ſm Astē. de conculcatione segetum,& occasione anserū,& gallinarū a carnib.& hmōi,& mortale, si ęstimationem dāni,nō reddāt,nisi rōne modicitatis probabiliter credātur læsi nō curare

5 QVINTO † quæritur, de clericis maxime p̄latis,dominis & officialib. quomodo ad restitutionem teneantur?Et dico multa. ¶ Primū. Prælatus, & alii habentes administrationem ecclesiasticā,si male administrant,tenētur ecclesiam seruare indemnem:& hoc siue expendant in meliorationem patrimonii , siue propter nimiam diligentiam propriorū negociorum negligāt procurare ecclesiastica,siue donent turpib. personis de quo dic vt sup.Clericus 4.§.21.Imò vr̄ teneri prælatus de culpa , seu negligentia procuratoris, seu uicarii. arg. c.ea.q de off. or. Et si beneficium conferat indigno, ſm Car. in cle. 1. de æta.& qual. vltra mortale tenetur ad restitutionem totius interesse ecclesiæ læsæ ad instar magistratus, ſm Pet.de Ancha.qui minus idoneo tutelam pupilli commisit. ff. de magi.conue. per totum Vide ēt sup.Clericus 4.Et aduerte ex Arch.2. part.2.c.5.post Ray.& Veruec. & beatū Tho. 2.2.q.62.& in quolib.6. art. 12. quod clericus abministrat quatuor genera bonorum,s. quædam sua propria,i.patrimonialia & industrialia,& quædam ecclesiastica ad mensam suam, seu usum specialiter deputata ab aliis distincta, & de his duobus nunquam tenetur restituere.ēt si exponeret in luxuriā,licet peccet; & q̄dā ecclesiastica deputata specialiter pauperib. vel capitulo,vel cultuidiuino,distincta a deputatis mensæ suæ:& de istis semper tenetur restituere , ēt si daretur in eleemosynam nisi det his quibus sunt deputata: & idē de deputatis pauperib. principaliter , sed ministris ecclesiæ secūdario;vt bona hospitaliū:& q̄dā ecclesiastica cōia mensæ suæ,& aliis clericis, vel pauperibus,& hmōi: & de istis tenetur,si det turpibus personis,vel cōsumat voluptuose eo modo,quo vbi sup.dictum est. ¶ Secundum.Qui ex officio assumpto alios defendere tenentur,satisfacere tenentur de dānis venientibus, si ex nobili negligēntia eos nō defendant:vt dn̄i,q ob hoc habēt reditus capitanei.& stipēdiarii salariati:medici corporū, & aīarum,ut cōfessores ignari vltro se ad illud officiū offerētes:notarii,quorum negligentia causæ:& iura p̄duntur:iudices, & accessores ex ignorantia,vel negligentia studēdi iniustè iudicātes;aduocati & procuratores, nautæ,architectores,& omnes hmōi,quos notabilis negligentia,vel ignorantia, seu scientiæ,vel artis non excusat,arg.c.si culpa,de iniu.sup.Restitutio 2.§.16.quod tamen in omnibus intellige quantum ad culpam leuem,de his, qui se locant pro tali officio,secus si se ad prædicta nō locāt,nec profitentur se peritos, sed uocā tur,& operant̄ ex pietate,vel spōdēt se facturos quod poterūt :quia non tenentur : nisi de dolo & lata culpa:& ei,qui tales eligit,imputetur.Ad p̄dicta facit tex.singularis cū gl.in c. administratores,23.q.5. vbi officiales , & alii administratores,qui negligunt iustitiā facere, & defendere oppressos,ecclesiasticos,viduas & pupillos,sunt ipso iure excōicati post trinā monitionem:nec possunt , absolui , nisi prius de damno satisfaciant.Vide ēt su.Culpa , §.4. ¶Tertiū.Ciues deputati ad imponendas collectas qn̄o restituere teneantur,vide sup Gabella,4.§.5.part.3.¶Quartum. Qui uendidit publica officia & dignitates,ſm Sum. Ros. tenetur restituere quod accepit,non danti,sed pauperibus:cum gratis ea cōmittere debuerit: & ſm Mo.tenet ad interesse his, qui p hmōi præpositos fuerunt expoliati,& aliter ementes debent grauiter puniri edicto l. Iuliæ, de ambitu,vel l.vnicæ,ff.ad l. Iul. ambi. & Instit. de publi.iudi.§.sunt præterea,s. in centum aureis:& sunt infames.Sed S.Th.ad ducissā Brabātiæ dicit,quod cū in officiis tēporalibus nō committat̄ nisi t palis potestas,vendi possunt, modo uēdātur viris,q præsumantur utiles ad eā exercendā,& non tanto p̄tio, quin illud recuperare possit sine grauamine subditorū:licet talis venditio non expediat, vt ibi probat Et hoc tene:qa iura in contrariū allegata intelligunt̄ qn̄ datur aliquid occulte, vt sup. Dignitas.§.4.& ita contra Ros. tenet Sum. Ang. ¶ Quintum. Domini t pales, qui suis officialibus male utuntur,& eos negligunt corrigere vel

Vel officio priuare, cũ male agant in officijs, tenentur de õi dãno inde sequente prætextu talis officij. de quo su. dñs §. 7. & su. Restitutio 2 § 16. quasi ad fin. ¶ Sextũ. Officialis negligens punire criminosos, ẽm Ioan. de Pla. in l. præcipit, C. de canoni. lat. ti. lib. 10. puniri dẽt eadẽ pęna qua criminosus, quia iudex qui repertũ facinus non vindicat tegere vt cõscius criminosa festinat: ná est q̃dã tacitus consensus, l. placet, C. de excu. mu. lib. 10. ¶ Septimum. Custodes & vigiles ciuitatũ nõ accusantes, quos inueniũt eũtes post sonum cãpanæ, licet peccent mortaliter, & sint periuri, si accusare iurauerũt, nõ tñ tenentur soluere pęnã q̃ soluissent illi, si fuissent accusati, ẽm S. Ber. quia illi nondũ fuerant accusati, si tñ ab eis aliquid munus acceperũt, tenentur pauperib. erogare; si vidissent tales alicui dãnũ inferre, & non reuelassẽt, tenenẽ resarcire dãnificatis, & iõ a cõitate sunt salariati, sicut & custodes vinearũ, & possessionũ. ¶ Octauũ. Officiales, & aduocati, q̃ sequentes doctrinã Spe. in tit. de aduo. §. consequẽter, §. sequitur, & §. vtriusque, vbi describit cautelas, quas dẽnt hr̃e aduocati, tã actoris, quam rei, q̃ tenẽtur parti de oĩ dãno, interesse q̃ passa est, ꝑꝑ eorum versutias, & cauillationes, si cã est iniusta: si vero est iusta, vide su. Aduocatus, §. fi. Nonum. Si thesaurarius cõitatis, vel domini pecuniã collatã tꝑibus opportunis ministret, quib. dẽt, & interĩ vtatur ea negociando, & cambiando aurum ad monetam, vel econtrario, uel tradendo ad vsuram: si nec dñs lædatur: nec illi quib. eam statutis tꝑibus debet, lucrum, quod inde non sequitur, suũ facit, ẽm Arc. rõne industriæ: & præcipue, cũ eius amissio stat suo ꝑiculo: nec propriè est ibi depositum: quia cõsistit in numero, & põdere, & non est obsignata. Si autẽ staret eius amissio periculo cõitatis, aut dñi, lucrum esset communitatis aut dñi: deducta tamen mercede laboris eius. Similiter si prædicti lædũtur, tenetur eis. Similiter si fœneratur peccat ipse, & permittentes. ad quos spectat, cũ sint participes peccati, & tenẽtur ad restõnem partis, si q̃ acceperunt. ¶ Decimũ. Camerarius cõitatis, siue depositarius cõitatis; qui in diuersis officijs dando, vel accipiendo pecunias, aliq̃d exigit ex cõsuetudine diu seruata: ẽm Archiep. restituere tenetur, si est sufficienter salarius, & consuetudo est corruptela ex immensa veniens cupiditate, alias excusat: & consuetudo rõnabilis est, cum seruiat alijs personis, & nemo cogatur de suo pręstare beneficium. ¶ Vndecimũ. Qui aliquid adipiscuntur ex intercessione pro accusatis, vel incarceratis apud ptãtem, facta, tñr restituere danti, ẽm S. Ber. si erant officiales salariati, & illi erant innocentes: si vero ipsi non erant officiales salariati, merentur si ẽt illi non erant innocentes, sed condẽnandi, tñr illud erogare pauperibus, q̃a iniuste fuit datũ, & acceptũ, est. n. regulare, q̃ vbi ex vtraq. parte est turpitudo, lucrũ est pauperibus erogandum vt su. Restitutio 2. §. 2. ¶ Duodecimum. Dñs qui nihil hẽt nisi extortũ a se, vel a suis antecessoribus ẽm Mo. remedium hẽt remittat suis subditis aliq̃ seruitutẽ perpetuam, vel det aliq̃ immunitatem, vel faciat hospitale, aut aliam elemosynam de consensu creditorum, & concor. Dir. Q̃uo aũt teneantur, qui assumunt aliqua officia, cũ sint ignorantes & inde proximũ lædũt, vt notarij, iudices, & similes, vide sup. Culpa.

6 SEXTO † quæritur, quid iuris de participantibus in causando damnum per furtũ, vel rapinam, & alios modos damnificandi? Et dico multa, ¶ Primũ. In furto, rapina, vel qualibet iniusta dãnificatione causanda participat aliquis nouẽ modis, ita quod restituere tenetur, qui modi cõtinentur his versibus quos ponit S. Th. 2. 2. q. 62. Verue. & Alb. & cõiter alij, Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus, Participans, mutus, non obstans, nõ manifestans. i. partẽ hẽt in cã furti, vel damni qui iubet, vel consulit, vel consentit, vel laudat, vel receptat, vel cooperatur, vel tacet, cum videt dãnum inferri, vel non prohibet, vel non manifestat rem sublatam. His Sum. Ang. addit decimũ per cooperationẽ: sed ista est, qui exprimitur in verbo, consensus. Intellectum autẽ versuum vide parti, sequẽti scd̃m prædictos. ¶ Secundum. Igitur primo qui iussit tenetur insolidum & principaliter, ẽt si nihil inde habuit, ar. c. Iulianus, 11. q. 3. Intellige si ex iussione sequuta ẽ ablatio, vel probabiliter creditur subsecuta, ẽm communiter doc. & idẽ in sequẽtibus, qui consequẽter innunt, quod vbi est solũ dubiũ, non est obligatio, q̃a cæteris partib. prior est cõditio possidẽtis, l. si ob turpẽ. ff. de cond. ob turp. cau. & idẽ si comminatus est, & similiter si noĩe suo factã ratã habuit secũdũ Pet. de Pal. 11. q. 3. si consentit, cum duob. c. se. & de resti. spo. cum ad sedẽ. & idẽ Mod. limitans hoc verum quando ex ratihabitione impeditur restitutio. Sed credo verum indistinctè, sicut & in mãdato, cui ratihabitio cooperatur, per reg. ratihabitio. in 6. Et similiter secundo tenetur in solidum, qui consuluit si ex hoc sequutum ad damnum, nõ aliter. Et hoc

quod

quod hic dicitur de conſilio rapinæ, ſecundũ Arch.locum habet ẽt in conſilio de collectis imponendis clericis ſine licẽtia papæ de ſent. excom.nouerit.& in conſilio vſurarum, ſecũdum Pet.de Per.& in conſilio malo aduocati, etiã ex ignorantia,ſm eundem,& ſecundum Rich.in conſilio non reſtituendi aliena,& ſm Duran. in conſilio condendi iniqua ſtatuta: & in quocunque conſilio damnificandi proximum ſcienter, vel ex ignorantia craſſa ſine quo talia non fierent,ſecundum Archid. poſt Rich.ar.de ſent. exc.nuper in glo.Quidam tamen uolunt, quòd iſta diſtinctio,ſi alias erat facturus vel non,locum non habeat niſi in cõſilio dato in maleficiis, non in contractibus. de quo vide Pan.in c.nuper.de ſent.exc. & ſu. Conſilium.§. 7. Et ſimiliter tenetur in ſolidũ conſentiens cõſenſu cooperationis, ſine quo factum non fuiſſet:alias ſecundum Rich.conſentiens peccat mortaliter:ſed reſtituere non tenetur.Et hoc ſm Ray.extenditur ad exhortationẽ intellige ẽt per turbas,ſm Hoſtien.& Imo.& ſequelam ſcienter factã,ſine qua factũ non fuiſſet:& generaliter ad facientem inſtrumenta,& dantẽ ſigna vel opem,ſine qua non pro furto, vel damno: quia omnes tenentur furti.Inſti.de oblig.quæ ex qua.de na. §.interdum,& ff.eo.l.is qui ope. & ff. de fica.l. nihil. Ex quo colligitur,quod ſi plures ſimul lædũt, tñ vnus ſine alio,vel plures ſine iſto læſiſsẽt, iſte tenetur ſolum pro rata,i.portione ſua, ſi diſtingui non poteſt quod iſte intulit ab eo, quod reliqui intulerunt:ſm Ray. & gl.eius,& Vld. & Inn. & Hoſt. habita tamen ſecundum eos hac æſtimatione,vt magis ſtrenuus, & magis hoſtibus timorem incutiens in plus teneatur.ſ.arbitrio boni viri.& ſi omnes ſunt pares vide infr.part. 4. Qui etiam addunt, quòd hi qui raptores, adde vel læſores ſequuntur ad prædam, ſi credant eos ex hoc, & non alias facturos,tenentur in ſolidum:ſi vero credunt non ex hoc facturos, ſed ſolum plus facturos tenentur ſolum de illo pluri, ſm Inn. & Hoſ. Si uero non plus fecerunt q̃ alias erant facturi,ſecundum prædictos tenẽtur tantũ de his, quæ habuerunt,& de dãno à ſe vel ab eis, qui ſunt de familia ſua illato directe vel occaſionaliter.de ſẽ.& re.iu.cũ l.& A.de æta.& qualit.tuam.de ſen.exc.inter alia. 11. q.3.quoniã multos.Vnde in hoc diſtat auxilium a conſilio,vt inf.par.4.Et ſi prædicti nihil habuerũt, vel nocuerunt,non tenẽtur in aliquo, ſecundum prædictos:ſed tamen caueant ſuæ cõſciẽtiæ; quia ſi parati erant defendere læſores,& hi ſine eorum præſentia non iuiſſent, aut non tantum rapuiſſent,vel læſi propter eorũ præſentiam non audiebant ſe defendere q̃ ſe alias defendiſſent,tenentur ſm Hoſt.& Innoc.etiã ſi iuiſſent vt eos retraherent a rapina, tenentur in ſolidum, vel de illo pluri: imo, ſm eos & Dir.etiam ſi iuiſſent aĩo pacificãdi: niſi hoc aduerſariis ſignificasẽt. Et quarto tenetur in ſolidum palpo,i.adulator, laudans raptorem vel læſorem, ſi inde ſequutum eſt damnum: alias non, niſi inquantum læſit. Et idem per omnia dic ſm Pet. de Palu. de detractore ſm Archid. de irriſore, ſi ſunt cauſa læſionis ſine qua non. Et ſimiliter quintò tenetur in ſolidũ qui recurſum præbet receptando fures,aut læſores, vel res furatas, ſi alias læſio non fuiſſet facta,aut poſtquam facta eſt.Et ex hoc impeditur reſtitutio,ſecundum Pet.de Pal. Sed pro hoc aduerte, ꝙ receptans ſcienter furẽ, aut rẽ furtiuã,tenetur furti,C.de fur.l.eos, & ibi Bal non tamen punitur quaſi fur,ſed quaſi operam.Præſtãs furto.Et ita intellige Bart.in l.furtum. ff. de fur. ſed quo ad reſtitutionem ſecundum Inno. & Hoſt. in c. ſicut dignum. tenetur de omni damno, cuius receptatio furis fuit cauſa ſine qua non,quo ad receptationem uero rerum tenetur,ſi ex hoc res ſublata non eſt habita a uero domino, d.l.eos. ar. l.qui vas,§.2.ff.de fur.& hoc ſi fecit ſcienter, l.qui naufragiũ,ff.de incen.rui. & nau. §.non tantum: ſecus ſi ignoranter, vel ut redderet domino:quia non tenetur, ut in d.§.non tantum.Et ſecundum Mod. ſi iam receptauit, tenetur reſtituere domino; niſi inde periculum emineat latroni,vel alteri perſonæ. Et ſexto tenetur participãs:q̃ ſe participat in crimine tenetur eo modo quo dictum eſt. Si uero ſolum participat in re ſublata: ſi quidem comedendo,vide inf.§.7. ſi emendo, vide inf.§.ſeq. ſi alio modo, tenetur reſtituere in quantum participauit, & hoc niſi res furata tranſiuiſſet in dominiũ furis;puta,quia eſt pecunia, & miſta cum alia vel granum, aut vinum taliter cum alio miſtum, vt diſcerni non poſſit quo caſu tranſit in dñium furis, l. ſi alieni numi. de ſolu.& l. nam & ſi fur. ff.ſi cert.peta.& l. ſi frumentum,ff.de rei vendit. & recipiens non tenetur reſtituere,nec peccat ſi fur eſt ſoluendo:alias ſic,niſi ignoranter, & bona fide conſumpſiſſet,nec factus eſſet locupletior; quia non tenetur,ſecus ſi extant,vel ſit factus locupletior:quia poſtquam ſcit, tenetur, ut ſupra. Fructus,§.1.& 2. Et ſeptimo mutus, i. qui videt furtum fieri, & doloſe tacet, cum poſſet

impe-

impedire: quæ tamen restituere non tenetur, nisi ex officio obuiare tenebatur. Et octauo non obstans.i.qui obsistere potest, & non obstat. de quo sicut de muto dicēdum est, quod non tenetur restituere, nisi obligetur ex officio, vt principes, & rectores, qui ex officio tenentur conseruare iustitiam; cum reditus eorum sint stipendia ad hoc instituta; alias tenentur de omni damno, quod Scot. limitat nisi obuiādo immineret periculum Reipublicę, vel propriæ personæ, adde vel rerum, quia sicut se ita & sua plus licet diligere quam aliena. Et nonò manifestās.s.rem sublatam, qui similiter non tenetur, nisi ex officio teneatur, vt su. qui tenetur in iudicio, & extra; & iura, quæ volunt priuatum teneri, nō loquuntur, de restōne, sed de peccato, quando dolosè tacet, vt in ca. qui cū fure, ext. de fur. Si tamen produceretur in testē, & interrogaretur scd͡m ordinem iuris, non manifestando teneretur de restōne: quia tunc ex officio tenetur manifestare. Et ita Archid. voluit post Scot. in 4.di.15 & ita est, quia qui in iudicio requisitus non vult fateri veritatem, quam scit, secundū Bal. in l. presbyteri. C. de epi & cle. efficitur testis falsus, & tenetur ad restōnem insolidum. Et facit, quod no. Panor. in c. qui cum fure. de fur. & Bar. in l. ciuile est, C. eod. Quod limita, nisi sciret in confessione, de exces. præla. dilectus. Limitat etiam Arch. & Scot. nisi inde immineret sibi periculum status, vel personæ, adde aut rerum: quia non teneretur de restitutione, & si de peccato, arg. 11.q.3. c. quisquis, & de fur. c. qui cnm fure. Vtrum aūt teneatur quis relaxare furem, dic, quod non ad instantiam patris, secundū Inn. in d.c. qui cum fure. & Bar. & Ang. & Rapha. in d.l. ciuile est; & hoc tā de iure ciuili, quam canonico; secus si quis in iudicio iuridicè requiratur, quod secundū Host. limitat, nisi furi immineat periculum mortis, quod & Summ. Ang. sequitur. Sed non oportet sic limitare: quia si testis sit laicus, tenetur per dicta sup. Accusatio. & inf. dicenda in verbo, testis. Si vero sit clericus, nullus eum potest iuridicè requirere cū periculo sanguinis citra Papam. ¶ Tertiū. Pro maiori tamē notitia sciendum est, quod Arch. facit regulam circa quinque primos modos, quod quilibet tenetur in solidum, idest in totum: si alias id actum non fuisset, etiam si nihil de rapina venisset ad eum, aut per se nihil damni intulisset. Si autem alias actum fuisset, sed non tantum, quilibet ad illud plus tenetur in solidū; si autem actum fuisset, & nihil plus actum est per opus prædictorum, in nullo tenetur, nisi quantū ad eos de rapina peruenit: & in hoc conueniunt omnes doct. & Summistæ. Quantum etiam ad tres vltimos facit regulā, quod in quolibet illorum officialis cum ex suo officio teneatur ad obuiandum, tenetur in solidum, etiam si nihil ad eum peruenit: si vero non sit officialis, q̄uis peccet, non tenetur ad satisfactionē; intellige etiam si dolosè hoc faciat. Et in hoc conueniunt omnes docto. præter vnum, s. Richar. & omnes Summistæ præter vnum, s. Sum. Ang. qui post Richar. singulariter contra Rosel. & Supp. & Scot. & omnes, tenet ꝙ tenetur ad restitutionē, qui dolosè non prohibet cum possit: secus si ex negligētia, vel timore aliquo. Sed est irrationabile tenere contra omnes doct. fundatos in bona ratione. s. quia ad restitutionem nullus tenetur, nisi qui abstulit, vel fuit causa oblationis rei alienæ: quia qui non fuit causa inæqualitatis rerum non tenetur causare æqualitatem. Nec obst. c. quam te. de sent. excom. quod forte mouit istos; vbi qui non defendit clericum, cum possit, est excommunicatus, quia hoc est speciale ibi propter fauorem ordinis clericalis, & voluntatem Pontificis, quæ in obligatione restitutionis nihil operatur: quanquam glos. ibi hoc intelligat de his, qui defendere tenētur ex officio. ¶ Quartum. Quando multi raptores, adde vel læsores, sunt quasi pares quia non habent ducem, nec vnus magis inducit aliquem quam econtrario, s̄m Mo. si vadunt insimul, quasi vnus exercitus, quilibet tenetur in solidum, quando vnus sine alio non auderet ire, vel nō posset inferre damnū: quia in tali casu ql̄ibet alios iuuat, & facit fortiores, & omnes sunt cooperatores; si vero non fuerūt simul, sed ql̄ibet per se faciebat damnum; quilibet tenetur pro eo, quod fecit. Vel dato ꝙ fuissent simul recurrendum est ad regulam dictam, & si vnus sine alio, vel eius præsentia non læsisset, quilibet tenetur in solidum alias pro rata. Sed Pan. post Inn. in c. sicut dignum, de homi. aliter distinguit, licet sub eadem sententia. Nam si vnus nō fuit in culpa in subtractione facta per alium, non tenetur restituere, nisi quantum ipse asportauit. Si vero fuit in culpa, aut dedit cōsilium: & tenetur in solidum in conscientia, siue principalis inueniatur, siue non, siue damnum passus contra principalem velit agere, siue non. Aut dedit auxilium: puta, quia associauit, vel huiusmodi: & sic tenetur, inquantum est plus datum ex auxilio suo, & sic in totum, vt quia

vnus rem ſine alio portare non poterat, vel vnus ſine alio non iuiſſet, tenetur in totũ, ff. de fur. l.ſed & ſi quis ſubripit, §. ſi duo. Et ratio diuerſitatis eſt inter dantem cõſiliũ, & auxiliũ, quia conſiliũ vagatur ſuper totũ furtũ non ãt auxiliũ, ſed ad id reſtringitur, ſuꝑ quo prȩſtatur. Hoſt. ãt indiſtinctè tenet oẽs teneri in ſolidum, quãuis ẽt vnus per ſe potuiſſet: & allegat. l. ita vulneratus §. fi. ad leg. Aquil. & l. ſi plures ff. ar. fur. cæ. & l. 1. §. fin. ſi quis te. lib. eſ. iuſ. fue. Sed iſte leges loquuntur quo ad pœnam, qua oẽs tenentur inſolidum, vt not. gl. in d. l. ſi plures. in conſcientia autem vbi pȩna non hẽt locum, niſi poſt condemnationem dic, vt ſu. ¶ Quintum. Scd̃m S. Th. Ray. & Hoſ. ſi vnus ſatisfecerit integraliter læſo, oẽs ab eo liberati ſunt, quia bona fides non patitur, vt idem debitũ bis exigatur. ff. de regu. iur. l. bona fides, & ẜm Rayn. ille, cui ſic ſatisfit, poteſt & dẽt quãtum ad iudicium animæ cedere actionem ei, qui totum ſoluit, non quidẽ, vt ab vno totum exigat, niſi fortè a principali, ſed ut per partib. petat a ſingulis: quantum autem ad forum contentioſum cedere non põt: nam qua frõte põt petere ceſſionem, qui ex culpa ſua damnatur, ff. de admi. tu. l. ſi plures, la 2. & ff. de tute. & ra. diſtra. l. 1. §. nunc tractemus. Siue autem fiat ceſſio, ſiue non, in conſcientia Hoſt. dicit indiſtinctè, quod alij tenẽtur ei: q̲a vtiliter geſſit eorum negocium & conſequẽter tenetur habere ratũ, & eis ſatisfacere; ff. de neg. geſt. l. cum pecunia, & l. ſoluendo; quod Summ. Ang. dicit verum ſolum quo ad eum, qui fuit cauſa: ſine qua non inducendi eum, qui ſoluit ad illud. Sed melius Sum. Roſ. & Supple. cum S. Tho. diſtinguunt, ꝙ ſi ſoluit principalis: puta, princeps, oẽs ſunt liberati, ſi vero ſoluit alius tenẽtur ei illi, qui ſunt principales, & illi, ad quos res peruenit. Et vr̃ velle S. Thom. vt exponunt prædicti poſt Piſa. & Arch. quod ſi iſti tales non reſtituunt ei, cæteri tenentur pro patribus ſuis. Nec obſtat turpitudo ſua repetenti, vt dicit Sum. Ang. in foro animæ. Et ita cũ prædictis tenet Inn. in c. ſicut dignũ, de homi. & Hoſt. in Sum. Ray. & Aſten. & Mona. alioquin peioris condõnis eſſet q̲ pȩnituit, & reſtituit, q̃ rebelles. In foro tamen exteriori aliter diſtinguendum eſſet ẜm Bart. in l. fi. §. ſi plures, ff. de eo, per quem fac. er. ¶ Sextũ, ſi ſpoliatus liberaliter remiſit, ſecundum Inn. in d. ca. dignũ. de hom. ſi quidem remiſit principali: vt raptori, vel p̃cipienti: liberatus eſt conſiliator, & hmõi, niſi ad eum aliquid perueniſſet: quia teneretur, niſi alius pro eo ſatisfaceret, & tunc in caſu animæ, i. in foro conſcientiæ, non ãt in iudiciali, ſecundum Sũ. Conf. tenetur conſiliator ei qui pro ſe ſatisfecit. Si vero econtrario abſoluitur cõſiliator, non eſt liberatus principalis, i. raptor aut is, ad quem res peruenit: quia naturali, & diuino iure ſublato principali tollitur acceſſorium, non econtrario, de conſt. c. tranſlato. ¶ Septimum. Ad ſciendum ãt quis ſit principalis, ſciendum, quod ẜm S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 6. ad primum, quod qui rem habet tenetur ratione ipſius rei: & conſequenter ſentit, quod q̲ rem habet nũquã eſt liber a reſtitutione, ẽt ſi principalis ſatisfeciſſet: vt ẽt benè dicit Suppl. Vnde quantum ad reſtitutionem, qui rem habet ſemper eſt principalis, licet non quantum ad perpetrationem delicti. Igitur principalis eſt, qui rem habet reſpectu omniũ: qui vero ius ſit, eſt principalis ſecundo loco reſpectu omnium aliorum, deinde tertio loco qui executus eſt, excepto quod in ſocietate quilibet eſt principalis in parte ſua: in parte vero ſocij ſecundarius. ¶ Octauum. Si ſpoliatus ſuſpicatus rem ſuam eſſe in hac, vel illa domo, & petit iudicem, vt domus illa quæratur apertis ſcrinijs, licet videatur, quod hoc debeat facere iudex per l. requirẽdi. C. de ſeru. fug. *tamẽ* doc. communiter concludunt ſpeciale eſſe in ſeruo: & perſonis, quæ poſſunt dolum committere in ſe occultando: ſecus in rebus alijs: quia periculoſum eſt, vt paterfamilias pandat alijs ſuum patrimonium; niſi ſuſpicio eſſet vehemens, arg. l. 1. ff. de quæſtio.

7 Septimo † quæritur, quid iuris de participantib. in furto, vel rapina, aut re aliena per emptionem? Et dico multa. ¶ Primum. Qui emit rem, quam ſciebat, vel probabiliter credebat furtiuam, grauatur in quinque, ſiue ſit primus emptor, ſiue ſecũdus, vel alius in infinitum: qm̃ idem ius eſt, ac ſi primus eſſet, ff. de min. l. ſed vbi, ff. de pe. hær. l. ſed ſi lege. §. ſi aũt. Primò enim tenetur reſtituere rẽ: nec liberatur per ſtatutũ diſponens, ꝙ ſit ementis publicè in mercatu, vel hmõi ẜm Dir. nec vendendo, aut qualitercunq; alienando, nec morte rei, aut eius amiſſione qualitercunque vt ſi auferatur violenter, aut inſcienter de vſu cadat, aut quocunq; caſu etiam fortuito: quin teneatur pretium reſtituere ẜm optimum ſtatum rei, i. ẜm ſummã, quam valuit, poſtquam ab illo fuit empta, de reſt. ſpo. grauis. l. in re furtiua, ff. de fur. & l. ſi nauis. §. ſi generaliter, ff. de rei vendi. Et rõ eſt, quia furtum cõmiſit rem alienã inuito dño contrectando, l. 1. ff,

de fur.Fur aũt ſemper eſt in mora, ff.de cõdi.
fur.l.ſi pro fure. Fallit qñ rem domino loco,
& tpe obtulit, & ille recipere recuſauit : quia
tunc purgauit moram d.l.in re furtiua. Vnde
ſi periret, vel deterioraretur ſine culpa ſua, ñ
teneretur. Secundo tenetur reſtituere omnes
fructus perceptos, & qui tempore intermedio
percipi potuerunt. d.c.grauis. Sed ſm Ray.in
tellige fructus, qui ſuperſunt deductis expen-
ſis, gra fructuum quærendorũ, cõgregãdorũ,
& conſeruandorum factis, quæ deducuntur,
tam a malæ, quã a bonæ fidei poſſeſſione.ff.de
pet.hære.l.ſi a domino. Tertio, quia nõ poteſt
a domino petere pretium, quod dedit.l.in ci-
uilem.C.de fur. etiam ſi ſtatutum eſſet, ꝙ poſ-
ſet petere, cum ſit contra bonos mores.diſt.8.
quæ contra. Quarto, quia de dicto pretio age
re non poteſt contra venditorem in foro con
tẽtioſo: cum ſibi obſtet ſua turpitudo, niſi ex
preſſe cauerit.10.q.2.hoc ius.l.ſi mancipium.
C.de rei vend. Secus in conſciẽtia, quia ſecun
dum Alex.de Ales.in 4.poteſt rẽ eidẽ reſtitue
re, & ab eo pretium petere: cum ſibi potius, q̃
alteri poſſit conſulere: debet tñ inducere, in-
quit furem ad reſtituendum domino. Quin-
to, quia perdit expenſas voluntarias, vt ſi me
liorauit equum tamẽ in conſciẽtia quibuſdã
vr̃ æquum, vt rationabiles expẽſas ad melio-
rãdũ dñs reſtituat: niſi per ciuile iudicium in
pœnam fur eas amiſiſſet. concor.Ray. niſi ſic
res meliorata peruenerit legitimè ad manus
domini, vt ſup.Furtum, §.pen. ¶Secundum. Si
vero talis emptor ignorabat rem eſſe furtiuã
ignorantia craſſa, aut ſupina, vt quia eps̃ ex-
cõicabat tales raptores, vel tpe belli emit a
ſtipendiarijs calicẽ, vel miſſale; vel cõiter tene
batur, ꝙ erat res furtiua, aut ꝙ ex bello iniu-
ſto ſublata erat, ſm Hoſt. non excuſatur, quia
debuit cogitare; vnde ſimiliter tenet̃, q ſcien-
ter emit, ar.l.latæ culpæ.ff.de ver.ſig. & c.apo
ſtolicæ, de cler.excom.mi. & c. quæ in huma-
nis.12.q.2.& c.ſi cupis, 16.q.1. Et idem ſcd̃um
Hoſt.de eo. qui dubitat, nec tamen pro poſſe
quæſiuit. Et idẽ ſm Rayn.de eo, qui de hoc ex
negligẽtia nihil cogitabat: quia tenet̃ reſtitue
re. intellige, ſicut malæ fidei poſſeſſor, ſi negli
gentia erat magna; vel ſimplicitas fatua: quia
lata culpa æquiparatur dolo de conſt. vt ani-
marum lib.6. Et idem ſecundum docto. de eo
qui laborabat ignorantia iuris; vt quia crede-
bat rẽ eſſe furtiuam, ſed emptionem talium
non credebat iniuſtam. Et eſt rõ: quia hæc ꝓ-
hibitio a iure naturali traxit originem, cuius
ignorantia non excuſat. ¶Tertium. Si vero
bona fide non credens rem furtiuam emit, vt
ſibi retineret, tenetur quidẽ reſtituere, vbi ſci
uerit veritatẽ: nec poteſt a domino pretiũ pe
tere.C.de fur.l.in ciuilem: ſed non tenetur ſi-
militer vt prior: ſed hæc bona fides quinque ſi
bi confert. Primo, quia ea durante nunquam
tenetur eam reſtituere.l.2.C.de fur. Secundo,
quia fructus conſumptos bona fide durante
nunquã tenetur reſtituere.l. bonæ fidei. ff. de
acqui.rer.do.& l.fructus.& l.ſi ex diuerſo, §.
fin.ff.de rei vend. ſed ſolum reſtituere tenetur
extantes, ſ.in quantum factus eſt locupletior,
de quo dic vt ſupra. Fructus.§.2.& 3. Tertio,
quia ſi durante bona fide res perijt, non tene-
tur quia non erat in mora & ſi rem alienauit
vẽditione vel aliter, non tenetur reddere pre-
tium, quia dolo non deſijt poſſidere: & pretiũ
ex re furtiua non eſt furtiuum. ff.de fur.l. qui
vas, de alie.iudicis mu.cau.fa.ca.1. nec aliud ſo
lum, niſi lucrum, ſi extat aliquod, ex quo fa-
ctus ſit locupletior.l.nam & hoc natura.ff.de
cond.ind. Et idem de pretio, ex quo factus eſt
locupletior, ſi dominus rem conſequi non po
teſt, quia pretium ſuccedit loco rei. ff.de pet.
hær.l.ſi & rem. Quod intellige verum, etiam
ſi poſt bonam fidẽ, ſed ante ſcientiam, & cre-
dulitatem de furto vendidit. dubitans tamen
an ſit furtiua, quia adhuc non erat in mala fi-
de, & ſic cenſebat̃ in bona, vt eſt tex. optimus
in c.ſi virgo.34.q.2. de quo vide ſup. Præſcri-
ptio §.3.par.3. Quarto, quia põt expenſas fa-
ctas in bona fide circa rem conſeruãdam, aut
meliorandã retinere, vt ſupra, Expenſæ §.4.
Quinto, qa ſi reſtituerit, eam iudice ſentẽtian
te, agere põt de pretio ẽt in foro contẽtioſo
contra venditorem.12.q.2. Vlteranæ: & ſi per
plures emptores, trãſierit, vnus põt agere cõ-
tra alium, ff.de mi.l.ſed vbi, non autem ſi ad ſa
cerdotis imperium reſtituit.l.ſi rẽ.ff. de euict.
ſed in conſcĩa inducendus eſt, & cogendus vẽ
ditor, vt eum ſeruet indemnẽ.ar.c.fi. de empt.
& vend. Vnde conſulendum eſt ei, vt ſe faciat
citari iudicialiter a domino, & denunciet ven
ditori, vt eũ defendat, & ſeruet. ¶Quartũ. Si
vero emit bona fide, vt reſtitueret dño, qa eã
alias non erat habiturus, aut non tali pretio,
ſm Hoſt.& Mod. repetere poteſt pretium, qd̃
dedit, & intereſſe ſuum: quia vtiliter, geſſit ne
gocium eius, & expenſas moderatas, niſi ex
re vtilitatẽ habuiſſet: qa teneretur compẽſare
fructus cũ expenſis & pretio, ar.l.ſed an vltra
§.2.ff.de neg.geſt.& c.cũ dilecti.§.fi. de accu.
& ſi periret, aut eam amitteret ſine culpa, nõ
teneret̃. Hæc tñ intellige, ſi vtiliter egit ꝓ do

mino:vt quia emit pretio paruo, non aliter: quia ceſſaret cauſa, & cõſequẽtur effectus de app.cum ceſſante. Aduertendum eſt tñ ꝙ tali emptori in foro contentioſo non crederetur, niſi fuiſſet publicè proteſtatus, quod ea intentione emebat.arg.l.Neſennius.ff.de neg.geſt. & l.2.C.de fur.& in c.vnico.vt eccl.benef.licet aliter eſſet in conſcientia.¶Quintum. Qui rẽ emit, quam nunc ſcit furtiuam, ſecundum Hoſt.& Mod.poſt diligẽtẽ inquiſitionẽ domini, ſi eum non inuenit, tenetur pauperibus de re, vel pretio, & fructibus, ſi emit mala fide: ſi verò emit bona fide reddet rẽ vẽditori recuperato pretio ſuo ſi poteſt: alioquin oẽs fructus non conſumptos in bona fide, & quicqd valet vltra id, quod ipſe dedit, pauperibus errogabit, & publicè ſecundũ conſiliũ Rayn. vt vitetur omnis ſuſpicio, liberatus erit, arg. c.quatuor, 12.q.2.quia ẽt utiliter geſſit negocium domini, & concor.ſatis Hoſt.Vld.& Veruec.Poſſet tamen prælatus ei pauperi eam relinquere, ſecundum Hoſt.& Vld.Et ſi facta donatione pauperibus appareat dominus: tñ liber erit, q dedit de conſilio boni viri præmiſſis debitis proclamationibus & diligenti inquiſitione, inf.Reſtitutio.8.§.4.arg.eorum quę in ſimili dicit Lau.de Ridoi.poſt Fed.de vſurario publico, vt inf.¶ Sextum.Emẽs a furioſo prodigo, vel minore, & huiuſmodi quibus, vel ꝑ ius, vel per iudicem eſt interdicta uẽdendi poteſtas, tenetur reſtituere rem, quia malæ fidei poſſeſſor eſt emens contra legum interdicta. l.quemadmodum, C.de agric.& cẽſi. Quomodo autem teneatur, qui emit rem eccleſiæ ſine ſolẽnitate, vide ſup.Alienatio.§.14. & Clericus 4. §. 13. Vtrum vero emens aliquid ſuo nomine de pecunia aliena faciat illud ſuum, vide ſupra Emptio.§.22,

8 OCTAVO † quæritur, quid iuris quo ad geſtores negociorum alienorũ? Et dico multa.¶Primum.Necociorum geſtor tenetur ei, cuius negocium gerit, de omni damno, quod proceſſit dolo ſuo, vel lata culpa, vel leui, vel ẽt leuiſſima, quando alius diligentior erat geſturus, vt Inſtitu.de obl. quæ ex quaſi contra.in prin.vbi Ang.de Are.no.quod regulariter geſtor non tenetur de leuiſſima culpa, niſi quando alius diligentior eſſet geſturus, & rõnẽ huius vide per Bar. in l.quod Nerua.ff. depo.¶Secundum. Vtrum autem teneatur de caſu fortuito, gl.in verbo, obligatum, enumerat ſex caſus, in quibus tenetur: & econtrario ille, cuius negocia geſta ſunt, tenetur ad expẽſas, quas fecit negotiorum geſtor; ꝙ tñ fallit in pluribus caſibus. Primo, quando præceſſit proteſtatio, ꝙ nõ gerat, vt in l. Neſennius, ff. de neg.geſt.Scđò, quando geſſit paterna affectione.vt ſi vitricus præſtitit alimenta priuigno, vel in eum erudiendũ expẽdit.l.ſi paterno.C.de neg.geſt.Secus ſi alimẽta ꝓſtitit vt repeteret: qđ probare dẽt ſm quoſdam, ex proteſtatione: vel ſm Bart.in d.l.ſi paterno.qñ de eo, quod expendebat, faciebat librum rationum.Tertio, quando maritus geſſit erga vxorem maritali affectione: puta, fecit expenſas curando eam; de quo vide Bal.in l. ſi donaturus.ff.de cond.ob turp.cau.& Alex. in l.quod vxorẽ.C.de neg.geſt.& inf.Vxor. Quartò, qñ ꝑꝑ domeſticam affectionẽ, & pietatẽ: vt ſi mater expẽdebat in faciẽdo dari tutorẽ pupillo. l.1.C.de neg.geſt.& l.is qui.ff.eo. gl.tamen in d.l.1.dicit quòd non quicquid mater impendit, donare ꝑſumitur: ſed hoc iudicabitur ex qualitate & quantitate impenſarum, & facultate matris ac filii. Adde quòd no. Bar.in l.alimẽta.C.de neg.geſt. quod qñque mr̃ expẽdit circa perſonã filii de neceſſitate præciſa: vt qa eſt intra cunam: vel alias nõ habet vñ viuat, vt vel quia matrimonium eſt ſolutum diuortio, & onus filiorũ ſpectat ad eã, ut C. de pat. pot l. nec filium, & hoc caſu non habet repetitionẽ, ẽt ſi fuerit ꝓteſtata, quod faceret animo repetendi, vt ẽt dicit gl.in d.l.alimẽta. Qñque expedit in neceſſitate cauſatiua: vt impetrando tutores, & in hoc fiunt expenſæ triplicis generis, vt not.idẽ Bar. in d. l. Neſennius: quia qdã fiunt circa ꝑſonã pupilli: vt ducẽdo eũ Romam vel ad aliam ciuitatẽ cauſa petẽdi tutorẽ, & iſtæ repetuntur. Quædã vero fiunt in perſonã ipſius matris euntis ad petendũ tutorẽ: & iſtæ repeti non poſſunt: quia cum matri hoc iniungitur, intelligitur ſuo victu, vt l. ſuo victu.ff.de op.lib. Quædam vero fiunt in procuratoribus, aduocatis, ſcripturis, & ſimilib. & iſtæ repetũtur a filio; quicquid, inqt, dicatur ꝑ alios, hæc ille. Quandoq; mr̃ expẽdit ex volũtate: & tunc dicit Bar.in d.l. alimẽta, ꝙ aut onus alimẽtandi ſpectat ad aliũ puta, ad patrẽ: & tunc ab illo patre poterit mr̃ repetere, ut d.l.Neſennius.nõ aũt ipſo filio, ẽt ſi fuerit proteſtata: quia alius erat facturus: qđ ẽt tenet gl.ĩ d.l.Neſennius.Ex quo not.quod iſta proteſtatio declaratoria uoluntatis non hẽt effectum in his, q̃ a noſtra uoluntate non depẽdẽt; ſed ſunt deciſa ꝑ legẽ. Aut onus alimẽtãdi ſpectat ad ipſũ filiũ: & tunc ſi quidẽ mater gerebat alia negocia filii, in dubio vr̃ expẽdiſſe de bonis filii, ut d. l. Neſen. Si verò ne-

gotia filij non gerebat, in dubio videtur facere aio non repetēti, vt d. l. alimenta: nisi fuisset protestata, d.l. Nesennius. hæc Bar. Tertiū. Tutor autē, & curator restituere tenētur oē damnum, quod pupillo, vel minori processit eorum dolo, lata culpa, vel leui negligentia, non autem leuissima, l. quicquid, C. arbi. tute. ¶ Quartum. Si tutor more ciuitatis nomine pupilli mittit encænia magistro, & suis coniūctis: secundū Io. de Pla. Insti. de actio §. actionum: pupillus tenetur tutori ratione negotiorum gestorum. l. cum plures. ff. de admi. tut. qa talia encænia ex quo sunt consueta, dicuntur quasi debita, scđm glo. in d. l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tut. & ra. distra. ¶ Quintum. Si meo creditori sine mandato meo soluisti, & me liberasti soluendo nomine meo, secundum eū dē cogor hr̄e ratū, & obligor tibi actione negotiorum gestorū ad restitutionem pecuniæ pro me solutæ, secus si nō vtiliter soluisti; vt l. cum pecunia. ff. de nego. gesto. ¶ Sextum. Si tui contēplatione tuo mandato tuum filium ab hostibus, aut latronibus redimi, vel aliam rem tuam necessariam, quam redimere tenebaris, secūdum eundum mihi teneris eadem actione: imo hoc casu potest vir dotē expendere pro redimendis proprijs filijs vxoris, l. sed si iō. ff. solu. ma. Nam si pater filium captiuum, vel ecōtrario, vel alius successurus redimere negligat, successione priuatur, vt in authen. si captiui. C. de episcop. & cleri. ¶ Septimum. Tutores, curatores, & aliorum negociorum gestores, ac filijfamilias, qui nomine alieno damna intulerunt, nihilo ad eos perueniente, vtrum possit restituere de bonis eorū, quibus acquisiuerunt illis nescientibus, aut etiā inuitis. Quidam dicunt indistinctè, quod sic, quia in hoc vtiliter gerunt curam eorum cum ad hoc illi tenerentur. Quidam vero æquius distinguunt sic, nam si adhuc habent administrationem, hoc possunt, & debent, si nolunt ipsi remanere obligati cum tali tamen cautela, quod non possint postea repeti ab eis; tum quia vtiliter gerunt negocium eorū: tum quia secundum reg. iur. in 6. omnis res p̄ quascunq. causas nascitur, per easdem dissoluitur. Si vero iam non habent administrationē subdistinguitur. Nam aut prædicti gestores non possunt restituere de suo; puta, quia pauperes: & sufficit denunciare his, quibus acquisiuerunt si hoc ignorant: qui si nolunt satisfacere habeant ipsi gestores animum satisfaciēdi de suo cum poterunt: accipere autem a prędictis occulte, vt instituāt: nec tenentur: nec debent: quia quo ad se excusantur impotentia. 14. q. 6. capit. si res. quo ad alios vero nihil eis prosunt, si occultè faciant, quo ad peccatum, vel obligationem restituēdi: cum nolint restituere, & remaneāt in consciā sua obligati, publicè autem eos cogere nequeunt, nisi p̄ iudicē. Aut possunt restituere: & tunc tenentur vsque ad vnum quadrantem, si principales ad quos lucrum p̄uenit, nolunt restituere possunt tamē deinde vsq; ad quantitatem solutam subripere occultè de bonis principalium. si per viam iudicij habere non possunt sine periculo tamen, & scandalo: & cauto modo debēt notificare ei, qui se credebat obligatum, quod non obligatur. Et secundum hanc distinctionem tenet Archiepiscopus.

9 Nono † quæritur, quid iuris de restōne quantum ad malæ fidei possessores? Et dico, ꝙ secundum Pan. in c. grauis, de restit. spol. malæ fidei possessor est is, qui possidet rem, & scit ad alium pertinere; ecōtrario bonæ fidei possessor ē, qui cū ignoret se possidere alienum, possidet cogitatione domini; tex. ē in c. si virgo. 23. q. 2. Igitur malæ fidei possessor tenetur restituere rē, si extat 14. q. 6. si res, cap. cum tu. de vsu. Si vero p̄ijt, vel est deteriorata, tenetur scđm æstimationem, iuxta distinctionem datam su. §. 6. de emēte sciēter rē furtiuā, tenetur etiā ad fructus perceptos, & ad eos, quos dominus percepisset, si eam possedisset, d. ca. grauis, & in l. re furtiua. ff. de cond. fur. & in l. nauis, §. vlt. ff. de rei vend. intellige primo, si res erat fructuosa: & secundo de fructibus, q̄ honestè inde percipi poterunt. l. fructus. ff. de rei vēd. & tertio, quo ad conscientiā, si eos dominus in veritate erat percepturus probabiliter: secus si omnino nō erat percepturus: puta quia rē non locasset, si habuisset, & quarto, quo ad possessorē, qui rem habuit sine titulo: quia si habuit cum titulo; puta, per vēditionem, donationem, & huiusmodi tenetur quidem de fructibus perceptis, sed non de percipiendis, l. si fundum. C. de rei vend. nisi in quatuor casib. vt patet in l. sed, & partus, ff. quod me. cau. iuncta glo. Primo, si talis titulus habitus fuerit per meū, quia teneretur etiā de percipiendis. Secūdo, quando titulus est habitus contra interdictum legū, l. quemadmodum. C. de agr. & censi. & colo. Tertio, quando titulus habebat in fraudem creditorum, l. 1. ff. de his, quæ in frau. credi. Quarto, quando titulus habetur exemptione rei fiscalis sine debita solennitate. Nec distinguo in istis possessoribus malæ fidei, licet distinguat Supple. contra

Ange. vtrum res obnoxia restitutioni fuerit aliena: puta, quia non transiuit in dominium eius, aut fuerit alteri debita; puta, quia de iure ciuili transiuit in dominium eius, sed tamen cum obligatione restõnis: quia siue sic, siue sic tenetur fructus restituere, secũdũ dis. pdictã, vt patet in l. cum fundus, ff. si cer. pet. & in l. in debiti. in princ. ff. de cond. indeb. & clarus in l. videamus. §. in Fauiana quoque, ff. de vsu. & de hoc vide Pan. in d. cap. grauis. & gl. in cap. nõ liceat Papæ. 12. q. 2. Et not. ꝙ qui solum vsum rei furatus est, non liberatur restituta re, sed tenetur ad æstimationem vsus, ſm Hos. & Vld. Et eodẽ modo a fortiori tenetur quis restituere damna, si quæ dñs pp absentiam suæ rei passus est. Pro quo aduerte, quod in possessoribus malæ fidei vbi rei principalis est æstimatio, interesse lucri cessantis, non dẽt excedere duplũ rei principalis, sed vbi res est incerta, verbi gratia: captura pisciũ, de qua in l. si ia ctum. ff. de act. emp. & vend. seu vbi res non habet cõem æstimationem, quia, s. alia nõ est, quæ cõiter vendatur, fit æstimatio ad arbitriũ boni viri, licet excedat duplum. Adde tamen, quod in immẽsum non procedat, l. vna. C. de sen. q̃ pro eo, quod inte. prof. sed respectu dãni emergentis, si venit interesse ratione omissionis tm̃, consideratur solum interesse intrinsecũ, ff. de act. emp. l. si sterilis, §. cũ per vẽditorẽ, sicut si frumentũ nõ est datum emptori in termino, considerabitur illud, quod plus valuit, quod est interesse intrinsecũ, non quod animalia mortua sunt, quod est extrinsecum, quod limita, si venit damnum ex simplici omissione debitoris, secus si cum omissione venit commissio: vt quia promisit dare frumentum in tali termino, & creditor aliter sibi prouidisset, nisi fuisset debitoris promissione deceptus: quia tunc tenetur per omissionem, & cõmissionẽ, i. falsam promissionem, & venit ẽt extrinsecũ, ff. de act. emp. l. Iulianus. p̃sertim in foro conscientiæ, vbi tenetur quis proximo de omni damno ex dolo dato, vel lata culpa. de iniu. l. si culpa. su. interesse. Aliud exemplũ. Qui scienter vendidit lignum violatum, nihil dicens tenetur de ruina, & de pensione soluta, quod est interesse, extrinsecum. d. l. Iulianus, non tamen in infinitum: vnde non veniet pensio longo tpe, sed vt vr̃ prima tantũ, arg. l. Neratius, ff. de ser. cor. vbi corruptor tenetur de seruo, & de his, quæ asportauit fugiens, non autem de alijs, quę postea successiue furatus est. Quomodo etiam ista distinctio habeat locum in vsura, vel non, infr. Vsura, §. 9. Quomodo etiam teneatur possessor bonæ fidei, su. Fructus. §. 1. Si autem res non sit lucrosa, nisi solum ex industria, vt pecuniæ & huiusmodi dicit Sum. Ange. quod ſm opin. communem Theologorũ, vt patet per Richa. & Scot. in 4. d. 15. non tenet̃ restituere lucrũ, sed solum principale acceptum, quod tenendum dicit in conscientia, quantum ad necessitatem, quãuis aliqui velint, quod teneatur restituere lucrũ, vt no. Arch. 14. qu. 4. si quis vsuram. Sed ego dico, ꝙ tenetur secundum Rich. & Scot. de damno dato directè: puta, si pp carentiam talis rei creditor coactus est emere cariori, aut vẽdere viliori pretio: intellige de dato sufficientes, & efficaciter, non de alio; tenetur etiam de lucro cessante, secũdũ opinio. quam recitat Arc. quod limito primo si sit in mora, secundo extra vsuras, in quib. tenetur solũ de damno emergẽte, & tertio quantum ad eam partem lucri probabilis, quam vir bonus arbitrabitur ratione periculi. Et ita tenet S. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 4. in fine corporis, sicut refert, & sequitur Summa Pisani, & bene, ꝙ detinens pecuniã alienã vltra terminum, tenetur ad aliquam recompensationem, secũdum conditionem personarum, & negociorum, i. arbitrium boni viri. Et ita tenet Summ. Ros. & Supple. Nec obstat, quod idem sanctus doctor dicit 2. 2. q. 78. ar. 2. ad primum, ꝙ mutuans deducere non potest in pactum dãnum, quod consideratur ex hoc, quod de pecunia nõ lucratur, quia non debet vendere, ꝙ non dũ habet, & potest impediri multipliciter, qa nos loquimur de malæ fidei possessore existẽte in mora, in qua non est, qui mutuum accipit, nisi post terminum, immo, vt bene dicit Sup. illud dictum S. Th. intelligitur, vt illud nõ liceat faciendo pactum de lucro certo pro incerto; alias bene potest peti interesse lucri cessantis, & consequenter deduci in pactum quo ad aliquam recompensationem arbitrio boni viri. Et ideo eodem modo distinguo sicut de re lucrosa quantum ad interesse. Non tamen tenetur restituere lucrum, quod ipse fecit ex re nõ lucrosa. De expensis etiam factis in tali re, vide su. Expensæ. §. 4.

10 Decimo † quæritur, quid iuris de acquirentibus, vel nocentibus per fictiones, & mẽdacia specialiter in fraudem creditorũ? Et dico multa. ¶ Primum. Qui sub forma boni Christiani, vel boni Religiosi per hypocrisim eleemosynam acquirit, secundum Innoc. in c. quia plerique. de immu. eccl. tenetur restituere, & idẽ Alex. de Al. quia qui tali dat, non dat

ei per

ei per se loquendo, sed interpretatiuè dat viro religioso; vnde nō trāsfert dñium rei datæ in vsum, sed intelligo de fictione, qua religiosus fingit sanctitatem, non qua abscondit fragilitatem nihil bonitatis prętendens: vltra cōmunē statū suæ religionis, quia talis ꝓpriè nō est hypocrita. Nec obst. quia is, q̄ creditur bonus & nō est, & confertur ei ꝑbēda, nō teneť restituere; quia ſm Ale. nō est simile: quia iste non committit fraudem, ꝑꝑ quam sibi conferatur, cum non fingat se castum hac intentione. Vnde licet ipse sit malus, ingressus tamē in ꝑbenda est licitus; hypocrita autē hēt ingressum vitiosum. Si aūt præbendatus ingrederet per fornicationem; puta, q̄a ideo ꝑbēdā eps dat, quia matrem, vel sororem cognoscit resignare tenetur, cognita veritate. ¶Secundum. Cui autem restituēdum sit habitum ab hypocrita. Inn. vbi su. dicit, ꝙ fortè non ei, q̄ dedit, quia consecutus est mercedē suam: ꝙ dictum, ſm Pano. est notabile: & consequenter debet dari pauperib. nisi esset datum aliqua spāli cā expressa; puta, in calice, vel altare, aut hmōi. Sed Ioā. de Ripol. in suis contractib. Latius sic distinguit. Nam si tali dans; puta. Petrus errat in persona; puta, quia credit dare Titio, & dat Dyno: tenetur Dynus Petro, vel Titio. Si vero errat in fortuna: puta, quia dat diuiti credens dare pauperi, tenetur recipiens ipsi Petro vel pauperib. nisi postea ipse recipiens factus sit pauper. Si vero erat in conditione alia, puta, quia credit dare sācto, vel celebrato, & huius modi; tunc si conditio non inest tenetur recipiens restituere, vel per se, aut ꝑ aliū satisfacere intētioni dantis, ꝙ alij dicunt verum, si datū est præcisè tanquā ex causa finali ꝑꝑ illud: sicut si daret sic exprimendo, secus q̄n dat, q̄a sic credit, sicut si darem tibi, quia credo ꝙ sis amicus meus, cum non sis, quia nō teneris mihi. Et magis placet, quia, vt dicit l. si repetendi, C. de cond. ob cau. da. conditio in corde retenta repetitionem non induxit, maximè in casu isto, quia dans iam mercedem suam habet tenetur tamen per se mutatum, vel per alium satisfacere intentioni dantis in celebrando, vel orādo, si hoc est expressum a dāte, vel ab accipiente, q̄a ipsa acceptio fuit q̄dam tacita promissio. Vnde q̄stores, q̄ ꝓmittunt se facturos, ꝙ nō faciūt, aut dñt se facere, quod nō faciūt: puta, infirmos pascere: & ideo petunt, teneňt danti, vel pro quo dederunt: quia dantes intelligunť dare pro tali cā, quæ satis est expressa, ex quo pro ea petitur: secus si quis ꝑ Deo petat, & detur ei: q̄a creditur sāctus, licet nō sit, q̄a cā, pro qua accipit principaliter est Deus, licet secūdaria sit sanctitas: quæ secūdaria nō attenditur, sed principalis. ¶Tertiū. Mendicātes validi, & fortes, si fingunt se infirmos, ſm Io. de Pla. si in eis fuerit integritas corporis, & annorum robustitas eorum merito sine miseratione punienda est: sic vt si fuerint serui sub dantur dominio accusatoris: si vero liberi efficiant coloni ascriptitij. Si vero fingunt debilitatē, tūc si est forēsis, expellit, & ad suas partes remittitur: si vero est de vrbe, cōpelli dēt ad opera, & artes, & exercitia publicè operāda. l. vnica. C. de mend. val. l. 11. ¶Quartum. Si quid in fraudē creditorū fit alienum: puta, donatione, vel aliter, ſm Io. de Pla. Inst. de act. §. rursus talis donatio, adde & generaliter alienatio. vt su. eo. §. si. reuocatur: & consequēter accipiens tenetur restituere, l. qui autē §. similimodo & l. ait prætor. 2. resp. ff. quę in fraud. cre. & ꝑ hæc patet respōsio ad q̄ōnē, q̄ fuit in facto. Mercator. n. non habens vnde solueret creditoribus fugam arrepturus, reliquit vxori mille aureos dicens vt teneret eos, & si fulminaretur sñia contra non reuelantes bona sua, ex tūc ei donabat. Quærebatur igitur, vtrū vxor, vel alius sic habēs aliq̄d teneatur reuelare, si eminet cōminatoria? Et dic, ꝙ sic, q̄a illa donō non est vera, sed ficta in fraudē creditorum. ¶Quintū. Meretrix licet non teneať de mercede sua, si tñ aliquid suꝑfluè, vel fraude, aut dolo accipit, tenetur restituere dāti secundum S. Th. 2. 2. q. 62. Vide sup. Restō 2. §. 2. ¶Sextū. Qui suis literis fictis dat dānum proximo, sicut si scribat aliquas merces in tali patria multū valere, cum non sit verum, si literæ dirigebanť ei, cui nocuerunt, tenetur ei de dāno: si literæ dirigebanť alij: & ipse eas aꝑuit, in nullo teneť, licet peccet: sed ille sibi imputet. Si vero dirigebanť q̄dē alteri, sed fraudulenter, vt aliquē deciperet, tenetur insolidum mittens, & similiter scienter exequens: quia vterque dedit occasionē efficacē dāni iniustē.

11 VNDECIMO † quæritur, quomodo ad restitutionē obligētur contrahētes, specialiter pater ex cōtractu filij? Et dico multa. ¶Primum. Qui contractū illicitum facit, si quidē sit nullus, vel vsurarius, tenetur etiam de fructib. nisi bona fides excuset, vt su. §. 8. Si vero tenuit de iure, licet veniat rescindendus: puta, quia minus iusto pretio emptum est, vel hmōi: tūc si nec dolus, neque fraus interuenit, non tenetur de fructibus: sed de supplemento iusti pretij, vt elicitur ex l. 2. C. de rescin. vend & glos. in cap. cum dilecti. de emp. & ven. & in capit.

per tuas, de dona. & in c. illo vos. de pign. ¶Secundum. Quando aliqui inuicem contrahunt ſi cōtractus celebratur gratia dantis tm̄, vt in depoſito: recipiens tenetur de dolo, & lata culpa, ſi vero gratia recipientis tm̄ vt in commodato, de quo ſu. diffusè tenetur de dolo, & omni culpa, ſi gratia vtriuſque vt in locatione tenetur de dolo, & lata, ac leui culpa, l. ſi vt certo. §. 2. ff. commu. in mutuo tamē, quia trāſferunt dominium, tenetur de dolo, & omni culpa, & de caſu fortuito, vt Inſt. quib. mo. re contra. ob. §. 1. In precario, etiam quomodo teneatur, vide ſupr. Commodatum §. 8. ¶Tertium. Mediator, ſiue proxeneta contractuum qūo teneatur, vide inf. Vſura 7. §. 3. ¶Quartū. Socius vero in contractu ſocietatis tenetur de damno emergente dolo ſuo, lata culpa, & leui, quæ æſtimatur, ſi non adhibet tantam diligentiam in reb. communibus, quātam adhibere ſolebat in proprijs, tempore ſocietatis. Inſt. pro ſoc. §. fi. non autem de leuiſſima: quia ſufficit, ſi tantam diligentiam adhibebat in cōib. ſicut in proprijs. ff. pro ſoc. l. cum duobus. Si alter ſociorum in re communi fecit expēſas, ſecundū Ioā. de Pla. Inſt. de ob. q̄ ex qua. com. §. itē ſi inter aliquos alter tenetur tribuere partē ſuam. l. ſi inter fratres, ff. pro ſoc. & ſi alter eorum eſt rixoſus, & deuius, non curans laborare cōmunem, aut locare cōem domū: reliquus, ſecūdū eundē, poteſt accipere partē ſuam quo ad vſum, & laborare, & locare, & ſibi fructus recipere, ſecundum glo. in l. iubemus, C. de ſacroſ. eccl. & in l. Lucius, ff. fa. erc. ¶Quintum. Is, cui debitum indebitè ex ignorantia ſoluitur tenetur reſtituere, perinde, ac ſi mutuo accepiſſet, ex quaſi contractu. Inſtit. de ob. quæ ex qua. con. na. §. fi. & idē ſi per errorem, ſecus ſi ſcienter: quia donare vr̄, vt in l. Campanus. ff. de ope. libe. ¶Sextum. Pater ex contractu filij facto cum extraneo tenet̄ quātum verſum eſt in vtilitatem patris, ſecūdum Io. de Pla. inſt. quod cum eo. Vnde ſi eſt verſū in totum, tenetur in totum: ſi in parte, ſimiliter in parte: & hoc ſi conuertit in rem neceſſariam patri: vt quia pecuniam mutuo accipiens ſoluit creditori paterno, l. 3. §. in rem autē ff. de in rem ver. vel rem, aut domū pr̄is tuentem reparauit: ſecus ſi domum exornauit expenſis volūtarijs, quia non dr̄ verſum, niſi ex mādato domini fecerit: ſed pr̄ tenet̄ permittere auferri ſine læſione domus, dict. l. 3. §. ſed ſi mutua De hmōi ſimilibus. vide Pan. in c. quia pleriq; de immu. ecc. ¶Septimum. Si filius, vel ſeruus decipit creditorē aſſerendo ſe velle in vtilitatē patris, aut domini conuertere, & tn̄ nō cōuertit: ſecūdū Ioā. de Pla. pater, vel dn̄s non tenet̄, ēt ſi accipiēs erat aſſuetus cōuertere, vt ff. de in rē ver. l. quod ſi ſeruus. §. ſed ſi accipit. Et ſi talis accipiens primo luſit, quæ mutuo acceperat conuertēda: deinde iterum reuicit, & cōuertit: pater ſm̄ Io. de Pla. non tenetur de in rē verſo. per gl. in l. ſi minor 25. annis, ff. de min. quaſi ex noua acquiſitione, non ex mutuo dicat̄ facta cōuerſio, ꝙ Bar. in d. l. ſi minor. verum dicit ſi in alio ludo ex interuallo vicit: ſecus ſi incontinenti in eo ludo. ¶Octauum. Si mutuaſti frumētum patri, vel marito, ex quo nutriuit filios, vel vxorē, ſecūdum Io. de Pla. illi nō tenentur in ſubſidium, quaſi in eorū vtilitatem verſum ſit. ſed ſm̄ Bar. in l. his ſolis. ff. de cond. ind. tenentur vbi format quæſtionem de filijs, qui poſtea ex aduētitijs facti ſūt diuites, & idē Lud. de Ro. in ſuis ſing. ¶Nonū. Si pater cōſentit in decurionatu filij tenetur ꝓ eo in ſolidū de indemnitate Reipublicæ, & etiā ipſius pr̄is hęredes facta tn̄ prius excuſſione de ipſo filio principali debitore. l. 1. C. de decu. li. 10. Et dicūtur decuriones cōſiliarij, qui habent deliberare cū priorib. cuiuſcūque ciuitatis. ¶Decimū. Mercatores, & alij artifices, qui ſuis apothecis imponunt inſtitores, ſm̄ Io. de Pla. Inſt. ꝙ cū eo. §. inſtit[illegible]is, ex eorū cōtractib tenentur, ſi noīe domini cōtraxerūt, maximè qn̄ in eius vtilitatē verſū eſt. l. quicūque §. 1. & 2. ff. de inſt. & l. 3. eo. ti. vnde ſi ſcribat in libro, ꝙ apud menſā domini ſui Titius hēt centū in depoſito, tenetur dominus. ¶Vndecimū. Dn̄s, & pater tenentur ex contractu geſto ꝑ ſeruū, & filiū eorū iuſſu, ſm̄ eūdē, vt l. 1. ff. quod iuſſu. nā pater, & dominus vidētur cōtrahere, cū per alios cōtrahūt: ī regula, qui per aliū; & cōtrahentes videntur ſilr̄ contrahere cū præponēte, qn̄ contrahunt cū prępoſito, vt l. ſi inſtitorem. ſi cer. pet. Et idem in exercitore nauis, l. 1. ff. de exerc. Et idem quando verſum eſt in vtilitatem aliquorū iſtorum dominorū, ff. de in rem ver. l. 1. ¶Duodecimū. Fideiuſſor tenetur principalis ad reſtitutionē eius, quod ille ſoluit, Inſt. de fideiuſ. §. ſi quid āt, & pt ſponte ſoluere, ſm̄ Io. de Plat. non expectato, ꝙ ſibi fiat mandatum, vt dicit glo. in d. §. ſi quid autem. Nam tenetur agnoſcere bonam fidem. l. idemque. §. fideiuſſores. Sed ſi iudex eum condemnauit per iniuriam, ſecūdū eundem non poteſt agere mandati, ſi non appellauit. l. ſi pro ea. C. mand.

12 DVODECIMO † quæritur, quomodo reſtituere teneantur, qui aliquem impediuerunt

a con-

a consecutione alicuius boni, specialiter bñficii? Et dico multa. Primum S.Thom.2.2.q.62. art.2. dat fundamentum respondendi in ista materia, vbi soluendo ad hoc motiuum, qui impedit aliquem ab aliquo bono consequendo, vř ei illud auferre: quia quod modicũ deest, quasi nihil deesse vř, 2.Phys.sic dicit Impediens aliquẽ ne habeat præbendam iuste: puta, si intẽdens honorem Dei vel ecclesiæ utilitatẽ ꝓcuret, quòd detur digniori, nullo mõ tenetur, impediẽs vero iniuste, puta si intendat nocumentum impediti ꝑ odium, vel huiusmodi, si impedit, ne detur digno antequã firmatum sit, ꝙ ei detur, tenetur ad recompẽsationem ƒm arbitrium sapientis, non tamen ad æquale: quia poterat multipliciter impediri. Si uero iam firmatum sit, quòd alicui detur p̃bẽda, & propter indebitam causam procuret quod reuocetur idẽ est ac si iam habitam auferret, iõ tenetur ad ęqualem, tñ ƒm suam facultatẽ. Hæc ex illo: qui non loquitur solum de præbẽda; quia nõ solueret motiuum: nec intẽdit, ꝙ teneatur quis compensare solũ ei, qui iam habebat ius: sed ẽt ei qui quasi habebat: aliter negaret implicite auctoritatẽ Philosophi adductã. Et sic S.Th. intendit istam maximã, ꝙ impediẽs aliquem a cuiuscunq; boni cõsecutionẽ iuste, i. licite, in nullo tenetur & bñ: quia nemo damnum facit, nisi qui id facit qđ facere ius non hẽt, ff. de re iud. l. nemo. Impediẽs uero iniustè a consecutione de facto eũ, qui iã erat assequutus, tenetur ad æquale, quo ad eum vero qui prope erat ut assequeretur, vt quia erat uerisimile, quod assequeretur, tenetur arbitrio boni uiri. Et ita ẽt eum intellexit Arch. & consentit ẽt Rich. & Scot. qui in 4. sic distinguunt de impediẽte aliquẽ ab aliquo bono cõsequẽdo. Nam si hoc facit animo nocẽdi, tenetur arbitrio boni viri, ad æquale: qa aliud est hře, aliud esse prope vt habeat, si verò facit animo consulẽdi sibi vel amico ꝑ viã licitam, in nullo tenetur. Et ista sunt ualde bene dicta, per d.l.nemo. & ar.l.2. ff. de no.ope. nun. & l. si in meo. ff. de aqua plu. Et ponunt exẽplum, quia si præscindo in fundo meo venas, ꝑ quas aqua deriuatur ad puteũ alterius intentione nocẽdi, teneor dãni: non aũt sine fraude cõsulendo mihi, ar.d.l. si in meo. Adde verò, ꝙ si concurrat odiũ & propria uel amici utilitas, inspiciendum est quid sit principalius in intẽtione, & secundũ illud iudicãdum, non ƒm secundarium: & in dubio standũ est utilitati, cum maior sit amor sui, quam odium proximi, qđ ex illo causatur. Et ex his sequuntur multa, quæ habẽtur in sequentib. particu.

¶Secundum, ƒm Pet. de Pal. differt quo ad hoc inter præbendas, quæ non dantur liberalitate, sed iustitia, & legata & alia, quæ liberalitate danť, quia licet non teneatur compensare impediẽs consecutionẽ præbẽdæ nõ ex odio, sed ut deť digniori, vel æquè digno, secus, ut detur minus dignõ, quia cum detur ex iustitia, quæ debitum respicit, debetur ſp meliori respectu minus boni: licet in æquè bonis sit locus gratificationi. secus in aliis donis vel legatis, in quibus nihil est debitum donatario vel legatario, sed tãtum gratuitum, vnde si tibi dandũ uel iã legatum, adhuc tamẽ reuocabile, procuro mihi vel amico, intellige ẽt minus bono, nõ facio tibi iniuriam nec iniustitiam, quia non aufero tibi ius tuum, quia nihil erat adhuc tibi debitũ. Hæc ex illo. Et, ut patet, hoc sequitur ex præmissis hoc casu, respũ præbendæ impediẽs impediebat iniuste, non respectu legati. Sed intellige, quod nõ teneť, si reuocatio fiat libere, secus si non libera uoluntate fiat iuxta dicta su. Restitutio 2. in prin.

¶Tertiũ. Qui legatũ alicui factũ, vel fiendũ ꝑ sugestionẽ, solicitudinem, vel importunitatẽ impedit, ne id cõsequatur donatarius, secundum Bar. Cœpo. in suis cautelis tenetur actione de dolo, uel in factum subsidiaria ei, cui ademptum est, vel cui non est relictũ ex solicitudine eius. ff. de doli excep. l. 1. no. Ang. in l. fi. C. si quis ali. testa. prohi. Sed hoc ꝑ prædicta patet falsum: vnde dico, quòd ẽt si hoc fit per tutorẽ respũ pupilli, non tenetur vt sup. Clericus. 4. §. 10. Si verò fiat per prælatũ respũ ecclesiastici Sum. Ang. contra Ros. dicit secus esse. Sed tu dic ibi. Si uero sit religiosus respũ ecclesiæ matricis cum hoc sibi ne faciat prohibeatur in cle. religiosi, de priui. secundum fratrem Aluarũ peccat mortaliter, & tenetur restituere. Sed dico ꝑ prædicta, quod si hoc fecit cõsulẽs saluti testatoris, nec tenetur, nec peccat. Si uero hoc fecit sine hodio consulẽs sibi vel monasterio, vel amico suo, peccat quidẽ, sed tamẽ non tenetur, quia iure naturali non tenetur, nec ẽt positiuo, quia illud non mãdat restõnem.

¶ Quartum, qui rusticum impedit iniuste ne suas operas exequatur, tenetur de salario, & similiter qui impedit piscatorẽ, vel aucupẽ a uerisimili futura captione piscium uel auiũ, quæ sunt iuris cõis, tenetur arbitrio boni viri ƒm Gerar. Old. & Arch. quia istis aufertur suus proprius vsus, qui erat sui iuris, & fructus in eorum vsu quasi seminaliter contentus quod limitat Arch. nisi quis hoc faciat

ratione ripæ, vel terræ, quæ ſunt ſpecialium dominorum, habẽs ſuper hoc authoritatem. Limita etiam, niſi quis hoc faceret modo licito, conſulens ſuæ utilitati vel amici, ut ipſe capiat, iuxta prædicta, ſed tamen conſiderandum eſt an, & quantum cepiſſent, quod intendunt alii, qui contrarium tenere videntur in l. quemadmodum. §. idẽ Labeo, ff. ad leg. Aquil. ¶ Quintum. Qui alicuius agri ſemina effodit, vel qualitercunque fructus impediuit, aut dãnum intulit, quia tempore ſuo non ſoluit, ſecundum Vld. non tenetur reſtituere totum damnum, quia dubium erat de futuro, ſed tãtum quantum fructus in illo dubio vendi potuiſſent vel ſuũ lucrũ mercator vẽdidiſſet. Et idẽ de eo q alteri rapuit equũ, vel pecuniã qa reſtituet, ſm S. Ber. ſolũ lucrum probabiliter futurũ, & ſm Spe. dãnum datum in frumento dũ erat in herba, & huiuſmodi, ęſtimabitur ex pectando tp̃s meſſis, vt ſciatur quantũ ex tanto & ſimili frumẽto habebitur, vel cõſiderabit quantũ in anno præterito ex tãto & ſimili habitũ eſt. ar. ff. ad l. Aqui. in lege Aquil. & hoc vr̃ æquũ, ſed tñ in omnib. his requirit arbitrium boni viri ¶ Sextũ. Qui debitorẽ eximit vel ſubtrahit, vel aufugere facit detentũ in carcere, p debito fiſci vel priuati, ſm Io. de Pla. in l. quoties de exac. tri. lib. 10. tenetur ſoluere illud totum, vt d. l. quoties. Si autem detinebatur pro delicto, vide ſupr. Fugere. ¶ Septimũ. Qui aũt occultant aut faciunt fugere officiales tp̃e ſyndicatus, dicit idem, quod tenẽtur ad reſtõnẽ damni. ſ. qđ illi debebãt ſi fuiſſent ſyndicati, ſm Bart. C. de aſſe. l. ſi poſt ſm Bal. autem tenentur in quadruplum quod in foro cõſcientiæ, eſt verũ ſolũ poſt condemnationẽ: ¶ Octauũ. Qui impediunt aduentũ frumenti aut aliarũ merciũ ad aliquam terram, vt ipſi carius vendant, tenentur de illo pluri his qui carius emerunt, & de dãno illis, qui erant allaturi, quia iniuſtè impediuerunt, vtilitatẽ priuatam, & propriam, publicæ, & cõi, præponentes, & idem de his, qui concordant in emptione omnium mercium, vt uendant ad libitum, quia tenentur ad omne damnum. l. 2. ff. ad le. Iul. de ann. & in gl. l. annona, ff. de variis & extraor. cri. ¶ Nonum. Qui aliquem impedit iniuſte ne ſuum aſſequatur, impediendo apprehenſionem per viam iuſtitiæ, aut ẽt per uiam illiciti facti, aut per viam reſtitutionis, multo magis tenetur quam impediens aſſequutionem eius quod nondum erat ſuum, arg. 14. q. 6. ſi res. ¶ De impedientibus a conſequutione lucri. infra Vſura. § xix.

RVRSVS de reſtitutione quarto, cui quis debeat vel teneatur reſtituere.

1 *Reſtitutio cui facienda ſic in genere.*
2 *Reſtitutio quando non fiat vero domino.*
3 *Prado an ſit reſtituendus poſſeſſioni.*
4 *Reſtitutio qualiter fiat fiat, quando ignoratur, cui debeat reſtitui.*

RESTITVTIO quarto rurſus conſiderari poteſt vt ſciatur cui quis teneatur reſtituere.

PRIMO † ergo quæritur in genere cui reſtitutio facienda ſit? Et ante omnia iacio fundamentum ex Arch. poſt S. Tho. 2. 2. q. 32. & 62. q tripliciter aliquid eſt illicite acquiſitũ. Primo quia acquirẽs nõ põt illud retinere, & dans dẽt rehabere: vt in furto. Secundò, quia nec ille retinere, nec iſte rehabere poteſt quia vterq; egit contra legẽ & iuſtitiam ille dãdo, & iſte accipiendo: vt in ſimonia. Tertiò, quia dans non poteſt rehabere, & acquirẽs põt retinere: quia acquiſitio non eſt illicita, ſed ex illicito, vt in eo, quòd ex meretricio quærit. Supp. autẽ præter hos modos illicitæ acquiſitionis conatus eſt inuenire quartũ: vbi dans ex obligatione dat, & accipiens turpiter accipit: & tenetur pauperibus, per c. cum ſit, de Iudæ vbi mandatur dari pauperibus quod ſolutum eſt a Chriſtianis Iudæo, vel pagano, cui publicum officium commiſſum eſt: ſed vt probat ibi gl. per multa iura, illud erat reſtituendum danti, ſed quia ille erat incertus, mandat dari pauperibus. Deinde autem dico q br̃ materiam colligẽdo Ray. dicit ei reſtituẽdũ, cui res ſubtracta eſt, ſiue ſit dñs rei, ſiue ẽt nõ ſit, ſed tñ ſua interſit ex cã honeſta rem non eſſe ſubreptã: puta, quia habebat in ea ius pignoris, vel uſũ, aut aliquid huiuſmodi. ff. de fur. l. is cuius. Si vero ipſe, cui res nunc ſublata eſt furatus erat eam, non ſibi, ſed domino reſtituenda eſt vel ei, cui prior fur ſubripuerat ex cã honeſta, caute tñ, ne furis perſona prodatur. Itaque regulariter reſtitutio facienda eſt ſpoliatis. 3. q. 1. reintegranda. & fere per totã q. de reſt. ſpo. fere per totum, quod intellige primo ſpoliatis principalibus, vel eorũ hæredibus, ſi inueniunt; aliàs pauperibus de vſur. cum tu. & ſcđo ſpoliatis re ſua, aut a ſe iuſto titulo poſſeſſa. C. loc. l. ſi quis conductionis. Qđ tamen primò fallit quando dominus rei dedit illam turpiter, nec meretur hr̃e vt inf. & ſecundo quando non dominus habet eam iuſto titulo, ſed in fraudẽ veri domini: quia is, qui ab iſto habet, tenetur caute nunciare domino. 22. qu. 5. hoc videtur. ¶ Sed ad pleniorem

rem

rem notitiã ſic diſtinguo. Si.n.eſt quis obno-
xius rõne turpis acceptionis, in qua participa
uit ẽt dans non tenetur dãti, q̃a, vt dictum eſt
ſu. in pari cauſa turpitudinis potior eſt condi
tio poſſidentis. ff. de cond. ob turp. cau. l. ſi ob
turpẽ, §. porro, & C. eo. l. 2. & conſequẽter te
netur pauperib. quaſi non inueniatur princi-
palis, vel eius hæres, per d. c. cum tu. quod fal-
lit primo, ſi interuenit dolus, fraus, metus, vel
deceptio, & huiuſmodi, in quib. datur repeti-
tio per actiones de dolo, vel metus cã, & ſimi
les, vel ꝑ ꝫ officiũ iudicis, quia hoc caſu reſtituẽ
dum eſt danti, vel hæredibus, ſi inueniantur:
alioquin pauperib. ſecũdũ Inn. & Doct. in ca.
quia plerique de immu. eccl. Secundo in acce
pto per ſimoniam, vel vt alteri fieret iniuria,
de quo ſup. Reſtitutio 2. §. 1. & generaliter vbi
ius aliter diſponit, & quando ipſo iure appli-
catur fiſco, vel priuato: quia de alieno eleemo
ſyna pauperibus fieri non poteſt. 1. qõ. 1. non
eſt putanda, eo tamen caſu, quo applicatur fi-
ſco, vel priuato, licet turpiter accipiẽs nõ co
gatur reſtituere danti, tamen hoc poteſt, quia
hoc nullo iure tenetur: & pęnæ ſunt reſtrin-
gẽdæ, & ita tenet Sum. Conf. Si vero non in-
teruenit dolus, aut aliquid prædictorum, ita
quod danti nulla competit repetitio ꝑ actio-
nem, vel officiũ iudicis, variant Doct. quia Ho
ſtien. in c. cum ſit. de Iudæ. tenet indiſtinctè, ꝙ
eſt reſtituendum pauperib. & idem aliqui im
ponunt Inno. vbi ſup. quod quidem nullo iure
probatur, quaſi hoc ſit de neceſſitate ſalutis,
ſed ſolum de conſilio, vt tenet Car. in d. capi.
quia plerique, & glo. Ray. vt ſup. Reſtitutio 2.
in prin. & idem in effectu tenet Inno. vbi ſup.
aliter ſibi contradicet, cũ non dãnet aliquem,
ſi qđ mali quæſitũ ex negotiatione, vel extor
ſione ex qua tamen reſtituere non tenetur, re
linquat hr̃dibus: & dicat mathematicũ in præ
dicto caſu non teneri ad reſtõnem, nec lucrã-
tem in ludo, niſi fuerit in dolo: cum tamen iſti
acquirant cum peccato; vnde talia ſunt reſti-
tuenda de conſilio, nec eſt mortale tenere ꝓ
ſe. Vnde vbi reſtitutio reſpicit incertam perſo
nam, ſecũdũ Veru. non eſt de neceſſitate ſalu-
tis, ſed de conſilio. Quod limita, niſi interue-
niat iudicialis cõdemnatio, vel niſi ipſa bona
incerta taliũ ſunt, ꝙ aliquando fuerunt obno
xia reſtõni faciendæ certæ ꝑſonæ: vt ſu. Reſti-
tutio 2. § 2. Si vero non eſt quis obnoxius re-
ſtõni ex turpi cã, in qua participauerit dans:
ſubdiſtingue, vtrũ inueniatur principalis cre
ditor, vel hæres eius: quod idem eſt, vel non.
Si enim non inuenitur, dic, vt infr. Reſtitutio
vi. vbi agetur de reſtitutione incertorum. Si
vero inuenitur principalis creditor: tunc aut
obligatio eſt perſonalis, & dicendum eſt, vt
inf. Reſtitutio 8. §. 1. Aut eſt realis, vt quia ha-
bet quis rem alienam: & tunc ſi habet a domi-
no, illi reſtituenda eſt. ff. de rei vend. per totũ,
& C. eodem, quia cuique dandum eſt, quod
ſuum eſt. ff. de iuſtitia. & iur. l. iuſtitia. §. legis
præcepta. Si vero habuit ab alio titulo trãſla
tiuo; puta, donatione, venditione, & hmõi, ſi-
militer reſtituẽda eſt domino gratis, C. de fur
tis. l. in ciuilem. Si vero habuit ab alio titulo
non tranſlatiuo; puta, locatione commoda-
to, vel etiam ſine titulo, puta, quia forte ſubri
puit, reſtituẽda eſt ei, a quo habuit, intellige
ſi erat poſſeſſor bonæ fidei, C. loc. l. ſi quis con
ductionis, vbi conductor licet dicat ſe dñm,
dẽt locatori reddere, & deinde agere de do-
minio: niſi conſtaret de dño, vel poſſit in cõti
nẽti ꝓbare. ff. de depo. l. bona fides. vbi quãdo
fur rẽ depoſuit apud rei dominũ, nõ cogitur
dominus reddere. Si ãt nõ poſſet conſtare, ſta
tim cogitur reddere ei, a quo habuit, ẽt ſi ha-
buiſſet a fure, vel p̃done. d. l. bona fides. Qđ li
mita, quando habuit cãm ab eo, vt ibi, quia ſi
ab eo non habuit cauſam: puta, quia ei furto,
aut rapina ſubſtulit: tunc ſi quidẽ furtũ ſuſtu
lit, non debet priori furi reſtitui: quia nullus
poſſeſſor malæ fidei habet hoc caſu ius repe-
tendi: cũ actio furti detur ei cuius intereſt, &
l. is, cuius intereſt, & nemo debet ex improbi
tate ſua conſequi actionem. ff. de furt. l. itaque
daretur tamẽ actio furti furi. ſi a principio ha
buit rem de voluntate domini, & conſequen
ter eius intererat ex honeſta cã, ſicut ei, q̃ ac-
cepit veſtẽ poliendam, & furtũ commiſit cõ-
modando alteri, cui a tertio furto ſublata eſt.
ff. de fur. l. qui vas. Si vero ſuſtulit rapina a fu-
re, vel p̃done, debet ei reſtituere, per c. in lite-
ris. de reſt. ſpo. & probatur, quia nec etiã dño,
licet rẽ ſuam rapere, niſi fiat incontinẽti vim
vi repellendo; aliàs cadit a iure ſuo, & perdit
eã, ſecũdũ Inn & Hoſ. ar. l. extat. ff. ꝙ me. cau.
niſi fortè per iudicẽ eã cõſequi poſſet: vt no.
diſt. 1. ius gentiũ: & ita indiſtinctè tenet Sup-
ple. Sed tu limita in rapina, & in furto, quan-
do de vero domino nõ cõſtat, vel ſtatim pro-
bari nõ p̃t, & ille, cui ſublatũ eſt, repetit: quo
caſu loquitur d. c. in literis. vt ibi patet: aliàs ſi
ille non repetit, põt, & dẽt auiſari verus do-
minus cautè, vt patet per ca. qui cũ fure. extra
de fur. cũ ibi no. Si vero repetit quidẽ, ſed ex-
ceptio de vero dño ſtatim ꝓbari põt, idẽ eſt:
quia licet peccauerit, maximẽ raptor, etiam

ſi ſit verus, dñs tamen reſtituere non tenetur ei, a quo rapuit: qa nõ fecit illi iniuriã, ſed publicæ iuſtitiæ, ſi eã potuiſſet hr̃e, aliàs etiã nõ peccaſſet. Vnde Archi. indiſtinctè tenet, ꝙ qui abſtulit a vero dño, tenetur ei: & qui a non domino, ſed tñ iuſtè, vel ex honeſta cã poſſidenti, tenetur ei, q vero ab iniuſtè detinente, reſtituere dẽt vero domino: immo ẜm eũ, & Verne. male faceret reſtituendo tali furi, vel p̃doni, & non vero dño; licet ẜm eos, ſit liberatus ab obligatione reſtõnis: quia in priſtinũ ſtatũ repoſuit. Cũ ãt dicit Supp. ꝙ ſi abſtulit per rapinam a fure, vel prædone, tenetur ei reſtituere; quia ẽt p̃do eſt reſtituendus, ſ. poſſeſſioni, de reſt. ſpol. in literis, non eſt bona probatio, quia aliud eſt raptorem ſpoliatum reſtitui, aliud ſpoliantem reſtituere, de quo infra, §. 3. Qñq; tamen debet furi, vel p̃doni fieri reſtõ ſi cum eo dominus in repetitione concurrat, potius debet fieri domino, d. l. bona fides, immo ſi dominus ex ignorantia non repeteret. Et ꝙ dictum eſt de domino concurrente, idẽ eſt de quolibet prætendente aliquid ius honeſtum: quia ſemper illi facienda reſtõ, q fouet maius ius, d. l. bona fides, & eſt argu. in l. quæritur. ff. de ſta. hom. vnde vincens filio, vel ſeruo, tenetur patri, vel domino. ff. de alea. l. fina. immo filij tenentur patri reſtituere res ſpectantes ad eos iure proprietatis, ſi vſusfructus eſt patris: quod tamen fallit in caſtrenſi peculio, vel quaſi caſtrenſi, & in beneficialibus, vt in c. ſi annum, de iud. lib. 6.

2 SECVNDO † quæritur, in quibus fallit illa regula, quod ſublata a vero domino ſunt ei reſtituenda, qui haberi poteſt. 3. q. 1. reintegranda. & de reſti. ſpo. quaſi per totũ: & in ca. ſicut dignũ. de homin. §. eos. Et dico, ꝙ fallit primo ſi ſublata ſit ei iuſto bello. Secundo, ſi dicto imperiali, vel eccleſiaſtico, ſit ei interdictum, vt dictum eſt. Tertio, ſi dominus eſt pupillus, minor, aut furioſus: qa reſtituetur tutori, vel curatori. Quarto, quando dominus mortuus eſt: qa reſtituetur hr̃di ꝓprio dicto ex teſtõ, vel ab inteſtato: ſi quis ãt eſſet hæres in certa & determinata parte: puta, centum, vel in domo: non fiet ei reſtitutio, ſed illis, quibus commiſit diſpenſationem bonorum ſuorum: & ſi dominus in morte reliquiſſet oĩa ſua pauperibus diſtribuenda, debet dari pauperibus, ſecũdum Inn. in c. quod ſicut. de ele. quod puto verũ, ſi reliquit pauperib. in genere: ſecus ſi eligendis per aliquos executores, quia executoribus eſſet reſtituendũ. Quinto, qñ illud, ꝙ reſtituendũ eſt, acceptũ eſt a prælato eccleſiaſtico. Sed de hoc ſup. Clericus 4. §. 10. Adde ſexto, quando iſta bona de certis fiũt incerta, iuxta dicenda inf. Reſtitutio 8. §. 1.

3 TERTIO † quæritur, vtrum prædo, ſiue raptor ſit reſtituendus, ſ. rei ablatæ ab eo poſſeſſioni: ſiue vtrum ſit ei reſtituendum? Et dico de hoc eſſe magnam q̃onem inter iuriſtas, de qua ad ſaturitatẽ, & nauſeam, vide Pano. in d. c. in literis vbi dicit, ꝙ fur nõ eſt irregulariter reſtituendus, de quo dic, vt ſup. §. 1. Si p̃do, inquit, ſit p̃do ſtratarũ publicarũ, non eſt reſtituẽdus, ſed ſuſpendẽdus: ſed p̃do. i. is, qui per aliũ eadẽ re ſpoliauit, eſt reſtituendus, quantũcunq; conſtet illum eſſe p̃donẽ, ex quo dominus ſecum non concurrit ad petendum; vt patet in l. 1. §. ſi prædo. ff. depoſiti, vbi dicit text. ꝙ ſi p̃do depoſuit, p̃t agere depoſiti. Et reddit rõnem: quia eius intereſt, cum alteri teneatur & hẽat depoſitario obligatos ex contractu. Quæ rõ habet locum, quantumcunque conſtet eum eſſe prædonẽ: licet in beneficialibus reſtitutio fieri non debeat, ex quo conſtat eũ eſſe p̃donem, ne detur vitioſus ingreſſus, quia non dẽt intrudi etiam vt alij reſtituat. Et recitantur ibi dr̃iæ inter furem, & p̃donem, quare hic, & non ille reſtituatur. Sed quicquid ſit de prædictis in foro contentioſo tamen in foro conſcientiæ, ſi conſtaret de vero domino, aut incontinenti probari poſſet, nõ eſſet reſtituẽdus prædo, etiam ſi repeteret, & dominus ex ignorãtia, vel alia cauſa non repeteret. Et ita ſentit Arc. poſt Ray. immo ita eſt mens Inno. & Do. Ant. vt recitat Pan. & multorum ſolemniũ Doctorũ, etiam in foro contẽtioſo, quod p̃do nõ reſtituit contra dominũ, ſi de eo conſtet: ſed contra aliũ p̃donẽ, vel furẽ. Qđ ergo dr̃, p̃donẽ eſſe reſtituẽdum, ẽt ſi conſtet eum eſſe p̃donẽ, fallit primo, ſi ſit talis p̃do, cuius vitæ non ſit parcendum. Secundo in beneficia lib. ¶ Tertio, ſi dominus eodem tp̃e petat cum eo. Quarto, ſi non petat, ſed tamẽ põt excipi de vero domino: quia cõſtat, aut ſtatim ꝓbari põt: imo ſi probari non põt modo conſtet ei, qui rem habet in conſcientia, poteſt, & debet reſtituere immediatè vero domino, & nõ mediãte prædone, qa eſt periculoſum, & fruſtra fit per plures, quod fieri poteſt per pauciora æquè bene, & melius, ẜm regulã Philoſophi. Quinto, ſi prædo rem ablatam depoſuit apud eum, cui abſtulit, d. l. bona fides. Sexto, ſi fuit inuator rerum ſpiritualium, q̃ reſtitui non debent, niſi probetur poſſeſſio legitimè adepta.

4 QVARTO † quæritur, quid agendum, quãdo is, cui reſtituendum eſt, ignoratur, aut eſt mortuus,

tuus, vel distat. Et dicit S. Th. 2.2. q. 62. art. 5. ꝙ si sit omnino ignotus, debet homo restituere ut potest, s. dando in eleemosynas pro salute ipsius, siue mortuus sit, siue uiuus, præmissa tamen diligenti inquisitione de persona eius. Si verò sit mortuus restituendũ est eius hrdi, qui computatur quasi vna persona cum eod. Si verò sit multum distans, dẽt ei transmitti quod ei debetur, & præcipuè si sit res magni valoris, & possit ei commode transmitti: alioquin dẽt in aliquo loco tuto deponi, ut pro eo cõseruetur, & domino significari. Hęc ex illo. Sed adde secundum Ro. nisi sit quid modicum respectu eius cui debetur: quia posset eius anima pauperib. dari. Et secundum Ber. idẽ est si sumptus excedunt summam rei, arg. capit. anteriorum, 2. q. 6. Immò dico si æquarẽt, imò si parum deficerẽt, adeo ꝙ residuum esse modicum respectu eius; quia tunc locum hẽt dictum Rod. Adde ẽt ꝙ ẽm Arch. post Io. si debitor suo proprio motu rẽ mittat domino, & pereat, tenetur satisfacere denuo. Adde ẽt id, ꝙ dictum est de deponẽdo rẽ, eẽ consilium, non præceptum. Adde ẽt, ꝙ si nescitur vbi habitat, non oportet quærendo vagari. arg. l. quo nisi fiat, §. 1. ff. de operis libertorũ, vnde pauperib. dabit nisi expectetur verisilr rediturus ẽm Su. Ang. Sed verius si verisimiliter creditur non rediturus: qa quandiu est dubium, seruandum est ei. ar. c. iuuenis. de spon. Adde quarto ẽm Pan. in c. cum tut. de vsuris, quòd si is, qui hẽt restituere, sit possessor malæ fidei, puta fuit vsurarius, & huiusmodi, si recessit ipse de loco vbi abstulit, tenetur mittere domino sumptibus suis. Si vero alio se trãstulit, dominus sumptibus eius ei mittere dẽt. Et sic intelligẽda est. glo. ibi. & sic distinguit lex in re legata. l. cum res ff. de leg. 1. quod limita primo, nisi adesset fidꝰ gratis deferẽs: ar. c. significante, de pig. & secundo in conscia. nisi dominus sine expẽsis, aut minoribus rem suam secum duxisset: qa tenetur de tali damno si ex delicto tenebatur: licet non sit ex contractu etiam vsurario, vel quasi contractu, ꝑ dicta sup. Restitutio 3. §. 8.

RVRSVS de restitutione 5. quando fieri debet.

1 *Restitutio an debeat statim fieri. & nu. 5. & seq.*
2 *Restituere an debeat, qui est in extrema necessitate, aut circiter, & nu. 3.*
4 *Restitutionis impotentia quando excuset.*

RESTITVTIO quintò considerari potest, vt sciatur quo tpe teneatur exequi restitutionem, qui est restitutioni obnoxius.

1 †PRIMO ergo quæritur, vtrum teneatur qa statim restituere? Et brẽ recolligẽdo istã materiam totam, de qua diffuse Archiepi. 2. part. tit. 2. in fi. vbi se expedit, videatur: dico ꝙ ẽm S. Th. 2.2. q. 62. ar. vlt. obligatus restituere, aliquid, tenetur illud restituere statim, quia sicut rẽ alienam auferre est cõtra iustitiã, ita & detinere, cum impediatur dominus ab vsu suæ rei: nulli aũt licet quantumcunq; modico tẽpore facere contra iustitiam iuxta illud Eccl. 21. Quasi à facie colubri, &c. Nec obstat, ꝙ ꝓceptum de restituendo sit affirmatiuũ: & consequenter non obligans ad sꝑ, quia includit negatiuum. s. Noli detinere alienum: limitat tñ si homo põt: quia quæ non põt, ẽm eũ, non tenetur statim: sed debet petere dilationem, vel remissionẽ: intellige nisi ex petitione sequeretur reuelatio peccati, vel aliud scandalum. ar. c. officij, de pę. & re. de quo ẽt inf. Restitutio 7. §. 1 & ẽm Pet. & Ray. eã petere dẽt ab epo, si restituenda sunt incerta, vel à discreto confessore. Si verò sunt certa, i. debita certæ personæ: quæ sciri & inueniri põt, petenda est ab ea: aliter potẽs nolẽs restituere nõ põt absolui, 14. q. 6. si res, nisi doleret, ꝙ non restituit q̃ primum potuit, & præponeret quã primũ posset restituere. Vide ẽt inf. Restitutio 6. §. 3. Et si remissio aut dilatio non obtineatur, sunt opiniones. Nam vna dicit, ꝙ teneatur satisfacere statim, aut cedere bonis non habito respũ ne egeat, ẽt si oporteret ipsum mẽdicare: & nihil põt sibi retinere, nisi ea sine quib. moreretur. Et ita vr̃ sensisse Rich. in 4. & Arc. in c. si res. 14. q. 6. & Ber. & Host. & vt vr̃ Inno. in c. cum tu. de vsur. & Io. do. Rayn. & Veru. Alia verò est humanior aliquorũ, quos refert ac sequitur Arch. dicẽs ꝙ habens aliqua vltra necessitatẽ naturæ non tenetur cedere bonis, ad vitanda corporis, & animæ damna. Nõ obstat id, quod dicunt prædicti Doc. quia loquũtur tanquam viam tutiorem consulentes, q̃ tñ non tenemur sꝑ arripere, sed sufficit eligere securam. Et inter has opiniones vr̃, meo iudicio, ista distantia, quia secundum primam licitum est ista retinere solum ea, sine quib. moreretur ipse vel sui: ẽm aliam verò põt aliqualiter viuere decẽter in aliquibus casibus, licet non secundum omnẽ decẽtiam sui status, puta æque amplè vestiendo, dotando, & vescendo. Et ista opinio secunda est benignior, & uerior, vt patebit inf. §. 3.

2 †SECVNDO quæritur, vtrum existens in extrema necessitate, non habens nisi necessaria vitæ suæ, & suorum, teneatur restitue-

tuere? Et dicit Sco. in 4. dist. 15. quod nõ: quia in extrema necessitate oĩa sunt cõia, l. 1. §. cũ in eadem. ff. ad l. Rhod. de iac. & in cap. exiit. de verb. sig. Vnde illa res iure poli efficitur detinentis in articulo nisi dominus rei sit in eodem articulo: quia tunc illi debetur. qui prius in talem necessitatem deuenit, & si eodem tẽpore deuenerunt, domino est restituenda: qa nunquam excidit a dominio, pro hoc, quia duobus concurrẽtibus præualet, quod est potius, arg. l. quæritur. ff de sta. ho. Et subdit Sco. ꝙ si talis detentor talem rem præoccupauit ante talem necessitatem restituere tenetur si venerit ad pinguiorem fortunam, alias secus intellige si res est consumpta, & idem Rich. & Pet. de Pal. tutius tamen vr̃ quod restituat si venerit ad pinguiorem fortunam: sicut, & qui cessit bonis. C. de his qui bo. ced. pos. l. 1. ista tamen intellige de eo, qui est in extrema necessitate proprie. qui. s. nec per se, nec per amicos iuuare se potest: secus impropriè, ut is, qui occidendus est, nisi redimat pecunia, quã potest tunc ab amicis mutuo petere, licet penes se non habeat de sua: quia talis restituere tenetur. De quo vide S. Th. 5. quol. q. 9.

3 TERTIO † quæritur, vtrum restituere teneatur is, qui vltra necessaria vitæ habet quidem ad aliqualem, aut ad totalem decẽtia? Et dico in ista quæstione esse opiniones, & secundũ Ray. & sequaces dicendũ est, quòd qui est oĩno impotens restituere, oĩno excusatur, vt §. priore: qui vero non est impotẽs oĩno, tenet statim ad id, ꝙ põt: q̃ potẽtia s̃m Ray. videtur consideranda vsq; ad mẽdicitatẽ suam, & suę familiæ reseruata sola extrema necessitate: sed quia non solum necessitas extrema, sed ẽt magna excusat a restõne, argu. de fur. l. si q̃s pp, & ibi expresè in gl. ideo cum Arch. & Io. de Neap. & Sco. humaniorẽ, & veriorẽ opin. sequendo sic dico. Ei, qui est restõni obnoxius, licitum est rem alienam ad tempus detinere, quando ipse rei dominus hoc rationabiliter velle deberet, licet cupiditate: vel alia irrationabili causa ductus nolit. Ista maxima, & clauis probatur primo authoritate Ioã. de Neap. in quol. 9. q. 22. dicentis, quod quando alienæ rei detentio est contra voluntatem domini inordinatam, iuste fit. ut 22. q. 2. ne quis. & secũdo authoritate Scoti dicentis, i vbi sup. ꝙ domino inordinatè uolente suum rehr̃e, & consequenter contra rectam rationem nolente proximum retinere, tunc tenens non est detentor iniustus, & tertio authoritate Ioan. Nider. & Nicolai de Aus. & Arch. qui prædictos refert, & dicit suo iudicio eos rationabiliter loqui & quartò rõne, quia si nõ esset vera illa maxima, ideo esset quia voluntas dñi ẽt irrationabilis circa restitutionem suæ rei semper extra extremam necessitatem implenda est quod tamen est falsissimum: quia restitutio ordinata ad bonum domini aliqñ̃o esset in malũ eius: vt si velit reddi sibi gladium, se vel aliũ iugulaturus. Et procul dubio dicta maxima est de mente S. Thom. qui vult aliquando depositum reddi non debere domino volenti, quòd tamen reddi strictime iura mandarũt. C. de po. l. fin. Ex hac maxima Arch. post Sco. & alios deducit aliquos casus. 2. par. tit. 2. cap. vlt. diffuse: quod breuiter recitabo: in quibus is qui dicenter vult. non tenetur statim restituere, intellige in foro animæ, etiam si dilationẽ obtinere non possit, modo habeat firmum propositum restituẽdi in totum, & paulatim s̃m posse restituat in parte temporibus suis. ¶ Primò si restõ subdita redundaret in damnum contra bonum cõe: quia illud præfertur particulari. ¶ Secundò si redundaret in malũ corporis, aut aĩæ ipsius domini. ¶ Tertio si redundaret probabiliter in alicuius infamiam, aut mortem corporis vel animæ: qa imminerет periculum furti, vel prostitutionis mulierum, & hmõi, donec cessent prædicta: qa ordine charitatis animã, corpus, & fama debent re. b t palib. anteferri. ar. c. officii. de pœ. & re. nisi creditor esset in extrema necessitate: quia tunc corpus eius præferri debet corpori alterius, & famæ, non autem aĩæ, secundũ mentẽ prędictorũ. ¶ Quartò se redũdaret in magnas expensas restituentis, de quo dic vt sup. Restitutio 4. §. vlt. & generaliter si redũdat paruũ commodum domini, & in magnum damnum restituentis; puta, quia oportet eum uendere instr̃a quib. viuit, aut artem relinquere; quo casu si dominus æquale, vel quasi inæquale incommodum ex absentia suæ rei sentiret, tenetur: quia non licet alicui in re aliena incommodare dñm, ut seipsum commodet. Vnde & rõnabiliter hoc casu dominus statim vellet rẽ suam: quia prima charitas incipit a seipso. c. non satis: distin. 86. hæc æquitas, & humanitas. non est prædićta, ne paretur uia iniustis detẽtionib. rei alienæ apud indiscretos, & parum timoratos, sed ea per confessorum discretionem utendum. ¶ Quinto generaliter quando debitor est impotens, de quo dic ut §. seq.

4 QVARTO † quæritur, quis dicatur impotens ad restituendum impotentia excusante. Et dico, quod impotentia restituendi de iure

nulla

nulla est cum licitum sit cuilibet restituere: de facto aũt est multiplex, loquendo iuridicè, vt patet ex dictis su. Potentia prima. s. absoluta, quæ est eius, qui nihil habet ꝙ indubitatè excusat, secundum oẽs & idẽ est si hẽt quidẽ, sed necessarium vitæ; quia talis dici potest nihil hr̃e præter vitam, & secunda modificata honestate, ꝙ est eius qui restituere non põt sine infamia, vel scandalo, quæ excusat ad tempus dictæ infamiæ, vel scandali, vt §. priore, & in modificata commoditate, qua dr̃ non posse ꝙ commodè non potest; quæ de mente primæ opinionis recitatæ sup. §. 1. non excusat hñtẽ vltra necessaria ad vitam: sed de mente Io. de Nea. & Sco. & Io. Nider. excusat, qñ creditor rationabiliter deberet velle debitorẽ excusari. Et magis particularizando materiã de mente Arch. excusat eum, qui ad tantam parcitatem se restrinxit, ꝙ iam se sine indecentia magna restringere non potest; nisi creditor esset in eadem necessitate, vel quasi. Et quod ista sit mens eius, patet, quia dicit, ꝙ licet fortè sit tutius bonis suis pro restõne cedere, se oĩb. spoliando, & in Deo cõfidere, et si oporteret mẽdicare, s̃m Ray. tñ ad hoc non vr̃ teneri de necessitate salutis; non tamẽ debẽt tales ita lautè viuere, & pomposè vestiri, & filias magnis dotib. nuptui tradere sicut si non essent obligati ad restõnem, sed debent parcè viuere, & paruas dotes tradere, & si non possunt filias tradere nobili, vel mercatori, artifici, vel plebeo tradant, & alia superflua resecent. Et cum efficaciter faciunt, quod possunt, ad restituendum, & in alijs benè & cum timore Dei se habent, credo quod possunt absolui, & cõicari, qui vero de eo, quod possunt. semper procrastinant, & annuatim confessorij restitutionẽ promittunt, & non faciunt, non videtur absoluendi nisi prius faciant, vel efficaciter negotium disponãt, vt habeat executionem, & multo minus quantum spectat ad iudiciũ confessoris debet communio sumi, licet quãtum ad sacerdotem, qui debet communicare, si in publico se ingerant faciendum sit, vt sup. Eucharistia 3. §. 5. Hæc ex illo.

5 Qvinto † quæritur, quid si creditor non multũ indiget, & tñ non vult concedere dilationem, & debitor nõ excusatur impotentia, nec incommoditate magna, sed aliquali, vel magna quidẽ, sed apparẽter, & opinatiuè nec aliquo casuũ dictorũ su. §. 3. & tñ non vult restituere? Et dico, ꝙ ad hoc vr̃ rñdere Direct. ꝑ hæc verba. Si creditores non sunt in necessitate, & ad dilationẽ induci non possunt, & debitor induci non potest ad restituendum statim, discretus sacerdos põt consciam suam firmare ex eo ꝙ intendat vtiliter gerere negotium creditoris eo ꝙ videat aliter non posse recuperare perpetuo, vel ita cito rẽ suã, & dilationẽ concedere si ꝑmittat bona fide satisfacere intra certũ diẽ, & absoluere peccatorẽ vel aliã recipere cautionẽ, ne recedat desperatus: non tñ cõsulo, vt accipiat iurm. Hæc ille virtualiter, & concordat Host. & facit l. soluẽdo. ff. de neg. gest. & l. ait prætor. ff. de mi. & sequitur Sum. Ang. & benè quo ad forũ causarũ; sed quo ad Deum intelligẽ quando peccator est taliter voluntate, & conscia dispositus ꝙ non hẽt aĩum perseuerandi in mortali taliter, qui de attrito virtute clauium possit fieri contritus: puta, quia credit se non posse cum possit aut non teneri statim, cum teneatur, alias nõ eẽ absoluẽdus, nec capax absolutionis.

6 Sexto † quæritur an peccet mortaliter, qui non paret confessori præcipienti, vt statim restitutio fiat? Et dicit Franciscus de Mayro, ꝙ sic, quod verum est, si ex præcepto Dei tenetur ad statim: alias, non, quia non potest sacerdos cogere me rem meam exhibere eo casu, quo de iure non teneor, immo nec ad omnẽ pœnitẽtiam, vt sup. Confessio 1. §. 25. & 26. Vnde s̃m Arch. post Petr. de Pal. sacerdos tripliciter aliquid pœnitenti imponit, s. exhortãdo, vt quod frequenter oret, secundo imponẽdo per modum specialis satisfactionis pro commissis, tertio declarando communem obligationem, vt quod singulis annis cõfiteatur, & communicet, & quod restituat, & hmõi, & ad primum non tenetur, tenetur vero ad s̃m intellige si impositum est pro mortalibus, & acceptauit, & similiter ad tertium.

7 Septimo † quæritur, vtrum potenti, restituere male ablata statim sufficiat ad salutem si testõ mãdet hæredib. vt restituant? Et dicit Arch. post Io. de Neap. in 9. quolib. quod non, qa est contra iustitiam detinere alienum, quod tamen fallit, s̃m eum in duob. casibus primo, si credit verè & pro certo, quod detentio talis non sit contra voluntatem domini, secundo si sit contra voluntatem dñi inordinatam; vt quia ipse põt ad tp̃s re sua carere sine dãno, & incommodo, & ille sine reis dare non põt, si tamen dñs sine suo incommodo, s. notabili ad tp̃s carere non potest, oportet illum restituere etiam cum magno incommodo suo.

8 Octavo † quæritur, vtrum is, a quo res aliqua potest aduocari petita restitutione in integrum iure speciali, vel gñali, eam restituere tenean-

RESVSCITATVS quasi iterum suscitatus est,qui secundo accepit spiritum vitalẽ, de quo quæri solet vtrum restituatur in integrum?Et dico vt elicitur per gl. & Arc.in c.2. 32.q.7.& per Io.An.ac Pan.in ca.fraternitatis de frigid.& malè post Vin.& Bar.Brix. ꝙ quo ad ea,quæ imprimuntur in anima,non restitui tur cum illa non perdat vnde non re ordinat, nec rebaptizatur,vel huiusmodi, ꝙ etiam Io. And.extendit ad professionem,licet in ea cha racter non imprimatur, quia obligatio acqui ritur Deo,qui non moritur,de cond.app.c.fi. Sed Pan.quo ad hoc tenet contrarium:quia ta lis obligatio est restricta ad tp̄s propterea di cunt profitẽtes toto tp̄e vitæ meæ promitto, &c.& hoc est verius opi.aũt Io.And. procede ret vbi quis simpliciter promitteret seruare talẽ regulam vel huiusmodi. Quantũ ad alia vero, in quib.character non imprimitur, sed adhæret corpori,dicit Io.And. ꝙ non restitui tur,nec illa recuperat: quia actio semel extin cta non reuiuiscit.de renunc.ex transmissa gl. vero in l.ex his.ff.de legi.& in leg.seruus effe ctus.ff.de ac.& ob.tenet, quod recuperet indi stinctè:vnde rumpet testamentum,ꝙ ante fecerat & recuperat bona. & idem Bar.in l.1.C. de sac.san.ecc.nisi resurgeret gloriosus.Arch. aũt vbi su, tenet hoc fieri quasi iure postliminij: & bene quia restitutio principalis in integrum refertur ad oĩa.l.1.C.de sen.pas.2.qõ.3. in fine.de quo supr.Ecclesia.De his, & de matrimonio vide sup.Diuortium,§.2.De Samuele ãt resuscitato vide inf.Sacrilegiũ §.1.De sacrĩs ãt iterãdis ab eodẽ.vide inf.Sacramentũ.

REVELATIO cui sit fienda,quando præcipitur sub pœna excõicationis, vt reueletur res aliena, dicit Host.quod non læso, sed prælato ecclesiæ.35.q.6.episcopus in synodo. De materia reuelationis vide supr. Confessio delicti, & Confessio. per totum.& denunciatio,& inquisitio,& Familia,& furtum.§.15.

RIGOR est iuris excessus, vt sup.Ius, qñq; tñ sumitur pro ordine iuris secundum regulas ipsius scriptas;vt ĩ c.sup literis,de resc. qñque pro subtilitate:vt no.in c.vt constitueretur.50.dist.& differt ab æquitate, quæ est ordinata iustitia temperata dulcedine misericordiæ,vt no.in c.fi.de transac. & facit c.disciplina.45.dist.ius vero est medium inter rigorem & æquitatem, & accipitur pro communi decisione,quæ fit secundũ cões regulas iuris.Hęc Pan.in c.literis de rest.spol.vide sup.Ius.

RIXA importat quandam inuasionem in factis ſm S.Tho.2.2.q.14.Vnde ſm gloss. Gal.5.rixa est quando aliqui ex ira inuicẽ se percutiunt;vnde est quoddam priuatum bellum,ꝙ agitur inter priuatas personas,non publica authoritate, sed inordinata volũtate de qua dicã quædam. ¶Primum. Secũdum S.Th. vbi sup.& alios rixa semper importat peccatũ & in inuadente est mortale: in defendente autẽ se quandoque nõ est peccatũ, vt qa animo repellendi iniuriam cum debita moderatione se defendit. Quandoque est veniale,vt cũ aliquis leuis motus odij, vel vindictæ se immiscet,aut moderatio exceditur parum. Quãdoque vero mortale: vt cum effrenato aĩo contra aggrediẽtem insurgit ad occidendum,aut grauiter lædendum. ¶Secundum.Illa regula c.intelleximus.& ca.fi.de adul.s. paria delicta mutua compensatione tolluntur vera est solum quando delictum est circa idem commissum,puta circa idem matrimonium,& agitur ciuiliter,de quo sup.Diuortium,§.11. Si vero se inuicem percutiunt;aut contumeliam dñt, non tolluntur compensatione ista paria delicta ſm Pan.in c.1.de iniur.& in d.c.fi. etiam si agatur ciuiliter ; quia non sunt circa idem factum,eo ꝙ factum tuum non est meũ,vt probatur in l.apud Celsum. §.Marcellus ff. de doli excep.& ideo quilibet poterit agere de iniuria sua,& damno: nec poterit repelli agendo pp iniuriam factam secundum Inno.& multo minus tolluntur si agatur criminaliter ad pœnam legalẽ : quia cuiuslibet delictũ punietur pœna condigna.l.2.§.2.ff.de adul.ꝙ quantum ad prouocãtem verum puto si ex interuallo offendit.Vide etiam parti.sequẽti. ¶Tertium. Qui prouocatus ab alio iniustè pcutit,vel infert contumeliam,secundum Pan.in c.si rixati.de iniur.tenetur,licet puniendus sit mitius, quia difficillimum est iustum dolorem compescere, vt in simili vult textus in l.si adulteriũ. §.imperatores.ff.de adul. Si tamẽ animal fuit prouocatum, & occidit, non tenetur dominus,de quo in l.1.§.cum arietes.ff. si qua pau. fe.Et ita tenet Summ.Angel. contra Ros.quia iniuriam inquit, propriam non licet vlcisci. C.quando lic.sine iudic.per totum argumen. per locum a speciali in l.si ex plagis. §.tabernarius. ff. ad l.Aquil. & facit capitul.1. de iniur.& l.fin.ff.de sica. Sed quia ista non probãt nisi quod non licet coram Deo:aut quod secũdum iura humana hoc punitur, si fiat animo quieto ex interuallo, ideo dico quod si fiat

incon-

incontinēti,licet ſit peccatum,tamē nō uenit
humano iure puniendum. Vnde ſcďm Spec.
prouocans non p̄t agere contra prouocatū ſi
offenditur dicto,vel facto, quia dedit cauſam
& calor iracundiæ vitio caret.2.q.4.ſi quis ira
tus,& d.§.cum arietes,vbi ēt Bar.expreſsè te-
net,quod prouocatus nō tenetur, ſed prouo-
cans.Et idem Ange.de Are.in lib. de malef. al
legans tex.in l.cum maior.§. ſi libertus, ff.de
bon.lib.vbi dicit, ꝙ licitè ꝓuocatus ſe poteſt
vlciſci & idem Ang. de bona Franciſci i add.
dicens doctrinam Spe. eſſe verā per ea, q̄ ha-
bentur in l.1.C.vnde ui per gl. & per Bal. ibi
in repe.quæ tamē intellige,qn̄ parib. paria re
ferūtur,& verba pro verbis:fuſtes pro fuſtib.
arma pro armis.Vnde ca. ſi rixati,intelligitur
ſcďm iſtam opin. quando vnus rixabatur ver-
bis,& alius proceſſit ad facta,vel quo ad ꝓuo
cantē,non prouocatū.¶ Quartum.Secūdum
Pan.poſt Hoſt.in c.fi.de iniu. quādo teneatur
quis de conuito,diſtinguendum eſt.Si n. quis
illud dicit in iudicio,in accuſatione, vel denū
ciatione,& probat,non tenetur,& idē ſi dicit
repellendo aliquem a teſtimonio, quia hoc
facit authoritate legis,& non aīo iniuriandi:
de teſti.teſtimonium.Si vero dicit extra iudi-
cium,tunc ſi impingit conuitum. falſo tenet̄,
vt ff.& C.de iniu.per totum. Si vero impingit
verè:quia dicit eum ſpurium,vel latronē, aut
claudū,& ita eſt,ſimiliter nō tenetur, ſi expe
dit reipublicæ iſta ſciri:ſecus vbi non expedit
ſciri cum non operetur, niſi infamationem,
vt eſt tex.in l.eum qui. ff. de iniu. Sicut ſi quis
dicat aliquē eſſe latronē,& vult probare non
debet puniri: quia expedit reipublicæ hoc ſci
re:ſecus ſi dicit eum eſſe cucubitā: quia nō ex
pedit hoc ſciri,& idē ſi diceret eū baſtardum:
niſi diceret,vt repelleret eum ab ordine. Sed
limita,niſi diceret iniuſtè ꝓuocatus. Qūo au-
tē conuitium ſit peccatū,ſu.Contumelia. §.3.

RVMOR. vide ſup.Fama.§.6.

SACERDOS quaſi ſacrum dans, eſt nomen
ex Græco,Latinoq;compoſitum.21. d.cle
ros cuius officia,quæ ſunt dictum eſt ſup. Or-
do 2 §.3.nunc & de eo dico multa.¶ Primum
In materia fauorabili nomine ſacerdotis ve-
nit presbyter,diaconus,& ſubdiaconus. ar.c.
1.15.q.5.ſed in odioſa venit ſolum presbyter.
ar.c.quiſquam.de coha.cle. & mu. ubi Panor.
hoc not.¶Secūdum.Sacerdos parochialis de-
bet viſitare infirmos ſæpe.de cele.miſ.ca.1.&
ſtare ieiunus vſque ad horam congruam cele
brandi,& ſi celebrat,non debet ſumere purifi
cationē ꝑꝑ neceſſitatem, ſ. poſſibiliter occur
ſuram:niſi alium habeat per quem poſſit ſup-
plere,vt no.Pan.in d.c.1.¶Tertium. Pot eſt au
tem miniſtrare ſacra peregrinis, & hoſpitib.
confluentibus ad eccleſiam ſuā;ſecundū Pan.
in d.cap. vnde morientes ibi ſine electione ſe-
pulturæ,ſepelient̄ ibidem: ſi vero alibi elege-
runt,dētur quarta portio.¶Quartum. Et cum
vult ſuſcipere euchariſtiā:puta,quia infirmus
vel alias impeditus a celebratione,dēt hr̄e o-
rariū,ſiue ſtolam circa collum,& ſuper vtrun
que humerum,ita quod ſignū crucis pręparet
in ſuo pectore,ſicut etiam quando vult cele-
brare.23.diſt.eccleſiaſtica.Et ita allegat Sum.
Ang.& conſequenter multi eſſent excōicati,
vel excōicandi hoc non obſeruantes, vt ibi
patet,ſed ſi quis hoc aduertat, ꝙ ſacerdos ali-
quando celebrat ſumpturus quidem euchari
ſtiam,ſed non oblaturus ſacrificium pro ſe,a-
liquando vero gratia vtriuſq; videbit,ꝙ illud
c.loquitur infra miſſarum ſolennia.¶Quintū.
Dum autem facit officium diaconatus,nō vte
tur ſtola,ſicut cum celebrat,arg.cap.præcipi-
mus:& quod ibi no.93.diſt. ſed vtet̄ ſicut dia-
conus vti dēt,ſ. ſolū ſuꝑ humero ſiniſtro ſub
brachio dextro.28.di.vnum orarium. in hoc
tñ gl.in d.ca.eccleſiaſtica, dicit ſequendā eſſe
conſuetudinem,per c.ſi facta.12.di.¶Sextum.
Sacerdos non pōt in peccato mortali exequi
officium ſuum ſine peccato mortali.15.q.vlti.
cap.vlt & diſt.68.cap.1.¶ Septimum ſacerdos
non dēt, vbi pęnitens eſt debitus de aliquo aſ
ſerere illud eē mortale,ſi nō eſt certus,ne inij
ciat laqueū; nec tenetur de ſingulis auditis de
terminare,vtrū ſint venialia aut mortalia,qn̄
non ſunt clara,ſecūdū Arc.vt de his, de quib.
ſunt opiniones, vel pœnitens neſcit exprime
re mētē ſuam circa aſſenſum, vel moram pec
cati tenetur autem determinare de claris.

DE veſtibus ſacerdotis,ſu. Diaconus,§.3.

SACRAMEMTALE vt elicit a S.Th.3.q.65.ar.
1. eſt omnis conſecratio, vel benedictio,
vel ſignificatio ordinata ad aliquod ſacrum
per ſe ad illud idoneum reddendo, vel per ac
cidens:ſicut conſecratio eccleſiæ altaris, aut
veſtiū per ſe ordinatur ad euchariſtiam: aqua
vero benedicta per accidens repellendo dæ-
mones,& venialia abolenda,& idē de alijs ſa
cramētalib. reſpectu alicuius ſacri: vt ſunt ea
de quibus ſu.Baptiſmus 5. §.4. & multa alia.

DE Sacramentis in genere.

SACRAMENTVM eſt in genere ſigni,quaſi ſa
cræ rei ſignum,ſecundum Magi.Sent. & S.
Tho.in 4.diſt.1.& 3.parte.q.60.vbi vide mul-
tiplicem diffinitionem ſacramenti. Et con-

sistunt sacra in duobus, ſm Mag.ſ. in verbis, & in re;ita ꝙ tria sunt de substantia eius,ſ.materia debita;puta,aqua, & debita forma verborum, & intētio ministri copulantis formā materiæ.Et in noua lege est septuplex, scilicet,baptismus,confirmatio,eucharistia,pęnitentia,extrema vnctio,ordo, & matrimoniū quæ conferunt gratiā dispositiuè imprimēdo dispositionē ad gratiā, i. characterē vel ornatum,in quorum quolibet sunt tria,ſ. sacramentū tm̄ ſ.ipsum signū exterius sumptū sub sua firma:& res tm̄, i. ipse effectus interior vltimus;puta,ipsa gratia collata,seu aliquid gratiam circumloquens:puta,ablutio aiæ, vnitas ecclesiæ,uel huiusmodi:& res simul,ac sacrm̄, quæ est interior cā gratię,vt character,vel ornatus impressus animæ,aut corpus verū Christi,vt in eucharistia. De sacramēto autem dico multa in genere.¶Primū.Sacramēta suscipienda sunt a solo episcopo quo ad confirmationē,& ordinē sacrū,vt patuit su.licet abbas aliquando conferat non sacrum,& quo ad pęnitētiam solennē:nisi aliud necessitas inducat distin.50.in cap.26.q.6. c.fi. vel a solo sacerdote quo ad alia præter baptismum in necessitate,& matrimonium,eo modo,quo dictum ē: nec refert a quo conficiatur quātum ad essentiam sacramēti.ſ.bono,vel malo,licet peccēt qui indignè conficiunt: & qui recipiunt ea ab hæreticis,degradatis,simoniacis,schismaticis, vel excōīcatis,aut notorijs fornicatorib. præter baptismū in articulo mortis,quo ad præcisos ab ecclesia.dist.30.§.verū.1.q.1. sacramenta,& c.sicut ficti, vel pter baptismū, & cōmunionē,& consequēter pęnitētiam,quo ad notorios,& simoniacos,& fornicatores nō pcisos in dicto articulo,ſm Arc.& d.§.verū.iun cta gl.¶Scd'm. Sacramenta nō sunt conferenda peccatorib.dist.95. illud, ꝙ Ray.intelligit de manifestis: pp per occulta peccata nō sūt neganda in publico,de quo dic,vt sup. Eucharistia 3.§. 4.& 5. Ipse autem existens in mortali, etiam occulto recipiendo sacramēta peccat mortaliter.dist.40. multi.distin.25. illud,sicut & minister ea tractās ī suo ordine,de quo dic,vt supr.Ordinatus 4.§.2.Sed quo ad suscipientē per contritionē intelligo ēt attritionē quæ aliqñ sufficit,vt in pęnitentia,& fortè in extrema vnctione,vt infr.¶ Tertium. Secundū Iuristas,vt refert Pet.de Pal.in 4.di.9. quinque sunt sacramēta necessaria,ſ.baptismus,cōfirmatio eucharistia, pęnitētia, & vnctio extrema:q̄ iō sacra necessitatis dñtur, quia sunt in præcepto pro loco,& tpe,reliqua aūt duo. i.ordo,& matrimonium, dicuntur voluntatis,& idem no gl.1.q.1.§.sed notādum, & idē Ray.& verum est in hoc sensu,ꝙ ea potēs recipere, & non volēs saltem semel in vita peccat mortaliter,vt patet sup.Confirmatio.§.2. sed S.Th.dicit,ꝙ tria tantū sunt necessaria simpliciter,ſ.baptismus cuilibet & pęnitētia peccanti mortaliter post baptismū,& ordo in cōmuni ecclesiæ;alia autē sunt necessaria ad bene esse:cessante tñ contemptu. Et idem tenent cōiter Theologi loquētes quantum ad ius diuinū directè,& verū est illa tria esse necessaria non solum quia est mortale ea posse habere,& nolle, sed ēt quia sine effectu duorū primorū non est salus, & consequenter sine effectu tertij mediato,qui est effectus prædictorū cum effectus pœnitentiæ dependeat a sacerdotali potestate. Quidā autem dicunt, ꝙ matrimoniū est necessarium in cōi: sed nō est verum ad salutem, nisi eo casu, quo alius nō esset,q̄ illud pceptū impleret,Crescite, & multiplicamini: imo non est necessarium ad generandum electos, inquantū est sacramentū,sed inquantum officiū naturæ.Quātū vero ad ius humanum pęnitentia est necessitatis semel in anno,de pœ.& re.oīs, & similiter eucharistia,vt ibi,& iterum, vt viaticum,sicut & extrema vnctio rōne cōsuetudinis ecclesiæ, imo eucharistia,vt viaticū,& extrema vnctio possunt esse necessitatis,de iure diuino, sic ꝙ sine eorū effectu non fit salus per accidēs, & indirectè,vt trahi pt ex verbis Pe. de Pa. dicētis,quod hæc per accidens possūt esse necessaria in attrito,nō cōtrito,nō valenti confiteri qa cū virtute horū fiat de attrito contritus tal is ista nō recipiens exponit se periculo.hæc ex illo,quæ sunt valde notanda: quia faciunt ad qōnem sequentē,quæ fuit in facto.¶ Quartū. Quid.n.fiet,si quis sit valde atritus, & dolens de peccatis,& desiderās eucharistiā,& tñ oppressus multitudine scrupulorū desperet se posse sufficiēter confiteri, & consequēter ēt nolit eucharistiā desideratā ex consciētia, qa nō est confessus? Et dico primo,ꝙ talis, nisi ligaretur cōscientia eronea non cōfitēdo in articulo mortis oīa peccata sua integraliter,sed solū in genere,non peccaret mortaliter: quia non tenet ad impossibile,nec etiam cōsequenter ad maximè difficile: quod ēt de iure dr̄ impossibile;cū dicatur possibile, quod honestè, & commode fieri potest,vt supr.Potentia, & secūdo, quod talis consequenter posset communicare: nisi obstaret conscientia erronea etiam in vita,& tertio,ꝙ licet nollet eucharistiam

ſtiam ex errore conſciæ, tamen non eſſet ei neganda extrema vnctio: q̃a in rei veritate eſt attritus, etiam ſi peccaret mortaliter nolẽdo communionem, q̃a de iſto mortali nõ aduertit, ſed credit bene facere, ſi tamen eſſet pplexus, & crederet ſe peccare mortaliter nõ cõmunicando, & communicãdo, dabit ei extrema vnctio poſt quam iam communicare non poterit, ſi dicat vel oſtendat ſe de oĩb. peccatis ſuis dolere in genere, q̃a eſt attritus, vt patet ex dictis ſupra confeſſio ſacralis. 1. §. 29. & ad communicandum iam non tenet. ¶ Quintum. Iterari poſſunt oĩa, & ſola illa ſacra, in q̃bus character non imprimitur. 32. q̃õ. 7. licitè & 1. q. 1. quod quidam. Vnde iterari non poſſunt baptiſmus, confirmatio, & ordo: niſi in dubio probabili, de quo ſup. Baptiſmus 5. §. 3. Alia autem poſſunt iterari. Vtrum autem ſit mortale vti ſacris alio fine quam ſint inſtituta, vide ſup. Matrimonium 3. §. 4. ſup. oleum.

DE SACRILEGIO.

SACRILEGIVM ſecundum Inn. dictum eſt quaſi ſacri lædium: vel ſecundum Lau. quaſi ſacræ legis læſio, de quo glo. 17. q. 4. in c. ſacrilegium, & eſt ſacræ rei violatio ſiue irreuerentia, ſecundum S. Tho. 2. 2. q. 99. nec oportet addere, vel vſurpatio: vt dicit Sum. Angel. & Roſ. quia vſurpans aliquid facit illi iniuriam. De ſacrilegio autem dico multa. ¶ Primũ. Sacrilegium eſt ſpeciale peccatum oppoſitum religioni: cuius ſunt tres ſpecies, ſecundũ eundem ibidem. ſecundũ triplicem rõnem ſanctitatis, ſ. perſonarum, locorũ, & aliarum rerũ, & in qualibet harum ſpecierum ſunt diuerſi gradus ſecundum horum diuerſitatem. Vnde dñt Canoniſtæ, quod tribus modis committitur. Primo. ſ. rõne perſonæ læſæ. 17. q. 4. q̃ſq̃s, ad quod ſecundũ S. Th. materialiter pertinet omne peccatum perſonæ ſacræ, quod materialiter & quaſi per accidens eſt ſacrilegium. formaliter autem & proprie illud, quod agit contra eius ſanctitatem, quod intellige non ſolum ab alio, ſed a ſeipſo. Vnde ſubdit, ſicut ſi virgo Dei dedicata fornicetur. Secundo rõne loci: ſicut cum violat immunitas eccleſiæ, vel cæmeterij. 17. q̃õ. 4. ſi quis. el 1. cum multis c. ſeq. de quo ſu. Immunitas 1. §. 2. Et intellige idem de oĩ loco gaudente eccleſiaſtica immunitate. Vnde ſacrilegium eſt opprimere locũ pium, ſeu hoſpitalia, & ſimilia: q̃a talia ſũt ſub protectione, & iuriſdictione eccleſiæ de reli. do. ad hæc, & gaudent diſpoſitione ca. cum ſit gñale. de fo. cõp. vt ibi Pan. Tertio rõne rei: vt cum res ſacra ſurripitur, in quo ſecundum S. Th. ſunt gradus ſecundũ dñiam ſacrarũ rerũ. inter quas ſummũ locum obtinent ſacrã, & inter ea eucharistia. ſecundo loco vaſa cõſecrata ad ſuſceptionẽ ſacrorũ, & imagines, ac reliquiæ ſanctorũ, in q̃b. ſancti honorant, & dehonorantur deinde quæ pertinent ad ornatũ eccleſiæ, & miniſtrorum deinde ordinata ad ſuſtentationem miniſtrorũ mobilia, & immobilia, quo ad iſta vltima tñ non eſt ſacrilegiũ proprie, ſed largè, ſecundũ Sum. An. ſed ſecũdum S. Th. vñ ꝙ ſit propriè, & verius, per c. ſacrilegiũ. & c. qui rapit. & c. q̃ſq̃s. 17. q. 4. & Pã. in c. cæterũ. de iud. q̃ & hoc extendit ad bona patrimonialia clericorum, & per gl. in d. c. ſacrilegium. dicentẽ ꝙ ſacrilegium largè dñ cõmittere qui diſputat de iudicio principis, vel cum dies ſolemnis violatur, vel cum legibus, aut canonib. reuerentia non impenditur. Sũt & alij modi, de quibus vide ibi in §. quià autẽ & in c. nemini. & in c. conſtituit. ¶ Secundum. Sacrilegium etiã tertio modo habet tres modos, vel ſpecies ſecundũ Canoniſtas. ſ. ſi offeratur ſacrum de ſacro. i. ſacra res de ſacro loco, vel non ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro. vt no. in d. gl. & patet per c. quiſquis. ea. q. Sed ſecundũ leges nõ eſt ſacrilegium, cũ aufertur nõ ſacrũ de ſacro: ſed datur actio furti, nec econtrario ſacrum de non ſacro; q̃a ſacrilegiũ duo requirit. ſ. ſacrum & de ſacro, quorũ qđlibet ſufficit de iure canonico. Et ideo ſi calix auferatur de domo laici, do. Catho. arguit, ꝙ nõ competat actio ſacrilegij, q̃a ſecũdũ leges non eſt ſacrilegiũ, nec actio furti, q̃a calix eſt res ſacra, q̃ in nullius eſt bonis. Sed Raph. Ful. dicit cõpetere actionẽ furti dño domus loco Dei, cuius ẽ res; & fortè q̃libet hoc poſſet ff. de iuſt. & iure, l. 1. huius ſtudij. de iure tamen canonico intentatur crimen ſacrilegij. ¶ Tertium. Statutũ imponẽs pœnã pro ſacrilegio ſm aliquos, ſi factum eſt a ciuitate, intelligitur ſm leges. l. oẽs populi. ff. de iuſtit. & iur. & ſecũdũ Canones ſi ab ep̃o. Sed do. Cat. putat ꝙ ẽt primo caſu intelligatur ſecundum canones: q̃a diſponit de rebus eccleſiaſticis, & conſequẽter dẽt intelligi ſecundum materiã ſubiectã. l. 1. C. de ſuc. edi. vbi eſt caſus a cõtrario, qđ gradus cõputantur ſecũdũ leges, exceptis cauſis matrimonialib. ¶ Quartum. Secundũ S. Th. 2. 2. vbi ſup. ar. 2. ſacrilegiũ interdum inuenitur ſeparatũ ab alijs peccatis, eo quod actus non habeat aliam deformitatem, niſi quod res ſacra violatur: puta, ſi quis iudex capiat aliquem in loco ſacro, quem in alijs locis licet capere poſſet: nihil tamen prohi-

vnam specialem rationem peccati in plurib. peccatorum generibus inueniri, ſm quod ad finem vnius peccati ordinatur: prout etiam in virtutibus apparet, quibus imperatur ab vna virtute: & hoc modo quocunque gñe peccati aliquis faciat contra reuerentiam debitam sacris rebus, sacrilegium formaliter cõmittit, licet materialiter sint ibi diuersa genera peccatorum. Vnde etiam q.154.ar.10. dicit quod sacrilegium potest poni species luxuriæ & aliorum vitiorum: vide ibi. ¶ Quintum. Cum autẽ ad sacrilegium pertineat omnis irreuerentia rerum sacrarum, & ecclesiæ fiant multæ iniuriæ præter iniustam ablationẽ rei, & effusionẽ seminis ac sanguinis, si quis quærat an per ista tria tantũ committatur sacrilegiũ contra locum sacrum; dico ꝙ sic reductiuè quantum ad vsitatã loquutionẽ hominum, siue quantũ ad ea, quæ accidunt crebro, q̃a omnis talis irreuerentia fit ex inclinatione irascibilis; vt ꝑtinentia ad homicidium, vel cõcupiscibilis rerum: vt pertinentia ad furtum, cõcupiscibilis personarum ad Venerẽ: vt pertinẽtia ad pollutionem. qd̾ vr̃ ideo esse; quia Deus, vel potius ecclesia, ista prohibuit sub præcepto vnde licet triturare segetes, & cõprimere vuas, & mercari, & facere ludos ĩ ecclesia ex se sint mala ratione irreuerentiæ, & consequẽter in aliam speciem trahant, vel dẽt nouã speciem peccati: quia tamen sub præcepto non prohibẽtur nisi sit magnus excessus, nõ aggrauant infinitè: nec computantur inter sacrilegia, nisi excessus sit magnus; de quo sup. Immunitas 1. §.2. Et iuxta hæc intellige quæ dixi in Aur. ros. casu 64. ¶ Sextum. Pœna sacrilegiorum hr̃ in l. si q̃s in hoc. C. de episc. & cler. & 17.q.4. ꝑ totum vbi & glo. in c. sacrilegiũ. dicit, ꝙ aliq̃n est spũalis, i. excõicatio ipso iure, vt si cõmittatur in personã ecclesiasticã, intellige faciendo violẽtiam, vt ibi in c. si quis. Sed committatur in rẽ ecclesiasticã post trinam monitionẽ excõicandus, vt ibi in c. quisquis. Sed adde qd̾ añ monitionem est excõicatus minore, donec satisfaciat. ar. c. si quis domum. ibi. & aliquãdo maiore vt si incendatur vel frãgatur, iuxta dicta sup. excõicatio 7.§.8. Item imponitur pecuniaria vt in d.c. quisquis & in c. si quis cõtumax quæ ſm Vld. est arbitraria ſm leges vero durior imponitur ff. ad l. Iul. pec. l. sacrilegij. i. capitalis secũdũ S. Th. 2.2.q.99. i. decapitatio, si iniuria fit atrox in personã d.l. si quis in hoc aliàs est arbitraria. d.l. sacrilegij. & ibidem in l. lege. §.1. nisi faciat contra legem cõfugiẽtium ad ecclesiã: quia tunc punitur sacrilegus vltimo supplicio: vt su. Immunitas 3.§. 8. Et applicatur pœna personæ. si iniuria sit facta personæ, secundum d. gl. de sen. excom. parochianos, vel rei si rei fiat, 17.q.4. si quis inatrio. & de sim. de hoc autem.

SACRISTA, siue custos ecclesiæ debet esse de sanctioribus ecclesiæ de off. cust. cap.2. Quid autem ex officio facere debeat no. in c. perlectis. 25. dist. & de off. cust. per totum. Pro qua vero culpa teneatur. sup. Custos. §.1.

SAGITTARIVS quomodo arte sua possit vti sup. Ars. §.3. & 6.

SALARIVM an debeat famulo ĩfirmãti, & similib. su. Famil. §.2. De salario if. Tabellio. §.6.

SANCTORVM corpora, sup. Reliquiæ.

SANCTVS quis debeat haberi, sup. Reliquiæ.

SARACENI dicuntur, secundum Rayn. qui nec nouum nec vetus testamentũ recipiũt a Sarra vxore Abraham, non ab Agar ancilla eorũ matre dicti, inter quos sunt quidam Samaritani recipiẽtes solum quinq; libros Moysi. hi quantum ad prohibitiones participãt Christianis, & econtrario parũ differunt a Iudæis. C. de paga. & Sara. l. vt prophanos. & extra de Iudæ. & Sara. quasi ꝑ totũ. Qd̾ tñ secundũ aliquos fallit primo in cõestione, q. cũ Saraceni nõ prohibetur. 11.q.3. ad mẽsã, & idẽ vr̃ aliquib. de cohabitatione, quia Iudæi sunt magis peruersi, & nos contẽnunt in cibis. Sed Lau. Io. & multi sequaces tenẽt idẽ de Saracenis quia hodie & ipsi in multis iudaizãt, & verũ puto vbi iudaizant, aliter non. Et scdo fallit in ritu quia, scd̾m S. Tho. 2.2.q.10. licet ecclesia ritus & festa Iudæorũ toleret ritus tñ Gentiliũ non tolerat, nisi ad tps ꝑꝑ scandalũ vel schisma aut hmõi sint tolerãdi ritus paganorũ aut hr̃ticorũ. Vnde Iudæis ꝑmittitur synagoga, sed Saracenorũ tẽpla ꝑcipiuntur claudi sub pœna mortis & amissione bonorũ. C. de paga. & Sara. l.1. & 2. & nullo mõ permittitur eis inuocationẽ facere Machometi, aut peregrinationem ad aliquem suorum, sicut ad sanctum, & mortaliter peccat oĩs eorũ dñs Christianus hoc ꝑmittẽs: quia facit contra ꝑceptũ cle. vnicæ. de Iudæ. Fallit tertio in cõmercio tpe guerræ, vel pacis quo ad prohibita deferri Saracenis, de quo su. Excõicatio 7.§.11. Vtrũ aũt liceat furari Christianos detẽtos a Saracenis vel aliud sup. Furtũ §.6. & 7. Quõ etiã dẽant ad fidem induci, su. Iudæi §.6. De seruis aũt eorum dic vt de seruis Iudæorum, sup. Iudæi §.3. quia alij infideles & hæretici prohibentur habere seruos Christianos, sicut & Iudæi. C. ne Christia. man. & in rubro, & nigro.

DE

DE SATISFACTIONE.

SATISFACTIO, ſm Pe.de Pal.post B.Th.in 4.di.15.q.1.ar.1.q.3. dupliciter diffiniri potest: quia cum sit actus iustitiæ cuius est æqualitatem ponere auferendo priorem inæqualitatem, & eam in futurum custodire. Vnde secundum eos in quantum curat peccata præterita recompensando, est iniuriæ illatæ recōpensatio secundum æqualitatem iustitiæ. Et sub alijs verbis secundum Ansel. li. cur Deus ho. satisfacere, est Deo debitum honore impēdere, a quo. s. ablatus erat per pecccatū inquātum vero præseruat a futuris cauendo sic diffinitur ab Augu. Satisfactio est peccatorū cās excindere, & earū suggestionib. aditum non indulgere: de pę.di.3. satisfactio. Vbi secundū Pet.de Pal. cāæ dñr radices intrinsecæ peccati: suggestiones vero opportunitates extrinsecæ. Igitur conclude ex mente eorū ꝙ cōpleta diffinitio hæc est satisfactio est pro illata iniuria volūtaria recōpensatio, ſm æqualitatē iustitiæ cū ꝓposito nō cōmittēdi nouā iniuriā.

1 PRIMO † aūt quæritur, vtrum possit quis satisfacere Deo pro peccato? Et dicit S.Th. in 4.di.15. ꝙ non reddendo æquiualens secundū æqualitatē quantatis: sed solum reddēdo sufficiens ſm quantitatem proportionis: vide ibi.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum possit satisfieri de vno peccato sine alio? Et dicit S.Th vbi su. quod non, sicut nec satisfacere homini qui pro alapa data se prosterneret, & aliam simul daret, quia satisfactio offensam tollit, & consequenter restituit amicitiam, & consequēter si quid sit amicitiam impediens, sicut oē peccatum impedit amicitiam ad Deum etiam apud homines satisfactio esse non potest.

3 TERTIO † quæritur, vtrum vnus homo possit satisfacere pro alio? Et dico ex S.Bon. in 4. di.20. quod non inquantum satisfactio pręseruat & cauet a culpa futura: quia ieiunium vnius non mortificat corpus alterius, nec ei ꝓdest vt castè viuat nisi inquantū bono exemplo illum prouocat, vel meretur ei augmētū gratiæ, vt sic facilius peccatum euitet, inquantum vero recompensat iniuriam præteritam vnus p̄t, pro alio satisfacere homini, vt patet, & similiter Deo: mō is, qui offendit, sic contritus. ꝙ tñ quantum ad pęnitentiam iniunctam limitant, si interueniat authoritas confessoris, quia in hoc pōt dispensare, vel si eueniat casus, quo nunq̃ eam in hoc modo possit explere is, cui iniuncta est. De hoc autem Petr. de Pal. dicit, ꝙ si sacerdos imposuit aliquid pœnitenti explendum per se vel alium, explere pōt per se vel aliū, modo illud, fiat in charitate: si vero imposuit explēdū ꝑ se, explere pōt per alium solum, si ipse non pōt, vt quia est infirmus aut moriatur: quia ista vr̄ intentio imponēti qui noluit obligare eū ad impossibile nec ad purgatorium mittere, & qui hoc explēdum acceperat, pōt alteri volenti imponere, & valebit, si fiat ī charitate, & plus si in maiori q̃ sit ea; quæ est eius, cui erat impositum. Ponit etiam idem Pe. duos casus alios, in quibus pōt q̄s iniunctā pęnitētiam imponere alteri volēti: primo cum vult occupari in alijs Deo acceptis magis ac magis iuuantib. contra peccatū: puta, in prædicādo, vel bellādo cōtra hostes fidei secundo qñ vult satisfacere magis, & ob hoc eam imponit meliori. Et addit S. Tho. ibi, pōt quis satisfacere pro alio ēt potente satisfacere, sed non esse permittendum, vt quis satisfaciat pro alio potente satisfacere, nisi appareat defectus corporalis, quo penitens sit impotens ad sustinendum, vel sp̄ualis ꝑ quem non sit promptus ad portandum pęnitentiā: & hoc non prodest ei nisi sit paratus exequi quod iustè iniunctum est: quia ad hoc tenetur de pę. & re. omnis, & de pę. dis. 1. perfecta.

4 QVARTO † quæritur; vtrum is, cuius satisfactionē alter in se suscepit, moriendo statim euolet? Et dicit S.Th. vbi sup. ꝙ non quandiu ipse vel alius pro eo est debitor sed solum cōpleta satisfactione per alium.

5 QVINTO † quæritur, vtrum satisfaciēs pro alio possit ēt satisfacere simul pro seipso? Et dico de hoc esse opiniones, inter quas Summ. Ang. dicit sibi placere dicentem quod sic, sed oppositum tenuit S.Th. qui voluit quod satisfaciens pro alio meretur quidem, sed tamen non soluit pęnam suam, sicut pęnam alterius, vt patebit inf. Suffragium. §.3.

6 SEXTO † quæritur, vtrum satisfactio facta in mortali, seu opera extra charitatē valeat? Et dicit S.Thom. ac Pet. quod non, quia satisfactio est amotio offensæ, & amicitiæ restitutio, quod sine gratia & charitate non fit. Vnde quia homo nescit se haberet charitatē, de

pro-

propitiatu peccatorum non dēt eſſe ſine metu:Eccle.v. tñ ſufficit certitudo probabilis cõiecturæ:quia gloria noſtra hęc eſt,teſtimoniũ cõſcientiæ noſtræ.2.Corin.1.Sed iſta non intelligas de ſatisfactione iniuncta a ſacerdote, de qua.§.ſeq.ſed de quacunq. alia.Ad quid autē valeāt opera bona extra charitatē fcā vide in Aur.Roſ.caſu primo,& ſup.Charitas. §.3.

7 Septimo † quæritur, vtrum ſatisfactio in mortali expleta ſit iteranda? Et dico de hoc eſſe multas opiniones, ſed re vera non diſſonātes intētione,ſed verbis,vt patebit,ſi prius veritatem intellexerimus, quæ fundatur ſup diſtinctione Pet.de Pal.in quarto.ſ. quòd ſatiſfactio eſt duplex, ſ. ſacr̄alis, quæ fit ex iniunctione ſacerdotis diſpenſantis ſacr̄a, & virtuoſa,quæ.ſ.fit ex virtute pnĩæ purgantis contra peccatum.Ex quib. ſic dico:Homo rõne peccati commiſſi tenetur de ſatisfactione virtuoſa ſoluere pœnam. Verbi gratia vt decē quæ tenetur ſoluere in charitate, ut §. priore, ſed liber ſoluere per hoc opus:vel illud:puta,orationē,vel ieiunium,aut eleemoſynam:& ſimiliter eſt liber ſoluere hic aut in purgatorio.Si vero imponat ei a ſacerdote aliquid,puta ieiunium, obligatur ēt ſacerdoti, vel eccleſiæ ad illud ſoluendum ſatisfactione ſacr̄ali:quod q̃dem ſi ſoluit in charitate,ſatisfacit eccleſię,& Deo pro pęna, vt decē quantum ad totum ſi æquiualens fuit impoſitum: aut quãtum ad dimidium vel aliam partē ſi impoſitũ fuit, non eſt æqualens:ſi vero ſoluit extra charitatē, ſatisfacit quidē ſacerdoti, qui non ligauit cum ad complendũ in charitate,ſed non Deo, qui non acceptat,quod non exhibetur cum charitate:vnde remanet obligatus Deo ut prius:q̃a ſ.tenetur denuo ſatisfacere,ſed non per ieiuniũ,ſed per illud,vel orationē, vel patiēdo pęnam tp̄alē vel purgatoriam: vnde ꝙ ſacerdos iniuxit, non tenetur in ſpecie reiterare, ſed ſolum facere æquiualēs; puta eleemoſynam, vel ēt pati,puta flagella Dei hic, vel aliam pęnam in purgatorio.Iſta eſt veritas & mens pene omnium doctorũ. ¶ Dicit ergo ad q̃onem S.Th.ꝙ ſatisfactiones relinquētes effectũ in ſatisfaciente,ſicut ex ieiunio relinquitur debilitas, & ex eleemoſyna diminutio ſubſtantiæ, non oportet iterare:q̃a ꝑ ſequētē pnĩam acceptæ ſũt,ſm illud quod de his remanet: alias autem oportet iterari, ſicut de oratione,& ſimilib.Hæc ex illo,qui loquitur quo ad Deũ, & de ſatisfactione virtuoſa:& intēdit ꝙ relinquentes effectum non ſunt iterandæ ſi redeat charitas ante defitionem effectus, ſm Nider. Vnde ſi totus effectus perierat,cum rediit charitas,oportet eas in ſe vel ſuo æquiualenti repetere totaliter,vel partim ſi ex parte trãſierat.Rich.ēt dicit,ꝙ ſacerdos ad pnĩam iniunctam ligat mutando in hanc eam, quam debebat in purgatorio ,ſi condignã iniungit Vnde ſi hanc non ſoluit,committit nouũ peccatum: Si vero ſoluit in charitate, non quietatur ab ea, quam debebat in purgatorio: quia hæc eſt ſatisfactoria.Si uero ſoluit in mortali, non quietatur a purgatorio: nec quo ad hoc iſta eſt ſatisfactoria: abſoluitur tamen a ligamine ſacerdotis qui illã iniunxerat:vnde non eſt in obediēs,nec illã pęnã de neceſſitate ſalutis tenetur iterare. Hæc ex illo.& patet ꝙ S.Th.conſentit.¶Veru.aũt & Pet.& Pan.in c. qđ quidē de pę.& re.& Arc.de pę.diſt.3.§.vl. volētes,ꝙ ſit iterãda,uerũ dñt quo ad Deum & æquiualenter,non in propria ſpecie.Sco.ãt dicit quædam,miranda,quæ ſequitur Su.Ang. poſt Sup.cõtra.Sum. Roſ. volens ꝙ ſi talis ſatisfaciat Deo etiam ſi non uoluntarie ſed coacte talem pœnam in mortali exoluat ꝙ.S.Th. ex intentione probat impoſſibile q̃a Deo nõ ſatisfit,niſi per opera illi grata, & accepta,q̃a ei non ſatisfit ſm æqualitatem, ſed ſm acceptationem. De his aũt ĩ Aur.ro. caſu ſextò. & per Capreolum in 4. diſt 19. Conſulit autem Supp.ut ſacerdos paruam pnĩam iniungat ſtatim in charitate ueriſimiliter explēda, & quo ad reliquã declaret an debeat iterare, ſi extra charitatem.peregerit. Vide de iſta quæſtione diffuſe per Arch.3.parte.tit.14.c.vlt.

8 Octavo † quæritur, vtrum ſatisfactio debeat fieri per opera pœnalia,& per quæ?¶Et dico quantum ad primũ ſm Pe.& S. Th. quòd ſic,quia per talia fit ſolutio emendæ pro culpa præterita, q̃.ſ. cũ delectatione fuit,& ꝓſeruatio a futura.Et quantũ ad primum debet eſſe maior maioris culpa,non autem quantũ ad ſecundũ,quia licet ſenex magis peccet᷑, tamē iuuenis indiget maiori trahente. ¶ Quantum ad ſm dico ſecundum Ray.& S.Th.ꝙ ſit oratio, q̃ licet hēat ſuauitatem ſpiritus, tñ hēt ēt afflictionē carnis,ſm S.Tho.ieiunium,& eleemoſyna, ita ꝙ ad orationem reducũtur opera miſericordiæ ſpũalia:ad ieiunium oĩa afflictiua,ut vigiliæ,peregrinationes & huiuſmodi:ad eleemoſynam uerò oĩa opera miſericordiæ corporalia. Harum trium melior eſt eleemoſyna. deinde oratio, ultimo ieiunium de quibus vide per Doct. in 4. diſt. 15. ¶ Sed iſta intellige quo ad ſatisfactionē eius, qui nõ eſt ſacerdos:quia ipſe ſacerdos poteſt ſatisfacere

pro

pro se per sacrificium altaris, sicut & pro aliis viuis, & defunctis. Vel dic melius, ꝙ nec sacerdos, nec alius satisfacit per sacrificiũ altaris sed Christi satisfactionem applicat, i. passionẽ Adde autem ſm Pet. de Pal. ꝙ opera pęnalia, ad quæ quis ex præcepto tenetur, non sũt satisfactoria, quod ſm Arch. post S Tho. quem ipse refert, & sequitur, non intelligitur si cadant sub ꝑcepto ecclesiæ: quia præceptum ecclesiæ ſm eum in 4. di. 15. ad idem ordinari potest, ad quod & satisfactio: ideoq. ieiuniũ, inquit, quod est sub ꝑcepto põt esse satisfactorium, supple licet non vice ieiunii impositi in penitentia, ad quod quis de per se tenetur, est autem verum si cadant sub præcepto legis naturæ. Vnde dicit S. Th. ꝙ cadens sub præcepto naturalis legis non est satisfactorium, sed exigitur ad satisfactionem, vt eleemosyna in extrema necessitate. Et hæc secundum Archid. sunt vera de rigore iustitiæ tantum: ex largitione Dei etiam talia satisfactoria, secundum opinionem, quam sequitur Rich. & Aegi. post S. Tho. non reprobando refert.

9 Nono † quæritur, vtrum satisfactoria sint flagella Dei? Et dicit S. Tho. quòd sic, si fiant aliquo modo ipsius patientis, inquantum illa acceptat ad purgationem, eis vtẽs patienter. Secus, si per impatientiam omnino dissentiat quia non habent rationem satisfactionis, sed vendicationis. Intellige vero, quòd patienter tollerat, qui quãtum in se est, vellet flagello carere, tamen ex quo placet Deo vult sustinere secundum iudicium rationis.

10 Decimo † quæritur, vtrum restitutio sit pars satisfactionis? Et dico, ꝙ non propriè; q̃a dicit solum cessionem ab iniuria, secundum Pe. sed solum impropriè, sicut quoddam præambulum, & sine quo non, secundum S. Th. & si sit pars satisfactionis, vt quidã dicunt, est ex misericordia Dei secundũ Rich. nõ ex iustitia.

DE SCANDALO.

SCANDALVM siue scandalon Græce, secundum Hier. super Matth. & recitat S. Th. 2. 2. q. 43. Latine offensionem, vel ruinã, aut impactionẽ pedis possumus dicere, & vt ibi a San. Th. eligitur. & patet primo scandalum dicitur obex in via corporali, cui impingẽs ad ruinã corporalem disponitur: & secundo obex in via spirituali disponens ad spiritualem ruinã, inquantum, s. aliquis sua admonitione, vel inductione, aut exemplo trahit alterum ad peccandum, ꝙ proprie dr̃ scandalũ. ¶ Cum aũt nihil ſm propriam rõnem disponat ad spiritualẽ ruinã, nisi quod hẽt aliquẽ defectum rectitudinis: nam perfecte rectum magis munit cõtra casum: quam inducat ad ruinã; iõ conuenienter dicit, ꝙ scandalum est dictum, vel factum minus rectum, i. secũdum se malum, vel habens speciem mali, præbens alteri occasionem ruinæ. Quæ quidem diffinitio sumitur ex gl. Matth. 18. & eam no. Car. in clem. i. de offi. ord. ¶ Scandalum autem graue, secundũ Host. in Sum. tit. de renun. est, qñ trahit alios in consensum peccati mortalis propter quod dicit glo. in c. nisi de renun. in verbo, graui. quod non est curandum de scandalo, nisi sit graue, de noui operis nunc. c. 2. & de vot. c. magnæ, de reg. iur. c. qui scandalizauerit.

1 Primo † vero quæritur, quotuplex est scandalũ? Et dico ex S. Th. vbi sup. ar. 1. ad quartũ, ꝙ est duplex, actiuũ, s. & passiuũ. ¶ Actiuum q̃dem est, quando dictum, vel factum alterius est alicui causa peccandi per se, vt quia intendit per hoc alium ad peccãdum inducere, vel si hoc non intendat, tamen ipsum factũ est tale, quod de sui ratione hẽt, ꝙ sit inductiuum ad peccandũ: puta, cũ quis publicè facit peccatum, vel qđ hẽt similitudinem peccati: & tunc proprie dat occasionẽ ruinæ, ideoq; dr̃ scandalum actiuum. ¶ Passiuum vero est, quãdo dictum, vel factum vnius est alteri cã peccandi ꝑ accidens, vt qñ præter intentionem operãtis, & oꝑis cõdõnem aliquis male dispositus ex hmõi opere inducitur ad peccandũ; puta, cum quis inuidet bonis aliorum; & tunc operans non dat occasionem ruinæ, quantũ in se est, sed alius eã sumit: iõq; dr̃ scandalum passiuum, quod hoc casu est sine actiuo, sicut quandoq; actiuum est sine passiuo, vt cũ quis inducit alium ad peccandum verbo, vel facto, & ille non consentit, quandoque uero vtrunque simul, ut cum ad inductionem vnius alius peccat. Hæc ex illo. & idem Ale. & Rich.

2 Secvndo † quæritur, vtrum scandalum semper sit peccatũ mortale speciale? Et dico tria ex S. Tho. vbi sup. ¶ Primum. Scandalum passiuum semper est peccatum in scandalizato: q̃a ruit spũaliter: & similiter scandalũ actiuum in scandalizante; quia vel est peccatum, vel hẽt speciẽ peccati, siue mali: & consequenter est dimittendum pro charitate proximi: & nõ dimittens agit contra charitatem. Vnde ab omni specie mala abstinete, vos. 1. ad Thess. vlti.

Quandoque tñ peccatum ſcandalizantis eſt
ſine peccato ſcãdalizanti, & econtrario, & qñ
que ſimul, ſm quod ſcandalũ actiuum eſt ſine
paſſiuo, & ecõtrario, & quãdoq; ſimul cũ eo.
¶ Secundũ. Scandalũ paſſiuũ põt eſſe veniale,
quaſi habens impactionẽ tantũ; puta, cũ quis
mouetur motu peccati venialis; & mortale,
quaſi hñs cũ impactione ruinã vt cũ proce-
ditur a mortale. Scandalũ vero actiuum ſi ſit
per accidens, põt eſſe veniale; puta, cum quis
actiuum peccati venialis cõmittit, vel quod
nõ eſt peccatũ, ſed habẽs ſpeciẽ mali cũ leui
indiſcretione eſt mortale, ſiue qa comittit a-
ctũ peccati mortalis, intellige ſecrete, alioquĩ
iã eẽt per ſe; vel quia contemnit ſalutẽ, proxi
mi vt pro ea conſeruanda facere nõ omittat,
qđ ſibi libuerit. Si vero actiuum ſit per ſe; pu-
ta qa intendit inducere ad peccatũ, eſt morta
le, ſi intẽdit inducere ad mortale, vel ẽt ad ve
niale per mortale, eſt vero veniale. ſi intẽdit ĩ
ducere ad veniale, & p veniale. Adde idẽ eſſe
per oĩa ſi non intẽdat inducere, ſed tamen fa-
ctũ ſit inductiuũ. ¶ Tertium. Scandalum paſſi
uũ. ſ. in eo, qui ſcandalizatur non eſt peccatũ
ſpãle, quia ruere põt, ſm omne genus pecca-
ti, nec ipſa ſũptio occaſionis dat ſpãlem ratio
nẽ peccati, cũ non importet ſpecialẽ defor-
mitatẽ ſpeciali virtuti oppoſitã. Scandalum
vero actiuũ, ſ. in ſcandalizante, ſi ſit per acci-
dens, i. præter intentionẽ agentis, ſimiliter nõ
eſt ſpãle peccatũ; quia quod eſt per accidens,
ſpeciẽ nõ conſtituit. Si vero ſit per ſe, i. inten-
tione agẽtis, ſi ex intẽtione ſpãlis finis ſortiť
rõnem ſpãlis peccati, quia finis dat ſpeciem
in moralib. & opponitur correctioni frater-
næ, in qua intenditur ſpiritualis nocumenti re
motio. Hæc ex S. Tho. Ale. ac Ric. Sed tamen
aduerte, ꝙ dupliciter aliquis agens intendit:
primo explicite: puta quia illud cogitat, &
vult in ſe; ſecũdo implicitè, quia illud vult ſo-
lũ in ſua cauſa; ſicut intendens ire per lutũ, in
tendit madefacere pedes: & intendens exceſ-
ſiuum potũ intendit ebrietatem. Igitur ſecun
dum mentem S. Th. iuxta ſenſum Summæ Pi-
ſa. prima intẽtio facit ſpecialitatẽ huius pec-
cati, non autem ſecunda, licet faciat ſcandalũ
actiuum, ſed eſt circunſtantia ſola, vt ſi quid
fiat iu publico. Sed mihi vr̃, quòd vtraq; inten
tio det ſpãlitatẽ, ne S. Th. diminutè loquatur.
Ex quib. patet quod ſicut ẽt dicit Arch. ſit mor
tale mulieri, q̃ credit ſe turpiter ab aliquo a-
mari, ſi non curans, de eius ruina, ſine cã of-
ferat ſe eius aſpectib. licet non intendat eius
ruinam: ſecus, ſi non credit, vel aliter benè, i.
commodè facere non poteſt: & idem de hñn-
tibus malam familiaritatem ſine cauſa neceſ
ſaria, ex qua aliqui ſcandalizantur nefaria co
gitando, & iudicando, licet non intendat pec
catum, vel ſcandalum.

3 TERTIO † quæritur, vtrum bona ſpiritua-
lia ſint pp ſcandalũ dimittenda? Et dico mul-
ta. ¶ Primũ. Secundum regulam iuris in lib. 6.
vtilius ſcandalum naſci permittitur, q̃ veritas
dimittatur: vbi gl. cum S. Th. in 4. notat tripli-
cem veritatem, ſ. vitæ, doctrinæ, & iuſtitiæ. Et
ſm Hieronymum pp ſcandalum prætermitti
dẽt oẽ, quod ſalua illa triplici veritate dimit-
ti p̃t, imò ſm S. Tho. & Rayn. & Vlde. aliquan
do dimittitur ſecunda, i doctrinæ, non docen
do falſitatem, ſed tacẽdo veritatem. Et tertia,
ſ. iuſtitię, non faciendo alicui iniuſtitiã: ſed nõ
puniẽdo delinquentem, vnde verſus. Eſt veri-
tas vitæ, doctrinæ, iuſtitiæque. Primum ſem-
per habet duo alia propter ſcandala linque.
¶ Scđm. Secundũ. S. Th. vbi ſu. propter ſcanda-
lum non ſunt bona ſpiritualia dimittenda, ſi
ſunt de neceſſitate ſalutis: quia nulla dẽt pec-
care mortaliter, immo nec venialiter, ut pec-
catũ alterius impediat. Si vero nõ sunt de ne-
neſſitate ſalutis, ſi ſcãdalum ſit Phariſæorum,
i. ex malitia procedẽs, cum, ſ. aliqui uolunt bo
na ſpiritualia impedire, ſcandalũ concitando,
contemnẽdum eſt. Mat. 15. Si vero ſit puſillo-
rum, i. ex infirmitate, vel ignorantia procedẽs
ſpiritualia opera ſunt occultanda, vel inter-
dum etiam differenda, vbi periculum non im
minet, niſi in caſu, in quo obſeruatio conſilij
eſſet de neceſſitate ſalutis, quouſq. reddita ra
tione ſcãdalum ceſſet, qua reddita, ſi duret iã
vr̃ eſſe Phariſæorum, & ſic non ſunt propter
illud ſpiritualia bona dimittenda. ¶ Tertium.
Pœnarum inflictio. ſeu punitio omittẽda eſt,
vbi manifeſtum eſt plura, & maiora pecca-
ta ſequi, quia tunc non continetur ſub iuſti-
tia, cuius rationẽ habet in tantum, in quantũ
per eam peccata cohibentur, diſtin. 50. cap. vt
conſtitueretur. ¶ Quartum. Correctio etiam
fraterna in tantum computanda eſt inter ſpi-
ritualia bona, inquantum ex ea ſequitur emẽ
datio fratris, ad quam ordinatur, quod nõ eſt
ſi inde ſcandalizatur ideo ſi propter ſcandalũ
omittatur, non omittitur bonum ſpirituale.
¶ Quintum. Propter ſcandalum vitandum
peccatum veniale, nunquam eſt faciendum,
quia ſi eſſet faciendum, iam non eſſet pecca-
tum contingit tamen id, quod de ſe eſt pecca-
tũ, nullum eſſe peccatum, ſi fiat propter ſcan-
dalum vitandum, ſicut verbum otioſum eſt

veniale, quãdo absque vtilitate dicitur, si aũt ex causa rationabili proferatur, non est otiosum, nec peccatum simpliciter. Hæc omnia S. Tho. & Thomistæ.

4 QVARTO † quæritur, vtrum propter scãdalũ sint tp̄alia relinquenda? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum S. Tho. vbi sup. si bona tp̄alia sunt nobis ad conseruandum commissa: sicut bona ecclesiæ committuntur prælatis, & bona Reipubl. eius rectoribus: non sunt pp̄ scandalum dimittenda, sicut nec alia, quæ sũt de necessitate salutis: quia talium conseruatio, sicut, & depositorum imminet his, quibus commissa sunt ex necessitate. Vnde & B. Tho. Cantuariensis repetiit res ecclesiæ cum scandalo regis. Si vero sunt talia, quorum sumus domini tribuendo, vel non repetendo: tunc si scandalũ est pusillorũ, uel sunt totaliter dimittenda: vel aliter scandalũ sedãdũ. s. per aliquã monitionem. Si uero sit scandalum Pharisęorum, non sunt omittenda: quia noceret boni cõi: quia daretur malis occasio delinquẽdi, & rapientibus, quia detinendo aliena, in peccato remanerẽt. Hæc ex illo, quæ intellige vera regulariter: in casu tamẽ speciali aliqñ charitas põt aliud suadere, s. pro bono pacis, vbi scandalum sequeretur non solum iniuste detinenti, sed ẽt populo, vel clero. Aliquando ẽt necessitas; quia gloss. Rayn. si status meus, aut meæ familiæ non est in tuto me carente re mea, puta, quia timeo mihi de impatiẽtia contra Deum: aut ẜm Alex. in tertia parte de præceptis patiẽtiæ, timeo mihi generaliter casũ, potius teneor vitare scandalum meum q̃ p̄ximi. vnde ẜm Veru. nec dare teneor, nec a repetitione cessare. Secundum. Licet de iure ciuili, vt dicit Pan. in c. nihil de præscr. non sit curandum de scandalo quod potest contingere circa personã detinẽtis rem meã iniustè, imò liceat talem occidere quando aliter recuperari non põt. ut no. Bart. in l. furem. ff. de sic. & idẽ dicit de iure canonico, vbi non timet cædes, sed quid sæuũ, & valde horribile, ar. c. de occidendis. 23. q. 5. & c. 2. de homi. lib. 6. tamen de iure canonico, & in conscientia nõ est cõsulendum bono viro aliquid facere pro recuperatione tp̄alium ex quo verisimiliter valde sæua & horribilia deberent euenire. facit c. suscepimus. de homic. & c. 2. de no. ope. nunc. & c. si vero. el 1. de sent. excom. & quod ibi not. Inn. si tñ faceret, non esset de facili iudicãdũ de mortali, quando scandalum est pharisaicũ. Vide sup. Bellum. 2. §. 7. ¶ Tertium. Secundum S. Tho. etiam cibus non est totaliter dimittendus pp̄ scandalum, cum eũ sumere sit de necessitate salutis; secus de tali cibo, secundũ illud 1. Cor. 8. Non manducabo carnes in æternum ne fratrem meum scandalizem.

5 QVINTO † quæritur, vtrum ratione scandali vitandi sit omne bonum faciendũ, quod p̄ximus expetit? Et dico colligendo ex Ale. 22. tractat de scandalo, q̃ si proximus rationabiliter petit, puta pauper vestimentum, teneor, si ad illud sum obligatus ex præcepto, vt patet: & similiter si non sum obligatus ex præcepto, & tamẽ rationabiliter non omitto illud: teneor illud facere, ne proximus scandalizetur, ar. c. 2. de no. ope. nun. Si uero rationabiliter illud omitto, non teneor, sed sufficit exponere quomodo rationabiliter omitto ut patet Mat. 15. vbi cum Dominus satisfecisset de non lotione manuum dixit: Sinite illos, quia cæci sunt, &c. Si proximus non petit rationabiliter, non teneor; sed sufficit pro posse facerẽ ne ex ignorãtia uel infirmitate scandalizetur, & si nõ acceptat, est scandalum pharisæorum. Archi. aũt habet regulam, quòd nõ tenetus quis ratione scãdali dare sua, aut cessare a repetitione debiti, nisi duo sciat, i. probabiliter credat, s. q̃ ille mortaliter scandalizabiẗ si non dat, uel si repetit, & quod a mortali reuocabitur si det, uel non repetat. De fama utrum sit defensanda ne alii scandalizentur, ui de sup. Fama.

SCIENTIA sumitur aliquando Philosophice, & sic est cognitio rei per causam, ut patet diffuse primo Poste. & 6. Ethic. aliquando vero sumitur ẜm vsum cõem hoĩum, & sic est cognitio rei particularis per aliquem sensum corporeum, sicut scio aliquid esse album, quia video, & dulce, q̄a gusto, & huiusmodi, & hęc est scientia requisita in teste. ff. de testa. l. testium fides. credulitas vero est quid medium inter scientiam & nescientiam, quia nec in totali ignorantia cadit crudelitas, nec in scientia, ut not. ff. de iur. & facti ignor. super rubri c. & Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & quod not. gloss. in capitu. 2. de testi. lib. 6. Sumitur etiam aliquando scientia pro certitudine firma ex causa, & ratione probabili, ut probari potest per cap. si uirgo 34. q. 2. iunctis iis, quæ dicuntur sup. Matrimonium. 8. §. 13. De scientia dico quædam. ¶ Primum. Personæ ecclesiasticæ possunt, & debent vacare sciẽtiæ scripturarum seu Theologiæ. 36. dist. ca. 2. §. ecce. & capit. si quis vult, & iuris canonici, & philosophiæ naturalis, ac moralis, 37. distin. turbat. & cap. qui de mensa, & c. si quis ueri. & c. relatum.

relatum.in fi. & ſcientiis ſecularibus, ut ſciāt diſcernere verum à falſo.& hr̄e aditū ad ſciē tiam pietatis.37.diſt.§.cum ergo.Vnde & circa artes liberales aliquid ſtatutum eſt, vt ſup. Doctor,§.8.& 9. quod tamen intellige de triuio,i.grammatica,dialectica,& rethorica, & ſic intellige c.1.& c. quia nonnulli, de magi. Secus,de quadriuio,i.arithmetica,geometria muſica,& aſtrologia,quia licet in ſe cōtineāt veritatē non tñ ducunt ad pietatem,37.diſt.ſi quis quod intellige regulariter & paſſim:quia aliquo bono, & utili ſine meritorie ad diſci pn̄t,mō neceſſariora non omittantur,puta ad impugnandū.diſt.37.de menſa, vel aſſumēdū adminicula ſacræ eruditionis,d.37.turbat, & c.ſi quis ueri & ſimiliter audire poſſent leges, & phiſicam.niſi ſint religioſi,vel ſacerdotes, vel habentes in eccleſia perſonatū,uel dignitatem.aut curam,vt ſup.Excommunicatio,9.§.6 ¶Secundum.Quilibet autem Chriſtianus tenetur ſcire pertinētia ad fidem eo mō quo ſup.Fides 3.dictū eſt.Vnde ex dictis vbi vidētur peccare mortaliter,parentes,qui ex negligentia nō docent filios ſignum crucis, & credo paruum pater noſter, & decem præcepta legis:& ſimiliter qui talia non addiſcunt cum poſſunt,quia ſunt neceſſaria ad ſalutem.Vr̄ tamen ſufficere ſi qs ſciat contenta in iſtis,licet ea ordinate neſciāt:puta ſi ſciāt ꝙ nō eſt deierandū, neq.idolatrandū ꝙ debemus a Deo petere omnia bono corporis,& animæ,& huiuſmodi,licet neſciat pater noſter¶ Tertium, Quilibet etiam ſpāliter tenetur habere ſcientiam pręceptorum,& prohibitionū ſpectātiū ad ſe ratione officii, aut ſtatus,vel alio modo: de quo uide Pan.in c. cum in cunctis, & in c. qualiter de elec.¶Quartum.Pręlatus quoque debet habere ſcientiam rerum temporalium: quia ſubditis dēt etiam carnalia ſubſidia miniſtrare.diſt.30.per totum, ſed ſi literaturā ſaltem competentem non habeat,remoueri pōt a beneficio. de ætat.& quali. quamuis. de renunc.niſi,de elec.cum nobis olim.Si uero nō habet notitiam temporalium, repellitur q̄dem ab obtinendo beneficio:non tñ deiicitur ab obtento ſed datur ei coadiutor.7.q.1.quia frater de cle.cum in cunctis.¶ Quintū. Si duo eligantur ad eundem ep̄atum,Theologus.ſ.& Canoniſta,cæteris paribus dicit Pan. & ſecundum Hoſt.in cap.1.de conſan.præferendus eſt Canoniſta, ſi in loco verſatur magis cauſarū ventilatio.Si autem ibi pullulant hæreſes,vel locus eſt vicinus hęreticis, ꝑferēdus eſt Theologus:miſtus tamen eſt præfęrendus vtrique.

Sed limita niſi haberet de quolibet aliquid & de toto,i.de perfecto nihil.¶Sextum. Dicit ēt non eſſe neceſſe, ep̄m eē magiſtrū canonum, ſed ſufficit ſi habeat ſcientiam competentem, q̄ toleratur in prælato.licet eminens deſideretur de præb.c.pe.& de ele.cum nobis. Sciētia aūt competēs,illata eſt, quæ eſt neceſſaria ad executionem cuiuſcunq. ordinis.¶ Septimū. Secundum S.Tho. in quolibe. ſimpliciter melius eſt docere ſacram ſcripturam bono fine, q̄ impendere particularem curam ſaluti huius,vel illius,q̄a Doctor eſt quaſi architectus, in caſu tñ neceſſitatis eſt contra. Vide de hoc in Aur. ro.q.50.¶Octauum. Ex ſcientia tenetur quis quando non reuelauit delictum aduerſus eum,cui ſciens erat ſubiectus:ut in l.2. & quod no.ibi gl.ff.ad l.Pompe.de parrici. ſicut ſi filius non reuelauit crimen committendum aduerſus pr̄em,licet aliter non participauerit in delicto:ut in d.l.2.& in l.vtrum, ff. eo. & idē de ſubdito reſpectu principis, aut propriæ ciuitatis,ut in l.q̄ſquis,C.ad l.Iul. maie.& idē ī clerico reſpū ep̄i, & ſacerdotis parochialis,cum ſint parentes ſp̄uales, ſecus de nō ſubdito,quia ex ſola ſcīa non tenetur,niſi ſit particeps delicti,ſm̄ glo.in l.culpa caret,ff.de re. iur.Sed hæc procedunt,ut dicit Pan.in cap.de reſt.ſpol.ſi maleficium ſit ſequutum,alioquin videtur ſpeciale in crimine læſæ maieſtatis.

De Schiſmate,& Schiſmaticis.

1 *Schiſma quid,& an differat ab hæreſi, & quod ſit grauius num.2.*
3 *Schiſmatici & hæretici an habeant aliquam poteſtatem ſpiritualem.*
4 *Schiſmatici quomodo puniantur.*
5 *Excōicati an ſint ſchiſmatici, & eis participantes.*
6 *Schiſmatici redeuntes qualiter ſit recipiendi.*
7 *Papa duo electi an ſint ambo ſchiſmatici.*

SCHISMA, ſecundum Iſidorū in lib. Etym. & 34.q.1.ſchiſma a ſciſſura animorum quæ vnitati opponitur, dictū eſt. Vnde ſm̄ S. Tho. 2.2.q.39.peccatum ſchiſmaticis eſt quod directe & per ſe opponitur vnitati, quā charitas facit:quæ vnitas, quia duplex eſt, vt ibi dr̄, ſ. perſonæ ad perſonam,& totius eccleſiæ,quę eſt vnitas principalis,ad quam alia ordinatur ſicut compoſitio membrorum ad compoſitionē totius corporis:iō ſchiſma proprie tripliciter ſumitur.Primo in genere:& ſic loquitur S.Th.in prædictis verbis, dicens quod eſt peccatum directe & per ſe oppoſitū vnitat Hoſ. & Gofr.& Ray. dicētes quod eſt diſſenſio eorum inter quos vnitas eſſe debet. Et ſecundo in ſpecie, ut opponitur vnitati minus principali:

pali:& sic est dissensio horum; vel illorum; puta Petri, & Ioan. inter quos debet vnitas esse. Et tertio in specie, vt opponitur vnitati principali. i. totius ecclesiæ; & sic ẽm mentẽ S. Th. ibi est peccatum, quo quis se propria, sponte separat ab vnitate ecclesiæ: quæ quia in duobus attenditur, vt dicit. s. in connexione, vel communicatione membrorum adinuicẽ, & in ordine omnium membrorum ad vnũ caput. i. Christũ, cuius vicem summus Pontifex gerit: ideo secundũ mentẽ eius schisma est, quo quis summo Põtifici subesse renuit cum quadam rebellione, intellige in quantũ est sũmus Pontifex: & membris ei subiectis, intellige in quãtũ ei subiecta sũt, cõicare recusat, & schismatici, inquit, sunt, qui subesse renuunt summo Pontifici, & membris ecclesiæ ei subiectis cõicare recusant. De hoc schismate propriè intendimus, qđ S. Th. dicit schisma propriè. i. principaliter. ¶ Sed pro notitia diffinitionis nota, ꝙ notanter dixit primo S. Th. directè, & per se, qͣ inquit, sicut in naturalib. qđ est per accidens speciẽ nõ constituit: ita nec in moralib. in quib. quod est intentũ: est per se. Qđ aũt sequitur preter intentionem, est quasi per accidens; ideoque peccatum schismatis ꝓpriè est, i. speciale peccatũ ex eo, ꝙ intendit quis se ab vnitate separare, quam charitas facit. Vñ diuisio hoĩs a Deo per peccatum nõ est schisma per se loquendo: quia non est intenta. ¶ Notanter ẽt dixit secundo, cum rebellione: quia inquit, non obedire ꝑceptis, cum rebellione quadam constituit schismatis rõnem, dico autem cũ rebellione, cum etiam pertinaciter preceptacontẽnit, & iudicium eius subire recusat, quod non quilibet peccatorum facit. Hæc ex illo. Notanter etiam dixit, inquãtum est summus Pontifex, i. non recognoscendo eum, vt caput ecclesiæ: secus inquantum singularis persona; sicut si quis indignetur cõtra eum ex particulari facto, quia nõ est schisma, si hõ homini, vel ciuitas ciuitati ex alia cã non cõicat: puta, rõne offensæ. sed solum si hac rõne, quia subest Papæ, vnde nullũ mẽbrũ recusat alteri mẽbro cõicare ꝑ schisma, nisi prius recuset subesse summo Pontifici. Et iõ Archi. in 3. parte. titu. 13. dicit, ꝙ schismatici sunt omnes resistentes Papæ, non quocũq; mõ, sed ꝑ spontaneã intentionẽ, ac manifestã rebellionẽ & eius iudicialis sñiæ recusationem, non recognoscendo ipsum, vt caput ecclesiæ. Sed q̃ ꝑꝑ tpale commodũ consequendum, vel ꝑiculum vitãdum resistit præceptis Papæ, nõ est schismaticus, licet grauiter peccet. Hæc ex illo. Ex quibus oĩbus collige, ꝙ ꝓprie schismaticus est, qui recusat obedire, & subijci Papæ inquantũ Papa, siue ex hoc, ꝙ non vult eum recognoscere, vt caput ecclesiæ, i. vicariũ capitis, sed scđm mentem Pan. ext. eo. in rubric. schismaticus propriè, quem ipse dicit strictissimè, est duplex, quia si tales cõstituunt aliam ecclesiam oĩno se diuidendo a Romana, vt Græci sunt hæretici, & sic intelligitur c. inter schisma. 23. qu. 3. ꝙ schisma nõ est sine hæresi. Si vero non constituũt latã ecclesiam sed credunt Romanã esse apud se, vt cum plures contendunt de Papatu: isti sunt schismatici, non hæretici. Aliqñ tamẽ schisma dr̃ large, vt cum eiecto, episcopo sedes episcopalis occupatur. Et largissimè, vt quoties mortaliter peccatur, vt no. Inno. eo. ti. & sequitur Pan. in rub.

1 Primo † autem quæritur, vtrum schisma differat ab hæresi? Et dico, ꝙ differunt primo ẽm S. Tho. vbi su. ẽm ea, quib. per se, & directè opponuntur, quia hęresis fidei, & schisma vnitati charitatis opponitur. Et secũdo sicut species, & genus: quia vt ibi dr̃, omnis hæreticus est schismaticus nõ econtrario, sic oĩs carens fide caret charitate, non econtrario. Tertio, quia schisma est via ad hæresim sicut amissio charitatis ad amissionem fidei, vt ibi patet: qͣ schisma in fine fingit hæresim, vt rectè ab ecclesia recessisse videatur, 24. q. 3. inter hæresim. Pro his no. ẽm Host. ꝙ schismatici recognoscentes Romanam ecclesiam non sunt hæretici, vt duo, qui contendunt se esse Romanos Põtifices; secus, si quis eorum crederet ecclesiam posse duos simul habere Pontifices, quia crederet duas ecclesias.

2 Secundo † quæritur, quod prædictorum sit grauius? Et dicit S. Th. quod hæresis simpliciter, quia est contra Deum in se, vt est prima veritas, schisma aũt contra ecclesiasticã vnitatẽ: quæ est quid minus, q̃ ipse Deus. Ex circunstantia tamẽ aliquis schismaticus grauius põt peccare, quam infidelis ꝑꝑ maiorem contemptum, vel periculum, vel huiusmodi.

3 Tertio † quæritur, vtrum schismatici, vel hæretici habeant aliquam potestatẽ spiritualem? Et dico ex S. Th. vbi su. & alijs Doctorib. concorditer, ꝙ cũ sit duplex. s. sacralis, i. collata per aliquã consecrationẽ: & iurisdõnalis. i. collata ex simplicis hoĩs iniunctione, primã habent q̃tum ad essentiam quandiu viuunt: vnde si redeunt non reconsecrantur: & si vtuntur ea habent effectum in sacralib. qͣ in his hõ nõ operat, nisi vt in instrumẽtũ Dei sed tñ eius vsu sunt priuati, nec licite vtũtur

secundã vero, quæ non immobiliter adhęret vt prima, non habent isti: vnde nec absoluere, nec excõicare possunt: nec indulgẽtias facere, vel hmõi: & si fecerint, nihil actum est. 7.q.1.Nouatianus. Priuati sunt etiam schismatici, & hæretici, ſm Archi. potestate administrationis temporalium etiam in dignitatibus constituti: imo etiam & possessionibus suis. distin.8.quo iure.23.q.7.per totum.

4 QVARTO † quęritur, qũo schismatici puniantur? Et dico ſm Rayn. quod a Deò leguntur puniti multipliciter, vt Num. 16. Dathan, & Abiron. & 3.Regum.12.& 13 decẽ trib. ab hoĩe vero, siue a iudice ꝑ excõicationem, vel depositionem. 23.dist.in noĩe domini, ext. eo. c.2.& pecunialiter.ar.23.qu.7. quod aũt, & si necesse est etiã manu militari, i.armata.17.di. nec licuit.11.qu.1 petimus. At de his etiam S. Th. vbi su. a iure vero, vt §.sequen.

5 QVINTO † quæritur, vtrum excõicati sint oẽs schismatici, & eis participantes in aliquo. Et dico multa. ¶Primum. Scd̃m Pan. in rubr. extra eo.ti. schismatici cum hęresi sunt excõicati per c.excõicamus. de hær. sine hæresi vero non sunt excõicati vigore, c.1.eo.ti. sed vigore c.licet. de elec. vbi dr̃, ꝙ gerẽs se pro Papa cũ oĩb. sibi adhærentibus excommunicationis snĩæ subiaceãt, & sic sunt excõicati ipso iure. ¶Quod tñ limitat, vbi probabilis error, vel ignorãtia non excusat, vbi vero q̃stio esset dubia, maximè si consisteret in facto intricato, & longęuo; tunc putarẽ oẽs euitare excõicationẽ, & peccatũ, l regula, & l.2.de iu. & f. c.igno & in ca.apostolicæ. de cle.exc.mi. & in c.animarum, de consti. lib.6. dum tamen in voluntate habeant semper adhærere vero Papæ, qñ per ecclesiam, vel alio mõ de veritate constaret. Ego autem dico cum Arc. ꝙ ẽt excom. sunt per c.nulli, di.19. vbi scd̃m Hug. Inn. & Io. And. est excom. quicunq; contumaciter asserit Romanam ecclesiam non esse caput ecclesiarum, aut non posse condere canones, aũt ei tanquam capiti non esse obediendum; cum autem loquatur ille canon de canonum contemptorib. & trãsgressorib. habet locum in contemptore, & trãnsgressore ꝑdicto modo, q. est schismaticus. & canon est latæ snĩæ, ſm ꝑdictos, quod intelligo notari in verbo, iã damnatus: non aũt, in eo, q. ea non seruat, licet dicat ea esse seruãda, quia iste nõ est schismaticus, sed respectu huius est canon snĩæ ferendę. ſm Hug. quod intelligo si contumaciter operatur. ¶Secundum. Quãtum ad participantes cum schismaticis ponitur alia excõicatio in cap. 1. de elect. tamen non est Papalis, quam ſm Pan. ibi qs in trib. casibus incurrit. Primo, qñ quis emit, vel aliter aq̃rit rẽ ecclesiasticã à schismatico. Et sic nota casum in quo emens rem ecclesiasticam est ipso facto excõicatus; alias aũt regulariter etiam occupans rem ecclesiasticam nõ est excõicatus, sed excõicandus, vt in c.conquestus. de foro com. Scd̃o quando quis ecclesiasticum tenet beneficium a schismatico. Tertio qñ quis innititur ordinationi factæ per eum, quod intellige ĩ ordinatione, quo ad executiones, ſm glo. & Pan. ibi, quia ordo bene cõfertur, si forma seruentur sed non exequutio si a tali scienter suscipiatur. Si verò ignoranter, ſm Inn. confertur etiam exequutio quod Hostiens. dicit verũ, quãdiu est occultus, sed post quã fuerit patefactus requiritur dispensatio, & hoc est tutius. Et cum tali, ſm Panor. in c.fi. eod. tit. in ep̃atu dispensabit solus Papa, de elect. quia diligentia. & multo magis si dignitas sit empta, de consue. cum venerabili. in alij vero ordinibus distingue, quia si recipit scienter, vel ex ignorantia crassa, aut supina, solus Papa: si verò ex ignorantia ꝓbabili, dispensare põt ep̃s, vt in simili dr̃ ca.1.& 2. de ord. ab epi. qui re. non tñ is, qui eum ordinauit, quamuis postea redierit ad vnitatem, vt no gl. in d.c.fin.

6 SEXTO † quæritur quomodo reuertentes a schismate sunt recipiẽdæ? Et dico, quòd debẽt abiurare schisma, & satisfacere ad mandatũ ecclesię, & recipicum manus impositione, i. ecclesiæ potestate, per quam debẽt absolui à peccato schismaticis, & pœnis consequẽtib. vt accipiant Spiritum sanctum, qui extra ecclesiam non est, nec dari potest. 24.qu.1. dicimus. & c.pudenda, & c. schisma. Et si quis reconciliatus dicat secum circa ordines dispensatum probare debet. ext. eo. c.fi.

7 SEPTIMO † quæritur, quid faciendum sit, quando se duo, vel plures gerunt, vt summi Pontifices? Et dico, ꝙ si constat, & cõiter tenetur. s. probabiliter, nullũ eorũ canonicè electum, quilibet eorũ est schismaticus, & excõicatus, cũ his, qui scienter sequuntur, eos de elect. licet. Si vero constat vnum canonicè electum alium verò non: qui non est canonice electus cum sequentibus scienter, est excõitus, vt su. si verò dubitatur quis sit canonicè electus ignorantia facti excusat: ignorãtia vero iuris ciuilis, aut canonici, ad quod, s. spectat huius materiæ discussio, vt dicit gloss. 1. qu.4. §.notandum. etsi nõ excuset cum est tale ius quod quis de facili scire põt ꝑ se, vel per aliũ,

dum-

dum tamen habeat copiã peritorum, vt ff. de iu. fac. ign. ꝑ totũ. & dist. 38. si in laicis, excusat tamẽ si est tale, ꝙ quis nec per se, nec per alios scire p̃t, cum peritissimos fallat, & diuersi contraria sentiant, arg. dist. 37. §. vlt. cum gl. Vide pulchra in Arc. 2. parte, tit. 3. cap. 11.

De scrupulis, & scrupulosis.

1 *Scrupulus quid, & vnde causetur scrupulositas.*
2 *Scrupulorum qui sint effectus.*
3 *Scrupulosis quæ sint seruanda regulæ, ne desperent, & num. seq.*

Scrupulus, vt etiam dictum est sup. in verbo, Opinio. & scd'um Albe. in li. de qua. cõe est motio ad vnam partium contradictionis ex leuibus, & multum debilibus coniecturis, quæ etiam dr̃ suspicio, & pusillanimitas spiritus. Scrupulosus, autem, vel rectius grupulosus est, qui agitatur scrupulis, & est duplex: q dã. n. est scrupulosus in recognoscẽdis peccatis p̃teritis, & timoratus in vitandis futuris, & iste cõiter benè finit. Quidã vero est scrupulosus in recognoscendis p̃teritis, & in cauẽdis futuris negligens, & effrænatus: & iste videtur æternæ damnationi propinquus.

1 Primo † vero quæritur, vnde causetur scrupulositas? Et dico, quod causatur primo ex cõplexione ad timorẽ idonea, vt frigida, & melancholica. secundo ex magna ægritudine, q̃ scd'um Gal. & Auic. est infectio anterioris cellulæ capitis cum diminutione imaginationis. tertio ex melancholica ægritudine, quæ ẜm eosdem est infectio mediæ cellulæ capitis cũ diminutione rationis, quarto, ex debilitate: puta, propter nimias vigilias abstinentias: quinto ex societate scrupulosorum: sexto ex diabolica tentatione. De quibus omnibus diffusè agit Arc. 1. parte, tit. 3. c. 10.

2 Secundo † quæritur, qui sint effectus scrupulosorum? Et dico, quod omnes reducuntur ad tres, de quibus ait Ber. Pusillanimitas parat perturbationem, perturbatio desperationem desperatio vero interemit.

3 Tertio † quæritur, quæ sint regulæ obseruandæ a scrupulosis ne desperent? Et dico, ꝙ vltra regulam generalem, quæ est remotio, aut mitigatio causæ per medicinas, & moderatas, recreationes, sunt ẽt aliæ ꝓpriæ; q̃ sunt septem, traditæ per diuinã sapientiã. Prou. 2. de quib. Arch. vbi sup. ¶ Prima est, vt homo se præparet ad gratiã Dei, dolendo de præterito, & volendo cauere de futuro; quia Deus facienti quod in se est, infallibiliter dat dona Spiritus San. ¶ Secũda est solicita sacræ Scripturæ indagatio. ¶ Tertia est continuatio deuotæ orõnis, quæ est optimũ remediũ, sed eo scrupulosi parũ vtuntur, & male. ¶ Quarta est obedientia non solũ ad p̃latos, sed ẽt ad sapiẽtes, formãdo conscientiã sup dictis eorum: sicut in ordine prædicatorũ frater mortuus apparens scrupuloso, & de suis scrupulis sciscitãti dixit: Consule discretos, & acquiesce illis: similiter & discipulus B. Ber. non valens ꝓpter scrupulos celebrare, credidit ei dicẽti, Vade, in fide mea celebres, & oĩno liberatus est. Et si dicat scrupulosus Da mihi Bernardũ in prælatũ, & credã ei dicit Cãcellarius eũ falli. qa nõ est obediendũ prælato, vt homini, sed vt Deo cuius vices q̃libet p̃latus gerit: nisi cõtra Deũ præcipiat, s. apertè. Quinta est facere crebro cõtra scrupulos ex aliorũ iudicio, scd'm dictũ Cancellarium, vt ex consuetudine homo fiat robustior: imo dico, quod hoc potest facere tuta conscĩa ex consilio proprio, qñ habet ꝓbabilẽ rõnem, quod sic possit facere maxime si sit doctus: quia in moralib. nõ possumus hr̃e demonstrationẽ. Sed circa hoc remedium, ꝙ citra orationem meo iudicio est optimum, si diabolus scrupulosus impugnat latenter obijciendo: primo, qa in dubijs via tutior est eligenda, de spon. iuuenis. Sed dico scd'm Doct. hoc esse consiliũ, nõ p̃ceptũ; alias quilibet deberet relicto seculo ingredi religionẽ, quod ẽ tutius: vnde sufficit eligere tutã, maximè scrupulosis, qui sunt desperationi propinqui. Secũdo, obijcit, quia amãs periculũ, s. incedẽdo per uiam laxiorẽ, incidit in illud. Sed dico, quod hoc iutelligitur de eo, qui existẽs in dubio ita quod non pendet ad vnam partem magis, q̃ ad aliã, operatur, secus de eo, qui probabiliter credit ẜm iudicium rõnis sic esse faciendum, licet ex alia parte rõne timoris habeat scrupulum, & leuiter suspicetur. quia talis non peccat, ẽt si esset falsa opinio, q̃ sequitur, secundũ Arch. nisi esset contra manifestam determinationem scripturæ, vel ecclesiæ. Tertio obijcit, quia bonarũ mentiũ est ibi culpã agnoscere, vbi culpa non est, ẜm Greg. dist. 50. Sed dico, quod glo. dicit agnoscere, i. timere, & nõ per assensum firmum determinare. immo dico, ꝙ hoc est bonarum mentinm proprium, sed nõ inquantum sunt bonæ moraliter sed inquantum sunt naturaliter malæ ex defectu rõnis non potẽtis iudicare verum propter complexionem melancholicã, vel alias causas scrupulositatis. Quartò obijcit: quia si esses inquit, in articulo mortis, non velles sic mori. Sed dico ꝙ in illo articulo multa faceret hõ, quę non essent necessaria, nec expediret facere in totã

vita; quia cogerent infatuari, aut desperare. ¶Sexta regula est vti virtute epikeiæ, de qua su. Æquitas, interpretando discrete præcepta non solũ humana, sed etiam diuina, maximè affirmatiua, q̃ interpretatio licet in foro cõtẽtioso ad eũ spectet, ad quem & editio legis; ita mẽ ſm Arc. in foro consciæ pertinẽt ad quẽlibet pro facto suo, de quo vide §. seq. ¶Septimum est eligere opinionẽ magis facientem ad propositum proprium, de quo inf. §. 5.

4 QVARTO † quæritur, quibus regulis vtẽdum sit in epikeisando diuina, & humana præcepta? Et dico septem conclusiones. ¶Prima. Cæteris paribus inter sñiam benignam, & durã, circa præcepta potius benigna interpretatio facienda est, ſm Io. de Am. Verue. & Archi. & rõ est, quia præcepta Dei, & ecclesiæ nõ sunt ad tollendum spiritualẽ dulcedinem, quã aufert interpretatio scrupulosa. ¶Secunda. Nec Deus, nec ecclesia intendit obligare ad vix possibile alicui, secũdũ Io. de Amb. quia est impossibile ad quod, s. nemo potest obligari, secũdũ regulã iuris, in 6. sicut in humana, ita & in diuina lege interpretanda est per epikeã; vt illud esse impossibile dicatur, ꝙ vix est possibile; vt puta, nimiã habens difficultatẽ; alioquin non esset verum illud. Onus meum leue. Matth. 11. nec Deus esset homine benignior, sed durior: quod etiam dictu est nefas. Vide sup. Potentia. ¶Tertia. Nec Deus, nec ecclesia intendit obligare ad hoc, vt quis appareat fatuus, & rediculo sit, secundũ do. Io. i. horũ pcepta non obligant loco, & tpe, quibus eorũ obseruantia esset rediculosa, saltẽ apud viros discretos, & bonos, vt patet a simili de votis diuino pcepto reddendis; quæ tamen si sint fatua, nõ ligant, & facit glo. Inn. in c. nouerint. de sent. excom & idẽ Arc. ¶Quarta. In dubijs vita bonorũ sumi debet in exẽplũ, & regulã, q̃ psumuntur secũdũ virtutẽ epikeiæ hre rectũ iudiciũ sicut hẽnt bonum affectũ. ¶Quinta. In his, q̃ ideo sunt mala, quia prohibita, vt cõiter positiua pcepta, excusat cõsuetudo pscripta, quia tollit legem, & est legũ interps, sicut & epikeia, vt dictũ est, imo hac ratione dico, ꝙ excusat ẽt si non sit pscripta, modo sit rationabilis, & scienter tolerata a legislatore non reclamante cum possit. ¶Sexta est Pet. de Pal. in 4. & dom. Io. & Arch. ꝙ homo vbi non peccat mortaliter, nunquam incurrit sẽtẽtiã excõicationis a iure, quæ. s. ex iusta, quia secũ dũ S. Th. in quarto nullus debet p excõicatione eijci de ecclesia, nisi p mortali vero, vel psumpto, qa est maxima pœna. Sed tñ aduerte, quod mortale est transgressio eius, qđ sub excõicationis pœna mandatur ab hõie, licet alias non esset peccatum: tamẽ lex non prohibet, aut mandat sub pœna excõicationis, nisi ad id, ꝙ hõ sub mortali tenetur, aut vitare, aut facere, secus. de homine. ¶Septima est Io. pdicti, & Arch. ꝙ in quolibet casu prætermittens facere, quod lex imponit, excusari põt a peccato, si hoc facit p virtutem epikeiæ sine cõtẽptu ratione alicuius periculi cõsiderati.

5 QVINTO † quæritur, quõ se debeat habere scrupulosus in eligẽda opinione, vbi Doc. variant? Et dico, scđm Arch. ꝙ tuta conscientia potest quis eligere vnam opinionem: & secũdũ eã operari, si habeat notabiles Doctores, & non sit expresse contra determinationem scripturæ, vel ecclesiæ, nec sit scandalum, nec conscientia perplexa, præcipuè si quis adhibuit diligentiam in quærendo, an liceat. Vnde etiam Vlde. dicit in Sum. quod consulens peritiores in dubio, de quo non hẽt expressam auctoritatem, vtrũ ita sit, modo formet sibi conscientiam bonam, excusatur, etiam si sequatur consiliũ falsum, quia fecit, quod potuit. Vide de hoc Arch. vbi su. & sup. opinio, per totum.

6 SEXTO † quæritur, quõ se debeat habere in formando conscientiam? Et dico, ꝙ Host. in c. per tuas. el 2. de simonia. vbi patet, quod auditum ab alijs quis credere non debet, dicit quinque pulchra. ¶Primũ. Ex varijs dictis in alterius præiudicium non est conscientia informanda. ¶Secundum. Si formata sit taliter ad consilium prælati deponenda est. ¶Tertium. Si deponi non põt, omnibus modis sequenda est. ¶Quartũ. Virtus animi de scrupulosa conscientia potest facere bonam, & in melius informare, & debilitas animi est etiam nimia simplicitas. ¶Quintũ. In indifferentib. potest quisq; vt sibi placet conscientiam informare.

SCVRRILITAS quid sit, vide 2. 2. q. 148. ar. 6. & dic, quod est iocularitas quædã ex defectu rationis non valentis cohibere gestus exteriores, & pertinet ad verba ratione inhonestatis multiloquium vero ratione superfluitatis. Et procedit ex actu gulæ, nõ autẽ ex actu, sed ex volũtate luxuriæ: ideoq; ad vtrũq; pertinet. Quõ autem sit peccatum, quisq; cognoscet ex dictis de Gula, & Luxuria.

SECRETVM quando sit reuelandum, vide sup. Confessio non sacramentalis, & Confessio vltimo. §. vlt. & Familia, & infra, Testis §. 8. & vltra prædicta dico multa. ¶Primum. Cum aliquod est quidem secretum, sed tamẽ non est acceptum sub secreto, si vergeret in

nocumentum alicuius iniustum, non est peccatum illud reuelare, modo tamē debito, quātum fieri potest sine scandalo: arg. 23. q. 5. ostēdit, & d. 83. per totum exemplo Cusi. 2. Regū 17. ¶ Secundum. Si quid est alicui datum sub sigillo secreti, seu confessionis, extra confessionem tamen, vel sub iuramento non reuelandi: si illud sine vrgenti, & rationabili causa reuelet, est peccatum mortale, & contra ius naturale, s̄m Arch. sed ex causa rationabili, & vrgente, vel si imminet notabile nocumentum corporale, vel spirituale Rei publicæ, vel particulari personæ, vt cum aliquis quæritur vt occidatur; debet manifestare non obstante quacunque promissione, vel iuro; quia, vt dicit regulæ iuris in sexto, non est obligatoriū contra bonos mores præstitū iuramētum, nec tenetur in hoc seruare ordinē fraternæ correctionis, s̄m S. Tho. 2. 2. q. 89. nisi certus esset de emēdatione ꝑ secretā monitionē: vide d. §. vl. ¶ Tertium. Si ciuis alicuius ciuitatis de fidelis iuratus alicuius principis, puta consiliarius, scit machinationem ciuitatis cōtra talē principē, & econtrario, dicit Io. de Neap. in quolibeto x. quòd pōt contingere multis modis. Si enim vtraque machinatio est iusta, neutrā reuelabit: quia talis reuelatio cum sit cōtraria bono est mala: ne ex aliquo iuramento obligatur quis ad aliquid illicitum. Si uero utraq; sit iniusta, vtrāque reuelabit, quia quilibet debet impedire iniustum malum ab eo quem debet diligere. Cui autem prius dēat reuelare, dicendum est, quòd ciuitati, si princeps illi so. i. præest, quia magis debet diligere ciuitatem: cum princeps non diligatur magis quam alia persona, nisi quia gerit personam ciuitatis, & ꝑꝑ quod vnumquodque, & illud magis est. Si uero præest non solum tali ciuitati, sed toti regno vel regioni. ī qua est talis ciuitas, prius reuelabit Principi, quia magis debet eum diligere, cum bonum eius sit communis, vtpote tutius regni. Si uero altera tantum est iusta, patet quid faciendum. Si verò dubitatur de iustitia alicuius, præsumēdum est, quod si iusta sicut de exteriori bello dictum est, quòd bonitatem, vel malitiam habet ab actu interiori.

DE SEDITIONE.

1 *Seditio qui, & an sit peccatum mortale.*
2 *Seditio contra tyrannum an sit peccatum, & nu. 4.*
3 *Seditio inter ciues an sit crimen læsæ maiestatis.*

SEDITIO, quasi seorsum, vel secus ductio, secundum gl. 2. Cor. 12. est tumultus ad pugnam intellige unius partis alicuius multitudinis contra aliam, secundum S. Th. 2. 2. q. 42. vt cum vna pars ciuitatis excitatur cōtra aliā vbi dicit, quòd conuenit cū schismate, rixa, & bello in hoc, quod importat quandā cōtradictionē sicut illa, differt aūt a schismate opposito vnitati spirituali, i. multitudinis ecclesiasticæ: q̄a opponitur vnitati tꝑali, seu seculari. i. multitudinis ciuitatis, & a bello, q̄a illud ꝓprie est contra extraneos hostes, quasi multitudinis ad multitudinē, & a rixa, quę est vnius ad vnum, aut paucorum ad paucos, tum quia est inter partes vnius multitudinis, puta cum vna pars ciuitatis excitatur in tumultum contra aliam, tum quia bellum, & rixa importāt impugnationem in actu: seditio autē dici potest, siue si huiusmodi impugnatio sit in actu, siue etiam fiat præparatio ad impugnationē.

1 PRIMO † aūt quæritur, vtrū sit peccatū mortale? Et dico, ꝙ est peccatum speciales, q̄a opponitur spāli bono, i. vnitati multitudinis, & ex suo gn̄e mortale, vt patet 2. Cor. 12. & 2. 2. vt sup. & hoc in procurantib. seditionē, & sequētib. eos adde, & in tenentib. partialitates. paratis iuuare per fas & nefas, quia est contra bonum cōe, & tenentur de omni damno inde sequuto: non tamen sunt seditiosi qui bonum cōe defendunt contra seditiosos; sicut nec qui se defendunt contra inuasores, sunt rixosi.

2 SECUNDO † quæritur, vtrum seditio facta contra regimen tyranni, cum sit seditio proprie, vel talis ꝑturbatio sit peccatū? Et dicit S. Th. vbi su. quod nō q̄a tale regimē nō ordinatur ad bonū cōe, sed ad priuatū regentis. vt patet. 3. Pol. vnde talis perturbatio non habet propriè rōnem seditionis, nisi forte sic inordinate fiat, quod multitudo maius detrimētū cōsequatur ex perturbatione q̄ ex tyranni regimine: magis aūt tyrannus seditiosus ē, qui in subiecto sibi populo discordias & seditiones nutrit, vt tutius dn̄etur. Hæc ex illo. Vnde laude dignus est, qui multitudinem liberat a tyranica potestate, vide inf. Tirannus.

3 TERTIO † quæritur, an committat crimen læsæ maiestatis pars impugnans partem in ciuitate, vbi sunt partialitates, & sic publicētur bona, & veniant aliæ pœnæ, l. quisquis. C. ad l. Iul. mai. Et dicit Sal. in l. fallaciter. C. de abol. quod sic, si fiat, vt eruatur ciuitas de subiectione Papæ vel imperij. Si autem fiat ad deponēdum regentes est crimē seditionis, quod licet sit capitale naturaliter, vel ciuiliter sc̄d'm conditionem personarum, vt no. in l. 1. C. de sed. tn̄ nō infligit oēs pęnas ꝓ crimine læsæ maiestatis impositas, nisi fieret in urbe Romana, vt voluit gl. in l. 1. ff. ad l. Iul. maie. Et per hanc distin-

ſtinctionē concor.gl.quæ videntur contrarię.

4 QVARTO † quæritur, vtrum faciens ſeditionem, vel proditionem contra tyrannum incurrant pœna læſæ maieſtatis? Et dicit Su.Ro. ꝙ ſic ſi ſuperiorem nō recognoſcit: q̄a de eo vt de principe eſt iudicandum. Sed contrariũ tenuit Sum.Ang.q̄ dicit talem eſſe laudandũ. de quo ſu.§.2.imò & ipſamet Roſ.hic.§.10.tenens id ꝙ ſup.dictum eſt Arch.in verbo proditio.de procurante,ꝙ caſtrũ reuertatur ad dominum verum, eſſe aũt verũ ſi non recognoſcit ſuperiorem, & hēt iuſtum dñium, vt Rex Franciæ, vel Hiſpaniæ, & hmōi. Si verò hñs iuſtum dñium recognoſcit ſuperiorem, vt quia eſt vicarius imperii : tunc licet habeat locum crimen læſæ maieſtatis, vt d.l. 1. non tamen extenditur pęna incapacitatis ad filios, ſm Sal.in d.l.q̄ſq̄s.¶ Adde ex d.l. ex quiſquis, ꝙ tractãs vel faciens proditionem, vel tractatũ contra principem, punitur morte, & publicatione bonorum, & filii efficiuntur incapaces ſuæ hr̄ditatis & extraneorum, & inhabiles ad honores: filiæ vero de bonis paternis nihil de maternis aũt ſolam legitimã de hæreditate capiunt vxores dotes recuperant nuptialia autem lucra ad fiſcũ veniunt, reuelator aũt ꝓditionis eximitur a pęna, & p̄miatur. ¶ Incurrit ēt crimen lęſæ maieſtatis tractãs de morte nō ſolũ Principis, ſed ēt virorũ illuſtrium, qui cōſiliis & cōſiſtorio principis interſũt, vel etiã Senatorum, vel cuiuslibet poſtremo qui principi militat. Et ſm Bar.in extrau.ad repr.committens crimen contra officialem principaliter exercentem iuriſdictionē noīe principis incurrit hoc crimen, per dictã conſtitutionē, q̄ loquitur de rebellãtib. cōtra officiales principis. Et ſm gl.in l.præſenti.C.de his, q̄ ad eccl.confu. ſi cogitatio eſt adeo nuda, vt nō trãſierit in aliquod conamen, non punitur, ut.ff. de pœ.l.cogitationis. Si autem tranſiuit in conamen, ſed non venerit ad effectũ tunc in grauioribus punitur, vt ibi, & dicta l.quiſquis, in minorib. aũt oporteret ſequi effectũ.ff. ꝙ q̄ſ. iur.l.1.& idem Bar.ibi.& ſic intellige c.cogitatio.de pęn.d.1. Secus dicit Sum. Roſ. quoad eccleſiam, quæ ligat crimen omnino occultũ, ſed oppoſitum oſtenſum eſt ſup. Excommunicatio 7.excommunicatione 2.

DE SENTENTIA.

1 *Sententia quid, & quotuplex ſit.*
2 *Sententia præcepti an impediat repetitionem.*
3 *Sententia interloquutoria quid.*
4 *Sententia diffinitiua quid & qualiter proferatur.*
5 *Sententia qualem iuris ordinem requirat.*
6 *Sententias diuerſas ſi duo iudices proferãt, q̄ valeat*
7 *Religioſi an ligentur ſententijs ſuorum prælatorum extra locum eorum.*
8 *Sententia lata inter aliquos an liget alios.*
9 *Sententia an duret poſt mortem proferentis & extra territorium.*
10 *Sententia quis ſit effectus.*
11 *Sententię cognita iniuſtitia, an reſtituere teneatur ille cui adiudicatum eſt.*

SENTENTIA ſecundum S.Th.in 3.diſt.23.determinata acceptio alterius partis contradictionis vel vt dicit in 4.di.35. eſt applicatio iuris ad particulare factum, ſed in primo loco loquitur de ſententia in genere; in ſecundo verò de ſententia iuridicè.

1 PRIMO verò quæritur, quotuplex eſt ſnīa? Et dico ꝙ in genere eſt duplex. Quædam.n. eſt ſnīa iuris qñ.ſ.ſuper aliquo eſt factum ſtatutũ ab eo q̄ pōt. quædam verò eſt ſnīa hoīs, ut qñ iudex iudicat inter partes, vel quando excōicat ꝑꝑ contumaciam, aut in odium alicuius mali iam commiſſi; vel etiam in odium committētium peccatũ, vt in furto, & hmōi, dummodo non intendat facere per modum perpetuæ cōſtitutionis: quia ſm gl. ſiue ſit generalis ſiue ſpecialis dr̄ eſſe à iudice, & cōcor. Alb. Snīa autem hoīs ſm Gofr. & Tanc. eſt iudicialis diffinitio, controuerſiis finem imponens pronunciationis cōpetentis iudicis, condemnationem continens vel abſolutionem, ff.de ſen.& re iud.l.1.extra eo.c.2. Ex quo patet, ꝙ excōicatio, & interdictum domini ſnīæ impropriæ quia ſnīæ finem imponit, 11.q.3. ſummopere.& no.gl.2.q.6. biduum. non aũt excōicatio, ſed proprie eſt pœna. 11.q.3.nemo.24 q.3.corripiantur de ſen.exc.c.ſacro.& idē Gem.in c.vt animarum, de conſt.lib.6. Vnde in ſtatutis nomine ſnīę non venit excōicatio. Eſt tamen aliqñ interlocutoria, vt inf.§.3. Vnde ſententia hominis eſt multiplex, & ſic intellige glo.Sum.2.q.1. dicentem, quòd ſententia eſt triplex, ſ. præcepti, interlocutoria, & diffinitiua, de quibus in ſequentibus.

2 SECVNDO † quæritur, quid iuris de ſentētia præcepti? Et dicit gl. vbi ſup. ꝙ ſnīa præcepti eſt cũ iudex ſine cauſæ cognitione præcepit alicui vt ſoluat alii decem, quæ petit. Et ſi ille ſoluat, & pecunia debita eſt, licet iudex præceperit iniuſtè, tamen non poteſt repeti pecuniam, ff.quod met.cau.l.vlt.

3 TERTIO † quæritur, quid de interloquutoria? Et dico quod interloquutoria ſententia ſecundum Rayn. eſt, quæ non ſuper principali, ſed ſuper aliis q̄onibus profertur in principium

cipium

cipiũ causæ,& finẽ,vt de teste aliquo recipiẽ
do,de dilatione danda,de app.significantibus
de testib.significauit.el 1. Vel ideo sic dr̃,quia
inter partes sine scripturæ solemnitate fertur
de sen.& re iu.ꝙ ad consultationẽ.eo.ti. & c.
fi.li.6.& 2.q.1.in sum. dẽt tamen redigi in scri
ptis,licet nõ sit necesse, ꝙ descriptio profera
tur,secundũ Ray.& gl.eius,& ext.de ꝓb.qm̃.
Et est diffinitio semiplena,& plena,ff.de arbi.
l.qualẽ, vnde qui eã tulit, reuocare potest, ẽt
post decẽnium,siue sit iudex ordinarius,ff. de
sen.& re iu.l.ꝙ iussit,siue delegatus,de app.cũ
cessante,ẽt si fuerit appellatũ,ẽm cõiter doc.
in d.ca.cum cessante, & hoc nisi appellationi
detulisset,vt in c.cum appellationib.de app.l.
6.vel nisi pars fecisset expensas ad prosequen
dum appellationẽ,ff.de cond.ob cau.l. si pecu
niam, si tamẽ vellet sibi de eis satisfacere, re-
uocare posset,de app.interposita,§.illud deni
que. Similiter dic de arbitrio iuris,a quo p̃t ap
pellari,d.l.qualẽ. Dicit ẽt glo. in auth.de hær.
& Falc.§.illud.in ver.de cætero, quod oẽ præ
ceptum factum per iudicẽ,vel nuntium eius,
dicitur snĩa interloquutoria , & ideo snĩa ex-
cõicationis est sententia interloquutoria , cũ
omnis vox iudicis ad causam faciens possit di
ci sententia.argu.glo.in auth.de litig.§.si om-
nem,& glo.2.q.6.§.diffinitiua,vnde per viam
iudicialem fieri non potest die feriata.

4 QVARTO † quæritur, quod iuris de sententia
diffinitiua? Et dico multa. ¶ Primum. Diffiniti-
ua snĩa est, qua principalis qõ diffinitur, ff. de
re iu.l.1.& ext.eo.c.2. ¶ Secundum. Debet aũt
esse primo absolutoria, vel condemnatoria,
§.diffinitiua,2.q.6.C.de sen.& interlo.om.iud.
l.3.& secundo certa,ff.de sen.& re iud.l.in sũ
ma. Et tertio pura,ff.quando app.sit. l.1.§. bi-
duum,si tunc conditio sit intrinseca; puta,cõ
demno reum, si actor probauerit, tenet vt in
d.§.biduum,& ibi gl.& Bar.in l.a Diuo Pio, §.
in venditione,ff.de re iud. secus si esset extrin
seca; vt cõdemno te, si Papa venerit. Pro quo
vide gl.& Bal.in l.cum iudex,C.de sent. & in-
terlo.om.iud. Et quarto super oĩa dẽt esse iu-
sta. Quinto ꝑsentibus omnibus iudicibus,quia
Bartol.in l.duo ex tribus,ff.de re iud.dicit, qđ
vnus ex trib.vel plurib.iudicib. dicit opinio-
nem suã in præsentia aliorum nec potuit eos
trahere ad opinionẽ suã,sed recessit nolẽs es-
se ꝑsẽs in snĩa: si alij postea snĩam ferãt, nulla
est,ꝙ Pan.in c.cãm,de offi.deleg. sequitur tan
quã verius. Sed Inn.in c.Raynaldus,de test. te
net contrariũ,quia idẽ est, ac si præsens esset,
cẽt cõtradiceret:quo casu valeret snĩa pluriũ.

de re iu.c.fi.& in d.l.duo.& hoc teneo contra
Ros.quia q̃ adducit Pan.non procedunt de eo
qui renuit esse præsens,sed de contẽpto: alio-
quin minor pars posset adhibitum sine causa
infringere auctoritatem maioris,& hoc vr̃ de
terminari in c.2.de arbi.lib.6.per tex.& glos.
¶ Tertiũ. Dẽt aũt dari primo sedẽdo,non stan
do in pedib.alias est nulla,c.& si snĩa.§.fi.eod.
ti.li.6. Et secundo ꝑsentib.partib.vel contuma
cibus ciuitatis eã in scriptis recitando aliàs
dando eã solum in scriptis sine recitatione est
nulla,de sen.ex breui.reci.l.1. similiter si reci-
tetur nõ in scriptis.C.de sent.ex breui.reci. l.
vlt.& d.c.si snĩa,ꝙ tamen fallit in breuibus &
vt parti.seq. Tertio,legente, vel proferẽte sẽ
tẽtiam illo,qui eã dat,nisi sit ep̃s, vel alius illu
stris,d.c.sententia,& C.de sent.ex breui. reci.
l.2.& 2.qõ.6.anteriorum,§.illa.in fin. Quarto
in loco publico,& honesto 3.q.3. spatium. Et
quinto,de die,non in tenebris: nec die quoli-
bet,sed non feriato,non autem feriato, maxi
mè festiuo,& solemni,& sexto, siue venialita
te.2.q.6.§.diffinitiua. Hæc,& multa alia requi
runtur:quorũ si defuerit aliquod non valebit.
pro quo vide Host.in Sum.eod tit.& Direc.&
Spe. ¶ Quartum. Valet tamen in multis casib.
sine scriptis,ẽm Io.Andr. Primo,quãdo causæ
sunt breues,ẽt maximè viliũ personarũ,C.de
sent.ex breui reci.aut.nisi.& possunt dici bre
ues duorũ aureorum.ff.de dol.l. adest. inspe-
cta autem qualitate personarum relinquit ar
bitrio iudicis,de offic.dele de causis,vel inspe
cta consuetudine loci,aut fori.dist.11. consue
tudinis . Secundo cum ep̃s de cã ciuili iudicat
inter clericos suos,10.q.1.si quis cum clerico.
Tertio, cũ præses deposito officio cõuenitur
de administratione in authen.vt iud.sine quo.
suff.§ necessitatem. Quarto, cum Papa per se
pronuntiat,quia solutus est legib. C. de leg.l.
digna vox. Quinto,ẽm aliquos si lata sit in cã
matrimoniali. Adde sexto,quãdo de partium
consensu procedit,vt no.2.qõ.1.in primis per
Arc.& Io. Et septimo in omnib.causis, in qui-
bus proceditur de plano sine strepitu, & figu
ra iudiciũ,vt in cle.sæpe,de verb sign. ¶ Quin
tũ. Data aũt snĩa diffinitiua per eundẽ iudicẽ
nihil addi p̃t,aut minui,vel mutari,vel reuoca
ri,d.l.qualem,& hoc nec a delegato: quia fun
ctus est officio suo,de off.dele.in literis.nec ac
ab ordinario , nisi sit contra ius constõnis de
sen.& re iud.cum inter,nisi per beneficium re
stitutionis,extra eo.cũ Bertoldus. Hoc tamen
fallit in sex casibus,in quib. ordinarius potest
Primo,si nulla est, vel annullãda ꝑꝑ errorem

facti, quia retractare pōt. 35.q.9.§.1.ſm Ioan.
C.qūo,& quādo iud.l.ſi præſes,& l.ſi vt pro-
ponis. Secundo poteſt retractari in multa, q̄
ꝑꝑ inopiā eſt remittenda.C.de mo.mul.l. fin.
in fi.ff.de off.ꝑſi.l.illicitas §.fi.Tertio in fructi
bus,& expenſis, & alijs acceſſorijs conſimili
bus, in quibus eadem die ſuppleri poteſt non
tamen minui.Et ſic intelligitur.l.Paul.reſpon
dit.ff.de ſen.& re.iur. Et quarto, ſi quis cōdē-
natus abſens veniat adhuc iudice ſedēte pro
tribunali.ff.de reſt.in inte.l.diuus.& d.c. cum
Bertoldus.§.poſtmodū.Quinto rōne publicæ
vtilitatis.text.eſt ff.de decr. ab or. fac.l. ꝙ ſe-
mel.Sexto vbicūque vertit periculū aīę,& de
errore fit fides.de ſent.& re.iur.inter cæteras.
de conſuet.c.fi.de præſcr.ca.quoniā Princeps
tn̄ pōt ſemper, quādo voluerit reuocare, mu
tare,& corrigere.de reſt.in inte.ex literis.

5 QVINTO † quæritur, vtrum in omni ſnīa ſit
iuris ordo ſeruandus? Et dicit gl.2.q.1.in ſum
ma, quod duplex eſt ordo iuris: vnus.ſ.de ſub-
ſtantia iudiciorum, vt ſ. quis poſt citationē ha
beat inducias, fiat litis conteſtatio. teſtes reci
piātur; aliàs non tenet, d.§.diffinitiua. 2.q.6.
alius non de ſubſtantia, ſ. ſententia nō feratur
ſub conditione, nec prius de poſſeſſorio, quā
de proprietate iudicetur, quæ tamen ſi nō ſer
uetur, tenet, 2.q.6.§.biduum. Diffinitiua igit
ſi feratur contra ordinē ſubſtantialem, nulla
eſt ipſo iure, d.§. diffinitiua. Intellige ſi indu-
ciæ petantur, 27.q.4.vxor. Si vero cōtra aliū,
tenet, d.§.biduum.2.q.6. Interloquutoria ve-
ro ēt requirit ordinē iuris, ſi tamen nō ſerue
tur, tenet quidē, tamē qui tulit; grauiter pec-
cauit,& aliquādo eſt ſuſpenſus, vt in ſnīa ex-
cōicationis, vt in c.1.de ſent.excomm.lib.6.

6 SEXTO † quæritur, quid ſi duo ſint iudices, &
proferant ſententias diuerſas? Et dico ſecun-
dum Ray.& Hoſt. ꝙ ſi proceſſerunt ex iuriſdi
ctione ordinaria, tenet illa, q̄ eſt pro reo, nō
quæ pro actore, niſi in cauſa fauorabili, ſi ea
feratur: puta, matrimonio, dote, libertate, ſiue
teſtō. Si vero proceſſerunt poteſtate delegata
vtraque pendet ex arbitrio delegantis, ſi au-
tem ex compromiſſo, neutra debet habere
vigorem, extra, de ſent.& re iud.duobus.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum religioſi ligen-
tur ſententijs ſuorum prælatorum, extr. locū
eorū? Et dicit Ino.in clem.dudum.de ſepul. ꝙ
non,& vr̄ ſequi opinionem Lau.& Hoſt.in c.
cum illorum.de ſent.excomm.Sed Card.in d.
cle.dicit, ꝙ hoc procedit quo ad iuriſdictio-
nem contentioſam: quia non poteſt quis ſe-
dem ponere in alieno territorio, de offic.ord.
cum epiſcopus.li.6. non autem quo ad volun
tariam,& ſententias, ad quas non procedit in
forma iudicij, ſed verius eſt, ſecundum alios,
quod ligantur, de off.leg.nouit.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum ſententia lata in
ter aliquos alios liget, vel alijs proſit? Et dico
duo. ¶Primum. Secundum Ray. nec ſententia
nec res inter alios acta, vel iudicata præiudi-
cat alijs regulariter.de fi.inſtr.inter dilectos.
& ext.eo.quāuis,& C.res inter al.ac per totū,
quod tamen fallit primo cum cauſa ſunt con-
nexæ, 81.diſt.tantis.q.6.hoc quippe, de accuſ.
ad petitionem. Secundo, in cā libertatis.ff.de
ſta.ho.l.ingenuum. Tertio, in cā filiationis, ff.
de lib.ag.l.1. Quarto, quādo quis fuit præſēs,
& ſciebat cauſam agi.ff.de re.iur.l.ſæpe. Quin
to, in querela.inoffic.teſta.ff.eo.l. quod Papi-
nianus. Et ſexto, ſi actio, vel defenſio primo
loco pertineat ad aliquē, & ipſe ſciētēr patia
tur ſequentem experiri de re illa; quia intelli-
gitur iuri ſuo renūtiare, vt ſi debitor paſſus ſit
experiri creditorem de proprietate pignoris
& ſuccubuit; ſi debitor poſtea vellet agere ob
ſtabit ei res iudicata, vel etiam ecōuerſo credi
tor paſſus ſit debitorem agere.ff.de re iu.l. ſæ
pæ.& extra eo.c.pe.vbi hæc no.in gl. ¶Secun
dum. Nec res, nec ſententia inter alios acta ſe
cundum Ray.alteri prodeſt regulariter, quod
tamen fallit primo in querela inoffic.teſta.ff.
de inoffi.teſt.l.Papin.§.meminiſſe.ſecundo in
re indiuiſibili. tertio, in re communi cum pu-
pillo. quarto in re communi cum fiſco. pro
quibus vide gl.extra eo.c.pen.

9 NONO † quæritur, vtrum ſententia duret
poſt mortem ſententiantis, vel extendat̄ ext.
territoriū? Et d.Pan.in c.a nobis.el 1.de ſent.
exc.diſtinguendo. Nam ſi hēt cauſam ſucceſſi
uam, ſiue eſt ad effectu producendū: puta, in-
terdicit alicui artē, vel officium ſuū: tunc ſi eſt
lata cū cauſæ cognitione durat.l.1.C.de po-
ſtu.& ſic intellige l.1.§.ſed vrbē, ff.de off.ꝑfe.
vbi ꝑfectus licet t̄palis aliquem perpetuo pri
uat officio aduocationis. Si vero ſine cauſę co
gnitione lata ſit, non durat, & ſic loquitur l.
fi.ff.de pœ. Si vero eſt quo ad effectum produ
ctum: puta, quia vinculum iniecit tēpore pro
lationis ſic durat etiam poſt mortem. Exem-
plum in excōicatione, vel publicatione bono
rum: quia niſi abſoluatur ſemper erit excōica
tus, de maio.& obe.c.vnico.li.6. facit c.paſto
ralis.§.1.de off.or. Quomodo autem exten-
datur extra territorium.ſup.Pœna 11.

10 DECIMO † quæritur, quis ſit effectus ſenten
tiæ? Et dico, ꝙ eſt multiplex, ſecundum Rayn.

¶Primo vt accipiatur pro veritate quantum ad eos inter quos lata est intellige postq̃ transiuit in rem iudicatam, s. ꝙ appellari non pôt, i. post decẽ dies. ff. de re iu. l. res iudicata. ¶Secundo, vt in actionib. personalib. executioni mandetur post quatuor menses. de off. dele. q̃renti. extra eo. quo ad consultationem. In realibus vero cum res certa petita est, puta liber, ager, & equus, domus, & hmôi, statim post decem dies concessos ad appellandum, & hoc si res est in præsentia. Inst. de off. iud in princ. & idem in actionibus criminalib. in quib. executio non est differenda. 2. q. 1. sicut. Fallit tamẽ primo cum princeps ex vindicta seuerius fert sñiam: quia differtur ad minus per 30. dies, 21. q. 3. cum apud in fin. C. de pœ. si vindicari. secundo, cum sñia lata est in mulierem prægnãtem, quia differtur vsque ad partum. l. prægnãtis. ff. de pœ. Tertio, cum quis est confessus de crimine, & deinde negat: de quo vide C. de custo. reo. l. 2. Quarto qñ capitalis sñia est lata in seruum; quia differtur ad redditam rationem administrationis. C. de bo. prosc. l. 1.

11 VNDECIMO † quæritur, vtrum ille, pro quo data est iniusta sententia restituere teneatur q̃cq̃d habuit cognita industria? Et dicit Pã. in c. 1. de conces. præb. quod sic, si est declaratiua: quia talis sñia non aufert directum dominium, vt no. in l. Iulianus, de cond. indeb. nec alteri accrescit ius, vt no. Inn. in c. plerique de imm. eccl. & dr̃ declaratiua sp, quando iudex inter litigantes sententiat ad istum, vel illum pertinere, siue dari debere. Si vero sit priuatiua: puta, cum quis priuatur beneficio ecclesiastico, & cõceditur alteri, nõ tenetur restituere quia ex quo nõ appellauit, vr̃ renũtiasse & iõ cum vacaret, potuit isti concedi. Vide gl. Inst. de offic. iud. in fin & per Cyn. in l. 1. C. comm. vtri. iud. & per Bart. in l. Pomponius ff. de acqui. hær. & per Io. Cal. in ca. proposuit. de con ces. præb. Quod limita primum nisi talis fuerit in causa iustitiæ: & secundo nisi in alijs beneficijs ecclesiasticis: quia in foro animę teneretur, vt no. Inn. in d. c. plerique. nisi post sentẽtiam tempore debito bona fide præscripserit. Vnde malè & cõtra Ang. tenuit Sum. Ros. in verbo, Restitutio 4. §. 9. post S. Ber. indistinctè, quod sententia illum defendit.

DE Sepultura, & iure sepulchri.

SEPVLTVRA colligendo mentem Goffr. ꝙ aliorum Doctorũ sumitur tripliciter. Primo per iure sepeliendi siue sepulcri, ꝙ quidẽ s̃m Ray. est ius competens ecclesiæ ad sepeliẽdum aliquos in cæmiterio suo, proueniens ex pontificis assignatione, ar. 13. qõ. 1. ecclesias. ¶Secundo pro ipso officio quod impenditur corporibus funerandis. ¶Tertio pro loco, in quo aliquis est sepultus, vel sepeliendus, siue sit terra, siue arca lapidea, siue aliud: q̃ locus, si pontificali auctoritate est sepulturæ deputatus, religiosus est, ẽt si nullus sit ibi sepultus, de sepul. abolẽdæ. 13. q. 2. quæsta est. & c. postq̃. & c. præcipiendũ. Si vero non est sic deputatus, s̃m Canones non est religiosus, ẽt si sit ibi aliq̃s sepultus, vt no. Inn. in d. c. abolendæ. & facit ca. ad hæc. de relig. do. s̃m leges tñ est religiosus, si sit ibi aliq̃s sepultus de volũtate dñi, ꝙ intellige secũdum gl. in c. in ecclesiastico. 13. qõ. 2. s. eo animo est ibi sepultus, vt ibi ꝑpetuo remaneat, alias remanet prophanus. ff. de relig. l. si quis eo animo. Concord. tamen Pan. leges cum Canonibus, vt sup. Locus, §. 1.

1 PRIMO † vero quęrit, vbi debeat esse locus sepulturæ? Et dicit Inn. in c. abolẽdæ. ꝙ apud ecclesiã. 17. q. 4. sicut. pôt tamẽ cęmeteriũ aliquãtulũ esse remotũ ab ecclesia ꝑꝑ fętorẽ: nõ tñ credimus, ꝙ alicui loco ẽt religioso, hospitali, vel hmôi, possit accedere sepultura, nisi hẽat ecclesiam Sum. ãt Ang. tenet, ꝙ sepultura accedere nõ pôt nisi ad ecclesiã cõsecratã ꝙ nullo iure probatur, & consuetudo nõ seruat, & patet ex dictis & stati dicẽdis: q̃a ex sola deputatione epi aliqua terra fit cęmeteriũ.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum sepultura vẽdi possit, seu pro ea aliquid exigi? Et dico ꝙ sepultura, i. ius sepeliẽdi vẽdi nõ pôt, s̃m Inn. in d. c. abolẽdæ. Vnde licet ĩ vno cęmeterio mul

tę eccleſię poſſint hr̃e ius ſepeliēdi mortuos ſuos,ſm Arch.poſt eundem Inn.ibi,tamen vna non poſſet alteri,vēdere ſuum ius, licet in neceſſitate vendere poſſit ſuum cæmeterium, vt dicetur.Similiter vēdi non pōt ſepultura,i. officiū ſepulturæ,vel ꝓ ea aliquid exigi ſine ſimonia ab iſtis clericis,qui ad illud tenentur ratione bñficij.1.q.1.dictū.13.q.2. præcipiendū & c.in eccleſiaſtico.de ſimo.cum in eccleſiæ, licet laici teneant̃ ſeruare conſuetudinē laudabilē.& vt vr̃,ſub peccato mortali.ar.ca. ad apoſt. de ſimo.niſi ex rōnabili cā deſiſtāt;alij vero clerici ad tale offm̃ nō obligati,rōne bñficij poterunt vendere,non quidem illud officiū,ſed laborē ſuum accipiendo aliq̃d,non vt pretium,ſed vt ſuſtentamentum, ar.c.charitatem.12.q.2.de præſcr.cum ex officij.& d.cap. abolendę.Sepultura aūt,i.locus,ſi ſit terra pura,in qua nullus ſit ſepultus, & quæ nō ſit deputata,ſed deputanda ſepulturę, vendi pt̃.13. q.2.aurum.& concor.Inn.& Hoſt.Si vero deputatus ſit auctoritate pontificali vendi non pōt ſm oīa iura: & ſimiliter ſi non ſit deputatus,tñ aliq̃s ſit ibi domini voluntate ſepultus, vendi non poteſt prohibente iure ciuili.ff. de rei vend.l.quæ religioſus.& ff.de rel. & ſum.l. 2.Sed ſcd̃m Pan.poſt Inn.in d.c.abolendæ,qđ vas lapideum aut ligneū factum pro aliquo ſepeliendo vendi pōt, niſi ſit factū per pontificem,vel ad hoc ſpāliter deputatū de reli. do. ad hæc.Eccleſia tamē ex neceſſitate pōt alteri eccleſiæ vēdere ſicut vēdit alia vaſa,ſi autē non eſt deputatum auctoritatem pōtificis licitè vendi pōt,vt locus,& oīno priuatus. ¶Adde ēt idem eſſe ſcd̃m S.Th. de cœmeterio, vt inf.Simonia.§.2.11.& 12.§.par.3. ¶Adde etiā ſcd̃m Hoſt.ꝙ q̃cq̃d tp̃ale dat̃,vel promittitur vt electio ſepulturæ fiat,ſimonia eſt.1.qō.1.q̃pio.& de pac.c.fi. ¶Adde ēt quod qui habent ſepulturas,in quibus non ponit̃ niſi cōfrater, vel canonicus,ſi pactum faciunt,aut eſt taxatio quāto extraneus debeat ibi ſepeliri ſimonia eſt,de ſimo.audiuimus.& ca.ſicut q̃ nec ꝓ terra,nec pro officio aliquid recipi dēt. ¶Sed tamen pro p̃dictis aduerte,ꝙ Pan.in c.ad apoſtolicam.de ſimo.tres hēt concluſiones. ¶Prima. Non valet cōſuetudo vt tp̃e ſacr̃i aliquid conferatur ab inuito. ¶Secunda. Non poteſt conſuetudo introduci,vt aliquid detur pro ſacramētis,vbi p̃ceſſit exactio:quia initium fuit ſimoniacum. In his duobus caſibus annullat̃ conſuetudo. ¶Tertia.Valet conſuetudo,vt aliquid detur tp̃e collationis, ſeu ex poſt facto, vbi ex mera liberalitate populi fuit introducta: ita tamen vt ſacra prius liberaliter conferantur. Aut ergo hoc caſu voluit quis liberè dare tp̃e ſacr̃i,& pōt recipi: aut noluit, & tūc ne videantur ſacr̃a vendi conferēda ſūt liberè: ſed poſtea fiat compulſio ad obſeruādā conſuetudinem.Et hoc vr̃ ſonare d.c.ad apoſtolicam. ¶No.idem Pan.in c.abolendæ eo.ti. poſt gl.faciendam eſſe vim in modo petēdi: quia ſi dicunt clerici petimus hoc pro ſepultura:ſuccumbunt, ēt ſi allegant cōſuetudinē, de ſimo.non ſatis.ſed debent dicere,cōſuetudo eſt,ꝙ pro mortuis aliquid detur,& c.quaſi velit glo.ꝙ non debent ſe fundare, vt aliquid detur pro officio,ſed rōne laudabilis conſuetudinis. Et idem puto,qñ eſt cōſuetudo vt aliquid detur pro loco ſepulturæ, vt no.d.ca.ad apoſtolicam. Et pro hoc eſt text.in l.priuilegia.C.de ſac.ſan.eccl.vbi dr̃, ꝙ ea quæ ab antiquo ſunt ſolita eccleſiæ,& miniſtris tribui,nō debent aliquo modo impediri. Ex quo infert Pan.ꝙ ſi ciuitas cōſueuit eccleſiæ aliquid dare, non poteſt illud per ſtatutum immutare. ¶Pro his ēt ſcito,ꝙ talis conſuetudo non valeret:ſi eſſet conſuetum aliquid dari eccleſiæ, vel miniſtris liberaliter, nulla adiecta cauſa. Nam ad illam qōnem,vtrum.ſ. poſſit introduci cōſuetudo ex libera donatione, vel ex his, quæ ſunt meræ facultatis;puta,ſi ruſticus omni anno domino ſuo par caponum ſoluit: dicit Bar.in l.cum de in rem verſo,ff. de vſur. ꝙ ſi ruſticus ſoluit ſimpliciter nō adiecta aliqua cauſa p̃ſumitur titulus donationis, & nō inducitur conſuetudo pro tempore futuro.Si vero ſoluit reſpectu certę cauſæ:v.g.pro laborerio,quod teneo a tę domine, dono vnum par caponum,præſumitur titulus,ēt pro tp̃e futuro.ſ.quatenus laborerium tenebit: & ſoluere cogetur.Et idem dic de ſimilibus.

3 TERTIO †quæritur, quibus conueniat ius ſepulturæ.Et dico multa. ¶Primum.Ius ſepulturæ competit generaliter eccleſijs parochialibus,ſcd̃m Ray. & adde ſcd̃m Inn. vel hñtibus populū,& alijs de quib.iure,vel priuilegio cōceſſū eſt:& hoc de iure Canonico:de ciuili āt cōpetit oīb.quib.ineſt ius inferendi mortuos. ff.de mor.infer.per totum. ¶Secundum.Secūdum Hoſt.& Gof. laici nō poſſunt habere ſepulturam, ſeu ius ſepeliendi reſpū proprietatis: quia loca religioſa eſſe non poſſunt in dominio alicuius, ſed habere poſſunt quantum ad vſū,vt ipſi & ſui ibi ſepeliātur: nec eis inuitis poteſt ibi extraneus ſepeliri, ad quod l. 3. §.ſi vſusfructus.ff.de reli.& ſum.fu.& idem videt̃ ſentire Pe.de Per.in trac.de can. por. ipſis

tamen

tamen cum sua domo extinctis bene possent
talia loca, ſm eundem Pet. aliis concedi, quia
mortuo vsurario vsus redit ad proprietariũ li
bere. l. pe. C. de vsuf. ſm Vinc. autem poterit
ibi extraneus sepeliri pp necessitatẽ quia pp
hanc cām calices, & alia sacra ecclesiæ a laicis
donata vendi possent d.c. aurum & no. Pan. in
d. cap. abolendæ. vnde dicit Lud. Rom. in suis
sing. ꝙ ex iusta cã pōt prælatus in sepulchro
vnius aliquã immittere eō inuito ſm Cano-
nes: secus ſm leges. ¶ Et per hæc patet ad quę
stionem illam, utrum illi qui habent capellas
sibi a religiosis concessas in quibus habent se-
pulcra possent nolẽtes priuari, aut cogi ad re
cipiendum aliquos in ipsis sepulcris? qa dicit
Pet. de Per. in tract. de cano. por. quod nō qa
talis capella ad sepulcrum reputatur tãquam
hospitium. 13. q. 2. Ebron. de iure aũt in fundo
in quo quis habet vsumfructum, non pōt dñs
habitare inuito vsuario, ff. de vsu & habi. l. si
hæres, §. fi. Instit. de vsu & hab. §. si uero usus
Sed hoc dictum Petri procedit de iure ciuili,
vel vbi talis impediret suos mortuos inferre
sepulcro: de iure uerò canonico, dic cum Lu.
¶ Et idem videtur dicendum ſm Pan. & Host.
in sedib. seu bãchis: quia laici tale ius in eccle
sia acqrere nō possunt; sed tolerãtur ex gratia
sola in hmōi, sicut & iure patronatus, ut in c.
3. de iure patr. ¶ Ex quib. infero quod si laico
sepultura concedat̃ cũ hac conditione ꝙ nul
lus alius ibi sepeliatur, non tenet conditio: qa
turpis est, & pro non adiecta habenda. ¶ Ter-
tium. Pactum quod fit cũ rectore parochialis
ecclesiæ de nō recipiendo aliquos, vel certos
parochianos eius ad sepulturam seruari, dẽt
etiam ab his, quibus ab apostolica sede sepul-
tura libera est concessa etiam licet illi apud
eos elegerint sepeliri. de pact. pactum. lib. 6.

4 QVARTO † quæritur, vtrum habentes ius
funerandi intrare possint processionaliter a-
liã parochiã, & per se accipere funus, & alia
consueta facere? Et dico quod sic si ex priuile
gio papæ habent sepulturam liberam; sicut
sunt Prædicatores & Minores, ut in cle. dudũ
de sepul. ēt contradicente epō, & curato: etiã
non obstante statuto, quod excommunicaret
intrantes alienã parochiam, ut no. Old. consi.
23. & sequitur Gem. in c. vt animarum. de cō-
sti. li. 6. & do. Car. & Io. de Lig. in d. cle. dudum.
& patet in c. cum liberum. & ca. præsentia, de
sepul. Et ratio est quia concessa libera sepultu
ra concessum est iter ad capiendum funus, si-
cut in simili concesso haustu aquæ, cōcessum
est iter ad illud, ff. de seru. rust. præd. l. 3. §. pę.
& ult. & concesso, fine, concessa sunt omnia
præparatoria, & necessaria ad finem, ut in c.
prudentiam, & in c. præterea, de off. dele. & fa
cit quod dictum est su. Libere. Facit etiam qa
in contractibus vr̃ tacitè factum, vt seruetur
cōsuetudo loci, vt in l. qđ si notil. §. quia assi-
dua. ff. de ædi. edic. & cōsequenter idem videt̃
in priuilegio. & idem tenet Pet. de Anch. in d.
cle. dudum. & cum sepultura libera, nisi aliud
hēat cōsuetudo nō oportet primo funus por
tare ad ecclesiam curatam quia nō esset sepul
tura libera si impediretur etiã ad tempus, ut
patet ex dictis sup. in verbo libere. imo ꝑ ma
re magnum possunt Prędicatores & Minores
ea leuare vbi est consuetudo, vel ubi presby-
teri nollent leuare requisiti: nec tenẽtur etiã
prætextu consuetudinis ad ecclesiã parochia
lem deferre. Si uero conceditur quidẽ sepul-
tura, sed non libera. do. Ant. tenet quod etiam
possunt. Sed Rich. de Se. tenet quod non, quod
Gem. vbi supr. dicit procedere ubi conceditur
solum quod possint recipere eligentes sepeli
ri apud eos. Sed dicendum est simpliciter, qđ
non possunt sine licentia episcopi uel curati,
nisi habeant sepulturam liberam, quia de dua
bus seruitutibus una sublata remanet altera,
ut dicit gl. magna in c. omnis, de pę. & remis.

5 QVINTO † quæritur, vtrum quis possit eli-
gere sepulturam uoto, uel iuramento? Et di-
co quòd eligere potest quis etiam nouam an-
tiqua dimissa, etiam in loco minus religioso,
extra eod. cum quis. li. 6. Si quis tñ eligit nullã
se habiturum sepulturam, sicut Marcellinus
papa fecit in detestationẽ idololatriæ cōmis-
sæ, non est implendum, ut not. dist. 21. c. nunc
autem in gl. & secundum Host. si quis eam eli
git uoto uel iuramẽto motu proprio seruare
tenetur, nisi postea factus sit religiosus, vel lo
cus ille quasi esset dissipatus. de reli. do. inter.
Si uero eam eligit in aliqua ecclesia ex hoc,
quòd inductus fuit ad iurandum, aut uouen-
dum, uel alias promittendum, iuxta ea quæ
dicta sunt supra Excommunicatio 7. §. 16. talis
non potest ibi sepeliri: sed ibi sepelietur, vbi
alias erat sepeliendus, si non elegisset sepul-
turam, uide ibi.

6 SEXTO † quæritur, quid possit sibi eligere
sepulturã? Et dico quod sibi eligere potest se
pulturam quilibet tam masculus quam fęmi-
na habens liberum arbitrium & debitã ætatẽ
ita scilicet quod si pubes, quamuis sit in pote
state patris etiam sine patris consensu. c. licet.
in princip. de sepult. lib. 6. & 12. q. 2. §. 2. etiam,
si sit seruus, secundum Petr. de Peru. in tracta.
de

de cano.por.& Io.in c.de vxore.eo.ti. & Hos. qa ĩ spiritualib.cessat dñica potestas, de ciõu. ser.c.1.secus de impubere, & eo. qui non est compos suæ mentis c. vlt. de suc. ab intesta. ¶Hoc tamen fallit primò in religioso, qui eligere non põst, nisi qñ ita longe a monasteriis sui ordinis moritur, ꝙ ad ea commode portari non potest extra eo.religiosi.li.6. vel nisi sit abbas aut p̄latus, ſm Sum.Ros. per rationẽ d.c.religiosi, s.cum, non habeãt velle vel nolle quæ locum non habet in prælato: cũ hẽat subditos in potestate sua, & ipse in alterius nõ sit potestate. Et facit quia constitutio capit intellectum, & restrictionem ad limites rationis expressæ.l.cum pater, §.dulcissimis. ff.de leg.1.ꝙ ego verum puto in prælato non hñte superiorem in religione, sed solum ep̃m aut papam, non in alio: quia ẽt talis non hẽt velle vel nolle, ẽt per accidens, & secundo in decapitando, & huiusmodi, quia non potest eligere si snĩa est data, & appellatione nõ est suspẽsa: quia nullam vltimam uoluntatem põt dimittere, l.eius.ff.de testa.qui ẽt pro anima aliquid relinquere non potest, ut no. Io. And. in addi.ad Spe.in tit.de instr.edi.licet possit omnia sacramenta petere & recipere, ut ĩ cl. de pœn.& remis. Si vero sententia non est data, vel appellatione suspensa sic potest eligere.

7 SEPTIMO † quæritur, quis possit vel non possit eligere sepulturam alteri? Et dico ꝙ eligere potest dñs pro seruo impubere secundum Io.in c.de vxore.eo.tit.& similiter pater pro filiis impuberibus, quando hoc habet consuetudo ſm.Pet.de Peru.ubi sup.per d.c. licet de sepul.li.6. & idem ibi Gemi. sed si consuetudo obstaret, sepeliretur cum suis maiorib. uel in ecclesia parochiali: vbi quærit Io.An.an detur electio ꝑꝑ disiunctiuam? Et concludit ꝙ ordo literæ seruandus est 43.dist. si rector. Et idẽ credit Ge.ibi de matre, & cõsentit Arc.licet Zenze.neget.quia text.loquitur de patre. sed si est consuetudo, ẽt de matre nihil obstat, dicit Gem. sed hoc limita pro filiis legitimis naturalib.& pro adoptiuis vel arrogatis, non autem pro spuriis uel naturalib. tantum: quia appellatione filiorum non veniunt naturales tantum vel spurii.l.generaliter.C.de instit. & subst.& in cle.1. de bap. Non potest etiam auus eligere pro nepote impubere, ſm eundẽ Pet. quia in materia odiosa appellatione filiorum non continentur nepotes: cum aliter filii, aliter nepotes, appellentur. Secus appellatione liberorũ, ut in l.q̃d si nepotes. ff.de test. tut.multo minus frater aut alius collateralis; nec pr̃, pro filio pubere, ſm eundem; quia d.c. licet concedit electionẽ sepulturæ solũ ꝑ filio impubere. Vnde sepeliẽtur isti cũ suis maiorib. uel in ecclesia parochiali, ut in d.c.licet

8 OCTAVO † quæritur, vbi debet sepeliri qui nulla electa sepultura decedit? Et ex Pe.de Perus.ubi sup.dico multa. ¶Primum. Parochiani sepeliri debent non in parochia sed vbi sunt maiores eorum, ſm gl.in c.1.eo.tit.li.6. & facit c.1.de sepul.& est casus in c.is qui eo.tit.li. 6.vbi hoc tenet Arch.& Io.An.in c. ut animarum.eo.tit.lib.6.consuetudo tamen ſm Arch. post Rayn.& Inno. seruãda esset. Dñr aũt hic maiores ſm eundẽ.Pet.pr̃, & auus, 13.q.2. Ebron.iuncto c.2.de sepul. Nec obstat ꝙ stricte & proprie maioris dicuntur superiores tãtum vltra tritauum, vt in l Iuriscõsultus. §.parentes.ff.de gradib. & l.quæcunq.§.parentes. ff.de in ius uo.quia illud verũ est simpliciter, sed non in hoc casu: vt vr̃ velle Old. consi.25. tũ quia sicut domicilium inter viuos, ita ius sepulturæ est inter mortuos, Cõsequitur aũt quis originẽ seu domicilium patris & aui, nõ superiorum, vt no. in l.assumptio.ff.ad muni. & de paro.c.fi.tum q̃a vnio sepulturæ ex charitate & mutua dilectione procedit; q̃ fuerat inter viuos; quæ maior fuit ad patrem, & auũ q̃ ad superiores, hæc ille valde bene. Nec ob. ꝙ Pan in c.nos, de sepul.dicat contra hoc esse gl.in is q̃ eo.tit.li.6. dicẽs, ꝙ si vna ecclesia sepultus est pr̃ in alia reliqui maiores: sepeliẽt filius in sepulcro maiorum, quia dico hoc nõ esse contra Old. qui non loquitur de patre solo sed de patre & auo qui sunt maiores in plurali, non aũt pr̃. Vnde si proauus & atauus sepulti essent in vno loco, & pr̃ ac auus in alio: sepelietur quis cum pr̃e & auo: & si pr̃ in vno loco, & auus ac alii maiores in alio sit sepultus, sepelietur filius cum auo, & cæteris maiorib. ſm glos.& Io.And. per cap.4.in princ.& c.fraternitatẽ, de sepul.& per c.cum q̃s. eo.ti. li.6.ꝙ licet alii contrarium teneãt per tex.cõtrarios.13.q.2.vr̃ verius: quia in c.2.& 3. eod. lib.6.dicit sepulcrum maiorum ab antiquo. Si ãt in nullo sepulchro sint plures maiores, sed hic est pr̃, ibi auus, & sic de aliis, sepelietur ſm aliquos ĩ parochia, q̃a nullũ est sepulchrũ maiorũ. Sed ſm io.An.in nouel.de consuetudine sepelietur cũ pr̃e, tñ de iure primum est veri⁹ Vnde ſm Pe.de Pal.ubi su.si non apparet vbi sint sepulcra minorum, sepelietur in ecclesia, ubi audit diuina, & percipit ecclesiastica sacramenta, ut in c.1.de sepul. & ibi per Innoc. & est casus in d.c.is q̃ & in c.ĩ nostra, eo.tit. Si

aũt ĩ vna eccleſia audit diuina, & alia in per-
cipit ſacra, vel a parochiano duarum eccleſia
rũ; ſi vtraq; eccleſia hẽt ius funerãdi, locus eſt
preuentioni. de reſcr. duobus, lib. 6. ſed obuẽ-
tionis quartæ diuidentur, c. cũ quis. eo. titu. li.
6. & ſi non eſt præuẽtio, ſed contendunt diœ-
ceſanus concordabit partes. Si autẽ eccleſia,
vbi de iure dẽt ſepeliri, ſit interdicta : ſi quidẽ
eſt eccleſia ſepulcri, maiorũ ſepelietur in pa-
rochia, ſi vero eſt parochia, ſepelietur in ec-
cleſia cathedrali : & ſi oẽs iſtæ eſſent interdi-
ctæ ſepelietur in monaſterio proximiori, ſm
Arc. & Ioan. And. vel ubi debeat ſoluere deci
mas, ſm prædictos. Et prædicta intellige, ẽt de
filio impubere. ¶ Pan. ãt vbi ſup. tenet contra
Pe. & Old. ꝙ filius potius cũ pr̃e, quam cũ reli
quis maiorib. ſit tumulandus ſit pr̃ ſerioſe, &
ex electione, & non p̃ter propoſitũ aliquo ca
ſu ſit ibi ſepultus: quia ita diſpoſuerũt patriar
chæ, quorum actio eſt nr̃a inſtructio. Sed dic
fuiſſe particulare in pr̃iarchis, quia Abraham
fuit quo ad fidem, quaſi alter Adam, i. princi-
piũ generis, cum maiores eius fuerint infide
les: & rurſus eorũ ſepultura diſtabant, ideoq.
merito Iſaac debuit ſepeliri cum ſuo pr̃e, non
cum reliquis maiorib. ¶ Secũdũ. Peregrini, &
aduenæ ſepeliuntur in parochia, in qua mo-
riuntur, ſepulchra maiorum ignoranter, vel
ad ea commode, ferri non poſſunt, ſecundum
Pe. de Peru. vbi ſup. Arc. c. 1. eod. ti. lib. 6. quod
ẽt Arc. ſequitur, niſi eẽt conſuetudo, ꝙ ſepeli-
rentur in eccleſia cathedrali. Secundum gl. ve
ro in c. in nr̃a. eo. ti. & refert Pan. in ca. 1. extra
eo. ſepelientur apud eccleſiam maiorem, ſiue
cathedralẽ ꝙ ſequitur Inn. di. Hoſt. & Car. fa
cit c. vbicunque. 13. q. 2. & c. officium, de offic.
Arc. quia eccleſia cathedralis adminiſtrat ta
lib. ſacra : licet ad hoc dicat Arch. quod illud
c. officiũ loquit̃ admiſtrõne ſacr̃orum, non in
ſepultura: alij vero dicũt, quod vtraq; eccleſia
hẽt ius: & locus eſt preuẽtioni, quod ſequitur
Sũ. Ang. cõtra Sup. & Ro. Do. aũt Ant. diſtin-
guit, & benè. Si. n. iſte eſt religioſus, debet ſe-
peliri in monaſterio ſui ordinis. 16. q. 1. cap. 1.
intellige ſi põt alias dicit, vt de laico. Si vero
ſit laicus, ſi quidã morã traxit in parochia, in
qua decedit, aut venit aĩo trahendi, vt ſchola
ris, in ea ſepelietur, quia dr̃ eius eccleſia paro
chialis, quod placet Pã. per no. in c. oĩs, in pe.
& re. & per gl. in cle. 1. de priui. Si vero morã
non traxit, nec venit animo contrahendi, ſe-
pelietur in eccleſia cathedrali, ꝙ limitat, niſi
recepiſſet ſacr̃a a ſacerdote parochiali a: q̃a ta
citè videretur ibi elegiſſe ſepulturã. Sed Pan.
dicit hoc dictum non fuiſſet benè ponderatũ
quia ſi potuit a presbytero parochiali recipe
re ſacr̃a, cẽſenda eſſet in eccleſia parochialis
tranſeuntium: & ſic idem dicendum erit de iu
re funerandi; cum oĩa iſta ſint de iure paro-
chiali. Hæc ex illo bene, licet deinde ſiſtat in
hoc, quod ſepeliendus ſit in eccleſia parochia
li, de quo ſu. Confeſſor 1. §. 11. Ideo dico ſtan-
dũ cõſuetudini, quæ ſi nõ apparet ſtabitur di
ſtinctioni do. Auto. quia optime iurib. iura cõ
cordãt, & opinioni diſtĩguẽti regulariter ſtat̃
¶ Tertiũ. De damnatis ad mortẽ, qñ ſepeliri p̃-
mittuntur, idẽ dicitur, ſecundum Per. de Per.
quod de Peregrinis. ¶ Quartum. Filij ſi ſunt na
turales tm̃, ſepelientur ſm Pe. de Per. cũ pr̃e,
niſi pater fuiſſet in dignitate. l. ex facto. §. ſi q̃s
rogatus, ff. ad Treb. Si vero ſũt ſpurij, nõ ſepe
liẽtur cũ patre; quia nec filij noĩandi ſũt. C.
de inceſ. & inut. nup auth. ex cõplexu, nec ẽt
ſi legitimẽtur a principe; niſi ad petitionẽ pa-
tris, & eo viuẽte feciſſet. Et facit, qđ no. ĩ aut.
qui. mo. nat. effi. ſui. Vñ tales ſepelient̃ in ſepul
chro matris. ar. ff. ad muni. l. 1. niſi ſit illuſtris fę
mina. Si vero ſint filij adoptiui, vel arrogati: ſi
viuente patre adoptante moriuntur, in eius
ſepulchro ſepeliẽtur, ſecus, ſi eo mortuo: q̃a
ſepeliẽtur cum patre naturali, ſm qđ no. ple-
nè in c. vnico de cog. lega. ¶ Quintũ. Vxor ſi ẽ
carnaliter cognita, vel deducta ad domũ viri
ſepeliet̃ in ſepulchro viri: quia iã aſſequuta ẽ
eis domiciliũ per conductionẽ, l. cũ quædam
puella. ff. de iuriſ. om. iud. vel quia eſt effecta
vna caro cum eo d. c. Ebron. alias nõ. Si tamẽ
ſit p̃p adulterium ſeparata, ſecus eſt: quia iam
non eſt de domo viri, niſi ſit reconciliata. Si
ãt plures habuit viros, erit cum vltimo, cuius
domicilium, & honorẽ retinet tumulãda. eo.
ti. c. is, qui. li. 6. vbi Io. And. dicit notabile ver-
bum hoc. ſ. procedere, ẽt ſi poſtq̃ fuit vidua,
reuerſa eſt ad domum patris, quia hæc priui-
legia non conferuntur loco, ſe perſonæ. & idẽ
ſi transferat ſe ad alium locũ, quia retinet do
micilium mariti, ſm Arc. & Io. ibi, vt l. filij, §.
vidua. ff. ad muni. & ita tenet Sũ. Roſ. & bene
cet Sum. An. dicat locum eſſe præuentioni, &
idẽ Gem. ibi, addẽs, ꝙ honor acquiſitus vxorĩ
ex qualitatib. mariti, nõ extinguit̃ morte ma-
riti: ipſa tñ in viduitate manẽte: & ſic regina
non perdit hoc nomen per mortem mariti. Si
autem vir habebat in vna eccleſia ſepulchra
maiorum, & in alia eligit ſepulturam, & ibi ia
cet vxor ſepelietur vbi iacet maritus d. cap. E
brõ. ꝙ limita prima, ſi fugit legitimè ſepultus
non excõicatus, nec interdictus: & ſecundo, ſi

commode pōt illud deferri,ar.c.religioſi.eod. ti.li. 6. Si ãt ipſa præcedat marito, an debebat ſepeliri in ſepulcro maiorum ſuorum, vel maiorum mariti. Pan.in c.de vxore.eo.titul.dicit deciſionem eſſe dubiã, & egere declaratione, quia ſi diceretur quod in ſepulcro mariti, ſi ille alibi eligeret ſepeliri, illa iaceret inter alienos: ſed tamen dicit ſtãdũ conſuetudini, qua ceſſante poſſet dici, ꝙ ſepelietur in ſepulcro mariti, ſi ipſe ſibi ꝑparauit ſepulcrum ad ꝙ, §. ſoror.13.q.2.quia cum deſtinatione vr̃ maritus ſepultus ibi; & idem vbi maritus nõ habet proprium ſepulcrum, ſed dicit velle ſepeliri in ſepulcro maiorum ſuorum, & ſi eius volũtas non poſſet declarari vr̃ ſepelienda in ſepulcro maiorũ vxoris. Si aũt ipſa vxor prædecedens elegiſſet ſibi ſepulturã, & deinde maritus ſubſequatur, ſepultura non electa, dubitatur, vt prius. Et rõ dubij poteſt elici ex d.ca.is qui §.mulier. & rõnes ibi expreſſæ ceſſant in marito. & tamẽ Pan. vbi ſup. contrariũ putat: quia ꝑꝑ vnionẽ eorum in vita ius diſpoſuit. vt vxor dẽat ſepeliri cũ marito: & conſequenter ecõtrario: tñ quia in d. §.mulier, dr̃, ꝙ mulier dẽt ſequi maritum ſuũ, & non dicit econtrario: & quia indecens eſt, vt vir ſequatur diſpoſitionem mulieris, verius eſt primum. ¶ Sextum, Prælati eccleſiarum regulariter ſepeliri dẽnt in eccleſia, vbi habent prælaturã; & ſi in duab. locus eſt præuentioni: vel melius ſepelientur in ea, in qua moriuntur, ẽm Arc. in d.c. cum quis. alij vero clerici ſepeliri debent in eccleſia, vbi ſunt clerici, ſeu bñficiati. ¶ Septimũ. Religioſi vero ſepeliri dẽnt apud locũ ſuæ religionis, vbi moriũtur. 16.q.1.c.1. ſi tamen ſint nouitij, & nõ obligati religioni in genere, ẽm Arc. in d.ca.cũ quis, & ſequitur Sum. Angel. debent ſepeliri in eccleſia, vbi de iure conuenit. Sed contrariũ eſt in vſu, & merito. niſi eſſent in propoſito redeundi ad ſeculum: quia ſi eligunt ibi mori, eligunt & ſepeliri. ¶ Octauũ. Qui hẽt domiciliũ in ciuitate vel caſtro, ſed ad villã ruralẽ ſe trãsfert cã recreationis, vel exercendi ruralia, & ibi moritur, nõ ſepelietur in eccleſia rurali, ſed in ſepulcro maiorũ ſuorũ, iuxta dicta ſu. par.1.ſi ad illud cõmodè portari poteſt. d. c. is qui. eo. ti. lib.6. vt ibi no. Arc. & Io. An. Qui ãt agendũ ſit, ſi eccleſia apud q̃ q̃s de iure dẽat ſepeliri, ſit interdicta vel apud eã ꝑꝑ cãm cõtingẽte ſepeliri nõ poſſit, vide ſu. Excõicatio 7. excõic.16. dub.4.

9 Nono † quæritur, qui ſunt de quib. certum eſt, ꝙ eccleſiaſtica priuãtur ſepultura? Et dico ꝙ multa ſunt genera perſonarũ, q̃ in eccleſia, vel cœmeterio, ſeu in loco ſacro ſepeliri nõ debent. ¶ Primo. ſ. omnis infidelis, paganus, iudæus, vel hæreticus, etiam ſi poſt mortem appareat de hæreſi. de conſe. diſt. 1. eccleſiam, & 23.qu.2.ſanè. Scd'o moriens in torneamento, ext.eo.c.1. ꝙ tamen de aſtante non intelligitur, ẽm Ver. ſed de eo qui venit cã ſe exercendi, & armigeris ei ſeruiẽtib. in armis. Et Hoſ. exponit ẽt ſi q̃s ibi vlnus lethale acceperit, licet poſtea ſupuixerit, qui q̃uis pœniteat, & ei euchariſtia nõ negẽtur, tamẽ eccleſiaſtica ſepultura carebit, vt ibi. Sed hic aduerte; ẽm Sũ. Roſ. poſt Rich. in 3. diſ.37. quod qui haſtiludia faciũt peccãt mortaliter, cũ ſimili rõne videãtur eẽ ꝓhibita, vt torneamẽta. Ex quo innuitur, ꝙ moriẽtes in illis nõ ſepelientur in ſacrato. Ego ãt dico ex hoc haberi, quod haſtiludiũ, & torneamẽtũ non ſunt idẽ: & conſequenter, ꝙ nec ſꝑ iſta pœna habet locum in haſtiludio: vt etiam tenet Sum. Ang. in verbo, torneamentũ, ſed ſolũ qñ inde imminet probabiliter periculum mortis, quod etiam tenet Arc. vt ſu. Ludus, §.2. par.7. dictũ eſt. Vide etiã infr. Torneamentũ ¶ Tertio, is qui ſe occidit. 13.q.2.in quib. & 23.q.5.placuit, intellige ẽm Ver. ex deſperatione, vel iracũdia, ſecus ex fatuitate, vel contra ſuam intentionẽ, vt ſi quis, ut euaderet præcipitauit ſe i fluuiũ, & petijt: ẽm Ber. ext. eo ex par. ar. d.13. nerui. & 29. q. 5. de occidendis, imò, ẽm aliquos, ſi occidens ſe ex malo animo aliquandiu poſt vulnus viueret, & oſtenderet ſigna contritionis, nõ denegaretur ei eccleſiaſtica ſepultura. ¶ Quarto, is quẽ certum eſt & manifeſtum non fuiſſe confeſſum, vel non communicaſſe ſemel in anno. de pœ. & re. oĩs q̃ꝫ ẽm Arch. poſt Ioan. de Imo. intellige niſi in morte oſtenderit ſigna contritionis, & emẽdationis ſuper huiuſmodi ad quod probandum ſufficit vnus teſtis. 26.q.6. qui receſſerunt. ſed hæredes tenentur ſatisfacere pro eo. ext. eod. parochian. Hæc tamen ſecundum Pan. in d.c. ex parte. & alios Doct. nõ habent locum in eo, qui tẽpore ſuo fuit confeſſus, & deinde morte, etiam cauſali præuentus ſine confeſſione deceſſit, quã tamẽ per annum non contẽpſit, nec in eo, qui non eſt quidẽ confeſſus intra annum, tamen hoc eſt occultum, vel dubium; ut §.ſeq. ¶ Quintò, monachus inuẽtus proprietarius. in fi. de ſtatu mõ. ſuper quodam. ¶ Sextò, blaſphemus Dei. Extra, de maleſi. in fin. ¶ Septimò, generaliter, quilibet notorius peccator decedens in ipſo notorio mortali, 13. qu.2. quibus, & capi. non exiſtimemus, quòd intellige, niſi ſint eccleſiæ

clesiæ reconciliati: vel saltem signa contritionis appareant: ad ꝙ probandum sufficit vnius testis ſm Arc. vt d.c.q. recedunt. & ca. seq. iuncta gl. sed hr̃des tenētur satisfacere pro eis. d. c. parochiano. Excipitur is, qui moritur in torneaméto, vt dictum est. ¶ Octauo, manifestus vsurarius de vsur. quia & eo. tit. quanquam. li. 6. & hoc nisi pœniteant, & faciant cautionē. ¶ Nono, interdictus nominatim, & hoc sub pœna excōicationis; vt in cle. 1. eo. tit. & tpe interdicti illi, qui sunt de loco interdicto eo durāte: vt habes su. Interdictū 6. § 2. ¶ Decimo, excōicatus maiore, ēt iniustè. 24. q. 2. sanè. vt no. gl. de rest. spo. literas & ſm Veru. idē est de excōicato minore notoriè. ¶ Vndecimo, ille. cui est interdictus ingressus ecclesiæ c. is q. de sen. exc. lib. 6. ¶ Duodecimo ille, qui sacerdotē filijs suis tutorem instituit, 88. dist. neq; apud gl. ibi contrarium tene. Si quis prædictorū de facto in loco sacro fuerit sepultus, si discerni possit exhumandus est, alias nō. extra eod. sacris. & ecclesia, vel cæmeteriū reconciliādū, de conse. eccl. vel alt. consuluisti & si sepultus fuit infidelis, debent ēt tigna & parietes radi. de consec. dist. 1. ecclesiam. si tamen de cadauere dubitetur, vtrum sit fidelis, vel infidelis, in meliorē partē interpretādū erit: nisi aliqua probabilitas appareat de opposito. d. c. sacris

10 DECIMO † quæritur, de quibus sit dubium, an sepeliri debeant in sacro? Et dico multa. ¶ Primum. Puer de ventre matris extractus, s. mortuus sine baptismo, cum ea sepeliri non debet, sed secus si non esset extractus, sedum Host. quia fętus est pars ventris. de conse. dist. 4. si qua. qđ intellige si certum est, ꝙ mortuus sit. Si vero certū est, vel dubitatur, ꝙ viuat, debet scindi mr̃, & puer baptizari, si viuit, si vero est mortuus, extra cæmeteriū sepeliri: mr̃ tamen viua sine mortali peccato scindi non posset scissura qua imminere periculum mortis. ¶ Secundum. Parochiano q. intra annū nō est confessus, nec cōionem accepit, ſm Arch. post Io. de Inn. sacerdos sepulturā interdicere non pōt: licet contrarium videatur per d. c. omnis. tum quia in dubio præsumi debet salutis æternæ non immemor. 1. q. 7. sancimus, potuit. n. alicui mēdicanti legitimè confiteri, & de eius mandato ab eucharistia abstinere: tum quia tale quid esset occultum: occulti aūt peccatores sunt sepeliēdi, qa ꝓpter hoc peccatū manifestari non dēt. Et ista intellige, qñ hoc est occultum vel dubium, alias esset certum & manifestū, secus per d. c. omnis. ¶ Tertiū. De raptore dic vt sup. Rapina. §. 1. ¶ Quartum. Suspēsus, vel aliter propter scelera iustitiatus, si moriatur impœnitēs, pnĩa, & sepultus carebit. Si vero contritus, sicut pœnitentia & viaticum, ita & sepultura, ſm Arch. non negabitur, ēt cum solemnitate missæ, & aliorū officiorum, ſm Pan. in d. c. ex parte. 13. q. 2. c. fi. tamen ad eum deponendum de patibulo requiritur licentia iudicis secularis; qui tamen debet eā faciliter dare: vt ī l. 1. & 2. ff. de cada. pu.

11 VNDECIMO † quæritur, quid de recipiētibus aliquem ad sepulturam in casu non concesso? Et dico duo. ¶ Primum. Sepelientes prædictos in §. priore. scienter, peccant mortaliter, ſm Arc. ar 25. q. 1. violatores. & vlterius sepelientes publicè excōicatos, vel nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios, sunt excōicati maiore, vt su. Excommunicatio 9. §. 5. & generaliter recipiens aliquem ad sepulturam in casu non concesso, tenetur restituere corpus si putatur, nō solū recēter sepultū, sed ēt post ita vt sola ossa superesse videant, ſm Pan. in c. liberum. extra eo. & quicquid rõne illius corporis perceperit: & hoc rõne malæ fidei, ſm gl. in d. ca. cum liberum. ¶ Secundum. Si sacerdos parochialis corpus eius qui alibi elegit sepulturā, violenter rapuerit, vel funus spoliauit antequam veniret ad manus eorum, q̃bus debebatur ſm Host. in d. c. cum liberum, amittit ius quod habebat: & idem si aliquis conuētus totus, vel maior pars eius hoc fecerit: secus si pars minor vel solus prælatus. Vnde ſm Old. cons. 224. tenetur restituere quicquid accepit, & ipsum corpus, & vltra hoc ꝑdit quartam canonicam: ad similitudinem hæredis res hæreditarias subtrahentis, qui in eis quartam Trebellianicam perdit, & ius institutionis debitum, qđ alias erat detracturus. l. Paulus respondit. ff. ad leg. Fal. & l. rescriptum. ff. de his quib. vt indig. Pe. aūt de Peru. vbi sup. quantū ad hoc, i. quartam canonicā, tenet contrariū: quia delictū ꝑsbyteri ecclesiæ nocere non debet. de or. cog. c. 2. 16. q. 6. si epm, & quod no. in regula. delictum. lib. 6. & in l. si quis in tātā. C. vnde vi. Sed tamē primū est verius, si quid tale fiat a prælato: quia prælatus solus præiudicare pōt ecclesiæ in acquirēdis. 16. q. 6. § . fi. sicut seruus domino in acquirendis. C. de acq. pos. l. fi. secus in iam quæsitis.

12 DVODECIMO † quæritur, utrum prætextu debiti possit impediri sepultura, aut molestari moriturus? Et dico, ꝙ accedens ad domum moribundi, & ipsum vel alios molestans, aut reb. eius insignia ponēs ipso iure cadit ab actione, & ī tātundē cōdemnat hr̃dib. defuncti & publi-

& publicatur tertia pars suorum bonorũ, & est infamis, & idem in eo, qui circa funus peccat. C. de sep. viol. auth. item qui domum. nec debet impediri sepultura prętextu debiti, vel cuiuscunque obligationis, C. de sepul. viol. l. cum sit. nec debet fieri molestia intra decem dies ab obitu: alias pro tunc est inutile, ut ibi in auth. sed de nec ante. Bene tamen impediretur sepultura in casib. animæ, de quib. sup. §. 9.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, utrum licet mortuos spoliare? Et dico quod non: sed imponitur pęna grauissima. ff. de sepul. vio. l. 3. quod intellige quantum ad ea, quæ ex intentione tumulantium remanserunt.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, quis teneatur ad expensas sepulturæ? Et dico ꝙ hrs: & ab eo peti possunt: quia videtur quasi contractũ cũ defuncto. ff. de reli. & sump fu. l. 1. & pater respectu filij, ac dñs respũ serui. l. si quis. ff. eod. Itẽ si mulier hẽt dotem, de ipsa dote fiet: & si hẽt alia bona, fient de dote, & de eis pro rata, ff. eo. l. Neratius. Si verò non hẽt dotẽ nec alia bona: tenet Sum. Ang. indistincte, ꝙ tenet uir. d. l. 1. & d. l. si quis, sed sup. & Sũ. Ros. post Pis. & Host. & Sũ. Conf. distinguit: quia pater oẽm impensam præstare dẽt, aut hæredes mulieris, si est emancipata: & si hæredes nõ hẽt, neq; pater est soluendo, maritus conuenitur inquantum facere põt. ne iniuria eius videatur quõdam vxor eius insepulta relinqui. l. quod si nulla. ff. de reli. & sump. fu. & hoc est verum.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, vtrum valeat statutum factum a laicis, ꝙ in sepultura non possit nisi tantum expẽdi? Et dicit Lud. de Ro. ꝙ non; quia licet non sit factum super spũalibus est tñ super connexis eisdẽ. ar. l. ꝙ si nolit. in fi. ff. de ædi. & in c. cum laicis. de reb. eccles. non alie. quod limita, vt su. Immunitas. 2. §. 9.

16 DECIMOSEXTO † quæritur, vtrum si mendicantes, & alii exempti sepeliant de facto cõtra cle. eos. de sepul. vsurarios manifestos, excõicatos publice, & interdictos nominatim possit eps loci facere de facto corpora istorũ exhumari, & proiici procul? Et dico, ꝙ Pa. in c. sacris. extra eo. credit ꝙ nõ: qa perinde, est ac si non essent in sua diecesi: posset tñ dari remedium, ut impediat sepulturam anteq̃ corpus ducantur ad locum exemptum: quia cum delinquatur in territorio suo, põt obuiare, & illos in loco priuato facere sepeliri. uide ibi.

17 DECIMOSEPTIMO † quæritur, utrum leprosus debeat sepeliri cum alijs? Et dicit Abb. in d. c. sacris, ꝙ non, qa cui non cõicamus in vita, nec in morte cõicamus, & sequitur Pan. ibi, & Sum. Ros. Sed qa illud dictum intelligit de cõione spũali, q̃ sola remanet post vitã: q̃ et adducit Pã. nõ ꝓbãt, nisi ꝙ põt alibi sepeliri: iõ melius Pet. de Anch. tenet cõtrariũ: cũ hoc casu esset contagionis periculum. De translatione corporis iã sepulti, vide sup. Corpora.

DE SERVITVTE, ET SERVO.

1 *Seruitus humana quid, & quotuplex sit.*
2 *Seruus quis, & quotuplex sit.*
3 *Seruus quot modis qui efficiatur.*
4 *Partus an sequatur ventrẽ in seruitute & libertate.*
5 *Seruus quomodo efficiatur liber.*
6 *Serui an & quomodo possint ordinari.*
7 *Seruus contrahens, an magis teneatur domino, quã coniugi.*
8 *Christianus an possit infideli dari in seruum.*

SERVITVS, cũ multiplex sit, omissa ea, qua quis est seruus Dei, & qua est seruus peccati, de humana intendo loqui, qua homo homini vel res rei in ordine ad hoiem subiicitur.

1 PRIMO † ergo quæritur, quid & quotuplex sit seruitus humana? Et dico, quòd in genere seruitus humana est institutio iuris gentium adde vel generaliter humani, vt inf. §. 2. quia aliquid alicui contra naturam subiicitur: arg. Instit. de iu. pers. §. seruitus. distin. 1. iuris gentium. 12. q. 2. cum redemptor. ¶ Est autem triplex, prima. s. personalis, quæ est institutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur, vt patet in prædictis iuribus & secunda realis, vel prædialis, s. qua res subiicitur contra naturam, siue quæ debetur rei a re, puta prædio, & non personæ. l. si vnus ex sociis. ff. de ser. rust. præd. sicut hic fundus est obligatus pati uiam & accessum ad illum vel illum, quod tamen est gratia hominum, siue dominorum, & tertia est largè dicta, s. ascriptitia, quæ debetur rei a persona realis autẽ est triplex, vrbana, scilicet, rusticana, ac mista. Est autem seruitus vrbana, quæ debetur prædiis vrbanis: siue quæ debetur intuitu alicuius ædificii habitabilis, sicût altius tollendi, vel non tollendi, ne officiat luminibus, vel prospectui domus vicini: item stillicidii diuertendi in tectum, vel aream uicini. Seruitus autem rustica est, quæ debetur prædiis rusticis, siue quæ debetur prædio non gratia alicuius ædificii habitabilis, veluti iter, actus uia aquæ ductus, aquæ haustus, pecoris appulsus ad aquã, & huiusmodi. Et sic patet, quod talis est seruitus, quale prædium cui debetur. Vnde si stillicidia domus meæ, quæ est prædium vrbanum, conuerto in aream tuam, quæ est prædium rusticum, seruitus est vrbana: & ecõtra

rio si tignum ædificij non habilitatis, i. non ad habitandū facti: sed verbi gratia, colligēdarum frugum, ꝙ est prædiū rusticū appono in parietem domus tuæ, quæ est prædiū vrbanum, seruitus est rustica. Est aūt sciendum, ꝙ prædia vrbana dicuntur oīa ædificia cā habitādi facta, & stabuli cōtinui, siue in ciuitate sint siue in rure, vel vbicunq; ff. de ser. tam ver. q̃ rust. præd. l. 1. Rustica vero prædia dr̄ omnia prædia sine domo ad habitandū, licet habeāt tectū pro fructib. colligendis, vel stabulū pro equis, & iumentis: separatum ab ædificio habitationis. vt l. hoc iure, ff quib. mod. pig. vel hyp. tac. cont. de quib. habes in c. eccle. de cōsti. Seruitus āt mista est, quæ dētur a re personæ: quæ iō sic dr̄, quia non est mere realis; nec merè ꝑsonalis, q̃uis ēt dicatur ꝑsonalis, vt l. 1. ff. de seru. quia cum persona sꝑ finitur, vt l. 4. §. fi. ff. qui. mo. vsusf. ami. Dr̄. & realis, q̃a tanq̃ ius reale vendicatur, sed non rei vēdicatione quia corporale est: sed quasi vēdicat̄ cū agitur iniuriarum, si prohibetur ire, & hm̄ōi, vt l. vti frui. §. vtrum aūt, ff. si vsufr. peta. vt no. Cy. in rub. C. de vsufru. species huius seruitutis sunt tres. s. vsus habitatio, & vsusfructus. Hic autē solum de personali seruitute intendo.

2 Secvndo † quæritur, quis, & quotuplex sit seruus? Et dico, ꝙ seruus est, qui humano iure alterius dn̄io subiectus est, ar. iurium & doctorum, de quib. in §. priore. & est mens S. Th. in 4. dist. 36. dicentis, quod seruitus est de iure positiuo; sed a naturali proficiscitur, sicut determinatum ab indeterminato. Cum autē seruus dicatur relatiuè ad dn̄m, tot modis dr̄, quot, & dominus. Vn̄ duplex est seruus, s. improprie dictus, vt subiectus simpliciter iurisdōni alicuius, maximè tꝑali: puta, principalis, vel ep̄i, qui ēt dr̄ dn̄s, licet melius dicat̄ pr̄, & qui in aliquo seruitio alicui obligatur, quod si sit tꝑale, dr̄ mercenarius cōiter, si vero sit perpetuum dicitur aliquādo vasallus, de quo su. Feudum. & inf. Vasallus. Aliquando dicitur ascriptitius, vel originarius, ꝙ idē est; q̄ ascriptitius iō dicitur, quia ita ascriptus est terris colendis, ꝙ a cultura sine volūtate domini recedere non pōt, nec vendi sine gleba, nec gleba sine eo: originarius qui ab origine tali sit: dicitur ēt colonus a terra colenda. Isto modo est propriè seruus, s̄m gl. Ray. nec repelli debet ab actib. legitimis: nisi ꝙ ad ordines nō debet admitti, vt not. in cap. multorum, de Iud. in gl. & dist. 54. quis āt leges, de voluntate tamen dn̄i bene p̄t ordinari, vt no. glo. in d. cap. multorum, per cap. si quis obligatus, dist. 54. imo, & qn̄que contra ipsius domini voluntatem. s. in ipsis possessionib. ita tamen, vt clericus factus īpositā sibi agricolturā adimpleat vt in ca. si seruus ea. dist. Est & alius seruus dictus ꝑpriè, q̄ nō est sui iuris, sed seruilis condōnis: & de isto principaliter hic intēdimus.

3 Tertio † quæritur, quibus modis quis seruus efficiatur, vel contrahat seruitutem? Et dico, ꝙ multis. ¶ Primo ex natiuitate, vt cū quis nascitur de matre ancilla, qui & vernaculus dicitur, & similiter talium filij; quia s̄m S. Th. in 4. dist. 36. & iura ciuilia, partus, sequitur vētrem. i. matrem quantum ad conditionē seruitutis, vel libertatis, de quo inf. §. 4. ¶ Secūdo ex iure, sicut seruus est iure gentium, qui capitur in bello iusto, s̄m gl. in c. ius gentium. dist. 1. per c. dicat. 23. q. 5. & fugiendo peccaret. ꝙ tamen fallit, si capiatur Christianus, & iure ciuili similiter efficitur seruus, qui maior 20 annis patitur se vendi ad participandum pretiū. Inst. de iure perso §. serui. autem, & libertus ingratus patrono, qui licet non efficiatur seruus ipso facto tamen reducitur in seruitutē. l. si manumissus, C. de li. & eo. li. fingens se inualidum, vt mendicet, C. de mēd. vali. l. vnica. Et similiter iure canonico efficitur seruus raptor mulieris, vt su. Raptor, §. 1. & ferens auxilium Saracenis, vt sup. Excommunicatio 7. §. 21. & mulier libera scienter contrahēs cum existente in sacris redigenda est in seruitutē. dist. 32. eos, qui, & filij inde nati debent effici serui ecclesiæ, 13. q. fin. cum multæ. ¶ Tertio emptione, vt quia eo inuito venditur ab alio: de quo tamen vide sup. Iudæus, §. 3. vel quia patitur se vendi. Ad quod tamèn secundum Host. Gof. & Azo. sex requiruntur. Primo, qd̄ sit maior 20. an. C. de li. cau. si ministerium. Secundo, quod intēdat pretium participare, C. eo. l. nō ideo. Tertio, ꝙ in veritate participet, ff. qui. ad lib. procla. l. 1. ¶ Quarto, quod emptor credat ipsum esse seruum, ff. de lib. cau. l. liberis, § si quis sciens. ¶ Quinto, quod is qui venditur, sciat conditionē suam. i. se esse liberum, ff. qui ad lib. procla. non li. l. 4. ¶ Sexto, ꝙ venditor similiter sciat eum esse liberum. d. l. 4. Quorum sex si aliquid deficiat, non valet, sed iure communi reuocatur in ingenuitatē. Si vero nihil deficiat, etiā si postea manumittatur, non sit ingenuus, sed libertus, ff. de sta. ho. l. homo libe. nisi reddat domino pretium. ff. si inge. manu. l. 2. quod tamen pretiū dominus recipere non cogitur inuitus, secundum quosdam, & videtur hoc tenere glo. in d. l. 2.

4 Qvarto † quæritur, vtrum partus vētrem,

id est

ad eſt matrem ſequatur, ſ.in conditione ſerui-
li? Et dicit S.T.in 4.diſt.36.quod partus ſequi-
tur matrem in libertate, & ſeruitute, quia iſta
pertinẽt ad corpus, ꝙ eſt a matre; ſed in perti
nentibus ad dignitatem quæ eſt ex forma rei,
vt in honoribus muneribus municipijs, nobili
tate, & hmõi ſequitur patrem, ſm iura diuina,
canonica & ciuilia: licet in quibuſdam terris
non ſubiectis imperio, ſequatur deteriorem
conditionem: vt ſi pater ſit ſeruus, & mater
libera, filij ſint ſerui. Hæc ex illo. Vnde dic, ꝙ
filius denominatur a patre de iure. vt in ca. 2.
de conuer. infid. & Inſti. de legi. agn. tu. §. 1.
ex hoc, quia ſequitur familiã, & agnationẽ pa
tris. Non obſtat c. Raynutius, de teſta. quia ſe-
cundum Io. And. illud erat per ſuperbiam, qa
mr̃ erat nobilior, & ſequitur priuilegiũ pr̃is
in tribus; primò quoad honores: ſecũdo quo
ad conditionem curialem, C. de decu. l. eos, l.
exemplo. & l. nullus. tertiò quo ad originem.
ff. ad munici. l. 1. vide glo. in c. dicat. 32. q. 4. &
in l. cum legitimè. ff. de ſta. ho. Quantum ve-
rò ad conditionem ſeruilem de iure non ſe-
quitur conditionem patris, ſed matris, ſm gl.
q̃ cõiter ſequuntur Docto. in c. 1. de coniug.
ſer. q̃ vult, ꝙ partus ancillę erit penes dñm an
cillæ: & l. ſeruorum, ff. de ſta. ho. Pro quo fa-
cit tex. in l. partum, C. de rei vend. & no. in c.
vnico, de na. ex libe. ven. & in c. fi. de ſer. non
ord. & Inſt. de iure perſo. §. fi. Nec obſtat c. li
beri, 32. q. 4. vbi natus ſequitur deteriorem
partem: quia ſm gl. exponitur, deteriorem
ideſt matrem, q̃ eſt fragilior. Vel ſecũdum gl.
ibi intelligitur ſecundum legẽ Lombardorũ,
& Teutonicorũ, non aũt Romanorum. Sed tñ
Pan. in c. licèt, de coniu. ſer. hoc limitat verũ,
niſi conſuetudo, vel ſtatutũ habeat aliud: ſi-
cut hodie natus ex ancilla non eſt ſeruus, ſi
pater eſt liber. & idem Pe. de Pa. & eſt de mẽ
te Io. And. limitat ẽt Arch. hoc verum in na-
tis ex matrimonio; qa nati ex illicita copula,
vndecunque naſcãtur, ſunt ignobiles, non tñ
ſerui eorũ, qui ſunt domini ſeruorum, vel an-
cillarũ, ex quib. nati ſunt, vt vſus, oſtẽdit imò
in natis ex matrimonio, ſm Pe. de Pal. non vi-
detur, verũ ſi dominus contrahat cum ſua an
cilla, vel domina cum ſeruo; ꝙ iure diuino nõ
prohibetur, etſi ciuili; quia tunc ancilla illa,
vel ſeruus in libertatem eripitur, cũ nec an-
cilla, nec ſeruus ſit ſocius, vt eſt coniux.

5 QVINTO quæritur, † quõ ſeruus efficiatur
liber? Et dico, quòd multis modis, ſecundũ
Hoſt. ¶ Primò, ſi eũ languidum dñs expoſuit,
aut ei alimenta negauit, quibus caſibus etiam
libertus efficit ingenuus, ext. eo. c. vnico, nec
qui eos ſuſcipit, poteſt ſibi per hoc in eius ali
quod vendicare. ¶ Secũdò, ſi quis ancillã uen
dit ne proſtituatur, & emptor facit contra.
¶ Tertiò, ſi pileatus incedat ante domini ſui
cadauer. Quartò, ſi poſtea q̃ data ẽ ſnĩa cõtra
eũ, qui dicebatur ſeruus, dñs poſtea pretium
recipiat. ¶ Quintò, ſi dñs ancillam in matrimo
nio collocauit, ſcribens pro ea dotem. ¶ Sex-
tò, ſi ſeruum appellauit filium actib. interue-
nientibus quaſi in figura iudicij. ¶ Septimò, ſi
dominus dedit ſeruo inſtr̃m, per quod ſerui-
tus eius probabatur, & alijs caſibus, qui habẽ
tur, C. ex qui. cau. ſer. pro prę. li acci in l. 1. &
per totum, vt ſi conuincit in iudicio reum ne
cis domini ſui, vel accuſat falſarium monetæ
vel raptorẽ virginis diſſimulatione præteri-
tũ, & huiuſmodi. Efficitur ẽt per emptionẽ fa
ctãã Iudæo, vt ſu. Iudæus, & per manumiſſio
nẽ. Adde quòd ſi ancilla impetatur à domi-
no de turpitudine, fugere poteſt in conſcien-
tia, & ſtare ut libera: quia dñs abutitur ſua
poteſtate, & poteſt officium epiſcopi implo-
rare, vt manumittatur, & poteſt ipſe ad iſtud
compellere, l. ſi lenones, C. de epiſc. aud.

6 SEXTO † quæritur, quid iuris de ordina-
tione ſeruorũ? Et dico multa. Primum. Nul-
lus ſeruus eccleſiæ, vel priuati dẽt, niſi prius
manumittatur. diſt. 54. per totum, & ſi ordina
tus fuerit libertate non accepta, ſm Rayn. ſi
dominus ſcit, & non cõtradixit, efficitur inge
nuus, d. 54. ſi dño ſciẽte, & hoc verum quo ad
quoſcunq; ordines, & idẽ Gof. & Inn. ſi verò
dñs ignorauit, aut contradixit, diſtinguit, qa
ſi ordinator, vel p̃ſentator ſciuit, ordinatus
remanebit in ordine, ſed alter illorũ condẽ-
nabitur dño in duplũ. diſt. 54. ſi ſeruus abſeu-
te domino, & hoc ſi alter tñ ſciuit: ſi autem
ambo ſciuerunt, dabit vnum præſentator, &
aliũ ordinator; & ſi neuter eſt ſoluendo po-
terit dominus poſtulare eum ſibi reſtitui. diſt.
ea. ex antiquis. Si autem neuter eorum ſciuit,
ſi ordinatus eſt in ſacerdotem, remanebit in
eodẽ ordine, peculio, ſi quod habet, domino
reſtituto, & ſi peculium non hẽt, nec eſt q re
dimat ipſum, debet domino ſuo reddi ad ſer-
uiẽdũ illi indecentib. ordinẽ, ſuum: puta, ho-
ris canonicis miſſa, & hmõi, diſt. 54. frequens.
Et ſi contumax hoc renuat, debet deponi ext.
eo nullus. in fi. Si verò ordinatus eſt in diaco-
num. dabit pro ſe vicarium, & ipſe remanebit
in ordine: aliàs reuocabitur in ſeruitutem, niſi
quis eum redimat. Idem de ſubdiacono intel
lige extra eo. miramur. In alijs autem ordini-

bus

bus absolutè in seruitutem reuocatur, dis.54. nulli.& c.ex antiquis.& concor.satis Goff. & Inn.¶Secundũ. Prædicta intellige, si dñs repe tat intra annum ab ordinatione, scđm Hugo. aut verius a scia dñi scđm Ray.Goffr.Host.& Pe.¶Tertiũ. Talis seruus depositus tenet con tinere, vt not.dist.54.nulli. & non gaudet aliquo priuilegio clericali, nisi ꝙ verberari non potest, vt no.gl.in cap.2.dist.ea.de quo ext.de cle.coniu.Ioannes,& c.seq.aliàs verberans est excõicatus, secundũ Inn. ¶Quartũ. Secũdum Inn.idẽ est in originarijs,& ascriptitijs,& oĩbus obligatis conditione seruili, vel rõcinio, vel tyrocinio:& idẽ in libertis, si aliquod obse quiũ patronus sibi retinuit, di.54.quicunq;,& idem in obligatis functionibus, id est publicis officijs.dist.51.præterea. ¶Quintũ. Rõ quare seru. reddatur dño cũ alia res cõsecrata non reddat, vt 14.q.vlt.cõperimus.scđm Gof Hostiẽ.Vide.& Pet.est, q̃a in alijs reb. non est dolus, vt in hoĩe: tum q̃a in alijs consecratio est in superficie, non in anima ideoque nõ debẽt manu profana tractari 30.q.7.licitè, vtrum autem seruus possit ordinari domino retinente sibi aliqua iure p̃roni, vide sup.Manumissio.§.5.De coniugio ãt seruorum, vide su.Matrimonium 6.§.1.ad fi.& Matrimonium 8.§.2.

7 SEPTIMO † quæritur, utrum seruus, vel ancilla contrahens teneatur magis dño, quã cõiugi, vel econtrario? Et dico, ꝙ tenetur magis reddere debitum couiugi, q̃ seruitium dño, si voluntate eius contraxit, q̃a ex quo consensit in mr̃imonium, consensit in accessoria, de off. deleg.prudentiam.& l.ad legatum ff. de ꝓcu. Nec potest dñs sine peccato mortali, aliter eũ distrahere quod loco, & tempore debito impediretur reddere debitũ,& idẽ dic, si sunt diuersorum dominorum,& ambo consenserũt. Et ita limita Tancr. & alios tenentes, ꝙ vendi nequeunt, s. sic, ꝙ impediatur dicta redditio. Si vero contraxit dño ignorante, vel cõtradicẽte, licet teneat matrimonium, magis tamen tenetur dñio de obsequio, q̃ coniũgi de redditione debiti, vt no.do.Ant.Car.& Pau.& communiter Doc.in ca.1.de coniug.ser.& põterit vendi ad libitum, licet secundum Sco.in vẽditione, de bono & æquo deberet attendere dominus, ne dicta redditio impediretur, immo vr̃ ad hoc teneri, si sine suo prẹiudicio hoc potest: alioqui iniustè læderet proximum.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum liceat Christiano dare se infideli in seruum tempore persecutionis cum pacto non dimittẽdi ritus Christianos? Et dicit Inn.i ca.nisi cũ pridẽ.de renũ. quod sic.¶Si quando faciat conditionẽ,& quãdo non, vide su.Conditio.& su. Legatũ 1.§.1.

¶SIGILLVM quis possit habere, dic secundũ distinctionem datam sup.de Insignijs.& no.in c.dilecta.de exces.præl.

DE SIMONIA.

SIMONIA a Simone Mago dicta est, qui potestatẽ dandi Spiritũ sanctũ cõparare voluit pecunia, vt postea vendendo signa lucraretur, vt patet Ac.8.& 1.q.1.Saluator, non aũt dicta est Giezia a Giezi, qui donum Dei vẽdidit solum. De hac sup.S.Tho. per trac.2.2.qõ.100.& in 4.di.25.& in quol.2.& similiter in 8.

1 PRIMO † autem quẹritur, quid sit simonia, & quomodo intelligitur eius diffinitio? Et dico multa.¶Primum. Simonia scđm S.Th.2.2.q.100.& penè omnes Theologos, ac Iuristas communiter est studiosa voluntas emẽdi, aut vẽdendi aliquid spirituale, aut spirituali annexum. Addit Pan.in c.nemo.eo.ti.opere subsequuto, quod non fuit necesse quo ad Deum; quia in voluntate studiosa, i. deliberata peccatum consummatur: sed solum quo ad iudiciũ ecclesiæ, q̃ nõ iudicat de occultis, nisi ꝓcedãt ad extra.¶Secundum. Noĩe autem emptionis & venditionis scđm S.Th.2.2.intelligitur omnis contractus non gratuitus; vt, s. transactio, renunciatio,& permutatio: licet prælatus ex officio suo possit permutare beneficia, vel ꝓbendas, vt sup. Permutatio 2.§.4. hmõi etiam est

est remissio; quia ſm Dir. remittere idem est, quod dare. 1.q.1. si qui sunt, limitat tñ gl. in c. 1. de testib. quando ex remissione cõmodũ applicatur parti. limitat ẽt ibi Pan. qñ debitũ est liquidum, vide ibi. Adde, ꝙ noĩe emptionis venit ẽt redẽptio. vnde ſm Ray. spiritualia sicut non debent vendi, vel emi: ita nec redimi, qđ Veru. limitat ab eo, qui iustè possidebat. extra eo. querelam. secus a possidente iniustè, sicut redimuntur decimę. Sed ista limitatio non est necessaria, nec redemptio decimarum est redemptio spũalis alicuius, sed tpalis, vt sup. Decimæ, in fin. & inf. §.3. reg. 4. ¶ Tertium. Spirituale aũt secũdũ S. Th. 2.2. & in 4. vbi su. & secundum Rich. & Pan. in c. consulere. de sim. & Ast. ẽ. dr̃ tripliciter. Primo. s. essẽtialiter, vt gratia, & virtutes, per quas intellige oĩa alia spũalia, vel supernaturalia dona, & causaliter, vt sacramenta, quæ sunt causa gratiæ, & cõsequẽter virtutum, & effectualiter, seu effectiuè, vt actus ex spirituali gratia, & sacro officio, vel quocũq; spũali dono procedentes: vt baptizare officium diuinum celebrare, miracula facere, & hmõi, quæ etiam dici possunt spiritualia per cãm, inquantum a spirituali causantur, & ad spirituale disponunt. ¶ Quartũ. Spũali vero annexum, secundum S. Th. in 4. & alios. dr̃ dupliciter. Primo, sicut ad spirituale ordinatum, sicut ius patronatus, quod ordinatur ad pręsẽtãdos clericos ad beneficia, & vasa sacra ordinata ad sacrorum vsum: adde & generaliter oẽ, in quo spirituale ministrat̃, vt sacra vestis, ecclesia, cœmeterium, reliquiæ sanctorum, & omnis sacra res. Licet autem ius sepulturę nõ sit annexum isto modo, sed sequenti, tamẽ cæmeterium est annexum isto modo. Secundo, sicut ex spũalib. depẽdẽs; vt habere ecclesiastica beneficia, quod non competit, nisi habenti officium clericale, vel ius pcipiendi decimas, primitias, oblationes, & ius sepulturæ, & qcqd cõpetit clericis ratione ordinis; vt pulsare cãpanas, claudere ostia ecclesiæ, & similia, & ius ẽt primo geniture. ¶ Quintũ. Noĩe autem pecuniæ, qua emptio, & venditio cõtrahitur, intelligitur scđm S. Th. 2.2. oẽ illud, cuius pretium potest pecunia æstimari, vt patet 13. Eth. ¶ Sextũ. Prædicta autẽ intellige dicta de spũali supernaturali, siue vt alij dicũt, in ordine ad spiritum sanctum: loquendo vero de spũali naturali, siue in ordine ad spiritum humanum dico, ꝙ hoc spirituale dupliciter dr̃. Primo, s. per essentiam, vt oẽs scientię, & virtutes naturaliter acquisitæ: & secũdo per causam, vt doctrinam talium scientiarũ: & idẽ vr̃ de actibus talium virtutum: & iudicare est actus iustitiæ annexum autẽ huic spirituali sunt libri, scholæ, & huiusmodi, & de his dicetur inf. eo. titu.

2 Secvndo † quæritur, quæ inter prædicta vẽdi possunt, aut non possunt sine vitio simonię. Et dico quantum ad spirituale supernaturale, ꝙ vendi non potest de iure spirituali per essẽtiam: imo nec super eo cadere potest deliberata voluntas emptionis, ſm S. Th. in 4 ꝙ intellige rectè sentiendo, & de hoc 1. q. 1. ca. 1. & ibi gl. Nec spirituale per causam, vt in c. nõ satis, & in c. cum in ecclesiæ. eo. ti. licet inquantum est corporale habeat quandam speciem, quæ vẽdi pt̃, non ex hoc, quod est spirituale. Vnde ſm S. Tho. 2.2. simonia est accipere pecuniam quasi pretium consecrationis eucharistię, vel missæ cantatæ; non autem quasi stipendiũ sustẽtationis. Nec spirituale effectiuè; nec redimi pecunia, aut resignari: extra eod. querelam. & 1. qõ. 1 nullus episcopus. el 2. nisi secundum ꝙ inf. dicetur. Nec annexũ tali spirituali, aut antecedẽter ea rõne, qua est annexum, siue qua ordinatur ad spirituale; circa quod mẽs S. Th. vt patet 2.2. q. 100. ar. 4. per totum. dist. qđ ipsa corporalia, seu temporalia vẽdere licet, sed non ordinem eorũ ad spũalia, vt si vendantur alteri ecclesiæ, quod licitũ est in necessitate, vẽdi possunt sub propria forma. Si vero vẽdãtur laicis, destruenda sunt, & eorũ materia solum vendenda est, & hoc inf §. 12 De iure aũt patronatus, quod non est corporale, dictũ est su. Ius patronatus, §. 5. qũo vendi non possit secundum se, nec dari in feudum, sed transeat cum alijs venditis. Nec annexum eidẽ consequẽter: quia cum non competat nisi habenti officium clericale, ſm S. Th. sine spirituali esse non pt̃, & consequẽter eo vẽdito intelligitur spũale subijci venditioni. Nec spirituale naturale dictũ p essentiã, immo hoc ẽt de facto vẽdi non pt̃ dicẽte scriptura. Prou. 17. Quid prodest stulto habere diuitias, cũ sapientia emere non possit? Nec ẽt dictum per cãm põt vendi semper, sed solum aliquãdo, vt inf. §. 10. annexũ autem tali spirituali vendi põt de iure, nisi ecclesia locum scholarũ doctori assignasset.

3 Tertio † quæritur, quibus clauibus, & regulis vtendum sit ad sciendum an in aliquo casu sit simonia necne? Et dico, quod multis. ¶ Prima est diffinitio supradicto modo exposita, q̃ intelligitur de simonia in se, siue ex sua natura, de qua statim. ¶ Secunda est, ꝙ quædã sunt simoniaca ex sua natura, vt oĩa prædicta: limitando tamen, quo ad beneficia, si habent administrationem ordinis, vel clauium exequutionem,

tionem, in quibus papa dispensare nō pōt vt licite fiant, licet dispensare posset quo ad pęnas iure positiuo inde contractus, vel cōtrahendas, ne.s.contrahatur, puta excommunicationem, suspensionē, resignationē beneficii, & huiusmodi: quædā vero s ūt simoniaca, quia prohibita, siue ex solo iure positiuo: vt vendere vicariam, castaldionatum, aduocatiā & huiusmodi. 1.q.3.saluator. extra eo. ad nostram. ¶Pro quo aduerte, ꝙ quantum ex Pan in cap. 1.eo.tit.colligitur, circa beneficia habētia ad ministrationem ordinis, vel clauium exequutionē, committitur simonia primo modo: secus in aliis, vt sunt ista hospitalia, & aliæ administrationes tēporales. Sed ista regula non hr̄ a S.Th. nec vr̄ de mēte Ray. ¶Tertia regula est ꝙ ad euitandam simoniam coram Deo, & in conscientia sufficit, ꝙ quis non intendat pro spūalibus, uel eis annexis aliquid tēporale recipere quasi pretium, etiam si intendat recipere quasi sustentamentum cōcessione iuris, vel piæ consuetudinis: vt patet 2.2. vbi supr. ar. 2. quo ad sacramēta & ar 3. quod spūales actus. & hoc ēt si talis intentio sit sine qua non; puta sine qua prædicator pro tunc non prædicaret ibi, quod patet per S.Tho.8.quol.q.6.& 2. quol. similiter q.6. quo ad actus spūales. Tertio modo, i.effectiuè, puta quo ad celebrationem officii pp distributiones, & quo ad p̄dicationem, quo ad tpalia; ut habes ēt inf.§.5.9.& 16. clare. Et ex his patet, quod aliquādo est simonia quo ad Deum tantum, aliquando quo ad ecclesiam tantum: vt qn̄ aliquis præsumitur vēdere aut emere spūale; qui tñ hoc non intēdit, ut in sequentibus patebit: aliqn̄ quantū ad vtrunque aliquando quantum ad neutrum. Et idē dicere oportet quo ad sacra seu eorū administrationem: puta, confessor aliter non audiret modo istum, nisi quia eleemosynam sperat, secluso tamē casu necessitatis sacramētorum, & obligationis ad ea ministranda, qa cum a prędictis in spiritualitate non differant nisi secundum magis & minus in vtrisque eodem modo est, uel non est simonia, nulla interueniente dr̄ia, nisi secundum magis & minus. Quantum ad ecclesiam verò quæ de intētione non iudicat, hoc non sufficit, sed ad euitandam simoniam, & pœnam simoniæ oportet omne pactū abesse, & omnes species exactionis, ut patet 2.2. vbi su.ar.3. ad secundum. Vnde S.Th. dicit in quol. ꝙ dispensatione spiritualium ad euitandam simoniam tria sūt necessaria si quid recipiatur. s. cōcessio iuris, vel piæ consuetudinis intētio pia. s. non corrupta, & forma honesta, s. vt nō requiratur ante pii officii exhibitionē, ne pactum interuenire videatur, sed expleto offō poterit exigi. Hæc ex illo. Prædictā tñ regulam S.Th. vt ex locis allegatis patet, intelligit quo ad indigētes sustētatione, i.eos, qui aliter viuere commode nō possunt immo, vt vr̄, quo ad eos, qui Deum habent pro fine suo intelligitur secundò quātū ad non obligatos ad talia, secus in parochiano quantum ad subditos a quibus etiā pro victu non pōt accipere. 1.q.3. vēdentes: nec pōt hr̄e talem intentionem non faciendi, sed tenetur prius gratis exhibere spūalia. Sed prima limitatio, s. quo ad indigētes est necessaria ad hoc quod sine peccato auaritię: nō autem ad hoc, ꝙ sine peccato simoniæ fiat. Vnde dicit Ray. & Host. quod si sacerdos non obligatus ex officio hēt sumpt⁹ necessarios aliūde dēt gratis cantare; & si facit pro pecunia, aut erit simonia, aut certe auaritia; vnde cum nō possit esse simonia, quia nō intēdit uendere spūale, & nemo tenetur suis stipendiis militare. extra eod. cum vr̄ turpe lucrum vt in c. iudices. 1.q.1. vel ad minus hēt speciē mali. ¶Quarta regula est quod nō est simonia dare pecuniam pro redimenda vexatione in re spūali. extra eod. dilectus. el 1. quod limita quando certum est, qd̄ fiat iniustitia, non autem, quando est dubium, ſm S.Th. 2.2. vbi sup. art. vlt. & Pet. & gl. Ray. Vnde pōt dari pecunia, vt præbenda mea per iniuriā data alteri recuperetur, & similiter ut quis reuocet iniustā sn̄iam excōicationis, vel ab ea absoluat, ſm gl. in c. ad aures. eo tit. Inn. tñ ibi tenet contrarium sed Pan. post Io. And. dicit quod pt, si ex dilatione solōnis imminet præiudicium graue: quia tunc redimitur vexatio alias non, sed dēt adiri superior, & idē de suspensione, & interdicto. Pan. tamē in c. dilectus filius. el. 1: eod. tit. comprehendendo totā materiam huius quæstionis dicit, quod in temporalibus licitè redimit̃ vexatio tam pro quęsito, quam pro quærēdo iure. Sed intellige data pecunia: non autē dato spūali, sed recipiēs inquit, pecuniam indebite tenetur restituere. l.1. & l. generaliter. ff. de cal. In spūalibus vero pro iure quærendo non est licitum aliquid dare, ēt ut cesset impedimento facti. extra eodē Matthæus, nec tūc redimitur vexatio, sed datur, ut facilius acquiratur ius spūale. Pro q̄sito aūt ei, qui est in possessione. s. illius iuris, & de facto molestatur, s. iniustè, licet aliquid dare, ut in d.c. dilectus. sed recipiēs tenetur restituere. Sed pro quæsito si quis iuste vexatur vt qa episcopus vult eū iuste disponere, vel alius

iuste accusare, aut prætendit ius in beneficio, nihil dare licet, quia non redimitur vexatio facti, extra eo. nemo. imò nec si vexatur iniuste, & non in possessione iuris illius, sed dat vt habeat possessionē licite detentā, ut no. Inn. in c. ad aures extra eo. & tenet gl. 15. q. 7. decimas, q͂a possessio est quid spūale, vnde non cadit in laicum de præscr. cām. vel saltem est cōnexa spūalibus p̄p̄ administrationem, quæ in de sequitur. 1. q. 3. si quis obeicerit. Putat autē Pan. ꝙ dare possit quando non posset de facili causa cōsequi apud superiorem ad euitandū magnum præiudiciū. arg. eius quod de absolutione ab excōicatione dictum est. Sed tñ aduerte ſm Host. ꝙ licet dans possit sine simonia redimere tamē is, qui pro pecunia reddit spūale quod vsurpabat, est simoniacus, quod dictum est in se verum, licet nō in proposito. de quo sup. Decimæ in fin. Putat etiam Sum. Ang. hoc dictū, ꝙ pro recuperāda iuris alicuius possessione nihil possit dari, esse limitādū, quando detinebatur a superiore: secus si a tyrāno. Sed ego credo, ꝙ semper sit simonia q͂a semper datur pro re spirituali, vel annexa cōsequēda: quod nō est redimere, i. repellere uexationem, sed consequi aliquod bonum. Licitum est tamen proprium ius tueri. Nec est simile de absolutione ab excommunicatione iniusta: quia ibi nihil acquiritur, sed abiicitur ligamen, & repellitur ligans iniuste quod est redimere, i. repellere vexationem, s. in iniquā.

¶ Quinta regula est quam ponit S Tho. 8. quo lib. vbi su. s. ꝙ si actus sit spūalis ex parte principii, i. competens alicui p̄p̄ aliquod spirituale, quod est in eo, ut diacono legere Euangelium, simonia est, si quis intendat actum suū vendere: non autem si sit spiritualis ex parte finis tantum vt docere liberales artes, quarū veritas est spiritualis, sed est simonia, si uendatur finis, qui est spiritualis, i. Veritas. Vbi etiā patet ꝙ locans operas vendit actum.

4 QVARTO † quæritur, vtrum simonia cadere possit in quemlibet, ēt in Papam, & in contrahentem cum Papam? Et dico, quod quo ad papā dicit quædam opinio, ꝙ non, sed ſm S. Th. 8. & alios Theologos, & Canonistas, cōiter, si Papa pecuniam pro aliquo spūali, vel ei annexo recipiat, simoniam cōmittit, ēt si illa pecunia sit de reditibus alicuius ecclesiæ, quia licet res ecclesiæ sint eius, ut principalis dispēsatoris, non tamen ut domini. Sed S. Tho. loquitur in his, quæ sunt simoniaca per diffinitionem simoniæ, siue ex sua natura. Vnde istā opinionem, s. ꝙ in papam cadat simonia, quæ cōis est, bene limitat An. de But. post Host. esse verā quātum ad prohibita, quia simoniaca s. ex sua natura: non autē quātu ad simoniaca, quia prohibita, s. iure positiuo quia talis constitutio non ligat promulgantes. Limitat etiā Pe. de Pal. eam esse veram. quo ad peccatū, nō quo ad pœnas simoniacis iure illatas: quia eas semper euadit. ¶ Quantum autem ad contrahentes cum papa, dico, ꝙ secundum aliquos excusantur a pœna simoniæ. Vnde dicit Pet. ꝙ emens simoniace beneficiū, vel ordinem a papa, pœnas iuris nō incurrit: quia sicut in pœnis iam incursis, ita ēt ne incurrantur dispēsare potest, sicut posset alicui priuilegium cōcedere, ꝙ percutiendo clericum nō esset excōicatus: quādo autem dat beneficium pro pecunia, vr̄ dispensare, ꝙ liceat retinere. Vnde qui habuit beneficium in curia per simoniam, si habet conscientiam quòd emanauerit de sciētia Papæ conferentis. pœnitēdo de peccato nō tenetur resignare, sed retinere potest. Hæc ex illo. Immo ſm aliquos excusantur a peccato simoniæ in simoniacis, quia prohibitis, quia dicit Io. de Lig. extra eo. c. 1. quod nec Papa, nec alii existentes in curia committunt simoniā, si Papa scit, & ex certa scientia tolerat, quod intelligitur in simoniacis, quia p̄hibitis, & hoc sequitur Arch. & tenendum est: licet Pan. in d. c. 1. aliter sentiat, & Sum. Ros. det concordiam quæ non vadit ad mentem discordantium.

5 QVINTVM, † quæritur, vtrum sola voluntate cōtrahatur simonia? Et dico, ꝙ si loquamur quantum ad conscientiam, & de uoluntate deliberata emendi, aut vendendi spiritualia. Sū. Ang. ascribit Tācr. & Ber. sentire, quòd nō, extra eo. c. vlt. sed illi loquuntur quantum ad forum iudiciale, nec loquuntur de uoluntate emendi. sed illa de qua inf. Quantum vero ad Deum & consciām peccatum simoniæ sola uolūtate contrahit, licet hoc ecclesia nō puniat: vt in c. tua nos, eo. tit. vtrum aūt sit necessario restitutio faciēda: vide inf. §. vl. Si vero loquamur de uoluntate, i. intentione accipiendi aliquid, aut dandi pro actu spūali, distinguit, q͂a si sit intentio secūdaria, i. sine qua actio fieret, ſm oēs non est simonia, ēt corā Deo. Et ratio est, q͂a eo casu non datur t̄pale: pro spūali, vel econtrario quia remoto t̄pali nihilominus daretur spūale, vel econtrario: si vero sit intētio principalis, i. sine qua non fieret actio tenet indistinctè Sum. Ros. post aliquos Sūmistas, contra tamen Sum. Ang. quod sit simonia sed tamē hoc est verum solū vbi quis t̄pale intēderet dare, vel accipere directe pro ipso spūali

quasi

quasi eius pretiū, vel mercedē, sicut fecit Giezi: vel etiā ꝓ suo labore, qñ actus non ẽt locari, de quo inf. §.9. par. 2. & 3. Secus si pro sua sustentatione: ꝙ patet primo ex tertia regula supra, §.3. secūdo ex diffinitione simoniæ: tertio quia Ray. in ti. de simo. §. q̃ritur, idē tenet, & similiter sua gl. vt etiā patebit ex dicendis, inf. §.8. & 9. Vnde Arc. dicit, quod cum datur temporale ꝓ spirituali, si ly pro, dicat appretiationem, vel cōmutationē, vel cām principaliter mouētē, ita, inquit, ꝙ illud tpale sit vt pretium rei spiritualis, vel ꝑp hoc principaliter detur ipsū spirituale, est simonia: secus, si dicat cām finalē, seu adminiculatiuam, vt, s. inquit, si hoc fiat ob reuerentiam sacrorum, vel seruādam piam consuetudinem, vel ad sustentationem ministrorum, & non vt pretium, ita tñ, quod cesset oīs pactio, & conuentio. 1. q. 2. q̃ pio. & exactio a non valente, vel non volente dare præcipuè ante collationem spiritualium. Hæc ex illo. qui licet, subdat, quod dās spirituale ꝓ pecunia aliàs non daturus, est simoniacus: tamen loquitur de eo, qui spiritualia exhibere tenetur, qui ante dationem exigere non pōt, sed postea, qui autem nō tenetur, nec aliàs habet vnde sustentetur, s. decenter, ſm Ray. locare pōt operas suas in actib. spiritualib. ad sensū qui dicetur inf. par. 2. & 3. §. 9 Et hoc etiā seruatur in vsu: quia continuè religiosi ꝓcedunt ad funera, & ꝑdicationes cū spe sustētationis: sine qua non irent. Vnde & Sum. Ros. virtualiter hoc tenet in verbo, Simonia 4. q. 4. contra primū dictum suū, vt inf. §. 11. par. 4. Et hoc sequitur Sum. Ang. cōtra Ros. & est indubitater verum in his, q̃ ex officio ad talia nō tenent, nec habent vnde sustētētur, & se Deo dedicarunt: ex suis laborib. non quærentes diuitias, sed sustētationē: in alijs aūt qūo se habeat veritas, patebit ex dicendis. Quantū ad ecclesiam vero, & humanum iudicium, nullus contrahit simoniā quacunque volūtate, nisi aliq̃d super addatur: ex t. eo. c. tua nos, & c. fi. quod quidem superadditum est pactum, vt patet in d. c. fi. sed intellige expressum, vel tacitum: quia quocūque modo innotescat, ꝙ quis dederit, vel acceperit temporale pro spūali, est simoniacus. Vnde vt patet ex t. eod. & si qōnes, si dubitetur. vtrum gratis, vel corrupta intentione datum sit. tria sunt præcipuè attendendæ dantis, s. & accipientis qualitas, s. an diuiti a paupere, vel ecōtrario muneris quantitas, vt si res magni, vel parui sit pretij, & donationis tēpus, an. s. instante necessitate, vel aliàs cōferatur, & hoc ideo, quia ex his fundatur præsumptio, quę tamen locum non habet in conscientia.

6 Sexto † quæritur, quot modis committatur simonia? Et dico, quod ex parte rei datæ committitur tripliciter, scd̃um triplex, munus. s. a manu, ab obsequio, & a lingua, de quo sup. Gabella 5. q. 1. & inf. §. 16. ¶ Ex parte vero cōmittentium similiter committitur quadrupliciter, aliquando, s. solum ex parte conferentis spirituale, vt quādo ipse recipit tpale ignorāte eo cui cōfert spirituale, aliquando ecōuerso solum ex parte recipiētis spirituale, vt quādo ipso confert aliquid non dāti, sed amico, vel cōsiliario eius aliquando ex parte vtriusque, s. quando recipiēs dat aliquid dāti, aliquādo ex parte neutrius, vt si amicus recipientis det aliquid amico dantis eis ignorantib. 1. q. 1. statuimus. & ca. si quis a simoniacis. ¶ Ex parte vero modi committendi etiam committitur quadrupliciter: cogitatione, loquutione, opere, & omissione: de quo inf. §. 8. par. 5. & 6.

7 Septimo † quæritur, vtrum sit simonia dare tpale, vel accipere pro spirituali per essentiā: puta, æterna vita, vel remissione peccatorum? Et dico, quod non secūdū Dir. & oēs secundū illud Danielis quarto. Peccata tua eleemosyna redime. Cuius rationē assignat S. Th. quia hic est emptio largè sumpta pro merito non autem perfecta: tum quia non sunt condignæ, &c. Rom. 8. tum quia meritum non consistit principaliter in exteriori dono, vel actu aut passione, sed in interiori effectu.

8 Octavo † quæritur, vtrum sit simonia dare aliquid pro spirituali per causam, i. ꝓ aliquo sacramēto, vel sacrali. Et dico multa. ¶ Primū. Vt probat S. Th. in 4. d. 25. q. 3. ar. 2. q. 1. cum sacra gratiā contineant, licitè vendi nō possunt aut emi, s. de iure sine vitio simoniæ, vel vt dicit. 2. 2. q. 100. art. 2. pro eorum gratia pecuniā accipere est crimen simoniæ, quod nulla consuetudine potest excusari tamen, vt ibi, subditur accipere aliquid ad sustentationem eorū qui Christi sacramenta ministrant, secundum ordinationem ecclesiæ, & consuetudinem approbatam, non est simonia, neque peccatum, non autem sumitur, tanquam pretium mercedis, sed tanquam stipendium necessitatis. Hæc ille, qui etiam ad quartum ibi subiungit, quod si ex consuetudine exigātur aliqua, quasi pretium rei spiritualis, cum intentione emēdi, aut vendendi, est manifestè simonia, quia consuetudo nō præiudicat iuri naturali, aut diuino, quo simonia ꝓhibet, & ꝑcipuè si ab inuito exigatur: si tamen exigantur quāsi stipendia: & desit intētio emēdi, & vēdēdi, sed intētio refe-

ratúr ad solam consuetudinis obseruantiã:nõ est simonia pcipuè quãdo quis voluntariè soluit. In his tñ solicitè cauendum est, qđ hẽt speciem simoniæ, vel cupiditatis, ſm illud 1. ad Thes. vlt. Ab omni specie mala. &c. Hæc ille. Sed pro hmõi consuetudinis intellectu nota, quod secundũ Pan. in c. suam, eo. ti. cõsuetudine introduci pt, vt aliquid detur pro spirituali sine simonia, qñ non præcessit exactio, sed ex mera liberalitate, & deuotione populi talis cõsuetudo est introducta: facit c. ad apostolicã, eo. tit. vbi dr, compellendos ad laudabilẽ consuetudinem obseruanda, si vero exactio p cedens dedit causam consuetudini non valet cum habeat initium vitiosum, & sic intelligit c. cum in ecclesia. si benè ponderetur. Sed hęc intellige, vbi ex cõsuetudine debetur aliquid clericis a laicis, vbi vero est cõsuetudo, quod a clericis aliquid exigatur, dic secundum Pan. in c. Iacobus, eo. ti. quod ad priuatum commodum clericorum non valet, sed bene in fauorem diuini cultus, intellige, si non pcessit exactio ante sacrorũ exhibitionẽ: vnde dicit Inn. & Io. de Lig. in d. c. ad apostolicam, ꝙ cõsuetudo qua datur aliquid ante sacrorũ receptionẽ est corruptela; nec valet quantũcũq; lõga. Qñ autẽ non præcessit exactio quare valeat in laicis, & non in clericis ratio diuersitatis est, qa laici videntur se obligasse sub noĩe cuiusdã obligationis, ar. no. in c. nouũ genus, de deci. Aduertẽdũ est tamen, quod ut innuit S. Tho. 2. 2. vbi su. ar. 3. prætextu consuetudinis non pt aliquid exigi subtractionẽ sacrorũ, nec ꝓpria authoritate, sed spiritualib. pius, inquit, exhibitis licitè possunt statutæ, & consuetæ oblationes & quicunque alij prouẽtus exigi a nolẽtibus & valentibus soluere authoritate superioris interueniente. ¶Scđm. Pro matrimonio licet sit sacramentum, licitè datur & accipit pecunia, secundum Arch. post S Tho. absque simonia: non quia ibi gratia non cõferatur, vt not. gl. & male. 1. q. 1. quicquid, sed quia non est sacramentum solum, sed officium naturæ, & ſm hoc datur ad subleuandũ onera eius, & nõ in quantũ est sacramentum in dispensationẽ ministrorum ecclesiæ consistens. Vnde secũdũ iura est simonia pro benedictione nuptiarũ aliquid exigere: licet spontè oblatum possit rècipi. extra eo. cum in ecclesia. Nec est verũ, ꝙ dicit gl. in c. sua, eo. ti. quod posset pro ea aliquid peti, si non esset sacramentum: quia, vt dicit Pan. ibi nõ solum pro sacramentis, sed generaliter pro oĩ officio ecclesiastico exercẽdo nõ debet aliquid peti, vt in c. nostram, eo. tit. Dicit tamen Veru. quod si sacerdos, ad quẽ spectat, non vult alteri dare licentiam benedicẽdi nuptias, nisi pro pecunia, si quidem non intẽdit licentiam vendere, sed prouidere, sibi de portione oblationum eum contingente, non est simonia, & idem secundum eundem, est de licentia confitendi, & cõicandi licet possit præsumi, quod licentiã vendere voluerit, si exigit maiorem summam, quam dicta portio valere præsumatur. Si aũt sacerdos nolit bene dicere, nisi data pecunia, secundũ Alex. recurrẽdum est ad superiorem, qui si cogere eũ noluerit, tutius est abstinere, quã dare occasionem peccati. Sed Pan. in c. dilectus. el 2. eo tit. tenet, qđ pro habendis sacramentis necessarijs licet aliquid dare, non pro voluntarijs, & sic tenendo opinionẽ, & sine benedictione matrimonium consumare non licet, vbi est cõsuetum, licitè dabitur pecunia pro ea cum intentione dãdi pro redimenda vexatione. ¶Tertium. Pro baptismo. s. dando nõ est danda, vel exigenda pecunia, vt patet expresè 1. q. 1. baptizandis, qđ Sum. Ang. & Ro. contra Supple. post Pan. in c. cum in ecclesiæ, eo. ti. limitant quantum ad adultũ, quia ex quo habet baptismum in voto, habetur pro baptizato, & saluat. ar. c. debitũ. de baptismo. & c. 2. de presby non bap. Quantum vero ad infantẽ, secus quando presbyter aliter non vult baptizare, & non est alius, qui sciat, & possit: quia nõ emit spirituale, nec hoc debet intendere, sed redimit vexationem. Sed quia secundum eosdem redempto vexationis habet locũ solum vbi quis repellitur de iusta possessione alicuius iuris, quod nõ est hic, vbi vt bene dicit Supp. non est aliqua vexatio, sed sacramenti negotia: quia etiam licet aqua emi possit in se non tamen vt ea vtitur, qui baptizat, quia sic est spiritualis cum sit pars, i. materia sacramenti in actu. Et dato, quod emi possit, non tñ intendit sacerdos eam vendere, sed baptismũ; nec consequẽter qui soluit, intẽdit eam emere, qa inde nihil faceret, ideo melius dicit Arch. post S. Thom. Pet. de Taran. Pet. de Peru. & glo. 1. q. 1. baptizandis. & Rich. vt refert Archid. licet eum Summa Ang. pro se malè adducat, quod eo casu alius debet baptizare, si potest: alioquin potius debet permittere puerum mori sine baptismo; quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Posset tamen hoc casu secundum San. Thom. & alios emere quis a sacerdote aquam, quæ est puerum elementum corporale: imo secundum Suppl. in verbo, Baptismus, etiam si esset consecrata: quod tamen esset falsum, secundum Arch.

post

post Vld.& 1.q.1. dictum quia esset simonia. Infidelibus aũt vtrum sit danda, vel promittẽda pecunia vt baptizentur: quidam dicunt ut d.gl.in c.q̃ pio.1.q.2.ꝙ sic: exẽplo beati Syluestri,q bona tpalia paganis pollicebatur, vt fierẽt Christiani alliciendo.s.ad fidem. Et hoc tenet Ray.quod quidẽ verum est si fiat gratis ad beneuolentiam captandam, vel ẽt ad diffundendum bonum odorem Christianitatis, vt facilius quis eos conuertat: quia hoc non est emere, sed causare dispositiue eorum conuersionem.art.23.q.4. debet homo. & qu.7. quod autem.dist.45. qui syncera, cum pacto vero non licet, secundum Veruec. Licitè, etiã ẽm Ray.inducũtur per grauiorem exactionẽ pensionum a principio locationis: postea aũt non liceret.23.q.6.iam vero. Hoc tñ licitum est cum pacto qñ auertuntur a fide solum timore paupertatis:qa hoc non est emere conuersionẽ vel baptismũ, sed impedimenta eius remouere:non aũt qñ auertuntur, qa fides sibi non placet:qa non esset emere spũale. Et iuxta hæc intellige Pan.in c. cum in ecclesia. eo.tit. Eodem modo ẽm Pan. in c. dilectus. el 2. eod. tit. potest sine pacto ad alliciendum dari pecunia pro ingressu religionis, & receptione sacrorum. ¶ Quartum. Eodẽ modo, & eadem rõne, nec pro confirmatione, imo nec pro chrismate, nec ꝓ extrema vnctione, nec ꝓ eucharistię collatione, licet aliqd exigere, vel ex pacto, seu quasi pretium dare.1.q.1.dictum. sponte tamen oblata licet recipere.1.q.2.sicut eps.nec similiter pro pęnitẽtia, seu ab solutione licet exigere pecuniam, ẽm S. Th. quasi pretium absolutionis, quia esset simonia cũ, sed bñ potest exigi quasi pœna peccati, vel culpa pręcedentis imposita pecuniaria pęna:in quo tñ, inquit in quarto, cauendum est ne talis exactio magis cupiditati: quam correctioni adscribatur. Hæc ex illo, qui loquitur de absolutione tam a peccato, quam a cẽsuris ex peccato inductis:& idem Pet. & Host. Qui autem exigit, aliquid, aliter non auditurus cõfessionem simoniam committit, ẽt per ecclesiam puniendam.1.q.2. quam pio.imò secũdũ Ray.ẽt sacerdos, q suo parochiano non vult dare licentiam alteri confitendi nisi pro pecunia, qđ intellige, vt sup. parti.2.imò ẽm Arch. is q nihil exigit, sed tamen audit confessiones, principaliter intendens lucrum, committit simoniã mentalẽ. Quod intellige qñ audire ex officio tenetur:uel quando hoc intendit quasi pretium, non quasi eleemosynale sustentamẽtum, vel quod, idem est, intellige quando pecunia est causa audiendi simpliciter: non tamen quando est causa audiendi potius hunc a quo aliquid speratur quam alium, cum tamẽ si nihil speraretur, aliquis audiretur. ar.dicendorũ infr.§.9.parti tertia. ¶ Quintum. Pro sacro vero ordine ẽt nihil exigi potest; extra eo.c.1.vbi d. dom. An. ꝙ cum in ordinatione tres ꝑsonę requirantur, s.eps, minister, & notarius: sicut principalis ordinatio dẽt esse gratuita, ita & omne accedẽs ad illam. Et de epo qdem clarum est, ꝙ si qd pro ordinatione recipiatur pacto, cõuentione, vel exactione, simonia est.1.q.2.quam pio. & c.sicut episcopum. imò si detur ei aliquid ne ordinet, per simoniam, est simonia ex parte eius, etsi non dantis, secundũ Iac.& Bar.Brix.1.q.1.nullus. & similiter si detur ne spũalia det simoniaco ẽm Pan.in d.c.cum in ecclesiæ. Et similiter simonia si ordinandus promittat ordinatori, ꝙ vsque ad tot annos nihil petet, ẽm Panor.in c.ꝑ tuas.el 3.eo.tit.quia ex quo ordinator post ordõnẽ tenetur ei assignare portionẽ, quę consideratis fructibus est qd tꝑale, talis remittit tẽporale pro spirituali consequẽdo, & similiter si detur pecunia ne qs ordinetur, eligatur, aut confirmetur, aut ne ecclesia consecret, & huiusmodi, extra eod.nemo. Minister, autem de quo loquitur illa decretalis, vel est archidiaconus examinans promouendos, vel is, qui promouendos vocat secundum Doct. vel qui respondet in scrutinio ordinandi, secundũ formam c.2.de scru.vel qui legit Euangelium cũ fit ordinatio, secundum Gofr. quorum qlibet si pro ministerio illo pecuniam reciperet, simonia est. De notorio autem qui promouẽdos scribit, & facit literas ordinis iam collati sunt opiniones, vt ibi recitat do.Ant.& Arch. 2.parte:tit.1.sed Panor.eo.ti.c. post gl. & Do. cõiter dicit, ꝙ si est salariatus de publico, puta ab epo, nihil debet exigere; similiter & si non habet salarium, sed tamen suum officium est adeo necessarium in ordinatione, ut nisi ipse scriberet, ordo nõ diceretur rite collatus, qa tunc suum officium est de conferentib. ad ordinem: quia tamen nõ video, inquit, quod ita sit necessariũ, simpliciter dici potest quòd ex quo non habet salarium de publico, licite potest pecuniam pro suo labore exigere, cõsiderata, s. laboris seu negotij qualitate, & non ordinis, quia esset simonia, sicut cum plus exigitur pro ordine digniori ar.10.q.2.precarię, & d.c.1.voluit, secundum Inn. tollere consuetudinem quorundam locorum, in quib. omnes officiales, & ministri pecuniam expetebant.

Adde.primò, ſecundum Ray. quod ſi quis ha-
bens titulum,rogat presbyterum,vt præſen-
tet eũ ad ordines ad titulum eccleſiæ ſuæ, pro
mittens,ꝙ nũquam in ea aliquid petet, ſimo-
niam committit,extra eo.per tuas, & ordina-
tor triennio a collatione ordinum, & præſen
tator ab eorum exequutione eſt ſuſpenſus,
extra eo.ſi quis ordinauerit.Adde ſecũdò, ꝙ
ſi pro mea ordinatione data eſt pecunia ordi
natori nõ habeo exequutionem etiam ſi igno
rauit,aut contradixit,quia cauſa nõ haberem
etiam ſi pro mea ordinatione non eſſet data,
ſed pro alia priore: quia ille eſſet ſimoniacus
in ordinis collatione,nec poſſet dare exequu
tionem,ſecundum Hoſt.1.q.1.ſi quis a ſimo-
niacis.Si vero me ignorante alius dedit pecu-
niam non ordinatori, ſed alteri,ſecũdum In-
no.in c.tanta.extra eo..non ſum ſimoniacus,
etiam ſi ſine pecunia non eram obtenturus.Si
verò ego dedi eſt ſimonia, etiam ſi ſine pecu-
nia ordinem habiturus eram.Adde tertio, ſm
Veru.quòd ſi detur pecunia alicui pro ingreſ
ſu ad prælatum intentione habendi aliquid
ſpũale ab eo,non eſt ſimonia:ſecus ſi detur vt
ſuadeatur.ei.1.q.1.ſi quis.Adde quartò.ſecun-
dum Veruec. quod ſi me neſciente promiſſa
eſt pecunia pro mea promotione, quam po-
ſtea ſolui, vel ſolutam reſtitui, licet grauiter
peccẽ,& in maleficiis ratihabitio retrotraha-
tur,diſpenſare tñ poteſt epiſcopus,quia re ve
ra nõ fuit ſimoniacus in receptione beneficii,
vel ordinis:ſicut no.Tanc.Adde quintò,quòd
ſecundum Rayn.ſimonia eſt, ſi ab ordinando
ante ordinationem præſtetur cautio, vel pro
miſſio,8.q.3.talia non autem ſi poſtea, niſi ex
præcedenti fiat pactione.ea.q.Artaldus.¶Sex
tum.Pro ſacralibus quoque ut pro beneditio
ne abbatum abbatiſſarum,velatione virginũ
aqua benedicta,adde vel omni benedictione,
& huiuſmodi,nihil recipere licet,ſecundũ Pe.
de Pal.& idem de aliis de quibus ſu.Sacramen
tale.ſicut nec etiam rõne materiæ poteſt ven
di ſacramentum.1.q.1.placuit.2.& 3. Vnde ẽt
ſecundum Panor.extra eod.in cap.ea quæ. ſi-
monia eſt pro chiſmate aliquid exigere, ha-
bito reſpectu ad liquiorẽ; quia non ſolum eſt
ſpũale in quantum ſacramẽtum, ſed etiam in
quantum liquor.d. cap.placuit. el 2. ſimiliter
nec pro pane benedicto, vel candelis, ſimiliter
ſecundum Gof.& Hoſt.nec pro benedictone
calicum, & veſtium.Vendere tamen officium
portandi aquam benedictam, ſecundum Ver-
uec.non eſt ſimonia, ſi ex conſuetudine hẽt ſa
cerdos,quòd etiam per alium exerceat & per
cipiat prouentus: alias ſecus. Vel melius dic
abſolutè,ſecundum Rod. ꝙ licitum eſt vende
re prouentum,vendere autem illud officium,
eſt turpe lucrum.

9 Nono † quæritur,vtrum liceat aliquid dare,
vel accipere pro ſpũali effectiue,ſiue ꝓ ſpũa-
libus actibus? Et dico multa.¶Primum.S.Tho.
in 4.vbi ſup.ar.2.q.2.& 8.quol.q.6.diſtinguit
dicens ꝙ actus ſpũalis dr̃ dupliciter. Primò.ſ.
ex parte principii,qñ.ſ.actus competit perſo
næ propter aliquod ſpũale donum, vel offi-
ciũ ꝙ in ipſo eſt,ſicut epiſcopo conſecrare ba
ſilicas,& diacono Euangelium legere,& ſecũ
do ex parte finis tantum, & non principii: vt
docere artes liberales, quarũ veritas ſpũalis
eſt;ſed huiuſmodi doctrina non competit ali-
cui,propter aliquod ſpũale officium,cum etiã
Gentilibus liceat. Et in primis quidem ſi quis
intendat vendere actum, vt dicit in quolibet
aut vendere quòd in eis ſpũale eſt, vt dicit 2.
2. vel locare actus ſuos, ſimonia eſt, ut dicit
in 4.ſed accipere,aut dare aliquid pro ſuſten-
tatione miniſtrantium ſpũalia ſecundum or-
dinationem eccleſiæ,& cõſuetudinem appro
batam,ut dicit 2.2.licitum eſt:ita tñ, quod de
ſit intentio emptionis, & vendõnis: & quod
ab inuitis non exigantur per ſpiritualiũ ſub-
tractionem: quia haberet ſpeciem vendõnis:
gratis verò ſpũalib: prius exhibitis licite poſ
ſent ſtatutæ,& conſuetæ oblationes,& quicũ
que alii prouentus exigi a nolentibus & va-
lentibus ſoluere, authoritate ſuperioris inter
ueniente.Hæc ille. In ſecundis vero actib. ut
dicit in 4. quia ſpũalitas non eſt ex parte agẽ
tis poteſt ꝗs vendere & locare operas:ſed nõ
illud ſpeciale quòd ex opere acqritur, ſed eſt
ſimonia,ut dicit in quol Et intellige. quod in
primis põt aliquid accipi in ſuſtentationem
etiam ex intentione principali ſine qua non,
ſi quis ſit indigẽs,& ex officio non obligetur,
vt patuit ſup.§.3.reg.3.& ſimiliter ut patebit
par.ſeq.¶Secundũ.Idem S.Th.in d.quol.8. ea.
qu. q̃rit formaliter vtrũ ille, ꝗ uadit ad eccle-
ſiam ꝓꝓ diſtributiones,alias nõ iturus,peccet
Et dicit ſic; Celebrare diuinum officium in ec
cleſia eſt actus ſpũalis ex parte principij; quia
cõpetit alicui ex hoc,quod eſt clericus, & iõ
ſimoniam committit qui hmõi actum vende-
re intendit:in qualibet enim uendõne pretiũ
accipitur quaſi finis.Et ideo in prædicto caſu
diſtinguendum eſt. Si.n. hmõi diſtributiones
recipit quaſi finem ſui operis principaliter in
tentum,ſimoniam cõmittit, & ita mortaliter
peccat:ſi autẽ habet principalem finem Deũ

in tali actu, ad hmôi aũt distributiones secundario, non quasi in finem, sed sicut in id, quod est necessarium ad suam sustentationẽ, cõstat quod non vendit actum spũalem, & ita simoniam non committit, nec peccat: sic.n.acceptio distributionum non erit causa quare ad ecclesiam vadat, sed propriè huius determinatio quare nunc vadat, & non alia vice. Hæc ille in forma. Ex quibus, simul cum dictis particula superiori, & etiã §. priore, & par. seq. elicio, ꝙ nõ obligatus ad actum spũalem ex parte principij rõne salarij, vel officij aliquo indigens ad sustentationem necessario, vel de bñ esse honesto, licitè intendit illud in tali actu, non vt pretium, sed vt eleemosynale sustentamentum intentione sine qua non fit simonia: si tñ talis intentio deduceretur in pactum tacitè vel expressè simonia eẽt quo ad ecclesiã, quæ de intentione nõ considerat. ¶ Tertium. Pro celebratione autẽ missæ, vel alijs diuinis officijs, vel processionibus, & hmôi, nunꝗ licitum est aliquid accipere, vel dare tãꝗ pretiũ: si autem sacerdos tenetur celebrare, vel exequias, aut alia officia facere, ſm Ray. aliquid exigere simonia est. 1.q.1. vendẽtes. Si vero nõ tenetur & deficiunt ei sumptus, potest accipere 1.q.1. duces. nã & operas suas locare potest siue ad diẽ siue ad annum: extra, ne præl. visu. c. fi. ꝙ si sumptus hẽt. & ad hæc non tenetur: aut debet facere gratis, aut cessare alias vr̃ facere ex auaritia; & licet qñ ad hæc nõ tenetur, fortè non sit simonia, eo ꝙ non debeat suis stipẽdijs militare. 12.q.2. charitatem. ext. eod. cum tñ est turpe lucrum qñ fit ex auaritia: vel si in sumptus recipit, ẽt si diues sit, & nõ fit ex auaritia, saltẽ hẽt speciem mali, vt dictum est sup. Sed tñ no. ꝙ in hmôi nullus potest licitè locare operas suas propriè, secundum S.Th. & gl. in d.c. vlt. & patet, quia in spũalibus, in quibus debet cessare omnis pactio & conuentio, extra, de pac. ca. fi. locum non habet locatio, vel conductio. Vnde secundum gl. eius, sicut nec officium spũale, ita nec labor in officio vendi dẽt, aut locari propriè, nec iura allegata hoc probant, nec ipse Rayn. hoc intendit: sed solũ, quod talibus oblatis pro spiritualibus potest acceptare ẽt cum intentione non prosequendi, nisi talia sibi darentur quibus sustentatur: dummõ nihil paciscatur aut exigat ante spũalium exhibitionem. Quod autem dicit S.Tho. in 4. quod si sacerdos non habet alios sũptus, & non tenetur ex officio missam cantare, potest accipere denarios, sicut conductitij sacerdotes faciunt, nõ quasi pretium missæ, sed quasi sustentamentum vitæ: non est sic intelligendum quasi illa conductio sit emendo, vendẽdo, aut paciscẽdo, vt patet ex dictis, sed est per modum eleemosynæ, dum aliquis tm̃ offert si vult, in tali loco celebrare, & ille acceptat, ẽt alias nõ celebraturus ibi, nisi sub tali spe; quam tñ spẽ si deduceret in pactũ expressum vel tacitum, esset simoniacus præsũptus quo ad ecclesiam. ¶ Quartum. De actu præsentandi, & prædicandi idẽ est iudicium, sicut de actu celebrandi diuina, cum sint actus spũales ex parte principij. ¶ Quintum. Correctio etiã & visitatio secundum S.Tho. est actus spũalis ex parte principij, q̃a ex spũali officio cõpetit, vnde simoniam committit qui pecuniam accipit, vt peccatũ quod tenetur reuelare aut punire, non reuelet nec puniat. pro visitatione ẽt non est accipienda pecunia quasi pretiũ sed quasi debita ex ordinatione ecclesiæ ad sustentationem. & idem de procuratione moderata, quam accipere possent episcopi in consecratione ecclesiarum secundum determinationem ecclesiæ. ¶ Sexto. Oratio, secundum S. Tho. in 4. & 2.2. est spũalis ex parte principij, & ex parte finis, quia ex spirituali deuotione efficaciam habet, & aliquid spũale debet in ea peti. vnde nullo modo debet sub pretio poni, nec qui ob hoc dant pecuniam pauperib. orationem emunt, sed animus pauperum alliciũt ad gratis orandum pro se, & eos sibi faciunt debitores. Hæc ex illo. vnde secundum Pet. de Pal. simonia est dare ex pacto pecuniam pro Psalterio dicendo, non autem si daretur pro vigilando supra defunctum, s. ratione laboris: esto, quod ad vigilias sequatur dicere Psalterium, & orationes secundum Hos. ¶ Septimũ. Anniuersarium celebrare, secundum S.Th. in 4. est actus spũalis ex parte principij, ideoque pro eo celebrando vllo modo pacisci non licet, si tamẽ cum deuotione aliquid det ecclesiæ ipsa tenetur celebrare pro illis pro quibus rogatur. Hæc ille. Sed intellige vt sup. par. 3. dictum est: & adde quod licitè acceptatur legatum & eleemosyna ꝑ anniuersario faciẽdo: sed interueniat pactio, est simonia. Sed si contra hoc arguatur, primo ꝑ ca. significatum. de præb. vbi quidem canonici cuidam sacerdoti præbendam dederunt in ecclesia, vt missam de beata Virgine quotidie celebraret, & Papa illam pactionẽ confirmauit: dicit S.Tho. in 4. ibi non fuisse aliquam pactionẽ, sed illi præbẽdæ annexum fuisse illud officium cãtandi missam talẽ, & idẽ sentit Anto. de Butr. & glos. Si etiam arguatur secdo, quod secundum Innoc.

laicus

laicus non potest instituere reditum cũ onere celebrandi anniuersarium, dico ꝙ hoc nõ est verum. Si arguatur tertiò, quia pollicitatio, q̃ fit statuendo reditum cum onere, transit ĩ pactũ, qñ accepta tis q̄ habet exeq. l. pactũ, ff. de polli. dico ꝙ ibi non est pollicitatio, sed donatio sub modo vel cã. Vide de his oĩbus diffuse in Aur. ro. casu 58. ¶ Octauum. Cum religiosi p̃tendentes sanctitatẽ petunt, ꝙ sacerdos ꝓcuret eis eleemosynas in parochia, cum hoc ꝙ ipse hẽat partem. ſm S. Th. in quolib. simonia est ex parte sacerdotis, si interueniat pactũ: quia eius persuasio est res spiritualis, & creditur ei quia sacerdos est, & sacrilegium respectu talium religiosorum, quia est defraudatio eleemosynarum respũ dantium: & tã illi q̄ isti tenentur de simonia, & ad restitutionẽ, qd' intellige si fingunt. ¶ Nonũ. Gñaliter aliq̄d accipere pro vsu spũalis potestatis seu p̃laturæ est simonia: secus pro tꝑali iurisdictione, vt in fi. huius particulæ. vnde S. Tho. 2. 2. sic dicit: Ille, cui cõmittitur spũalis ptãs, ex officio obligatur ad vsum eius in spiritualium dispensatione: & etiam pro sua sustentatione hẽt statuta stipendia ex reditibus ecclesiæ: & ideo si aliquid acciperet ꝓ vsu eius, non intelligeret locare operas suas, quas ex debito suscepti officii dẽt impendere sed intelligeretur vendere ipsum spũalis gratiæ vsum. Et propter hoc nõ licet pro quacunque dispensatione aliq̄d accipere: nec pro hoc, ꝙ vices suas committat, aut subditos, corrigat, vel à corrigẽdo desistat licet tñ accipere procurationem qñ visitat, nõ quasi pretiũ correctionis, sed quasi debitũ stipendiũ. Hæc ille, & idẽ qñ consecrat, si tñ ecclesia ꝑꝑ paupertatem procurare non potest, suis sumptibus consecrabit. 10. q. 3. cauendum, ſm Ber. & Host. ¶ Adde vero ex Arch. ꝙ nõ licet accipere pecuniã similiter pro crimine minus, puniendo nec pro crimine celãdo iudici ecclesiastico, nec pro reo purgando, nec vt minus dignè pęnitẽtẽ reconciliet, vel vt digne pęnitentẽ repellat: sed in oĩb. his est simonia ſm Pet. de Pal. & extra eod. nemo Et similiter secundum Petr. de Pal. & Ray. simonia est dare aliq̄d superiori, vt seruet iustitiã in cã spũali, & iurisdictione ecclesiastica: q̄a sunt accessoria spũalib. Et idem ſm Vlde. si agatur super temporalibus, & persona iudicans sit ecclesiastica, q̃ rõne ecclesiasticæ iurisdictionis tenet̃ ad tale ius reddendũ. si aũt iudex sit laicus, & iudicet super re tꝑali, non est simonia, licet peccatum, & similiter simonia est pro pecunia testificari in cã spũali, ut est matrimonialis, de decimis, & huiusmodi: in aliis autem, non licet sit iniustũm. Ex quo seq̄tur, ꝙ cum sigillum iudicis non sit nisi testimonium iudicij, non apparet quomodo ꝓ eo iudex possit aliquid petere: nisi forte expẽsas ceræ & sigillatoris, & clericorum ad hoc deputatorum, secundũ Dire. in quarto, imò in causa spũali ex iurisdictione ecclesiastica est simoniacum. Præstare autem cõsilium vt iuris peritus vel patrocinium, vt procurator & advocatus facit, non solum in cã temporali, sed ẽt in spũali pro pecunia, non est simoniacum nec peccatum, secundũ Petr. de Pal. & Dur. Et est ratio quia cum non teneantur ex officio operas exhibere. non coguntur de suo facere beneficiũ. 10. qu. 3 precario. Hæc ille. Sed pro celatione peccati, adde, ꝙ est simonia si fiat propter pecuniam, vel secundum aliquos ꝑꝑ gratiã aut consanguinitatẽ. d. c. nemo. Et ratio est ſm Inn. & gl. q̄a tenet̃ q̄libet alterius peccatum indicare ad pñiam. 24. q. 3. tã sacerdotes tñ qñ facit ex grã, non dicit Inn. ꝙ sit proprie simoniacus, sed quod dẽt puniri sicut simoniacus. Adde etiam, ꝙ pro indicatione furis aut serui fugitiui licite merces accipit̃, ff. de offi. præfe. vt l. solent. & ff. de cond. ob tur. cau. l. 4. §. vlt. quod limita ſm gl. quando quis reuelare non tenetur ꝑꝑ officium, vel actionem, vel iudicem. limita ẽt de reuelatione ordinata ad pœnam, secus de ordinata ad emendationẽ, q̄a tenetur indicare, & sic nihil põt accipere, arg. ff. de cond. ob turp. cau. l. 1. in fi. & l. 2. 1. responso. qui autẽ accipit vt non indicet turpiter accipit, quia contra publicã utilitatẽ, q́ est maleficia puniri. ff. de fideius. l. si q̄s à reo. §. pe. Adde tertiò, ꝙ dare pecuniam pro temporali iurisdictione habenda nõ est simonia ſm Pan. in c. 1. ne præl. vic. sup. & gl. 1. in c. quoniã ne præl. vic. su. dicens, ꝙ est simonia, intelligit̃ ſm Pan. ibi, qñ tꝑalis iurisdictio hẽt depẽdẽtiã ab officio ecclesiastico, q̄a per talẽ connexionem simonia cõmittitur. c. consulere. eo. tit. Quando verò non hẽt illam dependentiam, ſm aliquos est turpe lucrum, & contra legem, ſm Pan. in d. c. 1 vt in auth. vt iud. sine quoquo suffr. & in auth. de mãd. prin. §. illud, imò secundum Host. est simonia dare pecuniam vt quis promoueatur in Imperatorẽ, regem, potestatẽ, vel rectorem alicuius ciuitatis, quia iurisdictio est spiritualis. 1. q. 3. ex multis. Vnde vendere castaldionatum uel œconomatum est simonia. 1. q. 1. si quis episcopus. & 1. q. 3. saluator. omnis enim potestas a Deo est. Sed verior est opinio Pan. ꝙ non est

simo-

simonia, sed turpe lucrum, nec quæ adducuntur in cõtrarium aliquid probant, nisi de ecclesiastica iurisdictione: imo verior est opinio Gē. quod etiam non sit simonia, sed liceat dare aliquid pro habendo officio temporali, de quo su. Dignitas §.2. & 4. quod verum si officio sit temporale omnino. i. datum a domino tēporali, & exercitium circa temporalia, vt tabellionatus dati ab Imperatore, & exercēdi in palatio. Si vero sit ecclesiasticum oĩno, vt quia datur a prælato circa spiritualia conscribenda, est simonia, quia iurisdictio ex prælatus dat, est spũalis: nisi esset dñs temporalis aliter quã per ecclesiam, & idem est eadem ratione, si sit ecclesiasticum ex parte dantis, qui dat spirituali iurisdictione, licet detur ad tpalia, sed econuerso sit tpale ex parte dãtis, qui dat spũale ex parte finis: vt quia notarius Imperatoris assumitur ab epo ad spiritualia cõscribenda si detur aliquid, vt ab episcopo assumatur, vel vt ab imperatore fiat assumendus ab epo puta, quod non sit simonia, sicut nec aliqua iurisdictio dat, & tali licet locare operas, & consequenter emere locum, siue gradũ, vbi locet. vide inf. §.13. par.7. vtrum autem liceat aliquid dare per sẽtentia iudicis, vide §.seq.

10 Decimo † quæritur, vtrum sit simonia vendere spirituale naturale; puta, scientiam, sententia, vel hmõi? Et dico multa recapitulando quædam dicta su. Doc. plenè per totum, sed maxime §.9. ¶ Primũ. Quõ magistris, vel Doctorib. liceat, vel nõ liceat pecunias exigere, dictum est vbi su. Quõ etiam sit simonia circa hoc patet ex dictis ibi, & dicendis particula sequenti, hoc addito quod ẽm Pet. de Palud. pro doctrina Theologiæ aliquid accipere, videtur simonia, & si non de alijs scientijs, quod verum puto concurrentib. duobus. ¶ Primò, quod legat ex offõ magisterij, quo casu actus est spũalis ex parte principij, scdo, quod incidat pactũ exactio, quib. concurrentibus intelligitur vendere ipsam veritatẽ, secũdum præsumptionem ecclesiæ licet forte ita nõ intendat, sicut & de spirituali iudice dicit S.Th in 4. si vero deficit primum tantum, vt si laicus doctus legat, et si alias sit illicitum, non tamen est simoniacum, nisi eo modo in alijs scientijs, i. si intendit vẽdere veritatem; & a fortiori si deficit vtrunque, quia actus non est spũalis ex parte principij, vnde quo ad ecclesiam non præsumitur vendere veritatem: si vero deficit ẽm tm̃. s. pactũ, vel exactio, dico idem, quod de prædicatore. ¶ Secundum. Secundum S.Th. in 4. iudex ex officio suo tenetur iudiciũ reddere, & similiter quilibet tenet ex hoc, quod est iudicio subditus ad verum testimonium reddendum: sed aduocatus non tenetur patrocinium causæ præstare: nec iuris peritus dare consilium: ideoq; sicut dicit Augusti. ad macedonium non debet iudex vendere verum iudicium, aut testis verum testimonium: quia aduocatus vẽdit iustũ patrocinium; & iuris peritus verum consiliũ; quia aduocatus non vendit iustitiam, quæ est spiritualis, sed actum suum, & similiter dicitur de consilio iuris periti. Sed iudex vendendo iudicium, simoniam committit: si sit spiritualis iudex: alias non, sed grauiter peccat, & idẽ de test. hæc ille. Et intellige quo ad testem siue ipse, siue causa sit spiritualis, ẽm Alex. de Ales, qui etiam dicit, quod patrociniũ, & consilium adminiculantur causæ exterius, sed testimonium est de eius substantia, vnde testes coguntur, non aduocato. Et sic cũ sit in seculari iudice actu, spiritualis ex parte finis tm̃, sicut & docere artes liberales videt quod Doctor artium obligatus docere non sit simoniacus, si aliquid accipiat pro doctrina; quod verum est quantum ad præsumptionem iudicialem, quantum vero ad Deum est simoniacus, si intendat vendere ipsam veritatem, vt si nolit cõmunicare aliquod pulchrũ, & subtile, nisi data pecunia. ¶ Tertium. Dãs pecuniam pro sñia simoniam non committit, ẽm glo. 1. q.3. vendẽtes, quia in profanis nõ cõmittitur simonia quod limita, secundum mentem Pan. in c. cum ab omni. de ui. & ho. cle. nisi velit per sententiam consequi spirituale, vel annexum: adde vel nisi sñia sit a persona spũali, & eodem modo simonia est corrumpere iudicem, vel testẽ in causa spirituali, secundum Pan. in cap. tuæ nos. post Host. propter connexionem, quã habent cum spũalibus, secus in causa mere temporali. Vnde secundum Raynut. simonia est dare aliquid superiori: vt seruet iustitiam in spũalibus, & Veruec. dicit idem esse etiam si agatur in temporalibus, ex quo persona est ecclesiastica, quæ ratione ecclesiæ iurisdictionis tenetur ad ius reddendum: sed si sit iudex laicus: & super re temporali, non erit simonia sed graue peccatum, quod limita nisi iustè redimatur vexatio respectu iuris iam in tali re quisiti, quia nec simonia, nec peccatum erit: vt quis aliter iudex non vult iudicare.

11 Vndecimo † quæritur specialiter, quod iuris, de spiritualibus quantum ad funera? Et dico multa. Primum. ¶ De sepultura quãtum ad ipsam terram, vide §. sequ. partic.3. quantum ad reliqua vero dicit Raynu. Goff. & Host. quod

pro

20 Vigesimo † quæritur, quid iuris de simonia quantum ad restitutionem? Et dico multa præter ea, quæ su.§.13.par.8.dicta sunt de fructibus beneficij habiti per simoniam. ¶ Primū. Simonia conuentionalis, secūdum omnes, obligat ad restituendum acceptum: sed simonia mentalis tantum, quæ.s.ex sola intentione, & voluntate committitur sine pactione sola pœnitentia abolettur, nec obligat ad restitutionē acceptorum, eod.tit.mandato, quod licet quidam, quos sequitur Innoc.& Host. & Summa Ang.dicant verum esse in simonia, quæ est de iure positiuo: tamē melius alij, quos sequitur Io.And.& Pan.tenent indistinctè non esse necessariam restitutionem, per d.cap.mandato, quod non loquitur de simonia, quæ est de iure positiuo vt patuit dicta Sum.Ange. Sed de ea, quæ est de iure diuino, id est, circa receptionem ad religionem, quæ est actus spiritualis ex parte principij: secus in vsura mentali, in qua sola intentio obligat ad restitutionem, vt no.gl.in d.c.mandato.& facit ca.consuluit, de vsur.& est cōmunis doctrina.Ratio diuersimodè assignatur a Doct.in d.ca.mandato, & non plenè satisfaciunt. Vnde dicit Sum.Ang. quod sunt inefficaces, & dicit solū ita esse, qa ius declarauit, quod non benè dicitur, quia iura non declarant sine ratione, cum subalternātur philosophiæ morali. Vnde dico, quod ea, quæ restituenda sunt ratione simoniæ non sunt restituenda necessario vigore naturalis, aut diuini iuris, sed de consilio solum, quia si dans non dedit turpiter, dedit voluntariè, & liberè, & sic iam non debetur sibi: & similiter si dedit turpiter; vnde nec habent, nec habuerunt, ex quo data sunt, dominium certum, & sic non sunt necessario restituenda, iuxta dicta supra, Restitutio 8.§.2.Si qua autem obligatio ad restituēdum est, ex lege humana est, quæ de interioribus non disponit, vel est ex dispositione habentis, qui per pœnitentiā potest se disponere: secus in vsuris. ¶ Secundum. Pecunia quomodocūque simoniacè accepta, scilicet simonia exteriori, scd'm Doct.retineri non potest, sed neque reddi debet ei, qui dedit, quia turpiter dedit, sed secundum Bern.illi ecclesiæ dari dēt, in cuius contumeliā data est, ex t.eod.de hoc ar.17.qō.4.si quis in atrio, & hoc si commodè potest alioquin secūdum Arc.erit pauperum, ar.eorum, quæ dicta sunt sup.Potentia. per totum. Vnde si est accepta ab ordinatio ad nullum titulum, dabit ecclesiæ cathedrali; si ab ordinato ad titulum alicuius ecclesiæ, vel beneficij, illi applicatur scd'm Veru.& Vld.si est accepta pro ecclesia, vel beneficio, illi applicabitur, nisi ecclesia fuisset in culpa: puta, si totum collegium cōsensit simoniæ; quia tūc debet erogari pauperibus; ne ecclesia de malo reportēt lucrum: posset tamen ex misericordia reddi illi, qui dedit secundum Ray.si transiret ad religionem, vt cum ea trāsiret, vel etiā si esset pauper, & non sufficerent sua, vel etiam si dedisset ex ignorantia secūdū Host.Et idem de pecunia accepta pro alijs spiritualibus dicendum est, vt, s.detur ecclesiæ, in qua simonia commissa est: ita tamen, q̄ qui dedit commodum non reportet. ¶ Tertium.Si autē pro ingressu monasterij, vel ecclesiæ sit accepta; si loquamur de ecclesia seculari secūdum Pan.in c.de hoc.eo.ti.si is, qui dedit non habet vnde viuat, restituetur ei, ar.c.veniens. eo.ti.Si autem habet vnde viuat, tūc si omnes de ecclesia deliquerunt, debet dari ecclesiæ & criminosi expelli, & si non expellantur debet dari fisco Papæ, secundum Hos.qui distribuat in pias causas, quia turpia lucra a fisco extorquentur, l.fiscus in quæstione, ff.de iur.fisc. Si vero non omnes deliquerunt, sed solus prælatus, vel particularis, tunc dabitur ecclesiæ, in cuius ignominiā erit datū. Si vero loquamur de ecclesia regulari, si omnes deliquerunt, dat ei, qui dedit vt intret secūdum monasterium, vt d.c.veniens.cum non possit stare in primo, vt in c.quoniā, eo.tit.Si vero solus p̄latus, aut particulares deliquerunt, & nō capitulū. tunc si est professus scd'm monasteriū, ad quod trāsit, habebit vsumfructum illorum bonorū, &

eo mortuo reuertũtur libere ad primum monasterium. Et sic intellige glo. in d. c. de hoc. & concor. Host. & do. Ant. Sed limitat Arc. in his, quæ vsu non consumuntur, vel distrahuntur, vt sunt possessiones. Si autem cum eo dispẽsetur ꝙ remaneat in eodem monasterio, putat Arc. posse dispensari, ꝙ illa pecunia remaneat monasterio. ¶ Quartũ. Si pecunia simoniaca ex pacto sit data papæ, ſm Pan. in c. 1. eo. titu. nihilominus talis non poterit retinere beneficium acceptum, ẽt in casu in quo papa non cõmitteret simoniam sicut in simili disputat Io. And. in reg. cui licet. de reg. iur. li. 6. in mercu. de ludente cum epõ ad azardum statuto eiusdem episcopi excommunicante ludentes; q̃a licet episcopus nõ ligetur statuto illo, ligatur tamen secum ludens, & idem in proposito, vt disputat Pan. in c. extirpandæ de præbẽd. Sed contrarium dicit sup. §. 19. ad fi. & est verius. Nec obstat similitudo de episcopo, quia ipse non potest secundum aliquos facere ꝙ stante statuto suo contraueniens non ligetur: q̃d tñ potest Papa. Vel dico ꝙ ludendo cum aliquo dispensat præsumptiue, vt ille impune ludat cum eo; sicut papa conferendo beneficiũ simoniace dispensat in pœna simoniæ.

DE SIMPLICITATE.

SIMPLICITAS, secundum Pan. in c. dilecti. de iud. est duplex. vna, s. discretioni contraria reprobata 39. dist. c. Petrus diaconus & 16. q. 1. si cupis. & illa contraria dolositati amplectenda, de qua in Euangelio, Estote simplices, & in c. veritatis, de iureiur. & Inst. de legi. agn. suc. §. quod ad fœminas vbi dicitur, simplicitatem amicam legibus amplexantes.

DE SIMVLATIONE, ET HIPOcrisi, fictione & astutia.

1 *Simulatio, quid & quotuplex sit.*
2 *Simulatio an semper sit peccatum & num. 4.*
3 *Simulatio an dicatur occultare peccatum.*
5 *Hypocrisis an sit peccatum mortale.*
6 *Hypocrita an dicatur, qui gerit habitum religionis quam non meretur.*

SIMVLATIO ex hoc videtur dicta, q̃d unum aliud significat vel repræsentat quasi ei simile: sicut si dicamus orichalcum simulare aurum uerũ. Vnde simulatio generaliter & large sumpta est idẽ q̃d assumptio actus, vel rei alicuius ad aliud rei repræsentãdum, & sic ẽt, vt dicit S. Th. 2. 2. q. 3. ar. 1. ad scd̃m, simulatio large est fictio. Quæ quidem fictio secundum Beat. Greg. a compositione actuum vel operũ dicta est: eo modo: quo luti compositores figulos uocamus, & significat compositionem exteriorum actuum vel rerum, ad aliquod falsum. aut ẽt verum significandum; sicut dr̃ fingere sanus tibias claudicando, dum claudicationem ordinat ad significandum se debilem, quod est falsum, & similiter dũ eã ordinat ad repræsentandũ incessum alterius, qui vere est claudus. Proprie autem simulatio semper est ad significandum, quod nõ est q̃d bene S. Th. ibi ar. 11. ostendit dicens, ꝙ simulatio proprie est quoddam mendacium consistens in signis exteriorum factorũ & ar. 2. dicit eam esse idẽ hyprocrisi, quę Latine dicitur simulatio, dicta secũdũ Isid. & alios ab eo ꝙ aliqui in spectaculis contecta facie simulabãt personã alienã. Vnde hypocrisis, inquit S. Th. est simulatio nõ omnis, sed illa, quia quis simulat personã alterius sicut cum peccator simulat personam iusti. Et sic ſm mentem eius simulatio proprie est idem hyprocrisi sicut genus speciei, puta animal homini. Astutia vero, vt patet 2. 2. qu. 55. est simulatio seu fictio circa media, quibus venitur ad finem bonum vel malum, sicut si quis fingat se amicum, alterius quem odit, vt discat ab eo secreta, vnde dicit ibi ꝙ ad astutiam pertinet ad bonum vel malum finẽ non vti veris viis, sed simulatis, & apparẽtibus, & hoc vt ibi patet ar. 4. in quantum istæ viæ sunt in ipsa excogitatione, ut autem sunt in ipsa exequutione hoc pertinet ad dolum qui est executio astutiæ, siue per verba, quod principaliter ad dolũ pertinet, siue ꝑ facta, q̃d pertinet ad fraudem proprie, de quo ẽt dictum est sup. Fraus. & su. Culpa. in princ. Et sic patet q̃d oĩs hypocrisis est simulatio proprie, non ecõtrario, & omnis simulatio ꝓprie est fictio. nõ econtra, & oĩs simulatio large est fictio, proprie, & cũ ea conuertitur. Astutia autẽ est q̃d prædictis cõis quãtum ad hoc quod fit verbis & reb. prædicta aũt reb. tm̃, est vero quid strictius in quantũ est circa media tantum in ordine ad finẽ, ꝓdicta vero circa media & finẽ

1 PRIMO † vero quæritur, quotuplex sit simulatio? Et dico colligendo ex Arch. post Augu. super Gen. & Alex. de Al. ꝙ sumendo eam large est quadruplex prima, s. significationis sicut Iacob simulauit se Esau Gen. 27. ĩ signũ quod populus minor, i. Christianus præferendus erat maiori, i. Iudaico. & secunda cautelę, sicut Iosue fugam simulauit vt auerteret Haitas hostes a sua ciuitate. Iosue 8. tertia est instructionis vel doctrinæ, sicut ꝓdicatores fingunt parabolas, & Christus Lucæ vlt. finxit se longius ire, ad instruendũ discipulos, q̃d longe esset ab eorũ cordib. & quarta duplicitatis

quæ ſcilicet ſit ad decipiẽdum,ſignificando ꝙ non eſt; quod & proprie eſt ſimulatio. Sed ſi ſumatur proprie cum ſit quoddam mendacium;vt dictum eſt,diuiditur eo modo, quo & mendacium,de quo ſup.loco ſuo dictũ eſt.

2 SECVNDO † quæritur,vtrum ſimulatio ſemper ſit peccatum?Et dicit S.Th.2.2.vbi ſup. ꝙ omnis ſimulatio proprie ſp eſt peccatum, qa eſt mendacium. Si vero loquamur de ſimulatione large,notandum eſt dictum Vld.ꝙ ſicut licet fallere aliquem in duplicitate verborum ꝑꝑ aliquam ſui vel proximi vtilitatẽ, ita licet & per opus intentione vtilitatis conſequẽtis ad talem ſimulationẽ:ſicut Dauid mutauit faciem ſuam coram Achis rege Get.1.Regum 21.& facit cap.vtilem.22.q.2 Hoc eſt dicere, ꝙ ſicut loquutione duplici ſignificante verũ, & falſum licite ad bonũ finẽ uti poſſumus,licet ſciamus proximum capere inde falſum intellectum,niſi obligemur alicui ad eius intentionem reſpondere, ita re, quæ duo ſignificare poteſt,ſicut fuga Ioſue poterat ſignificare timorem & prudentiam eius,poſſumus vti bono fine,licet alius inde capiat ſenſum falsũ,igit,ſm oẽs,nõ eſt peccatũ ſimulatio ſignificationis:qđ limita niſi addatur aliquod mendacium;nec cautelæ,vt patet ex dictis ſtatim;qa in ea eſt vſus rerum,quæ ſignificare pñt verũ, & falſum,& probatur in c.vtilẽ.& c.qđ ait,& in §.qñq; 22.q.2. nec inſtructionis, vt ꝑ ſe patet,qa nõ eſt mendacium,ſed figura veritatis.

3 TERTIO † quæritur, vtrum occultare ſuũ peccatum ſit ſimulatio?Et dicit S.Th.2.2. vbi ſup.ꝙſicut mentitur verbo quis qñ ſignificat, quod non eſt,non autem quod tacet quod eſt quod aliqñ licet ita ſimulatio eſt qñ quis per exteriora ſignificat, quod non eſt: nõ autẽ ſi ꝑtermittat ſignificare quod eſt:vnde abſq; ſimulatione poteſt quis occultare peccatũ ſuũ: ne.ſ.exinde aliis ſcandalum generetur.Hęc ex illo.& intellige occultare per bona opera, q̃ taliter peccatores facere non conſueuerunt vel per opera,quæ poſſunt ſignificare, ꝙ tale peccatum non ſit cõmiſſum,& aliquid aliud, vt patet ex dictis §.priore,& dicendis. §.ſeq.

4 QVARTO † quæritur, vtrum ſit peccatum ſimulare ſanctitatem?Et dicit Pet.in quol.hoc fieri ab aliquo dupliciter. Primò vt pallieť iniquitas,& ipſe bonus putetur:qđ eſt peccatũ, & tanto grauius quãto iſta ſimulatio cedit in damnum proximi tẽporale,vel ſpũale.Secundo ad honorem Dei,& proximorum ædificationem corã extraneis,vt ipſi magis ædificentur.& hoc nõ eſt peccatũ. Rõ primi dicti eſt, quia talis non ſolum quærit abſcõdere veritatẽ ſuæ iniquitatis,ſed ẽt aſſerere falſitatẽ ſuæ ſanctitatis. Ratio verò ſecundi eſt quia ſi talia cõueniunt ſibi ex ſua profeſſione, puta quia Chriſtianus ieiunet ieiunia eccleſię,& religioſus incedit maturus,nõ ſignificat falſum, licet ſit malus:ſicut nec religioſus deferens habitũ perfectionis,cum ſit imperfectus,ſi vero non congruunt,ſed ſunt altiora:ut ſi frater prædicator incedat nudo pede,vel frater minor carnes non comedat,ſi hoc ſit bono fine,licet ꝑ̃tendatur ſanctitas maior q̃ ſit in eo, eſt ſimulatio cautelæ contra dęmonem: & ſic Beatus Dominicus pedeſter ambulans ad fontem ſitim extinguebat,ne bibendo nimis hoſpitem ſcandalizaret,& bibendo parum ædificaret.

5 QVINTO † quæritur, vtrum hypocriſis ſit peccatum mortale? Et dico colligendo ex S. Th.2.2.ubi ſup.& Bona. in 3.d. 38. & Alex. 2. 2.tit.de hypocriſi.ꝙ cum in hypocriſi ſit defectus ſanctitatis,& eius oſtenſio, ſi ad vtrunq; referatur intentio hypocritę,quia.ſ.ſanctitatẽ vult prætendere,& non curare:ſic eſt mortale, quia nullus totaliter ſanctitate priuatur niſi per mortale, & ſic ſumitur in ſcripturis. Si vero feratur ad oſtenſionem tantum ſanctitatis,a qua deficit per peccatũ, nõ eſt ſemper mortale, ſm finem intentum, ſi ille ſit contra charitatem Dei,vel proximi,puta quia ꝑ hoc vult ſeminare hæreſim, vel aſſequi dignitatẽ eccleſiaſticam indignus,aut bona tꝑalia, in q̃bus finem cõſtituit,& alias erit veniale, puta cũ in ipſa fictione delectatur, de quo dr̃ in 4. Ethi.ꝙ magis vr̃ vanus quam malus. Et idem Veruec.addens,ꝙ eſt mortale,ſi intẽdit, vt ei detur aliquid propter hoc,ſecundũ illud Math.23.Væ vobis Scribæ & Phariſæi,qui comeditis domos viduarũ, &c. quia rapit quòd debetur ſancto, cũ detur ei in noĩe iuſti. Et idẽ ſi facit ex inſatiabili auaritia:ſecus ſi quis pro ſua neceſſitate ſimulat neceſſitatem maiorem quã habeat:quia talis ſimulatio ſecũdũ Chry. eſt culpa diuitum potius, quam pauperum.

6 SEXTO † quæritur,vtrum ſit hypocrita, qui gerit habitum religionis, & non habet meritũ?Et dico ex mente S.Tho.2.2. vbi ſup.quod nõ,ſi illum aſſumit intẽdens ſe ad ſtatũ perfectionis transferre, & deficit per infirmitatẽ, quia illi habitus non ſignificat ꝙ ſit perfectus ſed ſignificat ſtatum,quo quis obligatur ad opera perfectionis, unde non tenetur manifeſtare ſuum peccatum,ſanctitatis habitum deponendo. Si uero illum aſſumeret, vt ſe iuſtũ oſtentaret,hypocrita eſſet,& ſimulator.

DE

DE Societate determinatæ rei, primo in mercantijs, & artibus.

1 *Societas an sit licita uno ponente pecuniam, & alio operas, & num. seq.*

2 *Pecunia in societatem data, vt saluo capitali lucrũ accipiat, an faciat vsuram, & nu. 4 & 5.*

3 *Operas in societate ponere certa in omnem euentum mercede, an sit licitum.*

6 *Societate pecunia & operarum contracta, si pereat pecunia, cuius sit damnum.*

7 *Societatis varia pacta illicita, & nu. seq.*

9 *Societas quõ finiatur, & qs modus diuisionis, n. 10.*

SOCIETAS quid sit, & quid socius, dictum est sup. Peculiũ 2. vbi de ea agebatur scd̃m se, quid & quotuplex sit, & quomodo contrahatur sine determinatione ad rem determinatam, & quantum ad diuisionem fratrum: sicut nunc de ea agitur inquantum est determinatę rei: & primo in artibus & mercantijs. ¶ Pro quo generaliter dico, quod breui regula diffiniri possent omnes qõnes in ista materia, s. qđ in societate non possit esse peccatũ, nisi quia ibi est vsura, vel iniustitia, dũ vna pars nimis grauatur. Vbi ergo illud, quod quis in societate ponit, stat periculo ponentis nõ est vsura, sicut nec mutuum, vbi etiam neutra partium nimis grauatur arbitrio bonorum, non est iniustitia, sed pro habentib aliqua quæramus.

1 PRIMO † ergo quæritur, vtrum licitè contrahatur societas, vno ponente pecuniam, & alio personã, vt inde lucrum percipiatur, siue vnus ponat pecuniam tãtum, alter operam tantum: siue vterq; vtrunq; ponat: siue alter vtrũque, & alter tãtum alterum ponat. His. n. trib. modis societas variatur, sm Ale. de Al. & dicit S. Th. 2. 2. q. 78. quod sic committens pecuniam mercatori vel artifici, non transfert dominiũ in illum, sicut in mutuo, sed remanet ius, ita ꝙ cum periculo ipsius mercator de ea negotiat, vel artifex operatur: iõ licitè põt petere partẽ lucri inde prouenientis, tanq̃ de re sua. Et côcor. Ang. de Per. in tract. de socie. dicens hoc licere tam de iure ciuili, q̃ canonico, quia opera alicuius sæpe valet pro pecunia l. 1. C. pro socio. Insti. eo. §. 2. & no. glo. in c. plériq; 14. q 3. ¶ Sed ad iustitiam huius contractus tria requiruntur: primo quod ars vel negotiatio sit licita. de do. inter virũ & vxorẽ, per vestras. Secũdo quod pecunia stet periculo ponentis. de quo §. seq. Tertio, ꝙ æquitas seruetur in omnibus, sic quod vt dicit Goff. damna, & lucra sint communia, vt in d. glo. ca. plerique, & in d. l. 1. C. eod. quod intellige proportionaliter, i. ita qđ q plus posuit pecuniæ vel operæ, & plus habeat de lucro. l. si non fuerint. & l. quid. n. ff. pro soc. in quo statur arbitrio boni viri, qđ in hac actione sequendũ est. l. in proposita. ff. ꝓ socio. Et rõ est, quia societas est fraternitas. l. verum, ff. pro soc. vnde ista æquitate nõ seruata est societas iniqua, & leonina. d. l. si non fuerunt in fi. qđ ꝓ tota ista materia notandũ est.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum ponens pecuniã apud mercatorem vel artificem per modum societatis, vel depositi, possit saluo capitali lucrum ꝑcipere saltem ex pacto? Et dico, ꝙ nõ, ẽt sine pacto, cum intentione tamẽ principali, qđ in omnem euentum capitale sit saluum scd̃m Arc. sed est vsura, vt patet ꝑ c. vsura. 14. q. 3. & per diffinitionem vsurę; qa hic esset mutuum & idem Rich. in 4. dist. 15. & Lau. de Ridol. & gl. in d. c. pleriq. & idem sentit Bal. in l. 1. C. pro socio. dicens istum contractum sapere vsurã, nec esse societatis ex forma, quia est mutui, nec ex natura, quia est contra naturam societatis, quod vnus habeat caput saluum, & alius fructum. ff. eo. l. mutuis, & idẽ diceret sine dubio S. Th. quia pro rõne assignat licitè ꝑcipiendi lucrum ex pecunia per modũ societatis, quia stat periculo ponẽtis; & cõsequenter si nõ stat, nõ ꝑcipit. Nec excusat sm Arch. periculũ, cui pecunia substat apud aliũ, qui fugere põt, aut deficere, quia in lucrum nõ speratur ratione periculi, imo si de eo dubitaret non poneret, sed ratione mutui, ex quo tñ nõ licet percipere lucrũ, ẽt si periculum interueniat: vt expresse patet in c. nauiganti, de vsuc. non excusat ẽt qđ depositarius, vel socius sit multũ lucratus, quia lucrum fuit industrię, nõ pecuniæ, & periculum amissionis incũbebat negotianti, & non deponenti. ¶ Si autem huic contractui accesserit pactum de salute capitalis, & parte lucri, quidam dixerunt, qđ licet, & valet ex vi pacti, saltem de iure ciuili, quia cõtractus ex conuentione legem accipiunt, de reg. iur. contractus. lib. 6. Et hoc sequitur Ioã. And. vt recitat Pan. in c. per vestras, de don. inter virum & vxo. & idẽ Hos. in Sum. quia hoc pactum non est contra, sed præter naturã cõtractus pactum autem interpositum prẹter naturã contractus valet: vt l. 1. ff. dep. & in c. vnico. de commo. si tñ capitale, inquit perdatur, deberet deponens in foro animæ remittere. Sed Azo. & Accur. in d. l. si nõ fuerit. & d. Ant. in c. fi. de vsur. & Ang. de Peru. vbi sup. & Gof. & Io. Cald. & Theologi tenent contrarium, & bene, quia tale pactum est contra naturam societatis, q̃ est fraternitas, vt dictũ est: de cuius natura est, quod partes sint æquales, nisi alius

dicatur, ẜm Arch. poſt Lau. de Ridol. ꝙ intelli-
ge abſolute, vel proportionaliter ad pecuniã
poſitam, vel laborem, aut induſtriam perſoná
rum, ideoq; non valet l. cùm precario. ff. de p̃-
ca. & c. fi. de preca. Sed & ſi eſſet licitũ, tamen
iſta non eſt honeſta ſocietas; quia poſſet qui
operam ponit, ſentire dãnũ in operis amiſſio-
ne, & in capitali pecuniæ, quod eſt contra na-
turam ſocietatis. Vnde glo. in d. c. pleriq; dicit
ad hoc ꝙ ſit licita, & honeſta ſocietas, oporte
re ꝙ ponẽs pecuniã ſentiat de lucro, & de dã-
no. Ad §. aũt, de illa. Inſt. pro ſocio vbi dr̃ va-
lere pactum, ꝙ alter nõ ſentiat de damno, ſed
de lucro: dicit Io. Cal. hoc non intelligi de ca
pitali, ſed de damnis, & lucris contingẽtib. ſal
uo capitali. Vel dic ꝙ procedit quantum ad
ponentem operam q̃ licite paciſcitur ꝙ nõ ſẽ
tiat damnũ in capitali, cũ ſentiat dãnũ in ope-
ra, quæ cõtraponitur pecuniæ, vt inf. §. 3. imò
opera & induſtria, vt ibi dicit tex. poſſet eſſe
tãta qđ valeret pactũ, vt ipſe lucret̃ duas par-
tes, & tertiam hẽat quæ pecuniã ponit. Fallit
autem quod dictum eſt, ſi capitale ſit ſaluum,
non ex cõtractu ſocietatis, ſed aſſecurationis
factæ ab aliquo, qui nõ ſit ſocius, cui datur cer
tũ quid, vt ſubeat periculum capitis, vt patet
ex dictis ſup. Negociatio. §. 4. Et idem eſt ſi iſta
aſſecuratio fiat a ſocio, modo intentio ſit re-
cta: puta, q̃a ẽt ſine ſocietate ſocius aſſecuret,
& ipſe ponens pecuniã tali quid ſolueret, ſiue
lucretur, ſiue nõ; quia ſunt ibi duo cõtractus:
ſ. ſocietatis, & aſſecuritatis, quorũ quilibet ꝑ
ſe eſt illicitus. Quod dupliciter poteſt fieri: pri
mo conueniendo, ꝙ ponens pecuniam tm̃ mi
nus de lucro capiat, quantum appræhendit p̃-
tium aſſecurationis: vt ſi communiter æſtime
tur ꝙ lucrabitur octo per centum: & illud pre
tium ſit tria conueniãt, ꝙ accipiet de lucro ſo
lum quinque, ſi alias debuiſſet habere plura:
& ſi lucrum non affuerit, ſoluet aliunde. Secũ
do clarius conueniẽdo quod pro aſſecuratio-
ne ſoluet tãtum, & de lucro accipiet partem
contingentem. Ad illud igitur quod dr̃ de pa-
cto, præter naturam contractus dictum eſt: &
additur hoc intellige, qñ ipſe contractus eſt li
citus alias, quod non eſt in propoſito: quia ẽt
ſine pacto non licet. Et idem dico, quo ad il-
lud quod pacta ex conuentione legem acci-
piunt: quod, ſ. verum eſt in his, quæ non ſunt
de ſe illicita. Ad d. autem c. per veſtras. dico ꝙ
non eſt contra prædicta: quia non dicit quod
capitale debeat eſſe ſaluum. Nec eſt hoc ſpe-
ciale in pecunia dotali, vt quidam dicunt.

3 TERTIO † quæritur, vtrum econtra licitum
ſit paciſci ponẽti operas de certa mercede ea
rum, puta viginti, nihil ſentiendo de damno?
Et dico quod ſic; q̃a ẜm Ang. vbi ſup. non eſt
iſte contractus ſocietatis, ſed locationis ope-
rarum; imò poſſet facere ẜm aliquos pactum,
ꝙ non ſolum haberet prędicta viginti, ſine vl
lo damno, ſed etiam talem, vel talem partem
de lucro, & nullam de damno, ſed hoc recipe
ret vtiq; non inquantum ſocius, ſed inquantũ
locator operarum, & pro ſalario. Sed prædi-
cta intellige, niſi damnum contingeret culpa,
vel dolo ipſius locatoris operarum, vel eorũ,
quorum opera vtitur, quia ſic non liceret. l.
item quæritur, & l. ſi merces, §. qui columnã.
ff. loca Intellige etiam ſi arbitrio boni viri tan
tũ meretur, alias eſſet iniuſtitia, & ſi nõ vſura.

4 QVARTO † quæritur, vtrum liceat dare pe-
cuniam in ſocietatem ad lucrum cum pacto
de ſalute capitalis facto, ſolum ad ſui ſecurita
tem exigendo inſtr̃m de pecunia depoſita, vel
aliter data non ſub noĩe ſocietatis, cum tamẽ
vere intentio ſit ſubeundi damna & pericula
pecuniæ: Et dico ꝙ non, ſed peccauit mortali-
ter mentiendo pernitioſe in infamiam ſui. 22.
q. 2. primum. & tenetur intentionem ſuã pa-
tefacere, quia cõtractus eſt periculoſus: & dãs
pecuniam ad libitum poterit mutare intẽtio-
nem, & capitale perditũ exigere tanq̃ mutuũ
vel depoſitũ, & ſilr̃ poſſent hoc facere hære-
des eo mortuo: & inde ẽt proximi ſcandalizã
tur. Vnde ſi talis vult partẽ lucri, deſtruat con
tractum mutui, & de receptis concordet per
reſtitutionem, vel petitionem remiſſionis, ẜm
Arch. quod tamen eſt verum, qñ ex hoc mer-
cator paſſus eſt damnum, & qñ notificata ſua
voluntate non ceſſat ſcandalũ proximo datũ
quo caſu tenetur reſtituere cum fama reb. ſit
præponẽda. 1. q. 1 deteriores. Simpliciter autẽ
non eſt neceſſe reſtituere in conſcientia, cum
fuerit vera ſocietas. Poſſet tamen contra frau
des mercatorum facere pactum de cautione
pignoratitia, ex qua non percipiat fructum;
& de ſubeundo damno, ſi mercator ſufficien-
ter oſtendat illud incurriſſe: & de ſua pecunia
exercenda in quibuſdam locis, & rebus, & nõ
in aliis, & ſi ille ſecus fecerit, damnum totum
erit ſuum, quia uenit contra pactum.

5 QVINTO † quæritur, quid ſi ponatur quod
quis ponat in ſocietate operas tantũ alius ve-
ro libras triginta, ad tertiam partem lucri, &
damni, i. ad lucrũ & damnum decem librarũ
viginti remanẽtibus? Et dico quod vſurarius,
eſt qui pecuniã dedit: quia viginti mutuauit,
& conſequenter ex parte harum lucrum eſt

vſura-

vsurarium, & consequenter totus contractus est vitiatus, ſm Alex. de Ales. De hoc tñ vide ēt.§ seq.in fi. & dato, quod non eēt vsura, est tñ inhonesta societas: nec in eo seruatur æquitas socialis: quia si mercator iste postq̃ merces emit, ꝑderet eas, ꝑderet operā, & viginti; collator autem pecuniæ non perderet nisi x.

6 Sexto † quæritur, vtrum si damnum capitale ꝑdatur, dēat esse cōe vtriusq; socij, vel ꝓprium ponētis illud maximè ex pacto, vel cōsuetudine? Et dico cessante pacto, & cōsuetudine esse de hoc opiniones. Quidā.n. cum Iac. de Are. dicunt, & debet esse commune, per l.si non fuerit, & l.si id, quod §. item Celius. & l.cūm duobus.§.quidam sagariam. ff.pro socio: vndè si totum damnum esset propriū videretur cōtra naturam societatis, quidam vero dicunt, quod debet esse proprium, vt gl.in d.l. si non fuerit, & socio sufficit damnū ꝑditarū operarum, quia sicut de capitali non lucratur sed totum redit ad eum, qui posuit, si in fine inuenitur saluū; ita & de eius damno nihil debet habere; quia de cōtrarijs æedē regulæ dantur, C. de fur.l.manifestissimi. quā opinionē Cyn.dicit esse equiorem. Sed veritas est, quod si nullū sit pactū, vel alia consuetudo, tūc aut dicendū est ſm Pet.vt refert Cyn.in l.1.C.pro socio, quod si pereat ante operas exhibitas, sit commune, si post aliquas aliqualiter sit cōmune; si post oēs sit proprium ponentis, quod vr̄ æquissimum ꝑsertim in conscīa, quasi.s.ex pecunia, & industria confluetur vnū totum per imaginationem, quod equaliter perdatur, aut certè ſm Bal.in l.1.C.pro soc. quod siue perdatur ante operas, siue post, totū sit propriū ponentis, ꝙ est verius de iure, & in conscīa: & idem tenet Ang.vbi su. & est de mente Barto. in d.l.1. Vnde ista opinio vult, quod pretium operæ, industriæ socij intelligitur correspondere interusurio pecuniæ, & non ipsi sorti: & ex vna parte ponitur commoditas operæ, ex alias commoditas pecuniæ, & non proprietas sicut qñ ex vna parte ponitur pecus in societate, ex alia opera pastoralis solus damna vel commoda in obuentionib.sunt cōia, non aūt ipsum pecus, vel l cum duob.ff.pro soc.sicut in dubio potius intelligamus in societate positum vsum rei, q̃ ipsam rem, nisi data esset estimata. Et ista est mens S. Tho. vt patet ex verbis eius, su.§.1. Si vero fiat pactum, quod periculum, sit cōe, est licitum, ſm gl.14.q.3.in cap. plerīq; quod ēt sentit Pan.in c.per vestras, de dona.inter vi.& vxo. Sed S. Ber. tenet contrarium, quia si capitale pro parte sit securū ibi pro parte est mutuum, & consequenter totus contractus vitiatus, & hoc est verū, simpliciter: primum est verum, si sic fiat, ꝙ totum capitale fiat cōe, ita quod in fine societatis diuidatur, quod ēt si nō exprimitur, subintelligit̃ quia pactum factū de dāno intelligitur ēt de lucro, & econtrario, Inst.pro soc.§. illud. Vnde dicit Ang.vbi sup.ꝙ si aut ex pacto, aut ex consuetudine periculū capitalis erat cōe, cōiter dēt diuidi inter eos. Qđ verū est ad istū sēsum quod toto tꝑe societatis capitale sit cōe vnde in fine diuiditur, si superest: & consequēter si perit, quilibet perdit suam medietatem; non autem ad istum, quasi si pereat socius vnam medietatem restituat ei, qui posuit: quia ista pars esset secura, & consequenter ibi esset pro parte mutuū. Adde āt, ꝙ si non apparet qūo sit contracta societas, intelligitur cōtracta ſm consuetudinē regionis, & inter mercatores, ſm cōsuetudinem mercatorum. ff.de ædil edi.l.quod nolit.§.qui assidua.

7 Septimo † quæritur, quid si detur pecunia ad lucrum mercatori cum pacto, ꝙ si capitale perierit naufragio, non teneatur de illo? Et dico, quod est vsura, extra co.c. fi.quia in actu mercandi capitale erat mutuum, cum staret periculo mercatoris.

8 Octavo † quæritur, quid si vterq. posuit operam, & pecuniam, sed alter altero maiorem pecuniam: puta, duas partes, altero ponēte vnam? Et dico, quod quilibet hēbit partem lucri correspondentem ei, qđ posuit, ēt si de hoc nihil actum esset, quia tacite actum esse subintelligitur, vt qui plus oneris, & periculi substinet, plus expectet emolumēti, ff.de reg. iur.l.ſm naturam, & ita intelligitur, d.l.si non fuerit, in prin.quod est notabile.& verū, si alterius opera, & industria valde ꝑpōderet, vt d.l. si non fuerit, vñ iudex arbitrabitur, ac si hoc cesset expresse actū, ff.pro soc.l.si societatem.

9 Nono † quæritur, vtrum damnum ꝑsonæ ponentis operas sit cōe: vt quia defendendo pecuniam latronibus est vulneratus, & fecit expensas, & perdidit aliqua, quæ secū non tulisset, nisi omni nomine fuisset profectus? Et dico, ꝙ sic, si euenit ꝑꝑ societatatē, vt expresse vult, l. cum duob.§. quidem sagariā. ff. pro socio.quod Bal.in l.1.C.pro socio limitat quātum ad dānum extrinsecū eueniens rōne societatis: puta, debita ꝑdicta, non autem quantū ad damnum intrinsecum, s.ipsius capitalis, nisi vt su.l.autem socium.§ socius, ff. ꝓ soc. q̃ vr̄ velle cōtrariū.loquitur ſm gl. ibi qñ dādū venit culpas socij, limita ēt q̃tum ad damnum cuius

cuius societas est cã immediata non cuius est occasio remota. Vnde ibi Bart. sumando illum, §. dicit, quod damna, & lucra contẽplatione societatis obuenientia sunt cõicanda, d. l. cum duobus: secus si contemplatione personæ obuenerint: licet societas fuerit occasio; secus, si pp societatem adiui principem, & ei placuit ideoq; mihi donauit castrum, non cõtẽplatione, societatis, sed meæ personę tñ, illud no ẽ cõicandũ, vt d. §. socius, in fi. & similiter in dãno: vt si abfui pp societatẽ, & consanguineus meus faciens testm̃ instituit extraneum, ꝙ nõ fecisset, si adfuissem. vt d. l. sociũ. Hæc ex illo.

10 DECIMO † quæritur, quid si vterq; captus fuit, sed vnus sua industria euasit, vel ab amicis est redẽptus? Et dicit glo in d. §. quidam. ꝙ qui euasit, tenetur partẽ dãni agnoscere. Si verò fuit, redemptus, distinguit an animo remunerandi, & tunc agit aut non, sed animo donandi: & non agit. Vide etiam su. Mandatum, in quo secus est: & su. Procurator.

11 VNDECIMO † quæritur, vtrũ pacisci possit vnus socius, vt habeat vnam partem damni, & duas lucri; alter vero econtrario duas damni, & vnam lucri? Et dicit Ang. quod nõ: quia vnius sociorum nõ potest plus de lucro, q̃ de damno participare. l. Mutius, ff. eod. similiter nec ꝙ deducto dãno vnus habeat duas partes lucri, alius vero vnam, nisi tantundẽ plus pecuniæ, vel operis, vel industriæ ĩ societate posuerit, vt in l. si non fuerint. ff. e. dicit tñ, quod in conscientia si prædicta pacta arbitrio boni viri, deteriorem non faciunt partem alterius, ita, ꝙ qui plus posuit, plus habeat, sunt licita, quod intellige de deducto semper ne aliqua pars capitalis sit secura su. §. 4. 5. & 6.

12 DVODECIMO † quæritur, vtrum is, qui ponit operas debeat habere expensas de corpore societatis, quando proficiscitur causa societatis? Et dicit Bal. & Iaco. de Are. & Cyn. in l. 1. C. pro soc. ꝙ sic, quia lucrum intelligitur deductis expensis, l. illud. C. de codi. & l. Mutius. ff. pro soc. quod Bal. limitat exceptis his, quas fecisset domi. ar. l. sed et si. ff. de pet. hære. §. quod autẽ limitat etiam Ang. nisi consuetudo aliter haberet: quia deberet seruari, nisi cõtineret apertam iniquitatem: quia videtur actum, quod est consuetum. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edic.

13 DECIMOTERTIO † quæritur pro quib. partibus teneantur ad solutionem pensionis fundi, vel apothecæ conductæ socij, ex partibus disparibus? Et dicit Ang. vbi sup. & Bal. in l. 1. C. pro socio, quod locanti tenẽtur ꝑ æquali bus partibus inter se vero pro rata societatis: vnde etiam supellectilia, & vasa diuidi debẽt secundum partes dispares.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, quid si contraxit tecum societatem, ad quinquennium, ita quod ego mille & tu operam poneres, & casu, añ quinquennium mille ꝑierunt? Et dicit gl. ĩ d. l. si non fuerint: & in l. 1. pro soc. & An. ꝙ non cogor iterum ponere, siue periculum cõe fuerat, siue non, quia finita est societas: itẽ quia vr̃ actum solum deponẽdo semel, & nõ pluries, vt ff. pro soc. & l. si socius pro filia, §. nec si prior. Si ãt non perierit ex toto, quod in societate positum est, sed parum restat, & alter non vult ponere operam, vel rem suam, q̃ magna est cũ re, q̃ socij, parua est, secundum Bal. in l. 1. C. pro socio talis fouet æquitatem, vt ff. de admi. tu. l. ita autem. in prin.

15 DECIMOQVINTO † quęritur, vtrum licet tradere pecuniam mercatori: puta, centum ducatos hoc pacto, ꝙ accipiens teneantur rñdere de lucro, vel de damno, s̃m ꝙ similes alij centum ducati apud aliquẽ, aliò, puta, Petrũ, lucrabuntur, aut peribũt, cum tñ iste accipiẽs accipiat dicta cẽtum mox in sua necessitate expendendos. Et dicit. Arc. post Inn. de vsur. c. fi. & Io. An. ibi, quod non sed cõtractus est dubius, & potius vr̃ vsuram sapere; tũ q̃a in fraudẽ vsurarũ vr̃ adinu[e]ntus: tũ quia pecunia ex se non est lucrosa, 88. d. eijciens: tũ quia ista pecunia non est data per modũ depositi, quia inde non reportaret lucrum deponens, nec depositarius eã posset deponere, nec ꝑ modũ societatis, quia in pacto esset, ꝙ accipiens eã fideliter exponeret solũ in mercãtijs, ergo est data per modum mutui, & sic ibi est vsura, aliqui tamẽ tenent, ꝙ licet, & verũ est, si lucrum expectatur tanq̃ interesse, vt quia dans omnino erat eam daturus mercatori, sed ad instantiam amici dedit eam, illi, dũmodo, s̃m Hosti. ꝑicula, & expẽsas in se recipiat, & scd'o non intendat principaliter magis per hanc viam, q̃ per negociationem lucrari: & tertio nõ contrahatur pactũ ad semper, sed ad tps rationabile: & quarto nõ teneatur ex necessitate præcepti gratis mutuare accipienti, & quinto accipiat lucrum solum tanquam interesse.

16 DECIMOSEXTO † quæritur, quid si quis det mercatori Venetijs centum recepturus in Cypro solum. 50. si perierint in mari, & si non perierint recepturus 120.? Et dico, ꝙ non licet scd'm Host. & Ray. q̃a si mercator hęc expẽderit iste vult lucrũ ex re nõ sua, cũ merces emptæ sint emẽtis, in cuius dñiũ pecunia trãsiuerat.

rat. Si verò non expenderit iste vult lucrũ qđ mercator nõ fecit, imò dico, q eſt vſura iuxta pdicta quia vult partem capitalis eſſe ſaluam.

17 DECIMOSEPTIMO † quæritur, quid ſi quis recipiat pecuniam vltra mare vehendam, & ibi reddenda pro certo pretio? Et dicit Inno. in c. fi. de vſur. q non eſt vſura, ſiue portans recipiat in ſe periculum ſiue non, quia operarũ ſiue cuſtodiæ locatio eſt. Et idem Hoſt. non obſtat d. c. fi. quia non eſt idem caſus, quia receptum ibi ultra ſortem directe mutuum cõcernit: non autem hic, ad ſecuritatem ſi tamẽ acciperetur non tantum ad portandum, ſed etiam ad negotiandum, ſecundum Inno. eſſet uſura, quia pecuniæ nullus eſt fructus, ſi teneatur in area, nec deterioratur in uſu.

18 DECIMOOCTAVO † quæritur, quid ſi detur pecunia mercatori capitali ſtante periculo caſus fortuiti ſed tñ lucro exiſtente certo Et dico, q hoc caſu vř mercator emere totũ lucrum futurum ex pecunia mediante ſuo labore: quod quidam dicunt eſſe illicitum. Sed Gerard. Odo. dicit licitum: quia capitale ſtat periculo, & illud lucrũ aliqđ valet. & hoc eſt in dubitatũ, quia talis dãs a principio poterat paciſci de parte lucri habenda, & conſeqñter eum ſtantem ſub periculo fruitionis poterat vendere ſm æſtimationem boni viri, ſicut & fructus venturos ex agro.

19 DECIMONONO † quæritur, qñ finiatur ſocietas? Et dicit tex. l. ſi ſocietatem. ff. pro ſoc. q diſſociamur renũciatione, morte intellige vt eſt mors ciuilis, ſm gl. capitis diminutione. & egeſtate, ſ. incidente, ſm gl. vt ſi quis ex ſocijs ceſſerit bonis, vt inſti. §. item, vel fuerunt publicata, vt in l. actione, §. publicatione, ff. p ſoc. Adde vel conuentione, i. finito tpe, quo cõuentum eſt: vel cõſuetudine, ſi de tempore nihil conuentum eſt. l. quod ſi nolit. § quia aſſidua ff. de ædil. edi.

20 VIGESIMO † quæritur, qñ ſocietas ſit diuidenda, ſi nihil conuentũ eſt expreſſe vel tacite, quia nulla eſt cõſuetudo de hoc? Et dicit Bal in d. l. 1. pro ſoc. & Ang. vbi ſu. quod alter cẽtum, & alter operas poſuit, & de lucro hñt ducentas, qui centum poſuit primo extrahet ſua centũ, & reliqua ducẽta oẽs diuidẽt inter ſe, ita tñ q qui plus ſocietati contulerit pecuniæ, opera, vel induſtriæ, arbitrio, ſ. boni viri plus habeat de lucro, l. ſi nõ fuerint, & l. quid enim. ff. pro ſoc. Nec eſt verum qđ quidam dicunt, eũ, qui poſuit opera, prius debere extrahere alia cẽtũ p opera ſua, cũ hoc nullo iure caueatur, diuino, canonico, vel ciuili: qa opera hoĩs nihil aliud eſt, q̃ officium diurnum. l. 1. ff. de oper. lib. imo opera hoĩs dř fructus hoĩs eſſe, ut l. 3. & ſeq. ff. de ope. ſeruo. Vnde qui ponit operas tantũ, nihil ponit conſiſtens in capitali vel ſorte: ſed ſolum fructum, aut vſumfructũ ſuæ perſonæ qui correſpondet fructui ad commoditatĩ illorum centum. Pro quo facit d. l. cum duob. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. Et ſic intellige illud, q ſæpe opera alicuius p pecunia valet, vt Inſt. pro ſoc. § 2. i. commoditate & vſufructu, ſeu interuſurio pecuniæ. Adde q ſi ponens operam deberet & ipſe extrahere ante diuiſionem alia centum, is qui ponit pecuniam nihil lucraretur, niſi lucrum eſſent vltra centũ pro centenario, q. ſ. rariſſimè accidit, ſed pene ſemper perderet de forte, licet reuera aliquod lucrum adeſſet. Ex quibus omnib. patet, quod ſecundum breuem regulam datam in prin. omnia poterant decidi.

DE Societate determinatæ rei II. in pecudibus.

1 *Societas in animalibus quot modis contrahatur.*

2 *Animalia in ſocietate quot modis ponãtur, & quid iuris, nu ſeq.*

SOCIETAS ſecundo conſiderari põt ſpecialiter vt eſt in pecudibus, pro quo dico generaliter, q breui regula diffiniri poſſent oẽs qõnes in iſta materia, quã habes ti. priore, in prin. ſ. q ſi pecora tradita ſtet periculo tradentis non poteſt ibi eſſe vſura, ſi ẽt neutra pars arbitrio boni viri nimis grauetur, nõ põt ibi eſſe iniuſtitia, & conſequenter nec peccatũ. Sed tamen pro rudioribus oportet de aliquibus ſpecialiter quærere.

1 PRIMO † ergo quæritur, quot modis bruta tradantur? Et dico q multis. ¶ Primo per modum locationis, quæ aliquando eſt ex parte tradentis, qui conducit operas eius, cui tradit & ille recipit pretiũ cuſtodiæ, aliqñ vero eſt ex parte recipientis, qui conducit vſum rei, & pro eo pretium ſoluit, ideoque recipiẽs interdum locator, interdũ conductor, dř, & ppterea his vocabulis promiſcuè vtimur. l. veteres ff. de act. emp. & eſt purus contractus locationis, & conductionis, l. 1. §. ſi quis ſeruũ. ff. dep. Si tamen pro cuſtodia animalium recipitur pars fructum ipſorum, eſt contractus innominatus, pro quo datur actio præſcriptis. verbis ſiue in factũ, cum nõ interuenit pecunia, licet idem ſit de hoc iudicium ſicut de locatione & conductione, cui magis aſſimulatur, §. ſi quis ſeruo. ¶ Secundo traduntur per modum locationis modificatæ: vt cum traduntur oues alicui, puta monaſterio, ſub annua penſione

parua

parua,puta duorum solidorum pro singulis, cum tñ reddãt 4.aut 5. sed hoc pacto, ꝙ etiã, si moriantur nihilominus dicta pensio soluatur toto tpe vitæ tradentis ac si viuerent,post mortem vero eius oẽs sint monasterii.¶ Tertio traduntur per modũ mutui ẜm aliquos,i. æstimata & firma seu certa in omni euentu: sed est verius per modum venditionis:ꝗa æstimatio etsi non semper faciat uenditionẽ facit tamen hoc casu,secũdum Bar. in l. si vt certo. ff.commo.vnde æstimatio emptionem introducit.ff.de iu.do.l.plerũq; & l.æstimatæ.ff.sol. ma. sed tñ pretium rei vẽditæ dilatũ interim hr̃ vt mutuum:sicut patet in vẽditione ad tp̃s. Si aũt traderentur æstimata quidem, sed non certa:nec mutuum nec venditio esset,sed societas:puta, si æstimatur quidẽ non vt æstimatio reddatur si perierint casu fortuito, sed solum si culpa accipientis. ¶ Quarto traduntur dominio penitus translato in accipientem,sic ꝙ per eum meliprata postmodum cõicentur, & sic non est societas; quia per eam nemo desinit in totum esse dominus rei traditæ,sed est cõtractus innominatus .s.do.vt facias ex quo actio oritur pscriptis verbis, siue in factũ, ff. de præscr.ver.l.si tibi areæ ¶ Quintò traduntur per modum cõtrahendę societatis expres- 3 sæ.vt dicit gl.in l.si pascẽda pecora.C. de pac. vel ẽt tacitæ,vt qñ hoc non dicitur,tamẽ gratia cõtrahendæ societatis traduntur, vt qñ dãturut sint cõia,& sic cõtrahitur societas:vt l. si tibi areæ.ff.de pręsc.verb.& facit quod not. Bal.in d.l.si pascenda ¶ Hic aũt modus fit multis modis,quia aliquãdo traduñt animalia minuta: s. quorũ fructus regulariter ascendit ad valorẽ matris in anno:vt sunt oues,porci, capræ,& huiusmodi.aliqñ aũt dantur alia grossa,quorum.s.fructus ad illud non ascendit, ut sunt boues,equi muli,& huiusmodi:& ista aliquando dantur æstimata, aliquando inæstimata,aliquando cum cõione terræ , aliquando sine quod fieri põt:ut in l.cũ duob.§.in coeunda.ff.pro soc.¶ Sexto tradũtur aliquo modo , qui iam nunc ignoratur mortuis principalib.

2 SECVNDO † quæritur, quid si debetur primo modo.s.per modum locationis aut cõductionis: puta , quia conducitur opera rustici, vt custodia,vel conducitur animal eius, vt cũ traduntur oues , ut foecundentur ab alterius ariete,vel huiusmodi,aut rusticus,seu accipiẽs cõducit vsum animalium,puta quia vult lac , aut huiusmodi? Et dico ꝙ tunc omnia dubia 5 erunt dcidẽdo secundum naturam dictorum contractum.de qua sup.Locatio, & erit cõtractus licitus, modo merces non sit immoderata,ẜm Veru. quæ arbitrio boni uiri debet esse iusta & conueniens:vt in l.si in lege. ff. de loc. Et licitum erit pacisci ꝙ damnum, & lucrum rei locatæ sit cõe,non aũt ꝙ damnum sit solũ conductoris , nisi veniret ex culpa eius etiã leui,etsi non leuissima,vt sup.Locatio. Et similiter licitum erit pacisci,qđ cõductor in se periculum rei suscipiat:extra,de depo.c.fi.quia est quædam assecuratio, de qua sup. Negotiatio. §.4.& sup.tit.priore. §.2. posset tñ hoc esse in fraudem vsurarum:& ita præsumeretur si fieret ab assueto vsuris,sicut inf.Vsura 1.§.28.dicẽt in simili de pęna posita in contractu mutui:imò vr̃ velle Veru.ꝙlicet hoc pactũ nõ sit vsurarium,est tamen iniquum, nisi dubitetur probabiliter,cuius sit melior cõditio:vel credatur ꝙ conditio conductoris non sit deterior. Potest autem conductor teneri de casu fortuito de modo quo dictum est sup. Cõmodatum.§.9.Addit etiam Sum. Ang. quod cum dantur animalia,ut cooperiant vel cooperiãtur,est contractus innominatus. Sed primum vr̃ verius, quia idem est dare equum , ut quis eo vtatur ad iter : & dare taurum , vt quis eo vtatur ad foecundationem vaccarum.

TERTIO † quæritur, quid si dentur secundo modo.s.per modum dictæ locationis modificatæ?Et dicit Ioã. de Lig. ꝙ licitus est contract⁹,adeo ꝙ si euenerit mortalitas, ecclesia nõ poterit petere restõnẽ nisi iam oues fuissent infectæ,& ad mortem paratæ, & monasteriũ non aduertit.ff.de mi.§.uerum.Ho. tñ consuluit, ut hoc casu tradẽs sentiat partẽ dãni, ne uelit cũ monasterii iactura locupletari:si tñ in dicto cõtractu nõ interuenerit cõsẽsus cõuẽtus sed solius abbatis vel cellarii , nõ teneret monasteriũ stare cõtractui,extra.de dep.c.1.

4 QVARTO † quæritur, quid iuris si tradantur tertio modo.s.per modum venditionis,& cõsequenter mutui?Et dico ẜm Veruec. ꝙ est cõtractus licitus , si totum lucrum & damnũ sit accipientis:ẜm Ang.vbi sup.dãs nihil aliud petere poterit,nisi pretium: sed omne accedens sorti esset vsura de vsuris consuluit.& ca.in ciuitate,nisi accipiens fructũ accepisset ex animalibus emptis,& moram contraxisset in soluendo pretium,quia dãs posset petere dictos fructus,tãꝗ interesse.l.curabit.C.de acc.emp. quod ẽt obtinet de iure canonico, & in foro cõscientiæ, vt no.gl.in c.cõquæstus.de vsuris.

QVINTO † quæritur , quid cum traduntur quarto mo do, s. per modum dicti contractus innominati? Et dico quod si melioramentum

non

non sequatur, vr̄ ꝙ res integra debeat restitui
danti, quasi cā data, & causa nō sequuta, & sic
sine causa accepta fuerit. ff. de cond. cau. da.
& cau. non seq. per totū. nisi in quantū sine cul
pa recipientis, & pertinentiū ad eum res perie-
rit, aut fuerit deteriorata; cum bonæ fide pos
sessor non teneatur, nisi inquantum factus sit
locupletior, siue ex re principali, siue ex fru-
ctib. rei. ff. de peti. hæred. l. vtrum, & sic d̄ret ēt
restitui fructus rei habita distinctione, vtrum
fuerit bonæfidei, necne. i. vtrum steterit per
eum q̄uin seruaret conuenta, de quo su. Resti
tutio 1. Si vero melioramentū, ꝫm conuentio
nem fuerit secutum, pretium eorū si vendan-
tur, erit cōe. d. l. si tibi areę, & similiter fructus
erit cōmunis ibidem. C. de pac. l. si pascenda.
Et similiter cōe debet esse periculum, sicut &
vtilitas; l. mutuis. ff. pro soc. Sed aduerte, quod
in hoc cōtractu vr̄ trāsferri dominiū, & cōtra
hi societas cōditionaliter, si sequatur meliora
mentum; vnde eo sequuto iudicabitur: vt de
societate, similiter si dominium nō transfera
tur in totum, quia erit verè societas, & tunc
habuit locum distinctio vtrum fuerit æstima-
ta, an non, iuxta dicenda in particulis sequen.

6 Sexto † quæritur in genere, qd si tradan-
tur quinto modo, s. ꝑ modū societatis ipsa aīa
lia grossa? Et dico multa. ¶ Primum. Inter so-
cios potest fieri triplex pactum. s. circa ipsum
animal, circa fructus, & circa tēpus. ¶ Primo
casu postq̄ inæstimatum datum est, non vide-
retur posse pacisci, quod piculum sit alterius,
q̄ dātis cū regulariter ad ipsum periculum ꝑ
tineat, ꝫm Bal. in l. si pascēdo. C. de pact. & An
ge. vbi su. quod limita, nisi tradens in alio gra-
uaretur: puta, quia recipiens nollet teneri de
interitu etiā ex sua culpa, nisi ꝑ parte, q̄a gra
uatus in uno est releuandus in alio, l. ꝫm na-
turam. ff. de reg. in c. similiter vr̄ posse pacisci
ꝫm Ang. qui in fine societatis illud aīal si præ
cipuum ponentis. Si vero pactum fuerit circa
fructus, vt fetum, vel pensionem pro vsu ani
malis, si quidem conuenit iustæ consuetudini,
seruandum est, & si de consuetudine nō appa
reat continere, debet æquitatem arbitrio bo
ni viri, scd̄m eūdem Ang. Si vero fuerit circa
tempus, seruanda est iusta consuetudo, de qua
si non appareat, seruāda similiter est æq̄tas ar
bitrio boni viri, ꝫm quam societas perseuera-
re consueuit in aīalibus grossis q̄nquennio, se
cundum Ang. qui etiam ad hoc allegat extra
uagantem constitutionem, ꝫm quem non vr̄
totum in conscia ꝑ minori t̄pe pacisci, cum
non possit fieri sine iactura aliorum. ¶ Scd̄m,
Si inter partes nullū pactū factū sit seruanda
est consuetudo loci: quia actum vr̄, quod con
suetum est. ff. de ædil. edic. l. quod si nolit, §. q̄
assidua, & de aqua plu. arcen. l. si prius. §. recte
placuit. modo consuetudo conueniat arbitrio
boni viri, & non alias, l. in proposita. & l. si nō
fuerint, ff. pro soc. sed si nec de pacto, nec de
cōsuetudine appareat: dic, ut inf. par. ꝓxi. & se
quentib. ¶ Tertium. Si aīal grossum inæstima-
tum, & siue terra tradatur, vt quia traditur e-
qua, aut vacca: dicit Angelus se reperire quæ-
dam iura extrauagantia inter extraordinaria
capitula feudorū, q̄ volunt, ꝙ societas duret
quinquennio, supple capitali stante periculo
tradentis, & omnes poledros esse cōes, & qd̄
q̄sierit t̄pe triturationis, i. oēs fructus, & vtili
tates: & in capite quinque annorum dans ha-
bebit iumentum ante partē: nisi accipiēs de-
disset tertiam partem pretij in emptione iu-
menti, quia ꝫm gl. tunc iumentum, & omnia
essent partienda per medium: & si iumentum
culpa sua amiserit, emēdebit, quod limita, ni
si aliud habeat pactū, vel consuetudo, vt sup.
par. 2. ¶ Quartū. Si vero traditur animal inæ-
stimatum cū terra, s. cultiuāda, ponens boues,
& terram pacisci pōt de fructuum terrę par-
te maiori recipiēda cum rusticus tm̄ opas po
nat, nisi opera, & industria rustici magis æsti
met, q̄ fructus bouum, & terræ, quia tūc pos-
set habere medium, & plus ꝫm eundē, vt d. l. si
non fuerint, quod limita, vt su. ¶ Quintū. Si ve
ro hmōi aīalia dantur æstimata, & sine terra
laboranda periculum casus fortuiti est cōe, l.
cū duob. §. damna, ff. pro soc. quia æstimatio
hoc casu facit emptionem. l. æstimatæ. ff. solu.
mat. & sic dominium pro parte remanet apud
tradentem: & tacite pro alia parte rōne cōio
nis in illum, cui cōicatur, etiam sine traditio-
ne transfertur, l. 1. §. in societate. ff. pro soc. &
perinde est, ac si dans mutuasset pretiū medie
tatis socio, & ipse posuisset aliam medietatē,
& communiter ab ipsis esset res empta, & sic
in societate posita: vnde quilibet de periculo
tenetur pro dimidio, nisi culpa, vel dolo alte-
rius eueniret: quo casu esset solus culpabilis,
d. § dāna. Et ita tenent multi maximè Ang. ꝙ
tamē aliqui limitant de periculo fortuito, nō
autem de naturali: sed est dantis solius, quia
etiam apud eum erat peritura; quod ideo di-
xit, quia credidit æstimationem hoc casu non
facere uenditionem, quod tamen est falsum,
vt patet per l. 3. ff. de loca. Vnde cum hoc casu
melioramenta naturalia communicentur, l. si
non fuerit. ff. pro soc. conuenit etiā naturalia
peri

pericula diuidi.Sed tamẽ hoc limita verũ,ni-
ſi aliud ſit cõuentum expreſſe,& ſic intelligi-
tur,§.nemo in l.cum manu ſata.ff.de cõtrah.
empt. vel niſi aliud ſit de conſuetudine, q̃a in
telligitur actum,ꝙ eſt cõſuetum.l.quod ſi no
lit,§.qui aſſidua.ff.de ædi.edi. Vnde ſi pactum
ſit,ꝙ periculum capitalis non ſit cõe,non erit
licitus contractus in foro aĩæ,niſi is, qui alle-
uiatur in vno,in alio æquiualenti grauetur.l.
ſecundũ naturam,ff.de re.iu.Pactum vero cir
cá fructus,vel tp̃s oportet continere inæqua-
litatẽ,vt dictum eſt, arbitrio boni viri : vnde
non vr̃ iuſtum caſu,quando ſ.periculũ eſt cõe
ꝙ fructus per mediũ diuidantur , ſi alter eo-
rũ ponit operas: quia eas plus, quã ſocius po
nit cum tantundem in ſocietate poſuerit : &
conſequenter debet attendi, ſi operæ fieri pñt
per minores pupillos & hmõi , quorũ operæ
non ſunt in magna æſtimatione , licet aliquæ
ſint:vt l.ſi. ff.de li.cau. vel ſi recompenſantur p
lacticinia, & hmõi,& de palea, vel fœno, & lu
tamine, & generaliter videndum eſt q̃d vnus
vltra alium poſuerit , vt in aliquo compenſe
tur:& hoc ſemper arbitrio boni viri ff.pro ſo.
l.ſi non fuerint.& l.in propoſita alioquin erit
vſura ratione mutui interpretati ex parte dã
tis,de vſur.conſuluit. & cauſa ciuitate: vel ex
parte alterius erit iniuſtitia. Sed aduerte, ꝙ in
fine ſocietatis oportet ſocium ſoluere danti
medietatẽ dati animalis,quia illa fuit mutua-
ta. ¶ Sextum quando verò dantur æſtimata
cũ terra, & nullũ ſit pactũ de capitali , aut fru
ctibus, aut tempore conuenit dãnum, & lucrũ
eſſe commune.d.§.damna,nſi ex dolo vel cul
pa alterius proceſſerit,vt ibi dicitur: & ſimili
ter communis erit fructus terræ. Cuius ratio
eſt, quia dãs ponit partem bonum, & terram
& alter partem boum, quam videtur emiſſe
rationem æſtimationis,& operas .

7 Septimo † quæritur, circa aĩalia groſſa in
ſpecie quid iuris circa multas ſocietates quo-
tidie factas? Et reſpondeo per multas conclu-
ſiones corollarias ad prædicta , & dubiorum
deciſiuas. ¶ Prima. Si dans det accipienti bouẽ
& vitulum nutriendos ad annũ, ſic quod tunc
eis venditis dans accipiat ſuum capitale, & lu-
crum diuidatur, eſt licitum, ſm̃ Arc. ſi dans re-
tinet in ſe periculum fortunę, & accipiens nõ
obligetur ei in aliquo ſupplere , ſi aĩalia vẽde
rentur, minus, q̃ fuerant empta, & alias capita
le eẽt ſaluum, quod nõ licet. ¶ Secũda. Si dans
det duos boues ſub ſextario frumẽti ſingulo
mẽſe eſt locatio licita , ſi dans retinet in ſe pe
riculum, & arbitrio boni viri penſio ſit hone
ſta: ſi autem de periculo mentio non fiat, ſi in
tendit capitale eſſe firmum vſura eſt. Si verò
intẽdit ſubire periculum fortuitũ , eſt licitus
cõtractus, etiam ſi vellet accipientem ſubſta
re periculo damni emergentis ſua culpa, aut
ſuorum. Si verò pactum dicit , quòd accipiẽs
ſtet periculo fortunæ , eſt illicitus, etiã ſi hoc
fiat ſolum, ut accipiens ſit diligentior, cũ intẽ
tione tñ, quòd in veritate nõ ſtet, ſcd̃m Veru.
quia ſcandalizatiuus . ¶ Tertia ſi dãs det ſuos
boues æſtimatos cũ hac cõditione quòd arẽt
ſibi ad annũ duodecim bubulcas terræ, & deĩ
de vendantur: & extracto prius capitali reſi-
duũ lucrũ de bobus ſit cõe, vel ſm̃ certas par
tes diuidatur: eſt licitũ ſi dãs retinet in ſe peri
culum, & ſatisfaciat accipiẽti de opera ſua in
cultura terræ arbitrio boni uiri, in quam ſatiſ
factionem cedit medietas lucri boum , quod
lucrum, ſi nullum eſſet, teneatur dans ſatisfa
cere de ſorte boũ pro expẽſis factis arbitrio
boni viri . ¶ Quarta . Si dans dat duos boues
ad laborãdum per annum æſtimatos, & expẽ
ſis accipientis nutriendos , cum hac condi-
tione, ꝙ accipiẽs ĩ fine anni reddat quartam
partem lucri, & boues, vel æſtimationem, aut
tantũ minus ea quantum eſt quarta pars dam
ni , ſi dãna ſuperuenerint, contractus eſt illi-
tus, quia capitale eſt ſaluũ pro parte cũ non
pereat danti , niſi pro quarta parte , erit autẽ
licitus, ſi intelligatur de damno dato emergẽ
te ex culpa accipientis, vel etiam de cauſali, ſi
accipiens non faceret conſtare de eo. ¶ Quin
ta. Si dans det uaccam æſtimatam cum fœtu :
& fructu nutriendã, & conſeruandam expẽſis
accipientis, ſed periculo cauſali dãtis ſub hac
conditione, quòd de primis fœtibus, & frũcti
bus ſatisfiat danti de capitali, & reſiduum di-
uidatur, quidã dñt, quod licet, ex quo dãs ſub
ſtat periculo, ſed hoc probat ibi nõ eẽ vſurã:
cũ quo ſtat, quòd ſit iniuſtitia, q̃a ſoluto capi
tali, ſi oĩa perirent accipiens perderet expen
ſas, & operas : unde melius dicunt alij , quòd
non licet. ¶ Sexta , ſi dans dat duas vaccas ad
arandum ſub hac conditione, ꝙ de primis ea
rum fructibus accipiat medietatem pretij. &
deinde ipſe ſint cões danti , & accipienti : &
ſimiliter fructus: hoc addito , quod accipiens
de danti ſingulo anno ſextarium frumenti ,
cõtractus eſt licitus, & magis locatio, q̃ ſocie-
tas: quia dãs locat vnam vaccam, quæ eſt ſua ,
quæ arat, & fructificat pro fructu, & ſextario
frumenti: & loco paſtus accipiens habet fœ-
tum uno arbitrio boni uiri poſſet etiam fœ-
tus eſſe dãtis, ſi vacca arãdo paſtum lucraret.

¶Septima. Si dans det duos boues æstimatos, q iustè possint locari sub pensione duodecim sextariorum frumēti, & locet sub pēsione sex tariorū octo, sed sub hac conditione, qđ acci piēs subistet periculo tertiæ partis boū: cōtra- ctus est licitus: quia licet pars capitalis sit sal- ua, tñ ipsa salua empta est quatuor sextarijs: vnde ibi est assecuratio, vide ēt inf. §. 9. part. 2.

8 OCTAVO † quæritur, in genere, quid iuris cir ca animalia minuta? Et dico seruanda esse pa- cta, & consuetudines conuenientes arbitrio boni viri, secundum ea, q̄ dicta sūt su. de aïali- bus grossioribus excepto, qđ hic societas bre uiori pōt tpe finiri; puta, triēnio: si vero non appareat consuetudo, aut conuentio, secūdū p̄dicta extrauagantia iura, vt dicit Ang. socie tas durat per tres annos, & accipiens tenetur de damno sua culpa: dās vero subistat pericu- lo fortunę, & in fine capitale est dātis reliqua autem diuiduntur sub certa forma ibi tradi- ta, & per Supp. recitata, quæ melius saltem in conscientia committitur arbitrio boni viri: quia in hoc generalis regula dari non potest propter varietatem regionum, & pecudum.

9 NONO † quæritur circa animalia minuta in specie quid iuris circa multas societates vsita tas? Et respondeo per multas conclusiones, co rollarias ad prædicta, & dubiorum decisiuas. ¶Prima si quis ponat 20. capita, & alius toti- dem, vel 10. & cōicant omnia pericula, & dā- na, & lucra pro rata eius, ꝙ posuerunt, est lici tū, & pacisci possunt tales, ꝙ de fœtib. recupe rētur capita mortua, aut de velleribus emant capita ad augendū gregem. ¶Secunda. Si dans dat certa capita æstimata hoc pacto, vt ex pri mis fructib. & fœtibus totum capitale restitua tur, anteq̄ accipiēs accipiat aliquā vtilitatem; pactum iniquum est, scđm Vld. & Io. de Lig. & ratio, quia nimis grauatur accipiens: quia in- staurato capitali: si omnia perirent, perderet operas, non tamen est vsura: quia capitale nō est saluum. Et hac ratione dicit Lau. de Rid. ꝙ licet, & similiter si paciscatur, ꝙ anteq̄ rusti- cus accipiat aliquid, restaurentur ex fœtibus omnia mortua est iniquum: quia hoc est quasi tradere oues immortales, sed si paciscatur, qđ ante omnia reddatur medietas sortis, & dein de oïa sint communia, tam capitale, q̄ pericu la, & dāna, idē est ac si mutuasset ei ptium me dietatis sortis, & licitum est, nisi in petitione fructuum minus grauetur accipiens, qui po- nit medietatē, capitalis, & operæ, de quo dic, vt sup. §. 6. par. 4. ad fin. ¶Tertia. Si dans dat in socidam alicui ouem, aut vaccam emptam ab eodem, cum tamen nullam, quam venderet, haberet sub certa pēsione, scđm Mo. si sciuit, aut credidit, quod eam nō hēret, vsura est, vel saltem præsumitur factū in fraudem vsurarū, & idem de scienter emētibus fructus terrarū ab is, qui eas non habent. Si vero sine fraude bona fide emptio hmōi fiat, non est dicendum emptorē peccare quādiu durat bona fides, ꝙ limita si capitale stat periculo tradentis. ¶Quarta. Si dans dat decem, & accipiens, po- nit alia decē, & iterum dans ponit alia decem contra operas, & expensas accipiētis, & in fi ne æqualiter diuidunt, est licitum. ¶Quinta. Prædicta etiam omnia, quæ circa hmōi aïalia minuta, & grossa possunt accidere, vt ex di- ctis patet, diffiniri possunt per regulam dictā in prin. §. ꝙ seruatis duob. nunq̄ erit ibi pecca- tum. Primum quod capitale non stet in toto, vel in parte periculo accipientis quantum ad casum fortuitum, nisi, s. interueniret alius con tractus, s. assecurationis. Secundo, quod arbi- trio boni viri neutra pars grauetur notabili- ter plus quam alia consideratis omnibus cir- cunstantijs. Et ratio est, quia in his contracti- bus non potest esse peccatum, nisi vsuræ, vel iniustitiæ, quæ auferuntur per illa duo.

10 DECIMO † quæritur, quid iuris qñ animalia tradūtur sexto modo, s. quia ipse modus exce dit a memoria hominum? Et dico, quod iudi- cabitur ſm quod consuetū est talia dati, §. qui assidua. & si de consuetudine non constet, p̄su metur contractus innominatus, l. 2. ff. de p̄scr. verb. & sic censebitur societas, & fiet secundū quod exigit ius societatis, vel saltē accipienti si et recmpēsatio sumptuū, & laboris, & hoc actione mandati, ex quo impositione domini pascenda suscepit. l. 1. ff. mand. vel saltem actio ne in factum sine præscriptis verb. d. l. 2.

DE SOCIETATE TERTIO, determinatæ rei, quantum ad lucrum spirituale.

SOCIETAS tertio specialiter considerari pōt, vt est in spūalibus, sicut sunt quædam societates laicorū, quæ dicūtur alicubi cōfra ternitates, & quędā ecclesiasticarum persona rū, q̄ tamen non sunt religiones propriè cum non profiteantur tria vota, sicut Iesuatorum, & Azurinorum, qui portant vestes azurinas sine caputio cū manicis latis, & aliquorū ere mitarum, qui dicūtur de congregatione Bea ti Petri de Pisis, & similiū. De p̄dictis si quęrat quomodo licitæ sint, & qūo non, dico, vt sup. Confraternitas. §. 1. Vtrum vero liceat statu- tum qñ sunt laicorū, quod ingrediens certum

quid ſoluat, vide ibidem, §.2. Vtrum vero tũc aliquid ſoluere ſit ſimonia, vide ſu. Simonia, §. 15. par. 7. Vtrum vero tales poſſint percipere oblationes, & vota facta ad altare, ꝙ incolũt, dic, ꝙ non, ſi altare non ſit ſuũ ꝑ dicta ſup. Decima. §.2. par. 3. quod tñ fallit, ſi q̃d ipſi ex ſuis pecunijs faciunt, vt eo vtantur circa altare: quia illud nunquam vr̃ eſſe oblatum eccleſiæ, vel altari: & ſimiliter ſi quid offeratur ſocietati eorum, & non altari: ſicut aliquando fiunt ſocietati legata, & ſi quid tale factum, ex intẽtione ſocietati offeratur ſuꝑ altare, in dubio pſumeret̃ clericorũ; quia ipſi ſunt in poſſeſſione iuris percipiendi oblata, quæ iſto modo cõſueuerũt offerre; vnde dicẽs hoc nõ eſſe oblatũ, hoc ꝓbabit: quia regulariter ꝓbõ incũbit aſſerẽti. 6. q. 5. c. fi. & l. 2. ff. de ꝓba. Vtrum vero illæ aliæ ſocietates, quæ ẽt vulgo dicuntur religiones, ſint pſonę eccleſiaſticę; dic, quod ſic ſi viuunt regulariter in cõi ſuo habitu religioſo, vt ſup. Eccleſia 1. §.5. Vtrum vero ſint religioſi, propriè dic, ꝙ non, vt ſu. Religio 1. §.1. Vtrum vero poſſint contrahere matrimoniũ, ſic, ꝙ teneat, dic ꝙ ſic, ẽt ſi vouiſſet in oppoſitum, quia eorum votũ non eſt ſolemne, vt ſu. Matrimonium 7. §.5. & Matrimonium 8 §.5. Vtrum vero poſſint retinere pecunias, ſine licẽtia ſuorũ maiorũ, dic, ꝙ ſic ex vi ſuarum cõſtitutionum, niſi ipſi particulariter ſe obligauerint: q̃a non ꝓfitẽtur paupertatẽ. Vtrum ãt poſſint retinere eleemoſynas ſibi datas; dic, ꝙ ſic, ſi datæ ſunt intuitu perſonæ eadem ratione: quia ſunt peculium eorũ propriũ: niſi aliter requireret ius naturale, vt quia in loco aliter non viueret̃, niſi talia cõicarẽtur, & alij ea cõicant, ſecus ſi dẽtur intuitu loci: q̃a talia sũt cõia omnium, & diſpenſanda per maiorem.

¶SODOMIA, ſup. Luxuria §.7.

SOLICITVDO dicta ẽ ex ſolertia, & velocitate, vt ſolicitus ſit ſolers citus; q̃a ex ſolertia animi eſt quis velox ad proſequendum agenda. 2.2. q. 47. ar. 9. Et eſt ſolicitudo ſtudium adhibitum ad aliquid conſequendum, 2 2. qõ. 47. artic. 9. ad tertium, & ſi ſit circa ſpiritualia eſt bona, & multiplex, vt dicit S. Doct. 1. Cor. 7. Si vero circa tpalia eſt illicita tripliciter, ſ. ſi in eis ponatur finis, vel ſuperfluum ſtudiũ, vel adſit timor ſuperfluus, 2.2. q. 55. ar. 6. qñ. ſ. inquit, aliquis timet ne faciendo, ꝙ dẽt, neceſſaria ſibi deficiant, quod dominus multipliciter excludit. Matt. 6. & hoc vr̃ veniale, mortale aũt eſt per accidẽs rõne finis, vel ſi omittantur neceſſaria. ¶Quid autem ſi quis cõfidat q̃dem, quo ad neceſſaria de Deo, ſed timet ne deficiãt ſibi commoda? Et dico, ꝙ ſi anxietur non eſt ſine veniali, quia debet carere cõmodis, ſi Deus vult, ſecundum illud 1. Pet. 5. Solicitudinem veſtram in illum proijciẽtes. Quęrere autem temporalia non vt finem, ſed ad ſuſtentationem, & cum ſtudio moderato, i. loco, & tempore, & ſine anxietate, non eſt peccatum, de mente S. Th. 2.2. vbi ſup. quia in ſudore vultus paramus nobis panem.

SOLIDI appellatione lex intelligit aureũ: aurei vero 86. modo faciunt libram aureĩ. Vide Pan. in c. conquerente. de offic. ord. & in c. conquerente. de cler. non reſi.

DE SOLVTIONE.

1. *Solutionis quot ſunt ſpecies.*
2. *Solutio ex qua moneta fieri debeat.*
3. *Soluere quis teneatur, aut poſſit.*
4. *Solutio cui fieri debeat.*
5. *Solutio quomodo ſit facienda.*

SOLVTIO propriè eſt eius, quod dẽtur redditio. Inſt. quibus mo. tol. oblig. in prin. ſed largè eſt ab obligatione liberatio quocũque modo, ff. de ſol. l. ſolutionis nam qualitercunque ſatisfactum ſit creditori ad voluntatem ſuam, pro ſoluto habetur: licet ſolutum non ſit, ff. de pig. act. l ſi rem alienam. §. omnes, q̃d̃ no Gof. & Holt. in Sum. eo. tit.

PRIMO † vero quæritur, quot ſunt ſpecies ſolutionis? Et dico, quod duæ, vna. ſ. naturalis, i. vera, quæ fit per veram redditionem eius q̃d̃ debetur, alia vero ciuilis, ſeu imaginaria, quæ fit multis modis. Primo nouatione, quando. ſ. extinguitur obligatio prior, & in aliam ciuilem, aut naturalem transfertur, ff. de noua. l. 1. Secundo, delegatione, quãdo, ſ. vice ſua datur alius creditori, vel cui ipſe iuſſerit, ff. de acceptatione, leg. 1. Tertio obligatione facta loco & tempore congruo, C. de ſolu. l. obſignatione, ff. eo. l. ſi ſoluturus. & l. qui decẽ. ff. de pig. l. creditor, non tamẽ prodeſt oblatio, niſi cõſignetur, C. de vſur. l. 2. & l. acceptã. oportet ẽt quod fiat, cui debetur, vel eo abſente iudici, aut ſi iudex deficiat, honeſtis perſonis, C. de vſur. l. ſi creditrici, de offi. ord. paſtoralis, in fi. & quod res depoſita duret: quia ſi in ſuos vſus conuertat, non eſt tutus offerens, l. debitor, ff. de vſur. Si autem amittatur, nihilominus debitor eſt liberatus, ff. de arbit. l. arbiter, la 2. ff. depoſi. l. 1. §. ſi pecunia in ſacculo.

SECVNDO † quæritur ex qua pecunia, & ſecũdum quem valorem ſoluendũ ſit? Et dico multa. ¶Primum. Quacunque diſpoſitione cõtractum ſit debitum ſemper ſolutio fieri dẽt, ſm monetam, quæ currebat tempore contractus de-

debiti, vt sup. Gabella, 2. §. 9. & si non reperit, puta quia est reprobata, vel diminuta in põdere ratione attonsionis, vel per longũ vsũ corruente argẽto ex superficie effecta est grossa, vel quocunq; alio modo perpetuo est altera ta soluenda est eius æstimatio. ut cõiter tenẽt Legistæ in l. Paulus. alias incipit, creditorem, ff. de sol. & in l. minorem. C. in qui. cau. in inte. rest. non est nece. & Canonistæ in c. quanto, de iureiur. & in cap. olim. de censi. quod quidẽ licet Bar. in d. l. Paulus, limitet uerum quando talis diminutio cõtingit in moneta grossa, nõ in minuta: tamen d. Ant. in d. c. quanto. & sequtur Pau. ibi, hoc tenet in vtraque indistincte, quando deterioratio directe contingit ipsam pecuniam: puta, quia duo antiqua nõ valẽt nisi vnum de nouis. Si aũt alteratio non est perpetua, sed ad tps, sicut quotidie florenus magis valet vna die q̃ alia cõiter tenẽt, ꝙ hæc variatio non dẽt attendi, arg. optimum l. pretia rerũ. ff. ad leg. Fal. q̃a sicut creditor vellet, ꝙ sibi solueretur plus si plus valeret, ita eã recipere debet si valet minus sicut uoluit Bart. in d. l. Paulus & alii cõiter, quod satis est æquũ. Putat tamen Pan. ꝙ si non esset spes quod de ꝓximo hẽt augmentum, dr̃et haberi respectũ ad æstimationem quæ erat tpe mutui: quia nõ hẽt eam bonitatem respectu cursus, quã tunc habebat: maxime quia põt esse, quod nunquã cresceet: arg. in l. iurisperitos, ff. de excus. tut. & eius quod no. gl. in cle. 2. de rescrip. sed tñ forte ista limitatio, q̃ sequitur Sum. Ang. & Ros. non est de mente illorum Doctorũ, & multo minus eorum, qui uolũt ꝙ etiã de reprobata moneta possit fieri solutio: quia bene sciebãt, ꝙ aliquando longo tpe valor floreni non crescit. & per accidens se habet ad pecuniã tale augmentum fundatum non in uoluntate principis sed in instabilitate rerũ, & multitudinis priuatæ. Et si quæratur quid si moneta non sit deteriorata ĩ se, sed reprobata: dico, ꝙ hoc fit perpetuo, & in totum, vt quia princeps ex toto eam reprobauit quantum ad cursum, non potest de ea fieri solutio secundum Spe. eo. ti. & Pan. post Io. And. & D. Ant. in d. c. quanto. & Iac. & Ordo. & Bar. in d. l. Paulus, & est cõis opinio, licet Cy. & Pe. in d l. ĩ minorũ & Host. in d. c. quanto. tenuerit contrarium. Et rõ est, quia non est verum fundamentum aliorũ, s. ꝙ moneta ista reprobata habeat eandẽ bonitatem intrinsecam: quia moneta magis consideratur rõne cursus, & usus, q̃ ratione materiæ, vt vr̃ tex. in d. c. olim. & facit et c. eiciẽs. dist. 88. Si vero sit reprobata perpetuo quidẽ, sed in parte: puta, q̃a princeps nõ vult, quod expendãtur nisi pro tanto, ẽm Old. & Pld. in d. l. in minorum. & D. Ant. in d. c. quanto debet solui æstimatio tpe contractus, quia eadẽ rõ quæ est de toto, & de parte, argum. l. quæ de tota. ff. de rei vend. & c. pastoralis, §. item cum totum, de off. del. & vr̃ probari in d. c. olim & vr̃ æquius, ꝙ magis placet Pan. quam dictum Iac. de Are. & Bar. in d. l. Paulus. & Host. in d. c. quanto. dicentium contrarium. Et procedunt prædicta etiam si debitor nõ fuit in mora: q̃a si fuisset in mora, non est dubium apud Doct. quin ad illum omne periculum pertineret & teneretũ reddere ẽm æstimationem, quæ erat tempore quo soluere tenebatur. ¶ Secũdum: Si quis autem ex testõ reliquit centum, quæ hodie minus valent ex alteratione perpetua: debet attendi valor tpe testamenti conditi, licet testator postea superuixerit in tantum ꝙ moneta sit mutata: quia de eo vr̃ sensisse testator, ut in l. vxorem. § testõ, ff. de leg. 3. Et ita consuluit Old. & sequit Pe. de Anch. in d. cap. olim. & Io. And. in addi. ad Spe. & Pan. in d. c. quanto. Et idem dic eadem ratione in præcepto arbitrorum, ẽm Oldr. & idem dicit Pano. vbi sup. in præcepto iudicis condemnantis ad certam quantitatem: & per illam l. vxorẽ. Dicit tamen Ludo de Ro. quod si legantur decẽ floreni, qui tpe solutionis plus valent, quã tẽpore testamẽti, tps solutionis attẽditur, dicẽs de hoc esse casum singularem in l. cum certũ. ff. de au. & arg. lega. nisi hæres fuerit in mora. vnde & Bart. in d. l. cum certum. dicit quod si debitor promisit florenos cẽtũ, iam sunt duo anni, debet soluere ẽm æstimationem, quam nunc valent, nisi esset in mora: referens se ad no. per eum in l. 1. ff. de au. & arg. vbi dicit hęc esse vera, si soluitur pecunia ære non cõtaminata; quia si debes mihi certum pondus argenti ad ligam Perusinam, si vis soluere pecuniã argenteam eiusdẽ ligæ, admitteris, secus si cõtaminatam ære, vt sestrinos quia nõ admitteris ad quod est tex. in l. 1. C. de fabri. lib. 11. & de cano. fru. vr. Ro. l. neminem. & l. ad hoc.

¶ Tertium. De condemnatione autem, quæ fit rõne statuti: puta quia, cauetur, vt pro tali delicto soluantur libræ centũ, & deinde alteratur moneta perpetuo: dicit Spec. ꝙ solui dẽt de moneta currente, ad cuius mutationem debet ĩtelligi mutatũ esse statutũ, & idẽ dicit de salario constituto officiali per statutũ: sed Pã. in d. c. quanto. dubitat de hoc, quia statutum voluit cõmẽsurare pęnã delicto. Sed tene primum: quia pœna condigna non statuitur pũ-

ctualiter, & salua iustitia posset in plus & minus aliqualiter variari: & idem de salario quādo est ex statuto: vnde de vtroque idem tenet Zen. in cle. 2. de deci. & idem Io. ibi. ¶ Quartum. De solutione vero quæ faciēda est ex mādato, vel gratia alicuius domini: vt si princeps concessit alicui centum florenos annuatim. dicit D. Anto. in d. c. quanto. ꝙ si dñs ignorabat valorem monetæ, soluetur ſm cursum currentis, ſm glo. & Land. in c. 2. de deci. si uero sciebat soluetur ſm æstimationem, tēporis gratiæ, vel mandati. ¶ Quintum. In qua autem pecunia possit, aut debeat solui mutuū, dico concludendo mentē Bar. in d. l. Paulus, & concludendo mentem Doctorum, ꝙ si mutuaui centum libras in florenis, satis est restitui centū libras, etiam ī alia moneta: quia videor in æstimando illos florenos eos vendidisse: sicut dicimus in dote cum tradita est æstimata. l. cum dotem, C. de iu. do. & idem in deposito. Si vero fuit dictū, mutuo, vel depono centū libras in florenis volo restitutionē mihi fieri in florenis: tunc periculū & cōmodum diminutionis, & augmenti pertinet ad debitorē seu depositariū: vnde tenetur restituere in florenis ſm æstimationem currentē tpe solutionis faciendæ. Si uero fuit factum mutuum sic: puta, mutuo tibi centum florenos: tūc si sum passurus aliquod damnum recipiēdo in alia forma: puta Florentinos pro Senēsibus: recipere nō teneor, vt d. l. Paulus. Si uero nullum damnum patior, tunc in alia materia recipere non teneor, puta argentum pro auro: quia mutuum dēt restitui in eodē genere, & eadē bonitate, d. l. cum quid, ff. si cer. pet. & aliud ꝓ alio inuito creditorē solui non potest l. 2. ff. cer. pet. in eadē aūt materia, sed in alia forma tenet̄ recipere ſm cōem opi. d. l. Paulus, consuetudo tamē est in aliquibus partibus, ꝙ in alia materia possit restitui, quæ seruanda est: quia tacite vr̄ contractum ſm loci cōsuetudinem, vt l. quod si nolit, §. quia assidua, ff. ædi. edi. ſm Bart. vbi sup. & ita cōsuluit Oldr. In deposito autē vide tex. no. in l. in naue Saupheli, ff. loca. & satis vr̄ considerādum quid fuit tacite actum, an. s. pecuniam depositam cōfunderet cum sua, vel teneret separatam. Vide de his Panor. in d. c. quanto. ¶ Sextum. Si debitor non habens pecuniam ad soluendum, offerat rem meliorē, tenet̄ creditor accipere, auth. hoc nisi. C. de sol. ecclesia tamen non tenetur offerre meliorē, sed alia, ut in auth. hoc ius. C. de sacrosan. ecc. ¶ Septimum. Pro operis locatis pecunia tantū soluenda est, cum est promissa, vel si non est promissa cum est consuetum: quia secundum consuetudinem tacite cōtrahitur, d. §. quia assidua, ꝙ tamen Archi. dicit fallere vbi cōductos pecuniam soluere non potest, quo casu si locator damnum patitur, vt quia rem datam, puta pannum, eodem pretio vendere nō pōt, tenetur emendare conductor. Si vero cautū est in principio, ꝙ pro solutione daret̄ res aliqua, puta pannus, non est peccatum dare eū per se vel per alium iusto pretio currēte: & si locator operarum tale pretium rehabere nequiuerit, non tenetur emendare conductor: ꝗa scienti & cōsentienti non fit fraus neq; dolus, de reg. iur. li. 6. Et idem si non sit cōuentū de tali re danda, sed tñ sit consuetum ꝓp d. §. quia assidua. Si vero per se vel alium dedit rē pretio maiore, q̄ sit iustū, tenetur de pluri illo locatori, ꝙ tamen ſm Archi. fallit, cum locatori a principio instructus consuetudine sciuit rem sibi dādam tali pretio, sicut si locauit operas pro decem, sciens quod daretur sibi pannus pro decē, ex quo habere non posset nisi sex: quia idē est, ac si conuenisset pro sex, unde & si sex tantum peteret a cōductore, & ille daret, liberaretur, quia tamen intelligit, si iustum pretium operarum, ſm cōem æstimationem sit sex, quia si esset decem, conductor teneretur de quatuor. Sed tamen hic aduerte quod iustum pretium operarum accipiendum est ad modum rerum venialium, de quo sup. Emptio. §. 6. unde est illud, in quo conueniunt, cessantibus his, quæ dicta sunt ibi, nec semper est idem, vel æquale sed aliquando tāta est penuria uictus, quod ipse expensæ poterunt esse pretium iustum.

3 Tertio † quæritur, quis soluere teneatur aut possit? Et dico ꝙ tenetur is, qui est obligatus, siue sit principalis siue fideiussor, & tutor, ac curator, vel alius hñs administrationē, qui tenetur soluere debitum eius cuius curā gerit l. quoties, §. sicut autem, ff. de adm. tut. & prælatus debitum prędecessoris pro necessitate suæ ꝑsonæ, vel pro necessitate, aūt ēt utilitate ecclesiæ contractum, extra eo. c. 1. alias nec ecclesia nec successor tenetur 10. q. 2. hoc ius, de fideiuss. ꝙ quibusdā, & idem puto de successore in dñio temporali, & similiter tenetur soluere hæres debita defuncti in totum vel in cōscientia, quantum se extendit facultas hæreditatis. vt supr. Hæreditas 3. §. 5. Legatarius autem non tenetur, nisi quando hæreditas non est soluendo, ꝗa tunc æs alienum præcedit legata, ut sup. Restitutio sexto. ¶ Potest aūt q̄libet pro alio soluere, etiā si debitor hoc ignoret, &

ret,& non velit.ff.eo.l.ſoluere.ff. de neg.geſt.
l.ſoluendo,&tenetur debitor ſoluere præfa-
to ſoluenti pro eo, ſi modo ſua intererat, vt
ſolueret.l.cum pecuniam,ff.de neg.geſt.

4 QVARTO †quæritur,cui debet fieri ſolutio? 5
Et dico multa.¶Primum ſoluendum eſt credi
tori,vel eius ſucceſſori,cui competit actio ob
ligationis,ſi tamẽ ſit mẽtis compos, & maior
35.ann.vel alteri de mandato ipſius etiã ſi cre
ditor ſit accuſatus ad mortem.ff. eod.l.reo.C.
eo.l.nihil intereſt,poteſt etiã fieri eius ſocio,
ſi vtrique eſt obligatus inſolidum. ff.de pac.l.
ſi vnus.& ff. de duo.re.conſt.l 2.& 3.& not.in
c.ea te.de iureiur.aut etiã procuratori eius,q̃
uis ſit reuocatus, & ignoret reuocatio.l. eius,
ff.ſi cer.pe.Aduertẽdũ eſt tamẽ hic, ꝙ ſoluens
filiofamilias ſine conſenſu patris, aut minori
ſine conſenſu tutoris,vel curatoris,nõ ſatisfa
cit,l.1.& per totum.ff. ad Mace. & l. pupillus.
ff de act.& obl. niſi ſolutum ſit conuerſum in
vtilitate pr̃is,vel minoris.l.1.& 2. C. ſi aduer.
cre.& l.quod ſi fortè,§.fina.& in pupillo.ff.de
ſol.¶Scd̃m. Vtrum autem liceat mihi ſoluere
creditori creditoris mei.Bar.in l.ſolutũ.§. ſo-
lutam,ff.de pig.act.diſtinguit.Si enim iſte cre
ditor creditoris mei habet bona obligata,vel
vt alij dicunt, ſi ſecundus debitor eſt debitor
ex eadẽ cã cum primo;puta,q̃a cõduxi domũ
ab eo,qui ab alio conduxerat,ſic liberor ipſo
iure etiam creditore meo inuito.l. vtrũ p̃ſen
te,ff.de conſt. pec.cum poſſem ab eo cõpelli.
l.nomen.C.quæ res pign.obl.poſ. ſimiliter qñ
talis factus eſt creditor propter me;puta,quia
creditor meus gerendo negotia mea accepit
mutuo ab eo,vt in l.ſi liber hõ.ff.de neg ge. Si
vero cauſa ſit omnino ſeparata a mea,ſi ſit eo
volente,indubiè liberor,l.inuito,ff.de ſol.& l.
pen.& fi.ff.de neg. geſt. Si vero eo ignorante
contingit liberatio ope exceptionis,l.ſi ope-
ra.ff.de doli excep.glo. tamen tenet indiſtin-
ctè,quod liberatur.Inſt.q̃b.mo.tol.ob.ĩ prin.
& d.l.pe.Sed Bar. verum dicit in foro conten
tioſo.gl.vero in pœnitentiali:quia ex quo cre
ditor,etiam ſi erat inuitus, ex tali ſolutione li
beratur.d.l.ſoluendo.ſatisfactũ eſt rei. ¶Ter-
tiũ.Recipiens ſcienter ſolutionem alteri debi
tam,furtũ committit,ſm gl.in c.cũ te. de iure
iur.niſi creditor ratũ habuerit tale.l.falſus, 3.
ff.de furt. qd̃ verũ eſt,ſecũdum Pan. ibi ſi ſine
iuſta cã recepit,ſecus ſi ex iuxta;puta, q̃a cre-
debat ad eũ ptinere, vel quia erat geſtor ne-
gotiorũ creditoris.Quis aũt in ſolutione ſit p̃
ferendus,vide ſu.Reſtõ 6.§.5. & adde, qd̃ qui
pecuniam dedit mercatori facienti diuerſa ne
gotia,pręponitur in ea negotiatione alijs,qui
dederunt in alijs negotiationibus.tex.eſt in l.
procuratoris.§.ſi plures.ff.de tribu.ſecũdum
Io.Plagi.& Ludo.de Rom.& Innoc.

QVINTO †quæritur,de quo, & q̃uo ſit ſoluẽ
dum,maximè ab impotente? Et dico multa.
¶Primum. Soluendum eſt de eo, quod eſt in
obligatione;quia vnum pro alio ſolui non po
teſt non conſentiente creditore.Inſt.qui. mo.
tol.obl.§.1.qd̃ tamen fallit in eccleſia debitri
ce.d.authen. hoc ius & in eo,qui debet aurũ,
in cuius ſubſtãtia aurũ non inueniẽ.C. de ſol.
auth.hoc niſi debitor.& ff.de le.1 l. ſi domus,
§.qui confitetur.& in eo,qui debet ſeruũ, cu-
ius vult ſoluere pretiũ:quia dicit eum ſuũ co-
gnatum, & in noxali actione, ff.de re iu.l.mi-
les,§.1.& 2.& in pecunia,vt ſu.§.2.par.5. Sed
qñ non habet debitor, quod debet ſoluere,&
ſunt diſtrahẽda bona ſua p ſolutione; primo
incipiendũ eſt a mobilibus,& ſi nõ ſufficiunt,
ad immobilia veniẽ, poſtea ad iura, & ſi non
inuenitur emptor,dãtur creditori in ſolutum
l.a diuo Pio.ff.de re iud.¶Secundum. Qui aũt
conuenitur,& non habet vnde ſoluat, ſi debi
tor eſt ex maleficio,poteſt verberari, 14.q.6.
ſi res.& ſic amplius conueniri nõ poteſt.d.ca.
ſi res.quod limita quando creditor exegit ver
bera p debito,aliàs benè teneẽ ad intereſſe,ſi
verberetur pro maleficio,ar.2.q.2.fraternita
tem.Si vero eſt debitor ex cõtractu,vel quaſi,
tunc cedat bonis,de qua ceſſione habes.ſu.Re
ſtõ 7.§.6.¶Tertium. Si autẽ quis teneẽ ſub al
ternatione regulare eſt, quod electio ſit deb-
toris,vt in l.plerunque.in fi.ff.de iure dot.cũi
concor.poſitis in glo.¶Quartũ. Tenetur autẽ
debitor adire domũ creditoris eo modo, quo
ſupra,Obligatio.§.9. & ſimiliter ſi eſt in mo-
ra quod vult eam purgare. l. cum quid. C. de
cond. inſer. & ſimiliter ſi obligatio eſt ſolum
ad hoc ſi vult acquirere, etiam ſine monitio-
ne,ſcd̃m Bar.in l.item illa.ff.de conſt pec.ſiue
commodum ſit perſonale,vt quia relinquitur
libertas ſeruo,ſi ſoluat decem, & hmõi: ſiue
ſit burſale;puta, quia alicui legantur iocalia,
ſi ſoluat veſtem.d.l.cum quidam. In caſibus ta
men iſtis, vbi quis tenetur adire domũ credi-
toris,ſufficit eum quærere apud vicinos,& no
tos,& in locis in quibus eſt ſolicitus conuerſa
ri,non autem per loca clandeſtina.ar.2.q.2.bi
duum,vt voluit Bar.in d.l.item illa. & ſequiẽ.
Pan.in c.ſignificante,de pig. ¶Quintum.Mit
tens aut debitũ,per nuntium infideliter ſe ha
bẽtem an excuſetur.Pan.in d.c.ſignificante.di
ſtinguit. Si enim ſpecies erat debita, & ipſa re

mittebatur per nuntium, qui putatur fidelis, periculũ pertinet ad creditorem. Et ratio est quia casus fortuitus nõ imputat, ex quo culpa non pcessit.ca.vnico.de cõmo.Si vero erat quantitas debita,q̃ mittebat,perijt piculo debitoris.Rõ est,quia eo ipso,ꝙ pecuniam mihi mutuasti,meã fecisti.l.2.ff.si cer.pet. & ideo si perijt antequam veniret ad manus creditoris mihi perijt;quia adhuc erã dominus.no.Bart. in l.eum qui.ff.comm.sed pœnam,si erat apposita, non incurrit.¶Sextum.An autem repetere possit,qui soluit in debitum ignorãter;dic, vt su. Restitutio 2.quasi propè finem,qui vero soluit scienter,donasse videtur l.cuius per errorem,ff.de re iud.exceptis solutis per vsuram,quæ repeti possunt,de iureiu.debitores.

6 Sexto †quæritur, qñ debet fieri solutio? Et dico scd̃m Io.de consecr.dist.1.solet.quod aut dies est adiectus fauore debitoris, & p̃t pueniri,aut fauore creditoris,& si non p̃t pueniri.l. eũ qui.ff.de annu.l.Silr non p̃t q̃s repetere,ante tempus debitũ.c.vnico. de plus peti, nisi in casib.Primo in viro vergẽte ad inopiã.Secundo in debitore fugiente.l.ait prætor.§.debitorem.ff.de his,q̃ fi.in frau.cred. Tertio in debitore suspecto, qui cogi potest dare cautionẽ. l.si fideiu.§ fi.ff.q. satisd.cog.ꝙ limita,nisi fuisset suspectus tempore contractus, quia nõ cogeretur. Si vero dies non est adiectus,dic vt sup.Mora.§.1.& 4.& Obligatio.§.9.

¶Sors,& sortilegiũ declarant inf. Supstitio.

¶Spectacvlvm quantum ad pertinẽtia ad illud,declaratur sup.Ludus,& sup.Chorea.

DE SPONSALIBVS.

1 *Sponsalia quid,& eo nomine quid contineatur.*
2 *Sponsalia quis, qua ætate, & per quos possit contrahere.*
3 *Sponsi an possint sponsalibus contradicere.*
4 *Sponsaliorum quis sit effectus.*
5 *Sponsalia quomodo contrahuntur,& quibus verbis, num.6.*
7 *Votum simplex castitatis an impediat sponsalia de futuro.*
8 *Sponsalia qualiter contrahantur sub pœnis,& pignoribus.*
9 *Arrha sponsalitiæ an permittantur.*
10 *Sponsalia quõ soluantur,& an ipso iure,num 11.*

Sponsalia dicta a spondeo,quod est, pmitto,sunt futurarum nuptiarũ promissio secundũ S.Tho.in 4.dist.27.Rayn.Gof.Petr.& Alex.& 30.q.5.nostrates.& ff.eo.l.1. Sed intellige primo promissio mutua,quia scd̃m Veru. contrahi non possunt ex altera parte tantum, nec claudicare sicut matrimonium: vnde secũdum eũ, si vir accepta manu vxoris dicat, do tibi fidem de te in vxorem accipiẽda: & illa nullo modo ostendat se acceptare,re vera nõ sunt sponsalia, ille tamen tenetur eam ducere,si illa voluerit,quod intellige,si illa voluerit incontinenti,& non aliter, cum non acceptauerit statim, nec sunt sponsalia consequenter,ar.l.continuus,de ver.obl. Si tamen ostenderit se acceptare; vt quia inter eos agebatur de sponsalib.aut matrimonio, & illa requisita spontè manũ dedit ad fidẽ recipiendam,& huiusmodi essent contracta spõsalia.Intellige ẽt quo ad ecclesiam, si coniecturæ de hoc essent probabiles.Intellige secundo promissione nuda, aut vestita: quia aliquando contrahuntur promissione nuda,vt si dicat vir, accipiã, aut ducam te in vxorem, & illa respondeat,accipiã,aut ducam te in virum,vel econtrario.Aliquando vero subditur iuramentum aliquãdo arrhæ sponsalitiæ,aliquando etiam pœnæ.

1 Primo †vero quęritur,quod veniat nomine sponsæ,aut sponsalium, aut sub quo noĩe veniant ista? Et dico duo. ¶Primum.Secundum S.Th.vbi sup. sponsus dr̃ a sponsione coniunctionis matrimonialis per verba de futuro,& a responsione actus mr̃imonialis p verba de p̃senti; q̃a ex hoc ipso spondet matrimonij actum:tamẽ a prima,inquit, sponsione dicunt sponsalia propè, q̃ sunt q̃dam sacralia mr̃imonij,sicut exorcismus baptismi,hæc ex illo.Ex quibus elicit, ꝙ sponsalia large sunt, vbi quis contrahit p verba de p̃senti in legitima.s. ætate.Nomine igitur sponsaliũ propriè venit nõ solũ promissio per verba de futuro, vt dictũ est, sed ẽt matrimoniũ per verba de præsenti contractum ante pubertatem,nisi essent tales proximi pubertati,& malitia suppleret ętatẽ, iuxta dicenda inf.§.2. & tales secundum Arc. sponsi esse intelliguntur, & intellige propriè largè autem sponsi sunt qui matrimoniũ per verba de præsenti indebita ætate cõtraxerũt. ¶Secundum.Secundum Pano in rub.ext eo.in odiosis nomine maritatæ non venit sponsa, ppriè.Vnde si statuto cauetur ne maritata succedat,benè succedet sponsa: nec spõsa de præsenti venit noĩe vxoris, nec noĩe matrimonij veniunt sponsalia,vt idem dicit in c.tertio loco.de prob.sed indifferentib venit solum spõsa de præsenti, in fauorabilibus autem venit sponsa de futuro.Pro quo bonus text.est in l. nõsine.C.de bo.q̃ li.& ibi p Cy.& alios: vide etiã gl. Inst.de nup.§.sed & si vxor.27.q.2. in princ.Et hoc verum, nisi addatur qualitas distinguens; puta, maritata, cognita, & hmõi.

Se-

2 SECVNDO † quæritur, quis qua ætate, aut per quos possit contrahere sponsalia? Et dico multa. ¶ Primum. Quicunque potest contrahere mr̃imonium, pōt ét contrahere sponsalia, ſm Canones: licet sit secus ſm leges, ut patet in l. si quis officiũ. ff. de ri. nup. & in l. solet, de his, qui no. infa. & vlterius aliqui non possunt cō trahere matrimonium, qui tamen possunt cō trahere sponsalia: ut qui sunt ætatis legitimæ ad sponsalia, & non ad matrimonium. ¶ Secũdum. Secundum S. Th. in 4. distin. 27. sponsalia contrahi possunt, utroque contrahentiũ existente in fine primi septennii, vel post, vel parum ante. Pro quo scito, ꝙ contrahi possunt post septennium, & ex tunc valent, de desp. impu. si infantes. lib. 6 Si autem ambo, vel alter sit minor septennio, & contrahunt ipsi, vel parentes pro eis nihil agitur, nec oritur publicæ honestatis iustitia, ut ibi: nisi postea ratificēt. Si tñ multum propinquauerit illi termino, sedundũ S. Th. sponsalia tenent: quia ꝙ parũ deest, quasi nihil deesse vr̃. 2. Phy. quã appropinquationem quidam determinãt tēpus sex mēsium sed melius determinanda est, ſm conditionem contrahentium: cum in quibusdã magis acceleretur vsus rationis, quã in aliis. Hęc ille, qui intendit, ꝙ malitia suppleat ætatē, & concor. Host. & Innoc. ut recitat, & tenet Sũ. Conf. lib. 4 ti. 1. q. 5. & glo. in cap. iuuenis, de spon dicens quod discretio supplet ætatē, & Arc. & ut d. Pan. ĩ d. cap. iuuenis est cōis opin. & hoc sequitur Sum. Cōf. & Pis. & Arch. Sup. & rationabiliter: quia non vr̃ ratio quare nō debeat malitia supplere ætatem in proximo septennio, quo ad sponsalia, sicut supplet prudentiam in contractu matrimonii, non obstãte, ꝙ hoc nullo iure cautũ inueniatur expressè: quia expressum est in aliquo eiusdem generis, s. in matrimonio, & vr̃ ratio maior desponsalibus, quia sunt magis solubilia. Pau. aurē in d. c. iuuenis. adductus quibusdã friuolis tēnuit contrarium, s. ꝙ requiratur septennium completum, & sequitur Summ. Ang. & Ros. cōtra Su. Si autem maior septennio contraxit cum minore, licet sponsalia non tenuerint, etiã ex parte maioris, quia non claudicant, tenetur tamen expectare minorē, cui fidem dedit, si forte manere uelint in eodem proposito, secũdũ Arch. alias peccat propter fidem mentitam. ¶ Tertium. Determinatur aũt idem tp̃s in masculo, & fœmina, quo ad sponsalia, & nō quo ad matrimonium, ſm S. Tho. vbi sup. quia in sponsalib. requiritur tantum vsus rõnis, qui simul incipit in utroque, sed in cōtractu matrimonii, non solum requiritur dispositio ex parte vsus rõnis, sed ēt ex parte corporis, ut sit tēpus generationi aptum, ꝙ in puella in 12. anno, in masculo in fine 14. est secundum Philosophũ 11. de animal. ¶ Quartum. Absentes aũt contrahere possunt sponsalia per nuntiũ uel literas. l. sufficiet. ff. de spon. extra, qui cle. vel vo. veniens & 30. quæs. 5. nec illud. & idem ſm Host. si fiat de conscientia alicuius, vel postea ratum habet. ff. eo. l. vlt. 32. q. 2. honoratur de matr. contra. con. in ter. eccles. cap. 2. Si tamen nuntium vel procuratorē reuocauit, & reuocatio ad eum peruenit, antequam puella consentiret, nihil agitur. arg. de proc. in nostra. & ca. mandato. imò & si peruenit postquam cō senserat puella, sed tamen ante fuerat reuocatus ſm Host. quia deest consensus, & facit c. procurator de procu. lib. 6. Quintum. Pōt etiã quis pro alio sponsalia contrahere sine mandato, ut parentes pro filiis, si filii fuerint p̃sentes, & non contradicant, vel si fuerint absētes & ignorantes, dummodo postea sciētes ratificauerint tacite uel expresse. de desp. imp. si infantes. li. 6. imò aunnculi & amici, tutores, & curatores, & quicunque alii, quamuis non habeant mandatum, hoc possunt, sed tamen spō salia non sunt, donec ille, vel illa sciuerit & ratum habuerit, & hoc secundum Canones, qui non requirunt, nisi consensum, ut in cap. sufficiat. 27. q. 2. extra c. cum locum. de despon. impu. c. vnico. lib. 6. Sed tamen inter hos & parētes est dr̃ia, ſm Ioan. Andr. in nouel. quia quo ad parentes sufficit præsentia filii cũ taciturnitate, licet alter expresse nō consentiat, & tenent sponsalia, quia taciturnitas operatur cō sensum, ut in d. c. unico. secus in aliis: quia non sufficit sola præsentia, sed oportet adesse consensum expressum vel tacitum: puta, si mulier recipit iocalia, ut sponsa, vel sponsus accedit ad domum mulieris, vt videtur expresse probari in c. literas, de desp. impu. iũcta glo. & clarius in c. 1. de mat. contra. contra int. ec. & in c. ad id quod de spon. Nec cures de glos. in d. c. unico quia Io. And. illam correxit in nouel.

3 TERTIO † quæritur, an possint sponsi contradicere sponsalibus aliquo casu? Et dico tria ¶ Primum. In c. vbi nō est de desp. impu. districtius inhibetur, ne aliqui, quorũ uterq; vel alter ad ætatē legibus, vel canonib. determinatã non peruenerit, coniungãtur, nisi forte aliqua vrgētissima necessitate interueniēte vt ꝓ bono pacis, vbi cōiter Canonistæ summant, quod impuberes ambo, vel alter, nisi ꝓ bono pacis, coniũgi non debent. Et intelligit glos.

etiam quo ad sponsalia:ut imponit illi Pan.Et idē Inno.& Host.s. ꝙ ante pubertatem prohibitū sit cōtrahere spōsalia,nisi ꝓ bono pacis, & hmōi,licet contracta teneant. Sed ista opi. nō hr̃ clare ex prædicto tex.& vr̃ prima facie contra text.in d.c.unico.de despon.impu.li.6 Vnde hoc non sequitur ibi Pan. nisi limitādo ad coniunctionē carnalem, ſm quā nulli sunt coniungēdi ante pubertatē.vel ēt pōt teneri, loquendo de coniunctione spūali per cōtractum matrimonii,vt planū est,ēt & sponsaliorū causatorū ab aliis ante pubertatē, & non prouenientiū primo ab ipsis spōsis motu proprio,sed alieno:in quo proprie locū habēt, q̄ pro dicta opinione adducuntur sup.Matrimonii 5.& 6.& hoc patet ēt ar.eorū, quæ dicentur parti.sequenti. Est ēt rationabilis, quo ad sponsalia uenientia motu proprio ꝓꝑ allegata ibi,& ar.dicēdorū par.seq. vnde peccatū est, vt vr̃ aliquibus,mortale,ea ante pubertatē cōtrahere,nisi ex magna cā,& de licētia epi,ſm Host.si tñ contrahant,tenent post septenniū. d.c.unico & c.de illis.de despon.impu.¶Secūdum.Secundū S.Tho. vbi supra, si ante annos pubertatis fiat contractus sponsaliū per aliū ambo,vel aliter reclamare possunt vnde tunc nihil est actum,adeo,ꝙ nec aliqua affinitas ex hoc contrahitur & ideo sponsalia, q̄ inter aliquos per personas alias contrahuntur, robur habent inquantum illi,inter quos contrahuntur,ad ætatem debitā venientes nō reclamāt: ex quo intelliguntur consentire his, quæ per alios facta sunt.Hæc ille,qui loquitur de sponsalibus factis per alios sic, ꝙ sponsi expresse, vel tacite non consentiūt, quia si consentirēt non essent nulla; sed contraheretur publicæ honestatis iustitia,ut in d.c.unico.in fi.Nec tñ intendit dicere,ꝙ non possent reclamare,etiā si consensissent,sed sufficiebat ei soluisse argumentum.Tertium.In c.de illis,de despon.impu.summarie hr̃,ꝙ si maiores septennio ante pubertatem sponsalia cōtrahunt, si quidē tpe contractus alter erat pubes,non ille,sed alter minor factus pubes poterit resilire,& cōtradicere,sed nō anteq̄ uenerit ad pubertatē: si uero tpe cōtractus uterq;erat impubes uterque veniens ad pubertatē poterit resilire; & ſm aliquos,puta gl.ibi,& D.Ant.& sequaces, qui eorum primò venerit ad pubertatē,alium expectabit antequam resiliat. Sed Ioan. And. Card. & Pan. tenent contrarium dicentes, ꝙ uno tantum ad pubertatem perueniēte,poterit statim cōtradicere,licet alius sit impubes, & hoc est indubitate verū,quia nō est assignare rōnē expectādi,cū alio pubescente iste primus,ēt eo inuito possit resilire, & frustra expectatur euentus,cuius nullus est effectus. de offi.deleg.cū contingant. Dissoluentur tñ ista sponsalia iudicio ecclesiæ,ſm glos. nisi soluantur vinculo fortiori: puta matrimonii cum alia,aut uoti solennis,q̄a tunc ipso iure sūt soluta.Hæc aūt nō intelliguntur solū de spōsalib. contractis ante pubertatē ꝑ alios sine cōsensu sponsorū, q̄a ēt si sic essent contracta in senectute sponsi possent resilire;sed intelliguntur gnāliter in contractis ante pubertatem, quia omnes sic cōtrahētes resilire possunt authoritate ecclesiæ etsi non propria,ut inf.§.7.

4 QVARTO † quæritur, quis sit effectus sponsaliorū?Et dico tria.¶Primū.Qui contraxerūt sponsalia obligati sunt contrahere matrimonium:si sponsalia tenuerunt, ut quia in ætate debita fuerunt contracta, & ſm S.Th.peccat mortaliter non soluens ꝓmissum, nisi legitimū impedimētū interueniat;nec pōt alter eorū cōtrahere cū alia ꝑsona,si tñ cōtraxerit ꝑ verba de præsenti tenet quidem ſm matrimonium extra eo.sicut sed debet agere pniām de fide mentita, & multo magis si interuenerat iuramētū,extra,eo.literis.el 2.Sed hæc intellige primo de his,qui contraxerūt ea post pubertatē,& qui ante,si obtinere nō possunt absolutionē ab ecclesia:cum venerint ad pubertatē.Intellige secundo de his quib. non superuenerit aliquod legitimum impedimentū, ut inf.§.10.casu vlt. Eum autem, qui non soluit ꝓmissum ſm Pan. in c. ex literis el 2. etiam si sponsalia nō sint iurata, ecclesia,prius dēt monere deinde cogere,sed ſm S.Th.ecclesia cogit iniungendo pniām pro peccato:in foro tñ contentioso non compellitur:quia matrimonia coacta consueuerūt malos exitus habere. nisi forte iurum interuenerit,quia tunc cogēdus est,ut quidā dicunt, quamuis aliis non videatur ꝑꝑ causam prædictam. præcipue si de uxoricidio timeretur.Hęc ille,cuius opi.probatur in c.requisiuit.eo.tit.vbi de muliere, q̄ etiam iurauerat cuidam nubere dr̃, ꝙ monenda est potius,quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequēter habere.Nec obstat c.ex literis.el 2.eo.tit. vbi vir si sic iurauit primo modo dr̃ mouendus deinde etiā ecclesiastica cēsura compellendus; quia subdit nisi rationabilis causa obstiterit, vnde hoc iudicis arbitrio committitur, & multo magis si sponsalia non sint iurata, & sic ex rōnabili cā non coget.Vnde Arch.dicit quod potest cogi, sed non est cogendus,ubi probabiliter timet diffi-

difficilis exitus,puta vxoricidiũ, & huiusmodi.¶Secundum.Vtrum sola sponsalia sine benedictione, & alijs solemnitatibus excusent actum coniugalem: vide su.Debitũ.§.9. ¶Tertium.Filius spõsorum de futuro est legitimus eo modo,quo sup.Legitimus,in prin.

5 Qvinto † quæritur,quõ sponsalia cõtrahũtur?Et dico,ꝙ cum sponsalia absolute, & sub conditione contrahi possunt,absolutè contrahũtur multis modis. Primo.s.per verba de pñsenti,qñ ambo sunt impuberes,vel eorum alter,quia iuris interpretatione hic sunt sponsalia de futuro,de despon.impu.c.fin. & clarius d.c.vnico.Secũdo per verba de futuro ad hoc apta: vt promitto, vel iuro,ꝙ te accipiã ĩ vxorem, & similia,de spon.c.pe.& addit Arch.qđ dare fidem,pertinere vr̃ ad iuramentũ.Tertio pro annuli subarrhationem.27.q.2.si quis desposauerit.Quarto per arrharum dationẽ,puta iocalium aut pecuniarum.Hi tñ duo vltimi modi,ſm Pan.in ca.fi.de despon.impu.possent dicere matrimonium sicut spõsalia, vt in c.fœminæ 30.q.5.Vnde aduertendum est,ꝙ si præcesserunt verba apta ad contrahendum matrimonium,faciunt matrimonium nõ sponsalia, si vero præcesserũt verba de futuro, erũt spõsalia,si vero nulla præcesserũt verba,tunc ſm consuetudinem iudicabitur,quæ si nulla sit,nihil probabunt,si aliud certum concipi nõ pt; quia talia signa sunt æquiuoca ad multa,& cõsequenter cum dentur arrhæ,etiam in alijs cõtractibus Inst.de contrahen.emp.nihil probabunt,de præsump illud.Si autem solum vnius verba præcesserunt tũc immissio annuli,& acceptio arrharum denotat consensum alterius expressum,& sic erunt spõsalia, vel matrimonium,vt no.gl.in c.pe.de spon. In dubio tamẽ in subarrhationem per immissionem annuli præsumendum est pro matrimonio,qa res fauorabilis est,de præsum.literis,& de re iu.c.fi.

¶Si vero sponsalia sub conditione contrahãtur valent,aut nõ valent secundum distinctionem,quę data est su.de matrimonio.Matrimonium 3.§.1.ita ꝙ si condõ sit honesta vt si parentibus meis placuerit: vel vtilis,vt si dederit centũ,existente condõne stat ꝓmissum. Si vero sit inhonesta, & cõtraria boni matrimonij,vt si sterilitatis venena procures; spõsalia non contrahuntur.Sed si nõ sit contraria eis; vt,si furtũ feceris:tunc stat promissio,sed cõditio tollitur.Concor.S.Th.& Rich. Sed adde primo, ꝙ ante euentum condõnis necessariæ sponsalia non sunt nec oritur publicæ honestatis iustitia,vt d.c.vnico,nisi per factũ a conditione recedatur:puta, si copula intercedat. de condi.appo.de illis,& in c.super eo.& in c.per tuas. Adde secundo secundum S.Th. quod qñ apponitur conditio pecuniæ per modum pœnæ,quia matrimonia debent esse libera,talis conditio non stat, nec põt exigi illa pęna a nolente contrahere matrimonium.

6 Sexto † quæritur, quõ iudicandum sit de aliquibus verbis,aut actibus quibus sponsalia cõtrahi solent? Et dico multa. ¶Primum.Si quis promittat quatuor puellis vnam earum se accepturum non contrahit sponsalia, ar.in c.ex sponsalib.eo.tit.lib.6. nisi aliqua earum facto spãliter in eũ consenserit. ¶Secundũ.Si pater iurauit alicui dare vnam de filiabus suis ſcđm Host.& Gof. sponsalia non sunt: sed tñ pater tenetur vnam dare. quod limita si vna earum voluerit: quia tenetur pater per tale iurm̃ ad faciendum qđ in eo est,& non plus.no.in glo. in c.ex literis. & in c.sicut,de spon. & licet de iure ciuili promittẽs factũ alienũ non obligetur,nisi specificè promiserit se facturũ,vel curaturũ,vt Inst.de inuti.stip.§.si quis alium. tñ quando promisit cum iuro,ẽt simpliciter, tenetur præstare operã quam põt, sicut si specificè se obligasset.c.ad nostrã.de iureiu. & l.cũ pater.§.filius matrem.ff.de le.2. Poterit tamẽ dare q̃ voluerit.de reg.iur.in alternatiuis, Insti.de acti.§ præterea. & omnes præter vnam moriatur, tenetur dare illam.ar.ff.de eo,quod certo loco.l.2.sed si vnam obtulit; & ille non acceptauit, est absolutus promissione & a iuramento.ff.de contrah.emp.l.si in emptione, §.si emptio.ff.de condi.inde.l.cũ is & si vnam ex illis carnaliter cognouerit nullã aliã poterit habere ꝑꝑ contractam affinitatem: imo ꝙ plus est, si contẽplatione ꝓcedẽtis contractus cõmistio esset facta, matrimoniũ esset de eo q̃ dux in mat.significauit. ꝙ secundum Pa. in c.ex literis eod.tit. est verum,non tm̃ virtute sponsaliorum,quantum ex præsupposito consensu.extra eo.is qui.¶Tertium.Si aũt promisit vnã determinate,& si illã nõ posset dare alterã.ſcđm Hos.tenetur dare primã, & ad hoc bona fide laborare.extra eo.ad audientiam.ꝙ si non pt,subdistinguendum est,quia si prima consensit sponsalib.expresse vel tacitè,aliam habere non poterit,quia inest publicæ honestatis iustitia,etiam si illa prima spõsalia fortè ꝑꝑ consanguinitatem aliquam nõ tenuissent, si vero non consensit,tenetur dare secũdam, de spon.ex literis.el 2.de restit.spol. ex parte. ¶Quartũ.Si qs alicui ꝓmiserit ꝙ eã desponsabit,si ꝓmissio fuit ꝙ desponsaret eã de futuro

non erunt ſponſalia antequã deſponſet eam, ſm Vin.& do.Ant.in c.is qui, de ſpon Si vero promiſſio fuit, ꝙ deſpõſaret eam, ſ. per verba de præſenti talis promiſſio ſponſalia facit, ſm Car.in d.c. is qui. & ſi ſumus in dubio, tunc in locis vbi primo conſueuerunt accipere p verba de futuro, non erunt iudicanda ſponſalia p talem promiſſionem: ſecus vbi deſponſatio ſolet vocari acceptio de præſenti.¶ Quintũ. Si quis vir deſponſet aliquam mulierem, vel econtrario, per iurm factum metu iuſto, i. cadente in cõſtantẽ virum, ſm Rich. ſpõſalia ipſo iure non tenent in foro conſcientiæ vel exteriori. Quidam vero dicunt ea tenere in foro conſcientiæ, ſed non in exteriori. Tu vero dic cõformiter ad dicta ſup, Iuramentum 4. §. 7 ꝙ tenent in conſcientia, ſi iurans intendebat ſe obligare: ſed tñ poteſt petere diſpenſationem.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum votum ſimplex caſtitatis impediat ſpõſalia de futuro ne cõtrahantur? Et dicit Arch. poſt Henri. Bohic. ſuper ca. rurſus. qui cle. vel vo. circa hoc duas eſſe regulas. ¶ Prima. Quoties contrahuntur duo vincula æqualis potentiæ incõpaſſibilia, primum præiudicat ſecundo.¶ Secũda. Si duo vincula diſparis potentiæ incompaſſibilia cõtrahuntur, fortius repellit minus forte, vt probatur de ſpon. ſi inter. Igitur ſi votũ ſimplex precedit, impedit & dirimit, ẽt iurata, vt ĩ d.c. rurſus quia iuramentum eo caſu eſt illicitum, nec ſeruãdum, 2.2.q.4. inter cætera ſicut alias in ſponſalibus priora ſponſalia ſunt conſumãda. de ſpon. ſicut ex literis. quod verum eſt ẽt ſi in primis non interuenit iuramẽtũ, & interuenit in ſecundis, ſm Hoſt. Inn. Ioan. And. ¶ Si vero ſponſalia ſimplex uotum precedunt, nec impediunt, nec dirimunt; ſed eo caſu cogi dẽt votum ſolẽnizare. ſ. profiteudo religionẽ, vel profiteri ſpõſalia, i. contrahere matrimoniũ, de cõuer. cõiu. ex parte ſm Inn. & Hoſt. quod Arch. limitat, niſi mutuo ſe abſoluãt, quia tũc ſeruari poſſet uotum in ſeculo. Sed iſti ideo ſic dñt, maxime Hoſt. quia loquuntur deſponſalibus iuratis; & credũt iuramentũ æquale eſſe uoto: & cõſequẽter præualere, qñ illud præcedit ut hic. & ſic dñt iſtum cogendum ſolennizare, votũ aut matrimoniũ. quorũ vterq; licite põt, ſm iſtã opi. ſed votum eſt virtuoſius in ligando, ſm S. Th. vt inf. Votũ 2. §. vlt. Ideo melius dicit Pet. de Pal. quod aut ſe abſoluant mutuo, aut ſolẽnizetur uotũ profeſſione vel ordine ſacro, vel vouens faciat contentũ eũ, qui non vouit, de non conſumando matrimonio. Do. autem Ant. in c. de illis. de deſpõ. im-pu. tenet, ꝙ votum ſimplex caſtitatis ſuperueniens ſponſalia, intellige pura, ſoluit, & idẽ tenet Dir. licet recitet Inn. & Hoſt. & idem dicit Pet. de Pal. tenere S. Tho. quod ſi verum eſſet, vouens non teneretur ad religionem, ſed poſſet votum ſeruare in ſeculo. Et hoc eſt verũ indubie quo ad non vouentẽ: quia eo ipſo, ꝙ alter ſic vouit, recedit a ſponſalibus, & alter eſt liber; ſed quo ad vouentem eſt maius dubium, vtrum hoc poſſit facere ſine peccato, & vtrũ eo facto ſit abſolutus, & dico ꝙ ſi intẽdit religionem intrare; vouendo non peccat, & eſt abſolutus: alias peccaret vouens in alterius præiudiciũ: & ſic concordant opiniones.

8 OCTAVO † quæritur, quid de pœnis & pignoribus, quæ aliqñ interueniunt in ſponſalibus? Et dico multa. ¶ Primum. ¶ Scdm Archid. poſt Ray. licet ſponſalia contrahi poſſint ſub conditione promiſſæ pecuniẹ, nõ tñ põt pecunia promitti per modum pẹnæ: & ſi promiſſa fuerit, promiſſio non tenet quia coniugia debent eſſe libera, extra eo requiſiuit. & ca. gẽma. & idem S. Tho. Sed Pan. in d.c. gemma latius diſtinguit, colligendo dicta Doct. ibi, & in l. Titia. ff. de ver. ob. dicẽs, ꝙ ſi pœna apponitur inter contrahẽtes, indiſtincte non ualet; ſm communiorẽ opiniorem, & tenet Bar. in l. mulier. C. de ſpon. ẽt de illa pẹna, q̃ eſt in lucro, p dẽdo. Vnde ſi promiſi tibi dare centũ ſi nupſeris mihi non ualebit: vt in l. ſi ita ſtipulatus. §. ſi tibi nupſero. & ibi per Bart. ff. de ver. ob. qđ limita, niſi is, cui pmiſſio fit, eſſet nobilior: qa tunc videretur potius donare aĩo recõpẽſandi rõ nobilitatis. Pro quo facit qđ no. Bart. ĩn l. 1. C. de do. ante nuptias. & l. ſi uoluntate. C. de dotis promiſ. Si vero pẹna apponitur inter parentes contrahentium, ſeu alios ita coniũctos ipſis contrahentibus & veriſimiliter iſti ad contractum matrimonii inducerentur, ne parentes uel amici ſoluãt talẽ pẹnã, nõ valet ut in d.c. gemma, ſecundũ unũ intellectũ, & in d.l. Titia. & in l. hæres meus in fine. ff. de cond. & demon. tamen valeret illa, quæ eſt in lucro perdendo: vt per Barto. in l. Titio. §. Titio. el 1. de condition. & demonſtra. Si autem inter alios a prædictis, valet, etiã ſi talis extraneus promiſerit nomine mulieris ſub certa pœna ſm cõiorẽ opin. licet Hoſt. tenuerit contrarium Aduertendũ eſt tñ, ꝙ tales ſub pẹna promittentes, ꝙ Titia cõtraheret cum Sẽpronio, ſi, quantum in ipſis eſt, faciunt, non incurrũt pẹnam quia difficultas, ex quo factum eſt in obligatione pẹnæ, commiſſionem excludit, vt eſt text. not. in l. ſi vehenda. in fi. ff. ad l. Rho.

de

de Iac.& in l.1.ff.si quis cau. Et hoc tenuit Io. de Plat.vt refert Feder.consi.164.& do.Ant. in d.c.gemma.& sequitur Pan.ibidē.Facit, ꝙ no.Bar.in l.similib.terminis,in l.continuus.§. illud.ff.de verb.obl.Quod notandum est,quia facit, vt ille, qui in contractibus sub pœna ꝓmittit ꝓ filia familias,vel amico,ꝙ ratificabit: quia si facit, ꝙ in se est,pęnā euitat.Et hoc verū de pœna,quæ consistit in perdēdo, vel minuendo patrimonio, secus de alia, quæ est in acquirēdo:quia cessaret lucrum, nisi impleretur promissum ¶Secundum. Interesse autē secundum Iac.de Are.Cyn.& cōiter Doc.in l.1. C.de spon. & in l.Titia,peti non p̄t, nisi dolo sē pars se habuerit; quo casu peti p̄t actione de dolo;non āt ꝑ stipulationem: q̄a ex concessione iuris altera pars a sponsalib.desistere p̄t: & ne matrimonium intimidetur ꝑ solutionem pœnæ. Et hoc sequitur Host. in Sum. & Pan.in d.c.gemma.Tertium.Vtrum autem possit interuenire pignus pro matrimonio cōtrahendo:fuit opi.diuersa.Nam Mo.tenet, ꝙ sic.per l.vnicā,C.si re.pro.Io.āt Andr. distinguendum dicit ſm qualitatem personæ,& pignoris quantitatem,quia vile pignus non hēt intimidare magnū virū.& sic potest interuenire.Sed do.Ant.in effectu vr̄ concludere, q̄d non pōt,nisi pro interesse præstando,quia cū simus extra casum,l.fi.C.eo.quæ solū permittit arrhas,non ualet promissio alicuius pęnæ. Item pignus non potest duplicari ex alia parte,& sic contractus nō eēt æqualis vtriq. parti,ꝓut requirit illa lex.Et hęc op.placet Pan. in fauorem libertatis matrimonij, & de iure vr̄ verior.Et pro ea facit ꝙ no.gl.in l.si ita stipulatus fuero.§.si tibi nupsero, ff.de verb. oblig.quæ dicit,quod omnis stipulatio in talib. est reprobata.Dicta āt l.vnica.ideoq.non obstat.contrarium arrharum vocauit pignus.

9 NONO † quæritur, quid de arrhis sponsalitijs?Et dico multa.Primum.Lex in d.l.Titia,& in d.l.mulier, indistinctè prohibet stipulationem pœnalem, & indistinctè vr̄ arrhas admittere modo excedant quantitatē dotis, vel donationis ꝑ nuptias. Sed insurgit difficultas quare possit interuenire arrha,& non pœna,cum eadem videat̄ rō, quia si dans arrhas retrocedit a contractu perdit eas, & sic patit̄ pęnam,& similiter recipiens eas,si resilit, reddit duplicatas,& ēt quadruplicatas si fuit conuentū,vt in d.l.mulier,& sic soluit pœnam.Et dicit Io.And. post Gof. rationem diuersitatis esse, quia arrhæ solent tradi in parua quātitate. Pœna in magnā. Item arrhæ traduntur de præsenti: sed pœna promittitur in futurū est autem quis facilior ad promittendū, q̄ exbursandum.Vide de his Pan.in d.c.gemma. ¶ Secundum.Secundum Bar.igitur in d.l. Titia arrhæ indistinctè admittuntur in spōsalibus,modo non excedant quantitatē dotis, vel donationis ꝑ nuptias:& appositio pęnæ,quantuncunq.modice reprobatur.Sed Pan.post Ioan. And.in d.capit.gemma, dicit considerandum esse personarū qualitatem,& quantitatem arrharum, quia si inter viles personas interuenit traditio magnarum arrharum,non valet: quia est eadem ratio in eis,quæ & in pęna, solutio autē modicæ pęnæ non habet intimidare magnum virum.Et hanc op.vr̄ tenere Cy. in l.mulier. C. de sponsa. & vr̄ in conscientia æquior: quia cum habemus naturalē rationē legis,de verbis non est curādū,l.non dubium C.de legi.ꝙ in regula fi.de reg.iur. li.6. ſcd̄m Pan.tamen appositio pœnæ in quacunq;parua quantitate nō tenebit: quia odia non dēnt extendi,vt in l.quod vero contra ff.de leg. & in l.odia.de reg.iur.in 6.¶ Tertium.Vt autem valeant arrhæ,duo requiruntur. Primo. s. q̄d quantitas sit vere numerata, & tradita parti: secus,vbi pars confiteretur tantum se recepisse ſm Bar.in d.l. Titia. & Feder. consi.164.q̄d Pan.placet:quia vbi arrha non interuenit, est quasi eadem ratio, vt in appositione pœnæ; quia de facili quis confiteretur se arrham in magna quantitate recepisse: immo dicit Bar. ꝙ si vtraq;pars fateretur se recepisse ab altera,non valet, ēt si vere interuenisset solutio, q̄a si solui tibi mille, & recepi a te alia mille, non videor soluisse.ar.l.qui sic soluit,ff.de so. licet multi teneāt contra eum in hoc vltimo, de quo vide per Bar.in l.fi.C.de spon. & Pan. in d.c.gemma.Sed opi.Bar. vt æquior quam sequitur Pan.& do.Ant.in d.ca.gemma quia rō legis,fuit,quia facilius quis promittit q̄ ebursetur:& non vr̄ exborsasse,qui tantundem recepit.Et intantum huic opinioni. Bar. inhæret, vt dicat fundum non posse dari loco arrharū, etiam si vendens constituat se nomine alterius possidere, d.l.mulier. loquitur de arrhis traditis in quantitate,& annullat aliā pænam: ergo extra illum casum non debemus arrhas approbare,& hoc sequitur Sū.Ros. Sed Ang. & Inn.in d.l. Titia. & Lucas de Gras.dicunt d. l.fi.non facere mentionem de q̄titate,& sic secundū eos,p̄t dari.Et hoc sequitur.Sum.Ang. & est verius.¶ Quartū. Qui arrhas recepit contracto matrimonio,eas lucratur, ſm Host. in d.c.gemma. sed verus eas non lucratur, ſcd̄m Fed.

Fed.in d.consi.& Ioan.Plag. & Pan. & eũdem Host.in Sum. quia hoc nullo iure cauetur. Si autem matrimonium nõ sequatur ex defectu alterius partis sic eas lucrabitur: & reddit duplum, si ex defectu suo. l.arrhis. & l. mulier, C.eo.& quadruplum, si fuerit conuentum, vt dictum est cessat tamẽ arrharum pęna primo si sponsalibus tẽpus appositum est, intra quod contrahi debeat matrimoniũ, & elapsum sit quo casu is, per quem non stetit, impunè nubit: sed alli datur pœnitentia fide mentita extra c sicut. Secundo, si sponsus impeditus fuerit, & cãm impedimento nõ dederit. ¶ Tertio ꝓp cãm legib.interdictã: puta, si de iure matrimoniũ sequi non debuit. C. eo.l.fi. Quarto ẽt si accipiens, non, est maior 25.annis, nec veniã ætatis impetrauit: quia non tenetur restituere, nisi simplum.d.l.fi.quamuis ex suo defectu non fuerit sequutum matrimonium.

10 Decimo † quæritur, quõ sponsalia soluantur? Et dico, quod multis modis, & casib. ¶ Primo per mutuum consensum, vel mutuam absolutionem: sicut qui societatem fide interposita cõtraxerũt: postea sibi eã remittunt. extra eo.præterea ẜm Rayn.Gof.& Alb.S.Th.Pe.& Ric.quidã, vt refert, & iprobat S.T.contrariũ teneant. Et hoc etiã si erant iurata, ẜm Spe. in ti.de lega.§.nunc ostendendũ.& Pan. in c. ꝑterea eo.ti.qui dicit hac opi.esse cõiorẽ.& idem in effectu Inn nisi iurm fuisset intuitu Dei: dicens, & iurm remitti non põt ab homine si ꝑstatur Deo, i.principaliter ad complacendum Deo: si aũt intendit ad tp̃ale commodum hominis, dr̃ præstitũ hoi. Vnde si iurauit quis aliq̃ accipere in vxorem: intuitu Dei non potest illam remittere: alias secus sicut socij, de quib. Papa inducit exemplum in d.c.præter ea.possunt sibi mero iure remittere iuramentũ. Nec obst.ꝙ dr̃ ibi hoc.per patientiam posse tolerari: q̃a hoc dicit habito respectu ad opinionẽ vulgi credentis istos deierare, vel quia aliq̃n ex leuitate venit ista absolutio: licet ex cã possit sine nota venire. ¶ Scd'o, quando alter intrat religionem, ẽt ante professionẽ, qui cle. vel vo.veniens ẜm vnum intellectum, quod ꝑt ante carnalem copulam, vt su. Matrimonium 8.§.12.nec incurritur pęna arrharũ. l.Deo nobis.C.de epi.& cle. ¶ Tertio per secundum cõtractum sequens: sicut quãdo alter contrahit cum alio per verba de præsenti, vel per verba de futuro carnali, copula subsequuta, d.c.si inter virum.de spon.& c.1.de spo.duo.peccauit tamen talis mortaliter. Si autem aliquis cognita prius aliqua post coitum contrahit cum ea sponsalia: non propter hoc soluuntur priora, sed oportet coitũ sequi cõtractum sponsaliorum c.veniens.el 2.de spon. Si ẽt quis post prima sponsalia contracta simpliciter contrahat secunda cum iuramẽto, non soluuntur prima ꝓpter tale iurm.de spon.sicut ex literis, 22.q.4.in malis promissis, & contrahendo secundo peccauit mortaliter, quod limita nisi subesset noua causa recedendi a primis, vt inf.casu vlti. ¶ Quarto, quando alter eorum se transfert ad aliã regionẽ, nec est spes de proximo reditu: quia ẜm leges sufficit expectare biẽnio, si est ĩ eadem prouincia, C.de sponsalib.l.2.vel triennio, si est in alia, C.de repu.l.2.& hoc si est absens ex probabili cã tantum, si vero sit absẽs ex probabili & necessaria, dẽt expectare donec adsit, ff.de spon.l.sæpe.& sic tenet gl.in d.l.2.C.de spõ.nec obst.c.sicut ex literis.de spõ. vbi imponitur pœnitentia ei, q. expectauit ꝑ quatuor, vel quinque annos, quia ideo imponitur: quia sine superioris authoritate cum scd'a contraxit imo nec ibi legitur, ꝙ alter fuerit absens: de iure aut canonico terminus expectandi non præfigitur, vt patet in c. de illis, eo. ti. Vñ vr̃ standum legibus cum non sint correctæ sed si subsit causa, rationabilis breuiando tempus relinquitur arbitrio iudicis ar.d.c. de illis. Vñ ẜm Arc.post Host.iudex potest breuiare, & prolongare tp̃s, & talẽ absoluere ꝓpter periculũ fornicationis: & credo talẽ nõ incurrere pœnã arrharum, si authoritate superioris contraxerit. Et procedunt hæc, ẽt si sponsalia erant iurata, vt vr̃ velle Pan.in d.c.de illis, vbi hoc patet, ex textu, & subditur, ꝙ mulier, s.q̃ præsens est, recipere dẽt pęnitẽtia de periurio, si per eã stetit, quo minus fuerit matrimonium consummatum. ¶ Quinto, q̃n certus terminus fuit appositus: quia eo elapso ille, per quem non stetit liber est, & sine periurio nubit: sed alteri imponitur pęnitentia de fide mentita, eod.ti.sicut ex literis. Quod limita: nisi terminus accidisset ex post facto spõsalibus prius pure contractis: quia eo casu ponitur, ad solicitandum implementum promissionis, non ad eam finiendam, ẜm theoricam do Ant.in c.sicut ex literis. ¶ Sexto, quando alter leprã, vel paralysim incurrit, aut visũ, vel nasum amisit, aut ei aliquid turpius euenit, ut in c.literas, de coniug lepro.& d.c.sicut, & in c. quemadmodum, de iureiur.& in gl.& addit S. Th aut aliquid hmõi: ne, inquit, sibi inuicem displiceat, & matrimonium sic contractũ malum exitũ sortiatur. Sed limita, si hæc eueniãt post contractum: secus si inerant tp̃e contra-

ctus,

ctus,sicut nec cõtrahẽs posset allegare suspectum debitorem,paupertatem præcedẽtẽ,seu mores,ad quod facit l.si creditores,ff.de priu. cre.& l.fin.C.de spon.& ibi per Bart.& in ca. quemadmodum,de iureiu.¶Septimo,quando alter carnaliter fornicatur,dicto capitulo quẽ admodum,& idem a fortiori,in fornicatione spirituali per hæresim,vel infidelitatẽ. Sed tamen limita verum primo,quo ad innocẽtem, ille autem,qui fornicatus est,resilire non potest,si secum velit cõtrahere innocẽs,de trãsl. præla.c.2.& secundo si fornicatio admissa est post sponsalia, non autem stante nisi secundũ Hug.tẽpore dispensationis credebatur virgo & ante contractum per verba de præsenti inuenta est corrupta. Et si fornicatio fuit violẽta,nihilominus sponsus põt sponsam dimittere,ꝭm Io.An.& gl.in d.c.quemadmodũ, & sequitur Pan.& similiter Hug.27.q.2.raptor.Et ita tenet Sum.Ang.contra Ro.& Sup. q volũt hoc verum esse, si vir ad ordines vult ꝓmoueri,vt dixit Hug.& gl.Ray. sed primum ẽt verius,per dicenda inf.eo.§.casu vl.¶Octauo,si superueniat capitalis inimicitia inter spõsos; quia alter potest petere separationẽ,ꝭm Host. in Sum.per rationem c.2.& c.requisiuit,eod. ti.¶Nono, quãdo promisit sponsa dare certã quãtitatem pro dote,& dare non põt,ꝭm Io. An.in c.de illis,de cond.app. & idem de qualibet condõne interueniente,si deficit Et si spõsa non promisit certam dotem, vñ promisisse oĩa bona sua in dotem: vt no.in l.mulier bona,ff.de iu.do.& per Bar.in l.si constantẽ,ff.de iu.do.sol.ma. Et rõ si labitur in facultatib. & nõ põt dare, non cogitur sponsus eã ducere: quia deficit cõditio subintellecta,s.si res in eodem statu permanserit, d.c.quemadmodũ, & facit c.per vestras.de dote post diuor.resti.& quod ibi no. ¶Decimo,quando superuenit affinitas: vt si sponsus cognoscit cõsanguineam sponsæ,vel econtrario.27.q.2. si quis spõsam, de eo,qui cogno.consan.vxo.suæ,ex literis,p superuenientem tamen publicæ honestatis iustitiam non dissoluentur priora spõsalia, quia per primo contracta inducta est publica honestas,& per inducta secũdo tolli nõ põt primo inducta, vt in simili dicitur,dist.57.si quis. ¶Vndecimo, si fama sit quod inter eos sit canonicũ impedimentum:de fama,vel scandalo doceatur,de spon.cum in tua.de cõsan. & affi. c.2.de test.super eo.de re iu.intra,scđm Host. ¶Duodecimo, quando sponsalia fuerunt contracta ante annos pubertatis, & alter post pubertatem petit absolui, anteq̃ aliquem tacitũ cõsensum habuerit in pubertate, de despõ.im pu.c.de illis,el 1.& ca.a nobis, ẽt si nulla sit cã quare vult absolui post pubertatẽ,ꝭm Pan.in d.c.de illis. Secus si pubes contraxit cũ impubere:quia ipse resilire nõ potest: similiter nec impubes ante pubertatẽ. ¶Decimotertio ꝑꝑ susceptionem sacri ordinis,scđm do.Ant.post Io.An.in rub.de despõ.& facit 27.q.2.§.ecce. ¶Decimoquarto propter cognationem legalem,vel aliud impedimentũ, de quo dic vt su. Matrimonium 8.per totum.¶Decimoquinto, ꝑꝑ sæuitiam sponsi, secundum Pan.in cap.veniens,qui cle.vel vo.de quo dic,vt ibi. ¶Decimosexto,ꝑꝑ votum simplex castitatis,vt sup. § 7.sicut & per religionis ingressum sine professione,vt sup.eo.§.casu secundo. ¶Decimoseptimo,generaliter ꝑꝑ causam rationabilem superuenientem,quæ si a principio fuisset,impediuisset ea contrahi.Pro quo sciendum est, quod solet quæri, vtrũ alter sponsorũ possit altero inuito recedere a sponsalibus nõ iuratis?Et dicit gl.in l.1.C.de spõ.ꝙ sic, ẽt de iure canonico,& sequit Cy.ibidem,& idẽ vr̃ sentire Gratianus,licet dubie,27.q.2.§ sed aliud,§. fin.non obstante c.desponsatam, 27.q.2. quia loquitur in matrimonio de præsẽti, nec l.1.ff. ex quibus cau.infa.irrog. vbi sponsa efficitur infamis,si bina sponsalia contrahit:quia verũ est,nisi primis sponsalibus renunciet, quando autem non renunciet, habet locum l.1.C.de spon.ꝙ vni desponsata alteri nubere non prohibetur.Non obstat ẽt,ꝙ ecclesia nõdum pactum compellit obseruare de pa.c.1. q̃a istud est speciale in matrimonio propter rõnẽ literæ,vt sit omnino liberum,ar.ca.requisiuit,de spon.& quod no.Inn.in c.veniens, de iureiu. Et ista sunt vera, qñ noua, & rõnabilis causa emergit,quę si affuisset a principio,impediuisset:vt patet sup. Pactum §.4. & sunt de mente S.Th.vt elicere potes sup.eo.§. parti.6. ita tamen,quod soluantur authoritate ecclesiæ.

11 VNDECIMO † quæritur, vtrum in prædictis casibus sponsalia soluantur ipso iure, vel sit necessarium interuenire authoritatem iudicis ecclesiastici?Et dicit Io.And.in d.c.de illis, de spon.quod requiritur dicta authoritas; q̃a corã tali iudice dẽt probari cã,de diuor.porro.Aliter peccat quis grauiter,vt videt per c. si quo pueri, de despon.impu. & facit 33.q.2. seculãris.Fallit hoc ꝭm S.Th.& Richar. primo qñ alter intrat religionẽ, secundo quando cõtrahit de facto per verba de præsenti, q̃a ipso iure soluuntur,tertio,secundum Rich. quãdo alter fornicat̃,sed intellige si est notoriũ, ꝭm

Arch.

Arch. Imo dico eadem rõne, ꝙ gñaliter qñ causa soluendi est notoria, quantũ ad veritatem, s. quia vera est, & quantum ad rõnabilitatem, s. quia de iure sufficiẽs est; ut quia in iure expressa est: non requiritur dicta authoritas. Et idem dicit Rich. quãdo sponsalia sũt secreta: q̃a secreta nõ sub sunt iudicio ecclesiæ. Recedere autem a sponsalibus sine authoritate ecclesiæ, vbi requiritur, est mortale, si fiat sine aliqua dictarum causarũ: per ea, quæ dicta sunt sup. Pactum. §. 4. & 5. quo casu loquitur d.c. si duo pueri. & c. seculares. & S.Th: dicens, ꝙ est mortale: sed si subsit aliqua dictarũ causarum, secus putarem per dicta vbi sup.

DE STATVTIS.

1 *Statutum quis facere possit.*
2 *Statuta quomodo ualeant, uel ligent.*
3 *Statutã q̃ão debeamus interpretari & num. 4. & 6.*
5 *Statutum an uerificetur in casu facto.*
6 *Constitutio partim fauorabilis, & partim odiosa qualiter interpretanda.*
7 *Statutarij a populo electi, an nterpretantur statuta sua.*
8 *Statutorum uariæ interpretationes*
9 *Statutum an duret post mortem statuentis.*
10 *Statutum quando liget.*
11 *Statutum quomodo tollatur, & nu seq.*

STATVTVM a statuendo dictum, est ius ab homine positum: vel dispositio, ex qua ius producitur, Inst. de iure natu. gen & ciu. & a lege, vel constitutione differt solo vocabulo quamuis lex municipalis sibi nomen statuti vendicauerit.

1 PRIMO † autem quæritur, quis possit facere statutum? Et dico quod is, qui potest facere legem, de quo sup. Lex. §. 4.

2 SECVNDO † quæritur, q̃uo aliqua specialia statuta valeant, aut ligent aliquem? Et p̃ter ea, quæ dicta sunt sup. in verbo, Lex. & in verbo, Consuetudo, §. 10. & 17. dico multa. ¶ Primũ. Vtrum statutum ordinarii liget subditũ, delinquentem extra territorium, vide su. Excõicatio 2. §. 2. Vtrum autẽ delinquens in loco exẽpto ligetur statuto epi; tenet hic Summ. Ang. quod sic, cuius contrarium tenet Summ. Ros. Vide sup. Excommunicatio 2. §. 2. & 4. Vtrum ẽt si statutum prohibeat accessum ad locũ exemptũ, valeat, & dico vt supr. Excõicatio 2. §. 4. Si ẽt statutũ prohibeat, ne religiosus acceptet officium extra ordinem: vide in d. §. 1. & ibi de multis hmõi. Vtrum etiam statutum laicorum loquens generaliter, extẽdatur ad clericos, vide sup. Lex. §. 15. Vtrum etiam statutũ liget ignorantem, vide sup. Excõicatio. 2. §. 4. par. 14. & sup. Ignorantia, 2. 4. 7. & 8. ¶ Secundum. Statutum factum a communitate, quod ciues damnificati non possunt petere satisfactionem, s̃m Pan. in c. in nostra. de iureiur. nõ valet: quia statutum in præiudiciũ singulorũ nõ valet, nisi cõsenserint: nec cõitas potest statuere super iuribus singulorum, sed solum super iuribus uniuersitatis, ut not. gloss. sing. in l. 3. c. quæ sit long. consue. & in cap. cum omnes. de const. & l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. Nã solius principis est, tollere ius alterius quod tamen sine causa non potest, ut no. in c. quæ in ecclesiarum. de const. & in l. fi. C. si cõtra ius, vel pu. uti. & in cle. pastoralis. de re iud Vnde si valere debet, oportet. vel quòd singuli cõsentiant, quod est impossibile, cũ ibi sint multi infantes, vel quod communitas hẽat iura principis, & propter bonum publicũ, & ad tollendum scandalum hoc faciat. arg. d. c. quæ in ecclesiarum; & quod ibi no. alias nõ potest obesse non consentientibus, arg. d. c. cum oẽs. & l. 1. ff. de magi. & quod not. Arc. & Gem. i c. licet. de const. lib. 6. & Lud. de Ro. Inn. dicens, quod inferior principe nõ potest statuere in præiudicium alterius non citati, neque cõsentientis, vt in c fi. de maio. & obe. & in c. fin. de his quæ fin. a prael. & d. c. cum omnes. ¶ Tertiũ. Statutum factum per maiorem partem collegii in re communi plurib. & singulis, s̃m Pan. in d. c. cum omnes. non valet, nisi singuli consentiant. Fallit tamen in quatuor casibus. Primo, quando vellet deputare rem ad vsum destinatum. Inst. de rer. diui. §. religiosum. in verbo, commune sepulchrum. Secundo, quando fit fauore administrationis bonorum pupilli. l. 3. ff. de admi. tut. Tertio, quando fit fauore liberationis, l. maiorem, ff. de pac. l. fi. C. qui bo. ce. pos. Quarto, fauore litigii dirimendi: nã valet sñia duorum ex trib. arbitris. Et intellige in re, quæ conuenit pluribus, vt singularib. iure singulari: secus si iure ecclesiæ: vt sunt præbendæ, q̃ conueniunt canonicis iure ecclesię, quia super talib. bene potest maior pars disponere & deputare ad pium vsum; ut est tex. in c. fin. de his q̃ fi. a maio. par. c. & ibi per Inn. Quartũ Statutum collegii, super rebus priuatis, scd̃m Pan. in d. c. cum omnes, non valet, si non hẽt iura regalia: puta, quia habet dominum super se. Vnde maior pars scholarium obligare nõ põt unum scholarem, vel disponere de rebus suis, vt not. gl. in l. 2. C. quæ sit long. consue. nisi forte s̃m ꝙ no. Bart. in l. 4. ff. de re iud. quando uniuersitas esset obligata, & non esset soluẽdo: quia tunc posset imponere collectã singulis

gulis, vt est gl. no. in l. 1. ff. qđ cuiuſ. vni. & non ſolum cauſa neceſſitatis, ſed etiam pietatis, vt in d. c. fi. Item ſm Innoc. & cõiter doct. in caſu vtilitatis: & probatur ĩ c. 1. de his, quæ fi. a ma. par. c. Ex mera enim uoluntate non pôt diſponere de iuribus alterius, vt no. gl. in d. c. cum omnes, & Inn. ibi, & Io. An. ĩ regula, ꝙ omnes tangit, l. 6. in merc. Quod limitat verũ in prę. iudicium, ſed in bonum, & vtilitatẽ bene poſſet; quia maior pars fictã repræſentat totum l. aliud §. refertur, ff. de reg. iur. & l. qđ maior. ff. ad muni. Aduerte etiam ſm Pan. in d. c. cum oẽs, ꝙ ſi diſpoſitio fit in damnum, vel dedecus vniuerſitatis, vel priuatæ conſuetudinis, vnus ſolus pôt reſtituere, vt in d. c. 1. ꝙ no. Inno. in c. accidentibus. de priu. Quod aũt de vniuerſitate debeãt conuenire, vt valeat actus: dicit Pan. in d. c. cũ oẽs, quod ſaltem duæ partes ſm cõem opinionem canoniſtarũ, & Legiſtarum ut in l. nulli. ff. ꝙ cuiuſ. vniuer. & l. nominationum, C. de decu. Ex quib. duab. partib. maior pars debet conſentire, vt ſentit Inn. in c. 2. de noui. ope. nun. & Bar. in l. oẽs populi, ff. de iuſti. & iu. de quo vide. ſu. Electio 1. §. 5. Et ſi duæ partes non conueniant: dicit Pan. in d. ca. cum omnes. opinionem Canoniſtarum eſſe, quod ſi eſt aliquis, ad quem ſpectat conuocatio vniuerſitatis, & ad eius mandatum nolunt conuenire tunc explicare poſſent, qui conuenerunt, licet non ſit maior pars collegij, vt voluit Inn. in c. 1. de maio. & obed. & in d. c. 2. qa nolentes venire faciunt ſe alienos, vt in ca. cũ nobis, de elect. & ſi non computantur. Si vero non eſt aliquis, ad quem ſpectet illud officium tunc ſi inſtat pars termini ꝑfixi vniuerſitati ad actus expeditionem, minor pars poteſt cõuocare maiorem: & ea nolente venire, poteſt explicare: qa minor pars non debet priuari iure ſuo ꝑꝑ negligentiam, nec contemplum maioris partis, vt no. in c. in cauſis, de elect. & in ca. cum nobis. Sed ſi terminus non eſt præfixus, tunc oportet, quod ſint duæ partes, & monere tertiã, alias tertia pars poterit agere de cõtẽptu, vt probatur in d. c. 2. & c. in cauſis, & d. l. nominationũ. & ita tene, licet Legiſtę aliter dicant. ¶ Quintum. Statutum quo cauetur, ne filia ſuccedat, ſm Bart. in l. cunctos populos, de ſum. tri. nõ extenditur ad bona ſita ext. territorium ſtatuẽtiũ, ſed ſuccedet, ad quod facit quod dixi ſu. Pęna, §. 11. ¶ Sextum. Statutũ, qđ bãnitus poſſit ĩpunè occidi, valet, ſi fiat ex cã rationabili, vt quia eſt hoſtes ciuitatis, de quo per Bar. in d. c. omnes populi. ¶ Septimum. Statutum, quo maleficium punitur, ligat mandantem, vt probat Bar. per c. mulieres, de ſen. exc. iuncta hac gl. niſi ſtatuto puniretur is tantum, quia perſonaliter facit. nec obſt. ꝙ mandãs faci tm̃ ficte. Verba autem ſtatuti requirũt, ꝙ vere fiat, ff. de neg. geſt. l. 3. hæc verba, quia hic non eſt interpretatio, ſed potius extenſio: ex mente legis: quia mandãs vere dr̃ facere, d. ca. mulieres. ¶ Octauum ſtatutum laicorum ſuꝑ mortuarijs non valet, ſed eſt contra eccleſiaſticã libertatẽ, vt expreſſe dr̃ de reb. eccl. non alie. c. fi. ubi per mortuaria, ſm Pan. poſt Ioan. And. & Io. de Imo. & cõiter doc. intelliguntur numerus clericorum, candelæ, denarij, & alia ad exequias pertinentia, ſuper quibus ſi laici ſtatuant, intellige reſtringendo contra eccleſiaſticã libertatẽ ſtatuunt, & ſũt excõicati iuxta d. ſu. Excõicatio 9. §. 10. Et ita tenuit Ioã. de Imo. Pe. de Palu. Lud. de Rom. Pan. Bertac. do. Fel. in c. ſanctæ Mariæ. de conſt. & Barb. in c. fi. de reb. eccl. non alie. Arch. & hoc ſequit̃ Sum. Ang. nec opi. Ro. ſu. recita in d. §. 10. eſt aliquo modo vera, aut habet pro ſe aliquem doctorem aut etiam rõnem. niſi dicatur, quod tale ſtatutum nõ ligat clericos, ſed laicos, & male, quia eſt in preiudicium clericorum, & eos tangit indirecte, ꝙ non excuſat ab excõicatione: vt patet per c. eos de immu. eccl. li. 6. in his, q̃ ſtatuunt, ne quis vendat clericis, aut ab eis emat, &c. ſed eſt dicta op. cõtra prædictos doc. & cõem, & hactenus indubitatam opinionẽ, & contra rationem inſolubilẽ, qa hmõi ſtatuta ſunt cõtra priuilegiũ vniuerſalis eccleſiæ, cui donari p̃t quantum placet ſine inſinuatione, vt in auth. de non alie. aut perm. reb eccle. §. ſi minus. coll. 2. Nec eſt verum, ꝙ Pan. hoc tenuerit, niſi forte diſputatiue ad iactantiam, & oſtentationem doctrinę: cum ipſe expreſſe in d. c. fi. de reb. eccle. non alie. dicet contrarium Verum eſt tñ, quod Io. de Imo. limitat. ibidem ꝑdicta, & bene, dicens, qđ prædicta ſtatuta ſũt licita laicis, quatenus diſponunt in his, q̃ non applicantur eccleſijs, & ſequit̃ ibi Panor. addens, aut non concernunt diuinum cultũ, vel refrigerium aĩæ, quæ ſunt annexa iuri ſp̃uali; vnde valent ſolum in concernentibus pompas mundanas, q̃ ſunt potius conſolationis viuorum, quam mortuorum ſuffragia, de q̃bus tu da exemplum, ut in veſtibus, quas deferũt caputiati, & in ſcutis ad iactantiam, & detur bationem eccleſię ſuſpendendis, & hmõi, quę nec ipſa eccleſia approbat, ut in c. quam ꝑpoſterũ. 13. qu. 2. Et quia dicit Bald. l. 1. C. de Lati. lib. tol. per illum tex. ꝙ equi, & arma ducti ad ſepulcrum militis, & cerei debent remanere apud

apud clericos, vel fratres sepelientes quasi se quela cadaueris, arg.l. medicos.§.1.ff.de aur. & arg. lega.ideo in talibus non valeret statutum laicorum.

3 TERTIO † quæritur, qúo statutum debeamus interpretari? Et dicit Pano.in c.cum dilectus, de consue.ꝙ vt euitetur correctio legis, seu iuris cōis debet latissimè, vel strictissimè interpretari sicut electio capiē pro cōfirmatione in d.c.cum dilectus, non tamē taliter, quod verba improprient, vt conueniant iuri cōi, & facit, quod no.Bart. in l.4.§.prætor. ait, ff. de dam.infect. Quod limita, qñ verba sunt clara Vbi autem sunt dubia, vel habent multiplices intellectus: tūc debemus facere interpretationem, & intellectum etiam improprium, vt minus recedamus a iure communi, quam fieri potest, vt no.in d.c. cum dilectus, & in l.2. C.de noxa. quod & vide per Bar. in l.omnes populi ita quod aliquid operetur, & aliquid addat ad ius cōe, secundum Pan.& doct.in ca. ex parte, de ver.sig.& facit c.si Papa, de priu.vbi verba dēnt aliq̄d operari. Vnde dicit Bar. in d.§.prætor, quod si statuto cauetur, vt iudex possit ꝓcedere facta citatione ad faciem, vel domum, non debet alternatiua impropriari, vt sit ordinis: licet per hāc improprietationē statutū cōcordare cum iure communi: sed debet intelligi propria, vt sufficiat implere alteram partē, vt aliquid operetur. ¶ Ex his infertur ad quæstionem quæ de facto accidit Senis, vtrum.s. disponente statuto, quod religiosi, non assumatur ad officia communitatis, assumi possit hospitalarius, portans vestem certi coloris cū cruce in pectore? Et dicit Petrus de Peru. qui tunc legebat Senis, quod non est existendo in tali habitu, quia statum debet aliquid operari, quod non esset hic, si loqueretur de religiosis strictè: cum iure communi assumi nequeant ad officia secularia ipsi, aut clerici. ext.ne cle. vel monac.quasi per totum, & sic debet intelligi de religiosis large. Sed Pā. dubitat de hoc quia statutum inhabilitans ad officia secularia est stricti iuris, & consequenter debet intelligi in stricta significatione, arg.c.cum dilectus, de consue.& in nostra, de iniur.& consequenter de religiosis strictè, de quib. su. Religio.in princ. pro quo vide gl.Io.And. in cle.1. de dec.vbi concludit, quod in materia odiosa hoc verbum religiosi, debet capi multum strictè, nisi addaē aliquod verbū gñale, vt quicūq. & hmōi. Nec obstat motiuum Pe.Neap.s. pro uiso sit inutilis: quia dico, ꝙ ubi statutum loquiē in materia iuris cōis, non dēnt verba ampliari, vt aliquid operetur, sed satis est, quod inducat aliud remedium præter ius cōe: vt notabiliter sentit Bar. in l.1.§.prætor, ff. de dam. infe. infert etiam Pan. ad qōnem quotidianā, quod dispositio odiosa contra regulares, non comprehendit eos, qui non promiserunt tria substantialia uota religionis, vt fratres de tertio ordine S.Francisci, vel Iesuatos, aut mātellatos, secus vī in dispositione fauorabili: quia largo modo videntur sub regula, rōe promissionis factæ superiori eorū. Hæc Pan.de hoc. do. Bapt. de Flisco in quodam opusculo sic dicit. Quantum ad interpretionem statutorum. Prima conclus. Statuta recipiunt interpretationem declaratiuam, l. ut gradatim, ff. de mu.& ho.§.& si large, nō aūt extensiuam aut restrictiuā. Probatur in l.cōstitutionibus. ff.ad muni.quia quicquid est omissum, ꝓ omisso haberi debet, l.quicquid adstringēdæ.ff.de verb.obl.non autem est sic in legibus, de quibus procedimus de similibus ad similia; non enim possunt omnes casus decidi, l.non possunt, ff.de leg. Sed in statutis non; qu a casus omissus remanet in dispositione iuris communis, l.si extraneus, ff.de cōd.ob causam. Et ista est communior opi.doct. licet multa in contrarium allegentur. Secunda conclu. Statuta recipiunt interpretationem extensiuam passiuam, non aūt actiuam; puta, statutum de inuito habet locum ignorante. Bar. in l.1. C.qui admit. & gl.in verbo ratam. Tertia conclusio. Statuta recipiunt interpretationem extensiuam ex larga significatione vocabuli, clem.1. in verbo eligātur. de elect. Præterea recipiūt interpretationem, qñ, si non reciperent, resultaret absonus, & absurdus intellectus, l. nam absurdus, de bonis liber. Præterea a consueto mō sic interpretādi; & a legib. iam scriptis. ita subtiliter determinat Gui.de Suza.in quadam sua disputationes per multa iura. Hæ tñ cōclusiones trahi possunt ad primā, quia cōprehenduntur interpretatione declaratiua. Declarātur.n.per leges statuta, non aūt extendūtur.

4 QVARTO † quæritur, vtrū debeat strictè interpretari, qñ generaliter loquitur, vt alius lucretur? Et dico, quod non, ar.l.prospexit, ff. qui & a quib. sed vbi agiē de diminutione prīmonij, strictè interpretandum est, ne alius iniuste damnum incurrat, vt plene no.in d.l.oēs populi, vī tex.in d c.cum dilectus, & in d.l. 2. C.de noxa & Panor.in c.cōstitutus, de rest. in integ.& sequiē Bar. in l.sancimus, C.in quibus causis in integ.rest.non est necne.

5 QVINTO † queritur, vtrum statutum

verificetur in casu ficto?Et dicit Pan.in c.cum dilectus,de cle.non re.ꝙ si statutũ disponit, & loquitur in materia iuris cõis, in qua casus fictus æquiparatur vero,vt puta in casu,in quo non recidens habetur pro residẽte, & in d.c. cum dilectus.c.ad audientiam.ibidem.Si vero statutũ esset contra ius,vel pręter,& odiosum tunc non verificatur in casu ficto, sed verba dẽt intelligi propriè,i. in suo proprio significato,& sic intellige l.3.§.hęc verba,ff.de neg. gest.& in cap.nostra,de iureiur.& facit, quod no.Barto.in d.l.omnes populi.& l.2.C.de noxal.& c.ex parte.de ver.signific. & quod dicit Lud.de Rom.in suis not.quod argumentum a contrario sensu valet in statutis, nisi quærat, vt quis incidat in pœnam, quia tunc non valet,l.conuenticula C.de epis. & cle. habes gl. in cle.1.de vsur.in verbo,facere. Sed Gem.limitat in c.vt circa,de elec.lib.6.verum, quando statutum non redderetur illusorium, si nõ recedatur a propria significatione verborũ: quando autem redderetur illusorium, tũc est recedendum,ar.l.si quando.in princ.ff.de leg. 1.& quod not.in ca.ad audientiam.de deci.& tunc indefinita æquipollet vniuersali, vt vult Bar.in l.omnes populi.

6 SEXTO†quæritur, quomodo debeat intelligi constitutio,quando partim est fauorabilis, & partim odiosa,puta,quia pænam imponit? Et dico scd'm Io.And. videtur sibi contrarius in c.ex rescripto.de loca.& in c.sciant cuncti. & in c.si.de elect.lib.6.Sed potest sic concordari.Nam quando principalis intentio disponentis fertur in fauorem,tunc est fauorabile. Quando vero in odium,tunc est odiosum, ita communiter not. Legistæ in l. qui exceptionem.ff.de cond.indeb. & ibi glo. Si vero ignoratur principale intentum disponentis: tunc quatenus continet fauorem, debet extendi, & quatenus continet pœnam, debet restringi,quia sic videtur fuisse de mente Bar. in multis locis, & facit quod dictum est sup.Excommunicatio 7.§.4.par.3.

7 SEPTIMO†quæritur,vtrũ statutarij a populo deputati possunt interpretari statuta per se edita,si dubium aliquod oriatur?Et dico,ꝙ Pan.in c.ex parte.de verb.sign.& Io.Andr. & Bar. & Legistæ communiter in l.omnes populi.ff.de iust.& iu.concludunt, quod nõ ex quo functi sunt officio suo non obstãte,quod eius sit interpretari,cuius, & cõcedere. q̃a in veritate illi nõ condiderũt,sed populus,qui dedit authoritatem condendi,quia is facit, cuius authoritate fit,de præsc.si diligẽti.& ideo recurri debet ad populum,seu cõcilium generale. Quod Pan vbi sup.limitat quando interpretatio est valde dubia, secus si est clara,& iuri cõsona, q̃a tunc iudex corã quo vertitur q̃stio, poterit interpretari,sicut & legem communẽ ac priuilegium principis,vt no.Inn.in ca.cum spãli,de appel.& Bart.in d.l. omnes populi,& facit l.benignus.ff.de leg. & l.fin.ff. de constit. prin.& l.vnica C.de profes.qui in vr. Cõstan.

8 OCTAVO† quæritur, specialiter de intellectu, & interpretatione aliquorum statutorũ in speciali q̃uo.s.intelligantur? Et dico multa scd'm eorum multitudinem. ¶Primum.Si statuto cauetur, quod qui non ponit domũ suã in registro cadit in certam pœnam, & domũ Titij,non posuit ipse,sed alius,ita ꝙ ipsa onera soluũtur,s'm Bart.in l.cum seruus,ff.de ver. oblig.ipse Titius non cadit in pœnam statuti; quia in pœnalibus quantum ad pœnæ cõmissionem euitandam non refert per quem fiat, modo fiat,vt l.si puellam.C.si mancip.ita.sup. ali. Vnde si testator mandauit fieri picturam, vel nocumentum in certo loco sub pœna, & reperiatur factum,sufficit quantũ ad pœnam euitandam,licet nesciatur per quem factũ fuerit:secus autẽ quantum ad lucrum consequendũ,vt su.Emphyteusis.§.15. & su. Legatum 1. §.7.Et idem dicendum est in hoc casu,nõ obstante, ꝙ statutũ loquatur personaliter, & se referat ad personã, & in personã scriptũ sit, & hoc per rationem su.positam. ¶Secũdũ. Si statuto cauetur, & quilibet gaudẽs beneficio aquæ soluat decẽ, qui ea gaudet in plurib.locis non debet soluere plura decem;quia statutum loquitur personaliter per verbum quilibet,& vnius hominis vnum est gaudiũ,& patrimonium, vt in l.iurisperitos. §.cum oriundus,ff.de exec.tuto.& in l.si is qui tres, & vbi plura ꝓꝓ vnũ,ibi tantũ vnũ,vt l.acceptilatio. ff.de accep. ¶Tertiũ.Si statuto cauetur, quod rustici non capientes malefactorem de dãno teneantur,s'm Bart.in l.ab omnibus.§.si Titio. de leg.1. qui passus est damnum contribuere debet vna cum alijs, & idem si ciuitas imponit collectam pro soluẽdo alicui suo creditori ciui:quia etiam ille ciuis cõtribuet,& similiter si dicit,ꝙ cõdẽnatio facta de cõsiliario nõ veniet ad consilium diuidatur inter consiliarios,& cõdẽnatus habebit partẽ suã,& similiter si dicit,ꝙ canonicus non admittatur ad ꝑbẽdã,nisi det canonicis fructus primi anni ille, qui dat fructus admittetur ad partem eorum,per d.§.si Titio. hæc ille. ¶Quartum. Si statuto cauetur,ꝙ potestas, & antiani possint ali-

aliquid facere, aut suo arbitrio aliquid delibe rare: tunc potestas solus habet tãtam potesta tem, quantam omnes antiani, ideoque si ipse cũ vno ex antianis aliquid deliberet, alij contradicere non poterunt, secundũ Alb. & Bald. & Ia. But. & idẽ qñ imponeretur pœna capitaneo, & antianis: quia capitaneus tenetur ad dimidiam, & omnes antiani ad aliam dimidiã. Credo tamen hæc procedere de iure, sed con suetudinem obseruandã. ¶ Quintũ. Si statuto cauetur, vt quis præfectus tali officio, tali gaudeat immunitate: secundum Lu. de Ro. in suis singul. is, qui non potens perficere pp infirmitatẽ transiuit ad aliud officium leuius: gaudebit, quasi primum officium perfecisset: de quo dic esse casum singularem in l. ex agentib. C. de prin. agen. in re. li. 12. ¶ Sextũ. Si statuto cauetur, & qui steterit in ciuitate p tot annos efficiatur eius statutum habet locum, licet nõ steterit cõtinuè, sed pro maiori parte, tex. est in l. cum de lanionis. §. Sabinus, de fun. instru. & ibi Bar. & idem Lud. de Ro.

9 Nono † quæritur, vtrum statutum duret post mortem statuentis? Et dicit Pan. in ca. a nobis. el 1. de sent. excomm. quod sic nisi expresse re uocetur, vt est tex. in c. fi. de offi. leg. Vnde secundũ Fed. consi. 16. etiam statutum factum a capitulo sede vacante durat, creato nouo episcopo, nisi reuocetur per episcopum creatũ, quod patet ar. no. in c. vlt. ne præla. vi. su.

10 Decimo † quæritur, quando liget statutum? Et dico, quod statim habita notitia, de quo dic, vt sup. Lex. §. 6. & 7.

11 Vndecimo † quæritur, qũo tollatur statutum? Et dico, quod per vnum actum collegialiter a statuentibus, vel eorum successorib. cõtra statutum, secundum Host. & Io. And. in c. ad audientiam. de cle. non re. & Pan. in c. cum accessissent. de const. nec requiritur fluxus tẽporis, sm Pan. in d. c. ad audientiam. & in d. c. cum accessissent. & in c. cum illorum. de preb.

12 Duodecimo † quæritur, vtrum statutum quod concedit priuilegium non subdito, seu extraneo possit reuocari; puta, si statuto caue tur, ꝙ omnis veniens ad habitandum in tali territorio, sit exemptus ab omni collecta? Et dicit Pan. in c. nouit. de iud. quod non, quoad illos, qui iam venerunt: quia transiuit iã in quasi cõtractũ, quo ẽt princeps obligatur, vt in c. 1. de prob. quod expressa voluit Bart. in l. quod semel. ff. de dec. ab or. fa. & in d. l. omnes populi, sed limita, nisi ipsi consentiant. ¶ Quantum vero ad eos, qui nondum venerunt, põt reuocari, ex quo res est integra. ar. l. si pecuniã. in prin. ff. de cond. ob cau quod limita, si fuit generaliter concessum: quia si specialiter fuisset cõcessum, reuocari non posset, cum habuerit vim suam immediatè, quod peruenit ad notitiam priuilegiati, de conces. præb. c. 1. lib. 6. Facit quæstio disputata per Ang. in qua determinat non posse reuocari statutum, quod determinabatur, vt potestas haberet quartã partem cõdemnationis, postquã potestas est electus, & cõsentit electioni. Idẽ dic de priuilegio cõcesso non subdito. Et per hoc infert Bart. in l. priuilegia. C. de sac. san. eccl. ꝙ laici, qui statuerunt singulis annis dandã certã quantitatem p eleemosyna clericis, vel religiosis, nõ poterũt reuocare, all. c. ad apostolicã, de sim. & sequtur Inn. in d. c. nouit. & Arc. 11. q. 1. ꝗcũq; sup gl. & facit, qđ no. Ge. in c. licet. de consti. li. 6.

13 Decimotertio † quæritur, vtrum reuocari possit statutum factum ad commodũ subditorum? Et dicit Gem. in c. licet. de constit. li. 6. quod aut subditi consentiunt reuocationi: & potest reuocari, aut singuli non consentiunt, sed reuocatur per maiores regentes ciuitatẽ: & tunc si fit ex cã legitima põt reuocari, scdm vnum casum, quẽ ponit Inn. in c. nostra. de iureiur. maxime qñ statutum disponebat super eo. super quo ciuitas non erat obligata: vt ibi declarat Inn. sine causa autem legitima nõ valet reuocatio in præiudicium minorum, iuxta no. per Inn. in c. quæ ecclesiarum. de consti. quod limita verum, quando statutũ disponat de commodo subditorum circa bona eorum: ita, quod priuilegium est sortitum suum effectum: secus si concerneret exercitium iurisdictionis: quia tunc potest reuocari: quia superior est qui habet administrare. Ita sentit Arc. in d. c. licet. Idem dic quando habet actum successiuum quo ad futuros actus.

14 Decimoqvarto † quæritur, vtrum statutum iuratum tollatur per clausulam, non obstantibus quibuscunque constitutionibus, & statutis? Et dicit glo. in ca. cum non deceat: de ele. li. 6. ꝙ non, & idem dicit Lud. de Ro. in suis no. volens, quod conuentio, vel pactum iuratum non tollatur per clausulam generalem non est obstantibus quibuscunque pactis, gl. est in cle. dudum, §. pen. de sepul.

15 Decimoqvinto † quæritur, vtrum statuẽtes possint recedere a statuto confirmato per superiorem, vel sedem apostolicam sine alia licentia? Et dico, ꝙ Bar. in d. l. omnes populi, tenet, ꝙ sic: sed Bald. in l. oĩum, C. de te. tenet, quod non. Pan. autẽ in d. c. cũ accessissent, concordat: quia si statutũ concernit principaliter fauo-

fauorem statuentium, vera est opinio Bart. & facit c. pro illorum, de præb. ēt si statutū contineat talem materiam ꝙ non valuisset sine superiore, & idem Pan. in c. cum M. de consti. Si uero concernit fauorem aliorum, vel bonum publicum vera est opinio Bal. quod nō possūt sine licentia superioris. Ratio est, q͞a confirmādo superior vr̄ dispositionem facere suā, quia oīa nr̄a facimus, quibus authoritatem impartimur, de præben. si apostolicæ lib. 6. & l. 1. C. de vete. iur. enucle. Vtrum ēt tollatur per consuetudinem statutum habens annexam snīam excommunicationis, vide sup. Cōsuetudo. §. 11. Vtrum uero sit seruandum ꝙ pro fallentia patris filiorum & vxorum bona capiantur vide ibi, § 17. vide etiam ibi, § 18. vtrum valeat statutum, quòd puniendus iure diuino personaliter, puniatur pecuniariter.

STELLIO animal est simile lacerte maculis plenum, & transsumptiue dr̄ is, qui est incōstans animo & varius verbo, vel facto sicut q̄ rem obligauit alicui. & deinde impignorat alii, quòd crimen in ciuilibus dicitur stellionatus: in criminalibus dolus. Vnde secundū Azo. crimen stellionatus dr̄ a tali reptili: & habet etiam locum quando in criminib. deficiente alia speciali actione æquum est aliter subuenire contra delinquentem: quia sicut in pecuniariis actio datur de dolo in subsidium ita in criminibus quibuscunque vbi deficit titulus criminis crimen stellionatus obiicitur: vt si quis vendidit massam electri pro argento.

STIPVLATIO quid sit, vide supr. Pactum in princip. De ea aūt dico multa. ¶ Primum actus stipulantis, & compromittentis dēt esse continuus: quia si post interrogationem se diuertit ad alia, nihil proderit, licet eodem die promisisset l. continuus, ff. de verb. obl. Secundum. Non potest quis alicui stipulari pro altero, nisi sit eius seruus, aut filius Inst. de in vti. stipul. §. si quis, alii, vel si procurator, l. si procuratori p̄sentis: ff. de verb. obl. gl. tn̄ in c. quoties, el 1. q. 7. tenet, ꝙ de iure canonico promittens Titio se daturum Sempronio centū, obligatur, arg. c. iuri 12. q. 5. maxime si interuenit iurm̄, arg. l. 1. ff. de const. pe. Itē per iudices officiales: tabelliones alteri acquiritur l. ꝓ quo, ff. de in ius vocan. ¶ Tertium. Non valet stipulatio, vel legatum factum in genere de aliqua re, nulla demonstrata, ff. de iur. do. l. cum post diuortium. De legatis dic ut su. Legatum 3. §. 3. ¶ Quartum obligatio stipulata sine conditione neque ad certum diem p̄senti die debetur: sed tn̄ eo die, quo stipulata est, peti non potest. Inst. de verb. oblig, §. omnis stipulatio, & §. cum quis. ¶ Quintum. Stipulatio transit ad hæredes, l. veteris, C. de contrahen. & com. stip. quod limita secundum gl. ibi, quando potest per alium impleri factum promissum.

¶ STOLA qūo, & qn̄ sit vtēdū vide su. Sacerd.

¶ STVDIVM clericorum & religiosorum quale debeat esse, vide sup. Scientia.

STVLTITIA secundū S. Th. 2. 2. q. 41. a stupore dicta est. Vn̄ s͞m Isid. in 11. Ety. stultus est, qui ꝑꝑ stuporem non mouetur. Et differt a fatuitate: quia stultitia importat hebetudinem mentis, fatuitas autē ipsius priuationem. Est autem tunc stultitia peccatum, qn̄ aduenit ex hoc, quod homo taliter se terrenis immergit quod non potest diuina percipere.

¶ STVPRVM declaratur sup, Luxuria. §. 5.

¶ SVBDELEGARE quis possit, vide sup. Delegatus. §. 8.

SVBDITVS tripliciter quis dicitur. ¶ Primo ratione domicilii. ¶ Secundo rōne originis propriæ vel paternæ, arg. c. 3. de tēp. ord. lib. 6. & l. 1. & in l. ori. C. de mun. & ori. li. x. & facit l. assumptio, & quod ibi notat. & ad munic. & l. rescripto. §. fin ff. de mu. & hon. & tenetur talis ad onera personalia, si ibi reperiatur: licet alio transtulerit domicilium, de quo per Bart. in d. l. assumptio, ꝙ tn̄ fallit in muliere, q̄ cum uiro cōtraxit habente alibi domicilium: quæ in loco originis conueniri non potest, de quo in l. fi. §. item rescripserūt ff. ad municip. ¶ Tertio rōne delicti licet large. vt dicit glo. in c. nuper. de sent. exc. nō aūt proprie licet ibi sortiatur forum ut no. glo. in cle. vnica de fo. cōp. ꝙ no. pro statutis & aliis dispositionibus odiosis facientib. mentionem de subditis, vt non comprehendatur forensis delinquens in territorio: idem dic de contrahentib. eadem rōne, vt no. Pan. in d. c. nuper & in c proposuisti. de for. cōp. vtrum aūt subditus ratione domicilij, cui iudex p̄cepit sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, ut tali die satisfaceret alicui, sit excōicatus si trāsfèrat domiciliū, & non satisfaciat. Dicit Pan. in d. c. proposuisti. cum Io. And: in regula, cum sunt partitum, de re. iu. li. 6. quod sic, quia iam præuentus erat. & ibi uide late per eos.

SVBORNATIO secundum Lau. & Zen. vt refert Cald. in cle. testibus, de testa. est de aliquo falso exprimendo vero tacendo in testimonio testis per aliquem facta informatio. Et dicitur subornare, quasi subtus in aures aliqd̄ malum ornare, & sub colore ponere, ut in authen. de testi. §. quia vero.

¶Svbsannatio, quid ſit, vide ſup. Deriſio. Quomodo autem ſit mortale: dic, ꝙ eo modo quo deriſio, cum qua in fine concordat.

¶Svbstitvtio, quid ſit, & quomodo fiat quantum ad hæreditatem, vide ſu. Hæreditas.

¶Svccessio eodem modo declaratur ſupr. Hæreditas primo, §.1.& 2.

Svccessor eſt duplex, ſ. ſingularis, qui in certa re inſtituitur: & vniuerſalis, qui in tota hæreditate, vel reliqua. de quo glo. in c. cũ ad ſedem, de reſt. ſpol. & 2.q.1. in primis. de iu. quia Guliel. Quomodo autẽ ſucceſſor teneatur ſtare contractui prædeceſſoris, ſup. Locatio, §.2. & ſup. Dignitas. §.1.

DE SVFFRAGIIS.

1 *Suffragij eccleſię quis ſit effectus.*
2 *Suffragia facta per malos miniſtros, an proſint defuncto.*
3 *Suffragia facta pro defunctis an proſint facienti, & an ex participatione aliorum aliquid ſibi detrahatur, num 4.*
5 *Miſſa pro defunctis an eis magis proſit quam alia.*
6 *Suffragia ſpecialiter pro aliquo facta an aque proſint alijs.*
7 *Suffragia facta pro multis an aque illis proſint ſicut ſi pro ſingulis facta eſſent.*
8 *Suffragia multa ſimul facta vel ſucceſſiue an aque proſint.*
9 *Sepultura vel exequię an proſint defunctis.*
10 *Suffragia ſoluens in peccato mortali an teneatur ea iterare.*
11 *Suffragium ſoluens ſimul cum alio, an liberetur, ſicut ſi ſolus diceret.*

Svffragivm, a ſuffragando, i. auxiliando dictum, ſecundum S.Th. in 4. diſt. 45. de ſui ratione importat quandam auxiliationem, quæ fit alteri, iuxta ea quæ dicta ſunt ſupra. Satisfactio. §.3. de quo multa dici poſſent Theologice, quorum aliqua hic. §.1. concluſiue enumerabo, remittens ad S.Th. vbi ſup. pro ſubtiliori explanatione.

1 Primo † ergo quæritur, quid de hac materia ipſe concluſiue ſcripſerit. Et ex 4.d.45. & aliis locis doctrinæ eius dico ſic. Conſuetudo ſuffragiorum eccleſię pro mortuis incepit ab Apoſtolis. & ꝓſunt mortuis ſicut & viuis: non tamen proſunt damnatis, nec pueris, nec beatis, ſed tantum exiſtentibus in purgatorio: & ſi ſuperfluũt ei, pro quo fiunt, dãtur a Deo indigenti. ¶ Valent aũt ſuffragia vnius aliis, ex intentione, & charitate facientis quo ad premium accidentale, vel diminutionem pœnæ merendo pro eo: non autem quantum ad ſtatum gloriæ, niſi impetrãdo, & pro viatore tantum & plus valent meliori q̃ ei pro quo fiunt quo ad charitatem, & gaudium: & plus ſi fiãt pro pluribus, vel pro omnibus quã ſi pro vno tantum, ſed quo ad expiationẽ pęnæ eſt econtrario. ¶ Et ſi ordinata ſunt a moriente valẽt ei ſtatim quo ad opus operans eius, intellige, quia meretur ſic ordinando: non aũt quo ad opus exequẽtis, nec ex opere operato, niſi ſit impleta, intellige quia non expiatur pęna. Vnde inquit, fraudantur mortui quantum ad tẽporalem pęnam purgatorii ex culpa exequutorum, non autem quãtum ad æternam retributionem. Suffragia autem mali, ſiue peccatoris proſunt mortuis quantum ad ipſum opus operatum, i. quantum ad efficaciam, quam habent ex ſe: quantum autem ad opus operans, i. efficaciam quam habent ab operante valent inquantum operatur in perſona eccleſiæ, vel vt inſtrumentum alterius qui ea ſibi ordinauit, & in charitate deceſſit: non autem inquantum operatur in perſona ſua. Et inter ſuffragia valentia mortuis principale eſt euchariſtia, ſecundum eleemoſyna, tertium oratio, quartum ieiunium. Hæc ex S.Tho.

2 Secvndo † quæritur ſpecialiter, vtrum ſuffragia facta per malos miniſtros proſint defũcto? Et dico ſm S.Th. & Pet. in 4. diſt. 45. in ſuffragiis dictis ꝑ malũ duo poſſunt conſiderari, ſ. ipſum ius operatũ, ſicut ſacrificium altaris, & quia noſtra ſacr̃a ex ſeipſis habent efficaciã abſque opere operantis, quam æqualiter explent per quoſcunque fiant: quantum ad hoc ſuffragia facta ꝑ malos proſunt defunctis. Et ſecundo conſiderari poteſt ipſum opus operans & ſic diſtinguẽdũ eſt, quia operatio peccatoris, vt eſt eius, nullo modo eſt meritoria, vt aũt eſt alterius, ẽt dupliciter contingit, primo inquantum gerit perſonam totius eccleſiæ, ſicut ſacerdos dũ dicit in eccleſia exeq̃as mortuorum, & ſic ſuffragia facta per malum proſunt; q̃a ille intelligit facere, cuius nomine aut vices fit, vt patet per Dio. in 13. c. eccl. hier. Secũdo inquantũ agit vt inſtr̃m alterius opus. n. miniſtri eſt magis principalis agentis, vnde actio mali poteſt eſſe meritoria ratione principalis agentis: ſicut ſi ſeruus in pacto exiſtens faciat opus miſericordiæ ex mãdato domini habentis charitatem; vr̃ ſi q̃s in charitate decedens ꝑcipiat ſibi ſuffragia fieri. Hæc ex illo. cuius mens eſt hæc: Suffragium exhibitũ alicui defuncto eſt duplex, ſ. habens efficaciã ex opere operato, i. ex ſe, vt ſacr̃a nouæ legis, inter quæ tñ ſola euchariſtia poteſt exhiberi defuncto, & habens ſolum ex alio, ſ. ex opere

operãte, i. ex dispóne exhibentis, vt eleemosyna, oratio, & ieiunium. Primum, per quem cunque fiat, ꝙ habet efficaciam competẽtem ei ex se, sicut baptismus est bonus, & verus ẽt exhibitus per malum non autem competẽtẽ ei ex dispositione facientis, nisi fiat per bonũ aut in persona boni, i. ecclesiæ, aut per instr̃m boni, i. domini, vel impetrantis boni, secũdum vero nihil valet, nisi fiat per bonum aut in ꝑsonam, vel instrumentum boni

3 TERTIO † quæritur, vtrum suffragia facta ꝓ defunctis prosint facienti? Et dicit S. Tho. vbi su. ꝙ opus suffragij dupliciter considerari potest. Primo, vt expiatiuum pœnæ per modum recõpensationis, quæ in satisfactione attendi tur, & sic cũ reputetur quasi eius, pro quo fit, ita absoluit eum a debito pœnæ: quod nõ absoluit facientem a debito pęnæ ꝓpriè, q̃a in tali recõpensatione attẽdit̃ æqualitas iustitię, opus autem illud satisfactoriũ ita p̃t adæquari reatui vni, quod non alteri reatus. n. duorũ peccatorũ maiorẽ satisfactionẽ req̃rit, q̃ reatus vnius. Secundũ considerari potest inquantum est meritorium vitæ æternæ, & sic nõ solum prodest ei pro quo fit sed facienti magis. Hæc ex illo. Quomodo autem opus vnius per modũ meriti ꝓsit alteri: vide su. Participatio.

4 QVARTO † quæritur, vtrum recipienti multos ad participationem suorum bonorũ, sua opera sint ei minus vtilia? Et dico, quod non quantum ad meritum, quia istud est propriũ & secundũ illud q̃sq; munerabitur. Vnde ẽm S. Th. qui satisfacit pro alio meretur. Quãtum vero ad expiationẽ pęnę, sunt ei minus vtilia, imo inutilia, scd̃m mẽtẽ S. Th. quia sunt eius ꝓ quo fiunt, vt patuit. §. priore. Sed intellige, nisi talis satisfactio esset maior q̃ exigerẽt peccata eius pro quo satisfaciat, quia tunc habet locum illud. Orõ mea in sinu meo conuertet̃, vel fiet de illo residuo, scd̃m intẽtionẽ actualẽ, vel habitualẽ suffragãti, qđ ẽt §. priore innuit illud verbũ S. Th. ita põt quasi dicat, non semper ita esse de facto. Et ista intellige de rigore iustitiæ: q̃a ex misericordia Dei fortè ẽt satisfacit pro seipso, vt dicit Rich. scd̃m illud, Charitas operit multitudinem peccatorum.

5 QVINTO † quæritur, vtrum missa pro defunctis magis prosit eis, quam alia? Et dicit S. Th. vbi sup. ꝙ cũ suffragiũ missæ contineat orationẽ, & sacrificiũ, ex parte sacrificij missa, đ quo cũq; æqualiter ꝓdest defuncto intellige cæteris parib. ꝙ ꝑ ꝑ sacerdotis, & aliorũ offerentiũ dispositionem dico, & hoc, inquit, est p̃cipuũ, ꝙ fit in missa, ex parte autẽ orõnũ magis ꝓdest illa, in qua sunt orões oẽs ad hoc determinatæ: sed tñ istæ profectus recõpensari põt ꝑ maiorẽ deuotionẽ, vel eius, qui dicit missã eius, qui dicit facit, vel iterũ ꝑ deuotionẽ, & vel ĩtercessionẽ sãcti, cuius suffragiũ im ꝓrãt in missa. Hæc ex illo. In quib. notãdũ est illud verbũ, vel eius qui dicit facit: q̃a hoc h̃r, ꝙ effectus sacrificij ĩfiniti limitat̃ ẽt ẽm affectũ rogãtiũ sacerdotẽ celebrare ꝓ aliquo, ꝙ facit ꝓ eo, ꝙ dictum est sup. Missa 1. §. 8. par. 5. & §. 9.

6 SEXTO † quæritur, vtrum suffragia specialiter pro aliquo facta æquè prosint alijs? Et dico ẽm Pe. quod cum suffragium sit virtutis finitæ, & deriuetur per intẽtionẽ facientis quo voluerit, valet ei tãtum, pro quo fit. Intellige solũ quantũ ad liberationẽ a pœna, tñ quãtũ ad congratulationem, & interiorem consolationẽ, scd̃m quod vnus in charitate existẽs de bonis alterius gaudet. adde etiam quãtum ad p̃seruationẽ a malo, vt su. Participatio, sic valet omnibus in charitate existentib. & plus ei qui est in charitate maiori; & ista est mens S. Tho. in 4. vbi sup & 2. quol. q. 7. art. 2.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum suffragia facta cõi pro multis æqualiter valeant singulis, sicut si pro singulis solum fierent? Et dico, secũdum S. Th. & Pe. vbi sup. ꝙ sic, si consideretur valor suffragiorũ inquãtum valent ex virtute charitatis, i. rõne participij ĩ merẽdo, de quo su. Participatio: quia charitas non minuitur si distribuat̃ effectus in multos, sed magis augetur: & similiter gaudium ex charitate procedens quãto cõius, tanto maius est, & sic quãtũ ad congratulationem potest intelligi, de conse. dist. 5. nõ mediocriter. Si vero cõsideretur eorũ valor, inquantũ sunt satisfactiones q̃dã ꝑ intẽtionẽ facientis trãslatæ in mortuos, magis, valẽt ei, ꝓ quo spãliter fiũt, q̃a sic effectus suffragij diuidit̃ ex diuina iustitia inter eos ꝓ quib. fit. Fallit, ꝙ dictũ est in suffragio ĩfinito, & vno ĩ se, sed finito multiplicato, ẽm effectus suffragantium: quia licet diuidatur, quilibet tñ capit, ẽm proportionem dictorum affectuũ ac si pro solo fieret, de quo sup. Missa 1. §. 9.

8 OCTAVO † quæritur, vtrũ suffragia accelerata, i. statim exhibita simul, puta 30. missæ vna die sint meliora cõtinuatis: puta, 30. in 30. die bus? Et dicit Pe. de Pal. ꝙ plus valent accelerata q̃tũ ad citius liberari, & celeriorem visionem Dei, quia sacr̃m habitum, in proposito non valet tantũ, quantũ exercitũ quo ad remissionẽ pęnę, vt patet in baptismo flaminis: sed æquè, vel plus valẽt continuata quantũ ad meritũ beatitudinis, & clarior ẽ visionẽ, q̃a ma gis

gis valet ad honorem Dei continuatio taliũ; puta anniuerſariorũ. Et ſic ſecũdum eundem & alios nõ perfecte ſoluit, qui ſimul debitum pluribus ſoluit: ſicut debens 30. miſſas 30. aĩabus; ſingulo die dat triceſimam partem vnius miſſæ ſingulis: quia oẽs tardant liberari vſque ad 30 dies, cũ tamẽ ſingulis dieb. forte fuiſsẽt ſingulæ liberatæ, qđ limita, niſi fieret recõpẽſatio ꝑ affectũ aliorũ, iuxta dictę ſu. Miſſa §. x.

9 Nono †quæritur, vtrum ſepultura, vel exequiæ proſint defunctis? Et dico ex S. Th. in 4. vbi ſup. & Rich. quod ſepultura prodeſt viuis quantum ad corpus ne inficiantur: & quãtum ad ſpiritum inquantum per hoc adſtruitur reſurrectionis fides: adde & reuocatur memoria mortis prodeſt etiã mortuus, inquantũ aſpicientes mouentur ad orandũ, ſepultura ãt in loco ſacro, ꝓdeſt mortuo nõ ex ipſo ope operato, ſed ex operãte; dum, ſ. vel ipſe defunctus, vel alius hoc deſponens patrocinio alicuius Sãcti eũ cõmittit, cuius precib. per hoc credendus eſt adiuuari, & patrocinio deſeruiẽtiũ ĩ loco ſacro; qͣ ꝓ tumulatis, apud ſe crebrius & ſpecialius orãt, in pio autem nõ nocet, niſi quatenus cã ſibi indignam ꝓꝑ humanam gloriam procurauit. Quæ autem adhibentur ad ornatum ſepulturæ, proſunt viuis, inquãtum ſunt eorum ſolatia, & defunctis per accidens tantum, inquantum ſcilicet homines per huiuſmodi excitantur ad compatiendum, & cõſequenter orandum, vel inde pauperes fructũ capiunt, vel eccleſia decoratur: ſeu in Dei reuerentiã, fiunt vt oleum, cera, & huiuſmodi.

10 Decimo †quæritur, vtrum ſoluens ſuffragia in peccato mortali, teneatur iterare? Et dicit Pe. de Pal. ꝙ non, ſi ſoluit ex ſtatuto ſuperioris, quia non potuit eum obligare ad ſoluendũ in charitate, nec ſi ex propria ꝓmiſſione, quia non eſt veriſimile, quod ſe obligarit ad dicendum in charitate, nec ſi ratione beneficij accepti obligantis de bene eſſe, vel ex neceſſitate, quia non tenebatur determinatè ad hoc, vel illud, vnde illud non tenetur reiterare ſicut non tenebatur facere: imo nec tenetur aliud facere, ſi fuit miſſa, quia eius principalis efficacia eſt ex opere operato, imo nec ſi fuit aliud, quia valet ex charitate poſtulantis ſuffragium interpretatiuè per beneficium.

11 Vndecimo †quæritur, vtrum liberetur ſoluens ſuffragium; puta, pſalterium cum alio ẽt ad idem obligatio? Et dicit Pe. de Pa. quod ſic, quod patet per ſimile de horis, ſed tamẽ oportet vnum attẽdere ad partem dictam ab alio, alter debitum confunderetur. Poſſet tamen dici hoc eſſe ex Dei acceptionem, & eccleſiæ ordinatione, magis acceptantis communes quam ſingulares orationes, vt idem dicit.

DE SVPERBIA.

1 *Superbia quid, & an ſit peccatum.*
2 *Superbia an ſit peccatum ſpãle, an mortale, num. 3.*
4 *Superbia an ſit grauiſſimum peccatorum.*
5 *Superbia quot ſint ſpecies, & quot gradus, nu. 6.*
7 *Superbia, ambitio, & inanis gloria quõ differant.*

Svperbia a ſupereundo, ſeu ſupergrediẽdo dicta eſt. Vnde ſm Iſi. in li. 1. Ethy. ſuperbus dictus eſt, quia ſuper vult videri, q̃ eſt, quicunque enim vult ſupergredi, ſuperbus eſt. Eſt autem ſuperbia vitium bene practicatum, & male cognitum. ¶Ad cuius notitiam adduco primo diſtinctionem S. Th. 2. 2. q. 162. ar. 1. qđ ſuperbia dicitur dupliciter primo a ſuꝑexceſſu ſimpliciter, & ſic oẽ ſuꝑexcedens põt nominari ſuperbia, & ſic dr̃ Iſa. 60. Ponam te in ſuperbiã ſeculorũ, vbi dicit gl. ꝙ eſt q̃dã ſuperbia bona. Adde ſicut dicimus ſuperbũ eſſe ædificiũ quando eſt ſuꝑeminens ſitu, vel pulchritudine. Scđo a ſuperexceſſu regulæ rationis, & ſic dicimus ea eſſe peccatũ, adde vel inclinationem ad peccandũ. Scđo, adduco diſtinctionem eiuſdem de ſuperbia ſecũdo modo dicta q̃ tradidit in 2. di 5. q 1. ar. 3. ꝙ ſuperbia. ſ. quæ ẽt peccatũ, vel hẽt ordinẽ ad peccatũ, tripliciter ſumitur. ¶Primo pro inclinatione ad ſuꝑbiendum. Scđo pro actuali elatione cõtra pręceptum, ſiue pro inordinato appetitu excellẽtiæ in quacũq; re. Tertio pro inordinato appetitu excellentiæ cui debetur honor, & reuerẽtia, intellige vt in prælatione, vel dñio, aut veſtib. aut ſcientia, vel hm̃õi, quarũ prima nõ eſt peccatum, ſed initium, vel radix oĩs peccati, ſcđa vero eſt peccatũ generale, i. oẽ peccatũ: tertia vero eſt peccatũ ſpeciale. ¶Igit ſuꝑbia eſt inordinatus appetitus excellentiæ, qui dr̃ inordinatus, qñ traſgreditur regulã ſibi præfixã a Deo per legem diuinã, aut naturalẽ indictã rõni, aut poſitiuã traditã a ſuperiorib. ſuꝑbia vero gñalis eſt inordinatus appetitus excellẽtię, ĩ quacũq; re; puta, delectatiõe formationis, aut honoris, vel hm̃õi, ſiue eſt actualis eleuatio cõtra p̃ceptũ ſuperioris, i. tranſgreſſio, ſiue cõtẽptus p̃cepti, vt dictũ eſt, ꝙ eſt oẽ peccatum, ſuperbia vero ſpecialis eſt inordinatus appetitus excellẽtiæ in reb. quibus debetur honor, aut reuerẽtia, quo modo loquitur Aug. 14. de ciu. Dei, dicentis, ꝙ ſuperbia eſt ꝑuerſæ celſitudinis appetitus. Cũ autẽ S. Th. 2. 2. vbi ſu. ar. 5. vr̃ diffinire ſuperbiam, quod eſt ex tollẽtia, qua quis ſe extollit ſupra id, quod

eſt

est ei præfixū a diuina regula: illa descriptio
sic iacēs est superbiæ in genere .s. vt se extēdit
ad gñalem & specialē cōiter sicut animal ad
hominem & asinū: sed si addatur hoc verbum
in quacūq; re sic est sup̄bia gñalis. Si vero ad-
dat̄, in quacūq; re cui debetur honor, & reue
rentia, erit superbia specialis, de qua intendi-
mus. Et sic patet, ꝙ superbia ſm suā formalem
& cōem rōnem importat quendam excessum
termini a regula diuina præfixi, siue diuinæ le
gis contemptū, quod etiam saluatur & inueni
tur in superbia gñali & in spāli, licet maximè
appareat in generali, & per diuinam legē in-
tellige de mente S. Tho. vbi sup. ar. 5. ad secun
dū, oēm legem iustā, & oē iustū p̄ceptum. Sed
tñ considerandum est, quod sicut ſm S Th. ali
qñ q̄s aliqđ peccatū cōmittit ſm effectum nō
ſm affectum: sicut parricidium, qui patrē oc-
cidit ignoranter, sic dupliciter quis diuinā le-
gem contemnit, vno mō ſm effectum; vt cum
quis ex fragilitate fornicat̄, optans sine diui-
næ legis offensa consequi voluptatem si pos-
set, qui cōtēptus est quidē materialiter pecca
tū superbiæ, sed nō peccatū ex superbia, vel
per superbiam, sed ex infirmitate vel ignorā
tia, & hmōi, & in oī peccato inuenitur, q̄a in
oī peccato quis prosequitur aliquam excellē
tiam vltra regulam diuinæ legis, puta excellē
tiā voluptatis aut diuitiarū. Alio mō quis diui
nam legē contemnit ſm effectum, quia .s. non
peccat ex infirmitate vel ignorātia, & hmōi,
sed ipsam Dei legem despicit, & in despectu
eius operatur, quod est propriè formaliter su
perbire, & ex superbia peccare. Sed de super-
bia speciali principaliter intendimus.

1 PRIMO† ergo quæritur, vtrum superbia sit
peccatum? Et dicit S. Th. 2.2. vbi su. ar. 1. quod
sic, quia superbia quæ nominat̄ ex hoc ꝙ quis
per voluntatem tendit supra id quod est, im-
portat aliquid aduersum rectè rationi, quę ha
bet vt voluntas vniuscuiusq; feratur in id, qđ
est proportionatū sibi: vnde appetit excellen
tiā in excessu ad rōnem rectam, & scđm Aug.
27. de ciu. Dei, peruerse imitatur Deū, odiens
cum socijs æqualitatem sub illo: sed impone-
re volens socijs donationem suam pro illo. Et
opponitur humilitati, secundum quod subie-
ctionem aspernatur, magnanimitati autē, se-
cundum quod inordinate ad magna tendit.

2 SECVNDO† quæritur, vtrum sit peccatū spe-
ciale? Et dico quod non, si loquamur de ea ſm
suam formalem rationem in gñe; quia habet
locum in omni peccato: nec si loquamur de
superbia gñali, quia est omne peccatū. Sed si
loquamur de speciali, quæ .s. est circa excellen
tiā honorabilē, & reueribilē, sic intelligo loq.
S. Th. 2.2. vbi sup. ar. 2. & 5. dicentē, quod si cō
sideretur superbia secundum propriam essen
tiam, vel spēm quā hēt ratione obiecti, est spā
le peccatum, quia hēt speciale obiectum, siue
specialē rationē obiecti, i. propriā excellētiā,
quæ tñ inuenitur in diuersis rebus. Si vero cō
sideretur secundum redundantiam quā habet
ad alia peccata, habet quandā generalitatē, in
quantum ex ea oriri possent omnia duplici ra
tione. primo .s. per se inquantū ordinantur ad
finem eius qui est excellētia propria, ad q̄ or
dinari potest omne inordinatè appetitum: &
secundo indirectè, & quasi per accidens, .s. re-
mouendo prohibens inquantum per eam cō
temnitur lex diuina cohibens a peccato. Ad
hanc tñ gñalitatem pertinet, ꝙ ex ea interdū
oriri possint, non autem quod sp̄ oriantur, q̄a
quāuis omnia præcepta legis possit quis trans
gredi ex contemptu qui pertinet ad superbiā
& est interior actus eius, sicut exterior effe-
ctus eius est transgressio percepti, non tamen
sp̄ ex contemptu transgreditur, sed quando-
que ex ignorantia, quæ ex infirmitate.

3 TERTIO† quæritur, vtrum sit peccatū mor-
tale? Et dicit S. Th. vbi sup. ar. 4. quod sic, quia
opponitur humilitati, quę propriè respicit su
biectionem hominis ad Deum, quod conse-
quenter superbia respicit defectum huius su-
biectionis, scđm .s. quod quis se extollit supra
id quod est sibi præfixum scđm regulam diui-
nam, non subijci autem Deo habet rationem
peccati mortalis. Accidit tñ aliquem motum
eius esse veniale, dū ei ratio nō cōsentit, sicut
& in alijs peccatis ex suo genere mortalibus.

4 QVARTO† quæritur, vtrum sit grauissimum
peccatorum? Et dicit S. Th. vbi sup. ar. 6. quod
sic, ex parte auersionis, quæ est formalis & cō
pleta ratio peccati, q̄a in alijs peccatis homo
auertitur a Deo p̄p ignorātiam, vel infirmita
tem, siue propter desiderium cuiuscunq; alte-
rius boni, in superbia vero ex hoc ipso, qđ su
bijci non vult regulæ diuinæ. Vnde secundum
Boet. sola superbia Deo se opponit, & Iac. 3.
Deus superbis resistit. Vnde auerti a Deo, q̄d
est quasi consequens in alijs peccatis, per se
ad superbiam pertinet, cuius actus est Dei cō
temptus, quod autem est per se, potius est eo
quod est per accidens. Non autem est grauissi
mum peccatorum ex parte cōuersionis, quæ
materialiter se habet in peccato, quia celsitu
do inordinatè appetita non hēt maximam re
pugnantiā ad bonū virtutis. Et iō est grauissi-

mum peccatorum, ſm ſuum genus:quia exce
dit in auerſione q̃ formaliter cõplet peccatũ.

5 Qvinto † quæritur,quot & quę ſint ſpecies
ſuperbiæ?Et dico ꝙ ſcd'm beatum Gre.23.Mo
ra.vt refert S.Th.2.2.vbi ſu.art.4.sũt quatuor
quibus omnis tumor arrogantium demonſtra
tur. Prima cum bonum quod quis habet a ſe
habere exiſtimat. Secunda cum exiſtimat qđ
a Deo habet, ſe pro ſuis meritis habere. Ter-
tia,cum ſe iactat habere quod non hēt.Quar-
ta,cum deſpectis cæteris ſingulariter videri
appetit habere quod habet:quarum rationē,
& ſufficientiam S.Th. vbi ſup.ar.3. & malo,q.
8.ſimiliter ar.4.aſſignat,vbi,& videatur. ¶Et
adde primo de mente eiuſdem 2.2. vbi ſupra,
ꝙ vera exiſtimatio ſiue iudiciũ de aliquo bo-
no dupliciter corrumpitur.Primo.ſ.in vniuer
ſali: & hoc in pertinentibus ad fidem eſt infi-
delitas ſicut ſi quis dicat fornicationē eſſe bo
nam non fugiendam. Secundo in particulari
eligibili;ſicut is qui fornicatur,iudicat forni-
cationem eſſe bonam ſibi pro tunc.& hoc nõ
facit infidelitatem. Et ita in propoſito. Nam
dicere in vniuerſali aliquod bonũ eſſe,& non
a Deo,pertinet ad infidelitatem,ſed ꝙ aliquis
ex inordinato appetitu proprię excellẽtię ita
de bonis ſuis gloriet, ac ſi ea a ſe hēet, vel ex
meritis proprijs,pertinet ad ſuperbiam,& nõ
ad infidelitatem propriè.¶Adde ſecũdo,ꝙ ia-
ctantia ſecundũ eundem, ponitur ſpecies mē
dacij quantum ad exteriorem actũ quo quis
falſo ſibi attribuit quod non habet,ſed quan-
tum ad interiorem cordis arrogãtiā ponitur
a Greg.ſpecies ſuperbiæ.¶Aduerte ſiſr tertio,
quod iſtę ſpecies,ſecundum S.Th.& alios non
conſiſtunt in exiſtimatione eſſentialiter,quia
exiſtimatio pertinet ad rationem, ſuꝑbia ve-
ro ad voluntatem :ſed conſiſtunt in interiori
arrogantia, & inordinato appetitu excellen-
tiæ:ex quo in intellectu ꝓuenit falſa exiſtima
tio. Vnde ſumuntur potius a ſignis ſuperbiæ,
quam ab eius eſſentialibus differentijs quod
ēt Greg.innuit,in illo verbo,demonſtratur.

6 Sexto † quæritur, qui ſint gradus ſuperbiæ?
Et dico ꝙ ſcd'm S.Tho.2.2.vbi ſup.ar.4. & ſm
Ber.ſunt duodecim,oppoſiti duodecim gradi
bus humilitatis. ¶Primus eſt curioſitas, ſiue
inordinatus appetitus cognitionis,quo qs cu-
rioſe vbiq; & inordinatè circũſpicit, de qua,
ſup.Curioſitas.¶Secũdus leuitas mentis, qua
.ſ.homo ſuperbè ſe habet in verbo;quæ qñ ſit
peccatum tale, iudicandum eſt ex qualitate
verborum puta ſi ſint cõtumelioſa ex radice
ſuperbiæ, ſi eſt ex ſuperbia, quæ ſit mortale,
aut veniale.ex fine:puta,ſi intendit confuſio-
nem, vel notabilē iacturam proximi iniuſtā.
¶Tertius,inepta lætitia,qua.ſ.hō eſt facilis,&
promptus in riſu: quæ deeſt veniale. ¶Quar-
tus,iactantia,de qua ſupra in verbo iactantia.
¶Quintus, ſingularitas, per quem.ſ. ſanctior
alijs vult apparere,de qua ſecundum finem iu
dicabitur.¶Sextus,arrogantia,per quã.ſ.ho-
mo ſe alijs præfert:& vt dicitur diſt.4.c.1.cęte
ros,quos inf. ſe videt,deſpicit, & quibus non
conſulendo loqui,ſed vix dominando digna-
tur:de qua iudicatur ſecundum radicem & fi-
ne.¶Septimus, præſumptio non qua de alijs,
ſed qua de ſe quis iudicat,ſe reputans ſufficiē
tem ad maiora,de qua iudicabitur ſecundum
radicem. ¶Octauus,defenſio peccatorum, de
qua ſecundum radicem,& circunſtantias iudi
cabitur. ¶Nonus,ſimulata confeſſio,qua quis
non vult ſubire pœnam pro peccatis, quæ ſi-
mulatè confitetur,quæ eſt mortale,ſi ſit in ſa-
cramento pęnitentię quo ad mortalia,& ſimi
liter in iudicio quoad iuridicè interrogata, vt
ſup.Accuſatio,§.8. ¶Decimus rebellio deſpi-
ciens obedire:quæ eſt mortale ratione cõtem
ptus vel præcepti,aut actualis reſiſtentię cum
pertinacia in re notabili quo ad laicos, vel e-
tiam in minima quo ad religioſos. ¶Vndeci-
mus, libertas, qua homo delectatur liberè fa-
cere,quod vult,de, qua dicatur ſecundum di-
cta de inobedientia.¶Duodecimus,eſt cõſue-
tudo peccandi,quæ implicat Dei contemptũ,
intellige negatiuum.

7 Septimo † quęritur,quõ differant ſuperbia,
ambitio, & inanis gloria? Et dico ꝙ ſuperbia
appetit inordinatè excellentiam honorabilē,
vt dictum eſt, inanis autem gloria manifeſta-
tionem excellētiæ de qua inf. Vanagloria am
bitio, vero eſt inordinatus appetitus honoris
ſecundum S.Th.2.2.q.131.ar.2.vnde inordina
tus appetitus dignitatem ratione honoris ꝑ-
tinet ad ambitionem:ratione vero,vſus digni
tatis excedentis facultatem appetentis perti
net ad præſumptionem ibidem. Eſt autem am
bitio peccatum mortale dupliciter:primo ra-
tione finis, ſi in ea conſtituatur, vt cum quis
eſt paratus ad mortale gratia eius.Secundo ra
tione rei appetitæ: puta ſi appetantur plura
beneficia eccleſiaſtica in caſu non licito. ar.c.
quia intantum.de præb. vel beneficium eccle
ſiaſticum cum cura:vt ſu.Epiſcopus.§.3, & Si
monia.§.16. vel generaliter beneficium eccle
ſiaſticum,vel ſeculare,cum appetens ſcit ſe in
dignum ratione criminis, vel ignorantiæ, &
huiuſmodi,quia contra iuſtitiam appetit.

De superstitionibus, & Sortilegiis.

SVPERSTITIO & perstitiosus nomen a superstite traxerunt, dicente Isid. in lib. Etyc. quod superstitiosos ait Cicero appellatos, q̃ totos dies deprecabantur & immolabant ut sui sibi liberi superstites fierent, deinde vero translatū hoc est nomen ad significandū quod dā vitiū, qđ gl. ad Col. 2. diffinit dicēs, ꝙ superstitio est religio sup. modū seruata, & clarius S. Tho. 2. 2. q. 92. dicens, ꝙ superstitio est vitiū religioni oppositum secundum excessū: non quia plus exhibeat in cultū diuinum, quā vera religio: sed quia exhibet cultum diuinū cui non debet, vel eo modo quo non debet sicut ēt in aliquibus aliis uirtutibus, vt in magnanimitate & magnificentia vitium excedit medium uirtutis: non quia ad maius aliquid tendat quam virtus, sed forte ad minus: sed quia facit aliquid cui non debet vel quādo non dēt & similiter ẜm alia huiusmodi, ut patet 4. Eth.

1 PRIMO † autem quæritur, quot sunt superstitionis species? Et dico vt patet 2. 2. vbi sup. ꝙ huius vitii sunt duæ species subalternæ, quarum prima consistit in exhibere diuinum cultum Deo vero modo indebito: & dr̄ supstitio indebiti cultus. Secunda vero in exhibere cultum diuinum ei cui nō debetur: quæ ēt in tres alias species diuidit quarum prima est idololatria. Secunda est superstitio diuinatiua, quæ & ipsa in multas species diuiditur, ut patebit inf. §. 4. Tertia est obseruatiua, ad quam pertinet ars notoria, & omnes obseruationes ordinatæ ad corporum immutationes, puta sanitatem vel ægritudinem, i. omnes incantationes & alligaturæ, vt sup. Maleficium. §. 8. dictū est, de quibus omnibus nunc agendum est.

2 SECVNDO † quæritur, quid iuris de superstitione indebiti cultus? Et dico duo. ¶ Primū. Secundum S. Th. 2. 2. q. 93. cum secūdum Aug. contra menda. maxime perniciosum fit mendacium, quod fit in his quæ pertinēt ad Christianam religionem in cultum veri Dei, si per cultum exteriorem aliquid falsum significet, erit cultus perniciosus, ꝙ dupliciter cōtingit. Primo. s. ex parte rei significatæ, a qua discordat significatio cultus, sicut perniciosum nūc est vti ceremoniis veteris legis, quib. Christi mysteria figurabantur futura. Secundo ex parte colentis: quia sicut falsarius esset, qui ex parte alicuius proponeret aliqua sibi nō commissa ita & qui ex parte ecclesiæ cultum exhibet Deo contra modum diuina authoritate ab ecclesia constitutum, & in ecclesia consuetum, diuersæ autem consuetudines ecclesię in diuino cultu in nullo præiudicant veritati; iō que seruandæ sunt, & illicitum est eas præterire. ¶ Secundum. In diuino cultu licet nihil possit esse superfluum ẜm absolutam quantitatē; quia nihil potest facere quod non sit minus eo qđ Deo debet: superfluum tamen ẜm quantitatem proportionis, i. quod non est finis proportionatum potest esse in diuino cultu; quia cum eius finis sit primo ut homo det gloriam Deo, & secundò vt ei mente & corpore se subiiciat: quicquid pertinet ad gloriā Dei, & ad hoc, ꝙ mens hoīs Deo subiiciatur, & ēt corpꝰ per moderatam refrænationem concupiscentiarum, ẜm Dei & ecclesiæ ordinationem & consuetudinem eorum quib. cōuiuit, non est superfluū. Si quid autem de se nō pertinet ad gloriam Dei nec ad hoc quod mens hoīs ferat̄ in Deum aut qđ carnis concupiscentiæ moderate frenentur, aut ēt si sit præter Dei & ecclesiæ institutionem, vel contra consuetudinem quæ ẜm Aug. pro lege habenda est hoc totum reputandum est superfluum, & superstitiosū: qa in exterioribus solum consistens, ad interiorem Dei cultum nō pertinet. Hęc ex illo.

3 TERTIO † quæritur, qđ iuris de idololatria? Et dico supersedendum esse hic; quia iam per gratiam Christi non est in vsu, & remittendū a S. Thom. 2. 2. q. 94.

4 QVARTO † quæritur, quid & quotuplex sit superstitio diuinatiua? Et dico ẜm S. Th. vbi su. q. 93. ꝙ diuini dicti quasi Dei pleni, ẜm Isid. li. Ety. ex hoc dn̄r, ꝙ præsumunt pronunciare aut præcognoscere futura ad vtrūlibet, vel raro Deo nō reuelāte, nō āt si q̄s pronunciet ea q̄ ex necessitate eueniūt. vel vt̄i plurib. q̄ humana rōne ꝑnosci possent ꝑ certitudinē vel ꝑ cōiecturā. Vn̄ diuinatio tūc solū dr̄, qn̄ idebito mō vsurpat: sibi ꝓnūciationē futurorū. Vn̄ semper est peccatū, qa vsurpat quod est Dei proprium. Et semper ex opere dæmonum ꝓuenit, vel qa expresse inuocant ad futura manifestāda, adde vel ꝑn̄tia occulta, vel qa ingerūt se vanis inquisitionib. futurorū, vt mētes

homi-

hoīum implicentur vanitate. Quomodo autē dęmones possint futura, vel occulta cognoscere, vide sup. Maleficium §.1. ¶ Diuinationis autem sunt multæ species distinctæ s̃m propria obiecta siue materias, prout. s. in diuersis reb. occultorum cognitio consideratur. Nam si expressæ dæmones inuocantur, solent futura prænuntiare multipliciter, & tunc prima diuinationis species dr̄ præstigium, ex eo ꝙ oculi hominū præstinguuntur, dū dæmones præstigiosis apparitionib. se aspectui, & auditui hominum ingerunt. Secunda somniorum. Tertia necromātia, q̃ est per mortuorum alloquutionem. à necros, quod est mortuus, & mantia, ꝙ est diuinatio. Quarta diuinatio per pythonomias quæ. s. fit ꝑ hoīes viuos, sicut ī arreptitiis patet Quinta quando dæmones prænuntiant futura per figuras, aut signa, quæ in reb. inanimatis apparent, q̃ si appareāt in corpore terrestri, puta vngue, vel ferro, aut lapide polito, vocatur geomantia, si autē in aqua hydromātia, si in aere, aerenomātia: si in igne, pyromātia, si autem in visceribus animalium immolatorum in arte dęmonum, vocatur aruspiciū. Et sic hn̄r nouem species. Si autem dęmones non inuocantur expresse, diuinatio diuidit̄ in genera duo, quorum primum est cum ad præcognoscendum futura aliquid consideramus in dispōne, vel motu alterius rei, i. substantiæ alterius ab homine, ꝙ quidē si fit ex cōsideratione situs ad motus siderū, pertinet ad Astrologos, qui & geneantici vocantur ꝑꝑ considerationem natalium dierum. Si vero motus, & voces auiū, seu quorumcunq; aīaliū, siue per sternutationes hoīum: aut mēbrorum saltus, ꝑtinet gn̄aliter ad auguriū, ꝙ a garritu auiū, sicut auspicium ab auium inspectione in auib. enim hmōi pręcipue considerari solent. Si uero sit circa verba hoīum dicta absque intētione, quæ q̃s retorque ad futurum ꝙ vult p̄cognoscere, hoc vocatur omē, sicut Romanis deliberantibus vtrū ad alium locum migrarēt, forte eo t̄pe centurio quidam exclamauit si. gnifer statue signum, hic optime manebimus, quam uocem auditam pro omine acceperūt, transeundi consilium omittentes si autem cōsiderentur aliquæ dispositiones figuratū in aliquibus corporibus visui occurrentes, erit alia diuinationis spēs, quia ex lineamentis manus consideratio diuinatio sumpta chiromātia uocat, quasi diuinatio manus, chiros enim Græcè dr̄ manus. Diuinatio uero ex quibusdā signis in spatula alicuius animalis apparentib. spatulantia vocatur. Secūdum genus est ad ꝙ pertinet diuinatio facta ex consideratione eorum quæ eueniunt ex quibusdam q̃ ab hoībus serium fiunt ad aliquid occultum inquirendū siue per protractionē punctorum, ꝙ pertinet ad artem geomantiæ, siue per consideratione figurarum quæ proueniunt ex plūbo liquefacto in aqua proiecto, siue ex q̄busdā schedulis scriptis vel nō scriptis in occulto repositis, dū cōsideratur q̃s q̃ accipiat, vel ēt ex festucis inæqualib. propositis, qui maiorem, vel minorē accipiat, vel ēt ex taxillorum proiectione, q̃s plura punta proiiciat, vel etiā dum consideratur q̄d aperiēti librū occurat, quæ omnia sortium nomen habent. ¶ Sic ergo patet triplex diuinationis genus, quorum primū est per manifestam dæmonis inuocationem, ꝙ pertinet ad negromanticos, s̃m aūt per solam considerationē dispōnis, vel motus alterius rei ꝙ pertinet ad augures, tertium, est dum facimus aliquid vt nobis manifestetur aliquod occultū ꝙ pertinet ad sortes. Sub quolibet autem horum multa continentur, ut patet ex dictis.

5 Qvinto † quæritur, quid de diuinatione facta per inuocationē dæmonum, s. expressa? Et dicit S.Th. ꝙ omnis talis est illicita, tū quia ibi est expresse pactum initum cum dæmone per ipsam inuocationem s̃m illud Isa. 28. Dixistis, Percussimus fędus cum morte, quod est omnino illicitum: & esset adhuc grauius si sacrificium, vel reuerentia dæmoni inuocato exhiberetur, tum quia dæmon qui hominum perditionem intendis ex suis responsis etiam si aliquando vera dicat, intendit hominis assuefacere ad hoc, ꝙ ei credatur, & consequēter perducere ad aliquid humanæ saluti nociuum. Qūo autem liceat dæmones adiurare, uide supr. Adiuratio. §.4.5. & sup. Exorcista.

6 Sexto † quæritur, vtrum diuinatio per astra, sit illicita? Et dicit S.Th. quòd operatio dęmonis, ut animos hoīum impliceat vanitati, aut falsitati inherit se diuinationi, quæ ex falsa, aut uana opinione ꝓcedit, qua vtitur q̃ ex consideratione stellarum vult præcognoscere futura, quæ per eas cognosci nō possunt. Igitur ex falsa, & vana opinione procedit, & consequenter erit diuinatio superstitiosa & illicita, si q̃s inde uelit præcognoscere futuros casuales, vel fortuitos euētus, aut futura oꝑa hoīum per certitudinem, q̄a vt idem probat, ex stellis non accipitur p̄cognitio futurorum, nisi sicut ex causa pernoscunt̄ effectus duplices autem effectus, inquit, subtrahuntur causalitati cęlestium corporum. Primò effectus ꝑ accidens cōtingētes siue in rebus humanis,

siue

siue in naturalibus, quia cum ens per accidens neque ens sit proprie neque vnum: vt probatur in 6.Met. non habet causam præcipue naturalem, cum operatio naturalis determinetur ad vnum, sicut procedit ab vno principio, qđ est forma rei naturalis. Scđo actus liberi arbitrij: quia corpora cęlestia imprimere non possunt directe in intellectũ, & voluntatem, quæ non sunt corpus: & consequẽter nec per se causare tales operationes, licet ad hoc possint dispositiue inclinare, inquantum imprimunt in corpus humanum, & consequẽter in vires sẽsitiuas, q̃ sunt actus corporaliũ organorum, & inclinant ad humanos actus, licet necessitatẽ libero arbitrio non imponant cum obediant rationi, ẜm Philosophum in 3. de anima, & 1.Eth. Frequẽter tamen circa hoc Astrologi vero prænũtiant præcipue in cõib. euẽtib. qui depẽdẽt ex multitudine; primo q̃a plures hominum passiones corporales sequũtur, & cõsequenter actus eorũ disponũtur, vt in pluribus ẜm inclinationem corporum cęlestium pauci vero sunt, i. soli sapientes, qui eas rõne moderẽtur. Secundo propter dęmones se immiscẽtes, scđm Aug. in 2. super Gen. Hęc ex illo virtualiter, qui etiã tenet esse superstitiosum, vel inde, s. ex stellis, prænoscere futura necessario, vt eclipsim, & omnia ex eis causata intellige in plurib. vt su. §. 4. in princ. puta, sic citates, & pluuias, & huiusmodi.

7 SEPTIMO † quæritur, q̃d de diuinatione per somnia? Et dicit S.Th. quod cum sit illicita diuinatio, quæ opinioni falsæ innititur, considerare oportet, ꝙ sit verũ circa præcognitionem futurorum de somnis? Cum autẽ somnia sint futurorum euentuum q̃nq; quidem cã, vt cum quis ex visis in somnijs mouetur ad aliquid agendum, aut vitandum q̃nq; vero signa, inquantum s. reducũtur ad aliquã cãm cõem somnis, & futuris euentibus, & ẜm hoc plurimum præcognitionis futurorum in somnijs fiant considerandum est, quę sit causa somniorum, & an possit esse causa futurorum euentuum, vel ea possit cognoscere. ¶ Est autem cã 8 somniorũ q̃nq; interior: & est duplex. Prima est animalis inquantum, s. phantasiæ dormientis occurrũt ea circa quæ eius cogitatio, & affectatio in morata est in uigilando: & hæc nõ est causa futurorum euentuum, & consequenter huiusmodi somnia per accidens se habent ad futuros euentus, & si q̃nque simul concurrunt erit casuale. ¶ Secunda est corporalis, q̃a ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasia; cõueniens tali dispositioni, sicut abundanti frigidis humoribus in somnis occurrit, quod sit in aqua, vel in niue propter quod dicunt medici intendẽdum esse somnijs ad cognoscendum interiores dispositiones. ¶ Quandoq. vero somniorum causa est exterior: & est duplex. Prima est corporalis, inquantum imaginatio dormientis immutatur, vel ab aere continenti, vel ex impressione cœlestis corporis, vt sic dormienti aliquæ phantasiæ appareant conformes cęlestium dispositionum. Secunda est spiritualis, quæ est quandoque quidem a Deo, qui ministerio angelorum aliqua hoĩbus reuelat in sõnijs, scđm illud Nu. 12. si quis fuerit inter vos propheta Dñi in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Quandoque vero operatione dœmonũ aliquæ phantasiæ dormientibus apparent, ex quibus, quandoq. aliqua futura reuelãt habentib. cum eis pacta illicita. ¶ Sic ergo dicendũ, ꝙ si quis vtatur somnijs ad p̄cognoscẽda futura, ẜm ꝙ somnia ꝓcedũt ex reuelatione diuina, vel ex cã naturali intrinseca, siue extrinseca, quãtum p̃t se virtus talis causæ extendere, non erit illicita diuinatio. Si vero huiusmodi diuinatio causet ex dœmonũ reuelatione, cũ quib. hẽntur pacta expressa, q̃a de hoc inuocantur, vel tacita, q̃a hmõi diuinatio extenditur ad, ꝙ se non põt extendere virtus cãæ somnij, erit diuinatio illicita, & supstitiosa. Hæc ex illo. Vñ supstitiosum est ex somnijs nedũ procedentibus a dœmone, sed ex causa naturali velle diuinare de effectibus casualib. puta, inuentione thesauri, vel ꝙ occidetur ab aliquo, aut de subiectis libero arbitrio, est illicitum. Secus si somniauit pluuiã, vel hmõi, & eã prænuntiet itẽ secus, si sint a Deo, ꝙ licitè quis præsumitur q̃n fiunt præmissa orõne ad Deum, argu. dicendorũ. §. seq. ad fi. vel ẽt si habeant illa signa, quib. Docto. distinguunt visionem diuinã a diabolica, de quibus in Aur. ro. circa festa natalia. Quod ãt dr̃ non esse credẽdum somnijs intelligitur contra p̄dicta, & passim sine consilio ꝑitorũ.

OCTAVO † quæritur, quid de diuinatione per auguria, & omnia, & hmõi obseruationes exteriorum rerum? Et dicit S.Th. quod cũ huiusmodi non possint esse causa euentuũ futurorũ, ex eis non cognoscuntur futura, nisi inquantũ sunt effectus aliquarum causarũ, quæ etiam sunt causantes, vel p̄cognoscentes futuros euẽtus. Causa ãt naturalis instinctus, quo bruta mouent̃ ad suas operationes, p̃t esse duplex. Prima est corporalis, quia nõ habẽt nisi aĩam sẽsitiuã, cuius oẽs potẽtię sunt actus cor-

pora-

poralium organorum, & sic subiacet dispositioni continentium corporum, & primordialiter cęlestium. Vnde nihil prohibet aliquas eorũ operationes esse futurorum signa, inquantũ conformantur dispositionib. cœlestiũ corporum: & aeris continẽtis ex quib. proueniũt aliquid futuri euentus. In hoc tñ sunt duo cõsideranda. Primũ, vt extẽsio nõ fiat: nisi ad pcognoscendũ causata p motus cęlestiũ corporũ, vt dictum est. Scd̃m, vt non fiat, nisi ad ea, q̃ ad hmõi animalia possent aliqualiter pertinere, consequuntur.n. per cœlestia corpora cognitionẽ quãdã naturalẽ, & instinctũ ad ea, q̃ eorum vitæ sunt necessaria, sicut sunt immutationes factę per pluuias, ventos, & hmõi. Secũda causa est spũalis, s. vel Deus, vt patet in columba super Christum descẽdentẽ, & in coruo, qui pauit Heliã: & in Cęte euomẽte Ionã; vel ẽt dęmones, q̃ hmõi operationib. brutorum vtuntur ad implicandos aĩos hominum vanis opinionibus. Et eadem ratio vr̃ esse de oĩbus alijs hmõi, præterquam de hominibus quia humana verba, q̃ accipiuntur pro hoĩe, nõ subduntur dispositionibus stellarum, q̃ tñ disponuntur, ẽm diuinã prouidentiã, & q̃nq; ẽm dæmonũ operationẽ. Sic ergo dicendum ꝙ oĩs hmõi diuinatio, si extẽdatur vltra id, ad ꝙ potest pertinere ẽm ordinem naturę, vel diuinæ prouidentiæ, superstitiosa est, & illicita. Ioseph autem dicens Gene. 44. non esse sibi similem in augurandi scientia, dixit ioco, secũdum Aug. referẽs forte ad id, quod de eo vulgus opinabatur. Gedeõ autem Iudi. 7. obseruauit recitationẽ, & expositionem somnij, quasi ordinatã a diuina ꝓuidẽtia ad ĩstructionẽ sui. Et similiter Helieser Ge. 24. attẽdit verba puellæ oratione præmissa ad Deum. Hæc ex illo.

9 Nono † quæritur, quid de diuinatione sortium? Et dicit S. Th. vbi su. & in quodam opusculo, ꝙ sortes proprie dicuntur cum aliquid fit, s. ab homine seriose, vt eius euentu considerato aliquid occultũ innotescat: & dr̃ sors diuisoria, si eius iudicio quærat quid cui sit adhibẽdũ; siue illud sit res possessa, siue honor, seu dignitas, seu pęna, vel actio. si vero inq̃rat q̃d agere oporteat, vocat̃ sors cõsultoria. Siuero q̃rat̃ quid sit futurũ, vocat̃ diuinatoria. Cũ autem euentus sortium expectari possit a triplici causa, s. cœlo, fortuna, vel spiritu dirigẽte, si expectetur a cœlo quasi actus humani, qui ad sortes requirũtur, secũdum dispositionẽ stellarum sortiantur effectum, vana, & falsa est opinio, & consequenter dæmonũ ingestione non carens; ex quo illicita, & superstitiosa erit diuinatio. Si vero expectetur a fortuna, quod locum habere p̃t solũ in diuisoria sorte, non vr̃ habere uitium, nisi fo[r]te vanitatis: sicut si non volentes aliquid concorditer diuidere velint ad diuisionem sortibus vti quasi fortunæ exponentes quis quam partem accipiat. Si vero expectetur a spũ siue cã spũali: si quidem sit dæmon, est sors illicita, & secundum canones prohibita: sicut fecit rex Babilonis, Ezech. 21. Si vero expectet̃ a Deo, qui tẽperat sortes, vt Prou. 16. talis sors, scd̃m Aug. non est aliquid ẽm se malum. Põt tamẽ in hoc quadrupliciter incidere peccatum. ¶ Primo, si absq; necessitate ad sortes recurratur: q.a vr̃ pertinere ad tentationem Dei: sed intelligo, sine necessitate spũali, vel etiam tpali personæ, vel etiam rerum quo ad magnũ damnum vitandũ: vt fecit Dau. 1. Reg. 30. Scd̃o, si quis eis vtatur in necessitate quidem, sed sine reuerentia Dei. Vnde dicit Bæda sup. Act. Apo. quod si qui necessitate aliqua cõpulsi Deum putant sortibus exẽplo apostolorũ esse consulẽdum, videant hoc ipsos apostolos nõ nisi collecto fratrũ cœtu & pcibus ad Deum fusis egisse. Tertio, si diuina oracula ad terrena negotia conuertãtur: quia talis consuetudo displicet Aug. ad inq̃siti. Ian. Sed intellige, ꝙ negotia ꝓprie sunt circa tpalia lucra nõ circa damna vitanda. Quartò, si quis sortibus vtatur in electionibus ecclesiasticis, quę inspiratione Spiritus sancti fieri debẽt, vnde ẽm Bæd. vbi supra. Mathias sorte q̃ritur ante Pẽtecostẽ, q.a. s. non dum erat effusa in ecclesia plenitudo Spũs sancti; septem autem diaconi postea non sorte, sed electione discipulorum sunt ordinati. Secus aũt in tpalib. dignitatib. q̃ ad tẽporalem dispositionem ordinantur, in quarũ electione plerunque homines sortibus vtũtur, sicut & in rerum tpalium diuisione, in necessitate aũt licitũ est diuinum iudicium reuerẽter sortibus implorare; sicut ẽm Aug. in epistola ad Hono. si tpe persequutionis ignoratur, q ministri fugere, & q remanere debeant, vel ẽm eundem in primo de Doc. Christi. si habẽti dãda occurrãt duo æq; indigẽtes, & vtriq; dare nequeant. Iudiciũ ãt ferri cãdentis, vel aquæ feruentis ordinatur q̃dẽ ad occulti peccati ĩquisitionem per aliquid, q̃d ab hoĩe fit: & hoc conuenit cum sortib. inquantum tñ expectatur aliquis miraculosus effectus a Deo, excedit cõem sortiũ rõnẽ: vnde illicitũ reddit, tum quia ordinatur ad iudicandũ occulta, quæ diuino iudicio reseruãtur: tum ẽt quia huiusmodi iudicium non est diuina authoritate sancitum,

tum,vñ prohibet.2.q.4. consuluisti.Et eadem ratio videtur de lege duellorum:nisi ꝙ plus accedit ad communem,ratioñe fortium,inquantum non expectatur ibi miraculosus,effectus, nisi forte quãdo pugiles sunt valde impares virtute, vel arte.Hæc ex illo.

10 Decimo † quæritur, quid de superstitionis obseruantia?Et dico multa.¶Primum.Vti obseruantijs artis notoriæ ſm S.Th.& alios est illicitum quia hæc ars vtitur ad acquirendam scientiam quibusdam non vt causis, sed vt signis cum ſm se non habeant virtute causandi scientiam:vt est inspectio quarundam figurarum,prolatio ignotorum,verborũ,& aliis huiusmodi q̃ signa sũt superuacua, cũ non diuinitus instituta,sicut sunt sacramentalia, & cõsequẽter ꝑtinent ad pacta quædã significationũ cum dæmonib. vnde est penitus repudianda Christiano sicut & aliæ artes nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis,vt Aug.dicit 12.de Doct. Christi.& ſm Arc.est mortale. Est etiam hoc inefficax ad scientiã acquirendam, vt probat S.Th.vbi su.q.66.¶Scđm in obseruationib.ordinatis ad corporum immutationem, puta ad sanitatẽ,vel hmõi,de quib.ẽt su.in verbo, Maleficiũ ſm S.Th.considerandum est vtrũ facta ad particulares effectus inducendos videant̃ posse tales effectus causare:& sic nõ erit illicitũ:qa licet cãs naturales adhibere ad ꝓprios effectus.Si aũt nõ videntur eos posse causare, cõsequẽs est,ꝙ nec adhibeant̃ adhoc sicut cãę sed quasi signa:& cõsequenter pertinẽt ad pacta significationũ cũ dæmonib. inita:Vnde ſm Aug.11.de Ci.Dei,dæmones alliciũtur creaturis nõ vt aĩalia cibis,sed ut spiritus signis.Vnde ſm eũdẽ in 2.de doc.Christi ad superstitionẽ pertinent oĩa remedia quæ medicorũ disciplina cõdemnat,siue in p̃dicationib.siue in q̃buscũq; notis quas characteres uocãt,26.q.2.illud.Nec obstat quod sicut corpora naturalia subiiciuntur cœlo, inde ex eius impressione consequendo virtutes occultas,ita & artificialia,puta imagines:quia ideo naturalia a cœlo sortiuntur virtutes actiuas quia sortiuntur etiam formas substantiales, quas eorum virtutes consequuntur;formę aũt artificialiũ ꝓcedunt ex cõceptione artificiis,& cũ nihil aliud sint q̃ compositio, ordo & figura, vt dr̃ in 1. Phy.non possunt habere naturalẽ ad agendũ; vnde inquantum artificialia nullam virtutem sortiuntur a cęlo,sed solũ ſm materiã naturalem.vnde imagines astronomicæ ex operatione dæmonum hñt effectum:cuius signũ est, ꝙ necesse est eis in scribi quosdã characteres, q̃ naturaliter ad nihil operantur cum figura nõ sit naturalis operationis principium.In hoc tñ distant imagines astronomicæ a necromanticis quia in istis sunt quædã tacita pacta cũ dæmonibus per characterum quædam signa: sed in illi fiunt expresse inuocationis & præstigia quædã unde pertinẽt ad pacta expressa cũ eis. Hæc ex illo.¶Tertium.Obseruationes ordinatæ ad præcognoscẽdũ aliqua fortunia vel infortunia ſm ꝙ aliq̃ experiũtur,ꝙ aliqua tꝑa, vel loca,aut verba audita, vel occursus hominum aut auimalium,siue distorti,aut inordinati actus aliquod præsagiũ habent futuri boni uel mali,ſm S.Th.oẽs sunt superstitiosæ & illicite quia p̃dictis vtuntur ut signis nõ introductis authoritate diuina,sed magis humana vanitate dæmonum malitia cooperante:& vr̃ esse quædã reliquiæ idololatriæ,ſm ꝙ obseruabantur auguria & dies fausti vel infausti quod pertinet quodam modo ad diuinationem per astra ſm ꝙ diuersificant̃ dies.Si q̃s tñ pręsagiũ huiusmodi consideret ex sua cã,non erit illicitũ,sicut si seruus timeat flagellum iudicis, uidens irã dñi:& similiter si quis timeret nocumentũ puero ex oculo facinante, & si a principio homines in his obseruantiis aliquid veri experti sunt,fuit a casu,deinde vero operæ dęmonum,cum homines incipiunt his animũ applicare,vt fiãt curiosiores,& magis laqueis implicentur. ¶ Quartum.In omnibus autem incantationibus vel scripturis suspensis,secundum S.Tho.duo cauenda sunt.Primo quidem ne qđ profert̃ aut scribitur ꝑtineat ad inuocationes dæmonũ,ꝙ est manifeste superstitiosũ & illicitum:& similiter ne cõtineat ignota nomina,ne sub illis lateat aliquod illicitũ, & similiter ne quid falsitatis contineat:quia sic eius effectus expectari non posset a Deo, qui non est testis falsitati. Scđo cauendum est ne cum verbis sacris contineant̃ aliqua vana, puta characteres inscripti præter signũ crucis, aut si spes habeatur in modo scribẽdi aut ligãdi,aut in quacunq; huiusmodi vanitate, q̃ ad diuinã reuerentiam non pertineat: quia hoc iudicaretur superstitiosum,alias autẽ est illicitũ,vnde dr̃ in decre,26.q.6.c. non liceat Christianis ꝙ in collectionibus herbarũ, quæ medicinales sunt aliquas obseruationes,aut incãtationes non licet attendere nisi tantum cum symbolo diuino aut dominica oratione, vt tãtũ creator & Deus oĩum honoret̃. Hæc ex illo.De reliquiis ãt portãdis habes su.Reliquiæ, §.4.Adde uero primo,ſm eũ,ꝙ ĩ incantationibus serpentum,vel quoruncumq; animaliũ si

respe-

respectus habeatur solũ ad verba sacra & diuinam virtutem,non erit illicitum:plerũq. tamen tales incantationes habẽt illicitas obseruantias,& per dæmones sortiuntur effectum, & præcipuè in serpẽtib. qa serpẽs fuit primũ dæmonis instr̃m ad hoĩem decipiẽdum.Adde s̃m Veru.& Mod. ꝙ carminatrices si nihil superstitiosum dicunt,docent, aut faciũt,sed tãtum vtuntur licitis precib.& adiurationib. & sicut per passionẽ,& Crucẽ Christi, & hmõi, non peccat mortaliter,nisi post prohibitionẽ ecclesiæ sibi factã:prohibendi sunt tamẽ viri, & mulieres a talibus, quia multa inutilia & superstitiosa solẽt admisceri:nisi forte sacerdos sit, vel religiosus, & discretus,aut etiã laicus excellentis vitę,qui fusa oratione licita super infirmũ manum ponat, qui tamen fortè deberent a talibus abstinere, si timetur ne exẽplo eorum alij superstitiosi assumant sibi carminationib.abusum:iuxta illud. Ab oĩ specie mala &c.de vit.& hon.cle.cum ab omni. Adde tertio secũdum Arch.vt etiam dicitur ex prædictis,& sic tp̃s, vel dies obseruetur ad aliq̃d faciendum,vel omittendum ex causa naturali, puta dispositione lunæ ad medicinã sumẽdã: vel arborem succidẽdam, non est superstitiosum nec illicitum, secus si ex falsa opinione: quia putat quis aliquos dies fortunatos, vel infortunatos,vt si quis vtitur herbis collectis in mane.Ascensionis,vt balneat se in nocte S.Io. Bap. Sed tamen limita quando non mouetur quis ex spũali deuotione festi concurrentis illa die:vnde non est superstitiosum si sacerdos ad celebrandum primam missam obseruet diẽ alicuius sancti sibi deuoti,& hmõi.Adde quarto s̃m Veru.ꝙ breuia continentia,ꝙ si qui exportauerit,non incurret tale, vel tale malum vel consequetur tale, vel tale bonum, reprobanda sunt,& peccant facientes,vtẽtes, & cõsulentes;nisi sint adeo simplices,quod excusẽtur ignorantia.Adde quinto,secundum eundẽ Arch.quod licet vtentes incantationib.& breuibus superstitiosis ignoranter excusentur forte a mortali, secus si adierunt a personis discretis ea esse illicita, quia non videtur posse se excusari.arg.8.dist.ignosci.

3 TERTIO † vtrum aliquo casu clericus vel religiosus possit hoc officium exercere de iure, vel de facto, si pri⁹ illud habebat? Et dico multa. ¶ Primum. Nullo casu clericus potest licitẽ post sacros ordines susceptos effici tabellio: intellige per principem laicum, licet si efficiatur non perdat clericatũ, vt dictum est §. priore. nullo ẽt casu esto, ꝙ ante sacros ordines esset tabellio, licite potest tale officium exercere ĩ causis secularibus, ſm Pan. in d. cap. sicut. tum q̃a hoc officiũ est uile, cum tabellio dicatͬ seruus public⁹, vt in c. 2. de vsur. li. 6. & ff. de ado. l. non enim. tum quia est officium seculare ab hmõi aũt officiis debẽt clerici abstinere, ne cl. uel mo. c. 1. In causis vero ecclesiasticis similiter nõ potest licite, si sit institutus a principe seculari: quia ita videtur sentire Host. & In. in d. c. sicut, ꝙ tñ de mente Pan. ibidem limitatur nisi hoc faceret coram papa vel eius curia, q̃a papa admittendo vr̃ eum habilitare, arg. l. idẽ Vlpianus. ff. de excus. tut. Si vero sit institutus a papa vel ep̃o quo ad suam diœcesim, licite hoc põt, cũ ꝑꝑ ordines sacros, aut beneficiũ non debeat illi ecclesiasticum officium interdici: arg. c. tua. el 2. de deci. & de iud. decernimus, & de arb. contingit. Et ita indistincte tenet Ang. sed melius Sum. Ros. post Pan. in d. c. sicut. limitat verũ extra curiam papæ, qñ non competens beneficium alias non licet, cũ indistincte prohibeatur in d. ca. sicut. quia, ut dicit glo. ibi, est quoddam genus negotiationis, quod clericis prohibetͬ, extra, ne cler. uel mo. c. 1. ¶ Secundum. Si autem clericus sit quidem in sacris, sed non habeat beneficium, ſm Pan. post Host. potest hoc officium exercere. intellige etiam in causis temporalibus: imo plus dicit Io. And. hoc officium non prohiberi præcise clericis, sed causatiue, s. per subtractionem beneficii. Vnde non potest prohiberi clerico in sacris indistincte, sed causatiue, si vult tenere beneficium, i. sub hac conditione. Pan. non placet hoc ſm, vt, s. detur ei optio tenendi beneficium, uel exercendi tabellionatum: sed primum, s. quod hoc officium exercere potest, si non habet beneficium, quia tunc potest exercere licitam negotiationem, d. ca. 1. ne cler. vel mon. ¶ Tertium. Si uero clericus non sit in sacris, sed in minoribus, potest hoc officiũ exercere, ſm Io. And. in d. cap. sicut per tex. ibi, q̃ facit mentionem de constitutus in sacris, ꝙ licet dom. Ant. velit limitare nisi sit beneficiatus, tamen limitationem non approbat Pan. prima facie, quia tex. ille videtur in cõtrariũ, cum prohibeat clericis in sacris sub priuatione beneficiorum, & consequenter non procedit in minorib. quantumcunq. sunt beneficiati: & ita tenet Sum. Ang. & Rosel. Sed re uera

Pan.tandem limitationem approbat,'& ꝓbat
tũ quia officiũ eſt uile & ſeculare,& cõſequẽ-
ter interdictum oĩbus clericis ſaltẽ beneficia-
tis,tum quia beneficiatus in minoribus prohi
bet officium poſtulandi:ergo fortius iſtud , ꝙ
eſt viliſſimum,ut no.gl.in l.uniuerſos,C.de de
cu.li.10.tum quia eſt genus negotiationis, ut
in gl & cõſequẽter prohibitũ beatificatis , vt
in c.1.ne cle.uel mo.niſi is,qui eſſet beneficia
tus inſufficiẽter,quia proprie beneficiatus nõ
dr̃:arg.c.2.de transla.prælat.& idem vr̃ tene-
re Hoſt hæc ex Pan.& idem Rayn.& ad illud
verbum in ſacris.dicit,ꝙ ſumuntur ſacri large
pro oĩb. ordinibus,q̄a indubitãter ſunt ſacri,
ut not.32.diſt.in Sum.¶ Quartum . Religioſus
autem,qui in ſeculo fuit tabellio,illud officiũ
exercere non poteſt,niſi contra hęreticos,vt
no.Io.An.in c.vt officium.de hæret.'lib. 6. ſm
Ver.tamẽ in Spec.vetera inſtrumenta poterit
complere ſed non aſſumere noua.l.alienatio-
nes.ff.fam.erciſ.& de Iudæ.c.Iudęi.¶ Quintũ .
Si aũt clericus de facto non obſtante dicto ſta
tuto fecit inſtrumentũ,ſm Inno.ualet ſi fecit
antequã interdiceretur ei:alias non. Et põt eſ
ſe rõ ſm Io.And.q̄a interdicto officio interdi
cta eſt eius exequutio.ar.c.paſtoralis, de app.
alias hæc ĩterdictio eẽt deluſoria.Sed ipſe Io.
An.tenet,ꝙ ualet ẽt poſt interdictũ,licet poſ-
ſet priuari bñficio.Et mouet̃:quia ibi hęc ſola
pœna imponitur , unde aliam inuenire non
debemus.Pet.autem de Anch. reprobat rõnẽ
Io.And.quia appoſitio pęnæ in actu, iure pro
hibito confirmat actum contra inhibitionem
attẽtatum,ut no.Bar.in l.prætor ait.ff.de not.
ope nun.unde dicit meliorem rationem,quia
annullatio inſtrumenti ꝑꝑ carẽtiam fidei nõ
cõcernit clericum,ſed partes quibus prohibi
tio non eſt facta,vnde poſſet dici,'quod ſi per
edicta ſolẽniter publicata ſit facta interdictio
clerico,ita ꝙ potuit in notoriam populi veri
ſimiliter tranſire,non valebũt inſtrumẽta, ali
ter ſecus,ſicut obſeruatur ĩ ꝓdigo, cui bono-
rum adminiſtratio eſt interdicta,vt l.is,cui bo
nis.ff.de ver.obl.Et idem in effectu Pan. ſẽtit,
dicens, ꝙ ante interdictũ valebant ex quo to
lerabatur ĩ officio,rõne publici officii.poſtea
vero non valebunt, ſi interdictum factũ eſt ꝑ
ſuperiorẽ palam,& publice, quia geſta ratio-
ne publici officii poſt ſuperioris interdictum
non tenent,ut in c.veritatis.de do.& cõt.Nec
poteſt allegari tolerãtia,ex quo publicè 'ema
nauit prohibitio.Si uero non fuit factum pu-
blice,tenent in præiudiciũ prohibiti ut poſſit
beneficio priuari,vt in d.ca.ſicut ſed geſta rõ
ne publici officij tenẽt,ſaltẽ quo ad ignoran
tes:de quo ſup.Excommunicatio.3.§.23.

4 QVARTO † quæritur , ad quid vel vbi ſe ex-
tendat tabellionis auctoritas ? Et dico multa.
Primum.Secundum Pan.in c.cum P.de fide in
ſtru.licet inſtr̃a cõfecta a notario ĩ territorio,
eius qui eum conſtituit, valeant extra terri-
torium, ſm cõem opi.non tñ põt extra terri
torium ſuum inſtrumẽta conficere.Vnde crea
tus ab Imperatore non conficiet in terris pa-
pæ:nec econuerſo.Et ita refert & tenet Sum.
Ang.Sed Pan.ibi addit,ꝙ creatus a papa cõfi-
cere poterit in terris Imperii,& ecõtra, ꝑ viã
approbationis ſeu de conſenſu partium: quia
ptãs a principe cõceſſa exerceri poteſt extra
territoriũ in his,q̃ ſunt uoluntariæ iuriſdictio
nis,& ptãtis.l.2,ff.de off.proco.& ca.nouit. &
ꝙ ibi no.de off.leg.Si uero fuit conſtitutus ab
alio,q̃ a principe inſtrumentum confectũ ab
eo extra territoriũ inter extraneos ſm cõem
opi.nõ facit fidem,ſimiliter nec ĩter ſubditos
conſtituẽtis,ſm cõiter Doct.excepto Bal. Et
mouẽtur quia iuriſdõ ẽt uoluntaria conceſſa
ab alio,q̃ a prĩcipe,exerceri nõ põt extra ter
ritoriũ concedentis per l. 2.ff.de off.proconſ.
ut ibi no.& ſatis in hoc poſſet ſtari conſuetu-
dini,ut dicit Spe.hæc ex Pan.qui ẽt idem ſen-
tit in d.c.ſicut vbi vult cum Petr. de Anch. ꝙ
tabellio Imperialis de conſenſu partium ẽt in
ter nõ ſubditos cõficit inſtrumẽta. & idẽ Bart.
&Bal.& Gaſp.Cal.& d.Ant.vt ibi patet.Et ita
tene,& adde,quòd tabellio papalis, ita vbiq.
poteſt conficere,ſicut Imperialis in terris Im
perii,cum papa vbiq. ſit Imperator quantum
ad ſpũalẽ,& tꝑalem iuriſdõnem,ut ſu. in uer
bor. Papa probatum eſt.Vnde ſm Archid.ta-
bellio inſtitutus a papa vbique poteſt confice
re.Secundum. Tabellio inſtitutus a laico con
ficere põt inſtrumẽta ſuꝑ eccleſiaſticis nego-
tiis,ut bñ probat.Pan.in d.c.ſicut. & ita ſeruat̃
in facto licet aliqui contrarium ſenſerint . de
quo vide ibi.Tertium.Si tabellio faciat formã
inſtrumenti per aliquem contrahentium ordi
nari:& deinde ipſe redigat in publicã formã
ſecundum Spe.valet ut in 12.q.2.cum redem-
ptor ibi,ſcribendam dictauimus . Non tamen
dẽt officium ſuum delegare,vt in auth.de tab.

5 QVINTO † quæritur , vtrum tabellio cogi-
poſſit?Et dico,ꝙ debet eſſe requiſitus,& roga
tus,ut in Spe.de inſt.edi.vt eſt gl.in uerbo re-
quiſiſti.in clem.Roma.de iureiur. Sed ſi roge-
tur conficere compellitur: quia hoc continet̃
ſub eius iuramento,vt ſup. 2. Vnde ſm Hoſt.
ſolet requiri ſub pęna officii ſui ꝙ inſtrumẽtũ
confi-

conficiat ꝙ si non fecerit,periurus vr̃,nec suis instr̃is postea credetur ar.cap. testimoniū. de testi. quam requisitionem quisque de populo facere potest.de testa. relatum.& pro tāto dr̃ seruus publicus. Sed & si mandato superioris conficere nolit,priuatur officio, s̃m Bald.in l. prouidendum,C.de postu. ꝙ limita, nisi aliud officium habeat,& exequutus fuerit quinquē nio,quia tunc inuitus rogari non potest:vt est casus.& ibi no.Ang.in l.1. C. de tabel. lib. 10. Sed nec potest ad libitum renunciare officio tabellionatus;quia nemo pōt renunciare suo officio,nisi in manibus superioris concedentis l. Legatus. ff. de off.præsid. de renun. ad monet.ad quod Bal.inducit l.filiis,ff.de fur.

6 Sexto † quæritur, quid de salario tabellionum,aut procuratorum,qui aliquando sūt tabelliones? Et dico multa.¶ Primum.¶ Quantū ad tabelliones,s̃m Veru.in Spec.si scriptura q̃ faciunt,est forensis,seu iudicialis, vt acta iudiciorum,protestationes,emācipationes, & huiusmodi,quæ coram iudice & notario fiūt ad talem iudicem,corā quo actū est,spectat partes reuelare, si salarium immoderatum exigitur.de pe.d.1.nemo.de offic.deleg. cum te. & tales improbos exactores punire, C. de offic. præf.l.peto. Si vero scriptura sit extraiudicialis;puta instr̃m depositi,vel solutionis, vel ꝓcurationis,vel vēdōnis,& huiusmodi,dēt hoc per loci ordinarium expediri: & ꝙ consuetū est taxabit per se,vel per alium,inspecta cōditione litigatoris, consuetudine fori, & causæ qualitate.3.q.2.§.tria.de sim.ca.1.10.q.2.hoc ius.Sed adde ꝙ ēt si notario tp̃e rogationis,solutum est pro instr̃i confessione,debet iterum solui,qñ copia petitur,glo.est in l.fi.§. exemplaria.C.de prin.agen.in re.lib.12.Si tamē aliquid accipit ēt a sponte soluente ultra proprium salarium,quando illud hēt,punitur,s̃m Bal.in auth.sed hodie.C.de episc.& cle. Scd'm Quantum uero ad procuratores dicit idē, ꝙ nō pōt procurator de certa parte litis pacisci puta media,vel quota;alioquin pactio nō ualet,sed punitur talis,ff.de uar.& extraor.eo.l.1 §.aduocatorū.nec eius salariū, cum & ipse sit aduocatus.3.q.8.ca.1.& econtrario pōt excedere centū aureos,sicut nec salarium aduocati.d.l.1.nec in quacunq; causa nomine palmarii potest accipere vltra 20.libras Turonēsiū. Salariū ēt seu merces,incertę pollicitationis, nulla.s.præcedēte interrogatione oblato salario,ut cū dr̃,fac hoc, & faciam illud peti non potest.C. mand.l. salarium. In quo tamen distinguitur,quia si promittitur incertum re,& genere,puta beneficiam tibi, vel recognoscā seruitium;peti nō potest.d.l.salarium. Si vero sit in re tantum incertum,sed genere certum: puta,promitto equum,aut vestes, vel faciam re militem,non dicendo,quem equū,vel quas vestes, vel quantū pro militia dabitur; tūc est penitus incerta promissio,ideoq; peti pōt,ar. C.mand.l.1.& taxabitur hoc arbitrio boni uiri.ff.pro soc.l.si societatem.Siuero certum re, & gn̄e promittitur;puta promitto talē equū, vel talem vestem:aut faciam te militem,& dabo pro militia tantum: subdistinguitur quia si fuit hoc deductum in stipulatione,certi cōdō ne petitur inst.de uer.obl.in princ.Si vero nō fuit sic deductum,sed nudo pacto promissum, petitur aliis actionib. ut ibi distinguitur.¶ Tertium. Quando autem debeatur salariū procuratori,dic ꝙ locanti operas pro aliquo faciendo uel exercendo,puta aduocato,medico, ꝓcuratori,& similibus promissum debetur opere finito,arg.C.de suffr.l.unica.

7 Septimo † quæritur, q̄d si delinquat notarius? Et dico ꝙ si scribat falsum instrumentū immunitatis punitur igne.l.1.C.de immun.ne conce.lib.10. Si uero scribat illicitū instrumētum,perdit manum:c.Imperialem.§.scriba.de prohi.alie.per Fed. Si uero scribat instrumētū de actu a iure reprobato,puniri pōt, s̃m Pan. in c.1.de fid.inst.ubi uide.Si vero scribat instrumētū vsurarū,est periurus,s̃m Host.si hoc facit scienter,q̄a cōiter solent iurare se talia nō facturos:& cōsequenter est infamis.6.q.1.infames.&c. quicūq; & vr̃ periurus ipso iure, s̃m dicta sup.Periurum.§.vlt.ex doctrina S.Th.2.2.q.98.ar.3.cum suum iuramentum sit promissorium, & solenne, & consequenter admitti non debet ad testimonium,ut in c.quicunque §.22.q.5.paruuli,& si de hoc egerit pœnitētiā extra,de testi.testimoniū ultra potest instrumenta conficere,s̃m Host. Sed intellige ꝙ nō potest testari,aut conficere,si factum sit notorium,adeo ꝙ non possit tergiuersatione celari,vel sequuta sit sn̄ia declaratoria. Et sic limita quæ habes in Aur.Ro.casu 24.nec potest restitui ab aliquo citra eū qui pōt eum restituere notarium quia non est nunc ad illud officiū habilior,quam ante suam infidelitatē. Vtrū autē restituere teneatur,inf. Vsura 7. §. 7.

8 Octavo † quæritur, quando tabellio teneatur ad restōnem? Et dico ꝙ tenetur primo si ex ignorantia suæ artis damnum dedit,ut in l.illicitas.de offi.præsid.& in regula,non est sine culpa.de reg.iur.lib.6.& secundo si falsificat instrumētum,vel alias scripturas ipse ve alius

alius, tenetur parti de oĩ damno inde sequuto per dictã regulã, qui dant cãm efficacẽ damni, & idẽ de scienter vtentibus talibus scripturis. Tertio, quãdo prece, vel pretio testamẽta vel alias scripturas tabelliones destruũt eadẽ ratione: & similiter qñ hmõi occultant, requisiti tenẽtur ad oẽ damnũ, sup. Restitutio 2. §. 16. in fi. Secus si non requirantur: quia non tenẽtur scripturas ingerere his quorũ interest. Quarto qñ conficiunt instra renuntiationum apponentes clausulas, quarũ vim ignorãt contrahẽtes, si inde sequatur damnum. ¶ Quinto, quando conficiunt instrumenta super vsuris. de quo inf. Vsura 7. §. 7.

9 Nono † quæritur, quot requirantur ad hoc vt instrm̃ sit validũ? Et dico, quod sũt nouẽ, secundum Veru. in Spe. li. 2. c. 44. Primo. n. requiritur inuocatio noĩs Domini, incipiẽdo, in nomine Domini amen. 14. dist. in noĩe Domini, vel in noĩe Dñi nr̃i Iesu Christi: vel in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & hoc in arduis, & perpetuis instr̃is. In minoribus autem intra breue tp̃s defecturis, & in publicationibus actorum iudicialiũ, nisi sit sñia diffinitiua, non est uis si omittatur & inchoetur anno domini, &c. Scd'o annus dñi quotus: sicut a natiuitate Christi, vt in quibusdam partibus: siue abincarnatione, vt in alijs: in quo consuetudo seruãda est. ¶ Tertio indictio, vt patet in d. c. in nomine domini. Quarto, mensis, & dies. ¶ Quinto, nomen papæ in terris suis, vel imperatoris in imperio, aut regis in regno. ¶ Sexto, locus generalis, puta, ciuitas, aut castrum; & spãlis; puta, dom⁹, & camera. ¶ Septimo, testis nec est necessarium de iure apponere ad hoc vocatos & rogatos, nisi in quibusdam casibus. Octauo, nomen, & pronomen tabellionis, & cuius auctoritate sit tabellio. ¶ Nono: signum notarij: in quo tñ cõsuetudini standum est vnde Narbonæ notarij signis non vtuntur. Adde ex Pan. in c. 1. de fi. instr. ¶ Decimo, quod confectum coram partibus legatur. ¶ Vndecimo, ꝙ appareat notarium fuisse rogatũ. ¶ Duodecimo, quod notarius sit habilis: qasi eẽt excõicatus notoriè, uel potestate priuatus, & hmõi, nõ valeret. ¶ Decimotertio, quod narretur series facti. ¶ Decimoquarto, ꝙ sit constitutus notarius ab eo, qui hẽt ptãtem, sed hoc sub intelligitur in eo, quod dr̃ Tabellio. ¶ Decimoquinto, nomen consulis: seu hoc non seruatur.

10 Decimo † quæritur, qño instrm̃, vel bulla, seu rescriptum papale, aut alia scriptura puta instrm̃ priuilegiũ, & hmõi, dicantur falsa? Et dicit Arch. 2. par. titu. 1. c. 18. quo bulla, vel rescriptum papale dr̃ falsum primo per subreptionẽ, de quo su. Rescriptũ. §. 6. & 7. & secundo per nouã fabricationẽ eius, cuius pœna ẽ excõicatio ipso facto, & degradatio, & mors de cri. fal. ad falsariorũ, & septẽ modis cognoscitur hęc falsitas eo. titu. licet, secundum leges ãt pęna falsarij est bonorum confiscatio in libero & mors in seruo. l. 1. ff. de fal. Tertio per iuris interpretationem. de quo Arch. post gl. in c. i memoria. d. 19. dicit, ꝙ scriptura dr̃ falsa cum scribitur, omnes, vel maiorẽ partem fuisse præsentes, q̃ non fuit de his, q̃ fiunt a maio. par. c. quanto & talis falsarius suspenditur officio: & beneficio. de testi. quod super his. Item dr̃ charta falsa, quæ non habet testes inscriptos. i. per alium scriptos, s̃m Host. quando autem manu propria se scribunt, dicuntur subscripti, & similiter quæ habet subscriptiones, intellige, i. inscriptiones, sed varijs manibus notatas, & quæ non est perfecta eadẽ manu. de priu. c. cum olim. nisi ex hoc sit ibi diuersitas; quod mutatio est ibi calami, vel atramẽti, vt in auth. de fi. instr. cauete. Idem si est alieno sigillo signata modo habuerit proprium, de app. c. significauit. Item propter falsam grãmaticam, de rescrip. c. ad audientiam, nõ ãt ꝑ defectum literæ, vel syllabæ, vt in c. ex parte. de fide instr. nisi subtractio literæ alium sensũ inducat q̃ dictio integra. ca. inter dilectos, qđ tñ Duran. or. mi. dicit habere locum solum in rescriptis papæ, alia autem instr̃a, ꝓ falsã grãmaticam non vitiantur, puta, testamentũ, mõ constet de voluntate testõris, C. de test. l. errore, & hoc ideo, quia literæ papales transeunt per multas manus. Itẽ dr̃ falsa; si est suspecta & non apponitur ei fides. l. iubemus, C. de pb. Similiter si sigillum est fractum, vel nõ est annus indictionis, appositus. de fide instr. c. inter dilectos. Item si literæ sunt impetratæ lite pẽden. de testi. capitu. causam. vel sine mandato domini. de rescr. c. nonnulli. & si filum est ruptum. de cri. fal. c. licet. Item si eps appellatur filius, vel papa vni loquitur in plurali: de cri. fals. quam graui. Item si apparet, quod charta, vel bulla rasa fuerit, aut mutata. Hæc ex illis. Item vitiatur instrumentum secundum Dur. or. mi. si hẽt scripturam interlinearem, vel rasuram in loco suspecto, quando literæ sunt apertæ: secus si clausæ. Item vitiatur secundum Archid. si est contrarium alteri ex eadem parte prolato. de fide inst. c. imputari.

11 Vndecimo † quæritur, vtrum testatore legante aliquid tabellioni conficienti testamentũ nuncupatiuũ: ꝙ fieri põt, C. de test. dictantibus

tibus, possit tabellio illud sibi sine vitio falsitatis adscribere? Et dicit Spe. in ti. de inst. ed. ꝙ sic, nec incidit in pœnã legis Cor. de fal. non ob. l. 2. C. de his, qui sibi in te, adscri. quia illud habet locum in eo, qui dictat, vel scribit testamẽtũ, ꝙ est in scriptis, cuius uires depẽdẽt ex illa scriptura, secus in nõ nũcupatiuo, ꝙ fit hodie: quia ibi fit scriptura solũ ad memoriam, nõ vt vires testamẽti dependeãt ex illa. Et idẽ tenet Oldr. quia tale testamẽtũ recitat̃ corã testib. ideoq; nulla est suspicio falsitatis. Et idẽ Bar. in l. 1. ff. de leg. Cor. de fal. dicẽs, quod opinio speculatoris consuetudine probatur.

12 DVODECIMO † quæritur, vtrum reprobari possit per testes instrumentum publicũ, nihil hẽns de prædictis aperte? Et dico, ꝙ sic, qñ in binario numero excedunt numerum testium cum tabellione subscriptorum, tabellione ꝓ duob. cõputato, debent. n. in tot excedere, ꝙ per se facerent plenã probõnem, s. in duobus de fi. inst. c. cum Ioannes. vbi de hoc fit magna quæstio, & magna distinctio per Doc. maximè Pano. secus de inuentario, quod per testes non improbatur, C. de arbi. tut. l. vlt.

13 DECIMOTERTIO † quęritur, qualiter instrumentum, vel priuilegiũ innouetur. Et dico, ꝙ Pan. in c. cum olim. de priui. infert ex illo tex. ꝙ contra petẽtẽ innouationẽ alicuius priuilegij, vel instrĩ ptis, d̃ cuius ꝑiudicio agit̃, se opponere, & impedire innouationem, si ꝓbet d̃ iure suo. Et quia hoc tendit in ꝑiudiciũ alterius, nunq̃ debet innouari priuilegiũ, siue instrũm, nisi citatis illis, quorum interest. Et si nõ apparet interesse alicuius, debet fieri edictum generale, vt quicunq; putauerit sua interesse compareat ad contradicendum. Dicit tñ Pan. in c. ex parte. eo ti. ꝙ qñ innouatio priuilegij per eum fit, qui põt illud de nouo concedere non est necessaria citatio ad contradicendum nisi fiat ad cautelã, sicut cõiter fit in curia, nõ solum ĩ priuilegiorũ innouatione, sed ẽt quãdo fit alicuius priuilegij trãssũptio, secus aũt si innouatio fiat per inferiorẽ, quia tũc nõ valet trãssumptio, sed innouatio, nisi citata parte seu præmisso edicto generali, de quo vide in c. Albericus. de test. Ista tñ innouatio nullũ ius tribuit nouiter, ẽt si fiat ab habẽte ptãtem cõcedẽdi nouiter, quia in dubio nõ vr̃ de nouo velle cõcedere, sed ius, ꝙ cõpetit cõfirmare de confir. vti. ca. cũ dilecta. Et hæc nota, q̃a sæpe veniũt in practica, q̃a plerũq; fiũt trãsũpta ex originalib. bullis apostolicis, & nullam fidem faciunt in iudicio, nisi fuerit citata pars vel ꝑmissum edictũ generale, saltẽ in valuis ecclesiæ. Et ideo necesse est, ꝙ in hmõi trãssumptis fiat mẽtio de hmõi citatione, vel edicto.

¶ TACERE, vide su. Consensus. §. 1. & 3.

¶ TALLIA, declaretur, su. Gabella.

TEMERE facit, qui actũ, sibi a iure prohibitum sciẽter sub colore fraudolẽte facit: qui fil. sint leg. per venerabilẽ, in verbo, vide bañ, & P. in cle. 1. de sepul. & ar. c. auaritiæ. de ele. li. 6. & Ge. ibi, ꝙ no. ꝓ statutis pœnalibus.

TEMERITAS est audacia in malum. C. de sacrosanct. eccle. l. iubemus. & no. Card. de sum. trin. cle. 1.

TENTARE ẽm S. Th. 2. 2. qu. 97. est experimẽtum sumere de tentato, verbis, aut factis experiendo an sciat, velit, aut possit aliquid & hoc siue aperte, vt Samson. proponẽs se tentatorem iud. 14. siue occultè, sicut Christũ tentauerũt Pharisæi. Matt. 22. siue expresse vt cum experimẽtum illud intenditur, siue interpretatiuè, vt si non intendatur experimẽtum aliquid tamẽ agatur, aut dicatur, ꝙ ad nihil videatur ordinabile, nisi ad sumendum experimentum. Igitur expresse Deum tẽtamus verbis cũ in or̃one ei colloquẽtes aliquid petimus ad dictũ experimentũ: factis vero, cũ ea intentione aliquid facimus, sed quasi interpretatiue, qñ deest quidẽ illa intẽtio, sed tñ quod dr̃, aut fit, ad nihil aliud vr̃ esse vtile, nisi ad illud experimentum. Hæc ex illo virtualiter: Qñ ergo inquit ꝑꝑ aliquam necessitatem, seu vtilitatem committit se aliquis diuino auxilio in suis petitionibus, vel factis, hoc non est Deũ tentare: sicut qñ prædicatores regni subsidia tꝑalia ꝑtermittũt, vt verbo Dei expeditius vacent, & soli Deo innitũtur: q̃a dr̃ 2. Paralipom. 20. Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui ut oculos nostros derigamus ad te. Qñ vero hoc agit̃ absq; necessitate, & vtilitate, hoc est interpretatiue tentare Deum. Vnde super illud Deut. 6. Non tentabis: dicit gl. ꝙ Deum tentat, qui habens ꝙ faciat, sine r̃one committit se periculo experiens vtrum possit liberari a Deo. Hæc ille. ¶ Est ãt semper peccatũ, qñ quis Deum tentat ut ipse experiatur, quia hoc ꝓuenit ex ignorãtia, vel dubio diuinæ perfectionis: & directe opponitur religioni, cũ pertineat ad irreuerẽtiam Dei, est tñ minus, quam superstitio: q̃a tẽtans protestat̃ tm̃ dubitationem superstitiosus autem errorem. Quando vero quis sumit experimentum pertinens ad diuinam perfectionem vt alijs demonstret, non est peccatum, sicut apostoli petiuerunt, vt in noĩe Iesu Christi fierent signa Acto. 4. nec est tentare

Deum

Deum ſi ſubſit iuſta neceſſitas. Hæc ex illo.

TEMPVS philoſophice diffinitur, ſed nihil ad rem noſtram. Eſt autē iuridice loquendo duplex, ſ. continuum, quod videlicet continue currit diebus feriatis, & non feriatis, ſiue in præſentia & abſentia, ſiue ſit copia iudicis ſiue non. C. de præſcr. long. temp. l. fin. & vtile, quod nō currit diebus feriatis, & abſentiæ, & diebus quib. non eſt agendi copia ſicut tempus ad eligendum eſt utile, quia non currit impeditis. de elect. cap. ne pro defectu. Vide gl. in cl. vnica. de in integ. reſt. Tempus aūt aliquod puta anni, qn̄ requiratur completum vel ſufficiat incœptum; dicit Pan. in d. c. ad noſtram. de re. ꝙ in dubio iuris tenendū eſt quo ad dignitates in quib. fauor conſideratur, qđ annus inceptus hr̄ pro completo, ſm̄ glo. ibi quod tamen fallit in epiſcopatu, ubi eſt ſpeciale, ꝙ ſit cōpletus. in obſeruatione aūt regulæ, vbi eſt gratuitas, & labor, & ſic odium, exigitur completus. arg. c. quia in inſulis. de reg. & ſic intelligitur 20. q. 1. ſi in qualibet. & c. ſignificatum. de reg. Regulariter autem debet eſſe completus, niſi aliud a iure caueatur, ut no. Arch. in cap. ſi annum, de iud. lib. 6.

TERGIVERSATOR eſt, qui in totum a lite recedit. 2. q. 3. §. notandum. vbi vide.

DE Teſtamento primo, in ſe.

1 *Teſtamentum quid. & quot eius ſpecies.*
2 *Codicillus quid eſt.*
3 *Teſtamentum quis condere poſſit.*
4 *Teſtari prohibitus an diſponat ad pias cauſas,*
5 *Teſtes in teſtamento quot, & quales eſſe debeant.*
6 *Teſtamentum ex quibus cauſis dicitur nullum.*
7 *Teſtamentum ad pias cauſas quomodo ualeat.*
8 *Legata in teſtamento inualido an ualeant.*
9 *Hæredis inſtitutio & ſubſtitutio qualiter fiant.*
10 *Præteritio legitimi hæredis qualiter inualidet teſtamentum.*
11 *Codicillaris clauſula quid operetur.*
12 *Teſtamentum primum qualiter reuocetur per ſecundum.*
13 *Teſtamenti interpretatio qualiter fieri debeat.*

TESTAMENTVM ſecundum Pan. in rub. eiuſdē tituli, eſt uoluntatis noſtræ iuſta ſn̄ia de eo quod quis vult poſt mortē fieri, cū hæredis inſtōne, ut hr̄ in l. 1. iuncta gl. ff. eo. Et bene dr̄ iuſta ſn̄ia: quia ſi eſt iniuſta, puta qa vult quis exhæredare filium ſine cauſa, non eſt ſeruanda. 13. q. 2. ſi quis aut præcipiat corpus ſuū iactari in mare. ff. de cōd. inſt. l. qdam ſuo teſtō vel contra bonos mores, aut pietatē, aut uerecundiam. l. condōnes. de cōd. inſt. & l. filius ibidē. Oportet ēt ut hr̄s inſtituatur, aliter nō erit teſtamentum. Inſtit. de leg. §. ante hr̄dis. Et ſic teſtamentum non comprehendit codicillum, ſed ab eo differt: qa in codicillo dari non pōt hęreditas vel adimi. Inſt. de cod. §. codicillis. C. de codic. l. 2. & l. ſi idem. Non comprehendit ēt donationē cauſa mortis: quæ eſt quaſi quædam ultima uoluntas. Non refert autem quib. verbis fiat teſtamentum vel hæredis inſtitutio, ſiue dicatur. Petrum hæredem inſtituo, ſiue uoluntatem meam eius diſpoſitioni committo, extra eo. c. cum tu. Nec curandum eſt de verbis teſtatoris, modo talia ſint, per quæ conſtet de voluntate eius. C. eod. l. fin.

1 PRIMO † autem quæritur, quot ſunt teſtamētorum ſpecies? Et dico, quod ſunt duæ. Quoddam. n. dr̄ teſtamētum nuncupatiuum, & ſine ſcriptis: & eſt illud, in quo teſtatoris, & hr̄dis, & legatariorū nomina, & oīa in eo cōtēta coram teſtibus manifeſtātur dictū ſine ſcriptis, i. ſubſcriptione teſtium, & aliis ſolennitatibus requiſitis ī teſtamēto in ſcriptis facto. de quo in l. hac conſultiſſima. C. eo. & ēt quia ſine omni ſcriptura inde facta poteſt quis ſic, i. nuncupatiue teſtari, dummodo corā teſtibus & condōne legitimis nuncupet hæredem, & ſua explicet voluntatem. Inſt. eo. §. fin. Vnde ſi quis non habens notarium aduocet legitimum numerum teſtium, & explicet nomē hr̄dis, & alias īſtitutiones, & legata, & roget eos ut ſint teſtes, valebit. Quoddam vero dr̄ teſtamentū in ſcriptis, quod pōt quis facere qn̄ non vult ꝙ teſtes, vel aliquis ſciat ſuam diſpōnem: qđ requirit multa de ſubſtantia, vt in l. iubemus. C. eod. & d. l. hac conſultiſſima, & niſi quis ſit bn̄ doctus in eo, faciliter errabit in ipſo condēdo, vnde uolenti illud condere neceſſe eſt habere conſilium iuriſperiti. Ad nuncupatiuum pertinet, ſi quis corā notario & teſtib. dicat, volo, & hęres meus, faciat in omnibus, & per omnia, prout continetur in quadā ſchedula ſcripta manu mea. eſt apud talem religioſum. Valet enim iſta diſpoſitio ſecundum Alex. de Imo. in l. ſtipulationum. §. illud. ff. de ver. obl. & Bar. in l. ſi ita ſcripſero, ff. de cond. & dem. & Pau. de Caſt. in d. §. illud. & Bal. in l. captatorias. 1. q. 5. C. de ſtat. mili. & Ioan. de Imo. in l. illa inſtitutio. ff. de hær. inſt. & in c. cum tibi. de teſtam. & ratio eſt, quia licet in teſtamento nuncupatiuo debeant palam nuncupari, i. manifeſtari, quæ fiunt, vt a teſtibus exaudiantur. l. hæredes palam. ff. de teſtam. & l. iubemus: C. eo. tamen qa paria ſunt implicite & explicite exprimere. d. §. illud. & d. l. ſi ita ſcripſero, iō valet. Sed uideat qui ſic vult teſtari, ꝙ taliter

sua

ſua litera cognoſcatur:vt non ſit dubiũ de ea quia aliquando eſſet periculoſum.Non tamẽ valeret inſtitutio hæredis,ſi diceretur,illũ hæ redem inſtituo, cuius nomen eſt in quadam mea ſchedula apud talem: ſecundum Bart. in d.l.ſi ita ſcripſero.& ſequitur Bart.& Ang. ib.

2 SECVNDO † quæritur,quid ſit codicillus? Et dico ꝙ eſt quædam ſine inſtitutione diſpoſitio vltimæ voluntatis morte confirmãda. C. de cad.tol.l.vnica. Vnde a taſtemento differt in octo. ¶ Primò, quia in eo fieri non põt directa inſtitutio, ſed tantum fideicommiſſaria. ¶Secundò,quia per eum non adimitur hæreditas hæredi per teſtamẽtũ inſtituto,niſi in vno caſu,quãdo.ſ. dr̃ in codicillo, quòd inſtitutus non meretur ſuam voluntatem:quia tunc tanquã indigno aufertur hæreditas ſiue ſit ſolus hæres,ſiue ſit vnus de pluribus.Et idem dic de omnib. ſi dicas omnes non mereri.l.diui Seuerus,& Antoninus,ff.de adi.leg. In reliquiis uero fideicommiſſis, vel legatis in teſtamẽto bene poteſt quis per codicillũ adimere. Inſt. de adem.leg.per totũ.Sed hic aduerte ſm̃ Ange. Aret.Inſt.de codi. ꝙ hæreditas per fideicommiſſum in codicillis adimi poteſt:ſi tamen filius eſt inſtitutus in re certa, licet quo ad aliquid habeatur loco legatarii, ſua tamen inſtitutio tolli non poteſt in codicillis:quia illa eſt ſubſtantia inſtitutionis filii;ideo in totum corrueret teſtamentũ: vt eleganter dicit Gul. de Cu.& Bal.in l.omni modo.C. de inof. teſtam. ¶Tertio,quia exhæredatio fieri nõ poteſt per codicillum.Inſt.de cod.§.codicillis.¶ Quartò, quia hæredi pure inſtituto per teſtamentum non poteſt in codicillo adiici condõ quæ ſibi obſtat.Inſt.de cod.§.& directo.¶Quinto,quia hæredi inſtituto in teſtamento non poteſt fieri ſubſtõ directa in codicillo,licet facta trahatur ad fideicommiſſaria;quia vr̃ teſtator rogare inſtitutum,vt hereditatem reſtituat illi quẽ in codicillo ſubſtituit.l.Scæuola.ff. ad Trebel. ¶ Sextò,qa in codicillo ſufficiunt quinque teſtes ẽt non rogati, C.de cod.l. vlt. quod tamẽ fallit in codicillo cæci,de quo infra §. 11. Sed in teſtamento requiruntur ſeptem rogati. & in codicillo mulier poteſt eſſe teſtis, non in teſtamento l.qui teſtamento. §. mulier in teſtamento.ff.de teſtamen. ¶ Septimò,quia poteſt quis decedere relictis pluribus codicillis validis niſi contradicant,ff.de iure cod. l. diui Seuerus.ſed non pluribus teſtamentis.¶Octauo quia ſi quis dum eſſet filiusfamilias fideicommiſſum in codicillis reliquerat, & poſtea paterfamilias deceſſerit eadem uoluntate durãte,valebunt codicilli.quod in teſtamento eſſe non poterit.ff.de leg.3.l.1.§.ſi filiusfamilias.

3 TERTIO † quæritur, quis poſſit condere teſtamentum,vel non poſſit? Et dico ꝙ ſm̃ Pan. Rub.eo.tit.ꝙ teſtari poſſunt quicunq; nõ prohibentur;cum edictum de teſtamentis ſit prohibitorium,& ſi quis aliquẽ teſtari prohibuerit,repellendus erit ab hæreditate. C. ſi quis alte prohi.l.2.prohibentur autem 19. genera perſonarum.¶Primo, furioſus ſeu mente captus non habens lucida interualla. de teſta. c. ſi.C.qui teſta.fac.po.l.furioſum.¶ Secundo, mutus,& ſurdus a natiuitate: ſecus a caſu, ſi ſcit ſcribere,vt l.diſcretis,C.qui teſt.fact.non po.vbi ſecundum Bar.ſurdus tantum teſtatur. & mutus tantum ſimiliter ſi ſcribere ſcit d. l. diſcretis.Tertio,non valens articulate loqui. ita quod nomen hæredis nec exprimere, nec ſcribere põt.l.iubemus.C.eo.vbi infert Bar.ꝙ nõ potens articulate loqui,mortuo ſimilis eſt Vnde cum teſtator balbutit, qui prius fuerat rectæ linguæ,ſi faciat teſtamentũ, non ualet. Quarto,impubes.l.qua ætate.ff.eo. Inſt. q nõ eſt per fac.teſt.§.præterea.¶ Quinto, filiusfamilias,niſi in caſtrẽſi,vel quaſi.de ſepul.licet. lib.6.& l.pen.C.qui teſt.fac. non poſſ. de quo dic vt ſupr.Religio.6.§.1.parti.5.Sexto prodigus, cui eſt interdicta a iudice adminiſtratio. l.is cui.ff.eo.valet tñ teſtamentum prius factũ vt ibi de hac materia vide ſup.Donatio.1.§.1. Septimo damnatus ad mortem naturalem vel ciuilem,puta deportatus, ẽt ſi fugit de manu iudicis.ff.eo.l.eius.& qđ ibi not.& gl.qui ultimo ſupplicio. & ibi per Bart.ff.de pę. & idẽ đ damnato ad perpetuum carcerẽ.l.2.ff.de pu. iud.Si uero damnatus ſit ad pęnam inferiorẽ, puta truncationem manus,aut effoſionem oculorũ,cõiter tenetur ꝙ non ſit inteſtabilis; unde Bart.in d.l.eius:& §.ſi cui.infert,ꝙ damnatio,quia perditur uita,libertas,vel ciuitas, teſtamentum impedit fieri,& iam factum rũpit; ſecus in damnatione,per quam tantum lęditur.Azo.etiam no.C.qui teſt. fac poſ. ꝙ damnatus ad mortem teſtamentum facere non poteſt,ſiue ſit dãnatus,ut moriatur,ſiue vt fiat ſeruus pœnæ,ſiue ſit deportatus in inſulã:relegati autem,quia nõ amittũt libertatem vel ciuitatem,teſtamẽtum facere poſſunt.Si quis tamen eorum fuerit damuatus, & appellauerit,interim poterit facere teſtm̃,d.l.eius, & l. qui a latronibus,ff.eo.Vide ẽt Zaba.in clem.1 de pœ.& rem.vbi quæritur,an damnatus ultimo ſupplicio poſſit teſtari? & dicit ſecundum Bar.& Bald. in d.l.eius ꝙ non,ſi eſt damnatus

& detêtus, ita quod infallibiliter sequteur exequutio, ut n8. C. de do. inter vi. & vxo. authê. sed hodie, si vero sit damnatus in absentia ex forma statuti, testm̃ nõ valet quo ad fauores municipales, quibus non gaudet bannitus tanquam hostis suæ ciuitatis, ff. de capi. dimi. l. amissione, sed quo ad ius cõe valet testm̃, quia ius commune non perdit. Vide su. Filius. §. 18. de hmõi bannitis. De damnato vero ad perpetuum carcerẽ, tenet indistinctè Sum. Ang. ꝙ testari non pt, per. l. 2. ff. de publ. iud. quæ loquitur, & vera est in laicis: sed in clerico dicit Pã. variè fuisse consultum, quibusdam dicẽtibus, quod non potest, quia illa pęna ęquiparatur pœna mortis, seu deportationi, vt no. Inn. in c. qualiter, el 2. de accu. quibusdam etiam dicentibus, quod potest, quia ius canonicũ non imponit perpetuum carcerem ad pœnã, sed ad pniam. de ver. sign. nouimus, de pœ. quamuis. lib. 6. & consequenter hæc pœna inhabilitatis testandi prodire non dẽt ex pnia. Quorũ primum est verius cum negari nõ possit, quin ille sit quasi mortuus. Secundum autem est mitius. ¶ Octauo prohibetur publicus vsurarius, nisi præstet cautionem ẽm formam cap. q̃. q̃. de vsur. li. 6. per ꝙ hr̃, ꝙ nullum est testm̃ eius, qui notorie vendit res carius ratione dilationis temporis, vt tenet Pã. c. ad nostram. de emp. & vend. ¶ Nono, excommunicatus, ẽm aliquorum opinionem, quam sequitur glo. in c. decernimus. de sen. excom. libr. 6. Sed Ioan. And. & Inn. tenet contrarium, & est hodie cõmunis opinio, nec æquiparatur deportato.

¶ Decimo, seruus. 13. q. 2. illud. & l. filius. ff. de test. ¶ Vndecimo, quilibet religiosus, qui profitetur tria vota substantialia religionis, extra eo. c. 2. & in auth. ingressi. C. de sacros. eccle. secus de alijs largè dictis religiosis. 12. qu. 2. non dicatis, de quo S. Th. 2. 2. q. 185. dicit, quod etiã si fiat episcopus, nullo modo testari potest, qa sola dispensatio rerum ecclesiasticarum ei committitur, quæ finitur morte, ex qua testamẽtum incipit valere, si autem ex cõcessione papæ faciat, non intelligitur de proprio facere testm̃, sed authoritate apostolica intelligĩt ampliata potestas suæ dispẽsationis, vt possit valere post mortem. ¶ Duodecimo hęreticus, 4 quia nihil habet, cum omnia bona sua sint ipso iure confiscata, de hære. cum secundum. li. 6. Vnde etiam si post mortem detegatur, aliquẽ hæreticum fuisse in vita, omnia bona possent apprehendi, de præscr. c. 2. li. 6. possunt tamen hmõi retinere bona vsque ad sentẽtiam declaratiuã super facto, ut sup. Hæresis. 1. § 8.

¶ Decimotertio, dubius de statu suo, i. dubius, an sit in eo statu, in quo testari possit, necne, l. de statu, ff. eo. sicut si captus a latronibus dubitat, an sit seruus, vel liber, vt in l. 1. ff. de leg. 3. ¶ Decimoquarto, obses, quod intellige de Christianis apud infideles datis, aut econtrario, aut de his, qui erant captiui populi Romani, non autem de his, qui quotidie dantur ab vna ciuitate ad aliam, ut legitur, & notat in l. obsides. ff. eo. ¶ Decimoquinto, damnatus ob crimen famosum, seu libellum in alterius iniuriam. d. l. is cui. §. eo. Bar. tamen ibi tenet, quod ex alia cã infames testari non prohibentur, & ita communiter tenetur. ¶ Decimosexto, reus criminis læsæ maiestatis, l. quisquis, C. ad l. Iul. maie. de quo dic, vt de hæretico dictũ est. ¶ Decimoseptimo, captiuus apud hostes. d. l. eius, quod intellige de hominibus Imperij Romani. ¶ Decimooctauo, vtroque lumine priuatus, qui tamen hodie testatur, modo seruet, quod no. in l. hac consultissima. C. qui testa. face. poss. quæ secundũ Ang. Are. Insti. qui nõ est per fa. tes. & cæcus. sunt ista. ¶ Primò, ꝙ sint septem testis, & notarius, vel alius loco notarij specialiter ad hoc vocatur. Secundò, ꝙ prædictos coram se aduocet, & manifestet, vult testari siue scriptis. Tertio quod in principio testĩ, & ante legata fiat institutio hæredis. Quarto, quod deinde faciat legata, & fideicõmissa. Quinto quod notarij manu oĩa scribãt in præsenti testamento. Sexto, quod prædicti testes se scribant, & etiam tabellio. Septimo, ꝙ tam a testibus, q̃ a tabellione, vel ab illo alio teste loco tabellionis posito sigilletur, ita ꝙ sint octo sigilla. Octauo, quod de his omnibus notarius faciat mẽtionem, quod tñ ẽm Bal. ibidem fallit, si testetur inter liberos: quia tunc sufficiunt duo testes hoc idem seruandũ est in codicellis cæcorum, ut in d. l. consultissimo. Decimonono, qui cardinales insequutus est hostitaliter, vel percussit, aut cepit, vel socius fuerit, aut fieri mandauerit, aut consilium dederit, vel auxilium, vel fauorem, vel ratum habuerit: imo nec talis ex aliorum testamento aliquid accipere poterit, nec ex successione, de pœ. felicis. li. 6.

QVARTO † quæritur, an prohibiti iure testari, disponere possint in pias causas? Et dico, quod non furiosus, seu mente captus, nec impubes similiter, nec filiusfamilias, nisi de peculio castrensi, vel quasi ẽm Bal in l. 1. C. de sacrosan. eccl. & no. in d. ca. licet. In aduentitijs aũt quorum habet proprietatem, si vsusfructus sit patris, ẽm omnes disponere non potest

etiam

etiam ad pias cauſas inuito patre, ut in l. pen.
C.qui teſt.fa.po.Si aũt vſusfructus eſt penes fi
lium eſt dubium.Et dicit Bar.in l.1.C.de ſacro
ſan.eccl.quod poteſt etiam inuito patre, quia
omnis ſolennitas iuris ciuilis eſt remiſſa in le
gatis ad pias cauſas d.l.1.& in d.c.relatum ſed
Bal.tenet ibi contrarium,allegans tex. in c.li-
cet.de ſepul.li.6. vbi dicitur, quod filiusfami-
lias diſponere non põt inuito pr̃e etiam pro
anima,niſi de caſtrenſi,uel quaſi, q̃ opinio vr̃
verior per illũ tex.ne ſpolietur pater ꝑꝑ fauo
rem piæ cãæ, qui debentur bona filij. Si vero
pr̃ conſentiat, dicit Bar. in l. qui poteſtate ff.
eo. quod filius poteſt teſtari ad pias cauſas in
iſtis aduentitijs,in quibus vſusfructus acquiri
tur patri.Et dicit hoc probari in d.c.licet.in fi.
a contrario:vt videtur eſſe communis opinio
legiſtarum,licet imo & Io.An.ſint in contra-
rium, & videtur tenetur ſaltem de iure cano-
nico per d.c.licet iuncta gl.ſi ponderet,ad qđ
ẽt facit,quia ratio,quod de iure ciuili filius te
ſtari non poſſit,ẽt de conſenſu patris eſt: quia
vltima voluntas eſſet captatoria,& dependẽs
ex alieno arbitrio, vt in l. illa inſtitutio. ff. de
hære.inſti.Ius autem canonicum,non curauit
de iſta ſolennitate iuris ciuilis imo ſecundum
illud voluntas captatoria ſuſtinetur,vt in cap.
cum tu. de teſta. & conſequenter cum ſerue-
mus ius canonicum in relictis ad pias cauſas,
tenenda eſt hæc opinio.Adde quod no.Bar.in
auth.vt liceat matri,& auiæ.colu.8. vbi gl. in
fert,quod filius poteſt donare cauſa mortis ſi
ne patris conſenſu de bonis,in quib. patri nõ
quæritur vſusfructus, & ꝙ ponit Bar.Veron.
in trac.ſuo de caute. vbi ponit modũ,vt filiuſ-
familias etiam in poteſtate patris poſſit teſta
ri inuito patre.ſ.quod ſuſcipiat ſaltem primã
tonſurã,pro quo vide gl. 19.q.vult.quis ingre
dientibus,quæ loquens indiſtinctè dicit,ꝙ cle
ricus in ptãte conſtitutus teſtari põt.allt. au-
thẽ.presbyteros.C.de ep.& cle Non põt ſimi
liter diſponere in pias cauſas prodigus poſt ĩ-
terdictum,q̃a non hẽt adminiſtrationem.Nec
vſurarius ſ̃m Bar.ex quo eſt publicus, & non
dedit cautionem, qui dicit idem eſſe de quoli
bet decedente in mortali, quia cum ſit extra
vnitatem eccleſiæ, non põt dici relinquere ꝓ
anima,nec illud relictũ gaudet priuilegio re
lictorum ad pias cãs.Sed contrariũ,& bene te
nuit Bald.quia iſtud priuilegium attributum
eſt nõ ſolum fauore relinquẽtis, ſed etiã eius
cui relinquitur.Et idem Pan.quia eccleſia re-
cipit oblationes publicorum peccatorum, ni
ſi vbi ſpecialiter prohibentur.vt patet per gl.
in c.oblationes.90. diſt. & conſequenter elee
moſynas.Nec ſimiliter damnatus ad mortem
naturalem, vel ciuilem ſ̃m communem opi-
nionem,ex qua bona ſũt publicata,vnde eſſet
diſponere:de alieno: quinimo teſtm̃ prius fa
ctum rumpitur ſequuta damnatione, ſ̃m Le-
giſtas in d. l. vbi Bar. vr̃ limitare quãdo bona
non tenet vſq;ad mortem, vt quia ſunt per le
gẽ fiſco applicata,ut in auth.bona.C.de bonis
damna.Si vero retinet bona vſq;ad mortem,
tunc ſi eſt pęnitẽs teſtari põt ad pias cauſas,
Et eſt caſus ſ̃m vnum intellectum in d.l.1.quia
illa lex remouet omne impedimentum quan
tum ad legata ad pias cauſas. Si vero non eſt
pœnitens, relicta per tale ab eccleſia recipiẽ
da nõ ſunt. Sed de hoc dic,vt ſu.§.eo.Nec ſer
uus,nec religioſus, nec reus criminis læſæ ma
ieſtatis,nec hæreticus, quia non habẽt bona 1.
qu.1.non eſt putanda, nec captiuus apud ho-
ſtes,quia eſt ſeruus. De dubio de ſuo ſtatu eſt
dubium dicente in d.l.1. ꝙ non põt:quia non
reperitur iure cõceſſum.Bar.vero dicente, ꝙ
põt;qđ & Pan.vbi ſu.tenet,& placet magis fa
uore piæ cauſæ, quia miles eſt in hoc priui-
legiatus,vt in l.ex militari,ff.de teſta mili. Er
go fortius priuilegiata debet eſſe pia cauſa.
Alij autem poſſunt etiam excõicatus,ſicut &
poteſt facere eleemoſynam,de ſentẽ. excom.
cum.voluntate. Et ſimiliter etiam ſi quis non
poſſit loq̃,modo ſignis annuat.Vnde Bal. in l.
1.C.de ſacroſ.eccle.dicit, quod aduocatus nõ
ualens loqui, interrogatus ſi tot vellet dari
pro anima ſua, aperiret librum in ſignum, il-
lum aperuit,& valuit.

5 QVINTO † quæritur,quid iura tradiderint
de teſtibus in teſtamento adhibendis?Et dico
multa. ¶ Primum. In teſtamento teſtis eſſe
non põt primo quolibet pro teſte reprobatus
a iure,vt inf.teſtis.Nec ſecundo mulier ſpecia
liter in teſtamento.ff. eo. l.qui teſtamento. §.
mulier.quod Sũ.Ang.tenet indiſtincte,tamen
fallit in relictis ad pias cauſas, ſ̃m Arch. poſt
Bar.& Bald.in l.1. C.de ſacroſ.eccle. & Ioan.
And.c.relatum.el 1.& ſequitur Sum. Roſ.fallit
ẽt ſ̃m An.de Are.Inſt.de teſt.§.teſtes.in teſta-
mento inter liberos,& in teſtamento militis,
& in codicillis,vt no.gl.& Bar.in l.fi.C.de co-
dic.Ex quo infertur,quod ſi in teſtõ apponatur clauſula, ſi non valet iure teſtamẽti;valet
iure codicillorum,ut communiter hodie fit,ſi
mulier adhibeatur in teſtẽ, ualebit ut codicil
lis.Nec tertio hermaphroditus,in quo præua
lent muliebria.l.quæritur.ff. de ſta.ho. no. tñ
idem Ang.in d.§. teſtes. poſt gl.quod ſi magis
inca-

incalescat in virili sexu, licet fuerit frigidus in vtroq; posset adhiberi testis in testō. Nec quarto, is cui hoc est interdictum per statutum, vel iudicem. Vnde idē Ang. ibi, post gl. facit regulā, ꝙ prohibitus esse testis in iudicio, vel alio modo in iudicijs stare vt ibi, prohibet esse testis in testō. Nec quinto, seruus, si tamen cōi opi. reputabatur liber, ꝭm eundem Ang. Inst. eo. §. sed cum aliquis, pōt esse testis. Nec sexto aliquis habens in ptāte hæredem sicut pater auus, & similes, d. §. testes, & §. sequ. Nec septimo, qui non est testi capax, sicut spurius testatoris hæreticus damnatus ad metallum, & similes, & quos leges improbos, & intestabiles iubent esse, vt sunt de crimine famoso, damnati, & muliebria passi, ff. de testi. l. hoc carmen. Nec octauo legatarius, quo ad factum suum inter se, & hæredem, sed solum quo ad qōnē, quæ vertitur inter hæredem, & extraneū. Insti. eo. §. legatarius. vbi dicit Ang. filiū legatarij posse eē testē. Nec nono fideicōmissarius vniuersalis: quia est iuris successor, vt l. 1. ff. ad Treb. Nec decimo exequutor, ꝭm Ang. in d. §. legatarius, si aliquid est sibi relictū, nisi eo modo quo dictum est de legatario, si vero est merus, & nudus exequutor nullum commodum sentiens, tunc pt. Si autē instituatur monasterium, scđm Ang. Inst. eod. §. sed neq; religiosi sui possunt esse testes. In villa āt, vel in vniuersitate distinguitur, quia si resultat commodū ex negotio tam in cōi, quā in particulari: illi de vniuersitate testes esse nō possunt, quia testificarentur in causa propria pro particulari vtilitate, vt l. omnibus, C. de testi. & ibi Doct. Si vero resultat vtilitas in cōi tantum, possunt esse testes, quia quod est vniuersitatis, nō est singulorum, vt in l. tantum, §. vniuersitatis. ff. de re. diui. ¶Secundum in testō requirūtur septem testes legitimi. Inst. eo. §. fi. ꝙ sint rogati. Vnde si testamentū sine scriptis hēat minus, q̄ septē, vel si sunt septē, non tamen rogati, nō valet, l. hæredes palam, §. pen. ff. de test. Et intellige rogati, cum expositione ad quid rogētur, vt ibi, vnde non sufficit si fortuito testamēto interfuerint. Quod tñ fallit, quia aliquādo valet sine teste, vt si miles in bello scribat, & moriatur, l. milites. C. de mil. test. Aliqñ sufficit vnus, vt si fiat corā Imperatore, C. eod. l. oīum. Quandoq; duo, vt inter liberos. C. eo. l. hac consultissima, vel si in territorio testetur miles. ff. de mil. l. Lucius, vel exercitu, & in bello, l. milites, C. de mil. test. similiter ī legatis ad pias cās, extra eo. cum esses, & c. relatum. Aliquando tres, vel quatuor, vt in speciali priuilegio, C. eo. l. fine speciali. Aliqñ quinque vt iñ testamēto rustici, quando plures nequeunt inueniri, C. eo. l. fi. Aliquando vero requiruntur ēt octo, vt quando testator vult facere, & nescit literas, vt in d. l. hac consultissima, & sīr in testō cæci. Notarius tñ computat pro vno, licet sit cautius quod sint septē sine eo. de ꝓb. quoniā, & in d. l. hac cōsultissima, & in l. oīum C. de test. & Inst. de testa. §. fi. vbi Ang. Are. distinguit, qa si probatur testamētū ꝑ depositionē testiū, notarius cōputari pt in numero septē, & sic sex cū eo sufficiunt. Si vero ꝓbat ꝑ instrumentū notarij, non pt cōputari, qa non pt notarius fungi ꝑsona scribentis, & authēticātis testamētū, & ꝑsona testis, vt no. gl. & Docto. in d. l. hac consultissima. ¶Tertiū. De testō facto coram presbytero parochiali, & duob. vel trib. testibus, glo. in c. cum esses, de test. recitat quatuor opiniones, & vna est, quā summādo tenet do. Flor. s. Zab. vt recitat Arch. qđ valet in terris ecclesiæ tātū, & intelligo in foro causarum. Vnde Io. An. declarans materiā dicit hoc cōiter obseruari, quod in spectātib. ad pias causas sufficiunt duo testes idonei siue in ecclesiastico, siue in seculari foro intellige ēt siue parochiali presbytero, per id, qđ hr in c. relatū. el 1. ext. eod. In alijs vero valet in terris ecclesiæ corā ꝑsbytero parochiali, & duobus testibus, per d. ca. cum esses. In terris autē Imperij dicit seruari, quod nō valeat, nisi interueniat solēnitas requisita per leges ciuiles. Et hæc opinio roborata consuetudine vr̄ seruanda, per l. minimè, ff. de legi. & vr̄ sequi Fede. in consi. & Pe. de Peru. & Pe. de Anc. & scđm aliquos do. Ant. Sed Pan. hanc reprobat inquantum distinguit de terris ecclesiæ, & Imperij, & meo iudicio benè, & dicit, ꝙ illud c. cum esses derogauit legibus etiā, quo ad forum seculare, & sic in alijs ad non pias causas requiruntur solū duo testes, & præsentia presbyteri parochialis, vel loco eius duo alij testes, & hæc fuit opinio Vin. Ala. Gof. Host. & do. Anto. Et addit Pan. ꝙ nō oportet, quod sint rogati, vel masculi omnes, quod verum est quantum ad hoc, quod dicit de masculis solum ad pias causas, vel in foro conscientiæ, vt patuit, quātum ad alia, puta standum consuetudini interpretanti, ex quo Doct. variant. Et sic patet, quod valet testamentum, & quælibet vltima voluntas ad pias causas, licet non instituatur ibi hæres, vel non adeatur hæreditas, vel non fiat insinuatio testamenti intra tantum tempus, vel vbi deficit alia solemnitas iuris positiui, ciuilis, quæ reuocata est quantum ad hoc.

¶Quartũ. Secundum Arch. & veritatẽ, ſi quis ſanus, vel infirmus ſanæ mentis non violentatus, vel circunuentus, ſed liber diſponit de q̃bus poteſt, per ſcripturã, aut verba ſolum ſine notario, & teſtib. debitis ſtãdũ eſt tali diſpoſitioni in foro conſcientiæ, & ad hoc tenentur hæredes, quibus de hoc conſtat ceritudinaliter, ẽt ſi prius p̃ ſolẽne teſtamẽtum aliter diſpoſuerat, & idẽ de exequutorib. quia, vt dicit 13. q. 2. vltima voluntas. ſ. rationabilis, ſm glo. modis omnibus obſeruetur. In foro tñ cauſarum, niſi ſint ſufficiẽtes probationes, ſtabitur teſtamẽto ſolemniter acto, imo ſm Imo. poſt Bar. in l. in teſtõ, ff. de fideicom. li. valebit ẽt in foro cauſarum, ſi fuit ſcriptum manu teſtatoris, ſed furore aut morte præuẽtus nõ potuit redigi in publicam formã, quod intellige ad pias cauſas, vt dicit Pan. in c. 1. de ſucceſ. ab inte. fortè inter liberos, per l. fi. C. fam. ercif.

potestas ad epm̄,arg.in l.nulli, C. de episcop. & cle.& in ca.nos quidem,de testa.nec reddit rōnem.Sed tu redde per p̄dicta, q̄a illud tempus non fuit præfixum in odium exequutoris sed potius in fauorē defuncti,ne diu eius voluntas differatur. Deinde aūt refert se ad no. per eum in repe.c.cum oēs, de testa. vbi præfert dictas limitationes huic dicto : quia hoc tp̄s statutum est in odium negligētis exequutoris,& fauorē alterius.Et hoc sequitur Sum. Ang. & Ros. sed primū mihi placet magis Sū. tamen Rosel.quæ in diuersis,§. tenet vtrunq; sibi est incompassibilis.¶Secundum. Si autem quis relinquit centum pauperibus declarādis p̄ Sempronium elapso anno declaratione nō facta non potest ep̄s eligere pauperes vigore statuti:de quo in priore part.ſm Bar. in l. cum quidam ita,ff.de leg.2. & Pan.in d.c.nos q̄dē, quia statutum loquitur de exequutore: & in eo haberet locum, & non posset se amplius intromittere,arg.c.literas,de supp.neg.prela. Habens autem declarare non est exequutor : sicut dicimus dr̄iam inter iudicem, qui declarat,& exequutorē,C.de exe.rei iud.l.exequutorem.Et ita tenet Sum.Ang q̄ sequitur Ros. ex hoc inferēs, quod frater minor pōt esse declaratur,etsi non exequutor.Sed ego dico, ꝙ iste etsi non sit exequutor totalis, est tamen partialis: quia consilium dans est causa effectiua,qn̄ consilium est, sine quo non, nec est rō quare ad istum non extendatur statutum, cū in eo habet locū ratio expressa eius, q̄ est ne animæ patiantur.¶ Tertium.Prædictam autē deuolutionē habere locum in legatis ad pias causas non est dubium,ſm Panor.in c. si.hæredes, de test.in alijs autem ad diuersitas inter doc.q̄ ipse concordat.& Arch.3.par.ti.1c.c.3. Ipse tamē Pan.in dicta repetitione tenet indistinctè, ꝙ ep̄s pōt se intromittere de istis siue procedat ex officio, siue actione intenta per legatarios.Ex quo infert, quo exequutio vltimæ uoluntatis etiam ad non pias causas,ad episcopum lapso anno deuoluitur. Vide vbi supra.¶ Quartū. Si testator expresse prohibuit ne se impediat:dicit Pan. in d. c. tua nobis,de test.ꝙ quo ad compulsionem exequutorū nō valet:quia sicut ipse viueret, non posset se eximere a foro ep̄i : ita nec subtrahere potuit exequutores ut patet in d.c.tua nobis.Quantū vero ad deuolutionē exequutionis, dicit idē ibidem, quod si testator prouidit de alio exequutore in casn negligentię primi ille exequitur,non ep̄s,ar.in l.nulli. & in l.si quis ad declinandam,C.de episcop.& cler.si autem solum p̄hibuit ab episcopo exequi,non prouiso sibi de alio exequutore:tunc in legatis ad pias cās nihilominus exequetur episcopus . text. est bonus in auth. de eccl. ti.§. si quis autem pro redemptione,cum duobus seq. & in d. ca. tua nobis,in alijs autem non.¶ Quintū.Si testator p̄hibuit rōnem reddi ordinario ab exequutore:Pan.vt refert Zacha.in cle.1.de testa.dicit, quod si exequutor ex indebita administratione deliquit,non valeret remissio, quia non est verisimile testatorem posuisse illam clausulam in elusionem suæ voluntatis,& Pontificalis officij:nec etiam posset testator impedire officium ordinari.isto casu,vt d.cle.1.& ca. nos quidem,eo.ti. alias vero si ex distributione, vel detentione delictum non committit, nec offendit testatoris voluntas,q̄ vtrunq.posuit in volūtate executoris,valeret remissio.

9 Nono † quæritur, vtrum exequutionis eleemosynarū præiudicet animæ testatoris?Et dicit S.Tho.in quol.5.ar.13.quod non quantū ad meritum, maxime si quantū in eo fuit causam adhibuit, vt eius elemosynæ cito darentur:quia meritum principaliter ex voluntate, & intentione dependet,sed quantum ad effectum eleemosynę patitur detrimentum non quidem ut puniatur p̄ hmōi tarditatē, sed q̄a non adhibetur remedium expiationis pœnæ, cum non sit suffragium,vnde subleuaretur. Similiter nō patitur detrimentum si differatur restitutio,quia fieri mandauit, licet tarde.i.in morte,si fecit, quod potuit. Hæc ex illo.¶Ex quibus patet primo,quod negligentia seu remissa voluntas testatoris disponēdo nocet ei, quo ad meritum,& negligentia executoris circa suffragia nocet ei,quia non liberatur a pœna purgatorij ita cito, non autem negligētia exequutoris circa restitutionem,s.illa non ordinatur ad expiandam pœnam ; vnde nec est pars satisfactionis,vt supr.dictum est. Et ideo contra S. Thom. & veritatē tenet Sum. Ang. quod anima non intrat cœlum,nisi restitutione facta.¶Patet sc̄d̄o,quo non dēt exequutor multum tardare,ut rebus defuncti melius vēditis maiorē eleemosynam faciat, nisi illud augmētum eleemosynæ sit ualdè magnus, & tp̄s tardationis ualde paruum sic,quod in arbitrio boni uiri melus sit de quo Sanc. Tho. in quoli.dicit, quod licitè hoc fit in mora modici tēporis, in qua non vr̄ magnum periculū vel detrimētum,quod limita,vt su.Vnde subiūxit,ꝙ si per multum tp̄s differat,ut in modico ampliores eleemosynas faciat non excusetur a culpa: puta , fortè defunctus a purgato-

rio

rio liberatur interim: & sic frustrat remedio quo multum indigebat. Hoc autem relinquit prudentis exequutoris examini, vt cõsiderata dilatione tẽporis, & condõne personæ, quę citius, vel tardius liberãda est, & quãtitate augmenti eleemosynarum, facit quod viderit magis expedire defuncto. ¶ Patet tertio, qđ tam hæres quã exequutor ex tali dilatione præcipue magna mortaliter peccat, quia iniustè infert defuncto damnum notabile, si non facit quantum potest, nec excusatur heres, q̃a commodè non potest, nec exequutor, ẽt si nõ potest, cum debeat intimare hoc episcopo, qui cogere potest. de testa. Io. Vnde tales dicũtur gentium necatores: & ab ecclesia abijciendi 13.q.2.qui. & duobus seq. & sic sunt excõmunicandi, & consequenter mortaliter peccant, secundum Arch. post Io. de Neap.

10 DECIMO † quæritur, quæ sit pœna negligentis exequutoris, siue sit hæres siue alius? Et dico multa. ¶ Primum. Sicut per leges imponuntur circa hmõi pœnæ ita testator potest suis hæredib. pœnam imponere, si suæ non paruerint volũtati. Inst. de leg. §. pœnæ, dummodo non præcipiat turpe, vel inhonestum. ff. de cõdi. Inst. quidam de hoc imò eam põt imponere legatario & exequutori per subtractionẽ eius, q̃ eis obuẽturum erat de patrimonio testatoris vt patebit, § sequ. ¶ Secundum. Hæres (intellige de extraneo) debet intra annũ a die monitionis (intellige faciendæ per iudicẽ cuius interest siue sit eps, siue alius) implere volũtatẽ defuncti vt in auth. de hær. & fal. §. si qs vero, vbi secundum gl. sufficit vnica monitio: & est cõis opinio, & hoc in relictis etiã ad nõ pias causas, & post annum potest priuari tota hæreditate & omnib. bonis relictis, vt no. Bar. Bald. Imo. & Inn. Imò ad hoc vt auferri possit relictum ad pias causas cum omni eius emolumento, sufficit lapsus sex mensium a publicatione testamenti, vt in auth. de eccle. ti. l. si autem legatum, ſm Imo. de quo sup. §. 6. & ſm Arch. post do. Ant. & Zab. si hęres sit negligẽs in adimplendo voluntatem defuncti poterit eps etiam non expectato anni lapsu interdicere ei omne relictum illi cum fructu, & emolumento, quod innuere vr̃ c. si hæredes. eo. ti. & gl. ibi secundum vnam lect. Potest autem eps in relictis ad pias causas monere hæredẽ, vel exequutorem statim post mortem testatoris, quia in his non requirit aditio hæreditatis vt no. Bar. & refert Arch. sed in alijs monere nõ poterit ante aditam hæreditatem, vt no. Imo. post Pet. de Anch. ¶ Tertium. Si autem hæres sit filius vtrum priuetur tota hæreditate etiã legitima, sunt opiniones, vt refert glo. in d. ca. si hæredes. & Arch. 3 par. ti. 10. cap. 3. & tenet Host. quod sic cũ quo est Io. And. ibi. & Arc. in c. Syluester, 11. q. 1. & Cal. in quadam disputatione, & Pe. de Anch. & dom. Anto. in relictis ad pias causas. Sed Zab. tenet, q̃ legitima nõ priuatur propter hanc negligẽtiam, adde vel cõtumaciam, etiam in relictis ad pias causas, quia illa non prouenit sibi ex volũtate defuncti sed iuris dispositione. Ego vero distinguẽs dico, quod si hæreditas est diuisibilis, reseruabitur ei legitima, C. de fideicom. auth. hoc amplius. Si vero sit indiuisibilis, vt quia ducatus, regnum, vel huiusmodi, sic totam perdet. de vo. licet in si. Et hæc intellige in dispositis per testamentum, quia ipso iure habent authoritatem, vt legata, substitutiones, & huiusmodi, in alijs autem hæres necessario seruare nõ tenetur, vt si præcipiatur hæredibus quod stent simul, vsque ad tale tempus, vel q̃ talis tali nubat, aut non nubat, & huiusmodi. Si autem in huiusmodi testator vult hæredem obligare, adijciat pęnam in testamento damnando hæredem in legato præstando causa pęnę, puta, Petre hæres meus, si tale quid non feceris, dato centum Titio, quia sic tenebit legatum, nisi pręcipiatur impossibile vel turpe, aut cõtra leges. Inst. de leg. §. pœnæ quoque. ¶ Quartũ. Practica autem contra negligentem hæredẽ, secundum do. Ant. erit in relictis ad pias causas, vt primo interdicantur omnes reditus, & ex eis satisfiat, si est possibile, alioquin si perseuerat contumacia, priuetur tota hæreditate, ẽt si sit filius, de quo tamen tu dic vt par. priore. in alijs vero non ad pias causas, fiat primo satisfaciat de reditibus: & deinde procedatur ad priuationem hæreditatis ex toto, si hæres sit extraneus, vel relicta legitima si sit filius, & huiusmodi. de quo etiam dic vt sup.

11 VNDECIMO † quæritur, vtrum pœna apposita a testatore possit exigi? Et dico quod si apposita sit pęna priuationis cum turpi cõditione adiecta, vt quia legat prædium mendicantibus sub conditione cadẽdi a legato si alienãt, cum tamen ipsi debeant alienare, & sic abijcitur conditio, & legatum stat sine pęna, scđm Arc. Quod intelligo etiã si ex priuilegio possunt illud habere, quia possunt renunciare. Et idem dic si cõditio sit impossibilis secus si honesta de quo dic vt supr. Legatũ 1. §. 4. Si vero apposita sit pęna deuolutiua sub honesta conditione vel modo, quia legat centũ Petro, cũ hoc vt det 50. pauperibus, vel in officio celebranda.

lebranda, alias legatum deuoluatur ad talem erit locus illi pœnæ, ſecus ſi ſit inhoneſta, vel impoſſibilis. Si uero appoſita ſit pœna augmentatiua relicti, vt quia legat centum danda pauperibus intra certum tempus: alioquin dẽtur ducenta ſm Bern. arg. c. Rayn. de teſta. locus eſt pœnæ, & exigi poteſt, ſi afficiat patrimonium teſtatoris, qui licet non poſſit imponere pęnam hæredi, vel legatario, cum in eũ non habeat iuriſdictionem, poteſt tamen adimere ſub nomine pœnæ bona eis legata, vel relicta: quæ pœna habebit locum etiam in foro conſcientiæ, cum naturaliter obligetur honoratus, de teſta. c. cum in officiis. Pro quo aduerte, quòd hæc pœna reducitur ad conuentionalem, de qua ſupr. pœna, §. 15. par. 7.

12 DVODECIMO † quæritur, cuius expenſis ſeruus legatus per exequutorem reddatur legatario, ſiue quærendus ſit? Et dico ꝙ gl. in l. cũ ſeruus. ff. de leg. 1. & refert Pan. in c. indicãte. de teſta. diſtinguit quatuor tempora: dicens ꝙ expenſis hæredis, ſi tempore teſtamẽti erit in fuga, ꝙ intellige ſi erat longe, ſicut & de alia relegata dicimus, ut in l. cum res. ff. de leg. 1. ſecus ſi prope. expenſis vtro legatarii, ſi fugit poſt teſtamẽtum ante mortem teſtatoris. Si uero fugit poſt mortem eiuſdem, & ante aditam hæreditatem, ſi fuit culpa hæredis, tenetur ad æſtimationem, ſi uero ſine culpa. nõ tenetur niſi veniat ad manus eius. Et idem ſi quarto tempore, i. poſt aditam hæreditatem, ratio, quia ſicut hæres liberatur interitu rei relictæ, intellige debitæ in ſpecie nõ in genere, vel in quantitate. l. quod te mihi, ff. ſi certum pet. ita liberatur a fuga ſerui ſine culpa. Sed in primo caſu videtur teſtator ſic uoluiſſe.

DE TESTIBVS.

1 *Teſtis quis eſſe poſſit.*
2 *Teſtis quando admittatur in cauſa propria ſeu communi.*
3 *Teſtes ſingulares, qui, & quando probent.*
4 *Teſtis de auditu ſolo an admittatur.*
5 *Teſtium numerus in quamuis cauſa neceſſarius.*
6 *Teſtificatio quando, & qualiter fiat.*
Teſtis ſe ipſum ingerens, reycitur.
Teſtis ſi diſcordent, quid iuris,
Teſtis ſibi contradicens, repellitur.
8 *Teſtes quomodo obligentur ad teſtificandum.*
9 *Teſtis falſi quæ ſit pœna.*
10 *Teſtis falſus quomodo teneatur reſtituere.*

TESTES antiquitus ſuperſtites vocabãtur eo ꝙ ſu. cauſarum ſtatum proferebãt nũc vero parte nominis ablata, ſ. per aphereſim teſtes uocantur, de verb. ſig. c. forus. §. teſtes qui dicuntur legitimi, vel omnĩ exceptione maiores, quando nulla legitima exceptione repelli poſſunt, ſecundum gl. in c. 1. de conſec. & affin. & Inſt. de inut. ſtip. §. item verborum.

1 PRIMO † autẽ quæritur, quis poſſit eſſe teſtis? Et dico ꝙ quilibet, qui non prohibetur; cum edictum de teſtibus ſit prohibitorium, ſicut & de procuratoribus, ff. de proc. l. mutus, de ſpõſa. l. cum apud. Quis autem prohibeatur colligitur ex ſeptem conditionibus requiſitis in teſte. de quibus in his verſiculis. Conditio, ſexus ætas, diſcretio, fama. Et fortuna, fides, ĩ teſtib. iſta requires. Dicitur ergo primo cõditio. Nã ſeruus non poteſt eſſe teſtis. d. c. forus. C. de teſti. l. quoniam liber, & 4. q. 3. §. item in criminalibus. quod tamen fallit cum de facto ſerui q̃ritur, & non pro domino, vel econtra dominum: ut in d. §. item in criminalibus ſimiliter in defectu teſtium: ſed tunc admittitur cũ tormentis, vt in d. §. item in verbo, item ſerui. Similiter nec regularis coram iudice ſeculari, ſine licentia ſuperioris: quia licet poſſit eſſe teſtis, arg. l. 1. ff. eo. tit. & in auth. de mona. §. cogitandum, & no. Spe. eo. tit. & facit ratio p̃dicta quia nõ inuenitur prohibitũ, nec ſit mortuus mundo per omnia, ut not. Pan. in c. cum nuntius, eod. tit. tamen hoc limitatur verũ, ut ſup. ſ. coram iudice ſeculari de licẽtia ſuperioris, non aliter ſecundum Specu. ibi. & Io. And. in addi. ibidem & Albe. in ru. C. eo. & facit c. monachi el 2. 16. q. 1. & c. placuit. 2. q. 7. ſi tamen ſine licentia teſtificetur, nihilominus valet, ſecundum Pan. in d. c. cum nuncius, & idẽ Ang. ĩ §. ſi libertus ĩ auth eo. vbi dicit, ꝙ ſi clericus, vel religioſus deponat ui corã iudice ſeculari, ſine mandato ſuperioris, nõ valet, ſecus ſi uolens. Io. tamen And. cõtrarium tenet ſ. quod non valet. quod Sum. Ang. dicit verius. Sed ego dico quod eſt falſus, per ea quæ adducit Panor. ubi ſup. ¶ Dicitur, ſecundo ſexus. Nam licet mulier de iure ciuili admittatur in ciuilibus, etiam in codicillis, & vltimis voluntatibus, præter teſtamenta, ſecundũ Accur. & in criminalibus, 15. quæſt. 3. ex eo, ff. de teſt. l. qui teſtamento, §. mulier. Inſtit. de teſtamen. §. teſtes. tamen de iure canonico non admittitur in criminalibus criminaliter, 33. quæſtio 5. cap. mulierẽ: niſi in criminalibus exceptis, ſ. ſimonia. cap. tanta. de ſimo. & ſic intellige d. cap. forus. In ciuilibus autẽ, & ſpiritualibus & quibuſcunque aliis, aut etiam in criminalibus, cum agitur ciuiliter, ut in denũciatione, aut etiam inquiſitione, admittitur, niſi vbi expreſſe prohibitum inuenitur, ut in teſtamen-

tis,no.Io.And.in addi.Spe.eo.ti. & facit capit. quoniã,& c.cũ literis, de testi. Quomodo aũt non debet trahi ad iudicium pro testimonio, sed ad eam mitti;habetur in c.mulieres,de iudi.li.6.& sup.Iudex 2.§.1.¶ Dicitur etiam tertiò ętas Nã in cã ciuili requiritur pubertas,4. q.3.cap.1.In criminali verò ętas, 20.annorũ, ff.eo.l.inuiti,l.2.& l.in testimonium,4. quæst. 3.testes,poterit tamen pubes testificari de visis in impubertate,si erat doli capax,quando vidit:argum.Inst.de inuti.stipu.§.pupillus,ff. de neg.gest.l.in negotijs,aliter non;quod no. 37.dist.relatum, & dictũ impuberis facit plenum indiciũ ad torturam,vide sup. Impubes. ¶ Dicitur quartò,discretio. Nam furiosus, & mente captus nõ admittitur,sicut nec ad officium iudicandi,vt ibi,3.q.7.tria nisi habeat lucida interualla,ff.de test.l.qui testiũ,§.nec furiosus;argum.de spon.dilectus,32.quæstio.7. nec furiosus,7.q.1.quamuis.¶ Dicitur quintò fama. Nam infames à testimonio repellũtur, de test.eo.præterea, & præcipuè in criminalibus causa,extra eo.c. testimonium,nec ꝑdest pœnitentia,2.q.3.§.hinc colligitur.¶ Dr̃ sextò,fortuna. Nã diuiti magis creditur,ff.de testib.l.3. C. ad l. Falcid. auth. sed cum testator pauper aũt repellitur, si est talis cõdõnis, qđ pecunia corrumpi possit alias non. arg. Instit. de suspect.tut.§.vlt.sed hoc iudici considerandum est,4.q.2.testis. ¶ Dicitur septimò,fides, nam in fidelis contra fidem non admittitur, 2.q.7.si hęreticus,ff.de test.l.2. de hære.excõicamus. Adduntur, & quædam alia, q̃ aliquando repellũt à testimonio.¶ Octauo,ẽtrepellit consanguinitas,vel affinitas.Vnde non est testis idoneus pater pro filio, aut ecõtrario l.testis. Et idem est generaliter de ascendentib.& descẽdẽtib.per lineam rectã pro,& cõtra, 4. q.3.§. itẽ in criminali, & idem de mr̃e. Quod limita primò, vbi non agitur de correctione, vel ꝓhibõne peccati,vel illuminatione fidei: quia in istis vbi affectio carnalis cõiter nihil operatur , valet sicut testimonium Christi de patre,no.Pan.in c.in omni.eo.titu.& secũdò, vbi non q̃ritur de ætate, & natiuitate, qui filij sint legi.transmissã, & cap.per tuas, & tertiò extra testm̃,de pecu.cast.l. qui testamẽto , ff. de testa. & quartò, extra matrimoniales cãs: quia in mr̃imonio aliquando admittũtur parentes. Sed quia Doctores in hoc variant, dic ꝙ iudex arbitrabitur de suspicione , vel non suspicione cõtra parẽtes , & ex hoc,ꝙ filius, vel filia ex eorũ testimonio reportat honorẽ, aut vituperium, argum.l.3. eo. & bona gloss. in cap.ex literis,eo.ti. Sunt & quędam ꝑsonæ quæ aduersus coniunctos testimonium dicere non coguntur , vt diuersos socerum generũ, vitricũ,priuilegiũ,sobrinũ,sobrinã , sobrino natam,eosq; qui in priori gradu sunt . Itẽ aduersus patronũ,patronã,& liberos eius,vt d. §.itẽ in criminali,4.q.3.& alię ꝑsonæ, de quibus ibidem.¶ Nonò,familia. Nam repellũtur testes de familia actoris.l.pen.ff.eo.& familiaris:C.de his,qui ad eccl. confu.l.fi.§.fane. Nec de domo actoris,vel accusatoris in causa ciuili,aut criminali testes produci debent, 3.qu. 5.per totum , d. §.item in criminali . Qui tñ sunt de collegio,admittũtur super facto, vel non facto collegij,ſm Panor.in ca. tertio loco,de proba. quando est tale,quòd per alios probari non potest,tex.est in c. veniens, ext. eo. & similiter illi, qui sunt de cõuentu super professione illius,qui reperitur a cõuentu ; secundum Pan.in c.nuper, eo. titu. quia cã non est singularis,sed monasterij,& sic dñr testificari in cã propria Vnde plati de ordine Minorũ hoc casu experiri possunt in iudicio, & idẽ de clericis in casu ecclesiæ suæ,& de singularib. in causa vniuersitatis, quia non est causa singulorum,12.q.2.c.ẽps,§.qui manumittitur 14.q.2 super prudentia,extra eo.insuper , ubi Panor.idem dicit de prælato in causa ecclesiæ suæ.Quod limita , nisi tales pro monasterio , vel vniuersitate aut ecclesia fuerint actores , vel responsales,vt in c.insuper,eod.tit.¶Decimo,inimicitiæ,& amicitiæ,4.q.3.testes, versi. ideoq; in persona , in quo tamen iudex arbitrabitur,arg.ff.eo.l.3.§.1.Vndecimo, non admittitur laicus contra clericum in cã criminali criminaliter. 2.q.7.ipsi.vide Pano. in c. cum non ab homine, de iud. & in c.de cætero , de test.¶Duodecimo,nec socius criminis, 79. di. c.si quis,in gloss. Quod fallit in exceptis,vt in crimine læsæ maiestatis,& simoniæ,vt d.gl.& hæresis.Nec obst.ext.eo.quoniam, ubi admittuntur socij criminis,quia illud est speciale in causa denunciationis, vel admittuntur ibi ad præsumptionem,de adul. significasti.uide su. Iudicium 5.§ ¶Decimotertio,nec criminosus quandiu perseuerat in crimine,qui si sit emendatus, non repellitur in causa ciuili,sed in criminali , si prius fuit conuictus,vel confessus, vel non per exceptionem conuincitur , vel grauata est eius opinio,pro eo,quod aliquãdo fuit repulsus,alias vero etiam in criminali,recipitur,ext.eo.testimoniũ.¶ Decimoquarto, nec obscuri,& ignoti,nisi cum tormentis,aut verberibus,ut in authen.eo.l.sancimus.

¶ Decimoquĩto, nec exequutores negociorũ, qui in ipsa causa fuerunt actores, vel responsales, extra eod. super. imo, qui fuit procurator vel aduocatus in priori iudicio, non recipitur in testem in causa appellationis, extr. eo. Romana, lib. 6. vide etiam in §. 6. Sed tamẽ circa prædicta aduerte duo. ¶ Primum. Exceptis casib. expressis a iure ex circunstantijs iudex arbitrabitur super amissione, vel repulsione testis, quia isto casu dr̃ iudici, tu magis scire potes, quis admitti debeat, vel repelli, ff. eo. l. 3. §. 1. Ad quod conferunt etiam illa tria, quæ detrahunt fidei testis, s. variat, si vacillat, si negatiuã probare contendit, de cau. poss. & ꝓp. c. cum in ecclesia, & ibi Pan. diffusè. ¶ Secundũ. Testes repellendi de iure admitti debent, si is, contra quem producuntur, eorum testimonio in alio iudicio vsus fuerit: nisi docuerit aliquid legitimum post emersisse, C. eo. l. si quis testibus, & in d. § item in criminali, versicu. si quis testibus. ¶ Adde tertium, quod sacerdos (intellige de honestate) non debet esse testis in instrumentis confectis totaliter inter seculares, 14. q. 2. quanquam.

2 SECVNDO † quæritur, spãliter vtrum quis debeat admitti testis in causa propria, vel cõi sibi, & alteri? Et dico quantum ad primum. ꝙ nõ regulariter, nec principaliter, nec secũdario, C. eo. l. omnibus: vnde nec venditor in causa rei venditę admittitur pro emptore, q. a vr̃ propria venditoris, nec debitor in causa pignoris pro creditore, ff. de app. l. ab exequutore. Non tamen negari potest, quin aliquando in causa propria, quis testificetur attentis circunstantijs personarum, & causæ, ut in ca. fin. de iureiur. & in c fi. eo. titu. li. 6. & apertius in c. ex ratione, de procur. & facit quod no. Bar. in l. admonendi, ff. de iureiu. volẽs, ꝙ qñ actor scit plenè veritatem, puta, de mutuo a se facto, & est persona honesta: si habet pro se vnũ testem bonum defertur ei iurm̃, & facit ꝓbationem perfecta. Vnde quod prius dictum est fallit primo in legatarijs, & fideicommissarijs, qui ferunt testimoniũ in causa testamenti, cum agitur de hæreditate, non de legatis, nec fideicommissis suis, & possunt scribi esse in testamento, in quo eis aliquid legatur, C. de testa. l. dictantibus, C. secundo in collegijs, & corporibus, & ecclesijs, v t §. priore casu 9. & 3. in casu prædicto Bartol. ¶ Quantum 5 vero ad 2m, ꝙ in causa cõi duorũ alter admitti nõ dẽt ad testimentũ, quia cã cõis duorum vtriusque est, ff. de ritu nup. l. illud.

3 TERTIO † quæritur, vtrum testes singulares sic admittanĩ, vt probẽt? Et dicit Pau. in c. bonæ memoriæ, el 1. de elect. quoñ testes dicũtur singulares, quando deponunt super diuersis factis, ita qđ quilibet est singularis ex dicto suo. Quando vero obiectum, super quo deponunt, fuit repræsentatum sensibus testium eodem tempore, tunc sunt contestes, & non singulares, quia tunc videtur deponere de facto eodem. Vel dic breuiter, ꝙ testes dicuntur singulares, quãdo quilibet sigillatim testificatur aliquid, quod non est, vel re, vel saltem præsũptione sufficiente ad sñiam ferẽdam illud, qđ testificatur alius. Igitur testes singulares regulariter non probant secundum eũdem ibi, qđ tamen limitat gl. in l. ob carmen, ff. de testib. & Ang. in disputatione quadam, quando actus non hẽt continuitatẽ, quam si hẽt, vt fornicatio, si vnus post alium videat per foramen, valet testimonium, & per Inn. & Io. Andr. in ca. qualiter, & qñ, el 2. de accu. vbi patet, ꝙ possidens rem probare potest ꝑ testes singulares & sic de similibus. Sed 2m descriptionem, quã subiunxi, non oportet sic limitare. Vnde Bald. dicit, quod in dicto casu fornicationis nõ prę sumitur pluralitas actuum.

4 QVARTO † quæritur, utrum dimittantur testes de auditu solum? Et dicit Spe. in titu. de testi. quod testes existentes iuxta parietem vel cortinam de auditu fidem faciunt, vt in c. præterea, de testib. & ibi gl. & idem Hostien. ponens exemplum de quoddam, qui dominæ suę annulum subtraxerat, & coram ea fatebatu corã testibus vero negabat, & illa rogauit notarium, & testes absconditos post parietem super confessione furis, quasi velit, ꝙ cõfessio possit probari per testes, licet ipsi non viderit personam loquentem, ꝙ est notabile verbũ, secundum Pan. in cap. ex literis. de consue. & idem voluit Barto. post glo. in l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqua plu. arcen. & facit ad qõnem, an testis possit deponere super verbis, si habet notitiam vocum, de quo gl. testes, 3. q. 9. & Pan. in c. cum causam, de testi. & cõiter tenetur per Legistas, ꝙ sit speciale in testamento, vt non valeat testimonium, nisi testes audiuerint, & viderint testatorem loquentem, ut est tex. in l. si non speciali, C. de testa. & hoc forte ideo, quia solet infirmantium vox mutari, & faciliter posse fingi.

5 QVINTO † quæritur, quid iura tradiderint de numero testiũ necessariorum in qualibet causa? Et dico, quod licet regulariter vnus testis non sufficiat, sed vox vnius vox nullius, extra eo veniens, in fi. & c. cum a nobis, eo titu

& c.quoniam, in fi.de prob.& regulariter duo
sint necessarij, & sufficiant, ff.eod.l. vbi nume
rus, 4.q.3.ca.si testes, §.item numerus, tñ vnus
testis facit præsumptionem, de suc.ab intes.c.
fi.vbi dicit Pan.vnum singulare, quod vbi agi
tur de magno præiudicio, seu re magni valo-
ris, non defertur iurm in supplementum pro
bationis, per id, quod no.in ca.fi.de iureiuran.
quod etiam verum est in prælato super iure
ecclesiæ. Quandoque ét vnus facit probõné,
primo quidẽ in Papa, qui est idoneus testis ét
solus.de testa. a nobis etiam de his, quæ vide-
rit ante papatum, scd'm Lud.de Ro.& duas gl.
Io.And.s.in c.1.de renun.lib.6.& in c.ad apo-
stolicæ.de re iud.eo.lib.De consuetudine etiã
curiæ statur dicto Cardinalis ĩ dictis, vel actis
corã eo, vt no.Host.de appellatio.ca.constitu
tus, el 2. Secundo, in his, in quibus non fit alte
ri præiudicium; puta an ecclesia sit cõsecrata,
an aliquis sit baptizatus, an petierit confesso
rem, & hmõi, de consecra.dist.4.paruuli.Ter-
tio, vbi agitur ad peccatum impediẽdũ, arg.c.
super eo.el 2.eo.ti.& gl.in c.nuper, eo.ti.& 2.
q.1.multi, vnde vnius impedit matrimonium
contrahendum.Quarto in foro conscientiæ:
puta, cum quis dicit se confessum, extra eo.te
stimonium, quod intelligo, nisi sit probabilis
coniectura in contrarium. Quinto de consen
su partium cum etiam & testimonio aduersa
rij stari possit, C.de fideicommissis, l.fi. Sexto,
quãdo testõr mãdauit stari dicto alicuius, quẽ
informatum dicit de sua intentione; qa nihil
potest opponi, s'm Bart.in l.Theopompus, ff.
de do.præleg.& no.Pano.in c.in nomine Do-
mini, eo.ti.Septimo, cũ quæritur an aliquis sit
emendatus; quia statur testimonio sacerdotis,
d.c.testimonium. Octauo in correctione fra-
terna: quia prima correctio per vnum locum
probatur, ext.eo.in omni, 2.q.1.si peccauerit.
Nono in ciuilibus, in quibus vnus testis cum
fama sufficit, arg.de appe.c.1.in gl.& sup. Pro
batio, §.3. Alias nullius, quantuncunque exer
citatæ personæ confessioni fides est adhiben-
da, scilicet in iudicio, nisi competens habeat
probationes, 6.q.2.per totum, nec etiam epi:
vt in c.placuit, ea.q. ¶ In aliquibus autẽ etiam
requiruntur testes plures, q̃ duo. Nã in testis
requiruntur septem, licet in legatis ad pias
causas sufficiant duo: vt ti.priore.1.§.7. ĩ codi
cillis quinq;.C.de codicil.l.fi.In donatione cã
mortis quinque, C.de do.cau.mor.l. fi.Itẽ qñ
debitor vult probare debitum solutum quod
factum erat in scriptis, quinque.C.eo.l.testiũ.
In contractu, qui excedit libram auri, facto in
scriptis ab imperio in ciuitate, quinque, C. si
cer.pe.auth.sed nouo. Ad reprobandum autẽ
instrumenta, quatuor meliores de rescriptis
in instro, vel quinque, s'm gl.in ca.Ioannes.de
fide instr.de quo dic, vt sup.Tabellio, §.fin. in
pecunia vero deposita requiruntur tres, in au
th.de fide instr.§.si quis igitur. In purgatione
canonica requiruntur testes, vt su. Purgatio,
§.4. ¶ Ad damnationem etiam aliquorũ requi
ritur numerus maior, quia eps Cardinalis nõ
damnatur nisi 72.testibus.2.q.4. præsul. Pres-
byter, Cardinalis 64. diaconus Cardinalis 24.
subdiaconus, & inferiores Cardinales, 7.2.qõ.
4.præsul.cap.seq.quod tamen specialiter ha-
bet locum in episcopis, & alijs clericis eccle-
siæ Romanæ triplici ratione, quam ponit San.
Th.2.2.q.70.contra Papam tamen non multi-
plicantur, sed duo sufficiunt, secundum glo.in
d.c.præsul.& similiter contra quoscunque a-
lios etiam epos, sufficit ad condemnationem
testimonium duorum, 2.q.5.per totum.

6 Sexto † quæritur, qualis debeat esse testifica
tio testium? Et dico, q primo regulariter non
debet induci, nec possunt recipi ante litis cõ-
testationem, quod tamen fallit in viginti casi
bus, de quibus in ca.quoniam, vt lite non con
test.& ibi gl.& Panor.imo quando ignoratur
malefactor, recipi possunt etiam ante citatio
nem malefactoris, iuxta no.per Inn.in ca.bo-
næ, el 1.de elect.& sequitur Pan.in c.in nomi-
ne domini nostri, extr.eo. ¶ Secũdo requiritur
q se testis non ingerat, qa tunc repellit tanq̃
suspectus, ar.l.vxori, §.1.ff.de fal.& per Bar.in
l.quæ omnia, ff.de procu.& facit ca. qualiter.
de elec. imo requiritur, quod non promittat
testificari quid certũ: si autẽ non expressit, qd
non repellitur, nisi primũ accepisset quo ca-
su præsumitur corruptus scd'm Doc.tñ si non
fuit citatus, sed per partem iudici productus,
non præsumitur se ingerere, vt tenẽt domini
de Ro.dec.260.& facit cap.constitutus, eo.ti.
& Pan.in c.in tua, de spon. ¶ Tertio, q iuret ta
ctis sacrosanctis Euangelijs. Nec alicui testi, q̃
tuncunque religioso, creditur nisi iurato. ex-
tra cap.nuper, & ca.fraternitatis, & c.tuis, C.
de epis.& cle.auth.sed iudex, nisi sit episcopus
vel sacerdos, qui non iurat super libro, sed su
per pectore suo, de iura.calum. ca.fin. & dicit
Pano.in d.cap.tuis, quod etiam episcopo non
creditur, vt testi sine iuramento, & excepto
Papa non creditur in præiudicium alterius,
maximè non modicum, verbo cuiuscunque,
& qualiscũque fuerit authoritatis, etiã legati,
Cardinalis potest tamen remitti iuramentum

de consensu partium. ext.eo.tuis,nisi in causa matrimoniali,extra,de eo, qui cogn. cõsang. c.super eo.iurabit autem dicere totam veritatem,quam noui de illa re.3.q.9.hortamur,nulla falsitate adiecta,3.q.9.pura,de consue. cap. quorundam,quod nulli dicet testimonium,& hoc benè,4.q.3.§. item in criminali. ¶Quarto, quod vtraque pars sit præsens,vel contumaciter absens,d.c.in nomine dñi. ¶Quinto, quod viua voce deponat,non in scriptis, ca.a nobis,q.ma.accu.nõ po.3.q.9.testes. ¶Sexto, q̃ testificetur de auditu proprio, s.quãtum ad sonos, vel de visu quantum ad visibilia, vt in c.2.de consuet.& idem de alijs sensibus nõ de alieno, quia non est propriè testimonium, vt no.gl.in summa,ff.de aqua plu.arc.¶Septimo, quod non vacillet,vel contraria proferet, vt in c.licet.de prob.¶Octauo, quod nihil taceat de contingẽtibus super quibus interrogatur: aliter esset falsus testis,de accu.dilecti;puta,si exprimit, quod facit ꝓ aliquo, & tacet, quod est contra illum. ¶ Nono, quod exprimat locum,tempús,& modum.¶Decimo,quod solũ testificetur super iuratis,& non super alijs, q̃a non valeret.arg.ca.de testibus.extra eo.

7 Septimo † quæritur, quid iuris si testes discordent?Et dico,scd̃m Veru quod dẽnt concordare ĩ circũstãtijs cõtẽtis ĩ hoc versu. Res, ꝑsona,locus,gradus,hæc sint cõsonat tp̃s aliter sũt singulares,& nõ ꝓbãt; puta,si vnus dicit de vna re, vel de facto alius de alia, vel de alio.de prob.licet ẽt si loquãtur de diuersis ꝑsonis.de rescrip.Rodulphus, si tñ loquutiones ponerẽtur certæ nõ obesset error nõis, scd̃m Hostiẽ.si de diuersis locis, vt patet Dan.13. in exẽplo Susannæ. Itẽ si de diuersis gradib.consanguinitatis,aut affinitatis in cã matrimonij. 35.q.6.de parentela, & idẽ si de diuersis tp̃ib. Quod limita primo, nisi vnum includat aliud: vt si vnus dicat diem,alius eiusdem diei oram, & scd̃o,nisi factum sit durabile: quia etiã ipsi euangelistæ dicuntur concordare, & tamẽ vnus, i. Marcus dicit Christum crucifixũ hora tertia alius.i.Lucas hora sexta,hæc aũt S.Tho. 2.2.q.70.breuiter comprehendẽs dicit, quod discordia testium in circunstantijs principalibus variantibus substantiam facti (intellige,i. facientibus, quod testes non loquantur de eadem re,vel facto;puta, in loco,tp̃e,vel persona) aufert efficaciam testimonij, secus in non pertinentibus ad substãtiam facti; puta, quod tp̃s fuerit serenum,vel nebulosum,vel domus picta,aut non picta, & huiusmodi; quia circa talia non consueuerunt hõies solicitari: & cõsequenter a memoria facile labuntur:imò secũdum Chrys.discordia in talib.facit testimoniũ credibilius: quia si concordarẽt in oĩb.ẽt minimis, viderẽtur ex condicto eundẽ sermonem proferre.¶Sed ad pleniorẽ prędictorum notitiam adde,quod si vnus testis expresse cõtradicit sibi,non valet testimonium,4.q.3.Nicolaus. & si primo extra iudiciũ dicit vnũ, & secundo in iudicio dicit oppositũ, scd̃m Bart. potest puniri de falso: quia statͣ primo dicto eius,per l.eos,C.de fal.Bal. tñ asserit hoc esse falsum,& benè per gl.in c.cũ causã,de test.& sequitur Io.An.in mercu.in reg.nõ est, vbi patet, quod in minus valide assumptis, vel vltimo iudicio, vel ext. statur in iudicio,in dictis ãt authenticis statur primo in iudicio, & ext. quo casu loquitur,d.l.eos,allegata per Bar.q̃a ibi veniebat quis contra propriũ sigillũ,& sic contra rem authẽticã,& approbatã.Sed prędicta S.Th.limitat, quãdo testis interrogatur de scientia,aut visu, q̃a si diffidet a seipso repellitur:secus si interrogetͣ de opinione, & fama: q̃a p̃t secũdũ. diuersa audita diuersimodè motus esse ad respondendum. Et si inueniatur falsus in parte, in nullo creditur ei,di.9. si ad scripturas,iuncta gl.vide sup.Falsarius,§.5. Si vero vnus testis cõtradicat plurib.nõ obstat eius cõtrarietas:quia testimonium vnius nec iustificat,nec condemnat,33.q.2.admonere, nisi cõtradicat pluribus, cũ quibus scriptus est in aliquo instrumento,ff.quẽ ad te.ape.l.1.in fin. Si vero multi,sed pauciores, contradicunt pluribus ex eadem, vel ex diuersis partib. ꝓductis iudex concordabit eorum contrarietatẽ si poterit:sicut Aug.cõcordat dicta Euãgeliorum, ext.eo.cũ tu.quod si non põt,præualebit testimoniũ pluriũ:nisi dignitas personarũ ex alia parte præiudicet numero: vel nisi pauciores dicant verisimiliora, & aptiora negocio, aut plura ꝑ eos probent, vt si plures testes ꝓbent me possedisse:pauciores vero me possedisse x. annis,& titulũ possidẽdi, quia tũc p̃ualet testimoniũ paucorum,ext.eo. in nostra,quæ intellige quãdo eo tẽpore testes inducũtur:quia si inducantur testes ad reprobãdũ dicta priorũ, debent esse plures,& longè melioris famę,C. de contrah.& com.stipul.l. optimã. q̃a magis præsumitur subornatio post publicationem attestationum,q̃ ante. ¶Si vero testes sunt numero, & dignitate pares sñia datur pro reos, de prob.ex literis,nisi in matrimonio,& in cã libertatis,& in testõ,& pro dote,de sen. & re iud.c.si & si neuter possidet rẽ,sed vterque ab extraneo petit,diuiditur si est possibile,de prę

sum

sum afferte, & si non est possibile, poterit iudex gratificare dando cui voluerit de paro. c. 1. Vide 4.q.3. testes, de prædictis, & adde ex S. Th. quod si dissentiunt testes eiusdem partis, dēt iudex ex motu sui animi ꝑcipere cui parti sit standum ex numero, vel dignitate eorū, vel fauorabilitate causæ, & huiusmodi.

8 Octavo quæritur, quō testis obligatur ad testificandū? Et dico multa. ¶Primū. Secundū Arch. 2. par. tit. 1. ca. 18. post S. Tho. 2.2.q.70. & cōem doctrinā, sic distinguitur. Si qs requirit testificari authoritate sui superioris, tenet ferre testimoniū in his duntaxat, quæ exiguntur ab eo, ſm ordinem iuris, puta in manifestis, & de q.b. ꝓcessit infamia, adde vel semiplene probatū est: & non testificādo peccaret, intellige mortaliter, agens cōtra obedientiā, & charitatem, non iuuando proximum, vel cōe bonū, cum dēt. Si vero requiratur eius testimonium sed non authoritate sui superioris: tunc silr tenetur ad liberandum hoīem a morte iniusta, vel dānatione, ſm illud psal. Eripite pauperē, & d.83. error. Adde ꝙ non tenetur ad ꝓcurādum bonū alicuius, nisi eo casu, quo tenemur ex charitate bona optare. Si vero non requiritur eius testimonium, tenetur silr ad vitandū iniustum damnum, f[...]re, quod in se est, vt veritatem denunciet ei, qui potest prodesse, qđ ſm Ray. est verū, ēt in sacerdotibus, & religiosis, nisi in causa, in qua non licet eis ferre testimonium, vt in causa sanguinis, in qua scđm S.Th. compelli non pñt ferre testimoniū, ſm ordinem iuris: intellige ab his, q̄ sunt iuri positiuo subiecti, ad condemnationem autē alicuius non tenetur testificari, nisi a superiore cōpellatur scđm ordinē iuris, quia, inquit S.Th. si circa hoc veritas occultet, nulli ex hoc spāle damnū nascitur, vel si immineat periculum accusatori, nō est curādū, quia ipse in hoc periculo sponte se ingessit. Quod vr̄ limitādum scđm Inn. in c.1. de test. cog. nisi is, contra quē agitur, perseuerare vellet in peccato, ar. c. clericorū, de vi. & ho. cle. 22.q.5. hoc vr̄, vt pœna reuocet a malo, quos Dei timor non reuocat. Sed istā limit. limito veram, quando ipsa emēdatio ꝑsumeretur. ¶Secundum. De his autem quæ alicui commissa sunt in secreto, vtrum requisitus, quis teneatur testificari, dicit Archi. post S.Th. ꝙ non, si ei sunt commissa per confessionem: quia non scit vt homo: & maius est vinculum sacramenti, quam hoīs præceptū in a'ijs vero distinguitur. Nam si commissa in secreto sunt talia, ꝙ statim, vt homo scit tenet manifestare, vt si pertinēt ad correctionē multitudinis corporalem, vel spūalem, vel graue damnum alicuius personæ, debet manifestare testificando, vel denūciando, quia contra hoc debitum obligari non potest per secreti commissum, quia frangeret fidem, quā alteri dēt. Si vero sint talia, quæ quis ꝓdere non tenetur pōt qs obligari ex hoc, ꝙ sibi secreto cōmittuntur, & tūc nullo mō tenetur ea ꝓdere, ēt ex præcepto superioris, quia seruare fidem est de iure naturali, cōtra ꝙ nihil potest hoī præcipi. Quod Sum. Ang. vt saluet S. Bon. dicētē, quod tenetur, quia in tali promissione intelligit excepta authoritas superioris, limitat, nisi superior reqrat aliquo bono respectu. Sed istud nihil est: quia in his, in quib. quis ꝑ sūmū ꝑlatum, i. Deū, est liber ab inferioris imperio, non subintelligitur excepta superioris authoritas: quia eo casu nulla est. ¶Tertium. Qui āt iurauit testimonium nō perhibere, temere iurauit, & vbi certū est, quod tenetur sub peccato fere testimoniū: contrauenire pōt propria authoritate, aliàs nō nisi authoritate superioris, 23.qō.4. in 4. in malis, ēt si sciret quod ipse solus interfuisset, & probari nō posset, nisi ꝑ eum, scđm Gof. quia factum vnius facit semiplenam probōnem, & delatio iuri faceret plenā, C. de reb. cred l. in bonefidei, quod verum est in casu, quo hoc fieri posset, alias vbi testimonium eius nullum effectum hr̄e potest, nō credo, quod teneatur, nisi ad præceptum superioris cogeret mō, & ordine debito. ¶Quartū Testis, qui se falso dicit alicuius inimicum, vt euitet dicere testimonium, mortaliter peccat secūdum Pan. in c. inquisitionis, §. ternæ, de accu. qui dicit mendacium in damnum proximi 22.q.1. ne quis. & de fals. c.1. quod intellige eo casu, quo quis testificari tenetur. ¶Quintum. Aliquid accipere pro vero testimonio, seu veritate dicenda est turpe lucrum, 14.q.5. nō sane, & secundum Arc. est peccatū mortale, qa est expresse contra iura hoc rationabiliter ꝓhibentia ad vitandam corruptionē veritatis, & tenetur restituere dāti si per hoc voluit sibi iustitiam ministrari, d. cap. non sanè, secus si dedisset ad corrumpendum, quia esset dandū ei, in cuius iniuriā datum est, vel pauperib. & multo magis est mortale si acceperit pro falsitate dicenda, aut tacenda veritate, potest tñ testis expēsas accipere a producēte: vt no. gl. in c. statutum, de rescr. li. & ēt lucrum cessans operarum suarū, 4.q.3. venturis. ¶Sextum. Falsum testimonium cum habeat deformitatem periurij, & violationis iustitiæ, & mēdacij, ex primo est mortale semper, etiam si fiat ad im

pediendam iniustitiam, secundum S.Th.& similiter ex secundo in suo genere, sicut & quęlibet iniustitia: non autem ex tertio semper. Non tamen est mortale, si quis post debitam in cogitando solicitudinem falsum asserat in ferendo testimonio, quod verum credit. Hæc ex S.Th. qui etiam sentit, & expresse Arch. dicit, quod si dubium certitudinaliter testificetur, est mortale; vnde dubium sub dubio proferre debet, & certum sub certitudine.

9 Nono †quæritur, quæ sit pęna falsi testis? Et dicit Bald. quod punitur pœna talionis. l.1.ff. ad leg.Cor.de fic.& not.2.q.4.in glo.sum.nec excusat eum metus, 5.q.5.authoritatis. Est autem testis falsus, qui iuratus, & examinatus falsum loquitur, 22.qō.2.ne quis arbitretur. Qui autem non est examinatus, licet latitet vt veritas non inueniatur, non est falsus, sed dolosus, sicut etiam præsumitur, si ad interrogata non vult respondere, vnde non tenetur illa pœna, 35.q.1. notificamus, in gl. quod tamen non est verum, si interrogetur super impertinentibus, quia fieri non debet. In scripturis tamen, qui verum celat, falsum committit, ff.de fal.l.1. Similiter non habetur pro falso, sed ꝓ suspecto, qui loquitur obscure, vt no.4 q.3. testis, in gloss. 1. vnde peti potest, quod declaret, nisi iudex ex causis nolit hoc facere, vt not.4. q.3. in criminali, sicut etiam iterum interrogatur qui totum factum non dicit, quia non probat, vt no.22.q 2.præsens.

10 Decimo †quæritur, q̄uo teneatur restituere false testificans? Et dico, quod si quid accepit pro testimonio ferendo, dicēdum esset vt §.priore, & vlterius si per dictum eius aliqua partium suam causam amisit, tenetur de toto damno, 17.q.4.si quis in atrio. 14.q.5.nō sanè, quod quidam limitant quando diligenter nō fuerat examinatus, quia tunc fuit causa damni, alias non: quia si fuisset diligenter examinatus, fortè dixisset veritatē, aut falsitas patuisset: & sic potius fuit occasio. Et ita videtur sētire Sum.Ros. sed verius Sum.Ang.& Supple. indistinctè tenent, quod tenetur de toto damno, qn̄ scienter, vel ex ignorantia indebita falsum testimonium dixit l.generaliter, §. illud, ff.ne calumn.& 17.& q.4.si quis in atrio. & de iureiu.c.fi.& concor.Ray.& Host. in Sum.eo. titu.q.187. Qui autem est testis in instrō super vsuris, vel factis in fraudem vsurarū, tenetur, sicut & notarij; cum sine testibus non valeant instrumenta, de quo dic vt su.Restō, 2.§.6. Et idem de prælatis subscribentibus, vel sigillātibus schedulas vsurariorum, secundum Gof.& Hostiens.& Direct.

Timor est passio animæ, & nunquā est peccatum mortale, nisi retrahat ab eo quod est de necessitate præcepti, vt colligitur a S. Th.2.2.q.125. De his autem quæ fiunt timore, vide sup. Metus, & sup. Inobedientia.

Tyrannus, vt patet 3.Poli.& 8.Ethy. est is, cuius regimen non ordinatur ad bonū commune, sed ad priuatum regentis. Vnde ꝑturbatio regiminis eius, scd̄m S.Th.2.2.q 42. ar.2.ad tertium, non habet rationem seditionis, nisi fortè ita inordinatè fiat, quod multitudo subiecta maius detrimētum patiatur ex perturbatione consequenti, quam ex regimine tyranni. Vtrum autem liceat occidere tyrannum. S.Th.de reg.prin.li.1.c.6. tenet quod non, nisi per publicam potestatem, qđ, vt ibi patet, dupliciter cōtingit. Primo, quādo multitudo illi subiecta habet sibi prouidere de rege, quia potest eum occidere, nec agit infideliter, etiam si ante ei se perpetuo subiecisset, quia ipse hoc meruit infideliter principādo. Secundo, quando recurritur ad superiorem. Sed vt patet in 2.dist.44 hoc intelligitur, quādo iuste acquisiuit dominium, si autem acquisiuit illud vi nolentibus subditis ad cōsensum coactis, tunc qui ad liberationem patriæ illū occidit, laudatur, si ad superiorem recursus haberi non potest. Et idem sentit de regi. princ. vbi supra dum dicit, quod Aioth magis occidit hostem, quam rectorem populi.

Titvlvs quot modis dicatur, vide glo. in c.dudum, el 2.de ele. in verbo, intitulatas. Vide etiam inf. Vsucapio, §. vlt. quo ad titulos in quibus dominium transfertur.

Torneamentvm, secundum vulgare Italicum dictum est a circuitu, & regressione pugilum, & est pugna, in qua probabiliter imminet peculium mortis: quia ibi sæpe homines moriuntur, de tornea.c.2. vbi prohibetur hic ludus, & s̄m Ho.& Pan. omnis alius ludus, ex quo imminet periculum mortis probabiliter, & nedum de iure canonico, sed ēt de iure ciuili, C.de glad.l.vnica, & l.1.§.item senatus, ff.de postul. debet intelligi de alio ludo. Ludus autem causa virtutis experiendæ, vbi nullum imminet periculum mortis, secundum Host. licet etiam de iure canonico, & casus cōtingēs nō imputabit. l.qua actione, §. si quis, ff.ad le. Aquil. & sic hastiludia aliquādo licent, aliquādo non, quia ad ea fit extensio eorum, quæ de torneamento dicuntur, quando est ibi probabile periculū, propter rationem expressam in d.ca.1. de quo vide sup. Ludus, §.8. ¶ Priuatur autem

autem sepultura moriens in torneamento, vt in d.c.1.si venerat cā pugnandi, scd'm Pa. licet ei, pœnitentia concedatur: secus si causa videdi, aut hmōi.¶ Aliquo autē ibi occiso, vel mutilato, irregulares sunt omnes, qui illic venerant causa pugnandi, licet non occiderint, aut mutilauerint, scd'm Hos.& Gof. sicut & ille, q in bello illicito est causa bellandi, 15.q.1.cap. fi.de pæ.di.1.si quis cum telo.distin.51. si quis post acceptam, sed eps dispensare potest sicut dictum est de existentibus in bello iniusto, sed non occidentibus, sup.Homicidium 3.§.6.

TORTVRA fieri non potest a iudice sine indicijs præcedētibus sine mortali peccato, scd'm Lud.de Ro.in suis no.vt no.C.de ser. fug.l.quicunque, ff.de quæst.l.maritus, C. ad leg.Iul.maie.l.si quis alicui.vbi gl.& Bal. Adde vero secundum Pan. in c.cum in contemplatione, de reg.iur.quod ad torturam requiruntur indicia, vel semiplenæ probationes. Et cōfessio ex tali tortura sine indicijs facta nō valet, vt l.1 ff.de quæst. nec indicia postea sequētia confirmant, secundum glos.in l.maritus.ff. eo.& Bal.in l.fi.C.de accu. Et idem dic, quādo torquet, quos de iure torquere non potest, sicut minores 14. annorum licet cedi possint, l. cum Sillanianum C.ad Silla. Item & milites, & mulier prægnans, & hmōi, etiam si torqueat indirectè, vt dando falsa in cibum, vt siti quis vexetur. Et idem quando aliter, q̄ per torturā p̄t veritas hri, quia tunc secundū oēs torqueri nō licet. Et idem quando sæpius torquet, nullis nouis indicijs apparentib. sufficiunt tñ variationes, secundum Inno.in c.quoniā, de pb. & Bar.in l.de minore, §.pen.ff.de quæst.puta, qa vno sero dicit de vno, & alio sero dicit de alio.¶ Quæ autem, & qualia indicia ad torturem requirantur, vide su.indicium. Et adde, q̄ qui publicam authoritatem exercet, arbitrari debet qualia indicia sufficiant. C. de quæs.l. militis, §.oportet, & d.l.de minore, §.tormenta, & no.Inn.in c.pen.de no.ope.nunc. sed vtatur ratione in arbitrādo, quia iniquè torquēs peccat mortaliter, & tenetur de dāno, & iniuria. Vide Pan.de re.iur.cum in contemplatione, & adde, quod ferulæ, & flagella non sunt tormenta, nec his cædere est torquere, vt patet in l.1.§.impuberes, ff.ad Sill.vbi ista conceduntur circa impuberem, & tortura prohibetur. Vtrum autem tortura semel habita possit repeti: dic, quod si ex nouis indicijs, puta quia inuenitur reus in mendacio, vel siti peruenerunt indicia alia, alias non debet repeti vt dictum est, vt l.repeti, & l.vnius, ff.de quæst. Qd' tamen Angel.in lib.de malefi.limitat, quando quis fuit tortus sufficienter secundū indicia, alias repeti potest, & de morte hoc est arbitrariū. Vnde s'm Par.de Put.in suo tract.de syndicatu dēt iudex ptestari, q̄ vult supsedere ī tortura, & eā repetere quoties oportuerit; dēnt tñ interuenire decem, vel octo dies quietis, torquere tamen vltra tres vices in diuersis tēporib. pro eisdem indicijs, est immoderatum, & malum secundum Bar.in l.fi.C.de quæst.

TRADITIO dupliciter dr̄ & sumitur: primo pro translatione dūij in alterū, sicut dicitur in instrumentis vēditionis iure pprio tradidit. Secundo pro inductione in possessionem, siue pro ipsa corporali præstatione rei vt cum dicitur, possessionem tradidit, vel ipsum equum per frænum, & huiusmodi.

TRANSACTIO est de re dubia, & lite incerta, & nec dum finita, non gratuita pactio, sed aliquo dato, vel retento, vel promisso, ff.de transa.l.1.C.eo.l.transactio, extra eo. super eo.intelligendo tamē litē præsentē, vel futuram, quia ante litem, ex quo discordia exorta est, transigi pōt, ff.de condi.indeb.l.elegāter, §.si quis post. Vnde dr̄ transactio, quasi trāsitio actionis eo, quod trāsigēs ab actione trāsit, & discedit. Et differt a pacto, & cōpositione: quia illa fieri possunt amicabiliter, nullo dato, vel retento, d.c.super eo. & de hac dico multa.¶ Primum. Transigere pōt qui & donare, de quo sup.Donō 1.§.1.& dñs rerū, siue actionum, tutor, curator, & procurator, habēs speciale mandatū, vel liberā administrationē bonorum, vel causæ, ff.de proc.l.procurator, cui libera, & l.mandato, & de procura.qui ad agendū, §.1.lib.6. Non autē prælatus in causis ecclesiæ sine consensu capituli, ext.eo.ca.contingit.¶ Secundum. Transigi āt potest super ciuilibus.ff.& C.eo.per totum. Sup criminalib. autem distinguendum est, vt su.Accusatio, §.11. Super spiritualib. etiam distinguēdum est. Nam aut petit ecclesia ab alia ecclesia sibi debere subijci in iure institutionis, correctionis & sacrorū perceptione: aut eps petit iura episcopalia in aliqua ecclesia, & sic de spirituali ad spirituale fieri p̄t: puta, quod remittat̄ institutio, vel aliquod sacr̄m, & aliud sp̄uale p̄stetur, de re.permu.ad quæstiones, de sp̄uali autē ad temporale non licet; extr.eo.cōstitutus, & de rerum permuta.ca.vlt. ¶ Sed tamen aduertendum est, quod vbi noīe subiectionis petuntur sp̄ualia simul, & temporalia; sicut cum episcopus petit ab aliqua ecclesia sibi subiecta, quod ab eo participentur cōsecrationes, ordina-

VIRGINITAS ſecundũ S.Tho.2.2.q.152.à virore dicta importat immunitatẽ ab aduſtione maxime concupiſcentiæ, i.venereorũ,& dupliciter ſumitur.ſ.formaliter,ꝓ propoſito reſpuendi delectationes venereas & materialiter pro integritate carnis, quæ duo includit,ſ.priuationem pollutionis,& integritatem corporalis ſignaculi. Vnde quantum ad eius formale in recto diffinit Aug. in lib. de nup. & cont. quod uirginitas eſt in carne corruptibili in corruptionis ꝑpetua meditatio,id eſt propoſitum rõnis ꝑpetuo cõtinendi. Quãtum uero ad materiale,idem in eo dicit,ꝙ uirginitas eſt continentia, qua integritas carnis ipſi creatori animæ,& corporis fouetur,conſecratur,& ſeruatur,S.Th.autem,vbi ſup.oĩa diffusè declarat dicens, ꝙ in delectatione venerea eſt cõſiderare tria.Primũ,ſ.ꝙ eſt ex parte corporis,i.violatio ſignaculi virginalis. Secundũ eſt illud in quo coniũgitur id,qđ eſt animæ,cum eo,quod eſt corporis,i. ipſa reſolutio, ſeminis delectationem ſenſibilem cauſans. Tertium autem eſt ſolum ex parte animæ, id eſt propoſitum perueniendi ad talem delectationem, quorum primũ ad actum moralem ſe habet ꝑ accidens,cum per ſe non cõſideretur talis actus,niſi ſm ea,q̃ ſunt animæ, ſm verò ſe habet materialiter, cum ſenſibiles paſſiones ſint materia moralium actuum. Tertium vero ſe habet formaliter,& completiue:quia ratio moralium in eo, quod eſt rõnis cõpletur.Vñ cũ virginitas dicatur per remotionẽ prædictæ corruptionis,cõſequẽs eſt ꝙ integritas membri corporalis, per accidẽs ſe habet ad uirginitatẽ,in quãtum,ſ.ꝑ hoc, ꝙ quis ex propoſito abſtinet a dilectatione venerea,remanet integritas ĩ mẽbro corporeo. Vnde ſi alio modo integritas membri corrũpatur, non magis præiudicat virginitati, q̃ ſi corrumpatur manus,aut pes Ipſa autẽ immunitas a delectatione, quæ conſiſtit in ſeminis reſolutione,ſe habet materialiter, ipſum vero propoſitum perpetuo abſtinendi ab ea ſe habet formaliter,& completiue.

1 PRIMO † autem quæritur, utrum virginitas ſit virtus? Et dico,ꝙ S.Tho.1.2.q.64,art. 1. & 2.2.q.102.ar.3.& 3.q.155.art.1.probat,quod ĩ quantũ eſt habitus mentis,quo quis perpetuo vult ſeruare integritatẽ,ſit uirtus,authoritate Ambroſii,& rõne philoſophica:& primo, ꝙ ſit virtus quantũ ad talem habitum, ſiue talis electio firmetur uoto,ſiue nõ, ut exꝑſſe dicit in 4.diſt.33.q. 3. art.2.ad quartum,ſ& diſt.49. q.5.ar.3.q.1.in corpore,intẽdit etiã ſecundo, ꝙ inquantum eſt virtus, habet duos gradus, quorum infirmus eſt in habentibus propoſitũ perpetuę uirginitatis,in quibus eſt virtus,vel ſaltem diſpoſitio proxima ad virtutem ſupremus vero in habentibus votum,vt patet, 2.2. q.152.ar.3.ad quartum ubi dicit, ꝙ virginitas ſm quod eſt virtus, importat propoſitũ voto firmatum,ꝙ intellige quantum ad perfectiſſimã rõnem virginitatis;quia facere aliquid ex uolũtate firmata,pertinet ad perfectionẽ virtutis.2.Ethi,ut etiã ipſe dicit.2.2.q.88.ar.6.Et ſic vbi uoluntas eſt firmior, eſt uirtus perfectior.Et hoc modo loquitur Auguſt. quem ibi allegat in ſecunda diſtinctione ſupr. recitata. Et eo modo intellige,ꝙ ibi cõcluditur.ſ. ꝙ ſecundũ quod eſt uirtus, nunq̃ amittitur, niſi per peccatũ,quod intellige quantũ ad formale virginitatis nõ quãtum ad materiale,ut patet in 4.diſt.33.vbi ſu. & ſic patet primò, qđ Su. Ang. tenẽs, ꝙ nõ ſit uirtus,nulla adducta ratione,tenet cõtra S.Ambr.& S.Th. & rõnẽ & ſecundò,quod cũ imponit S.Tho. licet illũ non noĩet,quod ſentiat uotũ eſſe de rõne virginitatis,fallitur:quia non uidit eum ubique.

2 SECVNDO † quæritur,quid ſenſerit S.Th. de amiſſione virginitatis? Et dico ut patet.2.2.q. 152.art.1.& 4.diſt.33.q.3.art.1.& diſt.49.q.5. art.3.quod triplex eſt corruptio. Prima ſcilicet corporalis tantum,i.fractio ſignaculi virginalis, vel reſolutio ſeminis quocũq; mõ:& ſecũda mẽtalis tm̃,i.cõſenſus in rem venereã ſine opere ſubſequuto:& tertia corporalis,& mẽtalis ſimul,in quarum prima non amittitur virginitas,ſed ſolũ in ſecunda recuperabiliter,per pñiam,& ĩ tertia irrecuperabiliter. Et ſic patet,ꝙ cum ſm Vl.ex genitalibus ſtillet triplex humor:ſ.urina,ſemen, & quid medium,ſm eũ,ut uirginitas amittatur duo requiruntur:primò,ſ.pollutio completa,quę eſt reſolutio ſeminis, ſecundũ Vl. & ſecundò conſenſus uoluntatis in talem delectationẽ,quod intelligo ſaltem interpretatus: puta quia voluntas non remittitur quantum poteſt, iuxta dicta ſup. Conſecratio uirginum,§.1.

3 TERTIO † quæritur,quid ſi corruptio ſit q̃dẽ corporalis tantum quo ad ſignaculũ,ſed tñ per conſenſum in venerem, & per actũ quo conſueuit,ꝓcurari reſolutio ſeminis,puta, ꝑ turpem actum, vel coitum perfectũ corporaliter ab aliquib. antequam ſperma emittat?Et vr̃ dicendũ de mẽte S. Th. ꝙ ſi talis conſenſus ſit imperfectus,i.antequã ſit quis doli capax, ſtat virginitas mẽtis,& corporis:quia amittitur ſolum,id quod ꝑ accidens eſt ſignaculum.

Si uerò

Si vero ſit poſtquam quis eſt doli capax, amittit virginitas, quantū ad mētē, & ſic pōt recuperari ꝑ pœnitentiam, quantum ad corpus ēt amittitur, ſm Vld. quod ſequitur Sup. & Sum. Roſ. & intelligūt irrecuperabiliter. Sum. vero Ang. licet dicat, qđ ꝑdit̄ quidē, ſed recuperabiliter, tamen vr̄ loqui de mentali, cū ſm eū, ad perditionem corporalis requiratur pollutio Ego verò dico, ꝙ corporaliter non amittitur quia non eſt ſequutum opus, quo amittitur, ſ. reſolutio ſeminis, in qua completur delectatio uenerea, & hoc eſt de mente S. Tho. in 4. d. 33. ar. 1. ad quintū, vbi vult, quod ſi non adſit deciſio ſeminis, & conſequenter nec delectatio completa mentem ſuffocans, non amittitur virginitas, quantum ad materiale in ea. Et ſic patet, quid ſit dicendum de puellis attētantibus carnalia antequam ſpermatizent.

4 QVARTO † quæritur, quid ſi corruptio ſit corporalis tantū, quo ad reſolutionē ſeminis; puta, ī ſomno, vel ebrietate, aut rōne infirmitatis, vel hmōi, & tamē cōſenſus præceſſit, aut ſequutus eſt; Et dico, ꝙ ſm S. Th. per prædicta ſi ſint præter propoſitum, nō perditur virginitas, & idem Al. dicens, quod non amittitur ꝑ pollutionem in ſomniis. Sed tamē Sum. Con. poſt Vlde. addit, quòd ſi placet delectatio nocturnæ pollutionis ante, perditur uirginitas, & idē dicit de eo, qui dat cauſam huic pollutioni in uigilia per cōſenſum in turpē delectationem, vel actum: quia hæc tunc duo coniunguntur in rōne vnius peccati. Secus ſi det cā ꝑ neglig ētiā venialē circa delectationes carnales, vel repletionē, & hmōi. Si veò cōplacētia pollutionē talē ſequatur, credit Vld. perditā virginitatē, & itelligit irrecuperabiliter. Sed ſm alios reparatur ꝑ pœnitentiā, ꝙ vr̄ verius.

5 QVINTO † quæritur, quid de mulieribus, quæ corrumpuntur a uiris dum dormiūt, vel ſunt ebriæ, aut amentes? Et dicit S. Tho. in 4. quod non perdunt uirginitatem, niſi ea intentione iuiſſent dormitum, vt cognoſcerentur.

6 SEXTO † quæritur, quid de cognitis uiolenter? Et dicit S. Th. in 4. ꝙ virginitatē non perdūt, ſi violenter ab hoīe, vel a dæmone īcubo, ſi quātū poſsūt renitant, & conſeruēt corpus a corruptione, vel ſaltē mentem a conſenſu.

7 SEPTIMO † quæritur, de patientibus fluxū ſeminis? Et dicit S. Th. 2. 2. q. vbi ſup. quod non perditur uirginitas, ſi ſit præter propoſitum, ſicut nec ī reſolutione ſeminis in ſomno, quāuis caro ſentiat delectationem.

VIRGINVM conſecratio, declaratur ſupra Conſecratio uirginum.

VIs eſt maioris rei impetus, qui repelli nō pōt, ff. ꝙ met. ca. l. 2. Qūo āt differat a metu, uide ſup. Metus. Eſt aūt duplex vis. Nā eſt vna publica, q̄ ſit nedum cum armis, ut l. 1. ff. de ui. pu. ſed & cum omni, quod poteſt nocere, ut in l. armatos, ff. eo. tit. quia tenetur nō ſolum vim faciens cum prædictis, ſed ēt qui armatus domum, aut poſſeſſionem alterius ingreditur ſine cauſa legitima, pro vſu venādi, itineris, nauigationis, vel mercationis, ut in l. 1. & ff. de ui. publ. Alia verò dr̄ priuata, quæ, ſ. fiat alicui ſine armis, etiam coadunatis hominibus, vel ſi res debitoris ſine iudicis authoritate occupetur de qua plene habetur, ff. de ui. priu. per totum. Vtrum autē liceat vim inferre, oſtium, uel murum infringendo, dico, ꝙ ſi quis habet poſſeſſionem alicuius rei, poteſt tam in perſonam impedientē, quam in oſtia, & muros illius loci, vt ualeat, uti iure ſuo, nedū iudex, ſed quilibet, vt no. Pan. in c. 1. de im. ecc. quia non vult aliquid de nouo, ſed ſolum ius ſuum defendere, vel perditum incontinēti recuperare. Si uero nō hēt poſſeſſionem, licet habeat actionem hypothecariam, vel aliā ad illam rē conſequendā, tunc non pōt, etiā ſi ſit iudex, vel ꝑlatus propria authoritate, qūo loquitur c. eū quidē; de præb. li. 6. & l. ſi quis ī tantam. C. vnde ui. quia iſte non dēt ꝓpria authoritate inferre, quia diceret ſibi ius, cōtra l. vnicā. C. ne q̄s in pro cauſa. Pęna āt vim inferētis eſt, ut ꝓ ui publica deportetur, ut no. gl. in l. q. dolo, in fi. ff. de ui. publ. pro priuata vero punitur in tertia parte bonorū, & non pōt eſſe iudex, ſenator, vel alium honorem, hr̄e, tanquam infamis, ut l. 1. ff. de vi pri. Vtrum autem uim ui repellere liceat, dic, vt ſu. Bellū 2.

DE Viſitatione, & procurationibus.

VISITATIO ut ſumitur in propoſito, videtur importare indagationem uiſitatoris factam circa regimen locorum, & uitam perſonarum, quæ uiſitantur.

1 PRIMO † aūt quæritur, quis poſſit uiſitare? Et dico, quod uiſitationē facere poteſt quilibet habēs ordinariam iuriſdōnē in aliquos, ſicut archieps in tota prouincia, de cēſi. Romana, & cap. perpetua. li. 6. Et Epiſcopus in ſua

diçcesi de off.or.conquerente. Item Archidia
conus, & decanus, de cens.cum apostolus, de
off.arch.mandamus. Item abbates, & prælati
religiosorum possunt visitare monasteria, &
monachos, s̃m eorũ instituta de sta.mo.c.vlti.
& pe. Itẽ legati apostolicæ sedis, & quibus cõ
mittitur a Papa, vel a Prælatis ordinariis eis
existentib.impeditis. 10.q.1. episcopũ, de offi.
or.inter cętera, & e.ti.si episcopus.li.6. Quidã
tamen dicunt inferiores episcopis non posse
visitare per alium obstante consuetudine, ex
ceptis religiosorũ prælatis, qui etiam p̃ alios
visitant, vide etiam sup. Capitulum, § 5.

2 SECVNDO † quæritur, quis ordo sit in
visitatione tenendus? Et dico, quòd archiepi-
scopus debet plene visitare primò diœcesim
propriam totam, incipiẽdo a capitulo suç ec-
clesiæ primò, & sic tota visitata quo ad eccle-
sias maiores, & minores cõmodè uisitabiles,
& earũ populos, saltẽ conuocando de plurib.
locis ad vnum, pertransibit ad alias diœceses
suæ prouinciæ, visitãdo ecclesias, monasteria,
intellige etiã exempta, nisi sint in hoc priuile
giata, scd̃m Arc. & pia loca, id est, hospitalia. d̃
cẽ. Romana. lib.6. Et similiter facit episcopus,
primò incipiendo a suo capitulo. Legati autẽ
de latere istum ordinem seruare non tenẽt,
secundũ Host. nec archiepiscopus in visitatio
ne suffraganeorũ, si ingeratur difficultas, nec
visitatores religiosorũ, sed seruabunt sua sta-
tuta, vt in d.c. Romana. vbi vide, quod no.

3 TERTIO † quæritur, vtrum archiepiscopus
vna diœcesi visitata in toto, vel in parte, pos-
sit ad eam visitandam reuerti? Et dico, quòd
non, nisi omnes, & suæ iterum fuerint in toto
vel ĩ parte visitatæ, sed si fortè aliqua ecclesia
visitatę diçcesis indiguerit iterum prius p̃di-
ctis alijs visitari tunc põt redire ad illã si a diç
cesano fuerit requisitus, vel de consilio, & assẽ
su oĩum vel maioris partis suffraganeorũ, &
si difficultatem malitiose adhibuerint, licẽtia
petat a papa post visitationem autem oĩum
diœcesũ licitũ est ei uisitationẽ iterare: prius
tamẽ requisito suffraganeorũ consilio, & deli
beratione, & ipsius diffinitione habita corã
eis, q̃ in scriptis redigenda sunt, & tũc poterit
uisitare, etiam si nõ interuenerit suffraganeo
rum assensus, ita tamẽ, quòd illa loca prius vi
sitet, quæ in priori visitatione nõ fuerunt vi-
sitata. Hæc omnia in d.c. Romana.

4 QVARTO † quæritur, quomodo fieri de-
bet visitatio? Et dico, quod debet visitator pri
mò proponere verbum Dei, & demũ de vita
& conuersatione ministrãtium in ecclesijs, &
locis alijs diuino cultui deputatis, ac cęteris, q̃
ad officiũ suum spectãt, inquirat, & sine iura-
mento, ac coactione ad eorũ emendationẽ p̃
salubria consilia inducat lenibus, & asperis,
sicut sibi uidebit expedire. Quod si de aliquo
orta fuerit infamia contra aliquem, denũciet
ordinario, ut inquirat. si ipse non est ordina-
rius notoria verò corrigere poterit, & puni-
re ut in d.c. Romana. & ista est forma de præ-
cepto omnib. prælatis ordinario iure uisitan-
tib. exceptis religiosorum consuetudinib. &
regularibus institutis, ut in d. c. Rom.

5 QVINTO † quæritur, vtrum visitator ali-
quid recipere possit a uisitatis? Et dico, quod
sic. scilicet procurationẽ, ad quã tamẽ ecclesia
pauper non grauatur, s̃m Arch. post Archid.
& Gof. Vnde gratis visitabit. Sed aduerte, q̃d
oportet. Primò, ꝙ recipiat procurationẽ solũ.
Secundò, ꝙ solum à locis uisitatis, nõ ab alijs.
Tertiò, ꝙ solũ sit pro uictu illius diei, siue sit
in uictitualibus, siue ĩ pecunia de uolũtate uisi
tati. Quartò, quod vna die unam tantũ ꝓcura
tionem recipiat, siue unam siue plures visitet
ecclesias. Si tamẽ una die uisitationẽ explere
non potest plurib. diebus est procurandis, se-
cũdũ Inn. & 1.q.1. placuit, & idem Host. Quin
tò, quòd ipse ordinarius personaliter uisitet,
quia si uisitet per aliũ uisitati quidẽ expensas
ministrare tenent uisitat, de off. or. si ep̃s li.6.
sed ep̃s nihil p̃t exigere, ut ibi. Si quid aũt alio
modo reciperet ipse, uel aliquis d̃ suis familia
ribus, occasione alicuius officij, uel cõsuetudi
nis ẽt munus quocunque oblatum tenent reci
piẽs duplum restituere intra mensẽ ecclesiæ,
a qua illud acceptum est, alioquin patriarchę
archiep̃i, & ep̃i, sunt ĩterdicti ipso facto ab in
gressu ecclesiæ inferiores uerò a p̃dictis sunt
suspensi ab officio, & b̃nficio, donec dictũ du-
plum restituant, uel ualet remissio, uel dantiũ
liberalitas, seu gratia eos liberare, nisi resti-
tuant. Colligunt hæc ex c. exigit. iuncto c. fe-
licis, & c. Romana, de censi. lib.6.

6 SEXSTO † quæritur, quid notauerint doct.
super d.c. Romana. opportunum uisitatori ad
sciendum? Et dico multa, de quibus plene per
Arc.3.par.ti.21.ca.5.§.vlt. Primũ Ep̃s visitans
per aliũ, tenet ei non quidem de expensis, de
quib. tenent uisitati, sed de alijs necessarijs,
de off.or. si ep̃s li.6. id est de equis, uestib. & fa
milia, & hmõi. Scd̃m. Cõmoditas uisitãdi ali-
quã ecclesiã, s̃m gl. iudicabit arbitrio boni ui
ri. Plena aũt visitatio non dicitur, si cõuocet
synodus, nec dicit non plena, scd̃m Host. si duę
uel tres ecclesię, uel paucæ remanẽt uisitandę,

de

de conse.dist.2.re vera,& 7.q.1. deniq; in quo tamen dicit inspiciendum esse modum regionis. Tertiũ. Licet Ber. dixerit de Archiepiscopum posse visitare prouinciam, si suffraganei sint negligentes: tamen hoc potest esse etiã si non sint negligentes, vt patet expresse in c. ꝑpetuo. de cens. lib. 6. & hoc liberè, vt ibi, i. contradictione, præscriptione, vel appellatione non obstante, ẜm gl. de præsc. ex officij. & idẽ Arch. Quartum. Secundum gl. a principio visitator non debet exigere, nec cogere ad iuramentum, ꝑꝑ quod occultum quis procedere constringatur, ex quo tamen sine iurõ referuntur aliqua corrigenda, postea poterit inquisitor super his exigere iurm̃, & cogere ad respondendum, & sibi obediẽdum in his, quæ officium respiciunt, scd̃m Ber. Innoc. Host. Io. Mo. & Mon. & Arch. alias delusoria esset potestas visitandi, si coercitionem non haberet, & quia cui cõmittitur principale, & accessoriũ. de off. deleg. de causis. Imo dico, ꝙ si visitator potest inquirere, potest a principio præcipere, vel exigere iurm̃ de veritate dicenda, iuxta dicta sup. Inquisitio. 1. § 9. Quintum. Secundum Io. And. in no. si in visitando concurrant archieps̃, & eps̃, ambo admittentur, scd̃m Io. Mo. Alb. Inn. Host. & Arch. & si discordarent in sñia, tenebit pro reo, nisi in causa fauorabili de prob. ex literis. Et addit quod secundũ alios si ecclesia nõ sufficit vtrique, admittitur primo veniens, vt de for. comp. proposuisti. cum concord. Si non apparet quis primo veniat, præfertur archiepiscopus. 11. q. 3. qui resistit. & c. sequ. Si vero concurrant episcopus cum prælato sibi subiecto, episcopus præfert̃, secundum Arch. nisi obstet consuetudo, alle. ca. in Lateranensi. de præb. Sextum. Dr̃ ãt quis visitare, si vendat causa chrismandi pueros, siue consecrandi ecclesias, siue pro quocũque alio cõi negotio, vel quod multos tangit, ar. 10. q. 3. relatum scd̃m Inn. vel ꝙ sit pro salute animarum, vel diuino cultu ampliãdo, vel statu ecclesiæ reformando, secundum Host. 20. q. 1. placuit. Vnde in his debetur procuratio. Secus, secundum Inn. si vadit pro causis expediẽdis, aut si vadat pro reconciliatione ecclesiæ, secundum Arch. Vin. Lau. & Gofr. Septimum. Si archiepiscopus, vel eps̃ visitãs perdit equũ aut equorum vecturas soluit, & similia, non potest hoc exigere a visitatis nomine procurationis, secundum Inn. & Arch. & multo minus expensas factas eundo, tum quia hoc nullo iure cauetur, tum quia propter hoc habet bona dignitatis, vt exerceat spectantia ad officium dignitatis & procuratio potius datur in signum subiectionis. Octauum. Si dubiũ sit an aliqua crimina sint notoria, de hoc visitator inquiret, quia solum in hoc vr̃ cognoscere an sua sit iurisdictio, & dicit Arch. ea esse notoria, quorum testis est populus. 33. q. 5. ꝙ scripsi. quod esse dicit, est si crimen est notum maiori parti tãtum, de coha. cle. in vestra. Nonũ. De familia epi est clericus, & laicus, equester, vel pedester, qui est de domo sua, secundũ Io. And. Nomine aũt officij intelligitur scriptor, sigillator, & huiusmodi, qui nihil possunt accipere. Sed addit in nouel. hoc esse verũ, si quid petatur ratione visitationis non aũt rõne laboris, arg. 12. q. 2. ecclesiasticis, & idem Ho. & Io. Mo. & hoc nisi de publico reciperent salariũ. Decimũ. A munere aũt, ꝙ prohibetur accipi, excipit Host. esculentum, & poculẽtum, & xenia, quæ non extenduntur ad munerum qualitatem ff. de off. proc. l. solent. quod Ioan. Mo. limitat, si sunt aliqua ibi comedenda, si vero sint portãda, ꝑiculũ est recipere, vt aliquos capones, caseos, vel flascos vini. De ptãte visitatoris, vide Pan. in c. vlt. & pen. de sta. mon.

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum diœcesanus visitare possit hospitale? Et dicit Arc. post Lap. & Fed. ꝙ sic, siue ex testamento, siue a principio inter viuos ordinatũ fuit, quod talis locus esset deputatus ad vsum hospitalibus, siue interuenerit authoritas episcopi, siue non, vt inquirat an fiat illud propter quod institutũ est, & maxime cum habeat signa, formam, & statũ loci pij, & ecclesiastici, vel etiam sic denominetur. Ad hoc de sent. excom. si iudex lib. 6. & quod no. Arch. de pręb. cum de beneficio. li. 6.

¶VITIATVS corpore. Vide, supra, Corpore vitiatus.

¶VITIVM. Vide sup. Peccatum.

VNANIMITER, de suo significatur requiri discrepantiam esse nullam, vt probat̃ in c. bonæ. el 2. de postu. præl. & in ca. si vnanimiter, eo. tit. & tenet Inno. in cap. cum in ecclesia. de cau. pos. & propr. & ibi Pan.

¶VNIVERSITAS. Vide sup. Collegium.

¶VNCIAE. Vide sup. Hæreditas.

De Vnctione extrema.

1 *Vnctionis extrema qua sit materia, & qua forma, num. 2.*

3 *Vnctionis extrema quis sit effectus, & quis minister, num. 4.*

5 *Vnctio extrema quibus debeat dari, & quibus corporis partibus, nu. 6.*

7 *Vnctio extrem qualiter exhibeatur, & an iteretur, nu. 8. an sit necessitatis, nu. 9.*

VNCTIO eccleſiæ ſm̃ Pe.de Pal.in 4.d.43. eſt triplex: vna.ſ. quæ nec ſacr̃m nec ſacramentale eſt,quia nec per ſe gratiã cauſat, nec ad aliquod ſacr̃m perficiendum, vel ſuſcipiendum ordinatur,vt vnctio regum,vnde ea fieri nõ debet cum materia cõſecrata, & multo minus cum chriſmate,nec fit in capite, ſed in humero,vel armo.Secunda eſt ſacramentalis,non ſacramentum,quia.ſ.ad ſacr̃m ordinatur,vt ſuſcipiendum:vt vnctio cathecumenorum,vel perficiendum,vt vnctio baptizati in vertice.Tertia eſt ſacr̃m per ſe,& eſt duplex, ſ.chriſmatis in fronte per ep̃m,&olei ſancti ꝑ ſacerdotem in extremis. Vnde vnctio extrema vnum eſt ex ſacramentis eccleſiæ, de quo in c.vnico.de ſac.vnct.& de hac intendimus.

1 PRIMO†autem quęritur,quæ ſit materia huius ſacr̃i?Et dico ſm̃ omnes Doct.ꝙ eſt oleum oliuarum conſecratum ab ep̃o, ita ꝙ tã oleũ tale,ꝙ cõſecratio eius eſt de neceſſitate ſacr̃i. Vnde ſm̃ Pe.de Pal.nõ poſſet facere Papa, qđ eſſet oleum nucum licet hoc poſſet de vnctione cathecumenorum,& manuũ ſacerdotaliũ, cum ſint ſacr̃alia,vnde ſi oleum nucum,vel alius liquor miſceatur,eſt trãſgreſſio pręcepti, ſi propter miſturã ſpecies mutuaretur,eſſet irritatio ſacr̃i. Si autem miſceretur oleũ oliuarum,totum fit conſecratum.ext.de conſecra. eccl.quod in dubijs,ꝙ intellige eo modo,quo dictum eſt ſup.Aqua benedicta §.3.Et ex illo tex infert ibi Pan. ꝙ compoſitum ex diuerſis aſſumit naturam ſimplicis dignioris,& magis dignum trahit ad ſe minus dignum.Non poſſet etiam Papa ſtatuere quod fieret hæc inunctio oleo non conſecrato, licet poſſit ipſam conſecrationem, & alias huiuſmodi mutare, & cõſecrare vt vult nõ autem inferior Papa.

2 SECVNDO†quæritur, quæ ſit eius forma? Et dico ſecundũ S.Th.& Pet.de Pal.& Vld.qđ eſt forma deprecatiua dicendo. Per iſtam ſanctã vnctionem,& ſuam pijſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus,quicquid deliquiſti per viſum,per auditum,per odoratum,per guſtum, per tactum, per greſſum, repetendo tũ ſemꝑ per iſtam vnctionem.Et ita ſequitur Sum.Ro. & Sup.Sed addit Sum.Ang. in nomine patris, &c.ꝙ nullus ſanctus dicit nec ca. nunquid. de conſe.diſ.5.hoc probat,ſed loquitur de ſigno crucis, quo ſacerdos perficit oĩa chriſmata,i. ſacramenta, quæ cum chriſmatis unctione p̃ſtantur,ſecundum gl. quæ ẽt addit,qđ non remoueť quin aliter poſſit ſacrificari, ſed refertur factũ.Et addit S.Th.quod verba indicatiui modi, quæ ſecundũ morem quarundam eccleſiarũ,præmittuntur orationi non ſunt de ſubſtantia ſacramenti vt promittendo ſic. Vngo hos oculos oleo ſanctificato in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti, quod dicit propter eccleſiam Ambroſianam.

3 TERTIO†quæritur, quis ſit huius vnctionis effectus?Et dicit S.Th.in 4.quod effectus eius principalis eſt ſanatio, & roboratio ſpiritus contra debilitatem relictã ex peccato actuali, vel originali, ſiue remiſſio peccati quo ad reliquias,quod robur,quia eſt a gratia, q̃ peccatũ non compatitur,conſequenter eſt deletio peccati venialis,& mortalis quo ad culpã, niſi ponatur obex: ſecundarius vero eſt ſanatio corporis ſecundum quod expedit principali ſimili ſanationi ſpiritus. Et in vltima vnctione quæ eſt formalis reſpectu priorũ confertur gratia præbens effectus ſacramenti.

4 QVARTO†quæritur, quis ſit eius miniſter? Et dico ſecundum S.Th.quod ſolus ſacerdos, nec p̃t alius inũgere ẽt ĩ articulo neceſſitatis, d.c.vnico.& de verb.ſign.quæſiuit.vbi hoc dr̃ poſſe ſacerdos præſente vno & ſolus,& idem Ber.Hoſt.vel ſm̃ Sum.Conf.ẽt auxiliante laico in neceſſitate,& reſpondẽte. Solus,inquã, ſacerdos proprius inungit ex neceſſitate p̃cepti,licet non ſacramenti,ſecũdum Pet.de Pal. Alius autem ſacerdos hoc nõ poteſt ſine licẽtia proprij, vel in neceſſitate ponẽdo ſpẽ ĩ ratihabitione,& idem de viatico,quia neceſſitas non habet legem 1.q.1.§.imo ẽt ſi eſſet ſuſpẽſus ab ingreſſu eccleſiæ, ſcđm Arc. faciẽdo ꝑ aliũ portari neceſſaria de eccleſia, ſecus de ſuſpẽſo ab officio,& præciſo.Hoc tñ Arch.non admittit de religioſis ẽt in neceſſitate,quia incurrerent in canonem.cle.religioſi. de priuil. ſi darent viaticum,vel extremam vnctionem. Licentiam tñ inungendi, ſecundum Arc.dare poteſt proprius ſacerdos, ẽt ſi ſit excõicatus, ſicut & excõicatus, ac ſuſpenſus a iuriſdõne dat licentiã audiendi confeſſiones, licet excõmunicatus non poſſit delegare, & ſi ſacerdos inungendo deficeret,ſi aliquæ partes ſunt inũctæ,quod factum eſt,iterari non debet,ſed vnctiones quę reſtant,per alium ſacerdotem cõpleantur,ſecundum S.Th.Alb.& Pet.

5 QVINTO†quæritur,quibus hoc ſacramentũ debeat dari?Et dico multa.Primum.Dari debet ſecundum Gem.& S.Th.ſolis adultis infirmis, in periculo mortis cõſtitutis ex ipſa infirmitate,vel ſenectute,vnde nec pueris,q̃a non habent infirmitatem ex pc̃tõ actuali.nec bellaturis,aut nauigaturis,aut occidendis datur, quia nõ imminet eis mors ex defectu naturę,

ſed euentu fortunæ. ¶Secundũ. Secundũ S. Th.
in 4. diſt. 23. hoc ſacr̃m exhiberi nõ debet his,
qui non poſſunt illud recognoſcere, & cũ de-
uotione ſuſcipere, & p̃cipue furioſis & amen
tibus qui poſſunt irreuerentiam ſacr̃o per ali
quam immunditiam facere: niſi haberent luci
da interualla, in quib. ſacramẽta cognoſcerẽt
& ſic eis conferri in ſtatu illo poſſet Pet. autẽ
de Pal. dicit, ꝙ dari non debet furioſis perpe-
tuo: quia eſſet mendaciũ, in forma, cum dicit̃,
quicquid deliquiſti; cum non deliquerit. Sed
habẽtibus lucida interualla, & phreneticis da
ri debet, etiam ſi oportet eos ligare, & hoc ni
ſi ante furiã, & phreneſim eſsẽt manifeſte im
pœnitentes. Si vero ante phreneſim, vel amiſ
ſionem loquelæ hoc non petiuerũt, diſtinguẽ
dum eſt: quia ſi talis erat excõicatus, vel malæ
vitæ notoriæ, & non oſtendit ſigna pœniten
tiæ, non debet ei dari, quia ſemel malus, ſẽper
præſumitur eſſe malus: niſi contrarium ꝓbe-
tur. de reg. iur. lib. 6. Sed ſi erat bonæ vitæ non
præſumitur immemor ſuæ ſalutis in morte
plusq̃ in vita. Vnde præſumit ꝙ petiuit, licet
non probetur, vel quod petiuiſſet, ſi aduertiſ
ſet: & quod petere voluit, ſed fortè nõ potuit
nec actualis deuotio requiritur in eo, qui illã
habere non poteſt. Et iſta eſt veritas, & ita ẽt
ſentit S. Tho. non obſtante primo, quod dicat
hic requiri actualem, deuotionem, ſicut de Eu
chariſtia: quia verum eſt de p̃ſenti, vel de p̃te-
rito: vel ſi adeſt facultas, imo hoc facit ad op-
poſitum, quia ẽm eum, tali datur Euchariſtia,
in quo non requiritur deuotio minor, nec ob
ſtante ſecundo illo verbo, in ſtatu illo: quia lo
quitur de ementibus, in quibus eſt, veriſimile
periculum irreuerentiæ, & hæc patent: quia
S. Th. ibi diſtinguit hoc ſacr̃m in hoc a baptiſ-
mo, ꝙ dari põt pueris, & perpetuo amẽtib. &
æquiparat Euchariſtiæ: datur tñ habentib. lu-
cida interualla. Nec obſtat, ꝙ de ementib. non
diſtinguat: quia iam ſupra diſtincti erant, &
ideo nõ bene dicit Sum. Ang. & Ro. qđ ſi in ſa
na mente non petierunt, non debet eis dari.
¶Tertium. Scđm Ric. poſt Pet. de Pal. dẽt dari
baptizatis in articulo mortis, q̃a licet eis ſit re
miſſa oĩs culpa & pęna, remanet tñ pugna cõ
tra hoſtem: nec eſt mẽdacium in forma, licet
non deliquerit poſt baptiſmum: quia remãſit
in eis debilitas mẽtis, ſ. cauſata ex priorib. de-
lictis, quæ non tollitur omnino ꝑ baptiſmum.
¶Quartum ſecundum Arch. poſt Petr. de Pal.
his de quibus dubitatur an ſint mortui, dari
poteſt ſub iſta forma, ſi es mortuus, nõ te vn-
gꝰ: ſed ſi non es mortuus, per iſtam vnctio-

nem, &c. Et ſi inter vnctiones apparenter deſſi
cit, quæ ſequuntur omittenda ſunt.

6 SEXTO † quæritur, quibus partibus corporis
debeat hoc ſacramentum exhiberi? Et dico,
ſcđm Alb. Pet. & S. Th. quod inungi debent in
ſtrumenta quinque ſenſum, ſ. oculi, aures, na-
res, labia, manus: quia. ſ. tactus viget maximè
in pulpis digitorum, & pedes propter vim
motiuam, & renes, ſecundum aliquos, ꝓpter
vim appetitiuam. in carentibus autem prædi-
ctis membris, vnguntur loca propiora.

7 SEPTIMO † quæritur, qualiter debeat exhibe
ri? Et dicit Pet. de Pal. quod totum inungere,
& deinde ad libitum dicere formas, eſt dece-
ptiò animarum: ſicut ſi puer immergeret pri-
mo: deinde, ex interuallo diceretur ego te ba
ptizo: vel ſi ep̃s traderet librum ordinando, &
poſtea diceret, accipe poteſtatem, quod eſt cõ
tinuationem cauſæ diuidere. Solum enim in
ſacramento pn̄iæ ex interuallo horæ vel diei
promiſſum eſt, vt poſt confeſſionem, quæ eſt
materiæ exhibitio, poſſit quis abſolui, quod
eſt impoſitio formæ. Secus in his, in quib pro
ponens materiam imprimit formam.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum hoc ſacramentũ
poſſit iterari? Et dico, ſecundum S. Th. & alios,
quod ſic etiam in eadem infirmitate, quando
cunque eſt quis in articulo mortis, modo ſit
caſus diuerſus: puta quia nunc hydropicus eſt
in articulo mortis, poſtea euadit, & iterum ve
nit ad articulum mortis.

9 NONO † quæritur, vtrum hoc ſacr̃m ſit neceſ
ſitatis? Et S. Th. ꝙ non ſit, tamen omittatur ex
contemptu, dãnabile eſt, ſecus ex negligẽtia.

VOLVNTARIVM, a voluntate dictum, im-
portat motum vel actum a propria incli
natione producentem ꝑꝑ finẽ cognitum. 12.
q. 6. Inuoluntarium vero importat negationẽ
voluntarij. Vnde notandum eſt, quod in actib.
humanis aliquid eſt omnino voluntarium: vt
quod ſit ſponte ſine violentia, ignorantia, &
metu. Quoddam vero eſt omnino inuolunta-
rium, vt quod quis nullo modo vult, vt ſcđm
Philoſophum, & Dama. quod fit per violẽtiã,
ſ. abſolutam, & ſcđm Philoſophũ, quod fit per
ignorantiã, ſ. facti, præmiſſa debita diligentia.
Vnde ẽt lex dicit, quod errantis nulla eſt volũ
tas l. cum teſtamentũ. C. de iu. & fa. ign. Quod
dã vero eſt miſtũ ex voluntario, & inuolunta
rio vt primo quidẽ quod fit metu, ſeu coacto:
ne conditionata, ſcđm Philoſophum in 3. Eth.
quod quid S. Th. 22. q. 6. dicit eſſe in volunta-
rium in ſe conſideratum, ſed voluntarium in
caſu, ſ. ad vitandum malum quod timet̃: vnde

est volitum pp aliud, & simpliciter, volūtariū vt ibi probatur, & secūdo quod fit ex ignorātia volita, seu consequenter se habente ad volitum, de quo sup. Ignorantia in princ. & 12. q. 6. art. 8. ¶ Voluntas est appetitus rationalis, de quo Philosophicè, & Theologice multa dñr, & dici possent, sed quantū pertinet ad præsentem speculationē, solum habemus videre quomodo teneamur habere voluntatem Deo conformē. Et breuiter colligēdo istā materiam videtur mihi, ꝙ vnq̃ agetur cōtra p̄ceptū de cōformitate is, qui obseruat hæc: Primo, ꝙ in genere velit quicquid Deus vult. Secundo, ꝙ in particulari nihil velit, de quo cōstet sibi, ꝙ sit contra diuinam voluntatē præceptiuam. Tertio ꝙ quicquid vult, vel sub ratione boni, secūdū rōnem, & explicitè, vel implicite sub hac condōne, si Deo non displiceat. ¶ Quātum autem ad conformitatē, quæ est in operando ex charitate, dico, ꝙ tenetur quisque operari ex charitate, si vult mereri, non āt si vult nō peccare, vel effugere pœnā, sed sufficit, si opetur ex charitate, quando tenetur ex charitate aliqd facere, seu facere aliqd, ꝙ sine charitate fieri nō p̄t, vt recipere sacra, & s̄m aliquos, quoties implens præceptū Dei affirmatiuū in casu, ĩ quo illud nō implere esset mortale, secus vbi esset veniale, vel nullū, sicut si quis naturali pietate honorat patrem extra necessitatē.

DE voto primo in se, quid sit.

1 *Votum quid, & an requiratur deliberatio.*
2 *Ad votum, an requiratur, & sufficiat propositum.*
3 *Votum an soli Deo fiat.*
4 *Votum an sit de bono meliori cadente sub consilio, non sub præcepto.*
5 *Votorum quot sunt genera.*
6 *Vouere an expediat.*

VOTVM a voluntate dictū est, s̄m S. Th. 2. 2. q. 88. & in 4. dis. 38. tanq̃ a primo mouēte rationem ad vouendum, & non Suppl. tanquā ab eo, in cuius præposito proficiatur. Et secundū eum ad votū tria ex necessitate reqrūtur; primo deliberatio, secundo propositū, tertio promissio, in qua perficitur ratio voti, & est essentialiter votum, quod suo nomine importat obligationē voluntariam. Vnde Eccle. 4. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet. n. ei infidelis, & stulta promissio. Superadduntur tamen aliqñ alia quo ad voti confirmationem, s. pronunciatio oris, & testimonium aliorū. Et iō scd̄m diuersa necessaria diuersimodè diffinitur. Hæc ex illo, q̧ per deliberationem intelligit cogitationem siue cōsilium, & conclusionē cōsilij, quam homo secū & interdū penè repētè facit, q̃ dr̃, sic vel sic faciendum est. Per propositū vero intelligit actū volūtatis assentiētis conclusioni consilij, volendo vouere, ꝙ ēt dr̃ deliberatio, sicut qui vult aliquid facere, dr̃ deliberare. Igitur votū s̄m Magist. in 4. dist. 38. est testificatio q̄dā spōtaneæ promissionis, quæ Deo, & de his, q̃ Dei sunt, fieri debet. Sed s̄m S. Tho. diffinit votum, exterius prolatum, quod matrimonium impedire potest, licet etiam cōpletissimè explicet votū interius, de quo vide, si vis in 4. vbi supr. Secundum aliquos vero Theol. vt recitat San. Th. votum est conceptio melioris ꝓpositi cū deliberatione firmata, vbi cōceptio sumit pro enunciatione promissiua, secundū S. Th. secundum Rich. āt in 4. di. 38. votū est propositi supererogātis ꝓmissio Deo facta, pp bonū finē ex deliberatione firmata, vbi ly supererogantis, idē ē, ꝙ ly melioris boni i. cadētis sub cōsilio, nō sub præcepto. Ray. autē dicit, qui votū est alicuius boni cū deliberatione facta ꝓmissio, & intellige boni melioris, siue cadētis sub consilio tantum. Et oēs prædictæ diffinitiones sunt veræ, & sufficientes ad sensum diffinientiū, sed cōplectēdo mētē S. Th. & aliorū Theologorum, dico, quod votū essentialiter est ꝓmissio facta Deo prævia deliberatione, & proposito de aliquo bono, vel de bono meliori.

1 PRIMO † autem quæritur, vtrum ad votum requiratur deliberatio? Et dicit S. Tho. quod sic. Vnde factum ex surreptione sine deliberatione non tenet, nec obligat. nisi ex congruo, de quo inf. tit. 2. §. 13.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum ad votum propositum requiratur, & sufficiat? Et dico, quod requiritur, vt patet ex se, & ex dictis. & s̄m Canonistas sufficit, scd̄m Th. vero nō sufficit, sed requiritur promissio, quod tota schola Theologorum sequitur, & vr̃ expressum per sacrā scripturam, quæ votum appellat promissionē in multis locis, vt colligitur su. Religio 5. §. 8. & idem per iura canonica, vt in ca. literarum tuarum, de vo. vbi expresse patet, qd̄ propositum non est votum, p iura ciuilia, quia votū cātur ex quadam pollicitatione, ff. de pol. l. 2. Pollicitatio āt est quædā promissio, vt sup. patuit in verbo eo. Vnde & Arc. hoc sequitur in c. q̧ bona, 17. q. 1. & implicitè gl. in d. c. literarū tuarum, si tota legatur, & gl. 17. q. 1. in sum. tenēdo, qd̄ propositum nō obligat ad mortale. Et Pan. in d. c. literarū, dicat hoc sibi placere multū: licet multas Canonistarū theoricas inde dicat euerti, sicut & verū est. Iura ergo, q̃ firmāt decisionē sup ꝓposito dicendo, ꝙ ꝓposi-

poſitum abſolutũ, ſiue deliberatũ obliget. ut c. nuptiarũ. & d. c. qui bona, 17. q. 1. & c. cõſulti. de reg. cũ ſimilib. intelligẽdæ ſunt de ꝓpoſito cũ promiſſione firma ſm Pan. in d. c. literarum, ſiue cum animo ſe obligandi ſm glo. ibi.

3 TERTIO † quæritur, vtrum ſoli Deo fiat votum? Et dico, ꝙ ſic, licet aliqñ Deo quis voueat aliquid exhibendum homini, vel ſancto. Vnde dicit S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 5. ad tertium, quod votum ſoli Deo fit, ſed promiſſio fieri poteſt ẽt homini, & ipſa promiſſio hmõi quæ fit homini, poteſt cadere ſub voto, inquantum eſt, qđdam opus virtuoſum. Et per hunc modum intelligendum eſt votum, quo quis vouet aliq̃d ſanctis, vel p̃latis, vt ipſa ꝓmiſſio facta sãctis, vel prælatis, cadat ſub voto, mortaliter, inquantũ, ſcilicet homo vouet Deo ſe impleturum, quod ſanctis, vel prælatis promittit. Hęc ille, qui intendit, quod votum principaliter fit Deo. vt patet in 4. diſt. 35. 3. q. 1. ar. 1. q. 1.

4 QVARTO † quæritur, vtrum votum ſit neceſſario de bono meliori, i. cadente ſub conſilio, & non ſub p̃cepto? Et dico multa. ¶ Primum. Dupliciter votum dr̃ eſſe de aliquo, ſm mẽtẽ Do. Primo, ſicut de re quæ Deo promittitur, ſicut vouẽs religionem, vt mortem euadat, dr̃ votum feciſſe de opere virtuoſo, & ad iuſtum ſenſum loquuntur doct. qñ dicunt votum eſſe meliori bono. Secundo ſicut de re, quæ a Deo petitur, quæ eſt finis vouendi. Vnde, & Ric. in diffinitione addit propter bonum finẽ, quod tñ non fuit neceſſe, quia ſicut non eſt promiſſio, quia promittitur, quod diſplicet, ſed comminatio. vt dicit S. Th. ita nec qua promittitur pro eo, quod diſplicet. ¶ Scđm. Vota facta ꝑꝑ malũ finem, ſecundum Arch. nõ valent, ſed vouẽs peccat, ſicut ſi quis voueat ieiuniũ, vt poſſit inimicum occidere, ſicut nec valeret votũ de re mala, quia Deus nihil acceptat cõtra ſe. Et ſecundum Archid. magis Deo placet in his trãſgreſſio, quam obſeruatio 22. q. 4. in malis, vota aũt quantum ad finẽ indifferentia reſpectu vitæ æternæ, vt quæ aliquando fiunt pro aliquo temporali, cuius adeptio ad æternam vitã non eſt vtilior, quam priuatio, tenẽt niſi vergerent ex caſu aliquo in malum exitũ, vt votum Iephte. Iud. 21. ¶ Tertium. Loquendo aũt de voto, quantum ad illud, quod vouetur, & promittitur ex 2. 2. & 4. vbi ſupra S. Th. ſic colligitur. Promiſſio eſt de aliquo, quod volũtarie facit pro alio. Si aũt ſit de eo, qđ eſt contra eum, i. quod ei diſplicet, eſſet comminatio, ſi vero ſit de eo, quod ei nõ placet, eſt promiſſio, vana. Igitur votũ cũ ſit promiſſio Deo facta nõ dẽt, i. nõ põt fieri de aliquo illicito, q̃a eſt cõtra Deum. Imo ſic vouere malum mortale, eſt mortale, vt ſupra Iuramentum 2. §. 7. Nec de indifferenti, quia nullũ opus eſt Deo acceptũ niſi ſit virtuoſum. Nec de neceſſario abſolutè, puta, quod quis morietur, q̃a hoc fit nõ voluntate, ſed neceſſitate. Nec proprie de eo ꝙ eſt neceſſarium ex ſuppoſitione finis, i. ſalutis æternæ, puta, quod quis nõ fornicabit, aut trãſgredietur Dei præcepta, ſed de his eſt votũ large nõ rõne neceſſitatis, ſed volũtarię adimpletionis, ſicut ſub voto baptizati cadit abrenunciatio põparum ſatanę, & obſeruatio fidei Chriſtianæ, de quo vide inf. §. 5. Vnde eſt votũ, propriè de opere meliori, ſiue bono ſupererogationis. ꝙ dr̃ maius bonum in cõparatione, ad bonũ, quod cõiter eſt de neceſſitate ſalutis. Corporis ãt maceratio nõ eſt accepta Deo niſi quãtũ eſt opus virtutis, i. inquantum ſit cũ debita diſcretione, vt, ſ. cõcupiſcẽtia fręnetur & natura nimis non grauet, & ſic cadit ſub voto, vñ ſi votũ vergat in periculũ ꝓpriæ perſonæ, nõ eſt ſeruãdũ. ꝙ tñ congrue fit, ſm arbitriũ ſuperioris, quia in ſpectãtib. ad ſe fallitur hõ de facili, ita tñ ꝙ ſi ex obſeruatione magnum, & manifeſtum grauamen homo ſẽſerit, & nõ adſit facultas recurrendi ad ſuperiorẽ, tale votũ non ſeruetur, & ſi diſpenſationẽ ſuperior nõ daret, & periculũ immineret, tale votũ ſecure frãgeretur. Vota vero mulierũ, de inutilib. & vanis, deridena magis ſunt, quam ſeruanda, & ſunt ſortilegia magis quã vota, q̃a reliquiæ q̃dã idololatriæ, ſm q̃ obſeruabãtur dies & mentis vnde pro nõ votis habendã ſunt. Hæc ex illo, qui intendit ẽt ea, ad quæ quis tenetur ex mãdato Dei, licet non ex p̃cepto cadere ſub voto large, vt nõ mentiri, quia votũ propriè vult eſſe de cadentibus ſub cõſilio. Ex quib. patet, quod votum de re inutili, i. q̃ nõ cõfert ad honorẽ Dei, nec ad ſalutẽ vouentis, non eſt votũ quia talia Deus non acceptat, & cõſequenter nec obligatio tenet ipſo iure, cuiuſmodi ſm Alb. & Ray. ſunt vota ſtulta mulierum. ſ. de non pectinãdo caput in ſabbato, & de non comedendo capita in reuerentiam decollationis Baptiſtæ, & huiuſmodi etiam, ſi pro honore ſanctorum fiant, ſecũdũ Alb. q̃a hẽt ſimilitudinẽ idololatriæ, & magis ſunt irridenda, quam obſeruanda. Tutius tñ ꝑꝑ reuerentiam, puto licentiam ſeu diſpenſationẽ, vel declarationẽ petere, ſaltem a cõfeſſore. Quartũ votum de re minus bona, ſ. quæ nec pertinet ad præcepta, nec ad conſilia, ſed eſt negatio conſilij, puta, ſi quis voueat ſe nõ

intraturum religionem, ſm Arch. post Pet. de Palu. non valet cum non ſit de bono meliori, adde, ꝙ nec de bono neceſſario, non obſtante ꝙ votũ, ſicut & iurm̃ de eo ꝙ ſeruari põt ſine detrimento ſalutis æternæ ſit ſeruandum; qa hoc verum eſt ſi habet tres comites, iudiciũ, ſ. iuſtitiã, & veritatẽ. Vel dicendũ, ꝙ detrimẽtũ ſalutis eſt non ſolum, ꝙ interimit ſalutem, ſed & ꝙ impedit perfectionẽ ſalutis, vel dicendũ, ꝙ intelligitur qñ votũ hẽt materiã propriam, ꝙ non eſt hic. Pro quo ſciendũ eſt ſm eum, qđ qñ ꝑ votũ directe & principaliter excluditur bonũ cõferẽs ad ſalutẽ, & nõ includit bonũ, ꝙ per ſe poſſit eſſe materia voti, nõ obligat, ligat, licet poſſet ſeruare eũ ſalute, vt ſi quis voueat ſe nõ ingreſſurũ religionẽ, ſed qñ principaliter includit aliqđ bonũ, ꝙ pt eſſe materia voti, licet illud bonũ ex cõſequenti excludat meliora bona, tamẽ ligat, vt ſi quis voueat religionẽ laxiorẽ, licet ex meliori via ꝓcludat, qa tñ religio promiſſa eſt ſufficiẽs materia voti reſpectu ſeculi, licet nõ reſpectu religionis ꝑfectioris, tenet & valet. Qđ limita quatenus includit laxiorẽ, nõ aũt quatenus ſtrictiorẽ excludit, vt ſup. Religio 2. §. 16. Et idẽ de iurõ. Et ſi qs voueat aut iuret intrare hãc religionem ſub hac cõdictione, ſi aliquã intrabit valet, qa per hoc principaliter nõ excludũtur aliæ, ſed principaliter includitur iſta, & ſi non pure, tñ ſub condictione. Si aũt promitteret ſe nullam aliã intraturũ, & non promitteret iſtã abſolutè, vel ſub condõne non valeret, ſed peccaret.

5 Qvinto † quæritur, quot ſunt genera, ſiue ſpẽs votorum, ſeu qũo votum diuidatur? Et dico ſm Arch. poſt mag. Sen. Ray. & Ho. & Pet. de Pal. ꝙ ſic diuiditur. Nam votorũ quoddam eſt cõe ſeu neceſſitatis, ſ. ꝙ ẽ de neceſſarijs ad ſalutẽ ad q̃ qs alias tenetur, ꝙ largè dr̃ votũ, vt §. priore, ꝙ quidẽ ſe non ſit expreſſum a vouente, vt in baptiſmo eſt circunſtantia aggrauans, quia eodem gñe peccati plus fidelis quã infidelis peccat. Si vero ſit expreſſum a vouente per modũ ſingularis & propriæ obligationis, vt ſi quis voueat aut iuret nõ amplius fornicari, mutat ſpẽm, qa ſm Doct. circunſtantia aggrauas quę ꝑ ſe, & nõ ex ſuppoſitione prioris importat deformitatẽ mutat ſpẽm peccati, vel nouã addit; fractio ãt voti đ ſe hẽt deformitatem, quia eam hẽt ẽt in re, ad q̃ quis alias non tenetur idẽ Dur. or. pręd. ¶ Quoddã vero eſt ſingulare ſe voluntatis. ſ. ꝙ eſt de his, quæ ſunt ſupererogationis, ad quæ qs alias non tenetur, quo voto nullus aliũ põt obligare niſi conſentiat. ¶ Et hoc iterum diuiditur. Nam votorum ſingularium quoddam eſt ſolemne: ſ. cui addita eſt ſolemnitas ſuſceptionis ordinis ſacri, aut profeſſionis tacite, vel expreſſe factæ alicui religioni approbatæ, vt in c. vnico. de vo. li. 6. Quoddam vero eſt ſimplex, vt omne non ſolemne ſiue conſiſtat in faciendo, vt cum quis vouet oratione, ſiue non faciendo, vt cum quis vouet non frãgere caſtitatẽ, aut non contrahere matrimonium, qđ eſt aliud, quia primus fornicando agit contra votũ, nõ ſecundus, & primus non poteſt, ſi contrahat debitum petere de ſecundo autem eſt dubiũ ſecundum Arch. Et puto quod poſſit, ſi vouendo non intendebat ſe obligare ad caſtitatẽ, ſed ſolum ad non contrahendum. ¶ Et rurſus quoddam eſt abſolutũ, vt cum quis vouet aliquid ſimpliciter ſine condictione, vel determinatione temporis & talis tenetur ad ſtatim, id eſt quam primum commode poteſt implere. Quoddam vero conditionatum, vt cũ quis vouet ieiunare ſi ſanetur, & talis non obligatur, niſi extante conditione, de cond. appo. verum. & tex. a contrario in c. vnico. 32. qõ. vlt. ¶ Dicit autem Inn. vt illi adſcribit Sum. Ange. non licere votum facere cõditionaliter, quia eſt ſimoniacum, cum velit quis emere ſanitatem a Deo pro temporali, & facit cap. qui ſtudet. 1. q. 1. Sed ſecundum ſcripturas, & ſanctos hoc non eſt verum, quia inter Deum, & hominem cadere non poteſt emptio, aut venditio, ſicut nec iuſtitia commutatiua, vide etiam Panor. in c. ſcripturæ de vot.

6 Sexto † quæritur, vtrum votum ſeu vouere ſit expediens? Et dicit S. Th. ꝙ ſic, modo rõnabiliter fiat, qa per hoc nr̃am voluntatẽ immobiliter applicamus ad bonum, & melius eſt aliquid facere ex voto q̃ ſine, ſcđm eum; primo, qa vouere eſt actus latriæ quæ eſt nobiliſſima virtus, quod autẽ ſit nobiliori virtute, eſt melius. Secundo, quia vouens plus ſe Deo ſubijcit, quam non vouens. Tertio, quia per votum voluntas immobiliter firmatur ad bonum, facere autem aliquid ex voluntate firmata, pertinet ad perfectionem virtutis. 2. Ethi.

Rurſus de voto 2. quantum ad virtutem obligatiuam, & interpretationem eius.

1 *Votum omne abſolutum & licitum an obliget.*
2 *Votum conditionatum an liget.*
3 *Votum quando teneatur quis implere.*
4 *Votum certa die non impletum an debeat alia die impleri.*
5 *Vouens certam religionem qualiter obligetur.*
6 *Vouens quid intra annum ſi ægrotauit, an debeat votum commutare.*

7 Votum de non uouendo, niſi certa lege ualeat.
8 Votum ceſſa(n)te eius cauſa an obliget.
9 Voto ſuo an poſſit quis alium obligare.
10 Votum nõ potens implere per ſe, an teneatur implere per alium.
11 Hæres an teneatur implere uota defuncti.
12 Votum ex metu factum an obliget.
13 Vota ſubito facta ex anguſtia, furore, uel huiuſmodi an obliget.
14 Votum de re licita, ſed aliquando inutile, an obliget.
15 Vouens dare menſuram grani, an det quam uelit.
16 Vouens ieiunare in feſto alicuius ſancti, an teneatur die dominico.
17 Vouens diuerſa aut pugnantia quomodo teneatur.
18 Votum certa regula quomodo intelligatur.
19 Dominium rei uoto promiſſæ an maneat penes uouentem.
20 Voti pœnitere uel ipſum frangere, an ſit peccatum toties quoties.

VOTVM ſecundo conſiderari poteſt quantum ad virtutem obligatiuam, & intellectum ſeu interpretationem uotorum, prætera quæ patent ex titulo priore.

1 PRIMO † autẽ quæritur, utrum omne votũ abſolutum & licitum obliget? Et dicit Rich. ꝙ ſicut promiſſio licita alicui facta aĩo obligandi ſe obligat, ſi aceptetur, nõ tantum ex præcepto legis diuinæ, ſed ẽt naturalis, ſic cum votum ſit promiſſio, & Deus, cui fit, illud acceptet, eſt obligatorium extra de uo. licet. Fallit hoc ſm S. Th. in 4. aliquando, q̃a dicit ꝙ quicquid uotum faciẽdum impediret, ſi prius eſſet ẽt uoto facto aufert obligationẽ. Vnde ſi quid poſſibile, cũ vouetur, fiat poſtea impoſſibile, tollitur obligatio, ut ſi diues uouet ædificare eccleſiam, & superueniente paupertate perficere nõ poſſit, ita tñ quod ſi actus eſt oĩno impotens, liberatus eſt a toto alioquin obligatᷣ ſolũ ad id quod põt. Et ſi ex ſua culpa uenit ad impotẽtiam de culpa tenetur pęnitere, & recõpenſare. Hoc aũt dictum Supp. limitat ſi q̃d ſuperuenit, legitime ſuꝑueniat, alioquin eſt inſtãtia, ſi uoto & ingreſſui religionis ſuꝑueniat mr̃imonium, ꝙ non impedit, cum tñ ante impediuiſſet. Sed inſtãtia eſt rudis, quia S. Th. non loquitur de euenientibus poſt uotũ mediante uoluntate vouentis, ut matrimoniũ & ꝓterea ſi illud uotũ ſit ſolenne ꝑ profeſſionẽ mr̃imoniũ non ſuperuenit, q̃a nullũ eſt, Si vero nõ ſit ſolẽne, mr̃imoniũ ſubſequitur, & impedit cõplementum uoti, cum talis debitũ reddere teneatur. ¶ Vnde ſm Rich. q̃d dictum eſt uotum obligare, fallit in quatuor caſib. Primo ſi licitũ poſtea fiat illicitũ, puta, quiã quis fecerat votum continentiæ, & poſtea cõtrahi & cõſequẽter nõ poteſt debitũ negare. Sc̃do per impotentiam implendi, unde ſi quis uouit ieiunium, q̃d ſine magno corporis detrimẽto implere non poteſt, ſi deeſt facultas adeũdi ſuperiorẽ contrauenire põt propria authoritate, ſm S. Th. Tertio ꝓꝑ authoritatẽ diſpẽſãtis, intellige legitimã, aliter nõ. ut ĩ c. magnæ. eo. tit. in gl. in c. non eſt ſimiliter, eo. tit. Quarto ꝓꝑ defectum condõnis appoſitæ. de quo §. ſeq. Adde quinto, ſi uotum legitime irritetur. Vtrum autem obliget plus quã iuſm. inf. §. 19.

2 SECVNDO † quæritur, an liget uotum conditionatum? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundum Ray. ſiue cõdõ ſit generalis, vt ſi vixero, ſi potero ſi Deus uoluerit quæ ſꝑ intelliguntur, ẽt ſi nõ opponantur. 27. q. 2. beata Maria ſiue ſpãlis, puta ſi intrauero Lombardiã, adibo ſanctũ Marcũ, vel ſi filius meus fuerit liberatus, faciã hoc, vel illud, ſi condõ non exſtiterit, nõ obligatur vouens ex uoto. 32. q. 8. non ſolum de cond. app. verum de reſt. ſpol. olim cãm. Et intellige non obligari eũ, primo ſi obligatio totaliter, vel principaliter ponebatur in aduẽtu condõnis, & ſecundò niſi ratione ſcãdali. extra eo. magnæ. de conuer. coniug. ex parte circa fi. ſicut qñ uotum fuit publicum, ſed cõdõ fuit in corde retenta. ¶ Secundum. Faciẽs aũt uotum ſub conditione, ex cuius culpa condõ nõ impletur, ſm Rich. obligatur, ar. c. ſicut ex literis, de ſpon. Vnde qui uouit aliq̃d ut Deus eum præſeruaret ab aliquo peccato, ſi non facit, quòd in ſe eſt, ut pręſeruetur, ſicut feciſſet ſi votũ non emiſiſſet, uel ſicut intẽdebat facere quando votum emiſit, vel ſi uoluntarie ſe præcipitauit in peccatũ, nihilominus obligatur. Et ita tenet Sũ. Ang. Sed tu dic, ꝙ obligatur iuxta intentionẽ ſuam, a qua originatᷣ obligatio uoti. Vnde ſi intẽdebat obligari ſolũ ſi Deus uitãdo peccatũ conferat ei gratiã maiorẽ ſolito, ut cõmuniter fit, nõ tenetur, ẽt ſi ex culpa conditio non extet, quia intendebat, quod per Dei gratiam ipſe ab ipſa ſua culpa præſeruaretur. Si autem de intentione neſcit diſcernere, ſeruetur, quod prius dictum eſt. Tertium. Sc̃dm Rich. ut refert ac ſequitur Sum. Ang. uotũ factũ de re bona & ad bonum finẽ conſequendum per rem deuotam ſub cõditione etiam mala, tenet, & eſt obligatoriũ, exſtante condõne, & hoc ſiue vouẽs uelit illã conditionem impleri, ut cum quis uouet religionẽ ſi potuerit hr̃e coitum cum aliqua muliere, ſiue nolit cã impleri, ſicut cum his qui

hor-

horret aliquod peccatum vouet religionẽ, si illud cõmiserit. Sed hoc est quidem verum in secundo casu, qñ vouens non vellet cõdõnem impleri, quia eo casu vouet religionem in pęnam peccati, quod licet, etiam si ipsa religio sit horrori alias. Sed in primo non est verum, quia ſm eundẽ Rich. & eandem Sum. Ang. de ratione voti est esse ad bonum finem, qđ hic non est cum finis sit fornicatio. Vnde dicit Archi. post Io. de Neap. & Rich. in 4. vt refert ꝙ emittens votum ex turpi cã, vt cum quis uouet ieiuniũ si ĩ fornicatione prosperet peccat vouendo, nec tenetur implere. Vnde dico, ꝙ ille actus cum nõ elicitur a latria, eo ꝙ sit vitiosus, non habet rõnem voti, nec obligat. Quartũ. Si aũt votum fit factũ sub pluribus cõditionibus, & vna extet, & non alia obligabitur secundum quod intendebat obligari, scilicet aut solũ oib. extantibus vt vna earũ, & si super hoc non cogitauit, nec scit discernere, ſm Arch. tutius est implere, imo uidetur necessarium. 23. q. 8. non solum. de cond. ap. verum.

3 TERTIO † quæritur, quãdo teneatur quis votum implere? Et dico circa hoc doct. varia scripsisse, sed ſm S. Th. 2. 2. cũ obligatio voti pendeat ex uoluntate & intentione vouentis, vt patet Deut. 23. qui intendebat se obligare ad statim, tenetur ad statim, qui aũt ad certũ tps, vel sub certa condõne, non tenetur ad statim, sed nec tardare debet vltra, quã se intẽdebat obligare, quia dr̃ ibidem. Cum votũ voueris dño Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud dñs Deus tuus. & si moratus fueris, reputabitur tibi in pctm̃. Et sic vr̃ velle, ꝙ qui non determinauit tps tenetur statimq̃ primum commode põt ¶ Addit aũt in quarto, ꝙ qui rõnabiliter timet perpetuum impedimentum implendi, tenetur ulterius non differre. Et sic mens eius est, ꝙ differre votum sit mortale in duobus casibus: primo qñ differtur vltra tempus ad quod quis se obligare intendebat, intellige explicite, vel ẽt implicite, puta q̃a si cogitasset, tñ tempus sibi statuisset. Secundo, qñ nõ determinauit tempus, & probabiliter occurrere timet impedimẽtum perpetuum. Adde tertio, qñ non est determinatum tps, & põt quis commode implere uotum, & procrastinat ex negligentia notabili arbitrio boni viri, dicente Veru. ꝙ talis tenetur ad statim cum põt: sed dabitur ei tps arbitrio boni viri ad se disponendum, quod verum puto ẽt in foro conscientiæ. Vnde Pan. in cap. non est voti. de voto dicit, ꝙ tenetur statim, nisi interueniat superioris authoritas. ar. d. c. à cõtrario

Et ratio potest reddi, quia quando quis debet aliquid alicui sine die, tenetur statim, sed non ad statim etiam quam primum, commode, põt sed solum requirente creditore, quia ex tunc est in mora Deus autem semper uotum requirit. Secus videtur si procrastinat ex spe maioris commoditatis, vel quia sine magna negligentia est oblitus ex multitudine occupationum, vel rei paruitate, & huiusmodi.

4 QVARTO † quæritur, utrum is, qui vouit ad certam diem, puta ieiunare hoc anno uigiliã beatæ Catherinæ, & nõ seruauit, teneat alia die uotum implere. Et dicit Pan. in c. per tuas, de voto, ꝙ sic, quasi sit obligatus ad duo, sicut qui obligatur certo die dare decem alicui, si die statuto non dederit, tñ obligatus remanebit. ar. c. cum dilect. de do. & con. & l. Celsus, ff. de arb. § 1. vbi iussus dare decem intra Cal. Septemb. dicitur habere duo præcepta, vnum dandi, decem. & aliud intra Cal. & est opinio tutior, nisi quando vouens non habebat animum obligandi se nisi ad illum diem, quia sic alio die non tenetur, licet peccauerit.

5 QVINTO † quæritur, quid de eo qui uouit certam religionem. Et dicit S. Th. quod si intẽdebat se obligare ad statim, vel ad arbitrium alienum, non potest vltra differre ẽt propter debita soluenda, quæ tamen, qui eum recipit soluere teneť, & si de eis vouẽdo cogitabat, probabiliter præsumetur, ꝙ non intẽdebat se obligare antequã de rebus suis disposuisset. Addit Arch. quia profitendo cedit bonis uide in. Religio 2. §. 4. Si aũt uouit absolute sine cõdõne, uel temporis determinatione ſm Arch. tenetur statim habita commoditate, nec sufficit intrare in fine uitæ, quia residuum suę vitæ vouendo dedicauit Deo. Sic promittenti contrahere cum aliqua, non sufficit contrahere ante mortem, quia ad hoc fit matrimonium ut simul cõuiuant. Qui etiam promittit intrare religionẽ ad requisitionem alicuius, i. quandocunque eum requisierit, secundum Archi. illo non requirente intrare non tenetur, sed illo mortuo videtur, ꝙ teneatur, nec plus habet dilationem, cum non expectetur requisitio quia promissio fuit in diem, & hoc nisi dixerit per modum conditionis, si me requisieris, &c. Mihi autem videtur, etiam si conditionaliter non dixit, distinguendum de sua intentione, quia forte intendebat intrãre socio, & non aliter, uel intendebat promittere amico recepturo promissionem, & non Deo, & sic non tenetur intrare. Vide etiam infr. §. 8.

6 SEXTO † quæritur, utrum qui uouit certam pere-

peregrinationem intra annũ,& ante illud tẽpus infirmatur ad mortẽ, adhuc maneat obligatio voti?sic ꝙ necessaria sit talis voti commutatio?Et dicit Pa.in c.1.eo.& ti. se niuenisse dictũ singulare.B.Tho. quem sequitur Arc. in c.qui bona,17.q.1.ꝙ in tali casu nõ est necessaria cõmutatio,quia, inquit, omne impedimentũ,qđ habuisset à principio,impediret votum,si oritur post factũ, hẽt auferre obligationẽ voti. Sed dicit idem Pan. multum instare,c.quod sup his, eo.ti.vbi ꝑꝑ impedimentum superueniẽs fit commutatio, quod est tutius, tñ de subtilitate credit primum dictum satis posse procedere, modo in vouente non reperiatur negligẽtia,vel culpa. & ad d.c.qđ super dici põt,ꝙ procedit qñ impedimentum non est oĩno voti impeditiuũ, sed difficultatiuum cõiter tñ obseruatur d. c.quod super. & facit d.c.ibi,an ex infirmitate, & ita tenet Sũ. Ros.Sed ego dico,quòd illa cap. nihil faciunt contra hoc,quia primum nihil aliud dicit,nisi ꝙ vota peregrinationis possunt ex cã superioris cõmutari, & hoc quãdo vouens põt exequi vt patet ĩ illo verbo peregrinatio, an recõpẽsatio sit melio. Capitulum verò, quod super manifestè loquitur de his,qui votum peregrinationis ad terrã sãctam possunt quidam exequi,sed non vtiliter: puta,quia in infirmitate, vel paupertate bellare nequeunt.

7 SEPTIMO † quæritur,vtrum valeat votum tum de nõ vouendo,nisi in scriptis,vel in manu talis, & hmõi? Et dico,ſm Rich. ꝙ sic,quia non simpliciter ꝓhibetur emissio voti,sed cauetur præcipitatio. Vnde si sic vouens contraueniat vouendo non in scriptis,vel sine datione apposita peccat mortaliter,& nihilominus tenetur seruare votum,quod fecit sine illa conditione, quia votum de non vouendo, quod fecit non obligat, licet obliget votum, quòd non vouebit, nisi cum tali circunstantia vt illud seruet in vouendo.

8 OCTAVO † quæritur,vtrum votum cessante cã,ꝑꝑ quam quis vouit,obligetur? Et dicit Host.ꝙ sic, licet redemptio sit facilior. & alle. c.magnæ,§.si in fi.extra eo.vbi,s.votum peregrinationis factum pro assequẽda libertate Treuerensis ecclesiæ per quẽdam comiten. eo mortuo redimitur. Gof.verò tenet,ꝙ nõ obligat nisi in voto religionis,quod ex falsa causa nõ vitiatur.de conuer.coiu.dudũ.Sed Pano.in d. c.magnæ distinguit,quod non obligatur,si cã erat singularis,secus si impulsiua.¶Vnde dico quòd si cã erat finalis,ita quòd nõ intendebat obligari,ea nõ extãte,nõ obligat,de ap. c. cũ cessãte.Si verò ẽ impulsiua, vel inductiua, vt ĩ d.§.fi.licet cesset,tñ manet oblõ,ar.c.ex parte el 2.de conuer.coniug.In dubio verò vtrũ causa fuerit finalis,vel non obligatur. l.quicquid adstringendæ,ff.de verbo.obl.Et eodem modo, si votum sit ab aliquo factum ex duabus causis, s. impulsiuis; puta,ire ad sanctum Iacobum, quia vbi credebat germanum suũ inuenire,& etiã vt redimeret peccata sua,secundũ Ray.iuncta gl. sua hoc casu,quãuis sciuerit germanum suũ discessisse etiã ante itineris arreptionem. nihilominus tenetur, ꝑꝑ aliã cãm,si intẽdisset se obligare,alias secus,q̃a scilicet votum non obligat vltra consensum.

9 NONO † quæritur,vtrum possit quis suo voto alium obligare? Et dico,quòd non,nisi alter consentiat,vñ licet voueat mr̃,ꝙ filius ieiunabit & hmõi,tamẽ filius nõ obligatur,nisi consẽtiat. In voto tñ reali, siue facto de reb. exhibendis põt quis obligare suum hæredẽ, sed non ad aliquid personale, vt inf. §.11.

10 DECIMO † quæritur vtrum nõ potẽs votũ implere per se, teneatur illud implere ꝑ aliũ? Et dico,ꝙ nõ: q̃a in omni voto ĩtelligitur illa condõ generalis,si potero,ẽt si non exprimatur vt no.in c. quemadmodum.de iureiur. & ĩ c.beatus,22.q.2.quæ si non extat,tollitur obligatio voti,vt no.gl.in c.non est,eo.ti.Ad ca. ãt,quod sup his,de voto rñderi potest,secundũ Pan.in c.1.e.ti.quòd loqtur,qñ impedimẽtũ non est oĩno impeditiuũ,sed solum difficultatiuũ.de quo ẽt su.§.6.¶Distinguit tamẽ Inn. in c.scripturæ,eo.ti.quòd si q̃s vouit visitare terrã sãctã ꝑ subsidio impendendo, licet tũc visitare non possit tamẽ subsidium teneť impendere meliori modo, quo põt, quasi sit ad hoc obligatus. Et idẽ in eo,qui fecit votũ visitandi sãctum Iacobum, & aliquid impẽdẽdi, & hmõi.Si verò solum uouit visitare ob deuotionẽ, & tunc ꝑ aliũ exequi non tenetur impedimẽto suꝑueniẽte.Et idẽ Arc.sentit addẽs ꝙ teneť mittere aliquem loco sui, vel saltem expensas,quas fecisset, & si de hoc moriẽs nõ disponeret,teneť hęres si hr̃ditas sufficit.Si verò fecit uotum causa deuotionis eundi, superueniẽte impedimẽto nõ teneť ire,vel mittere nisi fortè fuerit in mora,& sic in culpa.¶Pan. verò in c.licèt.eod.ti.addit aliam limitationẽ quia si tp̃e voti emissi certus erat, quòd impedimentum esset perpetuũ,teneť implere ꝑ alium,ne uotum sit derisorium.Si verò nõ erat certus,licet illud hr̃et tp̃e voti, tenetur solum quam primum commode poterit,ar. l. nepos. Proculo.ff.de verb.sig. & hoc vr̃ verius licèt Host.

Hoſt.teneat indiſtinctè, quòd tenet implere per alium, qñ impedimentum erat tpe voti. Pôt ét addi, ꝙ non tenetur per alium, niſi fuerit ī mora exeqnẽdi votũ, qa tenet cõmutare vel redimere, vt patet Deu.23. vbi dr̃, ꝙ ſi moratus fuerit, imputabitur ſibi ī peccatũ, & ar. l.2.in princ.ff.ſi quis cau.& in c.ſi. de iniur. Et ita indiſtinctè ſentit Sũ.Ang.poſt Pa.in d.cap. licet. Sed dico, ꝙ pdicta ꝓbant moram imputari ad peccatum, nõ aũt quòd ex hoc teneat quis votum per aliũ exequi, niſi fuerit reale, iuxta mentem Inn. ut patet ex dictis.

11 VNDECIMO† quæritur, vtrũ hæres teneatur implere vota defuncti ſibi impoſita. Et dico multa. ¶ Primũ. Scd̃m Ray. votũ peregrinationis. adde vel quodcunque aliud perſonale ſm̃ Pe de Pal. non pt iniungere filio, quem inſtituit hæredem, niſi, & ipſe approbet, ext.eo. licet ſed pecuniariam ſatisfactionẽ bñ pt iniungere. ¶ Scd̃m. Scd̃m Hoſt. ſi filius vult eſſe hæres tenetur implere oĩa vota patris, intellige realia, ſi hęreditas hoc patitur, pro quo facit, l.2.ff.de pollici. vbi obligatio voti tranſit ad hæredem, & ſcd̃m Inn. ét ſi filius ad hoc ſe nõ obligaſſet, cõpelli pôt per priuationẽ hæreditatis, licet non per coactionem perſonalem, & conſequenter nec per excõicationem imò ſcd̃m d.Ant. ſi ſponte adiuit hr̃ditatẽ cõpelli pt, ét p excõicationem, quòd Pa. placet in d.c. licet, quia adeũdo quaſi cõtraxit. ¶ Tertium. Ad qõnem plenè reſpõdet Arc. poſt Pe. de Pa. dicens in voto reali, vt eſt ædificare monaſterium, vel dare aliquid pro Deo, & hmõi hæres tenetur, ſicut & in alijs debitis, ſed ad pſonale, vt eſt ieiunare, continere uotũ Crucis, ire vltra mare, & hmõi, nõ tenetur, niſi ſe ſpõte obligauerit, ſiue ſit filius, ſiue extraneꝰ ext.eo. licet. Si verò ſit ſimul reale, & perſonale, ſi vtrunque expreſſum eſt, vt ire ad ſanctũ Iacobum, & ibi equũ offerre, vel fundare monaſterium, & intrare, tenetur ſolum ad offerre, & fundare, non adire, vel itrare. Si verò expreſſum eſt pſonale principaliter, & reale tacitũ, & acceſſorium, vt ire ad ſanctum Iacobũ non tenetur ad expenſas, quas feciſſet eũdo, ſtãdo, offerẽdo, & redeũdo, ſicut nec tenetur ire, & ſi uouit intrare religionẽ, non tenet hęres tradere bona, qa ſublato principali, tollit acceſſorium, & ſi ſuſceperat crucẽ defunctus ſ nõ tenetur hæres mittere expẽſas, quas feciſſet, niſi hoc ordinaſſet, & ſi vouit mittere certas pſonas vltra mare, quòd reputatur reale, adde licet hoc aliqui dicant perſonale ad incertam perſonam, tenetur hęres. Hæc ex illo. Quartũ. Si aũt teſtator nihil diſpoſuit, tenet hæres ad realia vota, vt dictũ eſt, & ſi ipſe hr̃s per ſe non poſſit, tenetur implerẽ per alium, eo caſu, quo defũctus tenebat implere p aliũ, de quo ſu.§.x.& hoc ſi adijt hr̃ditatẽ, qa adeũdo quaſi contraxit, ar. notatorum in l.2.ff.de polli.& ī l.more.ff.de acq.hær.& in c.ſi hęres de teſt. quòd intellige inquãtum uires hr̃ditatis patiuntur, & ſi pro hmõi filius grauaretur in legitimã cãm hr̃et impetrãdi diſpẽſationẽ. Sed prædicta oĩa ītellige, ſi adierit hr̃ditatẽ: ſi aũt nõ vult adire, tenetur, quia nec hr̃s eſt, niſi forte ꝓmiſerit Quintũ. Si aũt hæres expreſsè aſſenſit votis īplẽdis, ſi ſimpliciter ꝓmiſit tenetur indiſtinctè, ét ad pſonalia, qualiacunq; ſint, nec diſtinguo, vt quidã, an ſint peregrinationis, vel abſtinentiæ, ar. l. ueteris, C. de commi.ſtip.& l.vnica, C.vt act.ab hær. vel contra hære.inci.& c.quod ſup his, & c. licet, eo.ti. Si uerò promiſit ſub ſpe adeundę hęreditatis, & poſtea noluit adire, non tenetur. de elect.c.venerabilem, §.ſi.& no.Inn.& Ber.in d.c. licet.

12 DVODECIMO † q̃ritur, vtrũ votum factum ex metu obliget? Et diſtinguo, quia ſi metus fuit ab homine, votum nõ obligat, niſi eo modo, quo dictum eſt ſup. Metus. §.8.& intellige, ſi metus illatus ex intentione ab hoie, ſi verò ſit à caſu, vel natura, vel Deo, votum obligat, niſi metus eſſet tantus, quòd excluderet vſum rationis deliberantis, & promittentis. Vñ Pa. ī c. ſicut. el 2.de reg. diſtinguit, quia timor mortis animæ, nõ excuſat, nec dat cãm retractãdi actum, & ſimiliter ſi ſit timor mortis naturalis corporis, ſicut ingrauiter īfirmo, vt in d.c. ſicut, & ſimiliter ſi ſit timor mortis accidẽtalis cãlis, vt intimẽte periculũ naufragij, uel incẽdij, vel hoſtiũ non impedit actum, nec inualidat, quia aliquando Deus incutit talem timorẽ, vt hõ cõuertat. Si verò ſit timor mortis accidentalis violenter, vt in eo, qui timet mortem violẽtam ſibi immineret ab iniquo homine, ſi pp talem timorẽ qs, ingreditur religionẽ, nõ tenet ingreſſus, ex quo fecit, vt violentam mortẽ euaderet, qa Deus reſpicit cor, & vult militẽ volũtariũ, & ita loquitur c.1.quod met. cau. Et pdicta adduci poſsũt generaliter ad validitatẽ cuiuslibet voti, hæc ex illo. Sed ī hoc vltimo caſu diſtingue, ut ſu. Metus ī d.§.8.

13 DECIMOTERTIO† q̃ritur, vtrum obligent uota ſubito facta ex anguſtia, furore, vł metu & hmõi? Et dicit Verue. quòd ſi hmõi vouentes habeant deliberatã intentionem obligandi ſe Deo obligati ſunt. 27. quæſt. 4. ſunt qui opes. Secus ſi voueant ſubitè, & indeliberate,

niſi

nisi postmodum cõfirmauerint.ar.de reg. iu. ratihabitio.lib.6.ẜm Arch. tamen habent intẽtionem,qñ cogitant de cã impulsiua ad uouẽdum puta infirmitate,vel periculo & de finali,i. euasione periculi. Dicit autem hic Sum. Ang.quod uota ex subreptione sine deliberatione non obligant necessario: & bene dicit: sed male dat huius rei signũ,dicẽs hoc posse ꝑpendi qñ statim transacto periculo, vel angustia sunt male contenti se uouisse. Quod Arch.noster ex intentione post Pe.de Pal.ĩ quarto bene probat,dicens. Notandum, ꝙ iratus aut bene potatus vouens,aut iurãs ingressum religionis,non tenetur,quia quod calore iracũdię fit,pro non facto haberi debet,qđ verũ est,si sic subdito fiat, ꝙ non fecisset per deliberationem,& sñiam rationis, quæ tñ morá tꝑis magnam nõ tequirit. Si aũt hoc agit sciẽs quid iurat aut uouet, tenetur nisi cum eo dispensetur ratione minus plenę deliberationis sicut ẽt qui calore cõcupiscentiæ inflãmatus aut bene potatus non tñ ebrius oĩno iurat vxorẽ ducere,cõpellitur eã ducere. Et cõfirmatur quod dictũ est,hac rõne. Sicut.n.ad uotũ, ita & ad peccatum mortale deliberatio requiritur,& tñ si quis licet iratus, aut bene potatus occidat hominẽ,nõ excusatur a toto, quĩ sit mortale,ex quo nõ sic fuit extra se,qñ sciret quid faceret, licet statim postea pęniteat & nolet fecisse,quia esse statĩ pęnitẽtẽ de peccato,arguit quidem illud nõ esse factũ ex habitu,non tñ arguit quin sit factum ex electione,licet passione turbãte iudiciũ rõnis. Illa ergo deliberatio temporis,vel ætatis,quæ sufficeret ad obligandũ diabolo per peccatũ mortale,sufficit ad obligandu Deo ꝑ uotum. Hæc ex illo. Illa ergo sola vota ex angustia facta non obligant, q̃ quis profert non cogitãdo, i.nõ aduertendo eo mõ quo quis aliqñ inaduertenter blasphemat. Et ista sunt de mẽte S. Th.in multis similibus.& ualde ponderanda, quia interdum in hoc fallunt & falluntur consultores animarum. Facit ad prædicta qđ no. Pan.extra eo.tit.c.2. quod uotum procedens ex aĩ facilitate ligat, licet facilitas ꝑ̃stet cãm dispensandi & cõmutandi. Facit etiam quod dixi sup. Blasphemia §.4. & Iuramentũ.4.§.9.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, vtrum votũ de re qdẽ licita,sed tñ aliqñ utile, aliqñ inutile, sit obligatiuũ? Et dico, qđ obligat eo casu quo est inutile ad salutẽ aĩæ ẜm Rich. vt si uouit qs nõ petere dispẽsationẽ a uotis,& in casu probabiliter timet sibi de uoti trãsgressione qa tunc eã petere potest. Similiter obligat eo casu quo est utile,uel non inutile, nõ quo est inutile saluti corporis, ẜm Hostiẽ. sicut q uouit non comedere carnes eo casu, quo dr̃ a medicis eum esse in periculo mortis,nisi carnibus utatur,sic utetur uoto non obstante, qđ etiam no.Hug.22.q.4.non solum, & idem intellige si dicant, ꝙ sit in periculo grauis infirmitatis, quia est contra virtutem corpus suã affligere vsque ad infirmitatem sic ꝙ non possit obedire rationi in exequendis negotiis, & labores tolerando.ut patet supr. Votum 1. §.4.& per Tullium in lib.de off.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, de intellectu voti eius,qui uouit dare vnã mensurã grani pauperi annuatim, & nõ determinauit q̃? Et dicit Host. in arbitrio eius esse dare quam voluerit,de cens. c.ex parte,vel melius,qđ eã de qua cogitabat,aut đterminasset, si cogitas.

16 DECIMOSEXTO † quæritur,utrum vouens ieiunare in festo alicuius sancti ad hoc teneatur si eueniat in dominica? Et dicit Io.de Nea. in quolib. ꝙ aut uotũ fuit de ieiunio afflictionis,s.ad satisfaciendũ pro peccatis,aut subiugãdi corpus,aut de ieiunio exultationis, s. ut esset dispositior ad gaudiũ, & contẽplationẽ diuinorũ,aut de neutro,qa.s. non cogitauerit:aut de vtroq;. In primo casu ieiunandum est sabbato ꝑ̃cedenti. qa dẽt se cõformare ecclesiæ,q̃ tale ieiuniũ trãsfert,in secundo vero ieiunet in dominica,qa est votũ virtuosum & ligãs.ar.dist.76.vtinam.in tertio,vero iterum in dñica,quia præsumit ieiuniũ exultationis, in quarto vero in sabbato, quia cæteris paribus debet se conformare vniuersali ecclesiæ.

17 DECIMOSEPTIMO † quæritur, quo modo obligetur qui fecit duo vota diuersa, aut etiã in casu repugnãtia? Et dicit S.Tho.in 4.dist.38 q.1.ar.4.q.1.in cor. ꝙ si vtrunq; est cõpossibile,debet utrunque seruare,nisi forte authoritate superioris minus uotum præcedẽs in maius sequens cõmutauerit. Si aũt ẜm uotum sit oĩno incompossibile, primo dẽt seruari maius,& de minori ẜm arbitriũ prælati satisfacere. Hæc ille in forma. Sed intellige primo, qđ seruandũ est maius,i.virtuosius,quia includit minus,& secundo, ꝙ debet seruari maius, qñ sunt inæqualia,quia si essent æqualia, seruandũ esset primũ, cum nõ potuerit obligare ad impossibile,& tertio, ꝙ cum sunt incompossibilia ex aliquo casu accidẽte seruandũ est maius nisi aliud habuerit in intẽtione, vt statĩ dicam,& quarto, ꝙ cũ dicit in maius. Supple. intelligit maius sequens aliud ab eo quod simul uouit,cũ ad aliud oĩno teneatur rõne uoti, &

non

non commutationis.Sediſte intellectus nõ eſt
bonus,q̃a ſuperior commutans votum nõ li-
gat ad aliud votum,ſed aliud bonũ.Sed inten-
dit S. Tho. ꝙ aliq̃n ſm votum eſt votum reli-
gionis,inquod oĩa vota priora ẽt cõpoſſibilia
authoritate iuris ſtatuti per ſuperiorem com
mutãtur.Ex his dico ad aliã q̃onem. Si.n.quis
uouit in vigilia S.Laurẽtii non comedere pà-
nẽ,poſtea vel ante vouerit die veneris nõ cõ-
medere niſi panẽ : ſi die veneris euenerit illa
vigilia,ſm Io.de Neap. in quoli. ſi talis poteſt
vtrunque implere ſine periculo grauis infir-
mitatis,tenetur:ſi vero non põt,non teneť. Si
verò eſt dubius an poſſit, tenetur ad id q̃d nõ
poteſt in aliud tp̃s differre aut cõmutare. Sed
tertium membrum non approbo,ſi dubitatio
ſit an poſſit implere,vel non,ſed ſolũ ſi ſcit an
peccet mortaliter non implẽdo, vel nõ:& ſic
militat ſua ratio.ſ.quia tenetur ſe ponere ĩ tu
to,& ideo ęquiuocat.vnde melius ſm Dir.di-
ſtinguendum eſt:quia ſi in ſecũdo voto nõ re
coluit de primo,& ſi recoluiſſet,excipiſſet,te
netur ad primũ tantũ.arg.l. obligationũ:la 2.
ff.de act.& obli.Si vero recoluit, & ñ excepit
tenetur ad vtrunq; ſi vtrunq; põt explere.ar.
deſpõſa.cõmiſſum, & ext.eo.c.fi.Si uero vtrũ
que nõ põt tenetur ad primũ ext.eod.c. fi.q̃a
ad impoſſibile non potuit obligari. Et ita ſeq̃
tur Sum.Roſ.Sed non eſt verum,niſi utrunque
eſſet æquale:nec c.illud fi.aliquid facit adhoc
nec ratio adducta,quod.ſ. nõ potuit obligari
ad impoſſibile : quia poſt uotum minus, puta
peregrinationis, licet emittitur ſecundũ ma-
ius incompoſſibile puta religionis: in hac tñ
quæſtionem,& in ſimilibus.pro regula haben
dum eſt,ꝙ homo non obligatur ultra id quod
actu cogitauit,aut quod ſi cogitaſſet voluiſſet
obligari quia hæc regula eſt Dir.& de mẽte.S.
Th. & facit,c.quemadmodum, de iureiur.vbi
iuramentum non extenditur ad non veriſimi
liter cogitata.& idem dic de uoto.

18 Decimooctavo † quæritur, quomodo
ſit intelligendum uotum illius, qui vouit ob-
ſeruare certam regulam?Et dico caſum iſtum
decidi in fratribus Minoribus.in cle. exiui. de
verb.ſig. quod talis ea quæ ſunt in regula nõ
tenetur obſeruare, niſi eo modo quo ſunt in
regula.i.quo regula dicit ea ſeruanda.ſ.præce
pta vt præcepta & conſilia,vt conſilia.

19 Decimonono † quæritur,vtrum dominiũ
rei,quæ Deo vel alicui eccleſiæ ex voto ꝓmiſ
ſa eſt maneat penes vouentẽ? Et dicit Pet. de
Peru.in trac.de can.por.epiſcopi.c.4.ſic:ſed ꝑ
ſonali obligatione teneť votũ ĩplere. de quo
plene in l.ſi quis rem.ff.de polli.vbi dr̃,ꝙ per-
ſona obligatur & non res:tranſit tñ in hęredẽ
talis obligatio,vt ibi in fi.& faci.l.pact.ibidẽ,
& ſic cogetur perſonali obligatione.de cenſi.
ex parte.Sed quo ad hæredẽ limita, vt ſup. §.
11.Et ſi quæratur,quis aget,reſpondet vt ſup.
quod ſicut ille,cui relictum eſt legatum ſolũ
agit de iure,& non alius,l.1.& 2.C.communia
deleg ſic & ille cui factũ eſt votum.Ex quo in
fert ꝙ legatum factum imagini Chriſti, nõ ac
q̃rit eccleſiæ.ſ.parochiali,nec p̃lato, nec con
tẽplatione eccleſiæ vel p̃lati eſt,falſum, licet
imago ſit de parochia.Et vr̃ caſus in c.nimis el
1.de exc.præla.& facit c. requiſiti. de teſt. ſed
cẽſetur Deo factũ,& eius cõtẽplatione, vt vr̃
caſus 12.q 2.prædia,vnde aget ep̃s qui hẽt co
gere,d.c.ex par.& dabiť eccleſię,vbi teſtator
habuit domicillium,ſ.cathedrali, vel non ſit
digniori,ar.eorum quæ no.in auth.de ec.ti.§.
ſi quis in noĩe magni Dei.Et ita tenet Sũ.Ang.
delegatis & votis,& obligationib. ſi fiãt ſim-
pliciter Deo,vel imagini:ſi tñ fiãt,inquit.con
tẽplatione eccleſię parochialis:ſiue ĩ ea ſit ima
go ſiue nõ,eccleſiæ parochiali acquiriť. c. cũ
inter vos.de ver.ſig.Contra Petr.autẽ de Per.
ſenſit do Ant.ſm quem iſta ẽt ſi fiant ſimplici
ter,ſpectant ad parochiam in qua eſt imago,
vt patuit ſup.Decimæ.§.2.& hoc ſequitur Su.
Ro.in verbo.oblatio.& Pan.idẽ ſentit in rub.
de paro.& in c.paſtoralis. de his q̃ fiunt præl.
dicens,quod eccleſia parochialis fundat intẽ-
tionem ſuam de iure cõi ſuper omnib. obuen
tionib. & obligationib. ſpiritualib. cõtingẽti
bus intra parochiã ſuã. Et conſequenter iſta
acquiruntur rectori parochiali ſm iſtos,& ſic
ipſe aget,de iud.cum deputati.cle.de reſcr. a-
get in quã,interpellando officium iudicis,i.e-
piſcopi,ſed epiſcopus aget ut ſuperior,& iu-
dex cogendo ſeruare. Et hoc mihi vr̃ verius.
Nec ratio Petri aut iura quæ allegat aliquid
concludunt,quia licet votum fiat Deo princi
paliter, tñ quantũ ad rẽ deuotã pecuniã men
ſurabilẽ,ſit ei,in cuius ditione eſt imago,alio-
quĩẽt uota facta intra ſepta monaſteriorũ eſ-
ſent epiſcopi,contra omnem conſuetudinem
& rationem.Capitulũ etiã,nimis,facit ad op-
poſitũ vide etiam,infra votum 4.§.7.parte 4.

20 Vigesimo † quæritur, utrum pœnitere
de voto,vel frangere votum ſit mortale,& to
ties quoties? Et dico multa Primum. Non eſt
mortalę pœnitere de voto,imo nec peccatũ,
modo ſit cã rationabilis pęnitendi,quia nullo
iure talis pęnitentia prohibeť, mõ homo exe
qui ꝓponat:imo ſm Pet.de Pal,talis.implẽdo

adhuc

adhuc magiꝫ meretur, q̃ ſi faceret ſine voto. Sm̃. Transgreſſio voluntaria voti eſt peccatũ mortale, ſm̃ oẽs, ut ẽt patet extra eod. licet, & ad infidelitatem ad Deum pertinet, & ſm̃ S. Tho. 2.2.q.88. grauior eſt tranſgreſſio voti, q̃ iuri, quia votum innititur fidelitati, quam Deo dẽmus, iuramentum verò eiuſdẽ reuerẽtiæ. Vnde cæteris paribus magis obligatoriũ eſt votum, q̃ iur̃m, quòd Arc. poſt Io. de Nea. dicit votũ, q̃ iur̃o aſſertorio, nõ ãt in promiſſorio in his, q̃ ſpectant ad honorem Dei, in q̃bus grauius, vr̃ periuriũ, cum tale iuramentũ votum includat. Quod verum eſſet ſi eſſet ꝓmiſſio aliqua facta Deo, & ſuperadderetur iuramẽtũ, ſecus ſi eſſet facta hoĩ, etiam ĩ ſpectãtibus ad honorẽ Dei ꝑꝑ rõnẽ S Tho. Tertium in voto negatiuo; puta, nõ bibẽdi vinũ, toties eſt mortale, quoties agitur contra, ſm̃ oẽs. Quod tñ Pe. de Palu. limitat, ſi iteretur actus interior, & exterior, non autẽ ſi exterior tm̃, quia peccatũ per ſe eſt in actu interior. Vnde q̃ vno actu vult furari, & mẹchari, vel furari plura, quo ad Deum vnum peccatum committit, licet plura feretur quo ad iudicium hominum. Quartum. In voto autẽ affirmatiuo; puta ieiunandi non eſt mortale, niſi prima vice, qua agitur contra votum, nõ ſc̃da, vel tertia, niſi rõne cõtẽ ptus; puta, quia ſi ẽt adhuc poſſet ieiunare aut votũ ſeruare, nõ faceret, maximè in voto ſecreto. Nam ſecus de eo, q̃ ieiunium eccleſiæ fregiſſet, quia propter hoc nõ liceret ei extra horam cõſuetã comedere in ſcandalum aliorum. Quintum Dicit etiam idem Pe. ꝙ in voto negatiuo non bibendi vinũ, diſtinguendũ eſt; quia ſi uotum ſit perpetuum eſt mortale toties, quoties, ſed ſi ſit temporale ad certã diẽ; puta, die ſabbati, aut feria ſexta, eſt mortale ſolum prima vice, niſi adeſſet contẽptus, ſed verius eſt, quòd ſimpliciter ſine diſtinctione ſit mortale toties, quoties, & ſi eſſet ad diem in certã; puta, vna die hebdomadæ, non eſſet mortale bibere ea die qua ſtatuiſſet ex voto non bibere, & bibẽdo nõ peccaret, ſed transfertur obligatio ad alium, ſm̃ cõem opinionẽ, quod ĩtellige, niſi dies illa eſſet vltima ſeptimanẹ, q̃a bibẽdo pecaret. De intellectu uoti, vide ẽt ſu. ieiuniũ. §. x par. 2. q̃n dies natiuitatis domini euenit in ſexta feria.

RVRSVS DE VOTO III.
quis poſſit vouere.

1 *Vouere an poſſit epiſcopus, clericus, religioſus, abbas, ñu 2.3. & 4.*
5 *Impubes an poſſit vouere.*
6 *Filiusfamilias an poſſit uouere.*
7 *Seruus an poſſit vouere.*

VOTVM tertio conſiderari põt, vt ſciatur qđ poſſit vouere efficaciter. Circa quòd eſt regula, quòd uouet põt quilibet ſanæ mẽtis, & ſui iuris quo ad illud, quod, vouet, filij ꝓhibeãtur. Quorundã aũt vota non ſunt obligatoria, niſi ratificentur ab alijs, ſed irritari poſſunt, vt votum cuiuslibet alterius ptãti ſubiecti, inquantũ eſt ei ſubiectus. Nec tñ ſecundũ S. Th. 2.2.q. peccat qui uouet id quod non ẽ in ſua ptãte, quia in voto ſubintelligĩ debita cõdõ, ſi ſuperiori placuerit, vel nõ cõtradicat quia condõne extante tenetur implere, ſi tñ non præſumerent de voluntate ſuperioris, peccarent uouendo, quod non poſſunt.

1 PRIMO † ergo q̃ritur, vtrum uouere poſſit ep̃s? Et dico, quòd nec ep̃s, nec ſuperior p̃latus, ſm̃ Hoſ. p̃t ſine licẽtia papæ emittere votum per quod diſſoluatur mr̃imonij inter ipſum, & eccleſiã ſuã, de renunc. niſi eum pridẽ. & de reg. licet? puta, ingreſsũ religionis, licet ſecũdũ Pe. de Palu. ſi emiſit teneatur implere eo modo, quo poteſt petendo licentiam reſignandi, nec votum, quo diu ab eccleſia ſua habeat abſẽtari. de uoto magnæ, nec quo ſuẹ eccleſiæ fieret graue præiudicium. 8.q.1. clemẽs & d.c. magnæ, ſi tñ emiſerit votũ lõgæ peregrinationis, ſoluet expenſas eundi, & redeundi. Laborem autem vigilijs, & orationibus cõpenſabit, vt valeat in ſui p̃iudiciũ, ſc̃dm quod no. in d. c. magnæ. Alia autẽ vota põt emittere, vt abſtinẽtiẹ, eleemoſynarũ, ar. d.c. clemẽs & de teſtam, relatũ, el 2. §. licet autem, & omne uotum, per quod præbet bonum exemplum d.c. magnæ, §. 1 ſecundum Hoſt.

2 SECVNDO † q̃ritur, quid de clerico? Et dico, quod ſi eſt beneficiatus vouere non p̃t longam peregrinationem, ſiue licẽtia ſui ep̃i, d.c. magnæ. & d.c. niſi cum pridẽ, & de conſe. diſt. 5. non oportet. el 2. Nec aliud votũ, per quod oporteret eccleſiã ſuam relinque. de renunc. admouet. Poſſet tamẽ emittere votũ religionis, & implere tenetĩ ẽt contradicente ep̃o, vt ſu. Religio 2. §. 8. & vota abſtinẽtiæ, & orationem, ſecũdũ cõem doctrinã. Quod ſemper intellige, niſi eſsẽt in præiudicium grauæ ſuæ eccleſiæ. De uoto ãt vltramarino eſt dubium, q̃buſdã dicẽtib. ꝙ p̃t indiſtinctè, quia videntĩ licentiari clerici à papa, quo ad eos qui poſsũt eẽ vtiles terræ ſãctæ, ext. eo. ex multa. & cap. pe. & c. ſi & hoc ſequitur Sum. Roſ. & Supple. Alijs autem dicentib. verius quòd non p̃t, niſi de licentia p̃lati, vel papæ, de cle. non reſi. fraternitati, non ãt ſine licentia, niſi tp̃e generalis

lis passagij, scd'm Host.& Pan.in c.fi.eod.ti.& hoc sequitur Sū.Ang.soluet tamen expēsas & redimit laborem, sicut de episcopo dictū est.

3 Tertio † quæritur, quid de religiosis subditis? Et dico circa hoc eē duas opiniones. Prima est Rich.4. dist. 38. quod talis non pōt vouere,& si vouet, votum non tenet nō quidē ea rōne, quia p̄latus omni tempore pōt ei aliquid pcipere, qa multa potest vouere, nullum opus p̄lati impediētia, vt non dicere otiosa, & nō cogitare de vanis, sed ea rōne primo quia cōsiderata humana fragilitate, & religionis onere, nulla obligatio potest addi sine periculo præiudicij obseruationis eorum ad q̄ tenetur, & sine periculo reddendi se onerosum aliquando prælato, vel fratri suo, & secūdo, qa cum votum religionis sit tātæ arctitudinis, vt alia oīa in illud cōmutari possint, ecclesia hoc, & humanā fragilitatem cōsiderās, voluit authoritate Dei nullum aliud posse super addi, pp vitandum piculū trāsgressionis. Ad quod faciunt iura.33.q.5.noluit, & 20.q.4. monachū, in glo. Hæc ex illo. Secūda verò est eorum, qui dicūt, q potest sine peccato vouere, de quorū numero Inn. dicit, quod si vouit aliquid non impediēs à religione, & obedientia prælati dēt seruare, vt dicere aliquos spalmos. Pe.etiam de Pal. dicit, quod tenetur implere, nisi prælatus irritauerit S.Th.aūt 2.2.q. 88.ar.7.dicit duo. Primū, qd' uouendo non peccat, quia subintelligitur, si placuerit p̄lato, vel non remittatur, adde quod si aliter intenderet peccaret, & sic loquit c.monacho, de quo infra Secundum, quia nullum votum eius est firmum sine cōsensu prælati sicut nec puellæ sine consensu patris, nec vxoris sine consensu uiri, quia obedire tenentur omni tēpore, sicut & seruus, & consequenter nullū tps est ei vacans. Primam opinionem sequit Sum. Ang.& Ros. ascribētes etiam eam S. Th.licet falsò, vt patuit, & differunt hæ opionones, quia s'm primū votum religiosi non ligat eū, vt q̄tū in se est, impleat aliud, quasi sit ipso iure irritū, scd'm aliam verò tenetur quantum in se est, quousq; à superiore irritetur, & hoc ē verius, vt patet per c.monacho 20.q.4.in quo se fundant, vbi dicitur, quod monacho non licet uouere sine cōsensu abbatis, si autē vouerit, frāgendum erit. Vbi notanter dr̄, frangendū erit quasi ipso iure non sit fractum, & nullū. Differunt etiam iuxta intellectum Sum. Ang.quia scd'm primam non licet religioso vouere, nisi præsupponat tacitum, nec votum exequi nisi habeat consensum expressum prælati, si eius præsentia haberi potest, nisi in his, de quibus prælato, aut uitæ regulari non sit pīudicium. Sed in hoc non video differentiam, nisi fortè, quia iuxta scd'am ad licitè exequendam sufficeret tacitus consensus prælati scientes, & nō contradicētis, imò, & nesciētis, si pbabiliter crederet conteptus. Dico ergo multa. Primū, quod prælatus potest ad libitum vota oīa religiosi irritare, quod facit expresse, & tacitè, qn̄ constat de contraria eius voluntate. Secūdum quod religiosus potest vouere sub cōditione tacita, si prælato placuerit. Tertium, q pōt exequi subrati habitione prælati. Quartū quod exequi tenetur in non præiudicantibus prælato, q̄tum in se est, quousq; credit prælatum esse conuentum, & non vltra, quia vsque ad illud tps uotum nō est irritū, sed irritabile. Quintum, quod in præiudicātibus exequi potest, quādo probabiliter credit ratihabitionē. Tamen s'm aliquos exequi non tenetur, quia in talibus votum ipso iure irritū est, & nullū, sed tn̄ tutius, & verius est, quod quantum in se est, semper tenetur facere, qd' licitè pōt, vt impleat promissum. Dicit autem Sum. Ros. ratihabitionē S.Th.per Rich.cōfutatā, sed neuter vidit mētē eius, quia loquitur de voto pprie, s. quod est de opere meliori.i.cadēte sub consilio, instantiæ verò, pcedūt large.s.quod est de aliquo, ad quod quis diuina lege obligatur præcepto, vel mandato, puta, de nō loquēdo otiosa, aut de non cogitando vana.

4 Quarto † quæritur, quid de abbate, & prælato regulari? Et dico, quod abbas sine consensu episcopi, vel superioris votum peregrinationis diuturnæ emittere non pōt, nec aliquid p quod eius in officio præiudicium generetur, 18.q.2.abbas, & idē de prælato quolibet regulari eadē ratione, ut ēt patet per dicta su. Religio 7.§.1. Quantum tamen ad votū terræ sanctæ Panor.in c.fi.ext.eo.tenet, q prælati possunt ire tempore passagij gnalis pro succursu terræ sanctæ, alias nō, maximè regulares sine cōsensu superioris, quia hoc episcopus nō potest, ut probatur in c.magnæ eo.ti. Et idē in religiosis simplicibus, quia nullā habent volūtatem, adeo, quod in Papa sine licentia abbatis promoueri non possunt, ut no.gl.in c.quā sit, 18.q. 2. quod tamen quantum ad hoc vltimū non est verum, quia electio in papam est confirmatio, & sic absoluit eum a iugo monasticæ professionis.18.q.1.c.1. Infert tamē in Pa. quod aliter abbas suo superiori, quam subditus abbati distinguitur. Vide ibi.

5 Quinto † quæritur, utrum impubes possit

possit vouere? Et dico, quod omnia vota alia a voto religionis facere pōt, si est doli capax, sicut & filiusfamilias, de quo §. seq. vt patet p Pan. in c. 2. ext. eo. verum tamen tutores, & curatores vota realia irritare possunt vsque ad 25 annum, nisi venirent accessoriè: vt in intrāte religionem, cum quo transeunt bona sua, de quo dic, vt inf. Votum 4. §. 2. Votum autem religionis secundum Sum. Ang. facere nō potest, etiam de consensu patris, & si facit, non tenetur, etiam post pubertatem. de reg. ad nostram. & in c. 1. de reg. lib. 6. Vnde contra San. Th. dicentem, quod si est doli capax obligatur quantum est ex se, d. ca. 1. Sed ego dico, quod iste non benè vidit S. Th. qui distinguit, dicēs, quod ante pubertatem non potest quis facere votum solemne religionis: de hoc d. cap. loquitur, sed secus de simplici. Et multo minus eum vidit Sum. Ros. quæ attribuit, quod secundum eum ante pubertatem non possit puer se voto religionis obligare. Vnde isti attribuunt ei duo extrema; vnum quod secundum eum talis possit facere votum religionis solemne, aliud quod non possit facere simplex. Veritas autem stat in medio per distinctionem. Vide sup. Religio 3. q. 13.

6 SEXTO † quæritur, quid de filijsfamilias? Et dico, quod si sunt liberæ conditionis post annos pubertatis, quantum ad pertinētia ad suā personam vouere possunt, & implere tenentur, etiam parentib. inuitis: puta, de ingressu religionis, & contractu matrimonij, & huiusmodi, quæ non præiudicant regimini domus, aut familiæ, sed quantum ad spectantia ad dispensationem domesticā, seu prædictum regimē, non possunt sine consensu patris: puta, de eleemosyna, vel huiusmodi: & in hoc concordāt oēs Doct. fallit tamē in voto terrę sāctę, quod potest filiusfamilias emittere, ext. eo. ex multa. Itē in peculio castrensi, vel quasi; quia in his est sui iuris. Itē si pater consenserit expsse, vel tacitè nō contradicēdo, secundum Inn.

7 SEPTIMO † quæritur, quid de seruo? Et dicit S. Th. quod est in ptāte dñi quantum ad personales operationes: vnde se obligare non pōt ad religionem peregrinationem, & hmōi per quæ subtraheretur ab obsequio dñi. Et idem Pe. de Palu. & generaliter vouere non potest in præiudicium domini, scd̄m Inn. & Pan in c. scripturæ ext. eod. Secus in alijs, in quibus domino non præiudicatur, vt de oratorib. dicendis, & huiusmodi, scd̄m eundē S. Th. ar. ca. relatum. de sent. excom. & c. si seruus sciente. dist. 54. & scd̄m Hug. potest etiam inuito domino

vouere continētiam, & renuntiare proprijs.

8 OCTAVO † quæritur, quid de viro, & vxore? Et dico vt infra, Votum quinto.

9 NONO † quęritur, vtrum peccent mortaliter illi: qui post votum emissum consentiūt in aliquod impedimentum, quo impediunt votum exequi sine alterius voluntate, vt si habēs votum religionis acceptet epatum sponte, aut consentiat in matrimonium? Et dico, quod si scienter, & sic aduertenter cōsenserūt, vt colligitur ex c. per tuas, de vot. quia hoc fuit consentire in fractionem voti. Si vero non aduertebāt, secus vr̄, nisi esset lata culpa in non aduertēdo. Fallit in eo, qui assumit religionē: qa in hanc potest omnia vota cōmutare, & ipso iure erit ab oībus absolutus sine alia dispēsatione, & authoritate, vt no. Pau. post Inn. in c. scripturæ, eod. tit. de quo inf. §. 3. par. 4. & §. 5. par. 3. Vtrū aūt irritari possint vota pdictorū si fiant in tempus, i. si sint soluenda postquam fuerint sui iuris, vide ti. seq. §. 2. par. 5.

RVRSVS de voto quarto, quantum ad irritationem, dispensationem, commutationem, vel redemptionem.

1 Voti irritatio, dispensatio, commutatio, & redemptio quomodo differant.
2 Votum quis irritare possit.
3 Votum dispensare, & commutare quis possit, & numero seq.

VOTVM quarto considerari potest quantum ad irritationem, dispensationem cōmutationem, & redemptionem.

1 PRIMO † ergo quæritur, quomodo prædicta differant ad inuicem? Et dico, quod irritatio est annullatio obligationis voti ex beneplacito voluntatis, vt cum vir dixit vxori: Nolo, ꝙ obserues hoc, vel illud votum. Dispensatio vero est annullatio obligationis voti ex rationabili causa: sicut cum determinat prælatus aliquod votum non esse bonum obseruare. Cōmutatio vero est annullatio obligationis voti cum ligamine ad aliquid aliud faciendum: sicut si ei qui vouit peregrinationem imponatur ieiunium. Redemptio vero si distinguatur a commutatione, est annullatio obligationis voti cum ligamine ad aliquid dandum, sicut si ei, qui vouit peregrinationē imponatur eleemosyna. Vnde dicit Arch. post Pe. de Pal. quod irritatio fieri potest sine causa ad libitum petentis irritare. ita ꝙ nec ipse irritando peccat cum vtatur iure suo, nec alius votum omittēdo, cum a principio fuerit inefficax. Dispensatio vero nō fit pp inefficaciam voti, sed pp aliam causam. Vnde nō solū requiritur authoritas

ritas in dispensante, sed etiam causa ex parte dispēsati, s. necessitas vel vtilitas eius, aut reipublicæ, etiā si sit Papa, quia nec Petro quidē data est authoritas in destructionē, sed in ædificationem in his, quæ non sunt mala: nisi quia prohibita iure positiuo, ad libitum abrogare potest, & consequenter ad libitum dispensare. ¶Commutatio autem, & redemptio differunt sicut permutatio, & emptio. Vnde pmutatio voti est, si habens votum sancti Iacobi, vbi habet hostes, obligetur ad limina apostolorum visitanda Redemptio vero est, si impedito ire præcipiatur tātum dare pro Deo quātum erat expensurus, quæ redemptio debet esse iusti pretij, & æqualis, extra eod. magnæ. Hæc ex illis. Quibus adde ex S.Th quod si absolute determinet prælatus aliquod votū non esse seruandum, erit dispensatio: si autem pro hoc, quod obseruandum erat, aliud imponatur, erit commutatio. Vnde magis erit dispensatio quam commutatio. Et sic ipse non distinguit inter commutationem, & redemptionē, quia & ipse est quædam permutatio voti.

2 SECVNDO † quæritur, quid iuris de irritatione votorum? Et dico multa. ¶Primum. Ex dictis titulo priore colligi potest secūdū Doct. quis possit vota irritare; quia pater irritare potest votum filij, & filiæ, & tutor adde vel etiā tutrix: puta, mater pupilli, & curator minoris, & vir vxoris, & dominus serui, & prælatus subiecti, & hoc quo ad vota, quæ sine prædictorum cōsensu prædicti emittere nequeūt etiam si emissa fuissent antequam essent vouentes sub talium potestate, ca. manifestū. 33. q. 5. & c. noluit. ¶Secundum. Secundū Petr. de Pal. omne votum, impuberis personale, i. respiciens personam, vt de religione, vel abstinentia, & reale, i. factū de rebus dandis, pater, ac tutor irritare potest, & similiter votum reale minoris annorum 25. habētis curatorem, vel existentis in potestate patris; si tamen pubes intret religionem, quod facere potest inuitis parētibus, & curatoribus, eo ipso dedicat omnia bona sua: quæ nisi esset maior 25. annorū, alienare non posset, nisi se alienando: nec possent parētes, aut curatores talia bona retrahere, quia quædam transeunt cum vniuersitate, quæ alias non transirent. Et idem si impubes intrauit, & persona eius nō fuerit retracta: quia nec bona retrahi possent. Si autem habens vsum rationis non habeat parentes, aut tutorem, vel curatorem, & voueat res suas Deo, & non se, licet in hominē alienare non possit, tamē videtur, quod in Deum possit, nisi quod si inueniatur læsus, aut deceptus notabiliter potest restitui. ¶Tertiū. Si pater, aut alius irritauerit votū continentiæ, vel aliud factum ab impubere, & deinde iterum tali voto consentiat, ppter hoc nō tenebitur impubes, implere, nisi iterum voueat: similiter si semel fuit irritatum ritè, mortuo irritatore, aut eius potestate expirante, non tenebitur impubes, quia obligatio semel extincta non reuiuiscit. C. de remis. pig. l. cum ex causa, & hoc etiā si fecit votum explendum solum post expirationem potestatis: vt sup. Religio 2. §. 15. Si vero reuocauerit factum a pubere, vel ab vxore, vel seruo soluta potestate irritātis tenentur sua vota implere, vt de filio tenet Inn. in c. scripturæ extra eo. & idem Hug. & Pe. de Pal. licet dubitatiuè loquatur, & hoc sequitur Sum. Ro. contra Sū. Ang. Sed Pan. in d. ca. scripturæ, dicit se dubitare propter c. quidam, & c. placet. de cō uer. coniu. vbi maritus ingressus religionē cō tradicente vxore, & ei restitutus ea mortua non tenetur iterū intrare: quia emisit votū tēpore inhabili, & consequenter idē erit in filiofamilias, ex quo voti emissionem non cōtulit in aliud tēpus habile. ¶Pro quo videtur text. ff. de cond. indeb. & hoc Pan. dicit verius. Imo ego dico, quod hoc simpliciter est verū sub isto sensu, quod votum irritatum ritè, i. quantum se extendit potestas irritantes, nūquam de cætero obligat, propter illā regulā, quod obligatio semel extincta, &c. & est mēs S.Th. vt ex duobus patet. Primo, quia indistinctè vult, quod vota eorum, quæ sunt sub alterius ptāte, non sint firma sine cōsensu eorū. Secūdo, quia dicit, quod in votis talium subintelligitur conditio, si placuerit superioribus, nec distinguit inter impuberem, & puberem, quātum ad ea, in quibus subijcitur pubes. ¶Quartum. Ex his infero duo. Primū, quod tales tenentur oīa sua vota complere expirante potestate superiori, si non fuerunt irritata legitimè. Et iste est casus, c. consuluit, de cōuer. coniug. vbi ingressus religionem vxore nō expetente in vita, ea mortua cogitur in ea perseuerare. Secūdum, quod si vota sunt legitime irrita, nō tenētur ea complere dicta potestate expirante, nisi quatenus vouerunt aliquid sui iuris, quod irritari nō potuit. Et iste est casus c. quidā, & c. placet, de cōuer. coniu. vbi ingressus religionem, & reuocatur p aliū coniugē, eo mortuo non tenetur religionem adire, sed solū viuere castè, quia illud pmittere potuit, s. nō exigere, seu cōtinere quātum in se erat. Pro quo aduerte, sm Pan. in d. c. quidā, quod etiā

in materia voti ꝓcedit illa regula iuris. Si nõ valet quod ago vt ago, valeat vt valere põt. Nam, vt ibi patet, maritus nõ obligauit se simpliciter ad continentiam in seculo seruandã, sed ad religionis ingressum, qui non valuit, licet fecerit professionem; & tamen remansit obligatus respectu continentiæ seruandæ, q̃ sub professione includitur, vt in c. cum ad monasterium. de sta. re. & sic mortua vxore contrahere non potuit, & sic contrahit, tenet, sed debitum exigere non potest. ¶Quintum. Notanda est tamen dñia inter puberem, & impuberem, quia impubes ita subijcitur parentib. & consequenter tutoribus, ꝙ non habet voluntatem, sed voluntas parentum est, volũtas pueri, vnde nec etiam potest disponere de spectantibus ad personam, vt sup. Baptismus 4. §. 14. sed pubes habet propriam voluntatem, & vouetur potest omnia quæ nõ præiudicant superiori, & idem de seruo & vxore excepto religioso, qui est vt impubes, non habens velle. Et ideo vota impuberis, ẽt si sint in tẽpus solutæ potestatis, puta si voueat religionem mortuo patre, aut adueniente pubertate, põt irritari, nec tenebitur pubes factus, vt sup. Religio. 2. §. 15. & idem de religioso, sed secus in alijs, quia si taliter voueant, talia vota nõ possunt irritari a superioribus, quia eis non præiudicant, secus si sint vota explenda durante tali potestate tantum, aut ad ea durãte & postea quia talia simpliciter possunt irritari, aut patet per casum d. c. placet. ¶Sextum. Prædicti superiores irritando prædicta vota nõ peccant, sed vtuntur iure suo, secundum Inno. & Host. & Veru. nec vouentes peccant non implendo. 33. q. 5. noluit, & c. manifestum. Quod quãtum ad superiores limita primo nisi reuocauerint quod prius consenserint, licet tunc subditi obediendo nõ peccent. d. c. manifestũ. Quod videtur intelligendum, si concessum reuocauerint sine causa rationabili. Secundo si irritent malitiose ex mala voluntate, fingẽtes multũ ꝑiudicare ꝙ ꝑiudicat parũ, q̃a arbitriũ & potestas semper vidẽtur cõcedi ad iudiciũ boni viri, ff. de pro soc. l. in proposita. l. seq. 11. q. 3. priuilegium, non tamen peccarent subditi obediendo quando res ex suo genere est præiudicialis, vt abstinentia & peregrinatio, quia non habet iudicare inferior de intentione superioris præcipientis, aut de eius præcepto in his, in quibus potest præcipere.

3 Tertio †quæritur, quid iuris de dispensatione, & commutatione quãtum ad potestatem dispensantis, & commutantis? Et dico, quod hic non quæritur de potestate absoluendi a transgressione votorum, quia hanc habet confessor de iure communi & cõsuetudine, cum non sit casus reseruatus, sed potentia dispensandi, & commutandi. Et dico multa. ¶Primũ. Secundum S. Th. in votis potest dispensari in quantum in aliquo casu illud quod cadit sub voto est simpliciter malum, vel inutile, vel impeditiuum maioris boni, quod est contra rationem eius, ꝙ cadit sub voto. Vnde necesse est, quod determinetur votum in tali casu nõ esse seruandũ non inquantum illud est de iure naturali, vel diuino. ¶Secundum. Quicunque potest in voto dispensare, potest etiam illud commutare, & econtrario, nisi forte esset aliquod votum indispensabile ex se, quia inter hos nec iura, nec Doct. ponunt differentiã quantum ad authoritatem, licet secundum S. Th. sit quid maius dispensatio quam cõmutatio. vnde nec est votum, in quo eps non possit ex causa dispensare, si illud potest cõmutare. Quod autem dicit Sum. Ro. in verbo, Papa. in prin. post Pan. in c. proposuit, de cõces. præb. ꝙ Papa dispensando in voto ex toto relaxat obligationem, non autem eps, sed commutat in aliud, est omnino falsum, q̃a si non expedit votum seruari in casu, episcopus ex toto liberat declarando, quod non tenet alioquin, non posset dispensare, sed commutare tantum, cõtra omnes Doc. Ratio autem quæ ibi allegat̃, probat, quod Papa hoc possit, non autem, q̃d eps hoc non possit, vt ibi patet. ¶Tertium. Licet ius diuinum aut naturale Papa tollere nõ possit vel mutare, tamen vtriusque determinatio pertinet ad ius positiuum, & consequẽter ad Papam, & alios legum cõditores, vt supra Papa. §. 16. Vnde sicut in pœnis non obstante ꝙ ex naturalis mandet delicta puniri, potest homo dispẽsare quia naturalis æquitas dictat aliquando maleficia non puniri ꝑp bonũ reipublicæ, secundum arbitrium eius q̃ reipublicæ præest, & consequenter tunc non est cõtra ius naturale dispẽsare, & sicut potest sic & aliter fieri punitio, ita ẽt in voto quod naturali, & diuino iure reddendũ est ꝑp honorẽ Dei, si non expedit illud obseruari: potest dispensari, vel si aliud magis cedat ad honorẽ Dei, potest commutari, quãuis ista dispensatio sit magis iuris declaratoria, quam relaxatiua, licet etiam dicatur relaxatiua, inquantum eum, qui aliquando vere est obligatus, de obligat obligando ad æquale vel melius, de quo inf. §. 7. & sic in voto fit dispensatio, non in præceptis Dei vel naturæ. ¶Quartum. Papa ergo dispen-

ſare poteſt in omni voto, niſi per illud quis Deo conſecretur, quod dico propter votum ſolenne religionis. de quo inf. §. 5. & ſolus diſpenſat in quatuor ſibi ſecundum morem curiæ reſeruatis, ſcilicet in uoto perpetuo continentiæ, & conſequenter religionis, & in trib. votis peregrinationis, ſ. terræ ſanctæ, Apoſtolorũ Petri, & Pauli, & San. Iacobi in Compoſtella. & ita de facto ſeruatur, licet non ſit de iure cautum, niſi de voto pro ſubſidio terræ ſanctæ, extra eo, ex multa vbi dicit Panor. ꝙ etiam legatus de latere nõ poteſt diſpenſare. cum requiratur ſpeciale mandatum, vt ibi. In aliis autem votis ab his quatuor, ſecundũ Innoc. epiſcopi & ſuperiores diſpẽſare poſſunt, intelligendo tamen de archiepiſcopo quo ad ſubditos ſuos ſuffraganeos, nõ autem quo ad ſubditos ſuffraganeorum, ſecundum Archid. non autem prælati inferiores, pro quo cap. 1. extra eo. Sed Hoſt. dicit illud c. hoc nõ probare, ſed potius contrarium, quia licet loquatur epiſcopo, non tamẽ dicit hoc pẽdere ab eius arbitrio, ſed ab arbitrio eius, q præſidet, fatetũ tamen dictum Inno. eſſe verum, & de conſuetudine ſeruari. Ita tenet gl. vt in d. c. 1. & Ray. & Alb. Sed hoc dictum non intelligitur de ꝓlatis regularibus, qui ſicut irritare, ita & commutare poſſunt quo ad religioſos ſubditos ſuos, ſiue uota præceſſerint religionis ingreſſum, ſiue ſequantur licet proprie in eis non habeat locum diſpenſatio, quia ſi uota præcedũt profeſſionem, ipſo iure, in profeſſione diſpenſantur, ſi uero ſequantur, non ſunt firma, niſi conſentiente prælato quo caſu dic ut inf. particula 9. Sed intelligitur in aliis, in quibus etiam dicit Panor. in d. cap. quòd vbicunque inferior prælatus haberet de iure ſpeciali ius epiſcopale in perſonis, tunc poſſet diſpenſare in uoto, ſicut epiſcopus, qa talis exercere poteſt epiſcopalia iura, & tunc litera illa ſtabit proprie, ut quilibet præſidens habens iuriſdictionem epiſcopalem poſſit in uoto diſpenſare. Facit gl. in cle. 1. de rebus eccl. non alien. & quòd no. Innoc. in cap. ſtatuimus. de maior. & obedien. & Pan. in c. ſignificaſti. de foro compet. vel ſi ex ſpeciali iure aut conceſſione hoc eis cõcederetur. Et hoc ſequuntur communiter Doct. in cap. fi. de poſtula. præla. Abbas tamẽ diſpẽſare non poteſt in ſecularibus ſibi ẽt pleno iure ſubiectis, niſi cõſuetudo hoc daret ¶ Quintum. Secundum Panor. in d. capitu. ex multa, epiſcopus diſpẽſare poteſt in uoto terræ ſanctæ, ſi factum eſſet pro deuotione, non pro ſubſidio, & idem in voto ſancti Iac. Et facit capit. ſuper his, & cap. ex multa. eo. tit. qui fundant ſe ſuper ſubſidio. conſuetudo tamen aliter habet, & ad papam maiores cauſæ referuntur, vt in c. maiores. de bapt. ideoq; in his recurrendum eſt ad papam. Nec eſt verum, ꝙ ſi epiſcopus diſpenſaret, teneret diſpenſatio, quia licet non probetur caſus hic papalis, ex hoc, quòd communiter tales ad papam remittuntur cum hoc eſſe poſſit ad terrorem, vel cautelam, vel reuerentiam, tamen probatur ex hoc, quod per literas papales iſta papæ cõmuniter indiſtincte reſeruantur. Adde etiam ſecundum Roſ. quod uotum quo aliena in certa deuota ſunt in ſubſidium terræ ſanctæ, non poteſt per epiſcopum diſpenſari, ut in alios vſus conuertantur, etiam ſi vouens religionẽ ingrediatur. ¶ Sextum. Secundum Arch. poſt Pet. de Pal. licet epiſcopus diſpenſare non poſſit in voto continentiæ perpetuo, ut §. ſeq. tamen diſpenſare poteſt in temporali, puta, ſi quis uouit continere per annum, & in omni uoto perpetuo, quod non eſt religionis aut continentiæ, & ſimiliter in uoto quo exiſtens in religione laxari uouet ſtrictiorem, cum nõ ſit uotum perpetuæ continentiæ, nec religionis ſimpliciter, & ſimiliter diſpenſare poteſt, vt habens votum ſimplex de arctiori trãſeat ad laxiorem, & quod exiſtens profeſſus in arctiori tranſeat ad laxiorem, ſicut abbas hoc poteſt, non tamen ſine conſenſu conuentus, non autem poteſt diſpenſare in uoto temporali religionis, cum. ſ. quis eſt obligatus intrare, & non remanere, ut quia vouit quis ingreſſum intentione probandi, vel nihil ſpecialiter cogitans de remanendo, uel non remanẽdo, quo caſu ingreditur ſecundum formam iuris, quæ eſt quod per annũ probet: quia nec ſummus pœnitentiarius hoc poteſt, qui prius epiſcopo poteſt Si ergo S. Th. aut alius dicit, qđ ſolus papa diſpenſat in uotis perpetuis, intelligitur de voto continentiæ, & religionis.

¶ Septimum. Archidiaconus non põt iure ſuo uti authoritate diſpenſandi contra ius cõmune, niſi inquantum competit ſibi ex conſuetudine legitimæ præſcripta. ſecundum Arch. poſt Pet. de Palu. per quam ius epiſcopale põt acquirere, non autem papale, quia eſſet corruptela, vt de archiepiſcopo dictum eſt, & adde quod poteſt dum uiſitat, abſoluere a tranſgreſſione uotorum. ¶ Octauum. Summus pœnitentiarius diſpenſare poteſt in uoto religionis commutando vnã religionẽ in aliã, ſicut patet in litteris quas ab eo deferũt apoſtatæ. ¶ Nonum. Abbas & prælatus regularis, qui ſub-

ſubdito conceſſit licentiam vouendi, ſecundũ Rich. ante votum emiſſum poteſt licẽtiam reuocare, & ſic non tenebit poſtea factum. Sed poſt votum emiſſum an poſſit diſpenſare, dicit tutius eſſe, quod ſubditus recurrat, ad ſuperiorem ſui prælati, quod eſt ſatis æquũ, ne q̃s videatur authorizare in facto ſuo, tamẽ de veritate iuris poteſt diſpenſare, ar. c. manifeſtũ, & quod ibi no. 33. q. 5. Nec eſt iſtud in facto ꝓprio, ſed alieno, niſi fortè vellet diſpenſare ꝓpter ſuum commodum: quod non poſſet, ſed ſolum propter neceſſitatem ſubditi. ¶ Decimum. Licet in articulo mortis ſimplex ſacerdos abſoluere poſſit ab omni caſu, id eſt, peccato etiam tranſgreſſionis cuiuslibet voti: nõ tamen poteſt diſpẽſare in voto, quia hoc nullibi conceditur, ſed tantũ abſolutio, quę non eſt diſpenſatio. ¶ Vndecimum. Epiſcopus, & ſimiles non poſſunt diſpenſare in votis a ſe emiſſis, ſecundum Pan. in cap. magnæ. de voto. Vtrum autem quis ſua authoritate poſſit votum melius commutare, vide inf. §. 7.

4 QVARTO † quæritur ſpecialiter, quis poſſit diſpenſare in voto perpetuo continentiæ ſimplici? Et dicit Spec. in tit. de leg. & ſequitur Io. And. hoc poſſe epiſcopũ, per c. ueniẽs, qui cle. vel vo. ſed illud c. non probat, quia ibi diſpenſauit epiſcopus cum muliere in qua ſecũdum Pan. fuerant tria inducentia ad diſpenſandum. Primo, quia votum caſtitatis emiſit non inſpirata, ſed in fraudem ſponſi de futuro, ſ. meticuloſè, quia eius ſæuitiam timuit. Secundo, ꝓpter maius periculum, quia mulier videbatur incontinens. Tertio, quia erat iuuenis & ſuſcepta, ſed duo vltima ſunt vnum tantũ. Et ideo alij dicunt, quod hoc poteſt epiſcopus ſolum in caſu illius ca. ſ. ſi votum fuerit meticuloſũ, licet non metu iuſto: & veriſimiliter timeatur de incontinentia. Ita tenet dom. Card. & do. Ant. in d. ca. veniens, & Pan. dicens, quod hoc poteſt epiſcopus in terminis d. ca. veniens, ex quo reperimus caſum conceſſum ab eccleſia, nec reperitur ſibi prohibita diſpẽſatio. Et ita ſequitur Sum. Ang. & Roſ. & ita limitat Doct. dicentes, ꝙ epiſcopus hoc poteſt. Sed ego dico, quod prędicti ſufficiẽter mouentur; quia illud c. hoc non probat, cũ ibi epiſcopus diſpenſauerit non vt eṕs, ſed vt commiſſarius Papæ ex eius ſpecifica commiſſione, vt ibi patet, & qđ dicit Pan. non reperiri diſpenſationẽ epiſcopo prohibitam; verũ eſt in iure, ſed ex cõſuetudine curiæ, vt patet per literas apoſtolicas, eam ſibi Papa indiſtinctè reſeruat. Et ideo S. Th. dicit, quod ſolus Papa diſpenſat in voto continentiæ, & alijs, quæ non indigẽt crebra diſpenſatione: concedo tamẽ epiſcopum poſſe diſpenſare in hoc, quando recurſus haberi non poſſet ad Papam, niſi periculo interueniẽte ex mora, iuxta dicta ſup. Diſpenſatio, §. 9. Et quia ſecundum S. Tho. eiuſdem eſt diſpenſare in voto perpetuo continentiæ, & dare licẽtiã petendi debitum coniugij, qui eam perdidit; quia talis quantum in ſe eſt, tenetur ſeruare ſuum votum nihil exigendo, ideo conſequenter dicendum eſt, epiſcopum in hoc non poſſe diſpenſare, niſi ratione periculi in mora, licet contrarium ſenſerit Sum. Ange. Poſſet tamen ſecundum Arch. epiſcopus diſpenſare in voto non nubendi, quia aliud eſt vouere caſtitatem, aliud vouere, non cõtrahere matrimonium. Vnde vouens non contrahere, fornicando non facit contra votum ſuum.

5 QVINTO †, quæritur ſpecialiter, an Papa diſpenſare poſſit in voto ſolemni continentiæ? Et dico, quod quantum ad votum ſolemnizatũ ſuſceptione ſacri ordinis omnes cõueniũt, & Papa poteſt. Quantum autem ad ſolemnizatum profeſſione religionis approbat: idem tenet Rich. Bonauen. Aug. de Anch. Henr. de Gang. in quoli. Pet. de Pal. Verue. in 4. Ioan. de Neap. in quolib. Duran. Hug. Car. Arc. in Ro. Inn. gl. ſuper cap. cum ad monaſterium. de ſta. mo. Pan. & ſequitur Arch. & Sum. Ang. ac Ro. & breuiter S. Th. qui oppoſitum tenuit, nõ habet, ſecum niſi Alb. & veritatem fundatam in ratione irrefragabili, & authoritate Spiritus Sancti, Leuit. vlt. vbi dicitur, Animal, quod immortali poteſt domino ſi quis vouerit, ſãctificatum erit, & mutari non poterit, nec melius malo, nec peius bono, & de ſtatu monachorũ in c. cum ad monaſterium, vbi dicitur. Abdicatio proprietatis, ſicut etiã cuſtodia caſtitatis, adeo annexa eſt regulæ monachali, vt cõtra eam, nec ſummus Pontifex poſſit licẽtiam indulgere. Hæc ibi. Nec eſt verum, quod ipſe in quarto ſenſerit cum prædictis: quia ibi recitauit, & non determinauit, vt patet intuenti. in Summa verò, 2. 2. vbi ſup. ar. 11. ſic determinauit dicens. Sicut ſupra dictũ eſt, & habetur Leuit. vlt. illud, quod ſemel ſanctificatum eſt Domino, nõ poteſt in alios vſus commutari, non. n. poteſt facere aliquis eccleſiæ pręlatus, vt id, qđ eſt ſanctificatũ, ſanctificationẽ amittat, & in rebus inanimatis; puta, ꝙ calix conſecratus deſinat eſſe conſecratus, ſi maneat integer: vnde multo minus põt hoc facere aliquis platus, vt homo Deo conſecratus, quãdiu viuit, conſecratus eſſe deſiſtat. Solemnitas autẽ

voti consistit in quadam cõsecratione, seu benedictione vouentis, vt dictum est supra, ar. 7. Et non potest fieri per aliquem prælatum ecclesiæ, quod ille, qui votum solẽne emisit, desistat ab eo, ad quod est cõsecratus; puta, quod ille, qui est sacerdos, nõ sit sacerdos, licet possit ob aliquam causam exequutionem ordinis inhibire. Et simili ratione Papa non potest facere, quod ille, qui est professus religionem, non sit religiosus, licet quidam Iuristæ ignoranter contrarium dicant. ¶ Est ergo considerandum, vtrum continentia sit essentialiter annexa ei, ad quod votum solemnizatur, quia si non est ei essentialiter annexa, potest manere solemnitas consecrationis sine debito continentiæ: quod nõ potest contingere, si sit essentialiter annexa: nõ est ãt debitũ cõtinẽtiæ essentialiter annexũ ordini sacro, sed ex statuto ecclesiæ. Vnde videtur, quod per ecclesiam possit dispensari in voto continentiæ solemnizato per susceptionem sacri ordinis. Est autẽ debitum continentiæ essentiale statui religionis, per quem homo abrenunciat seculo totaliter Dei seruitio mancipatus, quod non põt simul stare cum matrimonio, in quo incũbit necessitas procurandæ vxoris, & prolis, & familiæ, & rerum, quæ ad hoc requiruntur. Vnde Apo. dicit 1. Cor. 7. quod qui est cũ vxore, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Vnde nomen monachi ab vnitate sumitur per oppositum ad diuisionem prædictam. Et ideo in voto solẽnizato per professionem religionis nõ potest per ecclesiam dispensari. Et rationem assignat decretalis: quia castitas est annexa regulę monachali. Hæc ille in forma. Ex quib. patet, q̃d in ꝓposito duo probat. Primo, ꝙ ecclesia de religioso non potest facere nõ religiosum, sicut nec gñaliter de benedicto non benedictũ stare re, vt patet etiam in rebus inanimatis: & ꝑ authoritatem Dei. Leu. vlt. Secundo, ꝙ a monacho, & consequenter a religioso nõ potest ecclesia remouere continentiam dispensando vt contraheret: quia iam nõ esset vnus, sed diuisus, ꝙ etiam probat authoritate decretalis prædictæ, s. cum ad monasterium, quod etiam probatur: quia a religioso, quandiu est religiosus, separari non p̃t id, quo formaliter fit religiosus, sicut ab albo albedo. Huiusmodi ãt est professio, qua obligatur ad tria substãtialia religionis, vt per c. ꝙ voto, §. præsent. eo. ti. li. 6. Ex his autem patet propositum insolubiliter: quia si ecclesia in hoc dispensaret, aut de religioso faceret non religiosum, aut religiosum incontinentem, quorũm vtrunque est incompossibile. Et ad motiuum Pet. de Palu. quod in omni voto intelligitur excepta authoritas Papæ dicit S. Th. hoc non bene dici: quia quædã sunt, in quib. homo est ita liber sui, quod etiam contra præceptum Papæ potest illa facere, vt continere, & similia. Ad motiuum Ric. ꝙ nullum est votum, q̃d non possit in melius cõmutari, dico, ꝙ verum est, sed hoc non sufficit ad hoc, quo votũ sit cõmutabile, sed oportet, q̃d absit dedicatio ad cultum Dei. Rñsiones etiã datæ ab aduersarijs ad prædictam decretalẽ, nihil valent. Nam Inn. dicit, ꝙ summus Pontifex nõ p̃t indulgere, vel licẽtiã dare, quia verbum, licẽtia, intelligitur qñ hoc facit sine causa, i. sola voluntate. Quod Pan. dicit notãdum pro intellectu huius verbi, licentia, ꝙ non refertur ad arbitrium boni viri. Sed primo dico quod Bar. expresse in l. alio. ff. de ali. le. dicit, ꝙ cum verbum, licentia, veniat verbo, licet dẽt intelligi non de nuda voluntate, sed ratione regulata, & secundo dico, quod tex. istã expositionem non patitur: quia nec in minimo voto potest dispẽsare sine causa rationabili. Alij dicunt, ꝙ non potest dare licentiam simpliciter non cõmutando in aliud bonum Deo acceptius, ꝙ plus placet Pan. Sed contra primo: quia esto, ꝙ possit esse aliquid melius religione religiosi, vt bonũ cõe, tñ religioso nihil p̃t imponi æquè bonum, vt religio: cũ omne votum in hoc cõmutetur, vt dicetur. Vnde si Papa non potest in hoc dispensare, nõ p̃t ẽt commutare. Scđo, quia omnis licẽtia data a sũmo Pontifice religioso contra castitatem, est illicitè, & vltra eius p̃tãtẽ data, vt patet in d. c. cũ ad monasterium, in verbis sup. allegatis. Sed licentia, q̃ daret in hoc voto contrahẽdi nõ dispensando, sed commutãdo, esset contra castitatem, non obstãte cõmutatione: quia per eã soluitur castitas: vnde est impossibilis Papæ. Alij, vt Ric. & Pet. de Pal. dicunt, quod nõ põt religioso quãdiu est religiosus dare talẽ licentiam, sed potest de religioso facere non religiosum, & tunc dare. Sed cõtra, primo, q̃a probauit S. Th. ꝙ religioso quãdiu viuit, fieri nõ potest irreligiosus; secũdo, quia semel dicatum Deo, mutari non potest, quin sit dicatum, vt patet Leu. vlt. Et præterea ista rñsio supponit vnum falsum, s. ꝙ alio sit quis religiosus, alio obligatus ad continẽtiã: cum eodem formaliter fit vtrunque, s. professione, vt ex d. c. quod votum. Quod autem dicũt quidã se vidisse Papam sic fecisse de facto; dico primo, ꝙ ſm aliquos dispensauit cum nouitio, nõ cũ ꝓfesso.

Dico

Dico secundo,quod dispensauit de plenitudi-
ne potestatis, non de iure: quo modo potest
intellige opinio S.Tho. secundum gl.in d. ca.
cum ad monasterium. Dico tertio,quod ego
etiam vidi pontificem facientem maiora cum
scandalo totius Christianitatis.Vnde aliud est
facere de facto, aliud determinare, quod ita
possit fieri de iure,quod si faceret Papa,vt Pa
pa, id est vt caput vtens adiutorio membro-
rum, consultando factum, & faciēdo quod in
se est, vt sciat veriattem: tali determinationi
standum esset necessario.Quod autem dictum
est de voto continentiæ, dicendum etiam vi-
detur de voto paupertatis, vt patet per dictā
decretalem.

6 Sexto † quæritur, quid iuris de dispensatio-
ne, & commutatione quantum ad causam mo
uentem ad dispensandum, vel dispensationē
petendam?Et dico duo.¶Primum.Secundum
S.Th. prælati non possunt in votis pro suo li-
bito dispensare:quia sicut prælatus nō potest
præcipere malum,ita nec bonum impedire,s.
opera virtutis, sed ad eum spectat diiudicare
quid sit magis virtuosum. Et ideo in manife-
stis dispensatio prælati non excusat a culpa,
puta si dispensaret cum aliquo super voto de
ingressu religionis nulla apparente causa,sed
si esset causa apparens propter quam saltem
in dubium verteretur, tunc posset stari iudi-
cio prælati dispensantis vel commutantis nō
tamen iudicio proprio,nisi esset aliquid mani
festè illicitum,aut non posset quis facilè ad su
periorem recurrere.Hæc tamen limita:vt sup.
Dispensatio §.3. Quæ autem sint causæ ratio-
nabiles dispensandi,vel commutandi videtur
dicendum,quod secundum S.Th.causæ dispē-
sandi sunt tres,scilicet si id quod sub voto ca-
dit, sic malum vel inutile,vel maioris boni im
peditiuum, causæ vero commutandi vidētur
esse impossibilitas exequēdi seu incōmoditas,
q̄ est impossibilitas iuridica,vt su.Potētia,vel
maior vtilitas,dum.s. fit commutatio in aliqd
Deo gratius, sicut si expensæ peregrinationis
mutentur tempore famis in pauperum susten
tationem,quod probari potest per text in ca.
ex multa.eod.titu circa fin.vbi innuitur, vota
posse commutari vel redimi, si necessitas exi-
git,vel vtilitas suadet, & in his bonus vir arbi
trabitur.arg.ibidem.

7 Septimo † quæritur,quid de dispensatione,
& commutatione quantum ad ipsa vota com
mutabilia.Et dico multa.¶Primum.Licet non
omne votum sit dispensabile proprie,quia sci
licet non omne votum est de malo, vel inuti-
li, vel impeditiuo maioris boni, omne tamen
votum est cōmutabile in aliud opus pietatis,
secundum communem doctrinam sanctorū,
& vt patet in ca.magnæ.§. cū igitur. de voto.
Quod tamen fallit in voto,quo aliud per con
secrationem,aut benedictionem actu dicatur
Deo,vt su.§.5. ¶Secundum.In dispensatione,
& commutatione votorum requirit superio-
ris authoritas, nec potest quis propria autho
ritate votū suū in melius cōmutare,eo.ti.c.1.
ff.si cer.pe.l.2.Inst.qui.mo.tol.ob.vbi nō libe-
ratur soluens rem meliorem,nisi soluat,quod
debet. Quod tamen limita,primo nisi cōmu-
tetur in votum religionis,vt infra par.3.Limi
ta secundo Sum.Ang.nisi sit certum, quod il-
lud,in qd̄ mutatꝰ, sit melius & Deo acceptius,
quia tunc sufficit petere licentiam,licet nō ob
tineatur,allegat cap.licet,eo.tit.& cap.perue
nit.el 2.de iureiurand. Secundum mentem S.
Th.qui vult, quod in voto fiat dispensatio eo
modo quo in aliqua lege, dicendum est ꝙ lici
tum est propria authoritate venire cōtra vo
tū in casu,in quo id, quod quis vouit,est mani
festè illicitum,& non potest opportunè ad su
periorem recurrere, vt dicit 2.2.vbi su. ar.vl.
ad secundum,in fi.& per illicitū intelligit ma
lum inutile, & impeditiuum maioris boni, &
sic hoc est licitum, vbi locum habet dispensa-
tio, non autem vbi locum habet cōmutatio.
quia tunc votū ligant, & nullus potest solue-
re seipsum. Et si dicatur,ꝙ commutatio aliqñ
habet locum vbi occurrit melius incompossi-
bile voto, dico quod non, nec eo casu votum
ligat quia est melioris boni impeditiuum. Ca
put aūt,licet quod Sū.Ang.allegat, nihil facit
c.aūt,peruenit,ſm expositionem doc. est pro
me,quia ibi dr̄,quod propositum,aut ꝑmissū
nō infringit,qui illud in melius cōmutat,quia
doct.qui illud dictum intelligunt etiā de pro
misso per votum,dnt esse verum,si accedit au
thoritas superioris,vt Inno.vel si primū votū
erat noxium,& illicitum,vt Io.And.& Goffr.
vel vbi maius bonū est incompossibile voto,
vt d.An.& consequenter vbi est maioris boni
impeditiuum. Et sic oēs expositiones ſm no-
stram doctrinā sunt.Nec expositioni Io.And.
obstat,quod obijcit Pan.quia melius præsup-
ponit bonum,quia melius ibi potest stare pro
bono,sicut peccator cōuersus, mores dr̄ ī me
lius commutasse.Qui vero intelligunt de pro
misso mediante iurō, dicunt vt dicit Pan.non
esse verum,si iurm cōcernit vtilitatem priua-
tā,quia requiritur authoritas eius, cui est præ
stitum.argum.d.l.2.nec si concernit honorem

Dei,nisi vbi illud melius ē incōpossibile iuro. imo nec tunc hoc Panor.admittit indistinctè, sed solum si propria authoritate mutetur in votum religionis, tamen dico cum dño Antonio,ꝙ tunc indistinctè,potest,quia tunc iurm est maioris boni impeditiuum.¶ Tertium.Secundum Arch.post Pe.de Pal.& S.Th. authoritate iuris omnia vota commutantur in votū religionis,etiam sine dispēsatione, quia tanq̃ perfectum includit.Vnde qui voto tenetur ad ingressum arctioris religionis, in qua tñ non tenetur remanere,licitè vouet professionē in laxiori,primum votum temporale includitur in secundo tanquam in perpetuo.Hoc tamen Arch.post Pe.de Pal.limitat.Nam quando aliquis est nouitius excusatur a voto personali, puta ieiuniorum,& huiusmodi, non aūt a reali, puta de dando eleemosynam imo per se debet soluere debita.Sed per professionem, qua cedit bonis,& mundo moritur,vota ꝑsonalia extinguuntur, & realia debita in monasteriū transferūtur,quod obligatus sicut hęres,s.nō vltra valorem bonorum, quæ recipit de illo, si fecit inuentariū,vel si non fecit ex ignorantia iuris,secūdum aliquos,sicut nec quicūque alius hæres.Sed pro hoc no.ꝙ ista sunt vera in foro contentioso solum,in cōscientia autem nullus hæres tenetur vltra vires hæreditatis. Fallit autem quod dictum est de commutatione in votū religionis,primo in voto,quo quis vouit aliquid dare in subsidium terræ sanctæ, quia non commutatur sine licentia Papæ, ſm Roden.s.quātum ad quantitatem. secus quātū ad laborē eundi,aut mittendi, secundum Veruec. Sed si votum fuit de peregrinando solū, absolueretur per religionē. Secundo ſm Ric. quē sequit Sum.Ang.& Ros. quādo is,qui ꝓfitetur intendit,actu,vel habitu velle remanere obligatus votis prius factis,quia indiget dispēsatione. Sed ego dico,ꝙ si istam intentionem habuit ante instans professionis, ipso iure est absolutus,vt vr̄ velle ēt S.Th. Si vero eam habuit in ipso instanti vel post,illud votum non est firmum, nec obligat nisi eo modo, quo de voto religiosi dictum est supra Votum 3. §.3. Tertio fallit,secūdum Sum.Ang. in casu,quo probabiliter dubitaretur, an melius esset seruare votū,aut religionem intrare, vt si ex magnus vouisset acquirere terrā sanctā,q̃ Papa esset consulendus. Sed hoc est verum de bene esse,nō aūt necessario,quia pōt intrare authoritate iuris,per c.scripturæ,ext.eo. Quartum. Votū factum Deo intuitu certæ personæ,vel loci,puta de dādo aliquid tali pauperi,vel tali monasterio,commutari non potest a vouente propria authoritate,licet persona sit malę vitæ,vel ecclesia male officiata, quia quod semel placuit,amplius displicere non potest.de re. iu. lib.6. Sed vtrum commutare possit episcopus sunt opiniones. Arch.tenet quod non, nisi ex causa vrgēte,puta, quia ecclesia est destructa,& huiusmodi, quia iā ius est illi quæsitum,quod auferri non debet.Et hoc sequitur Ray.& Dur.in suis Summis Bar.de Cay.& Sū. Ros.addens hoc probari in c.ex parte.de censib. vbi vouens compelli potest ad exequendum votum. Et confirmatur ab alijs,quia ex quo est pia causa, ius quæsitum est etiam absenti,vt ibi no.& habetur in l.illud.C.de sacrosan.eccle.Alij vero dicunt,quod tali loco,vel personæ non acquiritur ius, quasi res deuota sit iam sua, quia nec eis, nec aliquibus pro eis acceptantibus est facta pollicitatio, sed solū Deo. Vnde si Deo satisfiat per commutationem in melius, vel etiam in æquale, quando causa subest ex parte vouētis, liberatus est,q̃ vouit,quia satisfecit ei,cui promisit,donec tamen commouetur, habet ius agendi & agere potest is, ad quem ventura erat res deuota, apud episcopum,vel alium superiorem,vt cōpellat vouentē reddere.Et hoc,etiā non aliud vult.d.c.ex parte.& d.l.illud.vt sup.Votum 2. §.19.& hoc sequitur Verue.& Sum.Ang. quā vult,ꝑ ex voto non acquiratur actio (intellige realis) alicui,nisi res sit ei data vel promissa,& hoc est verius. Vnde & si talis vouēs religionē ingreditur,liberatus est, & a fortiori liberatur,si religionē ingreditur,vel si res erat deuota pauperibus in genere,secūdum Veru. Secus si non ex voto solum Deo facto,sed ex aliquo alio respectu se homini obligasset, q̃ nec per religionis ingressum, nec per dispēsationem superioris liberaretur, nisi vt dixi su. Papa §.13.¶ Quintū. Qui non vouit,sed tñ patri,vel alteri promisit votum eius implere, ꝑt in religionis ingressum permutare, quia non plus tenetur ad voti impletionem, qui hoc ꝓmisit homini q̃ qui ꝓmisit Deo ¶ Sextum.Qui vouit vnū filiū suum determinate tradere religioni, non pōt sine authoritate superioris aliū mutare,ſm Pe.de Pal.nec similiter si vouit ipse intrare, aut adire terrā sanctā ſm S.T. nō pōt alium supponere loco sui, intellige sine licētia Papæ. ¶ Septimū. Votum de festādo sabbato factū superstitiose,initēdo,s.literę veteris Testamenti, nō tenet factū vero ex reuerētia beatæ Virginis si hr̄et inducere iudaizationem,vel speciē eius, vt quia qui vouit,cohabitat

habitat Iudæis, eſſet oĩno cõmutãdum, qa ẽt a ſpecie mali abſtinẽdum eſt, primæ Theſſal. quinto. alias ſeruari poteſt. ¶ Octauum. Si ꝑ confeſſorem impoſitum eſt alicui in pręsẽtia adire terram ſanctam. Pan. in c. ſuper his. e. ti. de mente Io. Andreæ dicit, ꝙ ſi talis pœniten tia fuit iniũcta pro ſubſidio terræ sãctæ, ſolus papa commutat. Si uero ꝓ labore itinerandi, etiam ſolus papa commutat. ſi ille emiſit uotum. ſi uero ſolum aſſumpſit ſignũ peregrina tionis diſpenſabit inferior. Adde ſecundũ Lu. de Ro. in ſuis ſing. quòd ſi papa imponit pęni tentiam alicui tranſmutando uotum, epiſcopus poteſt illam pœnitentiam commutare, & alterare. de quo eſt gl. in c. tempora plenitudi nis. 26. q. 7. & ſecundum eundem Lud. eſt tex. in l. ſi quis libellos, C. de app.

8 OCTAVO † quæritur, quid iuris de ipſa diſpenſatione, & commutatione uotorum in ſe? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Arch. poſt Pe. de Pal. in diſpẽſando reqritur forma expreſſa, vel tacita, ſ. quod intendat quis diſpẽſare, quod ſecũdum Canoniſtas poteſt Papa, qui iuri non ſubditur, non autem epiſcopus, niſi exprimat, de conceſ. præb. literas. ſed verius, inquit, eſt quod in omnibus in quibus p̃latis non eſt taxatus modus cum formula diſpenſandi. eo ipſo, quod diſpenſant, quod faciunt effectum animo diſpenſandi, uel ſciunt, & non contradicunt, quando facile & libere contradicere poſſent. ¶ Secundum. Ad hoc, quod diſpenſatio ſit legitima, ſecundum Inn. in rub. de obſer. ieiun. & Arch. in c. presbyter, diſt. 28. duo requiruntur, ſ. cauſa legitima in uouente, & quod id in quod uotum commutatur, melius ſit, & Deo acceptius. Et hoc uidetur velle c primum. eo. tit. & ſequitur Pe. de Pal. Sed ut Pan. egregie, & ſubtiliter no. in c. 1. per tex. in c. ex multa. eo. tit. commutare in melius tunc eſt neceſſe, quando ſola utilitas mouet ad commutandum, quia. ſ. ex parte vouentis non eſt cauſa, niſi uoluntas ſecus, vbi eſt neceſſitas, i. impotẽtia, vel incommoditas, quia ſufficit commutare in ſimile, arg. c. magnæ, eo. tit. & ꝙ legitur & no. in c. 1. de rerum permu. in ſimili. imò Sum. Ang. notans Pan. dicit ſe credere, qđ ſufficit ſi mutetur inæquale, etſi non in ſimile. Sed Pan. per ſimile intellexit æquale, imo ipſamet. Sum. in verbo. Votũ 3. §. 26. in fi. tenet contra Roden. quod ſufficit commutare in minus, quod aliquo iure non probatur, nec bene dicitur, quia vt dicit Sãct. Thom. commutatio eſt quidam cõtractus, in quo prælatus ſe habet uice Dei. Ex quo ſequitur, quòd oportet ibi eſſe æqualitatem, quod tamen non oportet ſcrupuloſe accipere, ſed ſufficit arbitrium boni uiri, ceſſante fraude, & lata culpa.

RVRSVS de Voto quintò, inquantum ſpecialiter ſpectat ad coniuges.

1 *Votum coniugum qualiter fiat.*

2 *Vxor abſtinentiam abſque uiri licentia, & aſſenſu uouere non poteſt.*

3 *Maritus an & quando abſtinentia uotum uxori non praiudiciale poſſit emittere.*

4 *Votum continentia in coniugibus quando liceant.*

5 *Maritus continentiam, quod ad debiti redditionem attinet, circa coniugis aſſenſum vouere nequit.*

6 *Vota coniugum, quo ad religionem quando liceant.*

Coniuges fornicarij non intrant religionem, alter, ſine altero.

7 *Filium an poſſit alter parentum deuouere religioni.*

VOTVM quintò conſiderari poteſt ſpecialiter. in quãtum ſpectat ad coniuges, præter ea, quæ dicta ſunt ſupra Votum. 4. §. 2. quantum ad irritationem.

1 PRIMO † ergo quæritur, quid iuris de uotis coniugum, quæ non ſunt de continentia, vel religione? Et dico, ꝙ neque vir, neque vxor poteſt facere uotum præiudiciale alteri, quantum ad debitum coniugale, quia quantum ad hoc autẽ pares, ut in c. Gaudeamus, de diuor.

2 VNDE cum vxor abſtinentiam ſine viri conſenſu uouere non poſſit. 33. q. 5. manifeſtum, & c. noluit ſimiliter, nec vir poterit ſine conſenſu vxoris, ſecundum Inn. & hoc pro regula tenendum eſt, ſicut & videtur velle gloſ. in d. cap. manifeſtum, quòd vxor vouere poteſt ea, quæ non ſunt in præiudicium uiri, ſicut & econtrario, & quicquid poteſt dare ſine uiri conſenſu poteſt vouere, ut de his, de quib. poteſt eleemoſynam facere, niſi impediat ſcandalum quod non ſit phariſaicum. Fallit quod dictum eſt ſecundum Rayn. Inno. Hoſt. & omnes in uoto ſubſidii terræ ſanctæ, quod vir facere poteſt ſine conſenſu vxoris de voto, ex multa. licet ſecundum B. Thom. & Alb. non ſit cõſulendum uiro, ut crucem accipiat, ſi uxor non poteſt eum ſequi, & de incontinentia timeatur. Vxor etiam ſecundum Hoſt. poteſt inuito marito uotum prædictum emittere, ſed ſi eſt ſuſpecta, vel nimis iuuenis, redimet illud, alias ibit, ſi talis eſt, quæ ſecum poſſit ducere bellatione; alias omnino redimet, dicto capitulo ex multa in fin. Sed San. Thom. dicit quod vxor non poteſt ſine

licen-

licentia, quia nõ poteſt ſic diſcurrere ſine periculo caſtitatis, nec hoc dicit illud c. ex multa. Fallit etiam ſecundum Arch. & vt vr̃, beatum Th. in modica peregrinatione, etiam ſine uoto ꝑꝑ domum diſponendam, vel domicilium alio transferendum, quia hoc vir poteſt facere ſine licentia vxoris, ſecundũ S. Th. in diſpoſitione domus, & regimine vitæ mulier eſt ſubiecta viro, & non econuerſo.

3 QVOD † autem dicit Pan. in c. ſcripturæ. eo. tit. & ſequitur Sum. Roſ. contra Ang. quod vir poteſt emittere aliquod votum abſtinentiæ, non præiudiciale, vxor autem nullum ſine cõſenſu viri, non eſt verum, quia non eſt vxor ſub viro eo modo, quo filius impubes ſub parentibus quorum. ſ. voluntas eſt filii. Ex quib. patet, ꝙ ſi vir ſine conſenſu vxoris, aut vxor ſine conſenſu mariti habitum mutare non poteſt, puta ſuſcipiendo habitum tertii ordinis alicuius religionis, quia hoc eſt præiudiciale, cum aliquando generet orrorem.

4 SECVNDO † quæritur, quid iuris de uoto coniugum, quantum ad continentiam, quando hoc votum ſequitur matrimonium? nam quãdo præcedit, vide ſup. Matrimonium. 7. §. 5. Et dico, ſecundum Ray. & Alb. ꝙ quãtum ad hoc vir, & vxor ad paria iudicantur. 32. quæſt. 1. ſi quis. Poteſt autem hoc votum tripliciter fieri. Primò, vno vouente, ſine alterius licentia. Secundò, vno vouente cum alterius licentia. Tertiò, vtroque vouente de communi cõſenſu. Qnando fit primo modo, ſi erant ſponſalia tantum, dic ut ſup. Sponſalia. §. 7. Si vero erat matrimonium ratum, ſ. per verba de præſenti, ſed non conſummatum, ſecundum Pet. qui vouit, tenetur ingredi religionem, & matrimonium ſoluitur per ingreſſum, de quo ſup. Diuortium. Si uero erat conſummatum, non poteſt vnus eorum vouere, vel intrare religionem inuito alio, niſi ob fornicationem notoriam, de quo ſup. Diuortium.

5 NON † poteſt etiam uouere continentiam, quantum ad redditionem debiti, ſm̃ omnes, quia vouere non poteſt alienum, quãtum vero ad exactionem, ſunt opiniones. Nam, vt dicit S. Thom. in 4. diſt. 32. quidam dicunt, quòd vnus hoc poteſt vouere ſine cõſenſu alterius, quia in hoc quilibet eſt ſui iuris, quod Rich. dicit eſſe communius, & tutius, & vr̃ conſentire Pe. de Pal. dicens tamen nulli hoc eſſe conſulendum. Quidam vero inquit S. Thom. probabilius dicunt, quod non poteſt, quia nimis oneroſum fieret matrimonium alteri, quem ſemper oporteret ſubire verecũdiam in petendo debitum. Et hanc opinionem ſequitur Albe. & Dur. & Io. de Neap. dicẽs hanc eſſe probabiliorem. Et ſm̃ iſtos in tali uoto non ſolum poteſt eps̃ diſpenſare, vt aperte trahi poteſt ex his, quæ dicit Io. And. in nouel. in c. rurſus. qui cleri. vel vo. ſed etiã alter coniugum poteſt irritare. Vtraq; opinio eſt uera fundata ĩ hoc principio. ꝙ coniũx in uouendo nõ poteſt alteri præiudicare, unde ſi iſtud votũ ſit de non petendo abſolute, non ualet, q̃a prꝗiudicat, ſi vero ſit de non petendo ratione ſui, ſed tm̃ ratione ſocii, tenet quia nõ præiudicat. Vnde ſi vouet ſe non coiturum, niſi ad complacendum coniugi, eſt licitum. Quando autem fit ſecundo modo, quantum ad uotum ſolenne profeſſione, vide ſupra Diuortium. §. 16. quantum verò ad ſolennem ſuſceptionem ordinis ſacri vide ſu. Matrimonium. 8. §. 17. quantum uero ad uotum ſimplex, dicit Pe. de Pal. quòd ſicut vir licentians vxorem ad uotum abſtinentiæ, poſſet poſtea reuocare, licet cũ peccato ſine iuxta cauſã, & mulier teneretur obedire, ita & ad ſimplex uotum caſtitatis licentiam poteſt reuocare, ſed nõ eſt ſimile, quinimo inter iſta diſtinguit gloſſ. in cap. manifeſtum. 33. quæſt. 5. Et ratio eſt, quia uotum abſtinentiæ poteſt pertinere ad gubernattionẽ familiæ: aliquo modo, non autem continentiæ. Vnde S. Tho. & Io. de Neap. dicunt quod non poteſt reuocare uotum continentiæ in quod conſenſit immo nec petenti reddere ſine mortali: quia vt dicit Ioan. de Neap. cooperaretur ei in crimine mortali. argumen. 33. quæſt. 5. continentiæ. quod Pe. limitat, ſi conſenſit in faciem eccleſiæ, ſed male, quia uotum fit Deo occulta cernenti. Male etiam probat Panorm. in capi. chariſſimus. de conuer. coniug. quod poſſit licentians reuocare uotum cõtinentiæ, ſicut & abſtinentiæ, per hoc quòd continentia eſt abſtinentia, quia non eſt verum propriè. eſt tamen uerum, quod dicit Pan. quod ſi uir ad tẽpus diſſimulat uotum vxoris & poſtea cõtradicit illa non tenetur implere. Secundũ Inno. autem, & oẽs, dans licentiam uouendi, ſi ipſe nõ uoueat, exigere nõ prohibetur, de cõuer. coniu. c. 1. licet reddere nequeat, exigẽti, vt dictum eſt. Qñ autem fit tertio mõ quantum ad vota ſolennia, dic ut ſu. Matrimonium. 8. §. 12. & ſup. Diuortium. §. 16. Quantum vero ad ſimplex, dic ꝙ nullus eorũ p̃t exigere, vel reddere, ſed ẽ mortale. Et ſi unus frãgeret uotũ, puta fornicando, alter nihilominus ſeruare tenetur, 33 q. 5. quod Deo. Sed ubi eſſet periculum incontinentiæ, eſſet diſpẽſatio quærẽda,

quam

quam ſecundum Veruec. poſſet epiſcopus facere, quod verum eſt eo modo, quo dictum eſt ſup. Diſpenſatio. §. 9.

6 TERTIO † quæritur, quid iuris de voto coniugum quantum ad religionem? Et dico de hoc eſſe dictum ſu. Diuortium, §. 16. & Matrimonium, 8. §. 12. & Mĩmonium 7. § 5. vlterius dico quædã. Primum. ¶ Si coniugi dicenti ſe ante carnalem copulã velle religionẽ intrare eps, vt debet, terminum ad ingrediẽdũ pfixerit, & ille eo lapſo ingrediaẽ, nihilominus, ſecundum Ray. valebit ingreſſus, ſi copula nõ pceſſit. ar. de cõuer. coniu. ex publico, & ſecũdum Hoſt. relictus in ſeculo expectabit nubere per annum. ¶ Scđm. Si cõiux extorqueat licentiam intrandi, vi aut metu iuſto: ẽm Hoſt. nihil nocet licentianti. 33. q. 5. notificaſti, niſi fortè per tempus ratificet, extra, qui cleri. vel uo inſinuante. Et idem ſi interuenit dolus, ẽm Veru. Gof. & Hoſt. ¶ Tertium. Si vxor, ſine cuius licentia air religionẽ intrauit, vult ingredi, & maritus contradicit, ẽm Rayn. ſi uir, iam eductus eſt de monaſterio, & reſtitutus vxori, illa eo inuito ingredi non poteſt. 33. q. 5. qđ Deo. Si verò non eſt eductus, ſcđm Innocen. ingredi põt mulier, ſi in ingreſſu vni cõtinentiam uouerat, 27. q. 2. Agathoſa. Si verò nõ vouit, non poteſt ingredi inuito viro, & ingreſſa poteſt educi. arg. d. c. quod Deo. ſed nõ pt debitum exigere, ut. in d. c. ꝙ Deo de conuer. coniug. c. 1. Sed ĩtellige, quòd nõ pt petere, ſi tacitè, vel expreſsè eſt ꝓfeſſa aut vouit, ſed ſecundum Ray. etiam ſi non vouit, põt intrare inuito uiro, d. c. Agathoſa. & 34. q. 5. qui vxorẽ, & cõcordant Pe. Hoſti. & Gof. & verũ eſt, ſi vir erat, profeſſus, aut uouerat, arg. d. ca. qđ Deo non aliter. ¶ Quartum. Si ambo coniuges fornicati ſunt, non poteſt alter altero inuito religionem intrare, ẽm Veru. ſicut & no. Hugo. in d. cap Agathoſa, & ſi intrauerit, reuocari põt ſecundum eoſdẽ, & idem Pa. in d. c. ſignificaſti. de diuor. & ſic adulteria cõiugum pari cõpenſatione tolluntur, licet differãt qualitate, vt quia vnius eſt notorium, alterius occultũ, ¶ Quintum. Si vterque non petita licentia ab alio religionem intrauit, ſecundum Veruec. ſe inuicem repetere non poterunt, q̃a neuter pt dicere ab alia ſe ſpoliatũ; ſed vterque intrando vr̃ renũciaſſe iuri, ꝙ habebat, & iuri exigẽdi debitum, ideoq. tenuit votũ vtriuſque quo ad exigere & reddere, vt non poſſint exigere nec reddere teneantur, ſed intellige ſi profeſſi, ſunt, aut uouerũt. ¶ Sextũ Si vterq. credẽs alterum mortuũ intrauit, ſecundum Inn. amborum votum ratificatum eſt profeſſione voluntaria: ſi eſt ſequuta, ſed ſi non eſt ſequuta, non ſuccedit obligatio. Et ita intelligitur dictum Veruec. qui videtur oppoſitum ſentire.

7 QVARTO † quæritur, quid ſi alter coniugum deuouit filium religioni? Et dicit Pet. de Pa. quòd ſi pater vouit filium, aut filiam ablactatos, poteſt, & debet offerre monaſterio, ẽt matre inuita, ſed ſi erat in vtero, vel ſub lacte quia partus eſt pars viſcerum, & cum eſt ſub lacte, magis eſt ſub cura matris: non poteſt voueri cum effectu a ſolo patre, quin etiam mater poſſit votum irritare.

DE VSVCAPIONE.

1 *Vſucapio quid & quæ ad eam requirantur.*
2 *Vſucapi quę poſſint, & quis poſſit vſucapere.*
3 *Vſucapere quilibet poteſt qui licite poteſt poſſidere ueluti pater familias filius etiam in peculio, & etiam pupillus.*
4 *Tituli dominium transferentes qui ſint.*

VSVCAPIO eſt acquiſitio dominij per continuationem poſſeſſionis tẽpore lege diffiniti, ff. eo. l. 2. quod tp̃s eſt trienniũ, Inſt. eo. in prin. & no. Io. 26. qu. 3. in Sum. Et inducta eſt vſucapio pro vtilitate publica, nec rerum dominia ſint in certa, ff. eo. l. 1. Inſt. eo. §. 1. & vt finis litibus imponaẽ, ff. pro ſuo, l. fi. ¶ Huius effectus eſt ſecundum omnes, ut rei vſucaptæ dominium directum acquiratur, C. de pact. l. traditionibus, ff. de vſucap. l. 1. & 3. ff. pro ſuo, l. fin. Et locum habet in conſcientia eo modo, quo præſcriptio, de quo ſup.

1 PRIMO † aũt quęritur, quæ requiruntur ad vſucapionem? Et dico, quòd quatuor. Primò, bona fides, ne dum in vſucapiente toto tempore vſucapionis, ſed etiã in principio cõtractus ex parte tradentis, & accipientis, ar. ff. ꝓ emp. l. 2. §. ſi eam. vbi no. quòd ignorantia iuris nõ excuſat, vt quis ſit bonæ fidei, ff. de vſu. l. nunq̃. ¶ Scđo, ꝙ re ſit mobilis, quia circa res immobiles eſt præſcriptio. ¶ Tertiò, quòd res tradatur, vel quaſi, aliter poſſeſſio nõ hẽreẽ ſine traditione, vel quaſi, C. de pac. l. tradi Inſt. dere. diui. §. per traditionẽ, vel alio mõ poſſideatur tp̃e debito, i. triennio. ¶ Quartò, titulus verus, non putatiuus, nec falſus, ff. pro leg. 2. & 3. C. de vſucap. pro hære. l fin. & ibi Azo. Qui autem ſint veri tituli, inf. §. vlt.

2 SECVNDO † quæritur, quæ poſſint vſucapi? Et dico, quòd oĩa, exceptis quæ ꝓhibẽtur, vt res furtiuæ, & vi poſſeſſæ, vt no. gloſ. in ſum. 16. q. 3. & res ſacra. & religioſa. & liber homo & decima. de p̃ſcrip. cauſam, q̃ & ſeruus fugi-

tiuus.Probantur hæc,Inst.eo.§.sed aliquando & §. seq. Et via publica, & acquæductus, ff. eo.l.vsucapionem, C.de aquæduc.l.diligēter. lib.11.ff. de via pub.l.viam publicam.Itē vbicunque prohibetur alienatio, & vsucapio regulariter prohibetur,ff.de fund.do.l.si fundo. §.de verb.sig.l.alienationis.

3 Tertio † quæritur,quis pōt vsucapere?Et dico,quòd ōis, q̄ pōt licitè possidere, vt paterfamilias,& filiusfamilias ī peculio,pupill⁹ si hēt aīum possidēdi,licèt nō interueniat authoritas tutoris,& furiosus si sanę mētis vsucapere cępit, incipere aūt non pōt durante furore,ff.eod.l.3.§.1.2.& 3.Seruus autem vsucapere nō potest,quia nihil potest possidere, l.Labeo,ff.eo.& l.1.§.item acquirimus.ff.de acqui. pos. nisi peculiariter ex scientia domini possideret,vt in dictis legibus.

4 Qvarto † quæritur, qui sunt tituli dominium transferentes? Et dico qđ sunt decem. ¶Primus est titulus pro soluto,qui locum hēt quando ego credo me tibi debere centum ex quacunque cā, & tu idem credis,& soluo,vel aliq̄d de loco solutionis,& sic istius error dat cām præscribendi,quod tamen fallit, quando aliquid soluitur causa emptionis, quæ nō præcessit,ff.pro emp.l.2.respon.2 ff.pro solu.leg. pen.¶ Scđs pro emptore, qui locum hēt cum quis in veritate emit rem alienam,vel a furioso bona fide,quem credebat sanę mentis,ff e. l.pignori.§.1. & ff. pro empt.l.2.§. si a pupillo,& in isto, vt dixit, requiritur bona fides in rebus mobilibus tam tradentis,quam accipiētis. Item quòd emptio sit pura, non conditionalis,ff.pro emp. l. 2. §. si sub conditione. Item quod pretium soluatur, vel fides habeatur de pretio,quia aliter non transferetur dominium.Inst.de re.diui § venditæ.Item,quòd eadē res,quæ est empta tradatur, quia si daretur alia,non vsucaperet ꝓ emptore,l. 2.§. cū Stichum,ff.pro emp.¶ Tertius, pro transacto qui habet locum in re tradita,vt a lite receda tur ab eo,qui credebat dominus.C.pro transacto.l.ex causa,C.de trāsa.l.si ꝓ fundo.¶Quartus, pro hærede, qui habet locum vbi quis est verus hęres,vel saltē iustè, & ꝓbabiliter,hoc putat. Non tñ habet locum in suis hr̄dib.quia quodammodo cum viuēte hr̄ditarium rerum domini æstimentur,l.2.§.fin.ff.pro hæ. C. pro hære.l.nihil pro hr̄de. Sed in extraneis hr̄dib. distingue, ꝙ aut res ē vitiosa,puta furtiua,aut vi possessa,vel res fisci,q̄ nullo tp̄e p̄scribi p̄t, C.commu. de vsuc.l.iam pridem, vel res pupilli,vel res data præsidij,contra l.Iul. repetū darum.ff.de acq.rer.domi. l. bonæ fidei, & sic hæres generalis,vel successor specialis rei alicuius præscribere nō potest, ff. de pul.l.sed & hi.§.actionem hanc. de quo vide sup.Præscriptio.1.§.8. Si verò res non est vitiosa, sic dic, vt sup.Præscriptio 2. Quintus pro dōnato,qui habet locum cum in verò non in opinione, aliquid est donatum bona fide. C. pro dona.l. vlt.& quòd donatio teneat, q̄a si pater donat filio, & decedat,non vsucapiet pro donato filius, q̄a donatio non valuit ratione patrię potestatis,ff.pro dona.l.1.§.1.ff. pro hære.l.2. §. filium.licet etiam rē alienam quis donare nō possit quo ad hoc vt dominium transferat in præiudicium veri domini, quia quod quis nō hēt,transferre non pōt, C. de dona. l.si filius valet tñ,vt vsucapiatur, ff. de dona.l.si is, qui alienā,& l.fi.& de iure patrona.c.cura pastoralis.¶Sextus,pro derelicto,qui habet locū in ea re,quæ credebatur a domino derelicta, & alius possidere incępit, q̄uis ignoret a quo sit derelicta, ff. pro derel.si id, qđ pro derelicto. ¶ Septimus pro legato, qui locum habet cum alicuius res legatur aliena bona fide.ff. ꝓ leg. l.pro legato.la 1.Et quamuis legatū adēptum sit,tñ vsucapio currit,d.l.pro legato, & l.vlt. dummodo probabilis error excuset;puta,credit testatorem fuisse sanæ mētis, cū tamen foret furiosus, vel ignorat legatū per codicillū adēptū esse.¶Octauus ꝓ dote,qui hēt locum cū res aliena pro dote bona fide datur,l. vlt. ff.pro dote.¶ Nonus pro suo,qui hēt locū cū quis possidet rem, quam credit, suam, aliquo iniusto titulo,ff.pro suo.l.1.& vlt.¶ Decimus pro iudicato,q̄ locū hēt cum res est iudicata, a qua nō est appellatum spatio decē dierū, q̄ vsucapitur,quia transit in rem iudicatam,2.q. 6.anteriorum.¶In vsucapione igitur requiritur aliquis de istis titulis, & bona fides, & ꝙ res non sit vitiosa,vt dictum est.

DE VSVRA PRIMO QVID, & vbi sit in genere.

1 *Vsura quid, & an sola spes lucri ex mutuo faciat vsurarium.*

2 *Mutuans an possit naturalē obligationem antidora,ad sibi remutuandum deducere in pactum.*

3 *Vsura an sit mutuare vt aliquid detur pauperibus.*

4 *Vsura an sit expectare munus a lingua,vel obsequio aut,consolationem amicitia,nu.5.*

6 *Vsura an sit, cum pars pecunia numeratur, & alia datur in merce aliqua.*

7 *Vsura an sit mutuare, vt eas ad meum molendinum,vel scholas.*

8 *Vsura an sit mutuare rustico,vt tuam possessionē co(lat.*

9 Vsura

9 *Vsura an si mutuare communitati ad uitandum collectas.*
10 *Vsura an sit mutuare ut fiat noua obligatio ueteris debiti.*
11 *Vsura an sit mutuare inimico, ut cesset ab actione iniuriarum uel expensis.*
12 *Vsura an sit concedere pecuniam in sacculo ad ostẽtationem.*
13 *Vsura an sit dare decem ulnas panni pro alijs decẽ in futuro dandis.*
14 *Vsura an sit tradere pecuniam pro pecunia simili, uel granum pro grano, & nu. 15.*
16 *Vsura an sit tradere frumentum tempore caristię, ut pretium soluatur in frumento tempore uilis pretij & num. 17.*
18 *Vsura an sit mutuare domino ut habeas officium.*
19 *Interesse aliquod, an liceat accipere ex mutuo.*
20 *Vsuram an cõmittat qui pecuniam acceptam sub usura dat alteri, ut restituat priori.*
21 *Vendere quando liceat carius, quam ualeant.*
22 *Vsura an sit, si ad instantiam tui cessant emere uel aliquid lucrari ut ibi pecuniam mutuo darem sub certo lucro, & num. 23.*
24 *Vsura an sit, si communitas uel officiale, accipiunt pecunias pupillorum, & dant quinque pro centum.*
25 *Vsura an sit aliquid accipere ob prolongationem termini.*
26 *Vsurarius an sit cẽsendus, qui gratia moræ aliquid accipit ultra principale & nu. 27.*
28 *Vsuras an liceat accipere ratione pœnæ apposita.*
29 *Tutor an soluat quinque pro centum, si non est negotiatus.*
30 *Vsurarium an sit statutum, quod creditor missus in possessionem lucretur fructus.*
31 *Interesse an debeat, qui pecuniam alterius debebat collocare in prædia.*
32 *Vsura an sit accipere ratione laboris in mutuando.*
33 *Vsura quibus alijs modis committatur, & nu. seq.*

VSVRA ab vsu seu actum vtendi dicta est secundum grammaticos, sicut & rasura ab actu radendi, & secundum etymologiam vocabuli dicitur quasi vsus æris, & secundum S.Th. in quoddam opusculo, si tamen est eius, primo significat rem acquisitam rei alicuius vsus, sed, ut sonat in malum importat rem acquisitam vsu rei, quæ ipso suo principali vsu distrahitur, ut pecunia, vel omnino consumitur, ut Vinum, & granum. ¶ Declarare autem quid sit usura, & dubia circa illã incidendia secundum Pet. de Anch. in quadam quæstione disputata pertinet magis ad Canonistas, & Iuristas, sed male probat S. Tho. autem in quol. & Ant. de Butr. magnus Canonista probant, quòd ad Theologos, quia est contra ius diuinum tamen opinio Petri est vera quantum ad pœnas statutas per leges humanas contra vsurarios. ¶ Igitur usura secundum mentem S. Th. 2.2.q.78.art.1. & Mal.q.3.art.2. & quol. 3. art.9. & Thomistarum, sic potest diffiniri. Vsura est lucrum accedens ex mutuo, pacto, vel intentione principali. ¶ Pro quo aduerte, ꝙ lucrum dicit omne crementum vltra mutuũ, & inter esse quod pecunia mensurari potest non autem id, quòd accipitur vt interesse.

¶ Mutuum vero non habet locum nisi in rebus, quæ suo vsu distrahuntur, vel oĩno cõsumuntur, quod intellige per se, siue sit sic, quia res aliquando habet vsum principalem, & secũdarium, sicut principalis vsus pecuniæ est distracto, secundarius vero pompa, & ostẽtatio diuitiarum, vel etiã permutatio, & econtrario principalis vsus uestis est vestitio, secũdarius autem est uenditio aut permutatio. Vnde si tradatur pecunia alicui ad usum, quo non distrahitur, puta ad ostentationem, non erit mutuata, sed locata. ¶ Intentio vero principalis est, qua quis maxime mouetur ad mutuandum, siue sine qua mutuum non fieret, sicut in mutuante partim ex beneuolentia partim ex spe lucri, principalis intentio est lucrũ si eo cessante non mutuaret, & secundaria, beneuolentia, & econtrario principalis est beneuolentia, si ea cessante non mutuaret, & lucrũ est secundaria. Principalis autem intentio lucri est, quæ facit vsuram, non secundaria, sicut & in simonia. dist. 61. quid proderit. in glos. & distin. 59. si officia. Et sic intellige, & accipe intentionem in c. 1 14 q. 3. & hoc etiam si intentio principalis deueniat post mutuum iam recta intentione factum, secundũ Arch. art. 1. q. 1. vulnerato. ¶ Ex his paucis patẽt primo omnium aliorum diffinitiones. Est. n. vsura ſm Ray. cui concordat Inn. extra eo. c. 1. lucrum est mutuo pacto debitum vel exactum vbi noĩe pacti veniret intentio principalis, i. sine qua non, quæ est pactum quodammodo implicitum. Secundum Gofr. verò est quicqd sorti accedit intẽtione præcedente uel pacto vbi noĩe sortis venit mutuũ, & ly præcedẽte, non ponit respũ mutuationis, sed accessionis, quia licet talis intentio sequatur mutuum, tñ facit vsuram. ¶ Patet secundo tota materia vsurarum viris doctis, quia vbicunque concurrunt ista tria, mutuum, lucrum principaliter intẽtum, & pactum, est vsura formalis, vbi vero cessat pactum, sed sunt duo prima, scilicet mutuũ, & lucrũ, ex ipso mutuo principaliter intentum, est vsura mentalis, vbi autẽ non, est

mu-

mutuum expressum vel tacitum, nullo modo est vsura. Similiter vbi deficit intentio lucri & pactum simul. sed si deficit intentio, & adsit pactum non est vsura mentalis, siue quo ad Deum, sed formalis, siue quo ad iudiciũ ecclesiæ. Si uero conuerso desit pactum, & non intentio non est formalis, sed mentalis propter rudes tamen quæritur de multis.

1 PRIMO † ergo quæritur, vtrum sola spes lucri ex mutuo faciat vsurarium? Et dico, quod sic eo.tit.c.1.& c.cõsuluit, & c.si fęneraueris. 14.q.3. sed spes est duplex. Nam quædam est secundaria, i. qua mutuans sperat quidẽ lucrũ sed tñ etiam si illud nõ speraret, nihilominus mutuaret ex debito cõsciẽtiæ, vel charitatis vel amicitiæ, & huiusmodi, & hæc nõ facit vsurarium, secundum doct. cõiter in c. consuluit. eo.tit. vt dicit Io.And. in regula peccatum lib.6.& tenuit Rich. in 4.d. 15. Inn. Bern. Ala. Gof. Hol Pan. & multi alii in d.c.consuluit. ar. etiam c.quid proderit. dist.61. & in c. in singulis dist.86.& c.si officia. dist. 59.1.q.2. quã pio. quia cum quis mutat, scire potest debitorem sibi obligari ad antidora naturaliter de testa. cum in officis.l.sed & si lege, §.cõsuluit, ff. de pet.hær. nec hoc casu tenetur quis restituere quod gratis accipit a debitore, secundum cõmuniter doct. in d.c.consuluit. Quędam vero spes lucri est principalis, i. qua mutuãs sperat lucrum, & si non speraret non mutuaret, & hæc facit vsuram, eo.tit.c.1.& c.consuluit, & in hoc concordat Ioan.And.Arch. & communiter doct. siue antecedat mutui dationem, siue comitetur, siue sequatur, ut cũ quis a principio mutuauit gratis, sed postea intẽtionem mutuauit, ut dictũ est supra, & quicquid post hanc accipitur ultra sortem, vsura est etiam si gratis accipitur, 14.quæstio.3. c. 1.2.& 3. Et intellige gratis, id est, sine exactione, secundum Rayn. non autem gratis, id est, libera voluntate concedentis secundum aliquos, de quo uide Vsura.6.§.3.& 4. vbi agitur de restitutione vsuræ mentalis.

2 SECVNDO † quæritur, utrum mutuans possit naturalem obligationem, quia, debitor, tenetur ei ad antidora, puta ad remutuandum deducere in ciuilem, i. pactum? Et dicit gl. in c. si fęneraueris, 14.q.3. ꝙ non. Et est ratio secũdum Arch. ibi. quia antidorum est. debitũ simplex intellige ex quo non poterat compelli, sed cum deducitur in pactum, nascitur obligatio ciuilis, ideoque exigitur aliquid plus, ꝙ posset æstimari pecunia. & idem Pan. de mẽte Doct. in c.consuluit. eo.ti. Vnde concludit illa glo. ꝙ mutuans pacisci nõ potest de remutuãdo si eguerit, & idem S.Tho. & Veru. & gl. in Sum. & Host. vt refert Sum. Pis. & Sum.Cõfe & Sup. & Sum.Ros. Sum. aũt Ang. limitat, tenens non esse vsuram me tibi mutuare hoc pacto, ꝙ remutues mihi, si indiguero, & tunc commode potueris, sed solum si fiat pactum simpliciter de remutuando allegans Host. in Sum. quia, inquit, hoc non est exigere plus, ꝙ̃ requirat natura contractus. Sed hoc ex dictis patet falsum: quia exigitur obligatio ciuilis ad mutuandum, quæ secundum S.Th. pecunia mensuratur, & mutuo repugnat. pro quo nihil exigendum est, vel expectandum pecunia mensurabile, vide etiam § 4.

3 TERTIO † quæritur, quid si quis mutuet cũ spe, vel pacto ꝙ aliquid detur nõ sibi, sed alteri, puta pauperibus, vel patri meo indigẽti. Et dico ꝙ vsura est, & illicitum, quia sicut non licet mihi ex ui mutui transferrre dominium alienæ rei in me, ita nec in alium, ẽt pro redimẽda vita captiui, extra, de usu. c. sup eo.

4 QVARTO † quæritur, vtrũ liceat expectare ex mutuo munus a lingua, vel obsequio. Et dicit S.Th. ꝙ non quasi per obligationem pacti taciti vel expressi, sicut nec munus a manu, i. pecuniam, quia vtrunq; pecunia æstimari põt vt patet in his, qui locant ad hoc operas suas. Si vero munus a lingua vel ab obsequio non quasi ex obligatione rei exhibeatur, sed ex beneuolentia, quæ sub obligatione pecuniæ nõ cadit, tunc licet hoc accipere, exigere & expectare In quibus verbis duplex capitur sensus. Vnus, ꝙ licitum sit in mutuo sperare hæc munera principaliter, non rõne mutui, sed rõne amoris cõcepti. Et ita sensit Sum.Ang. volẽs, ꝙ licitũ sit mutuare hac spe, ꝙ remutuetur ẽm Rich. Licet careat, inq̃t merito, ẽm Rod. si principaliter ꝑꝑ hoc fiat, nõ tñ si deducat̃ in pactu, est vsura. Sed contra, q̃a sicut pactũ, ita & principalis intentio sine pacto vsuram facit, ẽm Doct. Vnde dicit S.Tho. ꝙ non licet expetere munus huiusmodi, etiam ex pacto tacito, idest intentione principali. Alius est sẽsus, ꝙ licet ista intẽdere secũdario, & si offerãtur ex beneuolẽtia, acceptare, imo exigere ñ pacto expresso vel tacito quia hoc S. Th. negat, sed rogando. Vnde dico, ꝙ mutuũ ad lucrum per beneuolentiam est vsura ex diffinitione, & ita tenet Laur. in tract. de vsur. q.32. & Ana. cap. fi. & Sum.Ros. Vsura, 1. §. 5. Et ita sensit etiam Gofr. & Host. qui volunt, quod mutuare hac intẽtione vt remutuetur, est vsura, & similiter Ioan. Cald. vt §. seq. patet.

QVIN-

5 Qvinto † quæritur, vtrum poſſit quis ex
mutuo aliquam commoditatem vel conſola-
tionem amicitiæ recipere; intellige ex inten-
tione, vel pacto? Et dicit S. Th. quòd non com
moditatẽ, vel quodcunque aliud pecunia mẽ
ſurabile ex pacto tacito, vel expreſſo, quia ſi-
mile peccatum eſt, ſicut ſi accipiat pecuniã. Si
tamen quid aliquis accipit non exigẽdo, nec
quaſi ex aliqua obligatione tacita, vel expſſa,
ſed ſicut gratuitum donum, non peccat, quia
antequam pecuniã mutuaſſet, licite poterat
aliquod donum gratis accipere: nec peioris
conditionis efficitur per hoc, quod mutua-
uit. Licitum eſt autem pro mutuo exigere, ſeu
recipere recompenſationem eorũ, quæ pecu
nia non menſurantur; puta, beneuolentiã, &
amorem eius, cui mutuauit, vel aliud huiſmo
di. Quod quidem Io. Cal. limitat verum in c.
fi. de vſur. niſi ſpes vlterius procedat, qa ſi qs
mutuaret papæ, vel imperatori ad captandã
bñuolẽtiã, vt poſt aſſequeretur beneficium,
vel caſtrum, eſſet vſura, quæ limitatio eſt limi
tãda, ut ſit vera de ſpe principali, q̃ beneuolẽ
tia ordinata ad lucrũ, magis de eo, q̃ de bene-
uolẽtia curãs, non de ſecũdaria, quia illa hẽt
implicitum pactũ, & obligationem non iſta.

6 Sexto † quæritur, vtrum cõmittat vſurã
qui mutuant cẽtũ, ſ. 50 in numeratis, & 50. in
debitoribus malè exigibilibus, vel in rebus
male diſtrahibilibus; puta, panno, & huiuſmo
di, recepturus tamen centum in numeratis, ꝙ
debitor non feciſſet, niſi propter mutuum 50.
numeratorum? Et dicit Lauren. de Ridol. in
ſuis cõtractibus hoc fieri in fraudem, ideoq.
cum grauetur debitor nõie mutui, erit vſura,
& concor. Bald. & Barto. in l. cum allegas, C.
de vſu. & idem dic, ſi ratione mutui aliquid
vendit debitori plus iuſto pretio. 14. quæſtio.
3. ſi fœnerau eris, & idem ſi emit minus iuſto
pretio pp anticipationem ſolutionis, ſecun-
dum S. Tho. quia ibi eſt implicitum mutuum.

7 Septimo † quæritur, vtrũ cõmittat vſurã
mutuans alicui, vt uadat ſuum molendinum,
vel furnũ, uel apothecam ad emendũ, vel in-
tret ſcholas ſub eo, & huiuſmodi? Et dico in
hoc eſſe opiniones diuerſas quantum ad pec-
catum, & quantũ ad obligationem reſtitutio
nis. ¶ Quantũ ad primũ, enim eſt vna opinio,
cuius authorẽ non inuenio antiquiorẽ fratre
Nicolao de Auſmo. authore Supplemẽti, quẽ
ſequuta eſt, deinde Sum. Ange. & tandẽ Roſ.
ꝙ ſi mutuum accipiens non damnificatur, nõ
eſt vſura: tum quia hoc caſu nihil vltra acci-
pitur menſurabile pecunia, nec ex parte acci
pientis mutuum, cum in nullo damnificetur
nec ex parte mutuantis, cum nihil vltra acci-
piat, quam quod ex locatione rei, operarum,
ſuarum mereatur: tum etiam quia cũ nõ poſ-
ſint hodie fundi ſine mutuo locari colonus,
omnis multitudo eſſet vſuraria. Sed cõtra qa
mutuans recipit vltra mutuum cõmoditatẽ,
ſiue vtilitatem concurſus, & obligationẽ acci
pientis mutuum adeundi apothecam mutuan
tis, q̃ eſt poſſibiliter cã cõcurſus, quæ pecunia
mẽſurari poſſunt arg. d. c. ſi fęnerau eris, & d.
c. ſuper eo. Vnde patet, ꝙ prima rõ huius opi
nionis aſſumit duo falſa. Secunda etiã non co
git, quia non eſt ſimile de colono & iſtis, vt §.
ſeq. Nec valet limitatio Sum. Ang. dicẽtis hãc
nõ eſſe veram, quãdo grauatur accipiens mu-
tuum, aut quãdo hoc deducitur in pactũ ſim
pliciter, ſed quando mutuãs mutuat vſq; quo
vadat ad ſcholas ſuas: quia vſuram facit, pactũ
ẽt tacitum ſeu intentio principalis, ſecundum
oẽs, ẽt ſm iſtum. Et iõ eſt alia cõis opinio Io.
And. in merc. Ioã. de Lig. Io. Cal. in c. fi. eo. tit.
Verue. Lau. de Rid. Roden. Pa. in d. c. fin. quam
ſequit Sum. Piſ. & Archi. quòd eſt vſura rõne
iam dicta: & eſt mens S. Th. Eſt autem idem d̃
eo, qui uẽdit ad terminũ, vt emptores trahat
ad ſe eum in tali emptione ſit mutuum, vt pa-
tebit, inf. vſura. 2. §. 1. ¶ Quantum etiam ad re
ſtitutionem ſunt opiniones. Nã qui dicũt ibi
non eſſe vſurã, dicunt nihil eſſe obnoxiũ reſti
tutioni niſi grauetur mutuum accipiẽs ratio-
ne mutui. Alij verò dicunt, ꝙ ſi talis in aliquo
grauauit mutuatariũ ratione mutui, puta ca-
rius vendẽdo rem, aut locando operas ſuas te
netur ei: ſi vero non grauauit, non tenetur ei,
niſi, quantum eſtimatur libertas molendi vbi
valebat, penſatis circũſtantijs laborum & ex-
penſarum, ſed tenetur pauperibus reſtituere
non quidem mercedem, ſeu pretium, quia ẽt
alteri ille dediſſet: ſed quãtũ æſtimat vtilitatẽ,
quã hẽt: alter puta, quia ex hoc ſua apotheca
maiorem concurſum habuit talium pſonarũ:
quam quidem quantitatem non tenetur reſti
tuere ei, cui mutuauit, quia illi non deperijt,
nec ille aliquid dedit mutuãti de ſuo, quod al
teri pro mercede non dediſſet, ſed pauperib.
quod intellige de conſilio: quia hoc, quod ex
hoc percipit, nũquam fuit certæ perſonæ: de
quo vide ſupra Reſtitutio. 4. §. 2. Si autem mo
lendinarius non mutuaret, ſed daret pecuniã
alicui, vt adiret ſummolendinum, ſecundũ Io.
And. in mercu. non eſſet vſura, quia vſura ma
terialiter generatur de mutuo. Et idem intelli
ge de alijs prædictis.

Octa-

8 Octvvo, † quid si dominus mutuauit rustico, vt eius possessionem colat? Et respondet Arch. post Lau. & Greg. de Are. quòd est vsura, si rõne mutui vult sibi aliq̃d plus rñdere de fructib. vel de operibus, q̃ faceret, si nõ mutuaret, 14. q. 3. putât, & illud pl⁹ ei restitue re tenet. Sed si nihil plus recipit rõne mutui, non est vsura, non obstante, quòd dñs intendat colonos p̃stare operas, alias nõ p̃stitur os: quia operæ non accrescunt dño, cum eas iusto pretio soluat. Sed isti loquuntur, vt vr̃ in rustico iam conducto, cui mutuat dominus ad redimẽdam vexationẽ suam, idest vt faciat rusticus, quod facere debet: quod patet per exẽpla, quæ subdunt sicut exemplum dat Grego. dñs colono conducto ad tp̃s soluit ante operas: & deinde eo nolente exhibere operas mutuat ei, vt exhibeat eas: quia, inquit, non est vsura cum nihil dominus lucret, sed recipiat debitum, quod patet per casum cap. 1. eod. ti. & Lau. dat exẽplũ, vt si tu occupanti res tuas aut uim inferenti rebus, aut nolẽti restituere rem locatam, aut mutuatam, & nolẽti desistere, mutues mille, ut desistat, non es vsurarius, quia non lucraris. Si ãt colonus sit conducendus de nouo, ita quòd iã nõ hẽat locũ mutuatio ad redimendam vexationem, siue rusticus velit colere, & nõ possit sine mutuo, puto q̃a indiget pecunia ad emẽdum currum, vel boues, siue possit, & non velit, non est vsura ei mutuare vt colat, quia nõ mutuatur ad lucrũ captãdũ, sed ad vitandũ damnũ emergẽs sine culpa mutuãtis ex defectu culturæ, arg. dicẽdorũ inf. §. seq. & §. 10. & 11. & 15. & 17. iòq; nõ est simile in hoc casu, & priore, § prioris.

9 Nono † quæritur, vtrum sit vsura mutuare cõitati ad euitãdũ collectas? Et dicit Spec. eo. ti. de vsur. quòd non q̃a aliud est de suo non tribuere, & aliud non capere. l. Proculus, ff. de dam. infec. & aliud non acquirere, aliud non amittere, l. 1. §. fi. is qui bona, ff. de coll. bo. & aliud lucrum, aliud sumptus quos erat facturus, l. cum filius. ff. de legib. aliud pęnam euadere, aliud aliquid lucratiuè percipere, C. de vsur. l. cum allegas, quod dictum Io. Andr. & doct. in c. consuluit, eo. ti. limitât quando collecta esset incerta, & sic onus extraordinariũ: sed si esset certa, & ordinaria, esset vsura: quia idem ẽ remittere quod dare, c. veniẽs, el 1. de tes. 8. q. 3. talia, ff. de calum. l. quin etiam, & ita tenet Sum. Ang. Sed ego dico, quòd semper ẽ vsura, q̃n collecta est iusta, siue esset imposita siue imponenda, quia ibi est lucrũ, i. aliud, q̃d iustè erat mutuans exbursaturus. Si verò sit iniusta secus: quia est vitiatio damni iusti.

10 Decimo † quæritur, vtrum mutuans decẽ ei, qui debebat alia decem, sed negabat, eo pacto, quod satisdet opportunè de 20. sit vsurarius? Et dicit Host. in Sum. quod non, quia nihil accrescit.

11 Vndecimo † quęritur, quod si quis mutuat inimico, cui iniurias intulit, vt parcat, & cessent expensę? Et dicit Archid. post Lau. de Ridol quòd non est vsura, siue fiat ex pacto, siue hac intentione principaliter, quia licet cuilibet redimere suam vexationem, de simo. dilectus: & ita facit iste. Non obstat, quòd dedit causam delicto: quia etiam ille vendicando se peccati: iste etiam nõ lucratur, sed sine dãno alicuius euitat damnum, quod subire oportebat, 14. q. 4. quoniam multi. Et hoc intelligo etiam si damnum non esset iniustum modo non sit iustum, sed non iustum, vt sup. §. 8.

12 Dvodecimo † quæritur, quid si quis cum pacto, vel spe lucri concedat alicui rem mutuabilem non per modum mutui, vt pecuniam signatam ad ostentationem, vel ad pignorandum, restituendam tamen eandem numero? Et dicit San. Thom. non esse vsurã neque illicitum vendere talẽ vsum pecuniæ, sicut homo licite vendit vsum vasorum argenteorum, quia retinet sibi dñium: & intendit, quòd tunc propriè ibi non est mutuum, sed locatio, vt no. glo. in capi. si fœneraueris, 14. q. 3. & in cap. conquestus, eod. ti. & ff. commo. l. 3. & concordat Host. & Scotus.

13 Decimotertio † quæritur, vtrum sit vsura dare decem vlnas Panni pro alijs decem in futuro dandis, cum talia videãtur cõsistere in mensura? Et dicit Mo. Veru. & Rod. quod non, quia ibi est permutatio, & nõ mutuũ q̃a s̃m eundẽ Veru. & alios, cũ dr̃ mutuum esse ĩ his, q̃ consistunt in numero, põdere, & mensura restringitur mensura ad vasa, quibus mensurari solent, liquida & grana, puta, modiũ, & lagena, sed intellige, quòd ibi fit p̃mutatio, q̃n vlnæ dandæ in futurũ iam sunt in esse. Posset tamen iste contractus fieri in fraudem vsurarum: de quo inf. §. seq 17. diffusè.

14 Decimoqvarto † quæritur, vtrum sit vsura absolutè tradere pecuniam pro simili pecunia, vel rem pro re, puta, granum pro grano in simili pondere, numero, vel mẽsura restituẽda? Et dico scd̃m Pe. de Anc. in c. vsurarũ eod. tit. lib. 6. & Io. Cal. in c fi. eo. ti. & Rod. q̃d si verisimiliter dubitatur, q̃ t p̃e solutionis valere põt ita minus sicut plus, aut q̃ non plus valebit, nõ est vsura, nec peccatum, vt ĩ d. c. fi. quia

quia ſic creditor tenet eam recipere vilioris æſtimationis effectum, vt patet in l.vinum,ff. ſi cer.pe.& 1.o.gloſ.in c.ſi quis clericus, 14. q. 5.quia non eſt neceſſe, ꝙ ſit eiuſdem æſtimationis:licet debeat eſſe eiuſdem bonitatis,qualitate intrinſeca,ideo; non peccabit recipiendo pretioſiorem quo ad æſtimationem. Si autem eſt veriſimile, quod tempore ſolutionis erit pretioſior, tunc ſi creditor erat ſeruaturus, & non aufert debitori facultatem liberã di ſe quando velit intra terminum,eſt licitum ſi tamen faceret in fraudem,vt periculum rei transferret in debitorem,peccaret,ſecundum Rod.licet,vt dicit,non obligaretur reſtituere lucrum,niſi de conſilio.Eſt verò vſura,ſi non erat ſeruaturus,ſed interim conſumpturus,& ſimiliter ſi aufert dictam libertatẽ, quamuis eſſet ſeruaturus.Et concor. Veru. & Archi.in c.ſi quis clericus,quod intellige, ſ.tũc eſſe vſuram præſumptiuè, quia præſumitur hoc feciſſe,vt rei periculum ex ſe transferet in debitorem.Lau.autem de Rido.tenet in diſtinctè,qđ mutuans ducatum valentẽ libras quatuor,!ſi tpe reſtitutionis valet quinque: licite recipit quinque,ſiue erat ſeruaturus,ſiue non,ſed primum eſt verius,& æquius. Si autem muatur pecunia,vt in termino recipiatur alia gñis alterius,ſm Hoſt.& Gof. ſi quis hoc facit, vt in æſtimatione lucretur, eſt vſura, ſi vero facit ad obſequium amici, licitè percipiet rem ſm æſtimationem tẽporis, & loci, quando & vbi fiet ſolutio,ff.ſi cer.pe.l.vinum, ſic tamen, ꝙ in eius intentione fuerit recipere talem pecuniam,aut aliam rem viliorem effectam.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, vtrum habens pecuniam, quam timet in futuro minorari iuxta ordinationes dominorum,vel ciuitatum poſſit ſine vſura eã mutuare alicui hoc pacto,ut reddatur ſibi ĩ æquali pretio, in quo eſt quando ei datur? Et dicit Alexander Lon. in quolibet qđ ſic ſi recipiẽs mox vult eam expendere tempore quo tantum valet, quia nihil vltra ſortem recipit. Et placet mihi,licet aliqui dicant eſſe vſuram, quia etſi in mutuo non liceat ſperare lucrum, licet tamẽ ſperare euitationem damni ſine alterius damno,ſicut licet mihi mutuare decẽ aureos, quos video apud me perituros,& vendere rem,quam video breui tempore corrumpendam.

16 DECIMOSEXTO † quæritur, vtrum ſit licitum quando frumentum eſt cariſſimum, tradere illud, pauperi appretiatum cum pacto, quod dictum pretium ſoluatur in tanto frumento? Et dicit Arch.poſt Hug.quòd ſic. Et Summa Sylueſt. ratio eſt,quia talis intelligitur vendere frumtum nunc,& mutuare pecuniam gratis,quam ex pacto ſibi vult reddi in frumento tempore ſolutionis.Et hoc nota, quia practicatur.

17 DECIMOSEPTIMO † quæritur, quid ſi detur granum vetus ad renouandum,ſeu vt nouum recipiatur? Et dico ſcđm Rayn. Gof. & Hoſt.quod non eſt vſura, ſi hoc quis faciat ne ſuum pereat,& recipienti gratiam faciat, qđ eſt dictum, ꝙ ſi euitat ſuũ damnum ſine dãno alterius, licèt, vt ſi quis velit in fortalitio sẽp hr̃e munitionem,& conſequenter ſi non mutuaret blada,corrumperent, imò eſſet licitũ plus experere de nouo ſi vetus melius exiſtimaret valere quam nouum tpe redditionis. Si verò facit principaliter,vt melius, ſeu p̃ualens recipiat,licet Io. de Lig.dicat nõ eſſe vſuram,niſi adſint circunſtantiæ mentalis vſuræ; puta,ſi credit nouum plus valiturum,aut vetus iam putrefactum parum valet, tñ prædicti,& cõiter Doc.verius dicũt, quod vſura eſt quia intendit vtilitas ex mutuo, ext.eo. conſuluit.Clauis autem in hoc caſu eſt,quia eſt vſura,ſi intenditur lucrum, non autem ſi ſalua æqualitate iuſtitiæ intenditur euitatio dãni.

18 DECIMOOCTAVO† quæritur, vtrum licitũ ſit mutuare communi,vel dño pro habendo officio,ex quo ſperatur honor,& lucrum? Et dicit Sum.Ange in verbo, officium, ꝙ non, ſi officium ſit ſeculare, ꝙ venditur. Hic autem indiſtinctè concedit,qđ ſic,in verbo.Vſura 1. §.80.cum ex officio non conſequitur quis lucrum,niſi debitum tali exercitio,nec eſt vſura,quia lucrum non reſpicit principaliter mutuum,ſed exercitiuum,& ſecundario mutuũ, quod vſuram non inducit.Sed fallitur,non diſtinguens inter principaliter,& ſecũdario,& immediate, vel mediate, quia quoties mutuũ ordinatur ad lucrum ad finem principalem, licèt mediante aliquo,lucrum reſpicit mutuũ principaliter,ſicut dictũ eſt de eo,qui mutuat nauiganti,vt lucret̃ mediãte exercitio aſſecurationis. Vnde dicendum eſt ſm S.Tho.ad Duciſſam Brabã.& ſcđm Io.de Saxo.ꝙ eſt vſura. Quod limita, ſi intentio ſit ad lucrum principaliter,imò,ſi tunc officiũ eſſet ſpirituale,poſſet induci ſimonia,ſecus ſi intẽtio ſit principaliter ad honorẽ aut ſi ſit principaliter ad confrequendam amicitiã.& conſequẽter ad officiũ,& lucrũ,iuxta victa ſup.Vſura x. §.4.& 5. Opinionẽ aũt S.Th.& Io.de Saxo.refert,& ſequit̃ Aſten.& Sum.Roſ. inf. Reſtitutio 4. §. 6.

19 DECIMONONO † quæritur, vtrum ex mutuo licitnm ſit aliquid acquirere ratione in-

tereſſe?Et dico,quod ſi loquamur de intereſſe
damni emergentis,non eſt dubium,quod ſic,
ſi intereſſe applicatur tertio,vt q̃a debitor nõ
ſoluit tibi,oportet te vſuras ſolueri alteri. Et
in hoc concor.omnes in c.1.eo.tit.& ſimiliter
ſi applicatur tibi , vt quia oportet te vendere
rem pretio viliori,ſecundum gl.in c.conque-
ſtus,& no.Inn.in ca.nauiganti,eo.ti.& in hoc
etiam omnes conueniunt. Si vero loquamur
de intereſſe lucri ceſſantis,Pet.de Anc. & do.
Ant.in c.ſalubriter,eo.ti.& Pan.in c.conque-
ſtus,eo.ti.idem tenent. modo lucrum ceſſans
eſſet in actu,vel quaſi in actu,hoc eſt,q̃ ꝓba-
biliter fuiſſet,quia ſic dicitur peti id,quod ali
quo modo eſt, ſecus ſi eſſet ſolum in poſſibili
tate,quia ſic dicitur potius non eſſe.Quod pa
tet per l.ſi iactum retis,ff.de act.emp.& vend.
vbi licita eſt emptio facta de ſola ſpe ꝓbabi-
li,quaſi in actu,& idem de partu futuro,l.nec
emptio.ff.de contrah.emp.Et hæc eſt commu
nis opi. quam ſequuntur omnes Summiſtæ, &
eſt vera,vt etiam patebit ex ſequentib.q̃õnib.
quando,quis mutuat gratia alterius in caſu in
quo tenetur,quia nullus tenetur plus procura
re,vel diligere diuitias proximi,quã ſuas, fal-
ſa vero vbi quis mutuat gratia ſui,quaſi inten
dens per mutuum potius,quam alio modo lu
crari,quia eſt vſura formaliter.Nec obſ.quod
dicit S.Tho.2.2.q 78.ar.2.ad primum,in fi.vbi
dicit,quod mutuans recompenſationem dãni
conſiderati in hoc,quod de pecunia nõ lucra
tur non poteſt in pactum deducere, quia non
debet vendere id, quod nondum habet, & p̃t
impediri multipliciter in habendo. Hæc ille.
Non ob.iniquam quia,vt bene dicit Nicol.de
Auſmo.loquitur de lucro incerto,non autem
de probabili,vt ſup.Reſtitutio 2.§.9.in fin.q̃d
patet ex ſua ratione,quia loquit̃ de lucro non
vendibili,cuiuſmodi eſt,quod eſt poſſibile tã-
tum , non autem de probabili , quod ſm̃ iura
vendi põt,vt probatum eſt.¶Et ideo cõclude,
quod vera eſt iſta opinio concurrẽtibus iſtis.
Primo , quod mutuans malit lucrari alia via,
ſed ad hoc moueatur gratia amici,vt dictum
eſt.Secundo,quod computum habeat de peri
culis,laboribus,& expenſis,quia lucrũ intelli
gitur deductis expẽſis,laboribus,& periculis,
l.1.C.de fruc.& li.exp.& l.fructus,ff.ſol.mat.
Tertio,quod pactum non contrahatur ad ſẽ-
per,ſe ad tempus , quantum ad præſumptio-
nem humanam,quia aliter videretur malè lu
crari per iſtam viam,quam per aliam. Quar-
to,quod non ſit obligatus mutuare,de quo ſu.
Eleemoſyna,1.§ 5.Quinto,quod id,quod ac-
cipit,ſit intereſſe lucri veri,& probabilis.

20 Vigesimo,†poſito, quod is,qui mutuum
accepit ab vſurario mutuet, & ipſe ſocio ſuo
idem mutuum cum pacto,quod reſtituat vſu-
rario ſortem,& vſuram,quæritur, vtrũ ſit vſu
rarius?Et dicit Mo.quod ſic.Arch.vero in c.de
vſura.14.q.3 tenet ſimpliciter,quod nõ,quia
non fit ſtipulatio, vt vſurarum,ſed vt damnũ
euitetur,quod videtur licere,ar.ca.conſtitu-
tus,de fid.inſtr.ſed Io.Cal.in ca.nauiganti,eo.
tit.diſtinguit,quia aut facit, vt ſatisfaciat vſu-
rario,& ſe indemnem conſeruet,& licet, per
rationem Arch.nec tenetur ſuo damno alteri
ſubuenire,ff.de præſcr.ver.l.qui ſeruãdarum,
23.q.5.ſi non licet, aut facit alio reſpectu, &
ſic verum dicit Mona. vt quia licet non mu-
tuaſſet amico, tamen non propterea volebat
ſoluere vſurario,& concor.Pet.de Anch.poſt
Io.And in c.1.eod.tit.lib.6.

21 Vigesimoprimo†quæritur,de eo,qui vo
lebat merces deferre ad alium locũ vbi plus
valebant,vtrum hic ad inſtãtiam alicuius poſ
ſit eas plus vendere,quam hic valeant? Et te-
nẽt Inn.& Ray.quod ſic,ſcd̃m lucrum,q̃d ve-
riſimiliter erat facturus computato labore,
& periculis,q̃a ſicut ratione temporis excuſa
tur vendens rem plus q̃ valet,extra eod.c.fin.
ita ratione loci.Hoſt.vero dicit,quod hæc opi
nio Inn.& Rayn. multos deduxit ad infernũ.
Et mouetur, quia non ſine magna neceſſitate
ille mouetur ad emendum.Sed Io.And.diſtin
guendo concordat,quia verum dicit Innoc.ſi
pretium ſtatim ſoluitur,& ceſſat ratio.Ho.Si
vero non ſtatim ſoluitur,vt verum dicit Hoſt.
quam diſtinctionem ſequitur Io.Cald.Pet.de
Anch.& Henr.Boich ſuper c.in ciuitate,eo.ti.
& Laur.de Ridol.in ſuis contractibus. Sed do.
Ant.in d.c.in ciuitate,dicit eſſe licitum,etiam
ſi pretium non ſtatim ſoluatur,quãdo proba-
biliter eſt certus de lucro.& Hoſt. ac Io.And.
loqui præſumptiuè,ſed præſumptio,inq̃t,ce-
dit veritati,q̃n certum eſt nullam interuenire
fraudem,& idẽ Pan.ibi,& ita tene in conſcien
tia rõne intereſſe,& quia licet vẽdere rẽ,quã
tum valet venditor: limitando tamen vt con-
currant illa quinque,de quibus ſupra,§.19.

22 Vigesimosecundo†quæritur,quid cum
vellem emere poſſeſſionem reddentem quo-
tannis libras decem,& ad inſtantiam tuam ceſ
ſaui mutuaturus,tibi hoc pacto,vt ſingulis an
nis reddas mihi vltra ſortem decem libras?
Et dicit Mona. quod non eſt vſura, ſi em-
ptio fuiſſet licita, alias ſecus deductis tamen
ſumptibus, & labore, & periculo, ſi quod eſ-

fet, ficut licet ratione intereſſe.

23 VIGESIMOTERTIO † quæritur, quid cum habens pecuniam vellem adire nundinas merces empturus, & ad inſtantiam tuam mutuaui tibi cum pacto, quod vltra ſortem reſtituas etiam lucrum quod eram veriſimiliter facturus? Et dicit Inn. in c. fi. hic eſſe vſuram, nec ſcire ſe hoc excuſare, ſequitur Io. And. & Ioann. Cald. moti, quia paratur via ad fœnora. & qđ aliqui dicunt hoc licere ratione intereſſe, dicunt eſſe verũ poſt morã debitoris, & non a principio contractus. Sed Hoſt. in cap. ſalubriter, eo. tit. tenet oppoſitum, & idem Ioann. de Lig. & do. Ant. & ratio iſtorum eſt, quia ceſſante omni fraude, videtur ille mihi obligari ad lucrũ, quod eram veriſimiliter facturos. Lau. autem de Ridol. diſtinguit ante factũ & poſt. Ego autem dico, quod hoc eſt licitũ, vt patet ex dictis ſupra §. 19. ſemper tamen limitando ſup. §. 21. præcipuè, quod hoc fiat ad ſeruiendum amico. Nec paratur via ad fœnora, niſi volentibus fœnerari, quibus etiam non paratur via, ſed pallium ad cooperienda fœnora, ſed propter hoc non eſt veritas reticenda. Et hanc viam ſequitur Ray. Verue. Piſ. & omnes Summiſtæ, & Arch. qui licet in 2. par. ti. 1. ca. 1. §. 16. dicat hoc fieri non debere, tamen tenet hoc licitum vt patet ibidem §. 27. Quod etiã dicit idem eſſe vſuram, ſi hoc fiat precib. amici extra caſum neceſſitatis, verum eſt præſumptiuè, non autem vere, modo fiat ad ſeruiẽdũ amico principaliter, vt quia ſorte in duplo plus lucrabitur, quam ego lucraturus eram.

24 VIGESIMOQVARTO † quæritur, quid ſi cõmunitas vel officiales pro communitate accipiant pecunias pupillorum, reddẽtes eis quinque pro centum? Et dicit Archid. quod licitè percipiũt illa quinque ſi fiat inuitis eis, vel his ad quos pertinet, quia per hoc prouidetur indemnitati eorum, ex quo potuerunt, & debuerunt per tutorem ex pecunia emere prædia, vel eam tradere iuſtæ negotiationi, & non fecerunt, vt procurarent bonum communitatis, ſup. Tutela.

25 VIGESIMOQVINTO † quæritur, vtrum ſit vſura ſi creditor adueniente termino ſolutionis nolit eum prolongare niſi accepta pecunia, vel alio æquiualente? Et dico, quod talis eſt vſurarius, etiam ſi expreſſe non exigat. extra eodem conſuluit. ſi licet ſi hoc agit, ſolum ratione termini prolongati, & non ad euitandum aliquando ſuum damnum, ſed ſi hoc agit ad ſui indemnitatem, puta quia oportet eum accipere ad vſuram. aut rem propriam vilius iuſto diſtrahere, non eſt vſura illud damnum a debitore exigere, quia ſecũdum Ray. ex ſeruitio impenſo grauare non debet. Et idem ſecundum Pet. de Anch. ſuper clemen. ex graui de vſu. ſi hoc fecit ratione lucri ceſſantis, ſi erat mercator qui cum pecunijs conſueuit negotiari, & idem ſi nõ erat mercator, ſed tamẽ intendebat illam pecuniam exponere negotiationi adde vel alteri exercitio lucratiuo. Secus ſi erat talis, qui pecuniam retinuiſſet in arca. Et remittit ad no. 12. q. 2. ſi qs de clericis. & in c. conqueſtus. eod. ti. Et idem videtur ſentire S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 4 in corpore, cum hac tamen moderatione, quia exigere non poteſt totum lucrum quod ſeparabatur, quia poterat impediri, ſed tantum quantum illud lucrũ valebat in illo dubio.

26 VIGESIMOSEXTO † quæritur, vtrum licitum ſit ex mutuo aliquid accipere ratione moræ? Et dicit Rayn. quod ſic, puta debuiſti mihi centum & quia in termino non ſoluiſti, oportuit me pecuniam accipere ſub vſuris, tu mihi de illis vſuris teneris, aut me ab illa obligatione liberare, de fideiu. peruenit. c. conſtitutus quia hoc non exigitur vt vſura ſed vt intereſſe, nec cauſa lucri, ſed cauſa damni euitandi. Et idẽ Hoſt. & concor. Goffred. Et hoc etiã quantum ad lucrum ceſſans, ſecundum Pano. in d. cap. conqueſtus. & mens S. Tho. 2. 2. quæſtione 62. ar. 4. cum limitatione, de qua §. priore. & hoc non ſolum in contractu emptionis, aut venditionis, ſed etiam mutui, ſi creditor veriſimiliter erat lucraturus, ſecundum Pano. ibi. de quo dic eſſe tex. quaſi expreſſum in l. 2. in fin. ff. de eo quod cer. lo. & idem ſentit Innoc. in c. ſacro. de ſent. excomm. & glo. in l. curabit. C. de act. emp. Quod tamen ſemper intellige de lucro probabili, quando aliquo modo eſt, vt ſup. §. 19. Quidam tamen limitãt prædicta quantum ad intereſſe damni, vt liceat concurrentibus duobus. Primo, quod monuerit debitorem, quod oportebat eum accipere ſub vſuris, ſecundo aliter mutuum inuenire non potuerit, ſibi ſub vſuris, ſecundum Alex. de Ales. & facit c. quoniam, 14. q. 4. & c. ſi quis. de clericis, 12. q. 2. quod videtur æquum, licet dici poſſit, quod ad ſecundum non tenetur, quia non tenetur ſe obligare alteri gratis mutuum petendo.

27 VIGESIMOSEPTIMO † quæritur, vtrum is, a quo emi lapides, ligna, & huiuſmodi, ex quibus fructus non percipitur, teneatur mihi ſoluere vſuras, quas ſolui vt ſibi, ſatisfacerent, ſi ipſe non tradidit mihi prædicta in termino,

ſed fuit in mora.Et dicit Bar.in l.vſuras. C.de
vſur.quod ſic,tanquam intereſſe,& facit tex.
in l.Lucius Titius,ſecundum vnam lect. ff. de
act.emp.& vend.& idem dicit Inn. tenendum
eſſe in ſimilibus contractibus , puta locatio-
nis,venditionis,& huiuſmodi,& concor.Lau.
de Ridol.Sed Sal.in d.l.vſuras Bald.reprobat,
dicens pro intereſſe vſurarum quas ſolui non
debet imputari debitori ante morã. Sed ego
diſtinguo, quia ſi paſſus eſt intereſſe damni e-
mergentis vel etiam lucri ceſſantis,æquale di
ctis vſuris,ad quod euitandum accepit mutuũ
ſub vſuris,eſt vera prima opinio , vt patet èx
dictis,& idem puto ſi paſſus priuationem ali
cuius commoditatis vel complacentiæ,quam
tanti vel pluris æſtimabat,aliàs ſecus.

28 VIGESIMOOCTAVO†quæritur,vtrum lici-
tum ſit accipere vſuras ratione pœnæ appoſi
tæ?Et dico ſecundum Arch. poſt Ray.quod ſi
pœna eſt appoſita non ſoluenti in termino ,
ſine vſura exigitur,ſi eſt iudicialis,id eſt impo
ſita a iudice,ar.c.quanquam,23.diſtin.& ff. de
iud.l. qui authoritate, & ff. ſi quis ius dic. non
obtemp.l.1.& concordat Innoc.in c.ſuam. de
pœnis.Similiter ſi pęna ſit legalis,ideſt impo
ſita a lege vel ſtatuto,auth.contra qui ꝓpriã,
C.de non numer.pec.Similiter etiam ſi pœna
ſit conuentionalis, id eſt ex partium conuen-
tione ſiue conſenſu impoſita, niſi a principio
fuerit intẽtio corrupta, ar.d.ca.q̃q̃.& de arb.
cap.dilecti. Sed circa hoc ſciẽdum eſt primo ,
quod in foro animæ ſecundum Sco.in 4 di.15.
ſi creditor mallet debitorem incurrere pęnã
quam ſibi ſoluere,eſt vſura & ſimiliter ſecun-
dum aliquos ſi credit, quod debitor ex in po-
tentia pęnam incurret, & generaliter ſi appo
natur in fraudem, 12.q.3.fraternitas,& de ar-
bit.c.dilecti.& quod ibi no. Quod ſi aliter cõ-
ſtare non poterit , recurretur ad coniecturas
infra dicẽdas. Si vero apponatur ſolum vt de
bitor ſoluat. & hoc magis vult creditor quam
pęnæ cõmiſſionem, & veriſimiliter credit qñ
apponatur pœna , quod eam debitor non in-
curret,ſecundũ Rod.eam exigere poterit ſine
vſura,etiam ſi excedat intereſſe,quia intereſt
publicæ vtilitatis vt pacta ſeruentur , adde &
leges,ac ſententiæ. Sciendum eſt ſecundo,qđ
ſi pœna ſit iudicialis,& multo fortius ſi ſit le-
galis,non præſumitur in fraudem, etiam ſi ap
ponat ſingulis annis aut menſib.quia pręſumi
tur iuſtè factum,quod a iudice fit.ff.de acqui-
ren.poſ.l.iuſtè. quod tamen fallit primo ſi iu-
dex eam exponat de conſenſu partium , quia
tunc eſt magis conuentionalis quam iudicia-
lis,cum in hoc iudex magis ſequatur volunta
tem partium,quam ſuam.ff. de re iudic.leg. ſi
conuenerit,& ſecundum ſi in iudicio fiat col-
luſio,quia plus debet valere quod agitur,quã
quod ſimulate concipitur. C. plus vale quod
agi per totum vnde habebitur recurſus ad cõ
iecturas,de quibus ſtatim. Si vero ſit conuen-
tionalis,præſumitur oppoſita in fraudem. Pri
mo ſi creditor alias conſueuit fœnerari.l. Iu-
lianus,ff.de emp.& vẽd.l.vel vniuerſorũ,ff.de
pig.act.Secundo ſecundum aliquos, ſi pęnam
excedat intereſſe. Tertio per ſingulos annos
vel menſes dicitur committi authen. ad hæc,
C.de vſur.ſumpta de corpore authen. vt nul-
lus mut.agri. Quarto quando oppoſita eſt ſu-
per promiſſione quantitatis.l.cum allegas, C.
de vſur.& ibi per Docto.& l.Iulianus, §.idem
Papinianus,ff.de act.empt.& vend.& Bartol.
in l.rogaſti,§.1.ff.ſi cer.peta. ſecundum Cano.
non in cap.dilecti,de arb. vt ſi promittit quis
ſoluere centum ſub pęna ſoluendi decem.Se-
cus autem ſi opponeretur ſuper facto,ſecun-
dum prædicta iura, vt ſi promittit quis fabri-
care domum ſub certa pœna , ſimiliter ſecus
ſi promittitur quantitas,& poſt ea factum, &
vltimo pœna,ſecundum dom.Anto. in d.cap.
dilecti.quæ allegat Butr.in d.l.cum allegas,&
Bart.in d.§.1.vt ſi promittit quis ſoluere cen-
tum in tali termino, & venire ad iudicem re-
cepturus præceptum de ſoluendo , vel dandi
pignora,& hoc ſub certa pœna, & credo ve-
rum,niſi creditor eſſet vſurarius quamuis Io.
Andr.in addit.ad Spec.teneat,quod præſumi-
tur in fraude alleg.dicta in l.cum ſeruus, ff.de
cond.& demonſt. ¶Sciendum eſt tertio,quod
ſi creditor non ſoluit in termino ex impoten
tia vel ſine culpa, pœna exigi non poteſt ſine
vſura , quia vbi non eſt culpa non debet eſſe
pœna.C.de pœ.l. ſancimus & conſequenter
exigeretur ratione excreſcentiæ quæ vſurã fa
cit.d.c.ſi fęneraueris.14.q.3.quando etiã par-
tem ſoluit,non poteſt pęna exigi tota.de quo
dic vt ſup.Pœna.§.19.

29 VIGESIMONONO†quęritur,quid ſi mãdet
ſtatutum , ꝙ tutor teneatur pecunias pupilli
inueſtire,aut exponere iuſtis negotiationibus
ſub pęna ſoluendi quinque pro centenario ip
ſi pupillo?Et dicit Arch. ꝙ eſt iuſtum, tenebit
tutor ſi committat,etiam ſi nihil lucretur, qñ
ſuo noĩe eius vtitur,ſi vero exponat eas iuxta
ſtatutũ fideliter,lucrũ & damnũ erit pupilli,ſi
vero exponat vſuris tenebitur de reſtõne pu
pillus,& ſimiliter tutor, vbi pupillus reſtitue
re aut nollet aut nequiret,iuxta dicenda infr.

de

rantibus in vsura.vide etiam supr.Tutela.§.4.

30 TRIGESIMO † quæritur, quid de statuto, vel consuetudine ciuitatis, quibus missus in possessionem lucratur fructus possessionis ad rationem quinque pro centenario, donec sibi fuerit satisfactum, vel quod sibi detur in solutum pro tribus id, quod valet quinque? Et dicit Bald.in l.acceptam, C.de vsur.q.18. & Io. de Imo.in l.si finita, i.si plures, ff.de dam.infe. quod licitè sine vsura illud accipit ratione interesse, & dicit notari in gl.super §.si vero. in auth.de exhi.re.Bar.vero in d.l.si finita, §.Iulianus & Ioan.de Ana.in ca. salubriter, de vsu. & Lau.de Ridol. dicunt, quod talis consuetudo, vel statutum est contra ius diuinum, & in fraudem vsurarum.¶Sed ego distinguo.Nam si tale statutum, vel consuetudo emanauit in pœnam, vt debitores ad satisfactionem arctetur, & debitor ex sua culpa nõ satisfecerit, verum dicit Bal. modo concurrat recta intẽtio. Nec miror cum authoritas prætoris propter nimiam contumaciam hoc facere possit, l.Fulcinius, §.fi.ff.quib.ex cau.in pos.mit. & in dubio præsumetur ita fuisse propter auctoritatẽ principis, aut vniuersitatis requisitũ i statuto vel consuetudine, quia si ꝙ facit iudex ꝑsumitur rectè factum.ff.de acquir.poss.l.iuste, a fortiori id quod facit princeps, vel vniuersitas habẽs locũ principis. Si vero fuit fraus ex parte statuentis, vel inducentis cõsuetudinẽ, aut creditor malit pœnam quam satisfactionem, vera erit opinio Bar.Ad hoc ergo, quod hoc liceat, requiritur primo, vt qs iustè sit missus in possessionem, non tñ ex ordine, sed etiã ex cã, hoc est, ꝙ in veritate sit creditor, & secundo ꝑp interesse illud accipiat: puta, qa qñ contrahit, potius vellet sua, puta, centum, quã domum valentem centum, & viginti, aliter illud plus tenẽt restituere, vt dicimus de pignore.in l.fi.§.finautẽ bienniũ, C.de iu.dom.imp. vel ad puniendam contumaciam debitoris.

31 TRIGESIMOPRIMO † quæritur, quid si quis ratione administrationis tenetur pecuniã alterius collocari, in prædia, vel aliud fructuosum, & non facit? Et dicit, quod dominus pecuniæ vltra principale tantum potest accipere, quantum lucri verisimiliter habuisset, si vt debuit, collocasset, l.tutor, qui repertoriũ, §. si post depositionem, ff.de admin. tut. Et facit contra prælatos, qui possent acquirere ecclesiæ, & non faciunt, 12.q.2. quisquis episcopus.

32 TRIGESIMOSECVNDO † quæritur, vtrum sit licitum accipere vsuram ratione laboris in mutuãdo? Et dico ẽm Host. ꝙ is, q̃ occasione mutuandi laborem subijt, fructus pignoris in recompensatione facit suos vsq; ad cõueniẽs præmium, aut aliquid pro labore licitè recipit, de reb.eccl.non alien.ad nostram.

33 TRIGESIMOTERTIO † quæritur, vtrum gerentes negotia stipendiariorum, s. recipiendo pagas eorum, & faciendo alia obsequia, & cũ hoc mutuando eis in necessitatib.occurrentibus recipiendo certum salarium, sint vsurarij? Et dicit Laur.quod sic, quantum ad præceptum, rõne mutui.14.q.3.vsura non quantum ad præceptum ratione laboris. Quod Arch.limitat si bellum sit iustum, quia si sit manifestè illicitum cooperantur malo.dist.86. faciẽtis, & idem dic de collectoribus dominorũ, quia a cõitatibus aliquid accipiunt, vt mitius cum eis agant expectando, quia si quid accipiũt ratione expectationis, est vsura. Et idem in quibusdam facientibus pro communitatibus soluentibus aliquando datia salis, vel huiusmodi pro eis in termino, donec a singulis colligatur: quia si quid vltra sortem accipiunt gratia huius solutionis, est vsura formaliter: sicut & mutuum cum excrescentia.

34 TRIGESIMOQVARTO † quæritur, vtrũ sit licitum accipere aliquid vltra sortem ratione periculi, in quo.s.est res, aut pecunia, quæ restituenda est? Et dicit Alex.Lon.quod sic, recõpensato periculo per superabũdãtiam.Res enim extra periculum existens plus valẽt, quã res eiusdem speci i in periculo. Et sic recompensatio hæc reducitur ad naturam rei, quæ propter periculum æstimatur plus, aut minus valere.Et in hoc concor.Lau.de Rid. Mo.Frã. de Ampol.Pet.de Anch.Car.Ioann.de Ana.in c.nauiganti, eod.tit.& communiter omnes, & est casus in l.in naue, ff.locati.

35 TRIGESIMOQVINTO † quæritur, qu id si quis mutuet nauiganti, vel nundinas adeunti receptururus aliquid vltra sortem pro eo, quod suscepit in se periculũ pecuniæ, aut mercium, si saluæ redierint? Et distinguit Arc. post Lau. Io.de Neap. & Io.Calder.& Sum. Pis. quia est vsura, si recipit vltra sortem ratione mutui tãtum, non obstante susceptione periculi, & est casus in d.cap.nauiganti. Et similiter si ratione mutui, & periculi simul, ea ratione, qua recipit ratione mutui: non autem est vsura, si recipit ratione periculi tantum, vt pretium periculi, quia etiam si nõ mutuaret, & periculũ nauigantis vellet in se suscipere, licitè ꝑciperet pretium, nec efficitur deterioris conditionis per hoc, qđ ei seruit mutuãdo. Et concor. etiam Laur. de Ridol. & ita etiam tenet Sum.

Ang.& Rof.Supp.autem vult indiftinctè,ꝙ fit vfura,primo per d.c.nauiganti,quod vult effe vfuram,etiam fi quid recipitur ratione periculi.vnde ibi fic dicitur.Nauiganti,vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quod fufcipit in fe periculum, recepturus aliquid vltra fortem, vfurarius eft cenfendus. Secundo,quia fi haberetur refpectus ad mutuum, nullum fuiffet dubium, & fic lex fuper indubitabili pofita foret, ꝙ effe non debet,cum foret fuperflua. Sed ad vtrunque fimul dico, quod ifte non benè intellexit tex.vbi ly,eo quod non dicit caufam receptionis lucri vltra fortem, fed caufam mutuandi. Vnde capituli cafus eft,quod ifte mutuãs erat mutuans eo quod fufciperet in fe periculum, lucraturus per affecurationem periculi, aliàs non mutuaturus,& fic ex mutuo volebat confequi lucrum, non immediatè, fed mediante affecuratione:ficut fi artifex mutuaret alicui, vt ille ab artifice emeret aliquid, in qua emptione daret lucrum artifici De i fideiuffore autem infra. Vfura feptimo,§.6. Secus vbi liberaliter mutuaret, & deinde vt affecurator fufciperet periculum cum pretio.

36 TRIGESIMOSEXTO† quæritur, vtrum mutuans alicui pecuniam vfque ad decem annos eo pacto, quod fi interim alter eorum moriatur,debitor fit liber:fi vero ambo fuperuixerint,dabit aliquid vltra fortem,fit vfurarius? Et dicit Alexã.Lon. quod fic, quia periculum non excufat,vbi caufa temporis non proprij aliquid plus accipitur. Vel dic, quod ideo eft vfurarius, quia ex mutuo exigit obligationẽ alicuius vltra fortem,licet fub periculo. d.ca. nauiganti.eod.tit.

37 TRIGESIMOSEPTIMO† quæritur, vtrũ ciuis mutuans feptuaginta ducatos communicati habenti ftatutum,quod quicunque habẽs filiam vnius anni, dederit feptuaginta habeat quingentos pro ipfa maritanda, fi vixerit vfque ad vigefimumquintum annum, fi vero interim mortua fuerit,amittat,fit vfurarius? Et dico, quod fic,'quia in mutuis veris,vel interpretatis,fpe lucri principaliter factis periculum,vel dubium non excufat a fænore,d.cap. nauiganti.Nec ob.dictum Ric.in 4. dift.15.qđ quando capitale, & lucrum ftat periculo mutuantis, licitè recipitur vltra fortem, quia illud verum eft, fi periculum fit ex natura rei, quia, fcilicet res eft fub dominio mutuantis, non autem fi ex lapfu temporis,vt in propofito,vbi mutuans non habet dominium.

38 TRIGESIMOOCTAVO† quæritur,vtrum fit licitum accipere vfuras ratione pacti? Et dico, quod in his, quæ de fui natura illicita non funt,verum eft illud,quod contractus ex conuentione legem accipiunt,quia licitè quis accipit,quod fibi voluntariè datur,18.di.de eulogijs,fed ea,quæ de fui natura fũt illicita,fieri non poffunt licita ratione pacti, vel contractus,vt in vfuris,ar.c.fi diligenti,de fo. comp.

39 TRIGESIMONONO† quæritur,vtrum fit licitum accipere vfuras ratione fideiuffionis,vt fi fideiuffor foluit vfurario capitale,& vfuras, quia iurauerat, vel compellitur accipere fub vfuris?Et dico,quod fic,& omnia damna,quę occafione debiti habuit: quia feruari debet indemnis,de fideiuff.c.2.de fo.comp.c.fi.lib.6.ff. de act.emp.& ven.l.fi fterilis,§. cum per venditorem,ff.mane.l.fi mandato,§. fi fideiuffor. ff.de admi.tu.l.2.§.vlt.& fecundum do.Anto. extenditur hoc etiam ad intereffe lucri cefsãtis.Et eft communis opinio,licet contradicat Ala.de vfuris folutis. Sed hic fecundum diftinctionem,de qua fup.Fideiuffor.§.13.

40 QVADRAGESIMO† quæritur, vtrum licitũ fit eas accipere ratione belli,quod quis habet iuftum cum aliquo? Et dico, quod fic,quia ab eo,quem poffum gladio profequi, & fpoliare bonis poffum & vfuras extorquere, 14.qõ.4. ab illo,non tamen vt vfuras,fecundum Laur. de Ridolp. fed iure dominij, quod habetur in hoftem,& recuperandi rem fuam. Quod verum intellige, aut accedente publica authoritate, aut bello actualiter bandito, feu moto, per dicta fupra Infidelitas, §. feptimo. Et eadem ẽt ratione fecundum Alex.Lon.licet mutuare fub vfuris detinenti noftra, quæ aliter habere non poffumus: quia fic non recipimus alienum,fed noftrum,argum.dicto capitu. ab illo, quod limita, nifi fibi, vel alij fcandalum immineret.

41 QVADRAGESIMOPRIMO† quæritur, vtrũ exigere poffimus vfuras a Iudæis inimicis noftris?Et dicit Archid.quod non, quia non funt inimici noftri in ciuili conuerfatione, & parati funt feruire, vt dicitur 23.quæftione 8. difpar. fed tamen eo cafu, quo quis poteft eos rebus fpoliare, vt fupra Iudæus, §. feptimo, non video quare non poffit, & vfuras ab eis accipere, nifi fcandalum obftet: fed nec ipfi exigere poffunt a nobis fine mortali, fecundum Rayn. & poteft eos ecclefia compellere ad reftitutionem, iuxta ea, quæ dicta funt fupra,Iudæus,§.4.

42 QVADRAGESIMOSECVNDO† quæritur, vtrum eas exigere poffimus a Saracenis omnibus?

bus? Et dicunt quidam quod sic, quia omnia quæ habent sunt Christianorum, cum vbique fuerit laudatum nomē Christi, iuxta illud Ps. In omnem terram, &c. Vnde dictum Hostien. in c. qđ super his, de vo. s. quod apud Saracenos non possit esse dominium neque iurisdictio, dicunt verius quam dictum Inn. ibi tenētis contrarium. Sed viso S. Tho. 2.2. q. 66. ar. 8. ad secundum, & q. 10. ar. 10. in corpore, vt supra in verbo, Iudæus, §. 4. recitandum est, dico quod licet non possint habere dominium nouum super fideles, & si habent antiquum, possit ab eis auferri: dominium tamen quod habent super alios infideles, aut alias res, potest esse iustum, nec est mortale tenere terras, aut possessiones vt suas, nec ecclesia, quæ in totū mundum habet potestatem habet hanc, quod possit infideles omni iure spoliare, vt su. dictū est in verbo Papa. §. 7. Vnde dico, quod solum in duobus casibus possunt rebus spoliari, primo si subripuerunt aliquando illa, vel alia a Christianis sicut subripuerunt terras Romani Imperij, quot cessit Papæ, & alias quas aliquando possederunt Christiani, & secundo si sunt per Christianos principes mulctari sententialiter priuatione bonorum, vt supra Fidelitas, § septimo.

43 QVADRAGESIMOTERTIO† quæritur, quid de communitatibus dantibus ad vsuram? Et dicit Ray. vsurarios esse omnes, quorum authoritate & consilio fit; & idem recipitur pignus, & non computantur fructus in sortem, extra eod. conquestus. arg. 7. quæstione 1. sicut vir. 24. quæst. 3. si habes. ff. quod me. cau. l. metū, §. cum animaduertendum, & idem de non prohibentibus cum possint, de senten. excommu. quantæ. & concor. Host. Non tamen tenentur ad restitutionem omnes consentientes, secundum Verue. nisi quantum ad eos peruenit, vel releuati sunt ab expēsis quas de suo fecissent, qui tamen authoritatem, vel præceptum prę stiterunt, ita quod alias ciues non fecissent, tenentur insolidum. Vtrum autem dominus vsuram exigere possit a vasallo, supra Feudum, §. vigesimonono.

RVRSVS de vsura ij. vbi sit, quantum ad emptiones, & venditiones.

1 *Vendere an liceat plus iusto ratione dilationis temporis.*
2 *Vendens carius, aut emens vilius, quando sit vsurarius, & nu. seq. vsque ad n. 9.*
3 *Emens reditus, ciuitate, quando sit vsurarius.*
10 *Emere an liceat segetes, vel fructus prouenturos.*
11 *Vsura an sit accipere fructus possessionis vendita ob pretium non solutum.*
12 *Emere an liceat annuum redditum.*
13 *Pecuniam dare vt ad vitam tuam quid accipias an sit vsura.*
14 *Emere debitum minori summa an sit vsura.*
15 *Pactum de retrouendendo an sit vsurarium.*
16 *Pensio quando dicatur iusta vel iniusta.*

VSVRA secundo considerari potest specialiter quomodo inueniatur in emptionibus, & venditionibus, dum in eis est virtualiter mutuum, & interdum cum lucro, dum exceduntur limites iusti pretij in plus vel minus, id est summum vel infimum. Cum enim pretium iustum sit indiuisibile, secundum S. Th. in eo sunt tres gradus, secundum Sco. in 4. scilicet vnus medius & duo extremi, & sic distinguuntur vnius rei tria pretia iusta, summū infimum, & medium: sicut eandem petiā panni trium æstimatorum vnus possibiliter æstimabit 49. aureis vendendam, alius 49. cum dimidio, alius 50.

1 PRIMO† ergo quæritur, vtrum liceat vendere rem plus iusto pretio ratione dilationis tēporis? Et dico multa. ¶ Primum. Pro fundamēto in ista quęstione habenda est iustitia pretij, de qua supra Emptio. §. 6. dictum est. Et vt ibi patet, pretium iustum est, quod secundū communem æstimationem currit in foro in loco, & tempore venditionis, intellige ad numeratum, & quando res traditur de præsenti in eodem loco, in quo soluitur pretium, vel in alio nisi res plus valeat venditori, quam habeat cōmunis æstimatio, vel nisi adsit fraus minorantium, vel augentium communem æstimationem fraudulenter. Et idem est secundū Arch. post Laur. de Ridol. si aliqui mercatores pecuniosi vendant res suas ad terminū, vt plus lucrētur, & boni consequenter non possunt vēdere suas iusto pretio ad numeratum, & idem est si aliquis dominus tyrannice sine rōnabili cā statuat pretia iniusta. Et idem vr̄ aliquibus qñ alicubi propter pecuniarū paucitatē mala cōsuetudo est, ꝙ penè omnes vendāt ad tēpus & sic ad numeratum non inuenitur illud pretium, ꝙ cessante tali consuetudine esset iustū, & cōiter currēs. Et ita sensit Gerar Old. & vt videtur, rationabiliter, quia maleficijs non est indulgendum. ff. de rei vend. l. in fundo. & de cogna. spir. c. 2. Non habent tamen locum ista, vbi quis non potest vēdēdo mediocriter

lucrari, non pp aliquam malitiam vel malam consuetudinem, sed pp aliam irreprehensibilem causam, puta ex abundantia talium mercium, vel huiusmodi, quia sicut mercator potest augere pretium ex varietate temporũ & locorũ, ita & minuere decet, quia respectu locorum, & tpum consideranda sunt pretia, nõ solum in augmentatione, sed ẽt in mutatione, ff. si cer. pet. l. vinum, & de reg. iur. l. secundum naturam. Et quod dicit magister Raph. de Pornasio, qui in isto casu periculose consuluit, ꝙ vendens ad tempus potest habere rationem de suo interesse puta, quia de sua pecunia fuisset lucratus, est verum quãdo eam poterat de præsenti hr̃e ab alio, sed vendit ad credẽtiam vt seruiat alioquin non est verũ, quia pauper qui emit, non debet emendare interesse, cuius ipse non est causa. Si autem res non tradatur his de præsenti, sed tradatur in posterũ, iustũ pretiũ ad illud, quod curet ad numeratũ tpe redditionis rei vere vel cõi existimationi, vt patet habenti oculos, extra eod. ca. vlt. & pen. Quod tamen fallit, si res tradenda futurũ sub sit periculis vel expensis quia talibus qualitatibus effecta minus valet, in quo boni viri arbitrabunt. Si vero tradatur quidem siue consignetur de præsenti, sed nõ hic, vt si Mediolani quis emit aromata, quæ sunt Genuæ iustũ pretium est, ꝙ ad numeratũ currit Mediolani, vbi celebratur contractus. ¶ Secundũ. Quando adest prædicta fraus, & alias impedimẽta iusti ptij iustum pretium rei non est illud, quod habet cõis æstimatio adnumeratum, vt dictũ est, sed Arch. videtur velle, ꝙ sit illud, quo res distraheretur, si talis fraus abesset. Et hoc vr̃ esse illud, quo solui potest materia rei, & manufactura, ac labores rationabiliter facti, ita scilicet quod prudens mercator aut artifex moderatum lucrum arbitrio boni viri reportet. ¶ Tertium S. Th. 2. 2. q. 78. art. 2. ad septimũ. dat regulam cognoscendi vsuram in vẽditione ad tempus, & in solutione ante tempus, dic. Si q̃s carius vendit iusto pretio, vt de pecunia soluenda emptorem expectet, manifeste vsura committitur, quia huiusmodi expectatio pretij soluendi habet rationem mutui. Vnde quicquid vltra iustum pretium pro hmõi expectatione exigitur, est quasi pretiũ mutui, ꝙ pertinet ad rationem vsuræ. Similiter si quis emat vilius iusto pretio, eo ꝙ pecuniam ante soluit quam possit ei res tradi, est peccatum vsuræ, quia ẽt ista anticipatio solutionis pecuniæ habet mutui rationem, cuius quoddam pretium est, quod minuitur de iusto ptio rei emptæ. Si vero aliquis de iusto pretio velit minuere, vt pecuniã prius habeat, nõ peccat peccato vsuræ, intellige ex parte venditionis minus accipiẽtis, licet videatur esse ex parte emptoris, vt idẽ dicit ad lectorem Florentinũ. Hæc ex illo, qui qualiter accipiat pretium iustum, non determinat, sed potest intelligi iuxta p̃dicta. Et sic si quis vendat ad tp̃s vltra pretium currens extorquendum iustum pretium, ꝙ curreret, si dicta impedimenta non essent, non peccat, si non respicit ad tempus, sed ad rationabile lucrũ. ¶ Quartum. Ex his patet primo, qđ semper vsura est vendere ad tempus ratione dilationis vltra iustum pretium, nisi quãdo vẽditor vendit ad seruiendum amico, rem suam in aliud tempus seruaturus, de quo infr. §. seq. Est, inquam, vsura non ex forma, vt in c. in ciuitate. eodem tit. sed virtualiter in iudicio animæ suæ, quo ad Deum, ſm glossa in c. consuluit. eodem tit. Imo & ſm text. bene intellectũ ecclesia hoc expresse determinauit. Qui tñ ad tempus vendit pretio summo, sed ad numeratum vendit mediocri vel infimo, non peccat. ¶ Quintum. Non obstat autem prædictis primo, ꝙ res tantũ valet quantum vendi potest. ff. ad Trebel. l. 1. §. si hæres. & ff. ad l. Falcidia. l. quærebatur, & l. pretia. & ff. de fur. l. si q̃s vxoris § vlt. quia hoc verum est, cum res vẽditur secundum æstimationem communem, seu currentem, quod non est hic, & quando cessat fraus, & coactio, & ignorantia, de quibus su. Emptio. §. 9. ita tamen ꝙ coactionẽ intelligamus non solum qñ quis cogitur emere ad euitandũ damnũ corporis, vel rerũ, sed etiã ad lucrandum, sicut aliqui malunt emere ad tempus pretio iniusto, quam iusto adnumeratũ, quia interim de pecunia plus lucrantur quam sit illa iniustitia pretij. Non obstat secundo, si dicatur quod hoc fit ratione indemnitatis, ne quis damnificetur ex absentia suæ pecuniæ, quia non licet alicui se indemnem seruare cũ damno iniusto alterius, quia nemo debet cum alterius iactura locupletari, secundum regul. iur. in 6. Et quidem si venditor pateretur gratia emptoris, vt quia nunc potest ad numeratum habere pretium iustũ, & recusat seruiant emptori recte posset habere rõnem de suo interesse, etiam lucri, cessantis, vt ti. priore. §. 19. Si aũt pecuniã nunc de sua re habere non potest, & tñ patitur damnum, non est æquum vt emptor faciat eum indemnem, ex quo pp eũ non patitur, quia non tenetur de dãno, quod eius causa non fit. Non obst. tertio qđ hoc sit consuetum, quia contra ius naturale nulla valet

let consuetudo, tamen consuetudo vendentium iniuste excusat vendentem iuste, licet vltra æstimationem communem, quia facit pretium aliquod esse iustum, ꝙ tamen non currit ad numeratum. ¶ Non obst. quartò, ꝙ aliquãdo creditor facit expensas ĩ exigendo, & cõsequenter videtur, quòd liceat ei ratione interesse futuri plus vendere cum intentione nihil plus exigendi, si suo tempore sibi soluatur, quia hoc est exponere se tentationi, quia mutari potest & obliuisci iustum pretium, & mori, libris tamen non morientibus, in quibus pauper est debitor. Vnde si facit expensas per viam iuris sibi recompenset.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum vendens rem ad tempus maiori, vel econtrario emẽs minori pretio quam habet communis æstimatio, quia nolebat tũc vendere, aut emere, sed hoc facit vt seruiat amico, sit vsurarius. Et dico multa. ¶ Primum. Vendens merces suas ad instantiam alterius nunc, quãdo parum valent, eo pretio quo cõmuniter dubitatur an plus, vel minus sint valituræ tempore futuro, in ꝙ eas seruare volebat, nõ est vsurarius, nec peccat, ut patet per c. in ciuitate, eo. ti. Secus si nõ erat eas seruaturus. Item secus si non erat dubium ꝙ eo tempore, quo vendere uolebat, essent plus aut minus valituræ, quia esset vsura, cum habeatur respectus ad terminum. Et idẽ secundum Arch. est, si erat probabile, ꝙ tũc tãtum valerent, quantum modo uendit, ꝙ tamẽ ex dicto cap. in ciuitate. vel nauiganti nõ habetur. Et intellige deducto periculo, si quod erat in seruando, & expensis & detrimẽtis, & huiusmodi. Nec enim excusatur iste solum ratione dubii, uel periculi, ut in d. c. nauiganti. sed etiam ratione sui interesse lucri cessantis, quod si vendicat. Nec distinguo utrum nunc pretium recipiat necne, quia etiam si nõ recipiat, est licitum, sed tamen si eo tempore pretium fuerit maius, uel minus, non crescet, nec decrescet. Si autem iste vẽderet decrementa, quæ facere solent interim aliquæ merces, vt oleum, & frumentũ, & hmõi, esset usura, similiter si nõ detraheret expensas interim necessario faciendas. s. ex rei natura requisitas, ut in frumẽto excusso, secus si domus, in qua est, indiget reparatione, quia est uitatio damni non iusti. ¶ Secundum. Emens rem minori pretio quam valeat tẽpore emptionis, ex hoc quòd tempore quo est eas recepturus verisimiliter dubium est, vtrum plus aut minus sint valituræ q̃ eas soluat, nõ est vsurarius, d. c. in ciuitate, & c. nauiganti. eo. tit. cum ibi not. & idem secundum Arch. si erat probabile, quòd tantũ ualerent, secus si non esset dubium aut uerisimile: sed hoc fieret ꝑꝑ anticipationem soluentis. Esset autem vsura si tam paruo pretio emeret, rem, ꝙ verisimiliter minus ualere nõ posset, vel quid modicum, sed bene multũ plus, quia non accipitur hic interesse probabile, & idem suo modo dicendum est de uenditore, si uenderet tã magno, ꝙ verisimiliter nihil aut parũ plus ualere posset. Vnde intelligitur qñ est dubium utrum sit plus, aut minus ualitura æqualiter hinc inde tantum. s. in plus quam in minus. ¶ Tertium. Si prædicta licent, a fortiori licitum est mercatori uolenti merces seruare, vendere sub hac lege, ut quando uoluerit ponat pretium currens, ita tamen ꝙ eo posito non possit variare, etiam si pretium variet[?], vel etiam soluatur pretium quod curret tali die, quia si licitum est nũc vendere eo pretio, quo ualebunt tempore, quo eas intẽdit exponere ẽm communem æstimationẽ hominum, multo magis eo, ꝙ ualebit in veritate, ita tñ ꝙ si eadem die pretium fuerit varium, accipiatur mediocre, arg. in auth. de consulib. §. quoniam etiam nos, eodem modo cum ista mediocritate licet, si terminus pretii non statuatur dies, sed septimana, aut mensis, vel si nõ statur in mediocritate, stetur in eo pretio quod longiori tempore durauit in illa septimana, vel mense, quia etiam hoc licet, secundũ S. Bern. ¶ Quartum. Prædicti contractus, sunt periculosi, & ab eis tex. in d. c. ciuitate, consulit abstinendum, quia plerunque homines malunt sic expedire, quam suo periculo in tempus seruare, & ut plurimum sunt incerti, si in tempus illud erant seruaturi, cum sæpe propter emergentia propositum mutent. ¶ Quintum. Si communis seu probabilis æstimatio sit, ꝙ aliqua merces tempore futuro sit minus valitura, q̃ modo, & tñ emptor credit eã plus valiturã, est vsurarius minus emendo propter præuentionem solutionis, ẽm Inn. & d. Ant. d. c. in ciuitate, quod verum est quantum ad peccatum, & similiter quantum ad restitutionem si ex probabili coniectura credidit, nõ aũt si ex leui, arg. l. cum quidam. §. quid ergo, ff. de acq. hær. & de sen. exc. inquisitioni. In dubio autẽ si non apparet vtrum dubium fuerit communiter verisimile, vel utrũ, æstimatio emptoris fuerit rationabilis aut non puto: ꝙ tenebitur, q̃a ĩ dubiis via tutior est eligẽda, de spon. iuuenis. Et idem suo modo dicendum est de uenditore. ¶ Sextum. Ad prædictorum limitationem facit distinctio Scoti, in 4. dist. 15. dicẽ-

tis,

tis. Si vendens frumentum in natiuitate, non uenditurus, sed seruaturus vsque ad Maium, ad instantiam alicuius requirentis vendit: si quidem ponit pecuniam tale quod verisimiliter potest plus valere vel minus, non erit vsura, per d.c. nauiganti. Si vero ponat tale pretium, quod ponat se in tuto, vt in pluribus, & illum, cum quo contrahit, in periculo, ut in pluribus puta quia raro potest plus valere, sed minus communiter, sic est vsura.

3 Tertio † quæritur, utrum emens modico pretio reditus a ciuitate angustiata bello, & demum facta pace lucratur decem pro vno, sit vsurarius? Et dico, secundum Hostien. & Archid. quod non, ratione dubii, leg. cum hæreditate, & l. seq. ff. de hæred. vel act. vendit. consulunt tamen vt inde largas faciat eleemosynas.

4 Quarto † quæritur, quid de stocholis barocholis, ut cum indigenti pecunia uenditur res, ut statim ab eodem minori pretio reematur? Et dico istum contractum esse vsurariũ, quia perinde est hac si pecunia mutuaretur, & pessimum est pauperem duplici gladio iugulari, vno dum communiter emit plus iusto, alio dum vendit minus. Si tamen quis simpliciter vendidisset iusto pretio, de reemptione non cogitans, & emptor non inueniens emptorem vellet venditori vendere pretio minori, non esset vsura minus emendo, sed iniustitia, immo posset etiam non esse iniustitia, propter latitudinem pretii iusti; vt si vendidit summo pretio rei, & emit mediocri, vel infimo.

5 Quinto † quæritur, utrum vendens aliquid pretio currenti cum pacto, ꝙ si plus valebit vsque ad Pascha, illud plus sibi soluat, si vero minus, pretium non minuatur, sit vsurarius? Et dicit Host. in Sum. & Archi. 13. q. 4. §. 1. quod sic facit C. de sol. l. pen. & ff. de dam. infec. l. qui bona, §. si quis, ff. pro solu. l. si nõ fuerint. §. Aristo. Quod intellige quando tale pactum facit ratione dilationis solutioni, alias non esset vsura, sed iniquitas quia non esset mutuum, vel æquipollens.

6 Sexto † quæritur, quid de his, qui emunt oues aut boues, vel huiusmodi a pauperibus vel aliis qui ea non habent, & eis locant pro annua pensione? Et dico ẜm Veru. quòd si hoc sciunt, & credunt, vsura est, vel saltem fit in fraudem vsuræ, & omnino restituere tenentͬ, cum mercedem sine causa receperint, s. ex eo quod non est, ff. de cond. sine cau. per totum. Si vero credentes eos habere bona fide, sine fraude emerunt, non est vsura, nec peccatum quandiu durat bona fides, & idem, inquit, de ementibus fructus terrarum a non habentib. & concord. Roden. & adde, quòd durante bona fide etiam restituere non tenetur consumpta, sed tenetur de extantibus, vel inquantum factus est quis locupletior, ff. de pet. hær. l. vtrum. eo s. casu quo quis ab alio non emisset, secus si erat empturus, quia non tenetur ratione interesse. Si autem sunt in probabili dubio vtrum pauperes ista habeant, non habent se exponere discrimini, sed aut certificẽtur, aut cessent a contractu.

7 Septimo † quid de emente equos, vel huiusmodi, sibi reddendos a uenditore in certis nundinis? Et dicit Verue. quod si emantur minori pretio, quam æstimatur eos ibi tunc valituros, vsura est, intellige si interuenit præmatura solutio, alias non eo. tit. c. nauiganti, licet posset esse alia iniquitas. Si uero inquit de valore dubitatur verisimlliter, non vsura. Cõcord. Roden. Non tamen quod isti Doct. loquuntur de nundinis futuris loco contractus, aliter pretiũ nõ debet, eẽ quod currit in loco nundinarum, sed in loco contractus, vt patuit sup. Emptio. §. vbi agebatur de iustitia. *Si verò loquatur de nundinis futuris alibi, quod dicunt verum est*, considerata distantia temporis, non autem loci, quia distantia a loco non emuntur pretio currente in loco vbi sũt nisi etiam ibi sit pecunia, ut quasi pro loco illo fiat contractus, sed pretio currente in loco contract. vide infra Vsura. 4. §. 3. & §. vndecimo.

8 Octavo † quæritur, vtrum emens granum tempore messium, aut uinum tempore uindemiarum pretio tunc currenti, cum pacto, quod tot mensuræ sibi reddantur tempore pascali, sit vsurarius? Et dicit Hostien. in Summ. & Ioan. Andr. in capit. fin. eodem tit. quod sic 14. quæst. 3. vsura. non obstante, quod aliquãdo eo tempore sint uiliora, quia ad ea, quæ raro eueniunt, leges non considerant, l. nam ad ea, ff. de legi. in auth. ut sine proh. §. quia verò post multam, & cõis cursus, quo scilicet sunt cariora, æstimandum est, de sepul. c. certificari. & l. 1. §. primo, ff. de flu ĩtellige tamẽ ista eo casu, quo iste modo nolebat emere ista sed in Paschate. Nam si nunc uolebat emere, sed ad instantiam amici petentis pecuniam sibi dari mutuo, dic ut supra Vsura. 1. §. uigesimotertio.

9 Nono † quæritur, quid de isto casu, Vendit quis bladum alteri dandum tempore messe pro

pro viginti, cum tamẽ ſcd̃m cōem ęſtimationem, tunc ſi valiturum quindecim ſolum, ſed deinde venit careſtia, & emptor illud vendit pro vigintiquinque quæritur, vtrũ primus vẽditor teneatur emptori in aliquo? Et vr̃, quòd non, quia ille emptor non eſt paſſus damnũ, ſed lucratus eſt tamen Aſten. poſt Mon. dicit, quòd tenetur ei de quinque, quia licet ille nõ fuerit damnificatus, fuit ꝑ euentũ rei, q̃ non excuſat ab vſura, imò dãnificatꝰ eſt, quia emit pluris, quam valeret in termino ſcd̃m æſtimationem boni viri. Ex parte tamen primi vẽditoris vſuram non video, ſed iniuſtitiam.

10 Decimo † quæritur, quid ſi quis emat ſegetes, vel fructus prouenturos hoc anno de agro? Et dico ſcd̃m Mon. & Verue. quòd ex forma contractus non eſt vſura, poteſt tamẽ fieri in fraudem vſurarum, vt ſi veriſimile ſit, quòd fructus colligẽdi, etiam computato dubio, ꝙ poſſunt impediri, valeant tunc plus eo ꝙ nunc datur maximè ſi eſt perſona, q̃ vſuras alias conſueuerit exercere, quòd intellige, ſi præceſſit præmatura ſolutio. alias eſſet iniuſtitia tantũ. Sed ſi ſit dubium, vtrum illi fructus plus, vel minus debeant valere, non eſt vſura, & idem Hoſt. & Vl. Et eodem modo dicendũ eſt, ſi emantur fructus prouenturi vſque ad tres annos, uel plures. Et addit Rayn. quòd in foro iudicali proceditur per coniecturas, in pœnitentiali verò ſtatur partium aſſertioni. Quod intellige, niſi ex aliqua coniectura ſcandalum orietur, quia omnino oportet contra ſcandalum ſatisfacere, de hom. cap. ex literis, el 1. de pu. cap. per totum. Bal. verò in rub. C. de vſu. dicit, ꝙ in hoc caſu, ſi cauſa dãni venditoris eſt pręſens numeratio, vſura eſt, d. c. in ciuitate, eo. ti. Si verò eſt ſola conuentio, quia, ſcilicet p̃tium non ſoluitur de p̃ſenti, ſclicet contractus non ſit vſurarius eſt tñ illicitus. Si verò neutrũ eſt cauſa damni, quia nõ plus valet frumeutũ, aut vinum ſua tali qualitate ꝑꝑ periculũ cui ſubiacet, ſic licet, l. fiſtulas, §. frumenta, ff. de contrahend. emptio. Quod ĩtellige qñ emitꝰ nõ in gñe, ſed determinatè, ſ. frumentum iſtius agri, aut vinum iſtius vineæ.

11 Vndecimo † quæritur, ſi vendatur poſſeſſio, & non ſoluitur pretium, vtrum ſit vſura accipere fructus? Et dico duo. ¶ Primum. Si ſtatuatur terminus ſolutionis, & emptor pretium nõ ſoluit in termino, tranſacto termino poteſt eam vẽditor in pignus accipere, & fructus facere ſuos, ſecũdum gl. in c. conqueſtus, eo. ti. & C. d̃ vſu. l. vſuras, & hẽt actionẽ ex cõtractu, vel officio iudicis ad intereſſe, ẽm Hoſ. C. de act. emp. & ven. l. 2. ff. de act. emp. l. 2. Et quòd liceat, habes gl. in l. 2. C. de vſu. & in l. curabit, C. de act. emp. & ven. ſed tamẽ limito, ſi venditor petit verum intereſſe damni, vel lucri. ¶ Secundum. Si autem a principio venditionis pactum fiat, quòd donec reddatur p̃tiũ vẽditor percipiet fructus poſſeſſionis, vel pẽſionem domus, ſic licet, & eſt tex. in l. iurabit. C. de act. emp. & vend. & ſcd̃m Azo. in gloſ. & Bar. Bal. ibidem, & Salic. & Ang. in l. Iulianus. ff. de act. emp. & ven. & Io. de Ana. in cap. conqueſtus, de vſu. dummodo ẽm ratam pretij ſoluti emptor partem accipiat fructuum, vt medietatem, ſi ſoluitur medietas, & ſic de alijs, quia non eſt equũ, vt emptor habeat fructus, & venditor pecunia vti non poſſit. Quam q̃dem opinionem Sum. Ang. dicit veram, etiam de iure canonico, per gl. in c. conqueſtus. Nõ ob. quòd loquatur de exiſtente in mora, quia ſic. in mora conſtitui poteſt a principio. Et licet, inquit alij Theologi, & Legiſtę, vt Butri. in d. l. curabit, dicant verum eſſe, quando venditor fuiſſet pecunia lucratus, tamen mihi, inquit, vr̃ ſimpliciter vera, etiam ſi pretiũ ſeruare volebat in arca. Sed dico, quòd nec ſimpliciter, nec cũ dicta limitatione eſt vera, q̃a de re aliena, cuiuſmodi eſt poſſeſſione vẽdita, non licet accipere fructũ, ſimiliter nec de pecunia licet accipere intereſſe lucri ceſſantis, niſi poſt moram, vel quando conceditur amico ad eius vtilitatem cũ proprio intereſſe, vt patet ex dictis tit. priore: quorum neutrum eſt hic, ſed accipitur lucrũ ſolum ratione expectationis, ſecundum opinio. huius Sum. qd̃ eſt vſurarium. Vnde contra Ang. tenet Frã. de Mayro. in 4 diſt. 15. & S. Ber. & Ro. Vſura 1. §. 47. & Archi. dicens Theologos non approbare iſtum contractum, quia illi fructus vident̃ haberi ratione dilationis tẽporis, quod ſapere vr̃ vſuram, per dictũ c. in ciuitate. Ego aũt dico, ꝙ venditor põt percipere fructus ſolũ quando poſſeſſio eſt ſua, & non alias ante moram. i. terminum ſolutionis, niſi fortè ratione intereſſe eo caſu, quo vendidiſſet principaliter ad ſeruiendum amico, quòd non eſt in caſu. Igitur venditio fiat a me nunc abſolutè, & nũc detur mihi medietas pretij, ſi percipio fructus reliquæ medietatis, principio fructus rei non meæ. Et ſic intellige Theologos. Si verò fiat venditio conditionata, i. ut ſtatuatur q̃dem p̃tium, quo ego ſpondeo me p̃dium venditurum, qñ exhibebit pecuniã, ſed tamẽ non intelligitur facta actualis venditio, niſi actu exhibeas pecuniam, & interim pretium ſtat peri-

periculo meo, sic quòd si raperet a flumine, vel deterioraretur, damnum esset meū sic verum est dictum Legistarum, & sic videt̄ tenere Bal. in d. l. curabit, & videtur probari per l. in initio, C. de pac. inter empt. & vend. & sic debet intelligi d. l. curabit. Aliud enim est vēdere nunc, atque aliud nunc spondere, & obligare me venditurum tali pretio intra annum: quia in primo casu apud me, non stat dominium, sicut in secundo. Nec est verum, quod hoc casu possit quis a principio constitui in mora salua iustitia, si possessio absolutè vendatur; sed solum si vendatur conditionatè ꝙ tamen quidam dicunt fieri eo ipso, quo fit pactum de affectu, quod non est verum, nisi stet periculo venditoris.

12 Dvodecimo† quæritur, vtrum, licitum sit emere annum reditum, maxime nouiter institutum? Et dico multa. ¶ Primum. Exemplum huius quæstionis est, si Titius indigens pecunia, Mæuio vendat quinquaginta florenos auri annui reditus super fundo. B. vel sup omnibus bonis, suis obligans omnia bona sua & fiat contractus pretio competenti arbitrio boni viri, considerata qualitate regionis, quātum ad id, quod reddere solent pecuniæ inuestitæ, vt in plurib. puta, florenorū mille auri, cum pacto, quòd eodem pretio possit in totum, vel in partem redimere. ¶ Secundum. Inno. in c. in ciuitate, de vsu pertractat istam q̄stionem quo ad emptionem, nihil dicēs de facultate redimendi, & distinguit. Nā si talis reditus iam sit institutus super rebus mobilibus vel immobilibus ante contractum, aut vendi tam actionem, secundum eum, & Ioā. And. & Host. & omnes Canonistas, contractus est licitus, & hoc, vt dicit Lau. de Rid. siue fuerit cōstitutus in re; puta, in vino, & possessione, & hmōi, siue in persona; puta, serui, liberti, vel rustici, vel actione, vel nomine, siue sit reditus certus; puta, quia reddunt quinquaginta, siue incertus: puta, quia redditur quarta pars fructum de aliqua domo, vel operibus alicuius personæ, siue contractus sit perpetuus; puta, quia extenditur ad hæredes contrahentium, siue sit ad vitā hoīs, siue ad certū tp̄s, puta, ad quinque annos, q̄a est vera venditio, cū ibi sit pretiū, & merces, i. annus reditus, C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. ¶ Tertium. Si verò reditus non est adhuc constitutus, sed cōstituitur de nouo in rebus, vel personis; dicit secūdū aliquos, contractū esse illicitum, quia ibi non vr̄ esse vera vēditio, cū merces nō sit in rerū natura, emptio aūt, & vēditio sine re, quæ vēdat, intelligi non pōt, ff. de contrahē. emptio. l. nec emptio. ideo consuluit abstinendum. Et consentit Ioan. And. addens contractū esse illicitum, & vix se videre, qūo sine fraude fieri possit. Sed verū non gl. Ray. sed alius, & Alex. Lon. dicunt contractum esse licitum, nec esse aliquam cām dubitandi, & esse puram venditionem, quia cū habeamus tria bona, scilicet mobilia, & immobilia, & ius in vtriusque hoc tertium, est qd̄ hic vendit. Vnde falsum assumit Inn. in sua rōne, ꝙ ibi non sit res vendita, quia est vtriq. s. certus reditus, siue ius exigendi certum reditum, imò dato, ꝙ hoc non essent, & emptio sine re non fiat, tū dico, ꝙ fit sine re præsenti, mō sit res futura, & sperata sicut emuntur fructus prouenturi ex agro, & partus ancillæ, vel pecudis, ff. de cōtrah. emp. l. nec emptio, & similiter iactus retis, l. si iactū ff. eo. & si captura duplo valeret, quam p̄riū, nihilominus tenet contractus, quia spei emptio est. Circa hoc multa alia prosequit̄ idem Veru. soluēs omnia obiecta, vt diffusè recitat Arch. 2. par. tit. 1. c. 8. Et videt̄ mihi, ꝙ isti bene dicant, nec sit rō dubitādi, modo cesset fraus, licet Arch. dicat, quòd non videat̄ clarum. Et hoc tenet etiam Rich. & cōiter Docto. Parisini, & Canonistæ in d. capit. in ciuitate. Et ita vr̄ mihi res clara, quia non video differentiā inter affictum antiquum, & nouū, quo ad hoc tum q̄a non directè, & immediatè emitur affectus, siue reditus, sed ius exigendi, & percipiendi illum, tūm quia si affictus antiquus, q̄ secundū omnes, emere licèt, fuit licite institutus, quare non potest etiam nūc alius institui & vendi? Si verò fuit institutus illicite, quia res de se iniusta, licitè emi non posset, per reg. gulam, non firmatur, de regu. iur. lib. 6. ubi non firmat̄ tractu temporis, quod ab initio iure non subsistit. Quartum. Petrus tamen de Anch. dicit, quòd si reditus nouiter institutus sit pecunialis, quia habet magnam vicinitatē cum mutuo potius talis emptio dicit̄ contractus usurarius, & uerū est quo ad præsūptionem aliquando, secus ubi in ueritate cessaret fraus. Et est dr̄ia inter istā solutionem, & mutuū, q̄a mutuū necessario est restituendū, non aūt pretiū hic acceptum, licet aliq̄n possit restitui, ut si fiat pactum, ꝙ affictus redimi possit, quo casu nihilominus uenditor non est obligatus redimere, si non vult, alioquin si esset obligatus, usura esset. Ioānes etiā de Leg. dicit ꝙ quando census constituitur non habita relatione ad rem, ut quia obligo me tibi ad unum florenū, quia dās decem, & uendo tibi, hoc

hoc ius percipiendi non relatum ad rem, tunc licita est venditio, quia non venditur ius imo de nouo oritur cõtractus fœneratorius, 14. q. 3. plerique, & ita tenet Sum. Rof. contra Ang. quæ tenet iuxta prædicta. Sed ego dico ꝑ rationem Verue. & Alex. ꝙ hic est vera vẽditio, nec obligatio est personalis, sed realis, cũ obligentur omnia bona venditoris & quod Ioa. de Lig. dicit, habet locum vbi census cõstitui tur sub re certa, & cõsequenter taxatur secũ dum quantitatem pecuniæ, licet ipsa tantum reddere non possit, vt si centum aureis ematur affictus quinque aureorum super domo, quæ non locatur nisi pro quatuor, esset enim tunc vsura. Sed Sum. Ang. quod non est proprie verum, supposita veritate venditionis qa cessat mutuum, esset tamen iniustitia, & illud plus esset obnoxium restitutioni. Vnde dicit idem Ioan. de Lig. quòd vbi census constituitur tempore venditionis, & non potest haberi de re, ut quia constituitur census, ut decem in domo, quæ locari non potest nisi pro quinque, & est fraudulosus contractus.

¶ Quintum. Secundum Rod. tamen, quando emitur reditus ad vitam emptoris, non est tutum ne vendens desideret mortem emptoris, & placet, quia pactum quod inducit votũ captandæ mortis, non valet. C. de pact. l. fi. & ff. de verb. obl. l. stipulatio hoc modo. Vnde prohibetur promissio præbendæ vacãtis, de con. præb. c. 2. lib. 6. & hoc quia est contra bonos mores, vnde nec debet admitti. C. de pact. l. pacta Quod tamen si fiat, non dico esse mortale, scilicet, emere, vel vendere ad uitam secundum se, quia non inuenitur prohibitum, si circũstantiȩ debitæ seruentur, aliter vsusfructus nunquam posset constitui, qui finitur morte. Inst. de vsufru. §. finitur. Vnde si quis cõstituat al icui certam pensionem ad vitam pro certo pretio, non videtur illicitum. Emere autẽ vel vendere ad vitam vẽditoris magis licet, quia tale votum interuenire non potest.

¶ Sextum. Contractus, quo quis emit reditus possessionum, aut domorum, communiter fit sub cõtractu emphyteutico siue liuellario, & cum pacto redimendi, seu affrancandi. Vnde vult Sum. Ang. quòd non possit institui pẽsio ita magna, sicut in locatione, sed de hoc infra, §. vltimo.

13 Decimotertio † quæritur, quid de his, qui dant monasterio, vel ecclesiæ certam quãtitatem pecuniæ, vt ab eis recipiãt certas possessiones tenendas toto tempore vitæ ipsorũ ita, quòd post mortem eorum redeant ad ecclesias. Et dico Rayn. & Goffred. iudicasse cõtractum vsurarium, eo quòd homines multũ sperarent viuere, & sic amplius percipere de prouentibus: quam esset pecunia data, & sola spe contrahitur vsura. Si tamen quis daret vnam possessionem, & reciperet æquiualentẽ, aut duplo plus ualentem, vsufruiturus vtranque in uita sua, & vtraque post mortem ad ecclesiam plena dominio, regressura, esset licitum Sed Rich. in 2. quol. quæst. 2. quem refert, & sequitur Sum. Ang. dicit licitũ esse contractum, etiam quando datur pecunia, modo seruetur æqualitas iuris naturalis, quia nõ est contractus mutui veri, vel apparentis, sed cõtractus innominatus, ꝗ magis assimilatur emptioni & venditioni Hostien. Verò, quem refert ac sequitur Sum. Rof. dicit, quòd est contractus emptionis & vẽditionis licitus, & excusatus rõne incertitudinis, C. eo. l. 2. Lauren. autem de Ridol. ponit similem casum sub aliqua forma, s. ꝙ tales dent centum monasterio recepturi ĩ uita sua annuatim sedecim hoc pacto, ꝙ monasterium ad libitum posset reddere centum, & liberari ab annua solutione, & ad hoc monasterium obligat bona sua, & dicit reditũ non constitui in re, nec ad rẽ haberi relationẽ, sed ad personam, licet bona obligentur. Et sic ibi non est venditio iuris, sed pecuniæ inuendibilis. Imò, inquit, verius est contractus innominatus, s. do vt faciat, in quo vr̃ interuenire fraus, maxime attenta maximi lucri quãtitate, & pacto de restituẽdo cũ voluerit, s. monasterium, ex quibus vr̃ in effectu ac si mutuum contraxissent. Ego vero dico, sibi non posse esse mutuum: quia dans pecuniam non potest eam quouis tempore repetere, & consequenter nec vsuram, sed tamen est ibi iniustitia, & est emptio iuris exigendi singulis annis sexdecim, celebrata pretio iniusto, & consequenter decidendus est iste casus, secundum regulas datas supra Emptio, per totum.

14 Decimoqarto † quæritur, quid si quis emat actionem alicuius, vel summam certam minori pretio, quia soluit ante tempus? sicut si quis emat creditum Petri, quod ei soluendũ est ad tres annos aut pagas, seu reditus montium immaturos, aut scriptas banchi, vel actiones, & huiusmodi? Et dico multa. ¶ Primũ. Quando litigiũ imminet, an possit actio emi pretio minore, quam sint ipsa iura. Barto. in l. per diuersas, C. mandati. dicit competens pretium esse ꝙ remanet deductis expensis, & labore pro recuperãda re factis, & idem Bal. in l. 2. C. ne. li, pen. & cõsequenter vident̃ isti sentire

tire,quòd non poteſt quis actionem emere ꝑ
minori pretio quã ſint iura,niſi habito reſpe-
ctu ad prædicta, ſcilicet laborem & expenſas
faciendis. Quod Pan.in c.ex parte.de alie.iud.
mu.cau.fa.dicit ex toto non approbari, quia
minus valet actio quàm res ad quam datur,
tum propter dubium euentum litis,cum poſ-
ſit quis perdere cauſam etiam iuſtam propter
iudicis defectum,tũ quia debitor poſſet inte-
rim effici.Vnde dicit text.not.in l.minus,ff.de
reg. iur. ꝙ minus eſt habere actionem quam
rem, unde cum nihil aliud emant quam ſpem
in euentu iudicii futuri:ridiculũ eſt dicere, ꝙ
pretium de neceſſitate debeat eſſe tantum,q̃
tum eſt in actione.Pro quo eſt Inno.in c.in ci
uitate,eo.tit. vbi concludit, quòd poteſt quis
conſcientia bona emere actionem iam ortã
tempore contractus,etiam pretio minore qa
exponitũ ſe periculo. Et idem dicend in trãſa
ctione.& eſt tex.notabilis ad hoc in l.Lucius,
ad Trebel. Vnde concluderem quod modici-
tas pretii dicitur habito reſpectu ad valorem
actionis, qui valor debet conſiderari habito
reſpectu ad dubium euentum litis, ſecundum
quod cauſa eſt clara vel dubia. Aduertendum
eſt tamen quod debitum litigioſum aliquan-
do emere non licet,de quo dic vt ſup.Lis.§.8.
¶Secundum. Si quis emat a Ioanne centum,
q̃ debet habere a Petro ex legato, vel affictũ
quocunque modo pro xcv.diſtinguẽdum eſt.
Nam ſi hoc facit ad inſtantiam ipſius Petri,
hoc eſt licitum,ſi emit minoris quam æſtimat
ſuum intereſſe,etiã lucri ceſſantis probabilis
deductis laboribus,&c. Et ſimiliter ſi quantũ
æſtimat laborem & pericula rehabendi,quia
noſtra intereſt litibus,& ſumptibus non vexa
ri,ut l. minoribus. ff. de mino. Si vero ſponte
facit propter lucrum aut minuitur pretiũ ſo-
lum ratione ſumptuum,laborum,& periculo
rũm,ſcilicet qa eſt emptio iuſto pretio facta.
cum res in periculo cæteris paribus minus va
leat,quam extra periculũ. Aut minuitur pre-
tiũm ſolum ratione anticipatæ ſolutionis, &
tunc eſt vſura, ut in capitu. fin. eodem titulo
& conſentit Ioannes Andreas in addition. ad
Speculum, & Sanctus Thomas ſecunda ſecun
da, q̃ſtione ſeptuageſimaoctaua. Nec obſtat
illud.Plus ſoluit,qui ante tempus ſoluit. Inſti
tutio de accu.§.plus, & de plus petition. c.1.
quia illud eſt verum in eo qui obligatus ſolue
re, ante tempus ſoluendo patitur intereſſe,
ideoq; cogens eum plus petit. Iſtẽ autem plus
petitio ſiue etiam reſpectu tẽporis,vt cũ obli
gatus ſolum ad annum nunc cogitur,ſiue re-
ſpectu rei; vt cum res debita tempore meſſis
petitur tempore anteriori, in quo plus valet
ſiue reſpectu cauſæ, vt cum debitum alterna
tiue petitur determinate, poteſt diminuere
ſolum tantum,quantum quis æſtimat intereſ
ſe ſuum veriſimiliter,& ſiue damni emergen-
tis,ſiue lucri ceſſantis. Non autem hoc habet
locum in ſolutione anticipata pretii rei ven-
ditæ.Similiter ſi eſſet mutuum,vel commoda
tum factum alicui vſq; ad tres annos,& ſuper
ueniente caſu mutuans, vel commodans indi
geret,& vellet ſibi reſtitui, non liceret com-
modatario, vel mutuum recipienti minuere
pro intereſſe ſuo, quando ſimile intereſſe in-
currit mutuans, & commodans, nec aliunde
prouidiſſe ut ipſum euaderet,ſi talis commo
dator vel mutuans non ſubueniſſet. Et ſic in-
tellige,& limita l.in rebus,ff.commodati.
¶Tertium.Si debitor centum aureorum ad in
ſtantiam creditoris ſoluit ante tempus minus
quã debeat,puta xc.Ioannes de Ripol. or.mi.
dicit indiſtincte eſſe licitum,aſſerens ꝙ poteſt
vendi tempus proprium, licet non cõmune,
de quo per Arch.2.par.tit.1.c.8.Sed S. Tho.ad
lectorem Florentinum,dicit hoc eſſe vſuram.
Quod limita ẽt,ſm eum,niſi debitor ante ſol
uat vt ſeruiat creditori,& patiatur intereſſe,
quia tunc licet & hr̃ ratio etiã eo caſu intereſ
ſe lucri ceſſantis,puta qa volebat de illa ſum-
ma mercari,ſecundum Hoſt.& Io.de Lig.licet
Inn.& Io.And.ſit in cõtrarium, de quo dic vt
ſupra Vſura 1.§.23.¶Quartum.Circa emptio
nem pagarum eſt controuerſia,quibuſdam di
centibus,quod licite emuntur pretio minore,
quos ſequitur Sum.Roſ. adducens multa val-
de confuſe,& præter propoſitum,non diſtin-
guens inter emere loca,& affictus,quorũ fru
ctus eſt incertus,& emere pagas,quarum ſum
ma eſt certa.Sum. vero Ange. dicit quod non
licet.Ego vero dico ſic, Emere pagas duplici-
ter contingit, primo quando non ſint certæ
quantum ad ſuam quantitatem, vt ſi quis e-
mat reditus decem locorum ad decẽ,vel quin
que annos quicqd reddiderint ſic licet, & ſic
procedunt pene omnia quæ adducit Sum.Ro
ſel. Secũdo qñ ſcitur certa ſumma, puta quod
loca tali anno reddent tantum, puta xl. ſoli-
dos,& iſti xl.ſolidi, qui exigi non poſſunt vſ-
que ad tres annos, emuntur pro 30.ad ratio-
nem 15.ſolidorum pro libra, & idem eſt ac ſi
tota ſumma neſciatur,& tamen certa ſumma
ematur;puta libræ centum ad rationem 15.ſo
lidorum pro libra.Et ſic eſt in vſu Genuę eme
re pagas.Igitur emere pagas Genuæ, i.prouẽ

tus

tus ex locis certos, qui nondum sunt maturi,
pro minori pretio, q̃ ipsæ sint, puta ad 15. so-
lidos pro libra, vel huiusmodi est mere credi-
tum alicuius. Vnde distinguendum est secun-
dum aliquos, vt sup. §. eo. par. 2. Si enim emat
quis ad instantiam amici malens suis pecunijs
negotiari, vel aliud licitum, q̃rere lucrũ, pote
rit minori emere pretio, ſm quod verisimili-
ter æstimat suum interesse ét lucri cessantis.
Si verò hoc facit volens ꝑ hanc viam lucrari,
vsurarius est, non formaliter, sed æquiualen-
ter, quia solutio anticipata habet rationẽ mu
tui. Sicut in simili dr̃ in c. in ciuitate, eo. tit. ita
ꝙ in emptione, & venditione est mutuum, qñ
soluitur ante, vel post dationem rei. Si tamen
in exigẽdo essent pericula, & labores notabi
les, & expensę, & hac ratione pretium minue
retur, non esset illicitum, vt sup. partic. 2. sed
non est ita semper in proposito, & multo mi
nus in scriptis bãchi, quæ dantur, & accipiun
tur in solutum. Nec obstat si dicatur inesse
periculum, aut labor in rhñdo, quia aliquan-
do non est verisimile, quin habebit tempore
suo totum, & sine labore, vel periculo notabi
li. Vnde minutio pretij, fit solum ratione tẽ-
poris, quod etiam patet, quia quando pagę lõ
gius distant, tanto magis de pretio minuitur.
Non obstat etiam, quòd cõis æstimatio plus
eas non æstimat valere, quia communis æsti-
matio non facit iustum pretium, nisi adnume
ratum, quando eodem tempore, & loco exhi
betur pretiũ, & recipitur merces: alias est cor
ruptela. Non obstat etiam, ꝙ fructus agrestis
minoris sit pretij, quam maturus, quia hoc ve
rum est ratione qualitatis, quã habet fructus
in se, non ratione dilationis tẽporis. Et ita in
proposito, si summa immatura habeat in se
pericula, & labores, quæ non habeat matura,
minus valet aliter non, sed est vsura, per tex.
apertum à contrario in capitu. nauiganti eo.
ti. Non obstat etiam, quòd si radix bona est, i.
loca, & fructus, quia fructus locorũ sunt qui-
dem pagæ, quæ sunt bonæ, non autem iniusta
emptio pagarum, quæ est mala. Non obstat
etiam, quòd emere pagas sit emere, iura, quæ
minus valent, si magis distant, quasi minus vti
lia, quia ius ad certam summam non ualet ea
minus, nisi ratione periculi, vel laboris, & hu
iusmodi sicut etiam nec ius exigendi certã rẽ
certo tp̃e valet minus, q̃ pretium rei tp̃e red-
ditionis, q̃ si emeretur minoris, ratione antici
patæ solutionis, esset vsura, vt ꝑ c. in ciuitate,
de vsur. Non obstat ẽt ꝙ melior sit res, q̃ spes
qa verum est, quando spes non est ꝓbabiliter
certa, quo casu dico licite pagas emi ꝑtio mi-
nore. Non obstat etiam, si dicatur, quòd Ca-
lixtus tertius, & Xystus quartus concesserunt
eas emi posse sine scrupulo: ille quidem semel
tantum iste verò toties, quoties, quia vt in eo
rum literis patet, hoc concesserunt solum qñ
ꝓtectores comperarum S. Gregorij, hoc æsti
mant cedere in vtilitatem dictarũ compera-
rum, vel cõis Genuæ, quo casu papa tanquam
princeps libere remittere intelligitur empto
ribus, qui ab ipsis protectoribus emunt. Vnde
in eis locum habet concessio papæ, non au-
tem in alijs ementibus à priuatis. Magister ãt
Raph. de Porna. in hoc casu consuluit pagas
emi posse pretio minore. Et sic tenuit veram
conclusionem, sed ex rõnibus falsis, quæ si va
lerẽt ꝓbarent vniuersaliter, ac semꝑ licere ta
lem emptionẽ, ꝙ papa non dicit. Et sic stando
principijs moralis philosophiæ, ista emptio ĩ
dubitanter esset vsuraria. Quæ tamen est lici
ta ex licentiante statuto, quod sic declaro; Ge
nua. enim ex tanto tempore, cuius initij me-
moria non extat in contrarium, non recogno
uit superiorem, & condidit statuta, & leges
de facto, nõ obstante, quòd habuerit aliquos
dominos, quia fuit sub certis regibus, quibus
semper sibi seruatum est ius cõdendi leges, &
superioritatis conuenientis ciuitati non reco
gnoscẽti superiorem. Ciuitas autem, & domi
nus superiorem in tꝑalibus nõ recognoscens
habet in suo territorio iurisdictionem, quam
in toto orbe de iure habet imperato, secundũ
Bald. in cap. 1. de po. te. Doct. in l. imperium,
ff. de iur. om. iud. Igitur sicut Imperator ex ca
su potest de iuribus, & reb. vnius auferre, &
dari alteri sine dubio, vt l. Lucius, ff. de eui.
Alex. in primo consi. C. in 2. colum. in add. ad
Bar. & Abba in capitu. quæ in ecclesiarum, de
const. ita & hæc ciuitas hoc facere potest ex
causa iusta, quæ est fauor publicus, vt tenent
Dom. in d. cap. quæ in ecclesiarum, & proba-
tur in l. item si verberatum, ff. de rei ven. Bar.
in proę ff. per tex. in l. venditio, §. si constat, ff.
cõia pręd. Hęc autem ciuitas virtualiter fecit
legem, ꝙ pagæ isto modo vendantur, quia de
hoc est consuetudo obtẽta in iudicio. Et hoc
fecit ex causa iusta, q̃ est fauor publicus, quia
expedit toti ciuitati ista vẽditio, vt patet om-
nib. expertis circa hoc: imò expedit illis q̃ vẽ
dunt libram pro 15. soldis, quia si non vende-
rentur pagæ, nisi ad numerum, gabellæ ciuita
tis minus valerent, adeo ꝙ vbi habentur 15. so
lidi, non hñtur 12. nec fortè 10. vt patet
expertis. Et ista opinio est verior, & tenenda,

ma-

maximè post factum. Et sic Papa intelligitur non quidem donasse emptorib. residuū iusti ꝑtij in dicta bulla, sed declarasse veritatem. Qđ etiam hinc colligitur: quia Xystus hoc concessurus dixit: Nos hmôi plenam notitiam habentes concedimus, &c.¶ Quintū. Si quis scripturā banchi, seu creditum, ꝙ quis hēt in bancho accipiendi in futurum aliquam summā, puta centum emat pretio minore, ſm Alexā. de Ales, est illicitum. Sed intellige quando minuitur solum ratione temporis, vnde dicendū est vt in casu priore, quia non esset illicitū, si minueretur ratione laborum, & periculorū, & sumptuum verisimilium: quæ tamen raro in sunt talibus scriptis, quæ vt dictum est, dantur, & accipiuntur in solutum.

15 DECIMOQVINTO quæritur, quod iuris de emptione & venditione cum pacto retrouendendi? Et dico multa.¶ Primum, in hac qōne frequenter sum pro veritate fatigatus, propter quosdam confessores tenētes cōtra suos & aliorū doctores: quo fine autem, ipsi viderint, & tamē veritas est clara ex ratione, & authoritate, intelligendo, tamē semper, ꝙ emptio fiat iusto pretio, & cū alijs requisitis, & similiter locatio, seu etiam datio ad liuellum. Quod enim licitè quis emat, & faciat fructus suos cum pacto refrancādi siue redimendi intra tot annos, vel perpetuo, quādo pretiū est iustum, & intentio siue fides bona, ita ꝙ in veritate vult emere, & malet emere absolutè, q̄ cum tali pacto, patet ratione: qa hoc fit ad cōmoditatem venditoris. Patet etiam authoritate: nam ita explicitè, & formaliter tenuit ex ordine minorum Alexand. de Ales 3. parte Sum Mona. in Sum. & San. Bernard. in suis contractibus & frater Bern. de Bust. & Sum. Ange. ac Rosel. & ex ordine Prædicato. Ray. Pisa. Archid. & omnes, & Hug. vt refert ac sequit Arch. 14. q. 3. plerique, & Asten. & Innocen. & Host. & Io. And. & côiter Canonistę in c. ad nostram, de emp. & ven. & in ca. conquestus, de vsur. sicut & Theologi in 4. dist. 15. & Legistæ in l. si fundum, & l. si à te, C. de pact. inter emp. & vend. & spāliter Bar. Cępolla veronensis super hoc vltimate conficiens penè volumen, & tandem in meam sniam. & conclusionem se resoluens, vt patet 2. casu suo. col. 1. Hæc ēt cōclusio est formaliter, & explicitè tradita per iura ciuilia, vt d. l. fundum, & l. si ꝑ te. & per canones intellectos ad sensum, gl. & Doct. vt patet per gl. in c. conquestus, de vsur. & in d. c. ad nostram, vbi nec tex. obstat: quia reprobatur contractus ratione doli, non ratione pacti de retrouendēdo, vt pater intēti, & similiter per sacram scripturam dicente domino Leui. 25. ꝙ omnis terra Israelitici populi sub redemptionis conditione venderet.

¶ Secundum. Emere ēt cum pacto de retrouēdendo, & locare vēditori, ꝓ certo affictu, nō est vsura, si fiat sine fraude: quia rem suam potest quisque sicut illi, ita, & isti; puta, venditori locare, & cuilibet alij, saluis his, quæ sup. loco suo dicta sunt. Esset tamen illicitum, si ex pacto cōmodū, & incommodum ꝑtineret ad venditorem, excepto constituto affictu, quia est cōtra naturam emptionis: cum rei emptæ commodū, vel incommodū pertineat ad emptorem, l. illud, ff. de peric. & com. rei vēdi. nisi affictus esset ita modicus, ꝙ venditor releuaretur in eo, in quo grauatur contra naturā cōtractus. Esset etiam illicitum, qñ venditor nō se posset quando vellet ab hmôi cōductione liberare, quia cum talis obligatio, vēdicet partem pretij. d. l. fundi partem, & emptor solum iustum pretium resoluat, sic su. iustum pretiū habebit istam obligationem. Et idē est si vellet emptor, quòd venditor obligaret se ad cōducendum, nisi in aliquo alleuiaretur conductor. Præsumitur autem vsura ex dicendis parti sequenti & iterum quando emptor vēderet proprios fundos ad huiusmodi contractus faciendos: quia non præsumitur incontinenti velle cōtraria, agere l. nō ad ea. ff. de cō. & demon.¶ Tertium. Si autem quis emeret in fraudem; puta, quia intendit mutuare, non emere nec vellet rem sibi remanere, sed redimi. & si crederet venditorem non redempturum, nō emeret, vsura esset venditione palliata Hoc autem ſm Docto. in d. ca. ad nostram, in foro contentioso præsumitur ex trib Primò quando pretium est modicum respectu rei, intellige vltra dimidium, & facit. l. quamuis, §. si cū essem, ff. ad Velle. & hoc maximè quando posuit pactum, quòd nisi redimatur intra certū tempus, postea redimi non possit; quia videt pactum legis commissoriæ, scilicet mutuasse, puta centū, & recepisse pignus, de 125. ita ꝙ nisi redimatur intra tale tps sit amissum verum est tamen, ꝙ res non tm̄ valet vendita sub tali conditione, ꝙ semper possit redimi q̄tum si venderet simpliciter, arg. l. fundi partem, ff. de contrahen. emp. Secundo quando sit pactum, vt restituatur aliquid plus, quam fuerit pretium, vt no. in c. illo vos, de pign. & domi. Ant. in c. cū in diœcesis, de vsur. Tertio, si emptor consueuit exercere vsuras, l. quod si nolit, §. qui assidua, ff. de ædil. edic. Quartò, secun-

secundum Io. And. in d. cap. ad nostram, in nouel. & Host. si apponatur clausula, quod redimi non possit ante quinquennium, vel decennium, sed tamen in rei veritate non esset illicitum si fieret bona fide, vt quia vult facere aliqua tẽporalia melioramenta: puta, impinguã do, quorũ effectu ipse vult frui. Non autem faciunt præsumptionem de vsura ista. tria simul .s. pactũ de retrouendendo, modicitas pretij, s. ꝙ non sit vltra, vel prope dimidiã, & datio in emphyteusim: quia ista iure permissa sũt, nec reperitur contrarium esse cautũ, & text. in d. c. illos vos, de pig. & in c. ad nostram, de emp. & vend. loquuntur, vel quando aderat alia cõiectura vltra ista, videlicet quia emptor erat solitus fœnerari, vel fiebat aliquod pactũ cõtra naturam contractus. ¶ Quartum. Ad pleniorem autem prædictorum notitiã colligendo ex quodam meo cõsilio registrato in Aur. Ro. casu 31. dico, quod iste contractus fit primo sic: Petrus emit ab Henrico fundum B. pretio iusto, id est mille aureis, & spondet se ei revenditurum intra certum tempus: puta, x. annos, vel quoties summa fuerit oblata; interim autem Petrus ꝑcipit fructus ex fundo, vel dat Henrico fundum ad officium pensione iusta, & æqua, iuxta dicenda §. seq. verbi gratia, ad sex, vel quinque pro centum? Et dico, quod licet, iuxta dicta in hoc §. Secũdo fit sic, Petrus enim emit cum prædicto pacto dimidium ipsius B. fundi pro indiuiso florenis quingentis, & dat Henrico ad affictum, secundum rationẽ prædictam. Et dico, quod licet, vt prius, cũ sit eadem ratio, vt patet. Si tamen in vtroque casu pretium non esset æquum, teneretur emptor pretium augere, aut venditor minuere, sed tamen contractus teneret, nisi esset error vltra dimidiam: teneretur etiam emptor, secũdum aliquos, restituere fructus perceptos pro rata diminutionis pretij. Quod tñ non est verum: qa si cõtractus tenet, res est Petri, & consequenter omnes fructus: vnde tenet solũ de residuo pretij, & de interesse, si quod passus ẽ vẽditor ratione illius residui. Tertio fit sic: Petrus emit cum prædicto pacto retrouendẽdi totum B. quingentis florenis, & dat Hẽrico ad affictum secundum rationem prædictam, ita tñ, quod in talis affictu non consideratur valor fundi, id est mille, sed quantitas pretij, i. 500. ita, quod 500. reddunt ei 30. vel 25. præcise, ac si emeret directũ dominium fundi, valens quinquaginta, non empto vtili, quod tantundẽ valet. Et dico, quod tũc ẽst difficultas magna, & facio vnum fundamentũ, s. quod fundũ B. diuidatur in duas medietates, q̃ sint, C. & de inde dico, quod pars. C. tripliciter vendi põt, primo, s. absolutè, siue per diuisum, siue per indiuisum, & secundo cũ obligatione retrouenditionis, & sic minus valet, q̃ absolutè sumpta, & tertio, cũ hypothecatione reliquæ partis, s. D. ita quod D. vendi non potest sine consensu eius qui emit C. vel ita, quod si emphyteuta, seu liuellarius cadat a C. cadat etiam a D. vel huiusmodi, & sic valet plus, q̃ absolutè sũpta tantũ, quantũ æstimatur illa obligatio. Ad casum dico, quod si emptor intendit emere absolutè totũ B. quingentis aureis, est iniustitia & secundũ iura rescinderet̃ contractus si iniq̃tas sit vltra dimidiam, iuxta dicta supr. in verbo, Emptio, nec si detur postea ad affictum secundũ rationem dati pretij, & non valoris, iustificatur contractus, quia posterius non iustificat prius. Si vero intendit emere totũ B. non absolutè, sed cũ obligatione reuẽdẽdi, & reaffictandi secundũ rationem pretij dati, & non valoris, videtur velle Sum. Rose. quod sit licitum, quia cum tali obligatione non valet, nisi quingentos aureos, qđ verũ credere forte q̃s posset, si consideratis dicendis seq. §. & conditionib. regionis arbitrio boni viri, neutra pars nimis grauaretur: quia perinde est ac si emat̃ dominiũ, & ius directum valens quinquaginta, & reddens pensionem regularem, idest, quinque pro centum, relicto tãtundem de vtili apud venditorem. Si vero intendit emere vnã medietatem. B. absolutè, idest sine hypothecatione alterius partis, & eam det ad affictũ ꝫm proportionem totius B. nulla est iniustitia. Si vero intendit emere vnam partem cũ hypothecatione reliquæ, & locare pro rata, qđ est quasi emere directũ dominiũ sine vtili, est licitum, sed tamen oportet, quod illa hypothecatio soluatur, nisi recompẽsetur per obligationẽ retrouendendi, quę & ipsa aliquid valet, & in his bonus vir arbitrabitur. Quarto, fit sic: Hẽricus enim egens pecunia vendit affictum nouum, vel antiquum Petro super omnib. bonis suis in genere, vel super aliquibus iñ specie, de quo dic, vt sup §. 12. & adde, quod si ille contractus est licitus, & est ibi vera venditio, poterit deinde fieri pactum de retrouẽdẽdo, & locare etiam ipsi venditori, secundum quendam Verue. & vr̃ expressum secundũ eũ, ff. de in diem addict. in l. 2. & in leg. vbi autem. Quinto etiam fit apparenter iste contractus aliquando vbi est vera impignoratio, de quo infr. Vsura 3. per totũ. ¶ Quintũ. Sed contra ꝑdicta arguitur primo: quia Dominus Leui. 25.

in hoc solum retrouenditionis iubet fructus computari in sortem, & consequenter emens cum tali pacto non facit eos suos. Solutio. Dico primo; quod illa iussio est iudicialis, seu pertinēt ad præcepta iudicialia, & consequenter nō obligat, nisi denuo statuatur, vt patet per S.Tho.1.2.q.103. Dico secundo, quod hoc fuit speciale in terra Promissionis, quam Dominus noluit posse vendi, nisi sub cōditione, vel pacto de redimendo, quod fructus computarentur in sortem, non absolutè, sed proportionaliter; voluit enim, quod omnis possessio vēdita in anno 50. libera sine pretio rediret ad venditorem. Et interim potest redimi: sed quāto pluribus annis emptor perceperat fructus tanto minus pretium restituebatur ꝓportionaliter, sicut, verbi gratia, possessio vēdita aureis 50. in anno primo, in secundo valebat solum 49. in tertio, 48. & sic de alijs, ita qđ quanto minus restabat tempus vsque ad quinquagesimum annum, tanto minus valebat. Et qđ iste sit sensus, patet, quia si absolutè fructus in sortem debebāt computari, & non secundum proportionem, etiam ante annum 30. vel quadragesimum, quælibet possessio, maximè bene fructifera, fuisset libera, & non solū in anno 50. ¶Secundo arguitur. Nam in hoc contractu venditor non habet intentionem vendendi, sed pignorandi multoties. Sed dico, ꝙ simpliciter vult vendere, licet secundum quid, id est si aliter facere posset, nollet vendere, & quicquid sit de sua intentione, sufficit, quod dicat se velle vendere, & emptori non cōstet de opposito probabiliter, quia ad cōtractum esse simulatum oportet concurrere animum vtriusque, scilicet emētis, & vendentis, vt l. emptione. C. plus val. quod agi. imo secūdū Bart. Cępo. de iure hoc sufficit, etiam si emptor sciret venditorem fingere, licet non in conscientia. Imo secundum aliquos sufficit in conscientia, tamen emptor intenderet mutuare super pignore, indubitate esset vsura.

16 DECIMOSEXTO † quæritur, quomodo cognoscetur iustitia pensionis? Et dico, quod ad cognoscendum quando pensio in hoc cōtractu, & in alijs, si iuxta sciendum est ꝑm quosdam, quos sequitur Sum. Ang. quod licet locatio fieri possit pro pretio totius reditus, quem domus, aut possessio reddit, non tamē sic fieri potest in isto contractu liuellario, quia talis tenetur manu tenere suis expensis, l.2.C. de iur. emph. & soluere pensionem, licet pars rei pereat casu fortuito. Secus in conductore, quia non tenetur suis sumptibus manutenere, vt l. colonus ff. loca. nec tenetur casu rei pereunte sine sui culpa. de loca. ꝓpter. Vnde si emptor tantum vult de censu, quātū soluere simplex conductor, cōtractus est iniustus, & in fraudē vsurarum, intellige præsumptiuè. Et ꝓpterea debet haberi respectus nō ad fructus excedūt sed ad quantitatem pecuniæ solutæ pro pretio, ita quod talis pensio multiplicata per 10. annos ascendat ad totalem æstimationem rei sic locatæ, & sic erunt 5. pro cētenario, vt est tex. in auth. de nō alie. §. quia vero, & ī auth. perpetua, C. de sacros. eccl. & ibi not. gl. Vnde si locaret simpliciter pro sex, non pōt dari ad liuellum, nisi pro quinque. Et quia cōiter grauatur talis in censu, ideo talis contractus videtur illicitus, & in fraudem vsurarum, intellige præsumptiuè. Sed de hoc supra, §. priore. ¶Alij vero, quos sequitur Sum. Ros. dicunt, & verius, quod licet plus accipiat dando in emphyteusim, quam simpliciter locando, per hoc nō censetur contractus vsurarius, nec illicitus, ꝙ probatur per d. auth. perpetua. iuncta glos. de qua 10.q.2. perpetua, quia rei dādæ in emphyteusim, etiam si locādo si parui, aut nullius reditus, pēsio iusta est, quæ in 20. annis adunata rei æstimationem continet, vt habetur in §. si vero alicuius, in auth. de nou alie. & ideo plus soluitur, quia in locatione habetur respectus ad fructus, in emphyteusi non, sed ad rei valorem, nec id, quod soluitur propter fructus, intellige præcisè, & semper, sed in recognitionē directi dñij, intellige aliqñ, vt voluit Bar. ī l.1.C. de iure emphy. ¶Et pro maiori declaratione nota, qđ in hoc casu si fundus emptus locatur, pensio iusta est, habito respectu ad fructus, & reditū ex eo perceptibilem. Si vero liuellatur, seu datur in emphyteusim, quæ duo, secundum Barto. & Sal. in l.1.C. de iu. emphy. sunt eiusdem naturæ solo nomine discrepantia, tunc aut fundus reddit fructus cōes; puta, 5. pro centenario, aut multo plus: puta, 10. vel 12. vt cōmuniter in molendino publici fluminis, aut multo minus: puta, duo, vel tria, ꝓ centenario, vt in domib. maximè pretiosis, q̄ multum valēt, & parum reddunt, eo ꝙ modica pēsione locentur, habito respectu valoris, vt est tex. in l. fi. §. sin autem, C. de bo. quæ lib. vbi dicit Bal. ꝙ domus pretiosæ sunt quodā modo steriles, & si quidē reddit cōes, iusta pēsio est habito respectu ad valorem rei, qui est secūdū pecuniam solutam ad rationē 5. pro 100. Si vero non reddit omnes, tunc in locatione esset iusta habitio respectu fructus, vel reditus, sed in liuellatione, in molendino quidē iusta pensio

sio

ſio videbitur quinque pro centum ut hr̃ in d. §.quia verò, quia in rei veritate etiã ipſe hñt deducta æſtimatione magni periculi, & magnis expenſis cõſeruãdi non perciperet, niſi hoc vel circa, & conſequenter cum in liuellatione omne periculũ, & omnis impenſa tranſeat in accipientem vt.l.1.cum ibi no.C.de iu. emphy videt̃, ꝙ modica penſione debeat locari, ſicut etiã propter prædicta venderetur pretio modico reſpectu fructuũ. In domo autem credo penſionem eſſe iuſtã ſi ſit ea quæ liuellaretur alteri qui eã nõ vẽdidiſſet, & alicubi eſt de more quinque pro centenario, vel quatuor cũ dimidio, & ſi ſit prætioſa, erit poſſibiliter penſio, maior q̃ in ſimplici locatione, quia in liuellatione nõ dat̃ penſio principaliter ꝑ reſpectũ ad fructus, ſed in recognitionẽ dñij, vt no.Bar.ĩ l.prima, C.de iu.emph. Et ſic patet, quòd dando in emphyteuſim iuſta penſio aliquando eſt maior quã locando, cum illa ſit iuſta, quæ in 20. annis collecta reddit eſtimationẽ, vt d.§.quia verò. Nec obſ. ꝙ emphyteuta ſentit incõmodũ reparationis d.l. 1. & cõſequenter videt̃ quòd debeat ſentire cõmodum minoris ſolutionis, quia habet cõmodũ iuris maioris quã habeat cõductor, quia habet vtile dñium, nec p̃t expelli per dominum, etiam ſi vellet rem in ꝓprios vſus habere quod ſecus eſt in colono. C.loca.l.æden. & ſi tẽporis curſus res meliorat̃, ſibi melioratur. Nõ ob.etiam ꝙ ſi res eccleſiaſtica dat̃ in emphyteuſim, fit diminutio ſextę partis, vt in d.auth. perpetua regiſtrata. 10. quæſt. 2.capi. perpetua. quia verũ eſt in re eccleſiaſtica nõ pretioſa, nec dicitur quòd ſine illa diminutione dari non poſſit, quinimo ſecundum gl. ibi in verbo, ſextam, poteſt dari ſine diminutione, imò plus accipi poteſt in liuellatione quã in ſimplici locatione, ut per eandem authen. probatum eſt. Non obſt. etiam quod colono ſit remiſſio propter ſterilitatem, non autem emphyteutæ. C.loca.l.licet. Nec ex hoc ſequitur, quod debeat in emphyteuta neceſſario penſio eſſe minor, quia habet plura commoda quam colonus, ut dictum eſt; imò quando emphyteuta ſoluit magnã penſionem, quod ſcilicet aliquando eſt poſſibile, licet dicat Bar. quod communiter eſt modica, tunc uidetur ſentire idem Bartol. in d.l.1. quod remiſſio fiat emphyteutæ, ſicut & colono. de quo uide ſu. Emphyteuſis, §.1. vbi diſtinguitur de emphyteuſi propria & impropria. Non obſt. etiam ſi dicatur, quod ſi emphyteuta plus ſolueret q̃ perciperet, non eſſet pœna cadere per triennium non ſoluenti; quia hòc eſt ei pœna quãdo eſt vtile domino quòd cadat, quando autẽ non eſt vtile domino, poteſt inuitus retinere in emphyteuſi, ut probatur in l.2.C.de iu.emphyt. in uerbo, ſi voluerit. Non obſt. etiam ſi dicatur quod iam pauper non poſſet accipere in emphyteuſim, ſi plus ſolueret quã perciperet quia obligatio perſonalis cuiuſmodi eſt emphyteuta, ita ſequitur paupere, ſicut diuitem, quia ſequitur perſonam quocũque vadat, ſiue ſit in emphyteuſi, ſiue in ſimplici locatione. l. quis ergo caſus. ff. de pecu.

RVRSVS de Vſura tertiò, vbi ſit, quantum ad pignorationes.

1 *Pignus ea lege datum, ut ſolutione in termino facta ſit uenditum, an ſit licitum.*
2 *Poſſeſſio an computetur in ſortem in marito.*
3 *Maritus accipiens ſex pro centum de dote non ſoluta, an ſit uſurarius.*
4 *Gener lucri faciens fructus, ſi accipiat pecuniam dotis ab alio, an ille quoque lucretur fructus & nu. 5.*
6 *Hæredes mariti an lucrentur fructus ſicut maritus ipſe, & quid ſi poſſeſſio redeat ad uxorem. & n. 7. 8. 9*
10 *Fructus pignoris eccleſia an computet clericus in ſororem.*

VSVRA tertiò conſiderari poteſt ſpecialiter quomodo inueniatur in pignorationibus in quibus uſura eſt uti gignore obligato, & non computare fructus in ſortẽ, iuxta dicta ſup. Pignus. § 1. per totum.

1 PRIMO † verò quæritur, quid ſi Petrus de Henrico in pignus pro centum mutuatis domum ualentem centum & decem, hoc pacto quòd ſi in termino ſtatuto non ſoluerit, impignoratio ſit uenditio. Et dico quòd Arch. diſtinguit. Nam ſi Petrus eo anno non computauit fructum domus in ſortem, elapſo termino tenetur de domo & de vſufructus, quia contractus non tenuit, ſed fuit uſurarius. Si vero computauit, tenet contractus, licet domus plus valeat, quia pęna conuentionalis appoſita eſt, nõobſtãte legis pacto cõmiſſoriæ, de quo ſupra. Pactum. §. 14. & hoc niſi feciſſet in fraudem vſurarum, puta quia mutuãs exiſtimabat, in termino nõ poſſe fieri reſtitutionẽ, & inde ſe lucraturum illa decem, quæ domus plus valebat, ſecus ſi ad coercendam moram debitoris.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum maritus recipiens poſſeſſionem computare debeat in ſortem? Et dicit cap. ſalubriter. eod. tit. quòd

non, ſi ſuſtinet onera matrimonij, puta quia vxorem nutrit. & idem l. pater, ff. de doli exc. Pro quo aduerte, quod ad iuſtitiam huius cõtractus multa requiruntur. Primò, ut dictum eſt, quòd maritus ſiue gener ſuſtineat onera matrimonij. Secundò, quòd dos ſit promiſſa ſimpliciter, quia ſi terminum ad ſoluẽdum eam dediſſet, nihil poſſet percipere, quia ante moram nihil ei debetur, cum etiam potuerit vxorem accipere ſine dote, vt §. ſequ. quòd Summ. Ang. tenet indiſtinctè. Sed tu limita, niſi interueniſſet cõuentio de aliquo interim dando, ſecundum Panorm. poſt Cal. Quod autem dicit Pan. in d. c. ſalubriter, quòd ſi gener accepit pignus, & poſtea terminum dedit ſocero de dote ſoluenda, nihilominus poterit bona conſcientia tenere fructus pignoris. Verum putat Sum. Ang. ſi dedit terminum ad redimendum pignus, non autem aliter ſi dedit ad ſoluendam dotem. Sed non oportet limitare, quia eo caſu maritus eſt in vero intereſſe, & ratione eius poteſt aliquid accipere, etiã ante terminum luendi pignoris, etiam ſine pacto, quando malles ſibi ſoluit iuxta dicta ſupra Vſura 1. § 19 vbi de intereſſe, agebatur. Tertio requiritur quod fructus onera non excedant, vel ſi excedant, habeantur de illo pluri, ſicut de obnoxio reſtitutioni quia cauſa ceſſante ceſſat effectus, de appela. cum ceſſante, quæ tamen onera cõiter æſtimantur ſm quantitatem dotis, quia ſecundum dotis quãtitatem mulier alimentanda eſt l ſi cum dotẽ, §. ſin autem, ff. ſolut. matrim. & de don. inter virum & vxorem per ſ vestras. Quarto requiritur ſecundum Ioannem Andr. & do. Anto. & Ioan. de Lig. in d. cap. ſalubriter. & Laur. de Rid. in ſuis contract. quòd illi fructus ſubijciantur fortunæ, id eſt ſint fructus poſſeſſionis, qui ſunt incerti, non autem certa quantitas pecuniæ. Sed de hoc dic ut in §. ſeq.

3 TERTIO † quæritur, quid ſi gener non recipiat pignus ſed cautionem de dote numeranda, & interim a ſocero percipiat aliquos certos denarios ex pacto, puta ſex pro centũ? Et dico de hoc Docto. ſcripſiſſe contraria. Nam Ioan. Andr. in d. cap. ſalubriter, cum aliquibus aliis dicit, quod non licet, tum quia papa conſultus ſuper hoc reſpondit de poſſeſſione, nõ de pecunia, tum quia pecunia de ſe non fructificat. Et cum eo ſentit Ant. de Bu. Ioan. de Lig. & Lau. de Rid. Sed Pau. de Elea. Io. Cal. Pe. de Anc. & Pan. in d. cap. ſalubriter. contrarium tenent. & dicit Pan. ꝙ papa idem reſpondiſſet de pecunia, ſi fuiſſet ſe interrogatus. Dicit etiã quod pecuniam fructificat hominis induſtria ſicut & terra. immo dici poteſt, quòd eſto ꝙ pecunia non fructificet, quòd nihilominus vxor manducat & veſtitur, & conſequenter neceſſe eſt ex pecunia emere poſſeſſionem, vel ex ea negotiari, vt habeat vnde viuat, aut ſubleuare damnum. Et hæc opinio eſt verior, cum utrobique ſit eadem ratio, ideſt, onera, ſiue intereſſe, & ſic idem eſt de pignore & cautione cum pacto. Concludit autem Pan. bene iſtam materiam dicens, quod ſi a principio datus eſt terminus ad ſoluendam dotem ſine pacto interuentionis pignoris, licet ex poſt facto pignus traditum fuerit, nihil poteſt conſequi genere, quia ſicut poteſt vxorem ducere ſine dote, & de proprio alere tenetur, ut in d. cap. per veſtras, ita & traducere potuit dato termino ad dotem ſoluendam. Si vero a principio interuenit datio pignoris, non procedit opinio dom. Antonij, ſed quòd nihil poſſit accipere, quia gener recipiendo pignus, uidetur cõfiſus authoritate dicti c. ſalubriter. & recepiſſe pignus ut lucraretur fructus in compenſationem dilatæ doris. Quod intellige pſumptiue, & in foro contentioſo, & in cõſciẽtia, etiam poſt aliquod tempus arbitrio boni viri deſignandum, ad ſoluendam dotem ſine termino promiſſam, quia ſocer tũc eſt in mora. Poteſt etiam ſm Pan. a principio gener cõuenire cum ſocero de aliquo ſoluendo annuatim vſque ad ſolutionem dotis, dummodo ſit homo ſolitus mercari, vel deponere pecuniã apud mercatorem. Sed omnia prædicta, ĩtellige, ſi gener ex dote ſoluta fuerat fructum reportaturus probabiliter, alias, non, cũ nullũ patiatur intereſſe. Et ex dictis patet, qđ ſi gener antequã ſuſtineat onera matrimonii percipiat fructus rei dotalis, quia non cedunt lucro mariti, ſed accreſcũt doti vel dotati, ff. de vſu l. uidemus. la 2. ſecundum gl. in d. c. ſalubriter debent reſtitui mulieri.

4 QVARTO † quæritur, vtrum ſi quis mutuet genero ſummam debitam pro dote, & accipiat ab eodem genero poſſeſſionem quam habebat in pignus, poſſit talis mutuans lucri facere fructus poſſeſſionis ut gener faciebat? Et dicit Bal. in rub. C. de vſur. quod non, quia mutata perſona mutatur priuilegium, quoties ꝑſona eſt immediata cauſa priuilegi. l. prima. C. de imp. lucra deſcri. & l locatio, alias incipit, licitatio §. fi. ff. de pub. ſed quia hoc nõ eſt priuilegium propter dotem, ſed ius cõmune propter intereſſe, ideo ratio eſt, quia cum iſte mutuans nõ propter intereſſe, ſed propter lu-

crum

crũ mutuet, & accipiat vsurarius est. Dicit tamen Rodol. quod si liberaliter mutuasset, & gener liberaliter in eum transtulisse oẽ suum ius in dicta possessione, licitè acciperet illos fructus, non ratione mutui, sed donationis. concor. Mo.

5 Qvinto † quæritur, quid si emat a genero ius præfatæ possessionis? Et dico, quod talis licitè facit fructus suos, nec potest ibi esse vsura, nisi contrahat fraudulenter, & fingat se emere, cum intendat mutuare.

6 Sexto † quæritur, vtrum hęredes mariti possit similiter facere suos fructus dictę possessionis, alimentando vxorem eo anno, quo dotẽ restituere non tenentur, si sit in rebus mobilibus, per l. vnicam, C. de rei vxoriæ actione, & dicit Pan. post Io. And. & Host. in d. c. salubriter, quod non, quia statim possent se expedire de muliere, reddendo ei pignus, vel rem obligatam pro dote, quod non poterat maritus de iure in c. tua nos, el 2. immo etiam non lucrãtur fructus dictarum rerum mobilium, si quid acceperunt quia licet quo ad illas res mobiles non sint in mora, nisi post annum, tamẽ earum fructus quos habuerunt intra annũ post annum cum ipsis rebus restituere tenentur, secundum Sali. & Ang. in d. l. vni. §. exactio. Et intellige primo, si non alunt relictam, non aliter, vt sup. Dos. §. vlt. secundo, de prouenientibus ex illis, non ex industria, quia si cum pecunia sunt lucrati, non tenentur de lucro.

7 Septimo † quæritur, quid si hæredes vxori relictæ assignent possessionem in pignus. Et dicit Io. de Lig. post Io. Andr. & Host. & Inno. in d. c. salubriter, quod non lucratur fructus, sed tenetur computare in sortem. Vnde fit cauta, inquiunt, ne recipiat rem obligatam pignore, sed eam vendi faciat, vel recipiat in solutum, ff. de re. iu. l. a diuo Pio. Aliàs fructus cõputabuntur in sortem, & dotem extenuabũt, vt in c. illos vos, de pignore. Sum. autem Ang. dicit se tenere contrarium, quod facit fructus suos, aliunde non habet vnde viuat. Quod nõ benè indistinctę dicitur, nisi intra annum non restituendæ dotis, vbi alimenta debentur relictæ. Alioquin extra, illum annum, siue habeat vnde viuat, siue non vsuraria est, si spontè ita facit, malens sic lucrari, quam habere dotem, quia cum dilatio solutionis sit mutuum implicitè secundum omnes, ibi est mutuum cum lucro. Si ãt dotẽ habere nõ põt, sed violenter ei detinetur, nec posset se iuuare, eo ꝙ nõ fieret ei iustitia ꝑ potẽtiam ꝗdum, ẜm Arch. licitè recipit dictos fructus, vel pecuniã, sine dotis extenuatione. Et idem secundum eũdem est, quando illi sine magno detrimento dotem restituere non possunt, & illa compatiens eam dimitti penes eos ad tempus, interim, cũ non habeat vnde viuat, recipiens aliquid ratione interesse, secus autem inquit, si fieret propter vtilitatem vtriusque, vt. s. illi magis lucrẽtur, & illa ex integro capitali lucrum habeat. Intellige autem, quod si aliunde haberet victũ hoc fieri non posset, quia illi non tenerentur, nec ad dotem, nec ad interesse, siue alimenta intra annum, quo iure tenẽt dotem, vt supra, Dos, §. 21. post annum vero secus. Vnde si ad eorum vtilitatem solum eam illis dimitteret, veniret etiam interesse lucri cessantis, iuxta dicta sup. Vsura 1. §. 19. 25. 26.

8 Octavo † quæritur, vtrum valeat statutum, quod soluto matrimonio, quandiu hæredes mariti præstiterint in dote soluenda, teneanẽ certum quid dare vxori relictæ, vnde se inde possit alere? Et dicit Sum. Ang. in verbo, Dos. §. vl. quod Pan. in c. de prudentia, extra de do. post diuor. restitu. refert Ioan. de Lig. in clem. ex graui. de vsu. tenere, quod valet, sed limitat ipse Pan. in ea, quæ non habet vnde viuat aliunde, sed istam limitationem dicit sibi non placere. Ego autem dico primo, quod Pan. ibi non refert illud, sed oppositum, s. quod secundum Ioã. de Lig. statutum non valet, & ita tenet ipse Ioan. & Imo. in d. clem. & multi alij, & Matth. ibi dicens, quod taliter statuentes incidunt in pœnam dictæ clem. & secũdo, quod Pan. illud dictum Ioan. de Lig. non limitat, sed in c. salubriter, de vsur. limitat dictum contrariæ opinionis tenentis, quod tale statutum valet, vt patebit. Et tertio dico, quod dicta limitatio licet non conuenienter limitet istud dictum, quod relicta facit fructus pignoris suos & §. priore. conuenientissime tamen limitat valorem dicti statuti facti in pœnam morosi, vel ratione interesse ante moram, vt patet ex sua doctrina, quæ vbi sup. est virtualiter hæc. Pro decisione, inquit, huius quæstionis, an valeat tale statutum, examinãda est alia, s. an teneantur hæredes alere relictam donec persoluerint dotem, & placet, inquit, plus mihi illa opinio, quæ dicit ꝙ sic, si illa non habet alia bona ẽt intra annũ datũ hæredi ad dotẽ ꝑsoluendam, vt tenet gl. & Bart. in §. exactio. l. vni. C. de rei vxor. act. & Spec. in ti. q. filij sint legi. Quo ꝑsupposito dicit ad ꝓmissam quæstionẽ, ꝙ statutũ valet in casu quo hæres tenetur alere relictã loco alimẽtorum decernens certã quantitatem, cum honestius sit hoc recipere quam

quam alimenta minuatim. Et Card. in d. cle. tenet, quod tale statutum, vel cōsuetudo potest tolerari, dicens se ita consuluisse, & referens hoc statutum esse Paduæ. Hæc ex illo. Et ita patent omnia prædicta, quia quæ se spōtè mulier accipiebat ex pignore, erant lucrum ex mutuo, quæ vero accipit ex statuto, sunt pœna legalis, vel interesse lege determinatum. Adde tamen ex Archi. quod etiam postquam hæres est in mora soluendæ dotis, idem est secundum Card. quod Archi. limitat licere relictæ quando mallet dotem, aut si potest, non vult mota pietate hæredum, vt §. priore.

9 NONO † quæritur, quid si lucretur relicta aliquos fructus ex pacto dotali? Et dicit Arc. post Lauren. de Ridol. quod licitè eos percipit ex eo, quod ratione interesse conuenti proueniat ex mora debitoris dotem nō restituētis, vel ratione pœnæ conuentionalis, qđ tamen limitat, nisi perciperet fructus ex possessione longè plus dote valente, maxime si debitor impotens sit ad restituendam dotem.

10 DECIMO † quæritur, quid si clericus accipiat in pignus rem siue possessionem ecclesiæ? Et dico, quod fructus non tenebitur computare in sortem, quia eos percipit quasi de suo. ex. eod. c. 1. & c. conquestus, & idem in decimis iniustè detentis, de deci. c. fi. & secundum Rayn. idem esset de omni alia possessione iniustè detenta, siue sit ecclesiæ siue laici, scđm gloss. & doct. in d. c. 1. & idē secundū Ray. de omni possessione empta ex fructibus iniuste perceptis.

RVRSVS DE VSVRA IIII. quo ad cambia.

1 *Cambium aut ars campsoria quid sit.*
2 *Pecunia an possit cum pecunia permutari, aut vendi, & qualiter nu. 4. & 5.*
3 *Numisma an, & qualiter vendi possit.*
6 *Cambiorum quot sint genera, & quibus modis exerceantur.*
7 *Cambium ad minutum an sit licitum.*
8 *Cambium reale per literas an sit licitum.*
9 *Cambium siccum an sit licitum secundum varios eius modos, & nu. seq.*

VSVRA quarto considerari potest, vt sciatur quando fit in cambijs, & quādo non. Est autē iniusta materia difficultas magna intelligentibus veritatem illam explicare taliter vt intelligatur ab alijs maximè rudiorib. propter intricationem contractuum, esset ēt difficultas maior intelligere quomodo cābia celebrentur, propter subtilitates mercatorū temporis nostri, est vero maxima in his determinare veritatem, quod opinionum variet as attestatur. Igitur operis ordine necessitatus diuino auxilio inuocato aggredior in re tam ardua determinare veritatem.

1 PRIMO † autem quæritur, quid sit ars cāpsoria, & cambium? Et dico multa pro responsione. ¶ Primum. Sicut dictum est supr. in verbo. Negotium. duplex est commutatio, distinguēdo ex parte finis, vt etiam dicit Philosophus. 1. Poli. vna scilicet quasi naturalis & necessaria. s. rerū ad res, vel pecunias, ꝑꝑ necessitatē vitæ, quæ propriè non ad mercatores, sed ad œconomos, & polliticos pertinet, qui habēt prouidere familiæ, aut ciuitati de necessarijs, alia denariorum, ad denarios, adde vel ad res, non ad necessitatem vitæ, sed ad lucrum consequendum, quæ propriè dicitur negotiatio, & ex bono siue honestari potest. Secundum. Pecunia considerari potest dupliciter, primo materialiter, vt res quædam; puta, aurum, argentum, & æs, & secundo formaliter, vt pecunia, id est inquantum monetata, & primo modo sicut locari potest, vt secundum Docto. ad ostentationem, ita etiam potest vendi, sed secundo modo nec locari, nec vendi potest, cū non habeat vsum a proprietate distinctū, sed suo vsu distrahatur. Et sic intelligo opinio. S. Th. & Arch. & aliorum dicentium, quod non est vendibilis, sed regula, & mensura venaliū scilicet formaliter sumpta. ¶ Tertium. Pecuniæ formaliter sumptæ duplex est vsus, secūdum Philo. ibi. Duplex est enim aliarum rerū vsus per se, s. proprius, ac principalis, qui tā in naturalibus quam in artificialibus est ille, ad quē rei natura primo ordinatur, vt panis ad esum, & vestimentum ad vestiendum, & sic de alijs, & communis ac secūdarius, scilicet alius a primo, cui tamen res, inquantū talis, applicatur, sicut respectu vestimenti commutatio, q̄a vestis applicatur venditioni, & commutationi, inquantum vestis, nec venditur, vel commutatur pro simplici panno. Et sic pecuniæ secū dum Philosophum primarius vsus est commutatio pro venalibus necessarijs ad vitā; puta, cibo, potu, vestitu, & huiusmodi, propter quę habenda inuentum est numisma, vt quæ vni patriæ, vel personæ, desunt aliunde habeantur dato numismate. Secundarius vero est commutatio pro alio numismate, & aurei ꝑ carlenis, quæ commutatio orta est ex inæqualitate numismatum, dum habenti numisma magnum commodius erat parum, non inquan-

quantum talis materia, sed inquantum talis valoris erat, & sic etiam hic moneta formaliter sumitur.¶ Quartum Lucrum autem ex cõmutatione numismatum, secundum Philosophum vbi sup. ortum habuit primo quidem a casu, dum accidit aliquod numisma, puta aureum alicubi plus æstimari, sicque ibi plura ærea pro eo dari, quam alicubi, sed deinde humana industria adiuenit artificiosa vias lucrãdi circa huiusmodi numismatum commutationes.¶ Quintum. Igitur ars campsoria est negotiatio in commutatione numismatum. cambium vero secundum vsum loquentium est actus huius artis, i. commutatio numismatum, ẽm vocabulum autem est omnis commutatio siue rerum ad res, siue rerum ad pecunias, siue pecuniarum ad pecunias, quæ vulgo dicitur baracto. Sciendum tamen, ꝙ commutatio sumitur large, ut etiam conuenit venditioni, & stricte, vt ab ea distinguitur, & sic est cambium proprie, non autem primo modo, sed large est cambium differens a uenditione sola materia, quia non est nisi circa pecunias.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum salua æqualitate iustitiæ pecunia possit cum pecunia permutari solũ salua æqualitate pretii legalis hinc inde, ita, s. quod vna tanto pretio distrahatur, quanto distrahitur alia, aut certe data inæqualitate huius pretii possit aliter seruari æqualitas? Et dico, ꝙ solutio huius quæstionis pẽdet ex alia, an pecunia vendi possit. Ad qđ dico, ꝙ si pecunia consideretur formaliter, & absolute, i. si consideretur ipse valor pecuniæ secundum se, quem habet ex statuto legis, est inuendibilis, quia sicut albedo nõ potest esse alba, sed illud quo quid formaliter est album, ita valor, seu pretium non potest appretiari, sed est illud quo alia appretiantur, seu regula appretiandi. Si vero consideretur ipse valor, ut est in tali materia, puta, auro, vel argento, vẽdi põt, & appretiari per accidẽs gratia materiæ. Quod patet primo, quia locari põt secundum Doct. secundo, quia secundum Sanct. Th. & Philo. 1. Poli. supposita honestate, finis licitum est lucrari permutando pecuniam cũ pecunia, quod sub eodẽ principe esse nõ posset, si semper daretur, & acciperetur ẽm valorem legalem, & sic oportet, ꝙ ex altera parte habeat rõnem venialis, ex altera pretii, qa expresse S. Th. 2. de reg. prin. vult, ꝙ possit q̃s vti numismate aliter quam ut pretio rerum venalium, & per cõsequens quis eo vtitur vt re venali, quia omnis res corporalis vtilis homini est aut pretiũ, aut quod appretiabile, & tamen iste vsus est vsus pecuniæ inquantum pecunia, sed non principalis. Verba autem S. Th. 2. de reg. princ. c. 14. vbi probato per vnã rationem, quòd pondus & mensura sunt magis necessaria quam numisma, subiungit aliã, sunt ista; Amplius autem pondus & mensura, inquantum talia, semper ordinantur ad mensuranda, & ponderanda; aliter per se nihil sũt sed numisma, quamuis sit mensura, & instrumentum, in permutationibus tamen per se aliquid esse potest; puta si confletur, erit aliquid videlicet aurum, vel argentum, ego non semper ordinatur ad permutationes. & hoc etiã habet veritatem in aliis speciebus pecuniarũ, imò amplius, vt in campsoria, quæ non proprie, ordinatur vt sit mensura rerum venalium, sed magis ad permutationes numismatis. hæc ille. Ex quibus patet, quod pecunia vti possumus tripliceꝛ. Primo, vt mensura venaliũ, qui est per se, & principalis vsus eius. Secũdò, vt est pecunia permutãdo eã cum alia pecunia, vt in cambiis, qui est vsus eius per se, sed non principalis: quo casu est venalis per accidens, id est gratia materiæ. Tertiò, ut re quadam, quo casu est venalis per se eo modo quo venditur pro argento facto, seu moneta to ad pondus.

3 TERTIO † quæritur, vtrum numisma possit materialiter vendi vel emi pretio maiore, vel minore quam sit legale, i. illud quod habet ex statuto communitatis aut principis ratione suæ qualitatis? Et dico ꝙ sic dupliciter. Primo propter qualitatem numismatis facientẽ illud esse carius possessori, quia sicut habens æquum valentem 10. communi æstimatione; potest illum vendere 12. secundum S. Tho. & alios Doct. ita habens monetã ex statuto ualentẽ 60. puta aureum bonum, posset illã vendere 62. si sibi sic valet, aut est cara. Secundò, propter qualitatem numismatis facientẽ illud plus aut minus ualere in se; quam ualeat aliud numisma eiusdem pretii legalis. Mile. n. libræ in auro materialiter valent, aut valere possunt plus, quàm mille in pecunia ærea, vel argentea, & in vna argẽtea, vel ærea, quam in alia, aut ratione ponderis, quia illa est cõpleta, ista defectiua ex sua origine, vel attõsione aut rõne deportationis, quia illa est commodior ad portandum quam ista, aut rõne vniuersalis distractionis, quia illa in pluribus locis distrahitur sub legali pretio, non ista, aut ratione periculi exbannitionis, cui plus subiacet ærea, vel argentea moneta quam aurea & vna argentea quam alia aut ratione cõmo

ditatis, quia illa est aptior alicui vsui quã alia, vt aurea ad ponendum in medicina, non autẽ argentea & aurei Genuenses ad deaurandum magis quam Veneti, aut ratione inexpẽdibilitatis, puta quia aliqua pecunia alicubi venditur ubi non expenditur, cuius pretium inquãtum est res, minus ex pretio legali quo alibi distrahitur. Nec ob. si habebat valorem determinatum a lege: quia verum est in ordine, ad commutationes rerum, non autem pecuniarũ sed tunc taxatur arbitrio bonorum.

4 QVARTO † quæritur, vtrum pecunia vendi vel emi possit alio pretio quã legali rõne distãtiæ localis? Et dico, ꝙ emptio & venditio, & alii cõtractus permutationis, q̃ fiunt de re, aut circa rem, variantur tripliciter. Nam aliquando fiunt in vno loco pro eodem loco totaliter, vt q̃a res permutatæ ambæ ibi sunt, & ibi sunt assignandæ, sicut si quis manualiter tradat vinum, accipiens oleum, aut aurum accipiens argentum, vel æs & econuerso, & tunc res permutant̃ ẽm pretium ibi cũ rebus. Alii quando vero fiunt in vno loco pro alio totaliter, vt quia ambæ res permutandę sunt in alio loco, sicut si duo existenses Mediolani permutent res quas vterq; habet Venetiis, assignãte quolibet eorum rem suam Venetiis, & tunc ꝑmutantur res ẽm pretium quod habent Venetiis, quia perinde est ac si Venetiis fieret ꝑmutatio. Aliquando vero fiunt in vno loco, partim pro illo, & partim pro alio, vt quia altera rerum permutãdarum est in vno loco, & reliqua in alio, sicut si duo Mediolanenses cõtrahãt super aromatibus, q̃ alter habet Genuæ, & alter exhibet Mediolani pretiũ, vel aliã rẽ, puta frumentum, & tunc oportet fieri ęqualitatem pensatis pretiis vtriusq; loci, & periculorum, ac expensarum, quæ ex altera parte, s. aromatum accidunt. Vnde illa aromata non æstimabũtur pretio quo venderentur Mediolani, ut patet, nec quo venderentur Genuæ, q̃a licet quæ sunt Genuæ, vendantur pretio ibi currẽte, eodẽ tñ non uenduntur Mediolani, licet plus ibi valerent si ibi essent, sed existentia Genuæ venduntur Mediolani pretio quod de existentibus Genuæ inuenitur Mediolani, quia res iuste emuntur, & venduntur pretio currente tunc in loco vbi fit contractus, etiã si ibi vẽderẽtur minori pretio quam in loco, vnde cũ expensis & periculis sunt allata. Res itaque distans considerata sub tali distantia minus valet quam præsens. Et quod de aliis dixi, dico etiam idẽ de pecunia inquantum est vendibilis, quia non est differentiæ ratio.

5 QVINTO † quæritur, vtrum numisma vendi, vel emi possit pretio maiore, vel minore q̃ sit legale ratione distantiæ temporis? Et dico, quòd quando res permutatæ non assignantur vel traduntur eodem tempore, non potest esse nisi duobus modis, scilicet vel quia ista exhibetur ante illam, vel illa ante istam. Et quidem si pretium exhibeatur ante rem venditã ratione anticipatæ solutionis, non licet emere rem minus pretio iusto, ẽm omnes Doct. præcipue S. Th. similiter nec vendere plus qñ res ante traditur, nisi ĩ casibus, de quibus sup. Vsura, 2. §. 2. s. quando venditor erat rem seruaturus in tempus aliud, vel si emptor non sit recepturus rem, nisi in tempore, de quo est verisimiliter dubium de rei valore, vt ibi supra dictum est. Et idem dico de emptione, & venditione pecuniarum.

6 SEXTO † quæritur, quot sunt genera cambiorum, & quibus modis exerceantur. Et dico, ꝙ omnia reducuntur ad tria. ¶ Primum dr̃ reale tantum, quod etiã dr̃ cambium ad minutum, vt cum Petro habenti aurum campsor dat argentum, vel econtrario, aut habenti unius generis monetam, puta carlenos, dat monetam generis alterius, puta quatrinos, accipiens tñ pretium certum pro suo labore, puta quattrinum pro libra. ¶ Secundum dr̃ reale per l̃ras, quod fit duobus modis. Primò qñ cãpsor Petro danti sibi Mediolani certam summam, puta centum, dat literas, quibus certa summa, de qua conueniunt, redditur illi Romæ aut Venetiis, puta 95. & relictum campsor lucratur ꝓ suo labore. Secundo cum Petrus Mediolani abet certam summam alibi plus valentem, & quam vellet illuc deferre, puta Venetias, ut illud plus lucretur, vel econtrario habet Venetiis, & vellet habere Mediolani, & dat eã campsori, qui dat ei literas, per quas dicta pecunia restituitur, ei ubi vult & ille aliquid soluit cãpsori pro suo labore. Et sic in hoc genere semper campsor prius accipit quam det. ¶ Tertium dicitur siccum ad instar arboris carentis humore uitali, & consequenter habentis apparentiam arbori, sed non existẽtiam, quia. s. hoc cambii genus secundum communem opinionem & secũdum quod communiter est in usu, non habet proprie naturam cãbii, sed mutui, & vsuræ, licet ẽt aliqñ ab aliq̃b. licite celebretur, quo casu iam non est siccum sed reale & uerum cambium differens a priori genere, q̃a in hoc sp cãpsor primo dat, & deinde accipit. Habet aũt hoc genus multas spẽs diuersis nominib. nominatas. s. per Venetias ad libras

grosso-

grossorum per Lugdunum, per Londres per Bruges, & huiusmodi, & fiunt etiā multis modis. ¶ Primo fit sic, Nam Petrus recipit Mediolani, vel Florentiæ a campsore decem libras grossorum tūc valentes centum florenos seu centū aureos ex pacto, ꝙ in capite vnius mē-sis teneatur tantum campsori Mediolani restituere, quantum post decem dies a celebratione contractus valebunt Venetijs decē libræ grossorum, quæ aliquando Venetijs valent plus, aliquando minus, & sic campsor aliqñ ꝑdit, aliquando lucratur, licet semper speret lucrari, & lucretur vt plurimū. Et si Petrus plus vult pecuniā tenere, de mense in mensem renouatur contractus, modo prædicto. Et ī hoc cambio lucrum expectatur in excremēto probabili alicuius monetæ. ¶ Secūdo fit sic. Petro indigenti Mediolani marchia auri, quæ valet lx. scuta, dat campsor non quidem lx. scuta in propria forma scutorum, sed valorem lx. scutorum, non secūdum valorem scuti in Lugduno, vbi communiter valet 30. grossos, sed ſm valorem scuti in Mediolano, vbi cōiter valet 28. hoc pacto, ꝙ Petrus tp̄e feriarum Lugdunēsium reddat campsori Lugduni 60. scuta, & sic sperat lucrari duos grossos pro scuto. Et ita cōiter fit, licet aliquando perdat, aliquando stet in capitali Et isto modo lucrum expectatur ex hoc ꝙ campsor, illud cuius valorem dat minus æstimat, vbi illud dat, quam vbi illud recipere. ¶ Tertio fit sic: Petro dat cāpsor Mediolani centum aureos, vt in fine triū mensium responderi faciat in ciuitate Londrensi, aut Brugensi alterius generis monetam, puta tot libras belingorum, quam monetam credit eo tempore ascendere ad summam maiorem data. Et in hoc modo stat lucrū in hoc, ꝙ illa pecunia, aut plus valet de præsenti, aut plus creditur valitura in posterū. ¶ Quarto fit sic, Petro dat campsor Mediolani centum aureos ſm valorem aurei in Mediolano, vbi verbi gratia, valet grossos 32. hoc pacto vt tempore feriarum reddat sibi centum aureos, ſm valorē auri in Londres aut Bruges, vbi valet grossos 30. & sic lucratur grossos duos pro ducato in eo quod plus æstimat ducatum quando eum dat quam quando illud accipit, vel etiam hoc pacto vt in tali termino restituat sibi secūdū rationem cambiorū de Londres aut Bruges, ne licet neuter habeat banchum in Bruges, nec sit illic pecuniam allaturus, aut recepturus, & in hoc consistit lucrum vt in modo superiori. ¶ Quinto fit sic, Petro dat cāpsor Mediolani centum aureos hoc pacto, qđ in fine vnius mensis responderi faciat totidem Romæ vbi. s. credit eos verisimiliter plus valituros. Et in hoc lucrum consistit, quia plus valet aureus vbi accipitur quam vbi datur. ¶ Sexto fit pessimè, & dr̄ cambium recambium, sic Petro enim Mediolani dat campsor centum aureos mutuo ad rationem cambiorum de Londres, cum pacto quod scribat literas, licet eas non mittat, & secundum quod lucrātur cambia in eundo & redeūdo ita accepit vltra sortem. ¶ Septimo fit specialiter in Romana curia sic. Clericus consequutus beneficium, & habens soluere annatam, i. primos fructus beneficij, vt dr̄, pro medietate cameræ Apostolicæ accipit centū a cāpsore, obligās se illa restituere in partibus. vbi est beneficiatus, de moneta ibi currente, & vltra lucrū cōsequens varietatem monetarum daturus quinque pro centenario, vel sex, aut secundum quod conueniunt plus, aut minus, aut iuxta prolixitatē & breuitatem moræ in restituenda pecunia, & fit instr̄m de mutuo de vsura tanquam totū sit de capitali, ita ꝙ si mutuum est centum, & vsura quinque instr̄m continet centū & quinque mutuata tali tp̄e restituenda. ¶ Pro notitia autē dictorum modorum aduerte primo, ꝙ si Mediolani plus valet aureus, vel scutum quam Brugis, aut Lugduni, quia. s. Mediolani grossos 32. ibi vero 30. valet campsor dādo facit computum super valore, & obligat Petrū ad reddendum sibi tot grossos in auro, quo fit vt campsor dans aureum pro grossis 32. recipiat eam pro grossos 30. & lucratur aureos aliquos, si autem valet Mediolani minus fundat computum suum super ducatos & obligat Petrum ad reddendum sibi tot ducatos secundum valorem quem habent alibi. ¶ Aduerte secundo, quod mercatores in cursu & vsu cābiorum non semper vtuntur moneta secundū valores quos vtuntur alij homines negotiantes, sed instituunt alium, imo aliquando commutant veram monetam in fictam, sicut si cāpsor dando aureos Mediolani, emat a Petro florenos Valentiæ pretio decem solidorū pro singulis, qui floreni valent in cursu cambiorum Valentiæ solidos 12. & tamen ibi nulla est moneta talis, quo casu summa quædam est quæ emitur pretio minore.

7 Septimo † quæritur, vtrum licitum sit cambium ad minutum cum aliquali lucro retinēdo, scilicet aliquid de vero pecuniarū valore, puta quatrinū pro libra? Et dico multa. ¶ Primum. Hoc cambiū est verè cambium, & in eo est possibiliter contractus ꝑmutationis verus

vnde

vnde datur aurum pro argento vel ecōtrario aut vna moneta pro alia dissimili in substantia, puta argētea pro ærea, vt dissimili in quantitate, puta attonsa pro cōpleta. aut in qualitate, puta quatrini veteres pro nouis. Pōt etiā ibi esse emptio & venditio, vna pecunia tenē te locum rei venalis, alia pretii, quod tunc accidere potest quando valor vnius pecuniæ est maior vel minor, quam valor legalis ratione suæ bonitatis, aut malitiæ, iuxta dicta sup. §.3. ¶ Secundū. Quantū ad campsorē in hoc cambio dicit Io. de Lig. in c. fi. de vsur. post multa, ꝙ non vr̄ bene excusabilis, nisi attento interesse, q̄a attēto subiecto pecunia est inuēdibilis, cum omnium rerum æstimatio fit. ff. de fideiuſ. l. si ita. Vnde vbi plus recipit, non est bene tutus. I. aur. autem de Rid. dicit hoc esse licitū fraude cessante, nec ibi esse vsuram, sicut nec mutuum, nec venditionem pecuniæ quæ est inuendibilis, ſm Archid. 13. q. 4. c. 1. nec ad pecuniam haberi respectum, sed ad interesse laboris, operarum, pensionum, salariorum, periculorum, & hmōi. Et idem in veritate sensit Io. de Lig. si verba eius considerentur, s. ꝙ sit licitum moderate lucrari ratione interesse, & idem Bal. dicens talem contractum licitum esse iure gentium & necessarium ac naturali ratione munitum propter pericula & dāna campsoris, ut ff. de naut. fę. l. periculi. ff. de actio. & oblig. l. traiectitiæ, §. de illo. & idem Alex. de Al. & est opinio cōmunis. Cui addo. quod in omni arte licita commutando habet ratio proprii interesse, & quòd potest lucrari ēt rōne venditionis pecuniæ aliquando. s. quādo dat bonam pro mala, quia pecunia est vendibilis gratia materiæ, ut dictum est. Sum. autem Ange, & Ros. adducit pro ratione ꝙ sit licitū, quia minuere sortem non potest esse vsuram, sed bene sortem augere. ff. si cer. pet. l. rogāti §. si tibi dedero. Sed ista ratio locum habet in Petro dante campsori, non autem in campsore, quia & si minuat sortem socii, suā tamen semper auget, cum lucretur. Et si det aureum pro pecunia, vult valorem aurei, & aliquid vltra. Si vero dat pecuniam pro aureo, vult valorem pecuniæ, i. aureum, & aliq̄d vltra, quòd sibi retinet de pecunia valente aureum. Et ideo conclude ibi non esse vsuram, sicut nec mutuum, sed licitū lucrum est dupli ci ratione, scilicet interesse, & uenditionis, licet possit ibi esse iniustitia immoderate accipiendo, in quo bonus vir arbitrabitur. ¶ Tertium, Quantū vero ad eum qui nō est cāpsor, nec artem istam exercet vtrum ex huiusmodi cambio possit aliquid lucrari, sunt opiniones, quibusdam dicentibus, ꝙ non indistincte, etiā ratione laboris in numerando, quia iste actus non est proprie mercenarius, sed solitus gratis concedi, quibusdam etiam dicentibus quod sic. Sed innixus rationibus iam tactis distinguit, quia si nullum patitur interesse vel periculum notabile, nec dat monetam meliorem quam accipiat nihil lucrari potest, cum solū his rationibus dictum sit hoc licere campsori Si vero aliquid patitur interesse notabile; puta magnam iacturam temporis numerando, vel aliquid huiusmodi, quod non solet gratis concedi, vel si det pecuniam bonam pro mala licite aliquid lucrabitur arbitrio boni viri. ¶ Quartum. Quantum etiam ad ipsum campsorem & non campsorem licitum est aliquā do uendere monetam, ut dictum est, & aliquā do accipere ad pondus. & aliam dare ad numerum, & vltra hoc aliquid lucrari ratione interesse, dicente Alexand. de Ales, quòd pecunia duplicem habet commutationem, vnam ex natura rei, siue ex pondere & materia, aliam ex determinatione legis positiuæ, qua statutum est, ut talis moneta tantum ualeat, & ꝙ licitum est campsori vnam monetam accipere ad pondus, & aliam dare secundum legis institutionem, quòd intellige quando suscepta ad pondus ibi exponi, non potest vbi suscipitur, ratione exbannitionis, aut attonsuræ, vel huiusmodi, alias est iniustitia, quia non susciperetur secundum quod ualet. Et si deinde campsor eam transferat ad locum vbi expenditur, & ibi plus ualet quā ad pondus, hoc lucratur ex loci mutatione, cum nulli faciat iniustitiam. ¶ Quintum. Quantum etiam ad campsorem & non campsorem, in hac manuali permutatione monetarum multiplex potest interuenire peccatū iniustitiæ, etsi non vsuræ videntur monetæ falsæ, vel mistæ, vel attonsæ, vel pretio maiore, quam currant, & huiusmodi aut etiam si excessiuū pretium proprij interesse accipiatur, circa quod generalis regula dari non potest, sed arbitrio bonorum iudicabitur.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum licitum sit campsori aliquid lucrari ex cambio reali per literas? Et dico multa. ¶ Primum. In isto cambio non est cōtractus mutui ex parte campsoris, quia non dat primo, & postea recipit, ut fit in mutuo, sed ecōtrario, q̄a primo recipit, & postea dat similiter etiam non est mutuū ex parte Petri primo dantis, postea recipientis, quia in mutuo secunda acceptio fit post primā rō-

nem

nem temporis,in quo accipiēs mutuum indiget illo,hic fit ratione distantiæ locorū,& nō temporis, quia nisi talis distantia impediret, campsor redderet statim id est statim inciperet d̄ reditione tractare,nec differret,nisi pauco tempore arbitrio boni viri ad talem actū exercendum necessariò requisito , sicut & in cambio manuali, adminutum,qui recipit aureum,non dat in eodem instanti monetā, sed mittit manū ad capsam,& numerat,& huiusmodi facit quæ tēpus requirunt, sed modicū. Vtrum autem sit ibi uenditio,quidam dicūt, quòd non,quia necessariò alia res esset,q̄ daretur,& reciperetur, scilicet res, & pretium, quod non est,cum aliquādo eadem specie moneta detur,& recipiatur. Vtrum etiam sit ibi locatio operarum, vel pecuniæ ad aliū locū ducendæ,quidam etiam dicunt, quòd non,q̄a esset res eadem numero, quæ daret̄, & redderetur,quòd non est.Sed ego dico,quòd ibi potest esse emptio, & venditio eo modo,quo pecunia vendi potest non obstante, quòd sit eadem moneta,quia eadem potest esse pretium sui ipsius quando est in diuersis locis,quia Mediolani minus valet,quando ab eo distat, quā quando est præsens.Potest etiam ibi esse permutatio aliquando in genere , vt quando datur tantum;puta,centum libræ,vt accipiat̄ tātum de quacunque moneta. Aliquando in specie,vt cum dat̄ tantum de ista moneta speciali,vt tantum de illa alia accipiatur: puta,quia dat Petrus aureos Mediolanenses Mediolani, vt Venetos accipiat Venetijs. Est etiā ibi locatio operarum ad cōducendum istam numero pecuniam formaliter,vel æquiualenter.est.n. proprium monetæ, quod quantū ad valorem legalem ista non differt ab illa eiusdem valoris,sed sola materia . Est,inquam,locatio sāltem reductiue,quod volunt dicere, qui dicūt ibi esse cōtractum innominatum, scilicet do, vt des,vel vt facias.¶ Secundum.Cum hoc cābium,vt dictum est.fiat dupliciter,si fit primo modo; puta, quia Petrus dat Mediolani cētū, recepturus Venetijs solū 95. si ibi esset vēditio vel permutatio nō eēt dr̄ia in licere,& nō licere,quia in vtroque contractu oportet esse æqualitatem dati,& accepti,& esset illicitū campsori lucrari illa quinque,quia ꝙ ipse dat Venetijs minus ualet Mediolani,quā qđ ibi accipit vnde potius deberet lucrari Petrus . Si verò sit ibi locatio operarum, vt cōiter est,licitè illa quinque lucratur,secūdū oēs,quod p̄cipuè Bal.intendit in c. 1. de plus pen.vbi dicit cōtractum esse licitum,& necessarium, & iure gentium ac naturali ratione munitum, quia campsor subijt pericula viarum,& nuntiorum dāna,pensiones operarum, & salaria factorum,vt no.in l.periculi,ff.de nau. fœ.& l.traiectitiæ.ff.de ac.& obli.& l.qui Romæ, §. 1.ff.de verbo.obliga. Vnde si quid lucratur iustum est,cum industria accedat rei licitæ, l. si hæres.ff.ad leg.Falcid. Sed intellige,quòd cāpsor hic ex duplici ratione lucrari potest. Primò ratione sui interesse accipiendo certū q̄d & sic loquitur Bald.Secundò ratione valoris monetarum , quia scilicet per istum modum aliquando pecunias suas reportat ad locum , vbi erunt ei cōmodiores , aut plus valent,vel valebunt,quod licitū est,vt patebit,nec oportet, si secundo modo lucratur , quòd minuat de lucro ratione sui interesse,q̄a suum interesse meretur primum lucrum, quod autem accedat secundum,non est conditione Petri,cui nulla fit iniustitia , sed ex conditione campsoris. Et si obijciatur contra prædicta,quòd interesse campsoris aliquando nullum est, quia campsor habet illic amicos, aut factores ex alia causa,& monetas, & sic non oportet, ꝙ monetam illuc deducat . Et dico,quòd ista per accidens se habent ad casum, & sunt commoditates venientes ex conditione campsoris,& non ex natura contractus, quas cāpsor gratis exhibere non tenet̄. ¶ Tertium . Si autem hoc cambium per litteras fiat secūdo modo. ita scilicet , Petrus dat Mediolani aureos Venetos,vt eos,vel eorum pretium ad rationem cambij Venetiarum habeat in Venetijs , vbi plus valēt,vterque lucratur , s. cāpsor, & Petrus campsor quidem , quia accipit pretiū sui interesse,cum teneat locum translactoris pecuniarū,vt in priori modo dicebat̄, & similiter Petrus propter maiorem valorem suæ monetæ in Venetijs,quòd licet ſm Lau.de Pidol. & Arch. & omnes Sūmistas. Et intellige, ꝙ pōt esse licitum ex duplici capite.Primo,si hic sit locatio operarū,vt in priori modo;q̄a campsor lucratùr ratione sui interesse, & Petrus ex mutuatione locali suæ rei , q̄ plus valet ibi,q̄ hic.Secūdo,si sit permutatio,aut vēditio,quia poterit esse æqualitas iustitiæ arbitrio boni viri, q̄a licèt illud , ꝙ cāpsor dat, plus valeat Venetijs quam Mediolani , quod accipit,tamē qđ dat Venetijs Mediolani , vbi fit permutatio non plus valet. Hoc tamē casu nihil amplius posset accipere, quia si ꝑmutat aut vendit,non p̄t hr̄e rationem de suo interesse locationis operarū . Si tn̄ Petrus ex hoc vellet lucrari , ꝙ prius dat, deinde accipit , i.

ratione

ratione tēporis inter iacentis, esset ibi mutuū
& vsura formaliter.¶ Quartum. Si autē istud
cambium per literas dicatur fieri etiam alio
modo tertio, vt quia Petrus Mediolani dat
testonos, vbi plus valent vt eos recipiat Vene
tijs, vbi minus valēt, si quidem interueniat vē
ditio aut permutatio, campsor multiplicē in
iustitiam facere posset, q̄a non licet ei aliquid
accipere ratione sui interesse, quòd nullū est,
cum non teneat locum trāslatoris, seu locato
ris operarum: nec licet etiā simpliciter ista ꝑ
mutatio, vel venditio, quia habet inequali-
tatem, cum testoni, quos reddit, minus va-
leant Mediolani, vbi contrahitur, quam acce-
pti ratione distantiæ localis. Si verò interue-
niat locatio licitè campsor percipit totū suū
interesse, si paciscantur, ꝙ reddātur testoni ī
specie, vt patet, quia utrobique dantur, ẜm, ꝙ
valent, nec in aliquod damnificat̄ Petrus plus
q̃ si nihil cum campsore contraxisset, licèt ip-
se suos testonos Venetias detulisset, & si cam
psor inde ex testonibus lucretur, est ex condi
tione, sua, q̄a eos habet exponere Mediolani,
& proficiat sibi. Si verò non paciscant̄, quod
reddantur testoni, sed summa accepta, nō po
test campsor capere totum suum interesse,
nisi summam integram reddat Venetijs, sed
tenetur de illo minuere quantum ex alia par
te lucratur, quia hoc casu summa est, quæ su-
scipitur deferenda Venetijs, ideo debet inte-
gra reddi. Vnde iniustum esset, si acceptis duo
bus testonibus. Mediolani, vbi valent 48. soli-
dos, vellet reddere Venetijs solum 45. quos
ibi valet, & cum hoc sibi suum interesse totū
persolui, quia duplici fauce manducaret.

9 Nono † quęritur, quid sentiendum sit in ge
nere de cābijs siccis ex parte campsoris, qui
semper dat primo, deinde recipit? Et dico mul
ta.¶ Primum. Loquendo ex parte cāpsoris in
huiusmodi cambijs non potest esse cōtractus
locationis operarum, quia non suscipit aliq̃
summā transuehendā, sed potius trāsueuit pe
trus, qui accipit Mediolani, & reddit Lugduni
ideoque lucrari non potest ratione interesse.
Nec similiter contractus ꝑmutationis ꝓpriè,
nisi quando vtraque pecunia danda, s. & red-
dēda, iam est inesse, quia præsentis ad futurū,
sicut & certi ad incertum non est ꝑmutatio
propriè. C. de re. prmu. l. 1. in gl. quæ allegat l.
qm̄, eo. ti. vbi hoc sentiunt Bar. & Bald. potest
autem ibi esse mutuum, & emptio, & vendi-
tio, vt patet ex dictis? Et sic possūt ibi esse tres
contractus, s. mutui, venditionis, & permuta-
tionis aliquādo, verum, quia raro est ibi per-
mutatio, sicut & pręsentia vtriusque pecunię
& quando ibi est, eodē modo est licita, vel illi
cita, sicut & vēditio, quia vtrobique oportet
æqualitatem extremorum seruare, ideo dica-
mus, quod ibi sunt solum duo contractus, nec
apparent alij, scilicet mutui, & emptionis, seu
venditionis.¶ Secundum. Paucis verbis posset
viris doctis materia ista tota decidi vnica bre-
uissima regula hac scilicet. Quoties arbitrio
bonorum, & peritorum in arte cāpsoria pars
capiens cambium non grauatur, & distantia
temporis nihil lucri affert, nunquam est ibi
peccatum, si verò pars nimis grauetur, vel di-
stantia temporis lucrum affert, semper est ibi
peccatum, i. iniustitia, vel vsura. Nam cum sit
ibi mutuum, vel emptio ī mutuo, si rō tp̄is ni
hil lucri affert, non est peccatū, si quod verò
affert, est vsura. In emptione uerò si interue-
nit pretium, iustum, non est peccatū si verò
sit iniustum, si quidē sit adnumeratum, est in-
iustitia, si ad tp̄s, est vsura, quia & mutuum cū
lucro, vt patet ex dictis sup. Vsura 2. si autem
lucrum veniret partim ex tp̄e, partim ex alio,
puta distantia locali, & iniustum, & restitutio
ni obnoxium solū ex parte qua venit ex tem-
pore, quia esset iniusta venditio quæ tamen te
net, nisi esset iniusta vltra dimidiā, & cōsequē
ter sufficit pretium reducere ad æqualitatem,
restitutio eo, quo pecunia distans minus iusto
emitur, quia soluitur ante tp̄s. Sed aduerte, ꝙ
lucrum non venit hic ex tempore eo ipso, ꝙ
consideratur tempus, sed ex eo, quod cam-
psor plus vult lucrari cum eo, qui accepta nō
restituit, nisi post tempus, quā cum eo, qui re-
stituit statim in tempore consueto pro cābiis
dari ad arbitrium boni viri, ut possint cómo
dè literæ mitti, & pecuniæ coadunari, & red-
di.¶ Tertium. Cum huiusmodi cambia semper
sint cum lucro, vel spe lucri, nunquam licite
fiunt per contractum mutui, quia esset ibi v-
sura formaliter ex vsuræ diffinitione, & cōse
quenter sunt licita ꝑ solū contractū permuta
tionis, aut emptionis, cū hi soli contractus hic
accidāt & cōsequenter oportet seruare ibi le
ges permutationis, & emptionis, & consequē
ter, ꝙ numisma datū, & acceptū iuste appre-
tietur, & hincinde fit æqualitas, quam cōtra-
ctus isti requirunt, cum spectent ad iustitiam
commutatiuam, & si pecunia, quæ emitur à
campsore, ematur minus eo, ꝙ nunc æstima-
tur ratione incerti valoris futuri, oportet, ꝙ
sit probabiliter dubiū an tp̄e redditionis, vel
solutionis plus, aut minus sit valitura, extr.
eo. c. fi. iuxta dicta ēt vt su. Vsura 3. §. 2.¶ Quar
tum.

tum. Ad iustè appretiandum pecuniam vena lem cum hac arte diffiniri nõ possit, oportet, vt arbitrio boni viri, iusti, & sapiẽtis, pensatis conditionibus ex qualitate numismatum, & distantia locali & alijs ad rem facientibus de quo supra §. 3. ¶ Quintum. Quoties cambia sicca non fiunt vere sed fictè, vt quia in eodẽ loco, puta Mediolani pecunia datur a campsore, & recipitur, licet contractus fiat ad rationem cambi per Venetias, aut Lugdunum, semper præsumitur vsura, & semper est vsura, q̃a est mutuum cum lucro nomine cambij palliatum. Possit tamen ibi esse contractus emptionis pecuniæ futuræ licitus eo modo quo dictum est supra par. 3. sed hoc in practica non seruatur. ¶ Sextum. Quando etiã fiunt vere, vt quia pecunia datur Mediolani recipiẽda Lugduni, si hoc fiat non quia Petrus habeat aut habiturum se speret sine simili interesse tempore restitutionis pecuniam Lugduni, quã vult per cambium habere Mediolani, sed ideo fiat, quia Petrus indiget Mediolani pecunia, quam gratis habere non potest, sed solum sub spe lucri per cambia, secundum aliquos si hoc constat campsori, aut credit probabiliter, vel est paratus facere etiam si sciret, est vsura nomine cambij, palliata, quia fit in fraudem vsurarum sicut cum pauperibus emuntur boues quos non habẽt. de quo supra. Vsura 2. §. vlti. nec est ibi venditio aut permutatio, cum non sit res venalis, aut permutabilis, nec in se, nec in sua causa, sed est ibi mutuum cum lucro ex intentione. Si vero probabilitèr dubitat, tenetur cessare a contractu, donec certificetur, alioquin exponeret se discrimini, contra capit. iuuenis. de spon Notanter dicitur, sine consimili interesse, quia si Petrus haberet Lugduni aliquem mutuantem pecuniam gratis, licet oporteret eum soluere aliquid ei qui laborẽ sumeret accipiendi pecuniam, & respondendi campsori eo modo, quo alijs factoribus soluitur certum quid pro centenario, non esset illicitum, quia illa pecunia restituenda habetur in fide amici. Sed ista opinio non videtur vera, quia emptori & permutandi sufficit emere, vel permutare, id est secundum æqualitatẽ absolutam iustitiæ ab eo vel cum eo qui poterat licitè vẽdere, aut permutare, nec tenetur quærere vtrum habeat rem venditam, vel permutatam sine interesse, modo licitè habeat. Nec est simile de emente boues a paupere, quia ille nec habet, nec est habiturus boues, iste autem est habiturus pecunias, quas vẽdit, aut permutat.

10 Decimo † quæritur, quid dicendum sit in specie de singulis modis cambiorum siccorum ex parte campsoris, & primo quantum ad cãbium per Venetias? Et dico multa. Primum. Cambiũ factum primo modo, i. ad libras grossorum, siue per Venetias, non potest esse locatio operarum, sicut nec generaliter in cãbijs siccis, vt dictum est, nec permutatio, quę semper est certæ speciei ad certam speciem, quia licet hic sit certa summa quæ datur, quę tamẽ reddẽda est, incerta est, potest hic esse mutuũ formaliter, potest etiã esse venditio pecuniæ futuræ in tali valore, sed erit venditio formaliter, i. secundum formam exteriorem, & mutuum virtualiter, quia secundum mentem S. Th. quoties prius tẽpore traditur res vendita, quam pretium, vt in venditione ad tempus, vel econtrario, vt in anticipata solutione, est virtualiter mutuũ: venditio autem pura sine mutuo non est, nisi vbi res & pretium eodem tempore exhibentur. Cognoscetur autem ibi esse mutuum formaliter, aut venditio, ex verbis quibus vtuntur contrahentes, vt si dicit cãpsor. Mutuo tibi hoc pacto, vel emo a te tale, quid, vel dicat idem alijs verbis æquipollẽtibus. Et si de intentione non constat, & verba sunt cõia ad licitum, & illicitũ cõtractũ, vt da mihi sic, dabo tibi sic, debet interpretari, iuxta licitũ, quia cæteris paribus potius voluerunt, licitè contrahere. Vnde & secundum aliquos Iuristas, si natura verborum nõ hẽt repugnãtiam ad naturam contractus, supple, etiã virtualiter intenti, debent ei adaptari, ff. de dam. infe. l. damni infect. ff. de vsur. l. si stipulatus, §. verũ. no. C. de loca. l. locationes, & ff. de cond. ob cau. l. si. Facit etiam quia omnis contractus præsumitur licitus, nisi probetur illicitus. C. de vsur. l. si ea. & l. oleo. ff. de proba. l. ab ea parte. & in dubio præsumitur abesse dolus & culpa, nisi probet. ff. de proba. l. quæstiones, §. qui dolo. Vtrum autem liceat hoc cambiũ, ꝙ non est cambium in veritate. Lau. de Ridol. vt recitat Archid. laborat in saluando, & post multa tandem potius consuluit abstinendũ quã soluat. Sed ex dictis patet responsio certa quia si contractus fiat sub forma mutui, est formaliter vsura, quia & mutuum est cum spe principaliter lucri & si non semper cum lucro, excusari tamẽ posset cãpsor rõne interesse eo modo, quo & lucrũ in mutuo, vt quia aliter volebat cãpsor de suis pecunijs lucrari, vel huiusmodi. Si vero fiat sub forma venditionis, est licitũ, si dubium probabile sit vtrũ tp̃e restitutionis decem libræ grossorũ plus aut minus

fiat

sint valituræ,quã sit,id qđ nunc ꝑ eis soluit, vt patet in c.fi.eo.tit.& intellige seruatis oib. quæ sunt de ratione iustæ venditionis. ¶Secũdum. Non obstat autem ei ꝙ dictum est hic esse mutuum,si arguatur primo,quia in mutuo est obligatio ad restitutionem eiusdem in eodem genere,puta ducatorum pro ducatis, & monetæ pro moneta,ff.de sol.l. Paulus, quod non est hic.Vnde si conuentio sit vt restitutio fiat in alio genere, puta restitutio vinum pro tritico,aut carlenos pro ducatis, non est mutuum,sed cõtractus innominatus.ff.si cer.pet. l.5.in princ.Dico enim ꝙ si hic non sit venditio,& consequenter sit mutuum,obligatio ad restitutionem tanti in eodem genere, quantũ ad mensuram pecuniæ, quæ est valor eius legalis,vt si datæ sunt decem libræ restituantur decem,licet non quantum ad pecuniæ materiam,quia si data est moneta,potest reddi aurum,mõ æquipolleat,& econtrario;quia aurum & argentum monetatum quãtum ad valorem legalem sunt eiusdem generis quia decem libræ in auro, & decem in argento sũt idem pretium specie.Et si fiat pactum de restituẽda certa moneta,aut erit emptio,aut alias erit ratione mutationis eius in valore legali,& sic stabit ratio mutui. Et si quid ista argumẽtatio valeret,cõcluderet ꝙ Iudæi publice, fœnerantes non mutuẽt, quia non exigunt aurum pro auro,sed solum æquiualentem summam,& cõsequenter nõ essent vsurarii.¶Tertium.Non ob.etiam si arguatur secũdo quòd mutuum si ad preces rogãtis,ff.si cer.pet. l.rogasti.& cõsequenter solum cõtẽplatione accipientis,vt in§.creditor Inst.qui more.cõtra hi.obl.& in l.si vt certo, §. commodatum: ff. cõm.hic autem & in aliis cambiis siccis non est sic, cum aliqñ pecunia detur ad beneficiũ vtriusque,ut cum unus eget pecunia Mediolani.alius Lugduni. Dico enim ꝙ dictæ leges & similes loquuntur quando mutuum datur eo modo quo dari debet,non autem quando datur ad vsuram,alioquin non mutuarent publici fœneratores,quia quòd dat, est ad vtilitatem eorum cum inde lucrentur, & similiter accipientis aliquando,cum inde rem suã procuret & augeat plus quam vsura sit solita.

¶Quartum. Non ob.ẽt si arguatur tertio, qa nõ est mutuum vbi is qui dat,subtat periculo dat ut hic,quia si libræ grossorum minus valebunt perdet campsor. Dico.n. esse mutuum vbi dans subtat periculo dati ex hoc, ꝙ non transfert eius proprietatem in accipientẽ, secus vbi subtat periculo lucri solum,aut lucri cum parte modica capitalis,quod casu fortuito incumberet accipienti,non dãri,ut hic vbi saltem salua est pars capitalis,quam valet moneta restituenda, saltem vt est talis ac tanta materia.

11 Vndecimo † quæritur,quid specialiter de cambio secundo mõ,i.per Lugdunum,in quo campsor dat Mediolani sexaginta scuta valẽtia 28.grossos,pro singulis recepturus sexaginta,Lugduni,vbi valẽt triginta?Et dico multa. ¶Primum.In hoc cambio nõ põt esse locatio operarũ ex parte campsoris loquimur, sicut nec in aliquo cambio sicco, põt autẽ ibi esse mutuum.vt patet,& similiter venditio siue pecunia restituenda sic tempore,& loco distãs, siue sit distans loco & tempore.i.futura ut patet ex dictis.Potest etiam ibi esse permutatio. si utraque pecunia sit præsens tempore, ẽt si esset oino eiusdẽ rationis, quæ datur & redditur:puta scuta,immo si esset eadem numero, quia ea quæ redditur. est affecta qualitate distantiæ localis,& sic est aliqua modo alia, vnde & minus ualet seipsa non distante, non autem potest esse permutatio si pecuniæ reddẽda sit futura,quia ualor erit incertus.¶Secundum.Si in cambio isto sit mutuum erit ibi formaliter vsura,quia mutuum est cum spe principali lucri, licet non semper cum lucro .Si verò sit ibi uenditio marchæ præsentis tempore,aut futuræ,erit licitus contractus si seruentur ea quæ pertinent ad iustam uenditionem, puta æqualitas iusti pretii arbitrio bonorũ virorũ,consideratis quæ habent rem facere maioris vel minoris pretii,& hmõi. Et idem suo mõ dic si sit ibi permutatio.¶Tertiũ. Tempus autẽ medium inter dationem & receptionẽ in hoc contractu tripliciter se põt habere.Primò,ut necessario consequit̃ distantiã localẽ, ſm quam nihil,nisi in tempore moueri potest Secundò ut in eo sit rerum varietas, ita ꝙ in principio alicuius temporis res vna venalis potest habere unum pretium, & in medio aliud, & in fine aliud, propter rerum mutationes,& euẽtus. Tertio,ut in eo pecunia cãpsoris manet otiosa ipsi campsori,licet alteri forte fructuosa. Igit si cãpsor vult dare minorẽ summam pro recipienda, aut pro data recipere maiorẽ,rõne maioris temporis,primo mõ considerati non est illicitum, quia hoc nõ est gratia tẽporis,sed gratia distantiæ localis, ẽt si tps sit aliquantulũ maius quam hęc distãtia requirat,quia datur ad debitã & honestã commoditatem restituentis,ſm arbitriũ bonorũ, quia nõ põt habitis literis semper statim reddere

dere summam. Si vult dare minus, aut recipere plus ratione tp̄is considerati secundo modo, etiam est licitum aliqn̄, quia hoc non est gratia temporis, sed rei in tp̄e, quę aliquando plus, aliqn̄ minus valet, sicut marcha venalis Lugduni valet aliqn̄ plus, aliqn̄ minus f̄m penuriā, & abundantiam venditorū, vel emptorū. Sed in hoc aduerte, ꝙ non sit variatio iusti pretij solum ex hoc, quòd mercatores plus, aut minus existiment aliquid valere, ex eo ꝙ citius, aut tardus tardetur, quasi sit vtilius, vel minus vtile, vt videtur existimasse domi. Pau. de mo. in suo trac. de causa, & magister Raph. in Ponar. in tract. de pagis. tum quia sit nunquam esset iniustum soluere minus ratione anticipatæ solutionis. quod reprobat ab omnibus maximè San Tho. tum etiam quia hoc esset considerare otiositatem suæ pecuniæ, q̄ vterque illorum damnat. Et si obijciat, ꝙ res loco distās minus valet, ergo & distans tēpore: dico, ꝙ res distās loco minus valet, q̄a non reducitur ad pręsentem locum sine labore, & expēsis, & periculis: ad præsēs autē tp̄s redducitur sine duob. primis, non sine tertio, id est periculo, & hac rōne minus valet, non autem ex eo, quòd pecunia ementis sit otiosa. Si aūt vult minus dare, aut plus accipere ratione tēporis tertio mō, secūdum omnes, est vsura, sicut si campsor emit ad primas nūdinas, & eis aduenientibus prolongat terminum ad secundas accepto alio lucro, secus si cōmuni existimatione in secūdis nundinis marcha esset plus valitura. ¶ Quartum. Si gratia temporis tertio modo considerati campsor aliquid accipit, sicut fere semper cōtingit, venditio erit iniusta, sed non rescindenda; nisi iniustitia esset vltra dimidiam partem iusti pretij. Vnde non oportet campsorem lucrum totum restituere, sed pro ea parte, quam tp̄s sibi attulit.

12 DVODECIMO † quæritur, quid de alijs cambijs tertiò, & quarto modo, idest per Lōdres & Burges: aut etiam quinto modo, quando scilicet dantur aurei Mediolani, vt restituantur Romæ, vbi plus valent? Et dico multa. Primum. Omnes isti modi conueniunt in vna ratione, quia in omnibus speratur lucrum ex vario pecuniarū valore, vt dictum est. ¶ Secūdum. in his cambijs nō pōtest esse locatio, vt patet ex dictis potest autem ibi esse mutuum & permutatio, si pecuniæ sunt tempore præsentes, vt tunc valor certus sit, & venditio, siue vtraque sint præsentia, siue data tantū, vt patet ex dictis. ¶ Tertium. Erit autem vsura, si sit mutuum, & permutatio iusta, & similiter venditio, si seruentur requisita ad hos contractus, idest ęqualitas pretij ad rem arbitrio bonorum, &c. De sexto autem modo iam patet ex dictis, hoc notato, quod non dicitur recābium, nisi eadem sit persona, cui primò datum est cambium, quia qua ratione dicitur cambium, quando Mediolani datur pecunia pro Lugduno, dicitur etiam cambium quando datur Lugduni pro Mediolano.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, quid de illo contractu, qui fit in curia Romana? Et dico quod Arch. illud damnat tanquam magnam & manifestam vsuram, si tamen reduceretur ille contractus ad iustum contractum: putà, emptionis, & venditionis posset licitè fieri, sed ita de facto non fit.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, quid dicendum sit de cambijs ex parte Petri cambium accipientis? Et dico reducendo omnes conclusiones in suum principium, quod sicut quando Petrus primò accipit à campsore, & secūdò dat, cambium est siccum ex parte campsoris, ita, & quando ipse Petrus primò dat, & secundo accipit, est siccum ex parte Petri, & de eo, vt de campsore, iudicandum est ex dictis. Circa cambia multa dici possent propter mercatorum varios modos, & subtilitates, sed ex istis possunt omnia decidi, & responderi ad varia argumenta, quæ fiunt & ad varios casus circa istam materiam accidentes, qui omnes per prædicta decidi possunt. Ex quibus etiam dictis patet, quod malè Sum. Ang. omnia cambia sicca indistinctè damnat: & peius Sū. Ros. indistinctè comprobat.

RVRSVS De vsura V. vbi sit, quo ad montes, seu imprestita, vel loca communitatum.

1 *Ciuitas an compellere possit ciues ad sibi mutuandum.*

2 *Ciuitati quādo detur sub fœnore, & an talis prouētus vendatur. num. seq.*

VSVRA quintò considerari potest quantū ad mōtes imprestita, & loca. Pro quo aduerte, quod communitas habens reditus prædiorū, vel gabellarum pōt vendere eorū proprietatem cum pacto refrancandi, interim accendo huiusmodi ad affictum, potest ēt vendere ius exigendi prouentus incertos, pōt ēt aliquādo constituere nouas gabellas, & vēdere, & in hoc consistit cōstitutio, & vēditio locorum Genuæ, & imprestitarum, & montiū. Specialiter autem loquendo de locis Genuæ, vt refert do. Barto. de Bosco, Doctor clarissimus, & conscientiatus, factum est tale, Commu-

munitas enim indigens centum milibus aureorum, cogit aliquos ciues ad eos exhibendum, diuisa tota summa per centenarium librarũ, quæ appellat loca, & pro satisfactione assignauit gabellam nouam, vel antiquam annuatim vendendam. Ex cuius reditibus respõdeatur dictis ciuibus ad rationem. 7. vel 8. pro singulo centenario librarum cum hoc, quòd ipsi aliud petere nequeant, & cõmunitas possit reddere pecunias, & rehabere gabellã, & si dicti prouentus nõ ascenderint ad dicta 7. vel 8. damnũ fit ciuium, si verò trãscenderent, vtilitas sit cõitatis, ita quod dicti ciues subsint periculo capitalis, vt si ciuitas destrueretur, & prouentum in quantũ gabella male fructificat. Deinde probat dictus Doctor, quòd iste contractus est emptionis, & venditionis, aut dationis in solutum, quæ ei similis est eiusque vicem obtinet, C. de euic. l. si prædium, & l. ob casum, ff. de pig. act. l. eleganter. in princ. & ff. de euic. l. si plus ita, quòd de vno dicitur, intelligitur de alio. Et intellige, quòd interuenit etiam conditio de refrancando. ita volente communitate.

1 Primo † ergo quæritur, vtrum communitas possit compellere ciues ad sibi mutuandum? Et dico, ꝙ sic, quia cõpellere potest ad dandum, quod est fortius, de quo dic, vt sup. Gabella 4. per totum, & consequenter põt cõpellere subditos ad emendum possessionẽ, & reditum ab ipsa cõitate a fortiori, siue emat proprietas, & det cõmunitati ad affictum, siue ematur ius exigendi reditus incertos, quo ad summam, quod etiã colligitur ex dictis su. Emptio, §. 5. ¶ Secundò quæritur, vtrum ciuis coactus exhibere pecuniam cõitati, licite possit percipere certum quid; puta, quinque pro centenario sibi a cõitate taxata annuatim? Et dico circa hoc, & circa totam materiam huius tituli multos multa, & contraria scripsisse de quibus diffusimè ad saturitatem, vel nauseam? vide Arch. in 2. par. tit. 1. capitu. xj. Ego autem sequens Doct. famosiores, & rationes meliores, & ea, quæ superius in multis locis determinata sunt, sic distingue. Nam aut communitas habet reditus, puta, Gabellarum, vel possessionum, aut non. Et quidem si habet, potest pro communi bono cogere ciues ad emendum proprietatem, vt dictum est, & dare eis tales reditus in totum, vel secundum aliquam partem pro indiuiso cum pacto reafrãcandi, siue redimendi ꝓprietatẽ, interim certum affictum reddendo, secundũ quantitatem datæ pecuniæ, & redditionẽ, seu fructificationem gabellarum, vel possessionum datarũ in solutum, vel etiam ad emendum ius exiengdi reditus. Sic enim est emptio, & venditio, non obstante, ꝙ subditi non intendat fortè emere, quia cõitas sic potuit eos ad hoc cogere, vł est datio in solutum, quod idem est. Et secundum hanc viam intellige Ioan. de Saxo. Ioan. And. do. Ant. & cõiter modernos in d. c. in ciuitate, volẽtes, ꝙ tales subditi licitè tale lucrum percipiunt, & secundum hoc licita sunt loca Genuæ, imprestitæ Venetiarũ, & Mons Florẽtiæ. Et vltra cõem doctrinam addo, ꝙ si intentio sit recta, & conscientia nõ vacillet, possẽt ciues ẽt spõte emere tales redit⁹, q̃a sicut priuatus, & ita cõitas põt vendere sua iura, & ab ea emi põt: & sic verò licitè emerẽt subditi, q̃ vellent, quod dicta iura sibi perpetuò manerent. Si verò cõmunitas non hẽt reditus, vel si inhabet iã exhausit. Sum. Ang. dicit duo. Primum, quòd talis ciuis nihil potest accipere vltra sortem sine vsura. Secundum, quòd ratione veri interesse põt aliq̃d accipere, secũdũ S. Th. 2. 2. q. 62. ar. 4. Sed ego contra primum dico, ꝙ imo potest, si intentio sit recta, & cõsciẽtia sana, ẽt secundum fundamentũ d. Sũmæ, quando cõitas pt nouam gabellã ponere, q̃a vẽdi, & emi põt affictus nouiter institutus, vt sup. Vsura 2. §. 12. Et contra scd̃m dico, ꝙ est verum solum, quod cõitas hmõi onera aliquibus particulariter imponit, siue habeat reditus, siue non habet, non autem quando omnibus, ꝓportionaliter eo modo, quo licitè potest, quia tunc nullum est interesse, nec hoc casu loquutur S. Tho.

2 Secundo † quæritur, vtrum aliquid possint sponte dare cõmunitati, vt tale quid annuatim habeant? Et dicit Laur. de Rido. quod sic, si quinque concurrãt. Primum, quòd reditus non sit excessiuus, sed conueniens. Secundò, quòd reditus fiat de, & super bonis communitatis, quia si fieret relatio tantum ad cõmunitatis personam, esset illicitum. Tertiò, ꝙ nulla detur facultas resoluendi cõtractum ꝓ maiori, vel minori pretio. Quartò, quòd tempus sit incertum; puta, ad vitam ementis, vel alterius, vel ad aliud tẽpus incertũ. Quintò, ꝙ tales ementes nõ consueuerint fenerari. Vel potest breuius dici, ꝙ hoc licèt, si interueniat emptio, & venditio, si seruẽtur cõditiones iustæ emptionis, & venditionis. Et similiter licet, si hoc sit per viam mutui, & dãs mouetur pietate, & necessitate cõitatis, aliq̃d accipiens solũ ratione suæ indemnitatis, vel sui in ĩteresse. ar. dictorũ su. Vsura 1. §. 24. si verò

hoc

hoc facit, vt sic muttando lucretur, vsura est.

3 TERTIO † quæritur, vtrum possit quis licitè emere iura eorum, qui licitè a communitate percipiunt aliquid annuatim? Et dicit Ioan. de Saxo. in sua Summa, & do. Ant. quod sic, quia emit reditum iam in pecunia constitutum, & stat periculo emptoris, & propter multa alia, de quibus Pet. de Anch. in c. vsurarum, eo. tit. li. 6. Quod limita, nisi aliquid fiat in fraudem, puta, quia non intendit quis emere, sed interim ex sua pecunia lucrari. Limitanda sunt etiam omnia prædicta esse vera, nisi communitas ipsa notabiliter læderetur, quia cum pupillo comparetur, vt l. rem publicam, C. de iure reipub. administratores eius possent eam dãnificare, nec valeret factum in dominiũ eius, vt l. ordinis. C. de decre. decu. & l. præses. C. de transact. & l. Ambitiosa, C. de dec. ab or. fa. De pagis, & scriptis banchorum, vide su. Vsura 2. §. 14. par. vlt. & pen.

4 QVARTO † quæritur, quid de monte pietatis? Et dico, quod res in se est dubia, quod probat veritas opinionum, & consequenter Papa esset consulendus, & interim esset abstinendum, ne quis exponat se discrimini, & ad hoc rogatùs aliàs feci consilium, quod non liceat. Dico etiam, quod valdè benè facerent communitates soluere officialibus, ex publico, & valdè malé faciunt, qui communitas volentes hoc facere peruertunt, & multo nequius, qui eas auertunt malo fine, quia propter superbiam, vt videantur vicisse pugnam, aut ꝓpter cupiditatem, vt de excrescentijs participent.

RVRSVS de vsura VI. quantum ad restitutionem eius in genere.

1 *Vsura solutis an transferat dominium.*
2 *Vsurarius an teneatur restituere, quomodo, & cui, & nu. 3. & 4. 6. 7. & 8.*
5 *Vsurarij bona an sint tacitè obligata pro restitutione.*
9 *Iuratus soluere vsuras qualiter relaxetur.*
10 *Vsurarij hæredum, si alter sit non soluendo, an alter restituat totum.*

VSVRA sexto considerari potest quantum ad obligationem restituendi in genere.

1 PRIMO † ergo quæritur, pro fundamẽto multorum dicendorum, vtrum in vsura soluta dominium transferatur? Et dicit S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 3. in fin. Cor. quod non, si id, quod per vsurarium extortum est, sit res, cuius vsus nõ sit consumptio, & idem videtur sentire, ibi ad tertium etiam si eius vsus sit consumptio, qđ intellige nisi esset alijs suis generis commista, vnde malè Sum. Ros. ascribit S. Tho. quod teneat vsura dominium trãsferri. Quod aũt idẽ dicit in 4 dist. 15. q. 2. art. 4. q. 2. quod transfertur, loquitur secundum opinionem aliorum, vt ibi patet. Et est verũ, si res subrepta sit suo vsu consumptibilis, & alijs cõmista. Ad quorũ notitiam sic distinguo. Nam aut res per vsurã subrepta est suo vsu consumptibilis, cõsistens scilicet in numero, pondere, & mensura, vt pecunia, granum, vinum, & huiusmodi, & sic cũ ista recipiant functionem in genere suo. l. 2. §. 1. ff. si certum peta. absque dubio in istis dominium transfertur, si permista sunt, vel cõsumpta, l. si alieni numi. ff. de sol. & l. nam. & si fur. ff. si cer. pet. & l. si frumentũ. ff. de rei ven. Aut tale solutum sunt res mobiles, quæ seruando seruari possunt, s. ipso vsu non consumptibiles, vel res immobiles, & in his an transeat dominium necne, sunt opiniones. Nam gloss. & Inn. in c. Michael. de vsur. tenet vsurarium teneri ad restitutionem ex quasi contractu per conditionem indebiti, vel sine causa quasi nõ debitum acceperit, & consequenter dominiũ esse translatum, cum omnis conditio sit personalis actio, & nõ detur pro re propria, nisi cõtra furẽ, sed tantũ pro re non sua, sed sibi debita. l. si. in fi. ff. vsufr. quemadm. caue. & Insti. de act. §. sic itaque. Et idem videtur tenere glo. in c. si quis vsuram, 14. q. 3. & in c. episcopum, 16. q. 6. & in c. ex transmissa, de deci. & in c. debitores, de iureiurand. Et potest esse ratio, quia quando traditio habet consensum domini, tradentis, transfert dominium, l. contractus. & ibi per glo. C. de fide inst. & in l. multum. C. si quis al. vel sib. & no. in l. traditionibus, C. de pact. Et licet tendat voluntate coacta, tamen voluntas est sufficiens ad translationem dominij, l. si mulier, ff. quod me. causa. 15. q. 1. merito. Et hanc opi. sequitur Summ. Ros. contra Ang. & eam falso adscribit S. Tho. sed prædictis non obstantibus dico cum S. Th. vbi su. qđ nullo modo transfertur dominium. Nam ex nuda traditione dominium non transfertur. l. nunquam nuda, & ibi per glo. ff. de acqui. re. do. & d. l. traditionibus. solutum autem ꝑ vsura nudè traditur, vt patet si inspiciantẽ omnes tituli, ex quibus res acquiritur quo ad dominium, de quibus supra aliqualiter dictum est, verbo, Vsucapio, §. 4. quorum nulla vestitur, nisi dicatur, ꝙ vestitur titulo pro soluto ratione pacti, seu promissionis. Sed dico, ꝙ tale pactũ, seu ꝓmissio est nulla, nec inde oritẽ aliqua

obligatio naturalis, vel ciuilis, vt patet in cap. debitores de iureiu. vbi hoc tenet glo. & Ioã. de Imo. & Panorm. & ratio, quia cum lex resi stit, nõ oritur obligatio, etiam naturalis, etiã si alteri contrahentium tantum resistat. l. cum lex. & ibi Barto. ff. de fideiuſ. Vsura autem pro hibetur pagina vtriusque testamenti. de vsur. super eo, & est contra naturã, vt probat Arist. in libro Poli. Vnde pactum, vel promissio sol- uendi vsuras non inducit obligationem, & cõ sequenter dici non potest, quod vestiatur pro soluto. Si dicatur, quod soluit, saltem credens se debere, & sic per errorem, quod sufficit ad translationem dominij, vt no. in ca. fi. de solu. hoc negatur, quia communiter tales sciunt se non obligatos: maximè quia esset ignorantia damnabilis. Si vero recapituletur, quod ex cõ sequenti soluunt scienter indebitum, & sic transfertur dominiũ, cum donare præsuman tur. l. cuius per errorẽ. ff. de reg. iur. respondet Host. verum esse, si solutio non sit improbata a iure: secus si sit improbata, vt in casu nostro. Sequitur ergo, quod non est donatio vera, q̃a nemo sic intendit, nec præsumpta, quia im ꝓ- batur a iure, nec solutio debiti veri, vel puta- tiuè veri, & consequenter est traditio nuda, & sic dominium non transfertur. Hoc idem probatur per gl. in d. l. traditionibus, quę vult, quod ad hoc, vt traditio transferat dominiũ, requiritur quod sit facta cum causa, vt d. l. nũ quam, & quod causa sit idonea, §. per traditio nem. Inst. de re. diui. & a domino, l. traditio. ff. de acqui. rer. domi. quod non est in soluto pro vsuris, quia etsi sit causa, non tamen idonea. Probatur etiam idem hac ratione. Ex contra- ctu nullo, & cui lex resistit, nunquã dominiũ trãsfertur, l. non dubiũ, C. de leg. & tenet Bar. & cõiter Doct. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acq. pos. contractus autem vsurarius est hmõi, vt patet in c. 2. & 3. & in c. consuluit. eod. titu. vnde per eum dominium non transfertur. Et hãc opin. tenent communiter Doct. in cap. literis, & ibi Ioan. And. & do. Ant. in ca. q̃q̃. de vsur. lib. 6. & ibi Io. And. Ge. & Fed. in suo consil. 11. & An- gel. in sua disputatione, quæ incipit. Astẽsis mi les. circa fin. qui dicunt, quod vsurarius ad re- stitutionem tenetur ex delicto damnato, ac reprobato pagina vtriusque testamenti, eodẽ ti. tua nos. ibi; in crimine, & consequenter nõ acquiritur dominium, quia obligatus ex deli- cto ad rem aliquam restituendam, non est do minus, vt patet in fure. l. 1. re furtiua, & l. si nõ manifestus ff. de condi. fur. Hanc etiam tenet S. Th. vt patuit, & sequuntur cõmuniter Theo logi, & tenenda est, præsertim in foro cõsciẽ- tiæ, quia sicut dicit Archid. in capit. si quis vsu ram. 14. q. 4. sicut vt compulsiua rem alienam rapiens fictione iuris ciuilis efficitur dominus rei, tamen iure prætorio penes priorem domi nium manet rei dominium, l. metum autẽ præ sentem. §. Iulianus. ff. quod met. cau. sic saltem dicendum est in soluto pro vsuris. Nec ob- stant. glos. in contrarium adductæ cum possit dici, quod ibi non figunt pedes, quod patet, quia voluerunt etiam inducere hypothecam super omnibus bonis pro vsuris restituendis, vel dicendum, quod verè sunt in rebus vsu cõ sumptibilibus commistis. Non obstat etiam ra tio adducta in contrarium, quia non solum re quiritur traditio, & consensus tradentis, sed etiam titulus verus, aut putatiuè verus, vt ꝓ- batum est. Et si quis velit concedere, quod fi- ctione iuris ciuilis efficitur dominus, tamẽ iu re diuino, & canonico oportet dicere, quod rei dominium remaneat apud soluentem, nisi aliud ex eius voluntate disponatur, & sic per inde est in conscientia, quo ad omnem effe- ctum, ac sic non esset dominium translatum. ¶ Quod etiam patet, quia si res extat, semper vsurarius tenetur eam restituere cum fructi- bus, vt dicetur. Nec potest dare tantundem si- ne æstimatione contra voluntatem dominij, cum iura adstringãt eum ad restituendum, ꝙ tam prauè accepit. de vsur. ca. cum tu. & facit l. 2. in princ. ff. si certum peta. & est text. clarus in c. si res, 14. q. 6. Si vero alienauerit, tunc de æquitate canonica tertius possidẽs conueniri pt, & ab eo dicta res iudicis officio euocari, vt notabiliter tenet Bal. in l. rem quã. C. de iu re dot. nulla habita ratione an possideat titu- lo oneroso, vel lucratiuo. Licet hæc distinctio fiat in re empta ex pecunia vsuraria per gl. in d. c. cum tu. in fin. In re autem ipsa formaliter data pro vsuris dicta distinctio non cadit, sed peti potest a possidente, etiam titulo onero- so, ex quo res affecta est illo vitio. Ad quod facit l. si cum exceptione §. aliquando, & l. me tum, §. Iulia. ff. quod me. cau. iuncta æquipara tione. Archidia. in dicto capitulo, si quis vsu- ram. Quidam tamẽ, vt Suppl. distinguunt præ dicta esse vera in re, quam vsurarius lucratus est ex pacto legis commissoriæ, de quo supra Pactum, §. 12. non in alijs. Sed iuxta prædicta dico verum esse indistinctè. Nec voluntas coa cta est voluntas sufficiens ad translationem dominij, nec iura ad hoc allegata hoc pro- bant, sed potius oppositum, vt patet in dicta l. si mulier. sufficit tamen ad peccatum, vt pro

bat

bat d.cap.me₂ito. vnde nec vsurarius tenetur per condictionem indebiti.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum vsurarios teneatur restituere, & quid? Et dico multa. ¶ Primũ. Vsurarius tenetur restituere vsuras, quia contra iustitiam subtrahũtur, vt probat Philos. 1. Polit. & similiter fructus rei per vsuram subreptæ, si erat lucrosa, de quo dic vt sup. Restitutio 3. § 9. ¶ Secundum. Secundum aliquos etiam tenetur restituere lucrum factum ex pecunia vsuraria. Sed verius dic secundum Ray. quod si ex pecunia vsuraria negotiando lucratus est, vel emens prædium fructus percepit, hoc restituere non tenetur. Et concordat Vld. & S. Tho. secunda secundæ. q. 78. quia tale lucrum non est fructus pecuniæ, sed humanæ industriæ, & possessio empta ex tali pecunia est res ementis. ¶ Tertium. Tenetur etiam secundum Ray. & Alex. Lom. ad omnia damna, quæ alius propter solutionem vsuræ passus est, vt si propter hoc domum suam vendidit vilius, & si aliam conduxit, aut ab alio sibi sub vsura quæsiuit. ¶ Quartum. Non autem tenetur ad interesse lucri cessantis, quod Alex. Lom. extendere videtur, vt imponit ei Sum. Rose. quod non solum ad lucrum factibile ex pecunia, sed etiam ex re lucrosa, dicens quod vsurarius iniuriam passo dat damnum dupliciter, scilicet per se & directè, vt cum inde patitur damnum, & per accidens, ac indirectè, scilicet quia non consequitur lucrum intentum ex pecunia, & tale damnum restituere non tenetur. Et hæc etiam distinctio fieri potest in omnibus habitis per vsuram, siue sint re ex se fructificantes, siue non Sanct. autem Bern. vt eadem Summa eidem imponit, videtur tenere, quod etiam non teneatur de damno ratione voluntariæ solutionis, & translationis dominij. Sed quia ista non cogunt, vt patuit, sup. eod. § 1. in fin. ideo dico de mente S. Thom. & Rayn. & communiter Doct. quod tenetur de damno emergente & lucro cessante rei lucrosæ, quæ non transit in eius dominium. de quo dic vt supra Restitutio 3. § 9. & supra §. priore. non autem rei non lucrosæ, quæ transit in eius dominium alijs commista, & consequenter est in eius libertate, quod transeat, quia potest eam commiscere.

3 TERTIO † quæritur, vtrum vsurarius mentaliter, id est sine pacto, sed ex sola intentione restituere teneatur, & cui? Et dico quod sunt opiniones circa hoc. Nam Rich. in 4. distin. 15. & Sco. ibi, & Alexan. Lom. & Car. in c. consuluit. & in cle. ex graui. de vsur. tenent quod nõ tenetur restituere. sed Inn. Hostien. & Panor in ca. consuluit. eodem tit. & Ioan. And. in reg. peccatum. dicunt quod tenetur, quod etiam videtur velle dictum consuluit. Ego autem de mente Arch. nostri in 2. par. tit. 2. c. 5. §. pen. sic distinguo. Nam si dans dat liberaliter per modum doni, credens mutuantem hoc nolle exigere, non tenetur necessario restituere qui accipit, nec tunc proprie quod accipitur est vsura, quia nec datur gratia mutui, sicut etiam, secundum Ægidium, non tenetur restituere is qui non erat paratus restituere, cui fit remissio liberalis sine vi, & fraude, & sic procedit prima opinio, & facit tex. in l. inter omnes, §. rectè. ff. de furt. vbi contrectans rem credendo inuitum dominum, committit furtum, sed furti non est obligatus, si dominus erat volẽs. Et ad idem Inst. de obl. quæ quasi ex delic. nasc. §. placet. in fin. Panorm. tamen in d. cap. voluit quod etiam isto casu teneatur in foro animæ, sed primum est verius secundum diffinitionem vsuræ, sup. positum. Nec ob. l. si ego. la 1. ff si cer. pet. vbi dicitur, quod si volui tibi rẽ donare, & tu credebas eam tibi mutuo dari, non efficitur tua ante consumptionem, quia hoc casu intentio concedentis, & recipientis discordant, in nostro vero concordant, quia ille liberaliter dat, & iste credit liberaliter datum recipere. Non obstat etiam ratio Ioann. Andr. in merc. in dicta reg. peccatum, quia. s. contractus a principio fuit vitiosus, & consequenter effectus procederet a dicto cõtractu, quod non est verum, cum procedat ab alio, id est libera donatione, quia ille donat, & ille donatum liberaliter recipit. Si vero dans nõ dat liberaliter, sed gratia mutui quia per signa videt mutuantem sic velle, aut ne reputetur ingratus, & alia vice mutuum non inueniat, tũc restituere tenetur necessario, & sic procedit & limitatur secunda opinio, & d. c. consuluit, quod vult, quod talis iudicandus est malè agere, & ad sic accepta restituenda in foro animæ efficaciter inducendus. ¶ Cui autem talis restituere teneatur, quidam dicuntur, qđ pauperibus, & non ei qui dedit, quia a se voluntariè abdicauit, sed quia eo casu quo tenetur restituere non abdicauit dans a se voluntariè voluntate libera, ideo dic quod tenetur eidem, quia regulariter vsura restituitur spoliatio, vide etiam §. sequen. in fi.

4 QVARTO † quæritur, vtrum restituere teneatur is qui liberaliter sine intentione lucri mutuauit, si debitor ei aliquid de gratia mutui vt quia credebat creditorem sic velle, vel mu-

tuum plus teneret aut alias libentius mutuaret, & huiusmodi? Et dicit Verue. ꝙ non tenetur, si probabiliter credit datum sola dilectione, quod intellige primo etiã si gratis illa nõ dedit, quia, vt dicitur 1. qu. 2. nulla obligatio suscipienti culpæ maculam ingerit, q̃ non ex ambientis petitione procedat, & obligatio antidororum iustam parit receptionem per errorem soluti. l. si testis. § 1. ff. de fideiu. nisi esset error facti alieni, puta putabat ꝑ suũ procuratorem esse promissum, cum tamen non esset, quia sic teneretur. Et secundo intellige secundum Ros. & Asten. eum non teneri quandiu bona fides durat, nec de cõsumptis in ea. ff. de pe. hære. l. vtrũ. Si uero probabiliter credit datum propter mutuum, tenetur, ſm Veruec. s. inquantum factus est locupletior, vel de extantibus, quod Laur. de Rid. limitat, nisi præscriptione sua facta essent, dicens sibi semper placuisse glo. in cap. vigilanti. & in capit. fin. de præscrip. scilicet quòd mala fides superueniens præscriptioni completæ non facit aliquem obnoxium restitutioni. Et idem intellige de vsucapione. Non est autem, secundum Verue. in bona fide, qui credit, vel dubitat probabiliter, non propter merã dilectionem, sed propter dictas causas aliquid esse datum. Circa hoc autem talis regulã seruatur. Nisi aliud appareat ex manifestis coniecturis, præsumitur mutuum accipiens ea intẽtione dare qua mutuans mutuauit, vnde si mutuauit ex charitate, præsumitur alius ex charitate dare, quia quisque præsumitur aliquid dare eo modo quo accipit, ff. man. l. si vero non remunerandi. § inde Papin.

5 QVINTO † quæritur, vtrum bona vsurarij sint tacite obligata pro vsuris restituendis? Et videtur velle glo. in cap. tua. eo. tit. ꝙ sic, & ibi dicit Panor. quòd fuit communis opinio antiquorum, sed moderniores cõmuniter tenent oppositum: quia Ioan. And. in c. 2. eo. tit. lib. 6. & Hostien. in d. ca. tua. dicunt hoc nullo iure probari, & idẽ Feder. nec in aliquo facit tex. in cap. cũ tu. eo. titu. super quo illi se fundarunt, quia ibi non dicitur, quod agatur hypotecaria seu reali actione sup illis possessionibus, sed quod debent uendi. Vnde ibi dicit Pan. quòd vbi bona vsurariorum peruenerũt ad aliquẽ ex titulo oneroso, non possunt uendicari per debẽtem recipere vsuras, sed si possessiones emptæ ex pecunia fœnebri peruenerunt ad tertium ex causa lucratiua, tunc ꝑ officium iudicis poterũt vendi, non autem eo respectu, quòd possessiones sint obligatæ, sed ex quadam æquitate, quia ex quo res mea, uel mihi debita peruenit ad te ex causa lucratiua, tu teneris restituere l. si & me, & Titium, ff. si cer. pet. Et sic potest saluari glo. in d. cap. cum tui. & inquantum distinguit inter causam lucratiuam, & onerosam. Et ideo concludit Ho. in d. cap. tua ꝙ is, ad quem bona vsurariorum peruenerunt titulo singulari, siue ex causa lucratiua, siue onerosa non potest molestari super illis bonis, & ꝓ vsuris restituẽdis; alias multi illa quærentur, sed in bonis emptis & pecunia vsuraria procedere potest illa distinctio, an ex causa lucratiua, vel ne. Et hæc opinio, vt refert Domin. Anton. alias in facto fuit seruata. Ex quo not. Panormit. licite iudicari posse cõtra opinionem communem Doctor. & etiam gloss. quando iure non probatur.

6 SEXTO † quæritur, qualiter vsurarius cogitur restituere? Et dicit Ray. quòd si est publicus cogitur ꝑ diuersas pœnas, quas habes inf. Vsura vlt. fere per totum: & omnis vsurarius ad restitutionem cogi potest per excommunicationem, extra eo. cap. quoniam & tertiò cogitur, quia si vsurarius repetat ab aliquo vsuras, repellitur per exceptionem, donec & ipse eas restituat, vel fecerit posse suum, extra eod. quia frustra. Et eisdem modis compelluntur hæredes, extra eod. tua, & c. Michael. vide etiam § sequ.

7 SEPTIMO † quæritur, si quis repetat vsuras, & excipiatur contra eum, quòd ipse non soluit eas quas extorsit; & ille respondet separatum restituere, si sit qui petat, quomodo debeat procedere iudex ecclesiasticus? Et dicit Gofr. quòd faciet præconizari, ut quicũq; soluit vsuras tali veniat, & ei satisfiet, & si nõ uenerit aliquis, procedit prior petitio: si autẽ ueniat, & probet, fiet ei restitutio, nec sufficiunt hoc casu pignora, vel cautiones de sen. & re iud. cum aliquibus, ff. de pict. act. l. quòd si non soluere, quòd intellige nisi magna forsan causa interueniat. ut dicit Hostien. & Innocen. in cap. quia frustra. eodem. titu. Quod, si is, a quo acceperat vsuras, non sit superstes, nec eius hæres mandauit iudex pauperib. erogari. extra eod. cap. cum tu. & postquã hoc factum fuerit, petitio precedet, alias non. Et idem si viuit quidem, sed nescitur vbi sit, aut si scitur, ad eum mitti non potest de Iudæ. capit. cum sit, nisi speretur eius aduentus, quia tunc pecunia consignabitur, & deponetur. Et hæc secundum Hostien. intellige de vsurario notario.

8 OCTA-

8 OCTAVO quæritur, quomodo cogitur resti tuere clericus, si forte fuerit vsurarius vel hæres vsurarij? Et dicit Rayn. quod si restituere non vult, suspendi debet ab officio & beneficio, extra eo. Præterea. & si non emēdetur, debet deponi d.c. præterea. & dist. 47. episcopus. & postea si est incorrigibilis, cogendus est ꝑ potentiam laicalem. de iud. c. cum non ab homine. dist. 17. non licuit. Nec debet restituere de rebus ecclesiæ, nisi quatenus de pecunia illa expenderit in vtilitatem ecclesiæ, secūdum eundem Ray. sed de suis, si habet, & si non habet, restituere potest de fructibus, quos legitimè percipit. facit c. 2. de fideiuss.

9 NONO quæritur, quid si debitor iurauit soluere vsuras? Et dicit Rayn. quod denuntiare potest ecclesiæ monitione præmissa, vt compellat illum ad relaxandum iuramentum, vel si vult, soluat vt satisfaciat Deo de iuramento, & postea poterit repetere, de iureiu. ex administrationis, & c. debitores, & si iurauit nō repetere non repetet directè propter iuramētum, sed indirectè denuntiando ecclesiæ crimen illius, vt si eum ad satisfaciendum compellat, & si iurauit non denuntiare, non tenet iuramentum, cum sit illicitum, vtpotè contra proximi salutem, vnde hoc non obstante poterit denuntiare, extra eó. tuas. & de iureiu. quemadmodum. Et idem Host. addens, quod etiam si iurauit debitor non repetere, & non recipere vsuras, nihilominus debet cogi ad restitutionem, & pecunia erit pauperibus eroganda.

10 DECIMO quæritur, quid si ex duobus hæredibus vsurarij alter fiat impotens, aut hæreditas tota non sufficiat. Et dico multa. ¶Primū. Si hæreditas non sufficit ad omnes vsuras dubium est an satisfieri debeat per hæredes primo venientibus, vel certè cuilibet pro sua rata eum tangente. Et tenuit Guliel. quod pro ratá, glo. vero in cap. secundo, eod. tit. li. 6. dicit, quod habenda est temporis consideratio, vt scilicet qui prius soluit vsuras, recipiat quod suum est integraliter, & sic de singulis successiuè secundum regulam, qui prior. Sed Lau. de Ridol. dicit totam vim huius quæstionis pendere ex illa, an bona vsurariorum sint tacitè obligata, quia tenendo, quod sic, vt voluit illa gl. habenda est temporis cōsideratio, vt sic priori prius satisfiat. Si vero non sunt tacitè obligata, tunc fiet satisfactio pro rata. De hoc autem sup. §. 5. ¶Secundum. Ex his patet, quod hæredes vsurarij tenentur ad restitutionem vsurarum, non insolidum, sed secundum hæreditarias portiones, vt si vnus habet duas partes hæreditatis, teneatur ad duas partes vsurarū, & tertius ad tertiam, quod tamen non est speciale in hæredibus vsurarij, sed idem est regulariter de quibuscunque hæredibus, quia actiones competentes contra defunctū diuisæ sunt in hæredes pro portionibus hæreditarijs. l. 1. & 2. C. de acq. hær. ¶Tertium. Si alter hæredum efficiatur non soluēdo, dicit Petrus de Anch. in reg. peccati venia, de reg. iu. lib. 6. quod licet diuisa hæreditate obligatio hæreditaria diuidatur ipso iure. l. 1. C. si cer. peta. & l. pro hæreditarijs. C. de hær. vel act. ven. & sic si vnus efficiatur non soluendo in foro ciuili, alter non teneatur. l. legatorum. ff. de leg. 2. tamen in foro canonico tenentur hæredes in solidum, per d. c. tua. Vnde secundum glo. in d. c. tuam, aliter conueniri potest in totum. Et cōmuniter ita tenetur, & s̄m dom. Anto ita practicandum est in fauore animæ defuncti, vt citius liberetur ex integra satisfactione. Sed Panor. dicit istam opinionem esse falsam, & fundatam super alia opinione damnata, scilicet, quod bona vsurarij sint obligata. Et cōsentit do. Ant. Quod limita, nisi quo ad hæredem, & omnem aliam respectu rerum ex vsura acquisitarū, aut ex pecunia fœnebri titulo lucratiuo, quia tenentur, siue vsurarius, siue eius hæreditas efficiatur non soluendo, secūdum Io. in Sum. & vt patet ex dictis, sed in alijs rebus secus, cum bona vsurariorum non sint hypothecata, vt dictum est. ¶Quartum. Si bona defuncti non sufficiunt ad restituendas vsuras, licet hæres in foro contētioso teneatur de suo, si non fecit inuentarium, secundum Pan. in d. c. tua; de mente Host. in foro tamen animę nō tenetur vltra vires hæreditatis, quia talis lex est fundata super præsumptionem in foro autem animæ de omnibus creditur confitenti. Nec obstat, quod leges humanæ seruādæ sunt in foro animæ, quia verum est, si in eo non cessat ratio legis. ¶Quintum. Si quis autem spontè se obligauit ad restitutionem vsurarum, credens bona vsurarij ad ista sufficere, cum non sufficiunt, secūdum S. Ber. tenetur ad omnia quia fortè alius se obligasset pro toto nisi ipse fuisset, & sic dedit damnū creditoribus, quod non incurrissent sine suo facto. Sed Lap. & quidam alij, vt refert Laur. de Rid. dicunt fideiussorem vltra vires hæreditarias non teneri, etiam si se principalē constituisset, & hoc habita ratione a tp̄e ꝑstitæ cautionis, quia si tunc principalis erat soluendo, etiam si postea eius facultates sint exhaustæ, ali-

aliter quam per restitutionem vsurarum, nihilominus remanebit fideiussor obligatus ad omnia. Sed Laur. de Rid. & Pau. de Elea. distinguunt. Nam si fideiussit pro se obligante ad restitutionem vsurarum secundum formam, in capitulo, quamquam. de vsu. lib. 6. vt euadat canonicas pœnas, non tenetur vltra vires, quia nec vltra vires restituere, aut cauere tenebatur principalis, vt in d. c. quamquam. sed si fideiussit pro se obligante ad restitutionem vsurarum ex alia causa, secus quia principalis obligatus est insolidum, licet habeat exceptionem inopiæ, vel similem, quæ quidem exceptio, vtpotè personalis, non porrigitur ad fideiussorem. Et hæc est optima distinctio. Qui etiam se obligasset ad restitutionē vsurarū, teneretur quantum portant suæ facultates, licet vsurarius sit non soluendo, secus si fideiussit pro se obligante.

11 Vndecimo † quæritur, si vsurarius ex pecunia fœnebri emit æquum, vel prædium, & donauit, & deinde factus est non soluendo vtrū is, qui soluit vsuras petere possit rem illam? Et dicit Ray. quod sic, & ille reddere tenetur, extra eod. cum tu. quia succedit hic res loco pretij, sicut econuerso pretium loco rei, ff. de pe. hæred. l. si rem. quod Verue. limitat quando talem rem ille habuit ex causa lucratiua, secus si emisset, vel ex alia causa non lucratiua bona fide habuisset. Et concor. Host. & Goff. addēs, ꝙ si res illa ex cā lucratiua ꝑueniat, & postea ad aliū ex simili causa, & iste vltimus fuit ille, ꝗ potuit petere vsuras liberatus est is, cui primo data erat, vt contra eū agi nō possit. ff. de act. & obl. l. omnes debitores, & idem Hos.

12 Dvodecimo † quæritur, cui restituenda sit vsura? Et dico secundum Ho. ꝙ generaliter ei, a quo quis extorsit, vel eius hæredib. & si non inueniantur pauperibus eroganda est, ext. eo. cum tu. Et si is, cui restitui debet, distat, cuius expensis ei mittatur, vide su. Restitutio 4. §. 4.

RVRSVS de vsura septimo quantum ad restitutionem specialiter quo ad cooperantes, & participantes in ea.

1 *Vsura patiens, an peccet.*
2 *Vsuram consulens an teneatur restituere.*
3 *Vsurariorū proxenetæ ad teneantur ad restitutionē.*
4 *Vsuras accipiens nomine alieno, vt tutor, vel procurator an teneatur.*
5 *Pupillus an teneatur restituere vsuras, a tutore quæsitas.*
6 *Fideiussor in vsuris an teneatur.*
7 *Notarius conficiens instrumentum super vsuris an teneatur.*
8 *Prælatus sigillans literas vsurarias an teneatur.*
9 *Vsurariorum testes aduocati, & alijs patrocinatores an teneantur, & nu seq.*

Vsvra septimo considerari potest quantum ad hoc, vt sciatur quomodo peccēt vel teneātur restituere cooperātes in eo. Pro fundamento autem huius sumenda est regula iuris, quæ etiam habetur in c. si culpa, de iniu. & dam. dato, vbi dicitur, quod qui occasionē damni dat, damnum quoque dedisse videtur, vbi sciendum est, quod propriè occasio est causa inefficax effectus, sicut occasio submersionis natis, est nauta, docens eam ad locum, vbi submergitur tempestate, quæ probabiliter præuideri non potuit, & sic dans occasionem, videtur dare damnum, sed realiter non dat, sed solum si dat occasionem impropriè. i. causam sufficientem, sicut occasio submersionis nauis, est qui ad hoc facit in ea foramen. Et dicitur occasio directa, quando hoc intendit, indirecta vero si non intendatur, sed tamē non impeditur ab eo, qui potest, & debet. Et sic dans occasionem damni in furto, rapina, vsura, & huiusmodi tenetur in solidum. Quod tamen Veru. dicit verū in vsurpationibus violentis, non in vsura, quæ nō est omnino inuoluntaria, tamē alij verius dicunt hoc verū etiā in vsura quantum ad damna, licet non quātū ad interesse lucri cessantis in non lucrosis.

1 Primo † vero quæritur, vtrum peccet ꝗ mutuum accipit vsura? Et dicit S. Th. 2. 2. q. 78. q. 4. non licet inducere aliquem ad mutuandum sub vsura, quod intellige, nisi ad hoc vt ille desineret a maiori peccato secundum Innoc. licet tamen, inquit, ab eo, qui paratus est facere, vt qui exercet vsuras mutuo accipere propter aliquod bonum, vt est subuentio suæ necessitatis, vel alterius, sicut etiam licet ei, qui incidit in latrones manifestare bona, quæ habet, ad hoc vt non occidatur, qui tamen latrones diripiendo peccant. Hæc ex illo, qui per bonum intelligit etiam commoditatem temporalem, vt patet ibi in solutione secundi argumenti. Super his autem, licet multi multa dicant, tamen quantū colligitur ex Rich. in 4. dist. 15. & S. Th. vbi sup. & Inn. ac Ioan. And. in cap. dilectus, de simo. & Pan. post Host. in c. super eo. de vsur. Hug. & Arch. in c. mouet. 22. q. 1 ista est veritas. Si. n. hoc fiat pro opere illicito: puta, luxuria, ludo vel hmōi, semper est mortale. Similiter si fiat pro licito, sed nō necessario,

ceſſario, ſicut ſecundum Petr.de Palud.ſi hoc fiat ad negotiandum ex cupiditate lucri,& augendæ pecuniæ cum tamen negociator habet vnde viuat decenter quia peccatum eſt abſq; neceſſitate non ſolum inducere ad peccandũ, ſed etiam proponere alicui materiam peccandi, ſicut ſi mulier ſine neceſſitate exhibeat ſe aſpectibus eius quem ſcit male affectum. Si vero fiat pro licito neceſſario, licet non abſolute, vel extreme, puta vt decenter negotiando quis viuat ſic licet, ſecundum mentem S. Tho. vt dixi, & ſic eum intellexit Veruec. & Petr.de Palu. quos ſequuntur Arch. & Sũmiſtę & idem ſi fiat pro tali neceſſitate alterius, ſecundum S.Tho. Sed ſi fiat pro licito, & neceſſario abſolute, puta quia aliter non poſſet qs viuere non ſolum eſt licitum ſic accipere, ſed etiam licet inducere ad mutuandum ſub vſuris eum cui ſuaderi non poteſt mutuatio gratuita, ſecundum Innocentium, in dicto capitulo ſuper eodem, ſcilicet vt maius peccatũ uitet. Quod intellige, quia ille vult eſſe homicida meus negando ſubſidium, & ego ſuadeo ut ſit vſurarius, quod eſt leuius. Volenti enim peccare licet ſuadere vt ſaltem minus peccet diſt.13.duo.

2 Secundo † quæritur, vtrum reſtituere teneatur, qui inducit ad fœnerandum, vel impedit volentem gratis mutuare? Et dico quod inducens conſulendo, vel pecuniam mutuando, vel contrahendo ſocietatem ad fęnerandum, ſecundum aliquos tenetur inſolidum, ſi alias non erant fœneraturi, alias inquantũ ad eum peruenit. Sed verius Alex. Lomb. & Mon. tenent indiſtincte quod non tenetur, niſi in quantum ad eum peruenit, quia in dando mutuum ſub vſuris, non damnificatur proximus, ſed in exigendo vſuras. Et idem Veruec. dicens ſe credere: quod in neutro caſu, ideſt ſiue erant alias fœneraturi, ſiue non, eum nõ teneri, niſi inquantum ad eum peruenit, & ſic quãtum ad hoc melior eſt eius conditio, quã præſtantis fauorem in rapina, vel furto, qui tenetur, etiam ſi nihil ad eum peruenit quia furtum, & rapina ſunt ſimpliciter contra voluntatem domini, ſed vſura uenit ad creditorem de domini uoluntate. Nec inuenio, inquit, iura dicere actionem dari, contra huiuſmodi inductores, vel fautores ad repetendas vſuras, ſicut dant contra illos, quorum ope, vel conſilio fiunt rapinæ, vel furta, licet, nihil ad eos peruenerit. Prima tamen opinio videtur tutior, & eam ſequitur Petr.de Palu. ſed ſecunda verior, imò vera, maxime vbi accipitur mutuum ad vtilitatem potius quam ad arduam neceſſitatem. Et hanc videtur San. Thom. tenere. 2. 2. vbi ſupra art. vlt. ad ultimum vbi eum qui dat pecuniam vſurario nõ habenti alias vnde vſuras exerceat, vel hac intentione vt per vſuras lucretur, dicit participem culpæ, & de reſtitutione tacet. Qui vero impediuit volentẽ gratis mutuare, ſecundum Veruec. tenetur, quia indebite utilitatem proximi impediuit, & ei damnum adduxit. Et idem intellige de impediente contractum licitum, reducendo illum ad vſurarium. Concord. Mon. & idem dic de confeſſoribus qui abſoluunt vſurarios, aut recipiunt ad ſacramenta, vel ſepulturam, quia tenentur reſtituere, ſi ex denegatione talium fuiſſet facta reſtitutio.

3 Tertio † quæritur, vtrum proxenetæ ſiue meditatores in fœnore peccẽt, & reſtituere teneãtur? Et dicit Archid. poſt Girar. Odo. quòd conſiderãdo opus iſtorum ex parte accipientium mutuum, dupliciter peccare poſſunt, ſcilicet quærendo pro his qui non indigent, & eſt mortale, quia cooperantur peccãtibus mortaliter, 11.q.3. qui conſentit, iuxta dicta ſupra. §. 1. & 2. etiam ſi in neceſſitate inducendo ad mutuandum ſub vſura renitentem. ar. de hom. ſicut dignum. Et lucrum inde perceptum, pauperibus erogandum eſt, ſecundũ eos, quòd intellige de conſilio, quia eſt turpiter datum, & acceptum, iuxta dicta ſupra Reſtitutio 4. §. 1. Conſiderando vero ex parte mutuantium, ſi quidem mediant pro vtilitate accipientium mutuum, non peccant, & multo minus reſtituere tenentur, quia utuntur malo vſurarii ad bonum indigentis, & lucrum ſuum licite retinent, ſicut etiam & mercatores ſe exercẽtes pro aliis, aliquid ſm morem mercatorum retinent licite pro labore, niſi oſtenderent ſe gratis velle ſeruire, quia tunc eſſet fraus aliquid retinere. Si uero hoc faciunt pro utilitate uſurarii, peccant mortaliter cooperãdo ad vſurã, & ſi aliter non fuiſſet vſura ſequuta, ſunt opiniones Nam tenentur inſolidum, ſm dictum Gerar. & glo. in l. Si ſciente. ff. ad l. Pomp. de parr. & Barto. & Ang. ibidem, & facit l. is cuius ope. in princ. ff. de adul Bal. autem in tit. de controuer. feu. ter. §. ſimiliter. dicit quòd non, & idem Veruec. & gl. in c. Michael de vſu. & eſt verius loquendo de proxenetis ſolum cooperãtibus ad mutuidationem, iuxta dicta. §. priore. Si autem cooperantur in exigendo vſuras ut factores, vera eſt prima opinio, diſtinguendo, ut §. ſeq. Et

idem si inueniunt cautas fictiones quib. vsuræ soluant, quia dant causam damni efficacẽ.

4 QVARTO † quæritur, vtrum teneatur is qui vsuras accipit, nomine alieno, vt tutor, curator, vel procurator? Et dico, ꝙ exigẽs noĩe alieno est duplex quidam. s. apud quem residet quasi principalis auctoritas domini, ut quia cum eo contrahitur, & ipse taxat pretium, & cogit soluere, quidam vero est minister tãtum, siue merus exequutor, puta, quia non taxat pretium, nec cum eo contrahitur, sed solum pecuniam manualiter tradit, & recipit pignus ac pecuniam. Primus mortaliter peccat, & restituere tenetur in subsidium, id est si principalis in cuius vtilitate versum est, nõ soluit, quia non potest, aut quia non vult, quia iste dat causam efficacem damni, quæ est in exactione vsurarum, & non in mutatione. de iniur. cap. fin. Secundus mortaliter peccat, sed restituere non tenetur. Quod intelligendum est, nisi aliquid ad eum peruenerit, vel cooperatus sit ad exactionẽ, quia tenetur propter causam damni datam. de iniur. c. fi. Ita tenet Ray. Gira. Odo. Veru. Pet. de Palu. Bar. Brix. in c. sicut non suo. dist. 46. vt illi imponit Sum. Conf. & vt videtur, bene per verbum, quod addit in Summ. sua, dicens. quod ille, in cuius vtilitatem versum est, tenetur principaliter. alter vero in subsidium. l. ex hoc edicto. §. 1. ff. de eo per quem fac. erit. & l. eleganter §. pen. ff. de dolo. Panor. autem in c. Michael. eo. tit. post Gofre. & aliquos alios tenet, ꝙ etiam in primo casu teneatur quis, si principalis non sit soluendo, quasi velit dicere, quod nõ tenetur, si principalis possit soluere, et si non velit Si autem soluit is, cuius nomine acceptæ sunt vsuræ, cæteri liberant, nisi quid peruenerit ad eos, quia de eo tenebũtur principali, & idem dicendum est de extorquẽte nomine alieno & partiario ĩ quota, quia tenetur, secundum Io. de Lig. & intellige in solidum, sed non in subsidium respectu partis eũ non contingentis. Et idem de consulibus alicuius artis exercentibus vsuras nomine artis. Et idem quando tutor, vel curator exigit vsuras pro pupillis ex cõtractibus vsurarii factis a patre pupilli, & sic de similib. Adde tñ prædictis, quod singulariter no. Mona. in Sum. scilicet, quod dantes pecuniã domini sui ad vsurã de eius mãdato generali, tenẽt restituere, domino nõ restituente, tanq̃ principales in hoc, quia ĩ eorũ opinione erat mutuare & nõ mutuare. Adde item, quia cooperãtur in exactione vsurarum. Sed si tales de speciali mãdato domini dicentis, mutuare Petro decem libras ad vsuram nomine meo, mutuent licet peccent, tamen restituere non tenentur, & hoc sequitur Ioan. de Lig. & Lap. pœnę tamen negligentium in restitutione vsurarum non ligant istos, puta quod eorum confessiones nõ audiantur, & quod non valeant eorum testamenta, nec sepeliantur, secundum Gem. Adde etiam secundum Veruec. ꝙ is qui gerendo negotium alterius sine eius mandato fœnerat ad opus eius, restituere tenetur, licet nihil peruenerit ad eum, quia fuit author, & minister contractus vsurarii.

5 QVINTO † quæritur, vtrum pupillus, pro quo tutor multos contractus vsurarios fecit, teneatur restituere? Et dico quòd si pupillus dicat tutori, Tanto tempore habuisti pecuniã meam, & propterea ista retineat pro lucro quod ex ipsa debeo habere, non tenetur restituere, licet sit versum in suam utilitatẽ, sed solum tutor, nisi vsuræ excederent moderatum lucrum, si in possessiones, vel aliam iustam negotiationem, ut debebat, ipsam exposuisset, quod limita ut sup. Tutela. §. 4. Vide etiã sup. Vsura primo. §. 20.

6 SEXTO † quæritur, quid de fideiussore? Et dico duo. ¶ Primum. Si quis fideiussit pro aliquo, & ex defectu debitoris cõpulsus est soluere capitale & vsuras, vide sup. Vsura. 1. §. 38

¶ Secundum. An vero possit aliquid accipere pro fideiussione, Archid. distinguit. Si enim est fideiussor fictus, sed in veritate ipse est mutuator, fingens mutuum dari ab alio, si quid pro fideiussione accipit, vsura est. 14. q. 3. per totum. Si aũt est vere fideiussor, recitat Laur. arguentem pro & contra, & concludentẽ tutius fore abstinere. S. autem Bern. dicit contractum omnino illicitum, quia ibi est mutuum indirecte, cum fideiussor stet loco mutuãtis. Alii vero dicunt, quod illicitum, quia uendit creditum suum, quòd Sum. Ro. dicit tolerabile post factum: Ego vero dico, quod si subest periculum de perditione sortis, aut laboris, vel expensarum, in exigendo, licite aliquid percipit ratione suæ indemnitatis, aliter non.

7 SEPTIMO † quæritur, quid de notariis conficientibus instrumenta super debito vsurarum? Et dico, quòd non tenentur restituere pecuniam, quam pro opere suo etiam illicito recipiunt, licet videatur eroganda pauperib. arg. 14. quæst. 5. non sanæ. Et hoc de consilio, iuxta dicta supra Restitutio. 4. §. primo. Quantum vero ad restitutionem vsurarum, distinguit Girar. Odo. Nam si palliant vsuras ponẽ-

do

do in instrumento contractum vsurarium sub forma liciti contractus, vt quia scitur esse pignoratio, & dicitur esse venditio, vel quia scitur, quod sunt centum, & dicitur quod sunt 90. ita quod iustificatur contractus iniustus, tenentur insolidum quia efficaciter cooperantur ad damnum. Sed intellige in subsidium, si nolit aut nequeat is in cuius vtilitatem vsuræ venerunt. Quod limita, nisi facerent in fauorem accipientis mutuum, puta quia indiget & alius aliter non vult mutuare, quia licet peccarent mortaliter, tamen restituere non tenētur. Si vero non palliant vsuras, sed apertè patent per instrumentum, non tenētur quia cooperantur efficaciter ad damnum, cum ille possit in iudicio se iuuare. Quod limita, nisi in loco esse iniqua consuetudo, vel statutum iniustum, quibus per talia instrumenta cogerentur debitores, quia tunc tenentur, secundum Archid.

8 Octavo † quæritur, quid de prælatis qui subscribunt, & sigillant schedulas vsurarias? Et dicit Hostien. quod si prælatus non legit tenorem, vel legit quidem, sed vsura non apparebat, quia fortè maior quantitas ibi posita est, quam fuerit mutuata, & ipse prælatus non diligenter considerat, licet agat fatuè, tamen secundum veritatem non consentit. Si vero legit, & veritatem percepit, particeps est peccati, & si non commodi vsurarum, quia subscriptio in multis approbationem inducit. de sentent. & re iudicat. cum inter vos, & idem Goffred. Sed addo, quod restituere tenentur, si efficaciter cooperati sunt vt quia ex hoc solutæ sunt vsuræ, quæ alias non fuissent solutæ, non aliter. Vnde idem videtur de eis dicendum, quod de notarijs.

9 Nono † quæritur, quid de testibus talium instrumentorum? Et dico, quod tenentur, sicut & notarij secundum dictam distinctionem, quia instrumenta sine testibus non valent.

10 Decimo † quæritur, vtrum aduocati, procuratores iudices statuarij, & alij, quorum fauore, & patrocinio vsuræ in iudicio, vel extra scienter exiguntur, vel non restituuntur cum repetuntur, teneatur restituere? Et dico, quod sic insolidum, nec excusantur, si fortè scripturæ eis porrectæ apparebant iustæ, si conscientia eis dictabat, quod erant de contractibus vsurarium, secundum Hostien. & Innoc. in ca. Michael. eo. tit. & Arch. in c. si quis oblitus, 14. q. 4. Sed intellige, quod tenentur insolidum, si principalis nolit, aut nequeat soluere. Et idem Scot. addens, quod scienter defendēs causam iniustam, non solum tenetur parti læsæ de interesse, sed etiam alteri de salario, quod verum est, si partem non monuit, vt sup. Aduocatus. §. 10. Si autem monuit, tenetur illud dare pauperibus, licet de consilio, vt supra, Restitutio 4. §. 1.

11 Vndecimo † quæritur, quid de dominis, qui in suis terris permittūt vsurarios morari, nec cogunt restituere? Et dicit Ro. quod tenētur insolidum si possunt, & non faciunt etiam si nihil peruenit ad eos. Sed Alexander Lom. dicit, quod peccant quidem mortaliter, tamen restituere non tenentur, nisi inquantum peruenerit ad eos de vsuris. Cui opinioni videtur adhærere Asten. & Bern. dicens de mente dicti Alexand. non esse simile de auctoribus malis, quæ sunt causa per se eiusdem mali, & de istis, qui sunt magis causa per accidens mali; puta, quod tale malum conseruetur in prima, vel liberè fiat, & ita tenet Summ. Ros. Ego autem dico, quod cessante iure positiuo possunt sine peccato tollere vsurarios moderatè exigentes, quia potest expedire bono cōmuni, nec tenentur restituere ipsi, nisi repetantur vsuræ iustitia negent, sed quia cap. post venerabilem præcepit eos, vt Iudæos cogant restituere, ideo peccant eos tolerando, & tenentur insolidum restituere, secus quo ad Christianos, de quibus non præcipitur, & ita melius tenuit Sum. Ang.

12 Duodecimo † quæritur, vtrum ciuitate, vel communitate, aut collegio recipiente vsurarium commodum, singuli restituere teneantur insolidum? Et dico secundum Ray. & Hos. ꝙ omnes cōsentientes restituere tenentur singulariter, non tanquam vniuersitas, sed tanquam singuli, 7. q. 1. sicut, vir. 24. quæst. 3. si habes. Io. autem de Lig. dicit hoc non esse dubiū de regientibus prohibere valētibus, secus de alijs non principalibus gubernatoribus, vel alias ignorantibus, nec inhibere valentibus. Quod limita, nisi & isti commodum participauerint bursale, vel ex hoc fuerint ab aliquibus expensis releuati, & ita limitat Mo. & concor. Asten. & Pet. de Palu. in quarta dist. 15. & Ioan. Andr. in capitu. conquestus. de vsu. & id esse Verue. ad hunc limitans, dicens eos teneri insolidum, qui præceptum, vel auctoritatē præstiterunt super hoc, ita quod sine hoc alij ciues non fecissent, alij vero consentientes peccant mortaliter, tamen non tenentur, nisi vt dictum est.

13 Decimotertio † quæritur, vtrum lucrũ factum ex pecunia, quam famulus accepit mutuo nomine domini sui, sit famuli aut domini? Et dico secundum Sco. quòd est domini. s. si famulus est adeo pauper, quòd restituere non potuisset pecuniam, si perdita fuisset, teneretur tamen ei dominus prouidere de competenti salario pro industria. Secus si esset diues & non intendisset dominum suum damnificare ex amissione pecuniæ, quia hoc casu pecunia stat periculo suo.

14 Decimoqvarto † quæritur, utrum socij vsurariorum, famuli, serui, seruitores, filii, & huiusmodi, qui alieno nomine exercuerunt vsuras, possunt illis inuitis ad quantitatem acquisitæ vsuræ pecuniam surripere, & restituere? Et dicit Sanct. Bernard. quod sic secundum quosdam, quia videtur iustum, vt quæ illorum causa iniuste ablata sunt de lege naturæ, possint illa satisfacere, ne ipsi de proprio satisfacere teneantur. Quod intellige in foro cõscientiæ, modo nullum sequatur de illis inconuenientibus, de quib. supr. Furtum. §. 12. Et facit quod no. Bald. in l. etiam, C. de fideicommiss. vbi tenet, quod tutor, & executor testamenti possent restituere vsuram, vel alia male ablata sine speciali mandato: quia dicuntur facere ex necessitate, & alleg. gloss. quam dicit singularem, in leg. præses, C. de transactio. quia interest pupilli talem pecuniam nõ habere.

RVRSVS de Vsura 8. quantum ad participantes aliquid de ea.

1 *Vsurarij bona aliqua an liceat dono accipere.*
2 *Vsurarij vxor an teneatur, & filij, & nu. 5.*
3 *Filij & familia vsurarij, an ad usurarum restitutionem teneantur.*
4 *Filia vsurarij dotata, an ad usurarum restitutionẽ obligetur.*
6 *Vsurarij seruus, an licite accipiat ab eo salarium.*
7 *Vsurarij creditor, an iustè recipiat ab eo pecuniam mutuatam, & quid de alijs ministris, & numer. sequ.*

VSVRA octauò considerari potest, quantum ad participantes de ea scilicet comedendo, vestiendo, imbursando, vel aliter accipiendo.

1 Primo † autem quæritur, vtrum liceat accipere, seu acceptare aliquid de bonis usurarii per donum, vel comedendo, aut emendo, vel huiusmodi? Et distinguo. Nam si accipitur in specie res data pro vsuris, quæ non trãsiuit in dominium vsurarij, iuxta dicta supr. vsura, 6. §. 1. indistincte restituere tenetur qui accipit, si extat, ut no. Bar. in l. rem quam. in fi. C. de iu. donec potest æstimationẽ dare contra uolũtatem domini. l. 2. in princip. ff. si cer. pet. & tex. est clarus, 14. q. 6. si res, & in c. cum tu. de vsur. Si vero non accipit talem rem, sed aliam, distinguo. Nam si vsurarius, cum talia quis accipit, est nõ soluendo, si hoc scit, restituere tenetur, quia dat damni causam efficacem. Si uero dubitat, an sit non soluendo, si res adhuc extat tenetur ne pro re temporali animam ponat in discrimine, secundum Alex 4 par. Si vero ignorat, & probabiliter credit eum de bonis suis dare non tenetur de cõsumptis bona fide durante, sed solum de extantib. ea recedente, nisi inquantum factus ex forte locupletior. Si vero cũ talia accipit, vsurarius erat soluendo, non tenetur, etiam si postea ex alia cã factus est non soluendo, nisi esset reahabita, vel empta ex pecunia vsuraria, quã si habuit titulo lucratiuo, p̃t ille, ex cuius pecuniis empta est, de æquitate canonica ab eo auocare officio iudicis, vt patet per glo. & docto. in d. cap. cum tu. l. fin. addito tamen quod dicit Host. & Gofr. quòd si talis res, etiam ex cã lucratiua, peruenit ad illum, qui soluerat vsuras, liberatus est is cui prius fuerat donata, l. omnes debitores, ff. de act. & obl. & etiam vsurarius. Si uero habuit titulo oneroso, non tenetur restituere, quamuis postea efficiatur nõ soluendo, ex his patet responsio ad multas quæstiones sequentes.

2 Secvndo † quæritur, quid de vxore vsurarii vel raptoris, quæ comedit de vsuris, vel rapinis: vel male acquisitis, aut restitutioni obnoxiis, quæ omnia quantum ad hoc, quo ad Deum æquipollent? Et dico, secundum Arch. post Rayn. in Summ. quòd tenetur de omnibus, quæ sic consumit. Quod limita primo, nisi vtiliter gerat negotium spoliatorum monendo usurarium ad restitutionem, quia quandiu huic correctioni insistit continue opportunis horis, licitè recipit expensas, secundum Rod. ff. de neg. gest. l. 2. & l. Pomp. Quod videtur verum, si sit aliqua spes emendationis, imò, s̃m aliquos licet uideatur desperatus nunquam est desperandum de correctione, non tamen posset pro vna correctione, vel duabus toto anno de talibus uiuere, s̃m eum. Et concor. Vld. Veru. & Ho. scd'o limitat Ray. nisi ibi essent aliqua de iusto, ex quibus uiueret,

ret,etiam si alia discerni nō posset, vel si pos sent maritus nō pmittit,ſm Arch. Limita tertio, nisi quādiu maritus esset soluendo, ſm Ale.Lom.& Rod.iuxta dicta in §.priore.Si autem cessent oia prædicta hēt remedia multa. Primum,vt victū sibi aliud de quærat.¶ Secūdū ut interpellet episcopū cogere maritū ad se pascendum de iusto,aut de licētia eius viuere de incertis,si qua sunt,distin.88.episcopus, quod intellige,si maritus est soluendo certa. ¶ Tertium est,vt si aliter facere nō pōt, viuat de rapto,quia necessitas non hēt legem,de cō se.dist.5. discipulos, sed tamen tenetur parce viuere, & cum animo restituendi si poterit. ¶ Quartum,vt rehabeat dotē,& paraphernalia, & dando honestæ personæ, vt inde ex iusto lucro viuat,de do.inter vi.& vxo. per vestras. In omnibus tamen prædictis tenetur debitum reddere viro, nisi aliud subsit impedimentum,arg 33.q.5.si dicat.

3 TERTIO † quæritur, quid de filijs, & familia vsurarij? Et dico, ꝙ Arch.post Ger.O-doar. distinguit.Nam si vsurarius est soluēdo, & aliqua habet vltra obligata ad restitutionem,de illis viuere possunt, sed si nō est soluendo qc quid pro victu,vel aliter accipiunt,restituere obgligatur,quia efficaciter faciunt eū impotentem restituere. ¶ Excusari tamen tales,& consimiles possunt ꝓꝓ quinque.¶ Primò propter procurationem,s.si cām spoliatorū agūt vt.§.priore.¶ Secundò,propter recōpensationem,s.quia cū ei restituunt, q̄tum accipiunt, vt emptor, & commutator,& seruiēs in mercantijs,& hmōi licitis augēdo, substātiā eius. ¶ Tertiò,propter restitutionem,i.si se restitututos proponat, & ad hoc se habituros facultatem probabiliter sperant. ¶ Quarto propter ignorantiam scilicet nesciendo rem esse vsurariam, nec habendo causam hoc sciendi. ¶ Quinto,propter necessitatem vt quia filij, & filiæ in tali sunt ætate, quod aliter viuere non possent.

4 QVARTO † quæritur, quid de filia vsurarij dotata? Et dico iuxta prædicta, maximè §.1. ꝙ si rem habuit datā in specie pro vsuris,tenetur indistinctè restituere,ſm modificationem dandam inf.§.vlt.de pigno.emptis.Si verò habuit alia non tenetur, nisi per hoc pater sit factus non soluendo. & hoc ſcđm Rod. si gener sciebat, quia si ignorabat,nihilominus ſcđm eum, & Veru.poterit dotem promissam accipere, & retinere, etiam si postea sciat, ꝙ sit nō soluēdo.Qđ sequitur Supple.& Summa Conf.ac Pisa.sed verius Sum.Angel.dicit sibi nō placere,quia nullo iure probatur, nisi,scilicet in bona fide dotem consumpsisset, & non est factus locupletior.Si verò per hoc non est factus non soluēdo, sed postea ex alia causa nō tenetur gener, quia dotē habet ex titulo oneroso, nec soluto matrimonio tenebitur filia, secundum Federi.consi.41.quia licet tunc habeat dotem ex causa lucratiua, quia tamen illa non est pecunia, quæ trāsibit in bonis mariti,ideo non tenetur & ita tenet Sum.Ange. Et licet do.Anton.& Pan.& Pe.de Ancha.videantur tenere ꝙ imò tenetur,quia licet non sit illa pecunia data,tamen succedit loco eius quia dos est quid vniuersale, vt no. Bar. in l.1. ff. solu.mat. & in vniuersali vna res succedit loco alterius lege Imperator.ff.de lega. 2 Itē quia mulier non habet quartam suam, id est legitimam,nisi deducto ære alieno.l. Papinianus,§.4. de inoffic. testam. tamen opinio ista procedit de æquitate.Sed opi.Feder.quæ loquitur quando filia non est hæres, videtur vera de rigore iuris.Et ita sentit Sum.Rosel.nisi esset possessio empta ex pecunia vsuraria, & data pro dote,per d. capit. cum tu. quam qui vult sustinere faciat tria presupposita,quæ,& ipse Federi.facit. Primū,ꝙ ista filia non erat hæres. Secundum,quòd pater eis dotem non dedit in fraudem creditorum. Tertium,quòd hæc filia non recipit pecuniam vsurariam ab heredibus mariti,sed maritus eam accepit, iō que sibi imputet, si pecuniam alijs debitam ipse accepit, de sua propria fuit eos mulieri restituta;maximè cum pecuniam vsurariæ dominium transeat, in accipientem, licet competat repetitio,maximè si est permista alteri, quia mistione dicitur consumi.ff. de solu.l. si alieni.ideoque mulier non tenetur. Nec obstat ca.tua.de vsur.nec cap.fi.de sepul. quia ibi intelligitur de filijs,& extraneis,qui sunt hæredes. Nec obstat etiam si dicatur,quod mulier recipit pecuniam cum onere suo,quia pecuniam,quā recipit ab heredibus mariti,non est onerata, nec debita his qui patri eius soluerunt vsuras,licet persona patris esset obligata.Et posito,quòd bona vsurarij essent tacite obligata,non tamen bona generi,maximè post mistionem pecuniæ,quia ex hoc facta est sua posita, quod esset personaliter obligatus creditoribus soceri. Nec obst.d. cap.cum tu. de vsur.quod loquit de possessionibus emptis ex pecunia vsuraria,quia ista non recipit pecuniam vsurariam, nec rē emptam ex illa, & preterea illa decretalis non dicit bona vsurarij esse tacite obligata,sed quod nō hēt vnde

resti-

testituat, vẽdantur possessiones emptæ ex pecunia vsuraria, vt de pretio satisfiat quod certè idẽ esset, & si fuisset alias ex licita pecunia emptæ. Hæc ex Fede. qui etiam vr̃ tenere, ꝙ licet gener fuerit in fraudem, tamen secus est in eo, qui ab ipso bona fide accipit.

5 Qvinto † quæritur, quid faciat gener, aut filia, qui dotem habuerunt, aut de reb. in spẽdatis pro vsuris, aut cum socer esset non soluẽdo? Et dicit Gerar. Odoard. quòd ille, ꝑ quem non stat quin restituatur, excusatur in cõsciẽtia, quia vnus sine altero restituere non p̃t durante matrimonio, & si mulier ꝑmoriat, ꝓtestetur viro, & filijs de restitutione. Remediũ tamen esset, vt etiam patet ex dictis, si pater est soluendo pro certis, & habet multa alia incerta, ꝙ ẽps ei dotem tãquam pauperi concedat, si nõ est rebus in specie habitis pro vsuris, aut compõnat cum creditoribus.

6 Sexto † quæritur, quid de famulis vsurarij, an s. licitè viuant de bonis eius, & salariũ recipiant? Et dico, ꝙ si ꝓpter hæc non fit impotens ad soluendum, nihil est dubij, ꝙ pñt, sed si ille non sit soluendo, distinguit. Nam si seruiunt ei ad mensem, vel ad associandũ, aut generaliter ad aliquid, ex quo vsurario lucrũ non resultat, idem est iudicium sicut de vxore, nec possunt talia percipere, sed restituere tenenť. Quod limita, nisi salarium præfuisset vsuris, & multo magis si seruiunt inutiliter, sicut circa canes, & accipitres, & idem est de vendentibus eis res ad gulositatem, vel pompam spectantes, quia dant causam efficacem non restituendi, & facit l. ait pretor. ff. de his, quæ in fraudem credi. & l. fi. ff. de eo, per quẽ fac. erit. Si verò seruiunt ei vtiliter: puta, colẽdo agrum, ædificando domum, habendo rerũ curam, & generaliter in eo, ex quo vtilitas resultat vsurario, tunc si talis vtilitas est æqualis prædictis, quæ percipiũt licitè percipiunt, quia per hoc non fit impotens ad soluendũ, si tamen acciperent rem in specie habitam pro vsuris, tenentur.

7 Septimo † quæritur, vtrum liceat creditori recipere ab vsurario pecuniã, quam illi mutuauit? Et dicit Verue. ꝙ sic, si bona fide mutauit, vt ex illa commodum suum faceret, & lucrando fortè se liberaret, et si alias nõ sit soluendo, & similiter si ignorabat probabiliter, ꝙ vellet eam inutiliter consumere, secũdum Pe. de Pa. & Asten. & Ros. sed si alia eam scienter credidit: puta ad ludum in alea, vel ad dandum meretrici, non potest eam recipere, & si recipit, restituere tenetur.

8 Octavo † quæritur, vtrum creditor vsurarij ex contractu, vel quasi, aut ex maleficio, vel quasi possit ab eo accipere, quod ei debetur? Et dicit Veruec. & Ale. Lomb. ꝙ sic, dum tamen rem vsurariam furtiuam, aut raptam nõ recipiat in propria specie. Intellige etiam si vsurarius non sit soluendo, quia loquuntur indistinctè, & si esset soluendo, non esset dubium.

9 Nono † quæritur, vtrum ministrantes vsurario necessaria ad vitã possint recipere mercedem, si ille non sit soluendo? Et dico, ꝙ quicquid sit q̃tum ad forũ contentiosum, de quo gl. in c. quia in omnibus. de vsu tamen in conscientia possunt, nisi sint tales, qui ex præcepto tunc eleemosynam facere teneantur, q̃a & ipse vsurarius ex vsuris potest necessaria percipere, licet parce, & cum timore, si aliter viuere non potest.

10 Decimo † quæritur, vtrum locantes domos vsurario ad fœnus exercendum, possint recipere pensionem? Et dico, quod licet sint participes oĩum peccatorũ, q̃ in eis ex fęnore perpetrantur, nihilominus rõne cõtractus locationis, in quo lucrum transfertur in locantem, possent tale lucrum retinere. Quod Sum. Ros. limitat, nisi sit non soluendo. Sed verius de mente Verue. & Alex. Lomb. etiam si non sit soluendo, vt sup. §. 8.

11 Vndecimo † quæritur, vtrum prædicatores euntes ad raptores, vt eos ad pęnitentiã, & restitutionem inducant, possint comedere de rapina? Et dicit Ray. quòd sic, siue inducãt prædicationes generali, siue suasione speciali maximè si commodè inuenire non possunt apud alios, de sen. excom. cum voluntate. Qđ intellige cum moderamine, & sic correctio probabiliter speretur, & si propter hoc non subtrahatur facultas restituendi in totum, vel pro parte magna.

12 Dvodecimo † quæritur, quid de dominis scientibus Iudæos nihil habere præter vsuras & ad restitutionem eorum bona non sufficere accipiunt multa ab eis? Et dico secundum eundem, quod tenentur ad restitutionem si ex causa lucratiua percipiunt, possunt tamen accipere ab eis, quod sibi debent, sicut & alij creditores.

13 Decimotertio † quæritur, vtrum restituere teneantur, qui eleemosynas suscipiunt ab vsurarijs? Et dico, quòd non, si sunt soluendo quo ad certa, nisi accipissent rem datam in specie pro vsuris, alias tenentur, nisi essent in casu, quo creditores eis dare tene-

rentur,

rentur, quia quæ accipiunt, sunt creditorē Et idem dic de tyrannis, qui habent multa re stituere.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, vtrum liceat emere pignora perdita apud vsurarium? Et dico de hoc me diffuse recitasse in Aur. Rosa. casu 19. nihil concludendo, nisi ꝙ ratione dubietatis omnibus talis emptio dissuadenda est, sed tamen nolente desistere non esse denegandam absolutionem, nec post factum restitutionem imponendam. Nunc autem dico, ꝙ opinio quæ ibi ascribitur S. Thom. secundum aliquo, ꝙ in vsura dominium transfertur, nō est S. Thom. vt sup. Vsura 6. §. 1. nec est vera, vt ibi patuit, maxime quo ad pignora, quia hoc casu videtur perdi ex pacto legis commissoriæ, quod pactum reprobatur in pignore. C. de pact. pig. l. fin. Nunc igitur determinans dico, quod ea emere non licet, sed tenentur ementes, sicut emens rem furtiuam aut raptam, & secundum eandem distinctionem, de qua sup. Emptio. §. 4. excepto quod retinere poterunt id quod verisimiliter vsurarius super illo pignore mutuauit, & si dominus pignoris non extat, vel non potest inueniri, nō est necesse dare pauperibus, nisi illud plus qđ valet vltra pretium quo ab vsurario empta est, secundum Summam Angelicam, aut verius illud plus quod ualet vltra mutuum super eo datum. Ad motiua autem quæ in Aur. Ros. vbi supra tanguntur, vt patet ex dictis supra Vsura 6. §. 1.

RVRSVS de Vsura 9. quantum ad manifestos vsurarios, & pęnas eorum.

VSVRA nonò considerari pōt quantū ad vsurarios manifestos, & eorum pœnas ad quas infligēdas quis sit iudex, sunt opiniones. Nam Arch. in cap. quid dicam 14. q. 4. ponit diuersas opiniones, & approbat eam quæ est Laur. Hug. & Gofre. s. quod contra laicum laicus iudex, & contra clericū ecclesiasticus, ꝙ etiam tenet Io. Cal. pro quo vide Pan. in c. post miserabilem. eo. tit. vbi no. iudicem laicū aliquando se intromittere de vsuris. Gl. verò in c. dispendiosam, de iud. uidetur sentire, ꝙ solus iudex ecclesiasticus habet iudicare. Pan. autem in cle. 1. de vsur. distinguit, dicens primam opinionem procedere, vbi nō refertur quæstio. an id, quod petitur, sit vsura, sed est quæstio de soluto, vel non soluto, secundam verò, ubi est quæstio, an quod petitur, sit vsura uel non. & idem Io. de Lig. & Fede. & vt videtur, Bal. vt refert Arch.

1 PRIMO † autē quæritur, quis sit manifestus vsurarius? Et dico quantum colligitur ex Io. And. & Pan in c. quia in omnibus eo. tit. & Io. And. & Arch. in c. 1. de vsu. lib. 6. quod est primò is, qui est vsurarius notorius de iure, puta quia conuictus, vel condemnatus de vsuris, seu coram iudice sponte confessus. c. cū olim, & cap. super quibusdam. de verbor. signific. ¶ Secundò, qui est notorius de facto notorietate facti: puta, quia tenet altare paratum, vel mutuat in camera omnibus volentibus, sicut meretrix in postribulo patebit cuilibet. artic. de cohab. cle. & mulie. tua. & cap. fi. & ita dicit Bar. in l. 2. ff. de fur. & Bal. in l. hæredes palam, ff. de testam.

Tertiò, secundum gl. in c. 2. de vsur. lib. 6. quādo quis coram sacerdote & testibus cōfessus est in articulo mortis se esse vsurarium, & mādauit restitui vsuras & libros resignauit quā gloss. Fede. consil. 8. dicit veram quādo simul concurrunt omnia contenta in ea, alias sola cōfessio extra iudicialis nō facit aliquem esse manifestum vsurarium, de sen. exc. c. venerabilibus. §. secus, lib. 6. nec solum mandatum de vsuris restituendis in genere, vel de illis personis quæ probauerint se illas soluisse, quia tunc non simpliciter fatetur se vsurariū, sed mandat vsuras restitui si apparuerint. Et ita tenet Ang. de Peru. in consilio quod incipit, Astensis miles imò plus dicit, s. quòd si quis confessus fuerit publice se esse vsurarium manifestū in testō, tn̄ illa confessio non inducit notorium iuris aut facti. nec potest dici, quod illo tunc cum testatur aut sepelitur, fuerit vsurarius manifestus ex illa cōfessione, vn̄ oportet, ꝙ concurrant oīa contenta in illa glo. Alias aūt manifesti, sed nō aliquo illorū triū modorū, sed aut per famā tm̄, aut alio modo a p̄dictis nō incurrūt ipso iure pœnas inf. positas ſm cōiter doct. nisi publicētur per ordinariū loci,

loci adquam publicationem faciendam sufficiunt certa augmenta cum fama d.c.tua.& licet nullus appareat accusator, nihilominus ordinarius procedere potest ex officio.

2 SECVNDO † quæritur, utrum sit publicus vsurarius, qui publice vendit rem ad tẽpus plus, quam ad numeratum vendi possit pretio rigido summo? Et dico quod sic quia dicit Pan.in c.ad nostram, de emp.& vend.ꝙ si est publicũ & indubitatum, ꝙ plus quis vendit ad credentiam quam pro pretio statim soluendo, testamentum eius nullum est ipso iure, ꝑp dispositionem c.quamquam.de vsu lib.6.quia tales sunt vsurarii, vt patet in simili in c.nauiganti. eod.tit.& sunt publici, ex quo publice hoc exercẽt, ut patet in libris eorum Nec ob.quòd sunt ficti, quia in d.c.ad nostram pœna contra vsurarios statuto exercetur etiam contra fictos vsurarios, quoniam in veritate sunt vsurarii, & facit l.non dubium, C.de legi.

3 TERTIO † quæritur, utrum possit aliquis publicari vsurarius post mortem? Et dico, ꝙ sic.Nam Fede.in consi.8.& sequitur Pan.in c. cum in diœcesi.de vsur.dicit, qđ licet quis in vita non fuerit declaratus vsurarius & fecerit testamentum.nihilominus post mortẽ poterunt fieri probationes ad declarandũ, ꝙ erat manifestus.Et ita tenet Io And.in c.1.de vsur. lib.6.in nouel.& Gem.ibidem.& omnes istæ erunt bonæ probationes, puta, si differebat solutionem vt plus venderet, vt in c.in ciuitate. de vsur.Item si emit possessiones cũ pacto retrouendendi maiori pretio, vel secũdum Bal. in capitul.1.de feu.da.in vi.leg.cum quando emit cum pacto de retrouendendo post quinquennium, & non ante, si est consuetus similes contractus facere, ꝑsumitur vsurarius.ar. c.illi vos.de pig.Item quando facit confessionem coram episcopo, quod instrũm de vero & puro capitali, quia censetur collusio in fraudẽ vsurarũ, præsumptione præfati c.illo vos. ſm Bald.in l.1.C.de collu.dete quod cap.in hoc articulo præualet confessioni: & sic fuit obtentum coram episcopo Tudertino, contra vnum qui multas tales confessiones fecerat fieri.Item qñ pars dicit in instrõ, quòd nõ per simulationem, sed per veram ueritatem talem contractum facit, oritur præsumptio, vehemẽtissima, ſm Bal.in l.3.C.plus ua.quod agi.& facit gl.in l.si quis sub conditione, ff.de cond.inst.& quod no.gl.in l.cũ allegas, C de vsur.& dictũ Ang.in l.sicut.§.super vacuũ, ff. quib.mod.pig.vel hypo.sol.Item probat vsurarius ex libris suis, vel per instrã, ſm Arch. in c.qui syncera.dist.45.& probat per ar.d.c. item dicit Bal.in d.l.donatio.C.de don.quod manifestus vsurarius probatur esse per priuatam scripturam.Item quando est communis opinio, ꝙ sic vsurarius, vt dicit Bal.in l.1.C. de sacros eccl.Item quando tot & toties feneratus fuit.ꝙ non possit nisi esse liquidem in populo, ut dicit Bald.in d.l.1.de fal.cau.adie. leg.item quando ex coniecturis apparet vsurarius & indiciis, vt dicit Bal.in l cum proponebatur, ff.de leg.2.& in l.ciues, C.de app & breuiter dic, quòd iudex habet arbitrai ex additis cohærentiis, ꝙ sit.manifestus de quo vide per Bald.in add.ad Spec.in tit.de app.in uersi.an autem sit manifestus.

4 QVARTO † quæritur, quæ sit prima pœna vsurariorum manifestorum? Et dico, ꝙ prima est, ꝙ sunt infames infamia iuris.C.ex quibus cau.irro.infa.l.improbum quod verum est ẽt de iure ciuili, vt dicit do.Ant.in c.Raynutius, de testa.& ita dicit no.Bal.in d.l.improbũ.& per hoc fuisse determinatum, quod si frater meus constituit vsurarium, hæredem, possum rumpere testamẽtum per querelam in officio si.C.de inff.test.l.fratres & sic đ facto obtinuit sed multo magis sunt infames de iure canonico, ut in c.infames.3.q.5 & 6.q.1.infames.¶Secundò est, quod ad cõionem altaris non sunt admittendi, de vsur.quia in omnibus, & intelligit Abbas, & sequitur Pan.ibidem, quòd nõ debent admitti ad communionem, i.ecclesiã quando diuina celebrantur, quia assistentes, tunc in ecclesia dicuntur, admitti ad communionem alterius, & placet Sum.Ang.vt cõfusi resipiscant.sicut dicimus de excommunicatis c.pia.de excep.lib.6.Sed quia statutum est pœnale, non puto verum.Vnde dico cum Inn. ad cõionem.i susceptionem corporis Christi, vt quo ad hoc non sit æque malæ cõditionis ut excommunicatus.¶Tertia, quia nõ admittuntur ad oblationem offerendam de vsu, quia in omnibus, & qui eam receperit, suspensus ab officio manere dẽt, donec ad arbitriũ episcopi satisfaciat d.c.quia i omnibus vbi tñ ſm Host.Ber.& Io.And.Inn.est canon ferendæ, & non latæ sñiæ, de quo inf.§.eo & compellitur sacerdos restituere, d.c.quia in oĩbus Et licet sint opiniones cui restituere debeat, tamẽ, placet distinctio.Io.And.quia restituet vsurario, si iam restituere inchoauit, vel est paratus vt reddat spoliatis.Alioquin ſm Gofre. & Inno.& Hostien.restituet episcopo.ut reddat spoliatis Quod intellige quando talis est episcopus ꝙ hoc faciet potest tamẽ ab eis recipi-

cipi eleemoſyna, ſi alias ſunt ſoluendo. Hugo. autem videt velle idem eſſe de quolibet manifeſto peccatore: ſed glo. in c. oblationes, diſtin. 40. cōcludere videtur ꝙ nō, niſi in caſib. expreſſis, quod Panor. vbi ſup. dicit æquius. ¶ Quarta eſt, quòd niſi ſatisfecerint, vt infra non ſepeliantur in eccleſiaſtica ſepultura. d. c. quia in omnib. & additur quòd clericus cōtra ueniens, ſcilicet in hac pęna, & priori, eſt ſuſpenſus iſto facto ab executione ſui officij, ſecundū Pan. in d. c. quia in oīb. & verius, vt ibi patet, licet aliter ſenſerint Hoſtiē. & Bern. & Ioan. And. Et ſimiliter ipſo iure prædictas pęnas incurrunt vſurarij: nec requirit hominis ſnīa, ſecundum eūdē Pan. ibi. Imo hodie ſepelientes tales ſunt excommunicati ipſo facto, vt in cle. eos. de ſepul. niſi ipſi cauerint, vt inf. dicam, vel ſi non potuerunt, & ſigna contritionis oſtenderint hæredes eorum inquantū hæreditas ſufficit, vt no. in c. quanquā. de vſu. libro 6. ¶ Quinta eſt, ꝙ recipi non poſſint ad confeſſionem ſuorum peccatorum, donec de vſuris fuerit ſ͂m facultatem eorum plenius ſatisfactum, vel idoneè cautū his, quibus reſtituendum eſt, ſi ſunt præſentes, vel alij qui poſſent eis acquirere: vel eis, abſentibus, loci ordinario, vel eius vicario, vel presbytero parochiæ, in qua habitat, præſentibus aliquibus fide dignis, vel tabellioni de mandato ordinarij ita quod certa quātitas exprimatur in cautione, ſi eſt manifeſta, & apparet: vel ſi non apparet manifeſta, exprimatur ad arbitrium recipientis cautionem, q̄ ſi receperit ſcienter minorē, de ſuo ipſe tenebitur multo magis ſi nullam; alias nullus debet eſſe teſtis in eorum teſtamentis, nec recipere confeſſionem, vel impendere ad ſolutionem, vel ad ſépulturam recipere, & teſtamēta eorum ſunt irrita ipſo facto. Hæc omnia in cap. quanquam. de vſur. libro 6. ſi tamen quis in præſentia confeſſus eſt ſacerdoti ſe vſuras extorſiſſe, ſed eſt occultum: hæredibus ad dictum eius nolentibus ſatisfacere, non debet tamen ſacerdos negare ſepulturam, ſecundum Gemi. & Gul. quia non debet illum publicare. Adde quòd nec etiam debet reuelare confeſſionem: debuit tamē ſacerdos illum inducere vt corā teſtib. cōfiteretur, & caueret. & hēt locū hoc c. ſ͂m Gemi. ēt in vſurario, qui non eſt ciuis vel incola; ꝑ verbū, habitat, ita ꝙ tex. ponderat ſolā habitationem. Sed de hac pœna vide ēt inf. §. 5. Sexta eſt, ꝙ nullus debet intereſſe eorum teſtamentis, niſi ſatisfaciant, vt § priore d. c. quanquā. ¶ Septima, quia teſtamenta eorum ſunt nulla ipſo iure ſi non ſatisfecerint, vt ibidem: & idē eſt de codicillis, ſ͂m Bar. & Ioan. And. ibidem: ſed vide de hac pœna etiam, infra. §. 6. & 7. ¶ Octaua pœna eſt, quòd nulla vniuerſitas, vel collegiū, vel ſingularis perſona vſurarios non oriūdos, de terris ipſorū exercenter, vel exercere volentes pecuniam fœnebrem permittat habitare in terris ipſorum, ſed eos expellant, nunquam de cætero eos admiſſuri, vt in c. vſurarum de vſur. lib. 6. & incurrunt pœnam interdicti vniuerſitas, vel collegium: epiſcopi verò, & ſuperiores ſuſpēſionis, inferiores verò eccleſiaſtici ſentētiam excommunicationis ipſo facto, ſi nō expulerint de terris ſuis intra tres menſes, vel ſi eis domos ad exercendum fœnus locauerint, aut ſub quocunque alio titulo conceſſerint, etiam venditionis, ſecundum Io. And. quam pęnam ſi per menſem ſubſtituerint indurato animo, terræ eorum, quamdiu in ipſis morantur, ſunt ipſo facto interdictæ. Alij laici debent per excommunicationem ad hoc idem compelli, nō obſtante quocunque eorū priuilegio. Et de hoc vide ſup. Excommunicatio 9. §. 31. & inf. vlt. ¶ Non pęna eſt, quia ſi vſurarius ſoluit alteri vſuras repetere nō poteſt, niſi prius ipſe reſtituat, quas extorſit, vel ille, cuius hæres eſt, vt in ca. Michael. eodem tit. quod tamen fallit in clerico, vel procuratore, qui nomine eccleſię repetunt vſuras, quas ſoluere ſoluerunt, nec eis poteſt opponi, quamuis ipſi ſint vſurarij, ſecundum Pan. ibi. ¶ Decima eſt, quia q̄uis vſurarius cedat bonis, non hētur ei reſpectus ne egeat, vt habetur in alijs debitoribus. de ſolu. Odoardus, de pign. cap. 2. & ita no. glo. in dic. capitu. quia in omnibus. ¶ Vndecima eſt, quia ad modum raptorum, & furum tenentur reſtituere non ſolum rem acceptam pro vſuris in capi. cum tu. de vſur. ſed & fructus perceptos, qui percipi potuerunt à verò domino ſecundum omnes doct. qui eſt malæ fidei poſſeſſor ſine titulo, vt patet ex dictis.

Qvinto † quæritur de intellectu verborum poſitorum ſup. §. priore in quinta pęna. Et dico, quòd nomine idoneæ cautionis intelliguntur pignora, vel fideiuſſores, l. ſi mandato Titij. §. fi. ff. mand. quam ſi dare nequeunt, ſecundum Bar. & Io. And. iurabunt ſe hanc dare non poſſe, & facturos quod promittunt. de ſen. excom. c. fi. § illis, libro 6. illi etiam, q̄ poſſunt nobis acquirere, ſunt filij, quos habemus in noſtra poteſtate, & ſerui proprij: item ſerui in quibus habemus vſumfructum, item ſerui alieni, quos bona fide poſſidemus tanquam

ſerůos,vt Inſtit. per quos perſo. nob.acq.§.1.
Procurator autem domino abſente hanc per
ſonalem obligationem nó acquiret, per lege
quemadmodū.ff.de acq. poſ. & l.generaliter.
& l.quod meo eo.tit.ſecundū Bar.& Io. And.
in cap.quamquam. Per ordinarium autē ſm
Io.And.vbi ſup.intelligitur eps de iure. & idē
de decano,archi. presbytero, vel abbate, qui
alias de conſuetudine iuriſdictionem haberet
in ſpiritualibus in loco in quo vſurarius de
git,quod etiā dicitur de rectore parochię,in
qua vſurarius habitat,multo fortius intellige
de rectore parochiæ debitoris læſi cū ſit qua
ſi iudex eius,ſecundū Bar.& Io.And.& facit l.
cum pro quo. ff.de in ius vo. ¶ Vtrum autem
ſufficiat quicunque alius ſacerdos Io.Cald. di
cit ꝙ ſic: & ex hoc roborabit teſtamentū qđ
Lap.cōcedit ad ſacerdotem ordinis mendicā-
tium audientem confeſſionem talium: non
de alio non parochiali,quia ille de ordine mē
dicantium expoſitus ad confeſſiones, eſt iu-
dex ſibi confitentis per priuilegium clauſum
in corpore iuris. in clem. dudum. de ſepulc.
Lau. autem ante factum conſulit cum Lap.
poſt factum non audet condemnare Calder.
cum ex hoc nihil depreat ſpoliatis. Per hoc
etiam quòd dicitur de mandato ordinarij, ar
guit Ioann. Andr. quod Tabellio in hoc caſu
non acquirit actionem extraneo ex ſua ſti-
pulatione, niſi hoc faciat de maudato or-
dinarij.

6 Sexto † quæritur, ſi vſurarius prius facit,
teſtamentum poſtea cauet idoneè, vtrum va-
lebit? Et tenuit Bar.& Io.Mon. ꝙ non per re-
gulam non firmatur. de reg. iur.lib.6.quia ab
initio nullum fuit.Sed melius Io.Andr. tenet
ſufficere, quòd ante mortem idoneè cauerit.
Et ratio eſt quia teſtamentum confirmatur
morte. Item quia omnia iura fauēt teſtamen
ti.l.1.C.de ſacroſan.eccl. & facit in arg.l. 1.§.
3.ff. de leg. 3. vbi legata ad pias cauſas relicta
facta a filiosfamilias,& a ſeruo licet tempore
teſtamenti inſpecto non valeant, ſi tamen e-
mancipitus, vel manumiſſus perſeuerat in ea
dem voluntate, valebunt. Præfata autem re-
gula, non firmatur, de ſolo tractu temporis
loquitur vide inf.§.10. & 11.

7 Septimo † quæritur, vtrum non valente
teſtamento vſurarij valeat codicillus,aut do-
natio cauſa mortis,aut teſtamentum, quo ad
legata ad pias cauſas? Et dicit glo. in d.c.quan
quam. quod licet teſtamentum & codicillus
videantur diuerſa, & conſtitutio ſit pœnalis,
tamē ſecundum Guliel.& Gar.etiam codicil-
lus forma prædicta non ſeruata, non tenet,
per tex.in princ.qui dicit in vltima volunta-
te, & quia large codicillus eſt teſtamentum,
quia mentis teſtatio, alias facile eſſet illam
conſtitutionem in hoc eludere.Et idem Bart.
& Ioan.Andr.in d.capitu. quanquam.& idem
dicit gl.in qualibet vltima voluntate.¶ Quan
tum verò ad legata ad pias cauſas, ſecundum
Gemi. in d.cap. quanquam.& do. Ant. & Pet.
de Aucha. & Lap. ſi vſurarius manifeſtus de-
ceſſit pęnitens,quia in eo apparuerunt ſigna
contritionis, licet non cauerit, nec conſe-
quenter valuerit teſtamentū, valebunt tamē
relicta ad pias cauſas.Et ita intellige & limita
Bart.in lege 1. C.de ſacroſan.eccle. dicentem
non valere etiam ad pias cauſas, ſcilicet ſi de-
ceſſit impœnitens,& idem dicit Bart. de quo
cunque quem conſtaret in mortali deceſiſſe.
23.quæſtio.5.placuit. Quantum autem ad do
nationem cauſa mortis, dicit Lap. Paulum
hic tenere. quod non valet, ſi fiat in teſta-
mento, vel codicillo, quæ ſcilicet ſunt vlti-
mæ voluntates, ſi vero fieret in actu ſepara-
to ab ipſo teſtamento, ita quòd ſi tranſiſſet
in ſpeciem contractus, forſitan valeret, non
ſeruata forma d.cap. quanquam. quod loqui-
tur de vltima voluntate.nam & donatio cauſa
mortis in multis accidit contractui, vt l. 2. ff.
de leg.1.in quo tamen eſſet aduertendum, an
eſſet facta de omnibus bonis,vel maiori par-
te, quia præſumeretur facta in fraudem di-
ctæ conſtitutionis.

8 Octavo † quæritur, an teſtamentum Iu-
dæi vſurarij manifeſti ſit nullum ipſo iure ex
diſpoſitione d.c. quanquam? Et dicit Fran.de
Aret.in conſi.158.quòd non, quia canō gene
raliter loquens,non videtur comprehendere
Iudæos: licet poſſet Papa pro crimine eccle-
ſiaſtico, vel miſto pęnam ſpiritualem,vel tē-
poralem imponere infideli. quod tñ facere
non videtur in dubio faciendo conſtitutionē
generalem,quia de his qui ſunt foris, nihil ad
nos,ſecundum Apoſtolum.

9 Nono † quæritur, an in eo, qui mutuauit
ad vſuras,& tamen vſuras nō recepit,habeat
locum pęna d. c.quanquam? Et dicit Gem.ibi
quod non, per text. ibi diceutem de vſuris,
quas receperant.

10 Decimo † quæritur quid ſi vſurarius iuſ-
ſit ſatisfieri, non tamen cauit. ſed poſt mor-
tem cauetur? Et dicit gloſſ. in clem. eos. de
ſepul. ſufficere quo ad ſepulturam, ſed non
quo ad validandum teſtamentum. Vide in
§.ſeq.

11 VNDECIMO † quæritur, quid ſi vſurarius dedit procuratorem ſpecialem ad cauẽdum duraturum poſt mortem, qui mortuo vſurario cauit? Et dico diſputando, determinatum ex hoc valere teſtamen. per glo. in d.c. quanquã, tenentem, quod validetur teſtamẽtum ex cautione poſtea præſtita per vſurarium, per hoc, quia ibi dicitur, ꝙ teſtamenta vſurariorũ aliter facta, i. cautione non præſtita, nõ valeãt, & idem Ant. de But. Sed opponitur primo de d.gl. quia videtur, ꝙ oporteat cautionem prę ſtari ante conditũ teſtamẽtũ. Sed põt dici hoc procedere in eo, qui non ſpecificè caueri mãdauit, quia quando ſpecialiter mandatur, qñ cauetur retro, fingitur vſurariũ cauiſſe tempore, quo mãdauit, & mãdatum durat poſt mortem, quia confertur poſt mortem, ff. mand. l. ſi vero. Secũdo opponitur, quia videtur teſtamẽtum eſſe irritum ipſo iure cautione non prę ſtita. d.c. quanquã. Vnde cũ tpe obitus teſtamentũ fuerit inualidũ, nõ cõualeſcit, aliàs poſſet diu pẽdere, an teſtm̃ valeat, ſi diu ſtaretur ad cauendum. Sed tenendo gl. in d.c. quanquam. dicendũ eſt, teſtm̃ valere, vt ſit æquitas: qa dici poſſet, quod vſurarius volens cauere in forma, d.ca. quanquam, non potuit, quia non habuit, cui & abſonum eſſet non eſſe remedium. Et hoc videtur verũ, quia ſatisfit menti illius, c. quæ eſt, vt reſtituantur vſuræ. ¶Sed pro notitia dictorum in his duobus, §. & ſup. §. 6. ſciẽdum eſt, quod Barto. in l. filio præterito, ff. de iniuſ. rup. & irri. teſt. dicit, quod Io. Andr. cum gloſſaret ſextum, dixit, quod per cautionẽ poſtea præſtitam teſtamentum conualeſcit, poſtea videns ſuam opinionem reprobari a multis per l. 1. §. ſi filius, de leg. 3. & per l. ſi filius, ff. de teſta. vbi non conualeſcit teſtamentũ impuberis adueniente pubertate, vel ſi erat ſeruus, & efficitur liber, vel ſi erat captus ab hoſtib. & reuertitur, quando gloſſauit Clementinas, in cle. 1. de ſepul. dicit, quod teſtamentum conualeſcit, quo ad ſepulturã, & ita intellexit dictum ſuũ in d.ca. quanquã. Dominus autem Nic. de Mata. antequã fierẽt iſtæ gl. diſputauit hanc quæſtionem, & determinauit, quod teſtamentum conualeſcit. Et vt contraria tollãtur, dixit ſic: Quandoque ab initio non valet teſtamentum, quia teſtator eſt inteſtabilis, & tunc ex poſt facto non conualeſcit, vt d. §. ſi filius. Quandoque vero non valet propter defectum hæredis, & tunc idem. Quãdoq; ratione ſolẽnitatis, & tunc ſimiliter idem, quia vno cõtextu debent adhiberi ſolẽnitates. C. de teſta. l. cum antiquitas. Quandoque vero deficit, non propter prædicta, ſed propter creditores, qui fraudantur. Ad propoſitum, d.c. quamquam, non facit vſurarium inteſtabilem, ſed prohibet perſonas intereſſe tali teſtamento, dum dicit, nullus teſtis vſurariorum, &c. Proteſtatio etiam cautionis non eſt de ſolemnitate teſtamẽti, quod patet, quia p̃ſtari poteſt ante teſtm̃ per plures dies, vt d.c. q̃q̃. Igitur confirmatur teſtamentum cautione poſtea præſtita: quod poſtea Io. And. reperitur poſuiſſe nouel. in d.c. q̃q̃. hæc Bar. Veruntamen ego dico, quod Ioã. And. in clem. 1. non limitauit prius dictum ſuum; quia in c. quamquam. dicit conualeſcere teſtamentum ex cautione præſtita poſtea, ſed tamen ante mortem, ita quod in eadem volũtate eſſe poterat vſurarius, in clem. vero dixit non conualeſcere ex præſtita poſt mortem ſine procuratione, dato ſpecialiter hoc ante mortem, in nouel. vero dixit conualeſcere, ſi datus ſit procurator, & iſta tria tene. Vnde ſi poſt teſtamentum vſurarius ſolum iuſſit hæredes reſtituere, & illi poſt mortem eius cauent, nihil valent, niſi ad ſepulturam, ſcd̃m Arch. & idem ſentit Io. And. in nouel.

12 DVODECIMO † quæritur, quid ſi primo fecit teſtamẽtum, poſtea fit publicus vſurarius? Et dicit Paulus, quod infirmatur teſtamẽtum ex ſequenti delicto. alleg. Inſt. quib. mo. teſta. infirm. in princ. & §. hoc autem. & l. furioſum, C. qui teſta. fac. non poſ. & Inſt. eod. tit. §. item furioſi, qui loquitur in furioſo, qui fingitur mortuus, & in eadem voluntate manere ad quod de bap. maiores.

13 DECIMOTERTIO † quæritur, quid ſi vſurarius manifeſtus præſtita ſolemniter cautione condidit teſtamentum, poſtea vero continuauit vitium vſurarum, ſed non manifeſtè, & ſic deceſſit nulla alia facta cautione? Et dico, qđ Feder. determinauit non valere teſtamẽtum. Sed do. Ioann. de Fan. aliàs diſputans contrarium determinauit, & Lau. dicit ſe vidiſſe conſilia plurima concludentia cum Pau. & credit hoc verius. Imo dico, quod in foro contentioſo res non eſt dubia.

14 DECIMOQVARTO † quæritur, quid de eo, qui cauere voluit, ſed morte præuentus ante horam ſperatam non potuit? Et dico, quod Bald. de æquitate Canonica putat teſtamentũ valere. & idem Ange. de Per. Sed contrarium videtur tenere gl. in d.ca. quamquam, qui etiã vult, quod priuetur ſepultura in pęnam, & eſt verum de rigore iuris.

15 DECIMOQVINTO † quæritur, quid ſi fęnerator occultus non eſt confeſſus, nec cauit,

&ſepultus eſt in cœmeterio, & poſtea patet,
quod erat vſurarius? Et dicit Gemin. quod ſi
non fuit confeſſus, & non apparuerũt alia ſi-
gna contritionis exhumari debet, ſi diſcerni
poſſunt oſſa eius, ſi vero eſt cõfeſſus, & ſigna
contritionis in eo apparuerunt, non exhuma
bitur, per c. nobis, el 2. de ſent. excomm. & hæ
redes ſatisfacere compellentur. Et ſi in termi
nis huius qõnis creditores veniant ante ſepul
turam, ſed heredes vſurarij negent eum debe
re, ſm Gem. & Guliel. niſi probatio ſit prom-
pta, nihilominus ſepelietur, & lis poſt ſepultu
rã procedet alias facile eſſet cuilibet impedi
re alicuius ſepulturam, & eum vituperare.

16 Decimosexto † quæritur, vtrum audire
debeat is, cui reſtituendæ ſunt vſuræ, ſi com-
pareat poſt terminum edicti? Et dicit Gemin.
ſecundum Lap. quod non, ſi ſciuit, & nõ com
paruit in termino. ſecus ſi ignorauit, & idem
puto, ſi fuit legitimè impeditus.

17 Decimoseptimo † quæritur, an teneatur
reſtituere ſacerdos, vel alius, qui accepit ta-
lem cautionem ab vſurario manifeſto, & eam
poſtea prece, vel pretio relaxauit? Et dico, qđ
ſic, ſi erat eius ſuperior, ita ſcilicet quod ſuper
eum, vel hæredes habeat poteſtatem coactio
nis, quia præſtat cauſam efficacem ad non re
ſtituendum: & ex officio tenebatur cogere, a-
liàs non tenetur, quia par imparem non ha-
bet imperium, de elec. innotuit.

18 Decimooctavo † quæritur, vtrum confeſ
ſor recipiens vſurarium publicum, & confeſ-
ſionem eius, & eum abſoluens contra formã,
d. c. quamquam. teneatur ad reſtitutionem? Et
dico, quod ſic, ſi vſurarius aliter cauiſſet, aut
ſatisfeciſſet ad confuſionem euitandam, &
huiuſmodi, quia præſtat cauſam efficacem nõ
reſtituendi. Secus ſi nullo modo feciſſet. Et
idem dico de ſepelientibus contra formam,
d. c. quamquam. quia tenentur, ſi hæredes ſatiſ
feciſſent, aut cauiſſent, ſi non fuiſſet ſepultus,
aliàs non. Et dicit Gem. quod etiam ſi non ſe-
peliunt; ſed fingunt, tamen incurrunt dictas
pœnas, quia hæc ſimulatio eſt in deluſum il-
lius conſtitutionis. In articulo tamẽ extremæ
neceſſitatis. ſi cautionem facere non poſſet,
abſolui poſſet, de pœnitentia, diſt. 7. c. ſi qs, &
idem ſi vſurarius non eſſet ſoluendo, nec inue
niret cautionem, tamen cum iuramento, de
quo ſupra, §. 5. & ad euitandum ſcãdalum, bo-
num eſſet hoc fieri de licentia epiſcopi.

19 Decimonono † quæritur, quid ſi vſurarius
manifeſtus impetret a Papa, quod poſſit libe-
rè teſtari facta mentione, quod ſit vſurarius
manifeſtus. Et dicit Bald. in l. ſi quando. C. de
inoffi. teſta. quod teſtari non poterit nõ ſerua
ta forma, d. ca. quamquam, per illum textum;
quia non eſt veriſimile, quod Papa voluerit
tollere totalem diſpoſitionem iuris commu-
nis, & idem Laur. Sed nihil videtur contrariũ,
quia aliàs, ille nihil petiuiſſet, & Papa nihil cõ
ceſſiſſet.

20 Vigesimo † quæritur, quid de notarijs, qui
conficiunt teſtamenta vſurariorum manife-
ſtorum contra formam prædictam? Et dico,
quod non tenẽtur ad reſtitutionem, licet pec
cent mortaliter, ſecundum Lau. quia non præ
ſtant cauſam efficacem ad non reſtituendum,
cum illa teſtamenta ſint ipſo iure nulla. Et idẽ
de teſtibus.

21 Vigesimoprimo † quæritur, an vſurarius
manifeſtus poſſit eſſe teſtis in teſtamento? Et
dicit Bald in l. 1. C. de teſta. quod non, ſecus ſi
eſt occultus, quia vitium teſtis occultum non
vitiat teſtamentum.

22 Vigesimosecvndo † quæritur, quid de
dominis, & communitatibus concedentibus
iudæis, vt fœnerentur, & locantibus eis do-
mos, & facientibus conuentiones ſup vſuris
exercendis, & ſoluẽdis, per mutuũ capientes?
Et dico, quod Barb. & Pau. de Caſt. conſi. 366.
& Pe. de Anch. conſi. 230 & d. Alex. de Imo. &
quidã alij conati ſunt tenere, quod licitè hoc
poſſunt cum licentia ordinarij, tũ quia cedit
ad bonum commune, tum quia eſt conſuetu-
do, de cuius initio memoria non extat, tolera
ta per ſummum pontificem, etiam in terris ec
cleſiæ, tum quia hoc non eſt nutritiuum pec-
catorum ex parte Chriſtianorum. de vſur. ſu.
eodem. Ex parte vero Iudæorum nihil nobis
de his, qui foris ſunt. Vnde ſuperuacuæ rei vi
detur dare operam, qui arcere nititur Iudęos
a peccato, diſt. 45. qui ſyncera. Hæc ſunt
eorum motiua. Sed ego dico, quod male cõſu
luerunt, & quod peccãt mortaliter iſti, & sũt
excommunicati, & tenentur ad reſtitutionẽ
omnium vſurarum ex tali conuentione ſolu-
tarum in ſubſidium, ſi Iudæi non ſoluerint, &
arguo ſic. Nam ſtatuentes, vel præſumentes
iudicare quod vſuræ ſoluantur, ſunt excom-
municati. clemen. 1. de vſur. & conſequenter
peccant mortaliter, & conſequenter tenẽtur
reſtituere: quia dãt cauſam efficacem nõ reſti
tuendi. Sed iſti ſtatuunt vſuras ſolui, quia ta-
lia pacta, vel decreta facta ab his, qui habent
poteſtatẽ condendi leges, vel ſtatuta, dicũtur
leges, vel ſtatuta, vt in l. pen. §. ille, ff. de dona.
inter vir. & vxo. & in l. Cæſar, ff. de public. &

vtrobique per Bart. per eundem Bart. in l. 4 §. actor, ff. de re iud. Et ratio, quia facientes talia pacta, nedum intendunt se obligare, imo principaliter volūt obligare omnes de ciuitate, & districtu, etiam eos, qui non assenserāt, & consequenter sunt statuta, cum ex pactis meris nō obligentur nisi consentientes, vt in l. 1. ff. de pact. Vnde & secundum Lauren. & Ioann. de Imo. & Card. & glos. in d. cle. 2. ipsa cle. habet locum etiam in decretis factis cum Iudæis. Ergo vera est nostra conclusio. & sic consuluit dominus Alex. de Neuo. Vicentinus, & multi doct. chariores prædictis in sciētia, & consciētia. ¶Adde ꝙ in ca. post miserabilem. de vsur. præcipitur dominis, vt compellant Iudæos vsuras restituere, & consequēter a fortiori, vt compellant eos non exigere. ¶Adde secūdo, secundum Gem. in cap. 1. de vsur. lib. 6. pœnæ eiusdem cap. contra locantes domos vsurarij alienigenis, ligant locantes domos Iudæis.

¶Adde tertio ꝙ secundū Lau. & Pan. in d. cle. 1. si prædicti prohiberent ne maiores vsuras Iudæi exigerent, dum tamen non consentiant de minoribus, non incurrerent sententiam excommunicationis. ¶Motiua autem prædictorum sunt nulla. Nam episcopus dispensare nō potest contra ius commune editum per cōcilium nisi ex causa necessaria, & verisimiliter nō præcogitata, per illud ꝙ not. Bald. in l. omnes populi, ff. de iust. & iu. vt sup. Dispensatio. § 9. Nec illa consuetudo, sed corruptela cōtinens in se peccatum. 32. q. 7. flagitia. Nec tolerantia Papæ facit, quod liceat, quod in se malum est, puta fęnerari, aut vsuras exigere quia agētes, & consentientes digni sunt morte. Rom. 1. Nihil etiam ad nos de his, qui foris sunt, nisi si lædunt Christianos, vel eis iniuriantur, quia sic pertinet ad ecclesiam, vt no. Inn. & doct. in ca. super his. de voto. & Host. & Io. And. & communiter alij in c. gaudemus, de diuor. dicunt, quod infideles delinquentes contra legem naturæ, vel ius diuinum, puniri possunt a iudice ecclesiastico, & ita in proposito est, vnde ecclesia se impedit in ca. post miserabilem Illud igitur verbum nihil ad nos, secundum gl. in c. Iudæi. de Iudæ. intelligitur proprie, vt. s. eis pœnam spiritualem infligamus, vel vt faciamus eis canones, aut Christianam cōuersationem imponamus inuitis. dist. 45. ca. de Iudæis. Nec valet quod Christiani efficiētur vsurarij, quod erit maius malū, quia licet cæteris paribus grauius peccēt Christiani eodem genere peccati quam Iudæi tamē aliquo respectu hic grauius peccant Iudæi, & sunt in maius nocumentum Christianitatis, tum quia Christianos spoliant non solum ex auaritia, sed etiam ex odio, & lucrum sæpe deferunt ad partes infidelium, & nunquam restituunt. Quædam etiam de materia dicti c. quamquam spectantia mere ad forum causarum, recitat Arch. 2. par. tit. 1. in c. 10. in fine. ¶Ex his etiam, & multis dictis supra elice, quod nō licet locare domum alicui principaliter ad hoc conducenti, vt ibi exerceat vsuras, sicut nec locare gladium furioso, quia nisi esset de se mortale, iura nō apposuissent excommunicationem, quo ad vsurarios publicos aduenas.

¶Vsvs clauium declaratus. sup. in verbo. Claues, per totum.

¶Vsvs rationis supra Baptismus 4 §. 8.

DE VSV, ET VSVFRVCTV.

1 *Vsus quod sit ius.*
2 *Vsusfructus quomodo constituatur, & in quibus rebus.*
3 *Vsufructuarius quam cautionem prestare teneatur.*
4 *Vsufructuarius quam cautionem prastet.*
5 *Cautio an sit de substantia vsufructus.*
6 *Vsufructuarius non prastita cautione recipiens, fructus an teneatur eos restituere.*
7 *Vsufructuarius si non potest prastare cautionem, quid iuris.*
8 *Testator an remittere possit ne cautio praStetur ab vsufructuario.*
9 *Vsufructuarius ad quas impensas teneatur.*
10 *Laudare seu recipere laudemium an sit proprietarij, vel vsufructuarij.*
11 *Vsufructus quomodo omittatur.*
12 *Vsufructu legato an grauetur hares in legitima.*
13 *Vsufructuariam si testator ita relinquat vxorem ne ab harede molestetur, sub pœna perdendi hareditatem, qualiter hoc intelligatur.*
14 *Vsusfructus an intelligatur si testator dicat, relinquo Titio fundum ad vsufructuandum.*
15 *Legato habitationis vel vsufructus non derogatur per legatum proprietatis.*

VSvs est ius vtendi rebus alienis salua rerum substantia, secundum Azo. in Sum. & gl. in l. 1. ff. de vsu & hab. Ex qua diffinitione infert gl. ibi, quod vsus proprie consistere non potest in rebus, quæ solo vsu consumuntur. ¶Vsurarius autem est, cui re tantum ad vsum quotidianum vti licet. Inst. de vsu & hab. §. 1.

Vnde vsurarius potest sumere non solum quātum sibi expedit, sed etiā sibi, & familiæ suæ. l. plenum in fin. ff. de vsu & hab. ¶ Vsusfructus autem est ius alienis rebus vtendi, & fruendi salua rerum substantia, quia est ius in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est ff. de vsufr. l. 1. & Inst. eod. titu. in princ. & est solum propriè in rebus, quæ vsu non consumuntur, ff. eodem l. omnium. ¶ A quo vsufructu dicitur vsufructuarius, qui ab emphyteuta differt, quia ille habet vtile dominium, iste autem solum ius vtendi, & fruendi. Ab vsurario vero differt, quia is, cui datur nudus fundi vsus, nihil habet vlterius in eo, nisi vt oleribus, fęno, pomis, & huiusmodi, vtatur ad vsum quotidianum, nihil alij venditurus aut daturus, & in eo moretur, sic tamen vt domino fundi molestus non sit, neque his per quos opera rustica fiunt, nec potest ius, quod habet, alij vendere, aut locare, aut gratis concedere, sed vsufructuarius. sic Inst. de vsu & hab. §. 1.

1 Primo † autem quæritur, quid iura tradiderint de vsu & vsurario? Et dico multa. ¶ Primum. Si marito relictus sit vsus domus, habitare poterit in ea enim vxor, parentes, filij, serui, & liberti, & hospites recipi, etiam si pensionem habeat vna cum hospite, & nō separatim domum inhabitet. Et idem dic in muliere etiā si vidua erat, & postea nupsit, ff. de vsu & habit. l. cui vsus, & l. cæterum, & l. non solum. ¶ Secundum. Si habitatio domus concessa est, non solum ipse potest habitare cū prædictis, sed etiam potest alteri locare, etiā separatim a se, & sic habitatio est ius distinctū ab vsu, & vsufructu: & qui habet habitationem, non habet vsumfructum, nec vsum. Institu. de vsu & hab. §. & si cui. ¶ Tertium. Si pecoris vsus sit relictus alicui, neq; lana, neque lacte, neq; agnis vti poterit, sed ad stercorizandum, & modico lacte, vti poterit, ff. de vsu & hab. l. plenum, §. sed & si pecoris. ¶ Quartū. Is, cui legatur vsus syluæ, potest incidere, & vēdere, sicut & vsufructuarius, quia alias nihil habiturus esset ex legato ff. de vsu & hab. l. diuus, & ibi gl. & Insti. de vsu & hab. in princ. & ita indistinctè tenet Sum. Ang. Sed melius Sum. Ro. cū Ang. de Are. limitat hoc verū, qn̄ sylua distaret, & vectura lignorum plus valeret quam sibi ligna necessaria: quia tunc in recompensationē vecturæ de lignis posset vendere, quantū attingit vectura lignorum sibi necessariorū, & nō plus, quia vsurarius tantū debet habere, quantum sua necessitas exposcit, & nō plus. Et hac ratione idem dici potest de frumēto, & vino quando distarent, arg. l. adigere, § quamuis. ff. de iur. pat. Hæc ex Ange. & rationabiliter. Ex quibus d. c. etiam vt par. seq. ¶ Quintum. Si mihi legatus est vsus vnius bonis si alium cōmodè non habeo, iungere, possum cum boue vicini mei, vt alternis diebus vtamur, aliter nullam commoditatem vsurarius haberet, ar. gl. allegatæ. Inst. de vsu & hab. & in d. l. diuus. Vide etiam inf. §. 8. par. 3. ¶ Sextum. Si autem legatus est mihi vsus magni palatij, & elegi pro meo vsu, certam partem eius, non possum de cætero variare & aliam habere. l. diuus §. licet, ff. de vsu & hab. hæc Lud.

2 Secundo † quæritur, circa vsumfructū quomodo constituatur? Et dico, quod pactionib. stipulationibus, & familiæ ercifcundę compositione, & consensu, item in testamento legando, vt ff. de vsufruc. l. omnium, & l. vsusfructus pluribus. Item si quis legat habitationem in domo sua, perinde est ac si legaret vsumfructum habitationis, vt est casus in l. cum antiquitas, C. de vsufruc. & ideo potest locare, vt ibi, & commodare l. 1. §. inter commodatum, ff. commod.

3 Tertio † quæritur, in quibus rebus constituatur vsusfructus? Et dico, quod in omnibus quæ vsu non consumuntur propriè, vt dict. l. omnium. ff. eo. in rebus vero, quæ vsu consumuntur, non constituitur propriè, sed vtilitatis causa receptum est, vt etiam in his constituatur. Ergo cōstituitur in pecunia, vino, grano, & huiusmodi. Inst. eo §. cōstituitur. Est autem nota, quod illud, quod non renascitur, nō dicitur in vsufructu l. diuortium §. si fundum, & §. si vir in fundo, ff. sol. matr. Vnde lapis, qui non renascitur, non est in vsufructu, & creta, & huiusmodi, vnde talia vsufructu legato nō veniunt. Arbores autem cæduæ, vt salices, & huiusmodi, sunt in vsufructu, sed fructiferæ pro vsufructu cædi non possunt.

4 Quarto † quæritur, ad quid teneatur vsufructuarius quātum ad cautionem Et dico, ꝙ tenetur præstare cautionem, ꝙ rebus, quę vsu non consumuntur, arbitrio boni viri vtet, salua eorum substantia, sicut quilibet vir bonus vtitur, & fruitur re propria, in rebus vero, q̄ vsu consumūtur, debet præstare cautionē de his exhibendis in æqualitate, vel si vult cōsumere, ꝙ præstabit æstimationem illorū bonorum, de pign. c. vlt. in gl. & ff. de vsufru. ead. re. quæ vsu consu. l. 1. 2. & 3. & d. §. constituitur, & debent æstimari, cum sibi traduntur, vt l. 1. C. de vsu & ha. Addit tamen Pan. in c. cum cōstet, de pig. quod in rebus, q̄ vsu nō consumun

tur,

tur,ſed minuunt, vt ſunt vegetes, cauebit de
reſtituẽdo, quod ſupererit finito vſufructu. ff.
de vſufru.quemad.cau.l.1.vbi eſt caſus,& fa-
cit;l.1.ff.de vſufr.ea.re.vbi illa duo ponuntur
vt diuerſa,ſ.quæ vſu conſumuntur, & conſe-
quenter iura,quæ volunt æſtimationem præ-
ſtari, loquuntur in his, quæ vſu conſumun-
tur,vt in l.ſi tibi vini,& olei,ff.de vſufr.ea.re.
Vnde non debent extendi ad ea, quæ vſu mi-
nuuntur, quia eſſet præiudicium vſufructua-
rio. Et facit pro hoc exemplum de re com-
modata,quæ vſu minuitur, vbi damnum per-
tinet ad dominum, non ad commodatarium,
l.eum qui ff.commodati.

5 QVINTO † quæritur, vtrum cautio ſit de
ſubſtantia vſufructus? Et dicit Gul.de Cu.vt
refert Bal.in l.1.C.eo.& Iac. But. vt refert ibi
Bar.& Sali.quod non reſpectu rerum, quæ in
vſu conſumuntur, quia in multis caſib.conſi-
ſtit vſusfructus ſine cautione, vt no.in d. l.1.
ſed reſpectu rerum,quæ vſu conſumuntur,eſt
de ſubſtantia,vt l.hoc Senatus §.1.ff.de vſufr.
earum re. Ex quo infert Ang.de Aret.quod li
cet vſufructuarius vtatur, vel fruatur fundo,
vel domo teſtatoris, nondum præſtita cautio
ne,quod propter hoc non deſinit fructus face
re ſuos, ſecus in pecunia, & veſtibus, & alijs
mobilibus.Vide §.ſeq.

6 SEXTO † quæritur,vtrum vſufructuarius
non præſtans cautionem à principio, & re-
cipiens fructus,teneat eos reſtituere. Et dicit
Pan.in c.cum noſter.de pign.Docto.cõmuni-
ter diſtinguere,concordando glo.iuris ciuilis
ſic. Nam ſi bona fide recipit; puta, quia non
fuit exacta cautio,nec malitioſè dilata,habet
locum gl.in l.vxori.la 1.ff.de vſufruc.leg.quæ
tenet,quòd reſtituere nõ tenetur.Si verò exa
ctus non præſtitit cautionem,vel fuit in mala
fide,malitioſè non prętans,cum ſciret ſe ob-
ligatum,tenetur eos reſtituere tanquam inde
bitè pceptos,quia non facit ſuos,& ſic intel-
ligitur glo.in l.ſi cuius.ff.de vſufruc.Et facit l.
ſed & ſi §.ſcire,ff.de peti.hæred.vbi errans in
iure facit fructus ſuos, non autem malæ fidei
poſſeſſor. Latius autem diſtinguit Salic.poſt
Old Cyn. & Bal.in l.1. C.eod. Nam ſi quæri-
tur de fructibus perceptis ab alio, tũc eos nõ
facit ſuos,ſed præſtita cautione,vel oblata,li-
cet non recepta,abſque cauſa legitima,debet
ei dari licẽtia,vt eis fruatur,d.l.vxori.Si verò
quæritur de perceptis a ſe,ſi cautio erat peti-
ta,non facit eos ſuos,vt eius mora non ſit ſi-
ne pœna,facit l.hac edictali,§.his illud,C.de
ſecun.nup.Si verò non fuit cautio petita, tũc
ſi percepit ſciente,& patiẽte pprietario facit
eos ſuos, & ille ſibi imputet, quòd cautionẽ
non petijt,vt d.§.his illud,qui loquitur in ſciẽ
te teneri ad cautionem præſtandam per ver-
bum,diſſimulauerat,& ibi eſt caſus, quòd poſ
ſidens non teneatur cautionem offerre.Si ve-
rò percepit pprietario ignorante,tunc ſi poſ
ſeſſionem habebat ſine vitio eos facit ſuos
propter bonam fidem argum.ff. quibus mod.
vſuf. amit. l.ſi vſufructuarius. Si verò erat
apud eum cum vitio quia ſua authoritate iuit
ad apprehendendum, non facit, quia licet ti-
tulũ habuerit,tamen non habuit bonam fidẽ,
nec iuſtam poſſeſſionem. Diſtinctio tamen
Panor.eſt ſufficiens in conſcientia.

7 SEPTIMO † quæritur, quid ſi non poteſt
vſufructuarius præſtare cautionem? Et dico,
quòd Bald.in l.quarta,C. eo.concordãdo opi
niones concludit, quod ſi eſt clarũ eum præ-
ſtare non poſſe fideiuſſorem,& tunc ſi eſt per
ſona ſuſpecta, res debet ſequeſtrari, ſecundũ
formam,l.poſtquã,§.Imperator,ff.vt leg.no.
cau.coniuncta.l.in fideiuſſor, §. fin.ff. qui ſa-
tiſ.cog.Sed in hoc credo aduertendum,an eſ-
ſet res mobilis,& quæ poſſet deuaſtari,& pro
cẽdet iſta opinio alias ſecus. Si verò perſona
non eſt ſuſpecta.ſed fidelis,licet pauper,ſtabi
tur cautioni.Concordat Panor.in c.cum con
ſtet de pigno.

8 OCTVVO † quæritur, vtrum teſtator remit
tere poſſit ne cautio præſtetur? Et dicit Pet.
in l.1.C.eod.& in l.ſcire,C.vt in poſ.leg.quod
ſic in rebus, quæ vſu conſumuntur, in alijs
non, quia daretur materia delinquendi, nec
vti curaret ſicut vir bonus. Quæ ratio ceſ-
ſat in alijs cum ſolum teneatur ad æſtimatio-
nem. Sed limita,niſi proprietas fuiſſet eidem
vſufructuario legata vſque ad certam diem,
& vſufructus pure, quia hoc caſu cautio non
eſt præſtanda,vt in l. ſi vſusfructus,§.planè,ff.
vſufr.quemadmo. cau.

9 NONO † quæritur, ad quid teneatur vſufru
ctuarius quantum ad ſolutionem ſiue exbur-
ſationem? Et dico multa. ¶ Primum. An vſufru
ctuarius teneat ad impenſas in re vſufructua
ria reficiẽda. dicit Lud.de Rom.in ſing. & An.
de Arc.Inſt.de vſuf.§.finitur, ꝙ ſic, ſi impenſa
eſt parua, nõ autem ſi eſt magna,ſed pertinet
ad proprietarium,vt l.hactenus, ff.eo.& l.eũ
ad quem cum ibi no.per Bald.& Sali. C. eod.
nec dẽt vſufructuarius primò expẽdere ma-
gnã impẽſã, & deinde repetere à pprietario
qa vſufructuarius hẽt curã, & ſolicitudinem
rei ſolum,vt procurator in rem dñi,iuxta l.1.

in fi.ff.de vsufru.quemad.cau.qui procurator ad opus faciendum agere potest, vt detur sibi pecunia ante opus factũ, ff.man.l. si verò non remunerandi, §.fi.cum l.seq. Sed limita, nisi esset legatus vsusfructus omnium bonorũ, q̃a teneretur ad omnes expensas, vel renuntiare d.l.hactenus, de fide inst.c. G.perpetuus in gl. Quæ autem impensa dicatur magna, est in iudicis arbitrio. ¶ Secundum. Tenetur etiã vsufructuarius ad collectas, ſm Lau.de Ro. vt l. q̃ro, ff.de vsufruc.leg.& l.apud Iulianum.§.hæres, ff.de leg 1.& hactenus de vsufru. Quod limita, nisi collecta tanta esset, quod æquiualeret fructuum perceptioni, quia solum teneret dominus, glo.est in l.qui concubinam, §.q hortos, ff.de leg. 3. quam sequitur Dy. & Bar. in l.his verbis.§ item testator, ff.de leg.3.nisi esset legatus vsusfructus omnium bonorum, vt de expensis dictum est. Vide tamen Barto. in l.quæro, ff.de vsufru.lega.quo ad collectas, & alias præstationes, volentem, quòd onera, q̃ debentur pro habendo iure fructuũ percipiendorum, non pertinent ad fructuariũ: illa verò, quæ habito iure imponũtur pro fructibus, vel prædio, vel personæ, p prædio pertinent ad fructuarium, vt in d.l.quæro, & est ista verissima solutio hæc ex illo. ¶ Tertiũ. Vtrum autem idem sit de vsurario: dicit Ludo. vbi supra, quod aut dominus participat ĩ rei cómodo, cuius legatus est vsus: puta, quia domus ẽ ampla, & tunc tenetur dominus tantum, aut non participat, sed solus vsuarius, & sic tenetur ad expensas, l. si domus, ff. de vsu hab. ¶ Quartum vsufructuarius omnium bonorũ, secundum Direc. de mente Hostien. tenetur soluere æs alienum de ipsis bonis, secus, si certarum rerum sit ei relictus vsusfructus, ff. de vsufru.leg.l.fin.& ibi Barto. Sed Pau.de Cast. consi.365. dicit proprietarium teneri principaliter ad vedendum de bonis pro dicta solutione, & sic vsufructuarius secũdario participabit in solutione, & p̃cipiet minorẽ vsumfructum, sed non habebit totum opus, vt Barto. putauit, & hoc est tex. expressus in l.fi.§.si autem es alienum, C.de bon.quæ lib.& est verius, & sic etiam tenet Mathesi. in suis sing.& dicit fuisse obseruatum Bononiæ. ¶ Quintum. Onus autem legatorum an sequatur vsufructuarium omnium bonorum, Bart.in d.l.fi.dicit, quod non, & consequenter sequitur proprietarium, quòd intellige eo modo, quo dictum est de ære alieno. ¶ Sextum. Si autem est legatus vniuersaliter vsufructus gregis, vel arměti, si moriatur, tenetur vsufructuarius reficere ex agnis gregum submittendo alia loco mortuorum capitum. Secus si tantum in animalibus legetur vsusfructus, quia si moriant̃ sine sua culpa, reficere non tenetur. ff. eod.l. vetus. Instit. de rer.diui.§. sed & si gregis. Et similiter dic, quod debet in vinearum mortuarum, & arborum locum alias instituere, & colere, quia quasi bonus paterfamil. debet vti, vt in dicto §.sed & si gregis. Sed tamen nota, quod non extinguitur vsusfructus per mortẽ ciuilem, idest religionis ingressum, secundum Cyn.in l.penul.C.eod per auth.ingressi.C. de sacrosan.eccl.

10 Decimo † quæritur, cuius sit laudare, vel accipere laudemium? Et dico, ſm Pet. Heliã, quod proprietarius laudat, & nõ vsufructuarius, sicut dicimus, quòd licet pater habeat vsumfructum in bonis aduentitijs, tamẽ filius q hãc proprietatem habet laudare, debet laudare, & ita hic. Vide sup. Emphyteusis, §.31.

11 Vndecimo † quæritur, quomodo amittit̃ vsusfructus? Et dico, quòd quatuor modis. ¶ Primò, per mortem vsufructuarij, de pig. c.fi.in gl. Et si plures sint vsufructuarij, & moriat̃ vnus, non tamen reuertitur vsusfructus ad proprietarium, sed trãsit alteri vsufructuario, ff.de vsufru.accre. per totum. ff.quib.mo. vsusfr. ami.l. excepta, & solum redit ad proprietarium, si omnes moriantur. Insti.eo.§.1. Quod si relinquatur alicui donec filius pupillus ad pubertatem venerit, & ille ante pubertatem moriat̃, vsusfructus durabit vsque ad ætatem completam. Sed si sit relictus sub certo tp̃e: puta, donec talis furiosus resipuerit, & antequam resipiscat, moriat̃, durabit toto tẽpore uitæ vsufructuarij, q̃a potuit toto tẽpore uitæ eius in furia p̃seuerare, vt l.ambiguitatem. C.eo. Si autem relinquat̃ filio existenti in patris potestate, non extinguitur per mortem eius, ſm Barto.in l.ex literis, C. de usu.& hab. quia præsumitur legatus cõtemplatione patris vnde remanebit patri, qui p̃r, si præmoriatur, præsumetur contemplatione filij legatus, & non extinguetur, sed erit filij aduentitiũ. Et si legatus fuerit uniuersitati, uel ciuitati, durabit spatio centum annorũ, ff.eo.l.an vsusfructus, nisi in ciuitate aratrũ inducat̃, ita q̃d desinat esse ciuitas, vel vniuersitas, ff. q̃b. mod.vsusfruc.amit.l.fin. ¶ Secũdo, per maximam, & mediam capitis diminutionem, nõ autem per minimam. Et qñ perditur isto modo si vsufructuarius erat filius, reuertitur ad patrem, si seruus, ad dñm, & pater, vel alius trãsibit ad filium, aut hæredem eius, non ad pro-

prietarium vt in l.fi.C. eodem intellige quan diu viuet ille, cui fuerat legatus, ar.d.l.ambiguitatem. Est autem diminutio capitis maxima, cum quis simul & libertatem, & ciuitatẽ amittit, & accidit his, qui propter delictum suum efficiuntur serui pœnæ, vel qui propter ingratitudinem in seruitutem rediguntur. Media est, cum ciuitas amittitur, & libertas retinetur, quod accidit, cum aqua & ignis interdicitur, vel quis in insulam deportatur. Minima est, cum ciuitas & libertas retinetur, sed status mutatur, quod accidit his, qui sui iuris erant, & facti sunt iuris alieni, vel econtrario. Inst. de cap.dimi. Primæ duæ sunt mortes ciuiles, ff.pro soc.l.si societatem tertia vero nõ, quia omnia iura transeunt ad patrem, cui arrogatus se donat. Inst.de apo.§.sed hodie, C. de sacrosanct.eccl.authen.ingressi.de testa. quia ingredientibus. ¶Tertio amittitur, si res perierit, in qua erat vsusfructus. Inst.eod.§. finitur, ff.qui.mo.vsufr.amit.l.1. & per totum, & hoc si erat constitutus, quia quod non est, amitti non potest, vt in gl.ibidem. Imo Ang. ex §.finitur. Inst.eo.infert, quod habens vsumfructũ vnam domunculam, mutare non potest. & facere domum amplam, quia si mutat in nouam formam etiam melius, perdit vsumfructum, & est casus in l qui vsumfructum areæ, vt in l. vsufructuarius, ff.eo. imo si ædificium esset inchoatum per defectum, nõ potest vsufructuarius, etiam si eo indigeret, perficere, alias perficiẽdo cadit a iure suo, vt est casus in d.l.vsufructuarijs. Quarto amittitur per non vsum, non simpliciter, sed eo modo, quo etiam dominium rei perditur, vt per præscriptionẽ, vt su. Præscriptio dictum est, & no.in l.pe.C.eo. Vnde secundum Dir. amittitur spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, C.eo.l.pen.sufficit tamen, quod per alium vtatur, ff.eo.l.arboribus.§.vsufructuarius.

12 Dvodecimo † quæritur, vtrum ex vsufructu legato grauari debeat hæres in legitima? Et dico, quod nec, quo ad proprietatem, nec quo ad vsumfr. C.de inof.test.l.quoniã, & authẽ.nouissima, & l.scimus, §.cum aũt. Idem dic in Trebellianica, quo ad alium hæredem, vel alios quibus legitima debetur, quia detrahent hæredes de tali vsufructu legato, nisi sit ipse hæres, cui vsusfructus est legatus, vt l.vxori. la 1.ff.eo.l.omnium, & l.si mihi & tibi.

13 Decimotertio † quæritur, quid si testator reliquit vxorem suam vsufructuariam, & vetuit eam molestari per hæredem sub pęna perdẽdi hr̃ditatem, & nõ dixit, cui applicetur? Et dico multa. Primũ. Si relicta sit vsufructuaria omnium bonorum testatoris, debetur ei frumentum, quod erat testator, & alia vsu cõsumptibilia, cum satisdatione de reddẽda æstimatione eorum, ff.de æsti. ea.re.l. si tibi vini, & similiter vti poterit arnensibus, & alijs mobilibus, quæ vsu non consumuntur, cum satisdatione, de qua sup.§.8. ¶Secundum. Intelligitur autem molestari ab hærede, secundũ Bal. in l.1.C.de his quæ pę.no. quando aliquid facit malo animo, quia quod malo animo non fit, nullam pœnam meretur. Si autem iuris dispositione eã molestaret, puta quia petit cautionem iure debitam, non dicitur eam molestare, arg.l.quæro.§.interlocatorem ff.locati. Secus si malo animo eam turbat coram iudice vel quomodocunque, vt l.vim facit, & ibi. Bar.ff.de vi, & vi ar. ¶Tertium si autem malo animo eam molestat, secundum Bart.in §.hæres.l.vxorem, de lega.3. applicatur hæreditas substituto, vel cohæredi, non autem ipsi vxori, quod & sequitur Bal.in l.1.C.de leg. & Bar. in l.paterfa.testamento, ff.de hæred.inst.& ibi Ang.Raph.& Imo.& si substitutũ, vel cohæredem non habet, applicatur venientibus ab intestato, vt no.Bar.in d.l.paterfa.alle.auth. cui relictum, C.de in dict.vi.tol. ¶Quartum. An autem hoc casu, quo hæres priuatur hæreditate iam quæsita, priuetur ipso iure. Bart.in d. l.paterfamilias.dicit, quod non, quia ex quo semel fuit hæres, non potest desinere vt l. & si fine, §.sed quod Papin.ff. de mino. & sic valet in hoc, vt teneatur dictam hæreditatem restituere per fideicommissum, vt dict.§.hæres. Quod not. est quia secundum Doct. detrahet quartam Trebellianicam, vt l.1.§.1.ff. ad Trebellianicam. Et hoc sequitur Innocent.in d.l. paterfamil.& est verius, licet Bald.in d.l.1.C. de leg.teneat, quod sit priuatus ipso iure. Hęc ex Ang. ¶Quintum. Si autem reliquit eam dominam & vsufructuariam omnium bonorum suorum, quandiu vitam vidualem duxerit, vide sup. Legatum 1.§.5. Poterit tamẽ talis vxor laudare, vel laudemiũ recipere, nec per hoc vr̃ cõditio hæredis fieri deterior, sicut nec ecclesiæ, si prælatus beneficia vacantia cõferat, vel electos confirmet, cũ talia retinere nõ possit ad manus suas, de insti.cap.fin.de offi. archipre.c.fi.& feuda antiqua cõcedat, de feu.ca.2. ¶Sextum. Sed tñ no.est ẽm Bar.in l.Titia, §.Titia, ff.de leg. 2.quod cum dr̃, relinquo vxorem meam dominam & vsufructuariam, vñr cõtinere repugnãtiam, cũ nõ possit quis esse dominus & vsufructuarius, vt l. vti frui.ff.si vsufr.

Pet.

Pet.tamen dicit, q illud verbum, domina, nō importat dñium bonorum, sed præeminentiā quandam in domo, sicut erat præeminens ante mortem viri, vt l.1.ff. rerum amo. & in l.1. §.si vir, ff.ad Sylla. & hoc tenet Spec.in tit.qui fil.sint leg. & colligitur ex cōmuni vsu loquēdi, quia vxores dicuntur dominæ domus l.Titia, ff.de annuis leg. & d.l.1. & d.§.si vir. Quod etiam patet, quia testator alium hæredem facit. Et sic tene, siue instituti sint filij, siue extranei. Dicit tamen idem Barto. q illud verbum, vsufructuaria, fauore filiorum interpretatum est consuetudine, q ad sola alimenta porrigatur, vt no.glo in l.1.C.secun.nup.mu. alias autem in extraneo de iure debet habere vsumfructum omnium bonorū deducta Falcidia, vt l.vxori meæ.ff.de de vsufr.leg. & ff.dū vsufru.l.oīum. Et similiter si relinquatur vsufructuaria vnius fundi, quia cessat dicta cōsuetudo, & debet habere vsumfructū. Et ita sentit Odofr. Si vero testator instituit simul filium, & extraneum, ſm Bern.in d.§.Titio quantum ad filium illud verbum vsufructuarius importat alimenta tm̄, sed pro parte extranei habebit vsumfructum. ¶Septimum. Si aūt filius sic institutus, & extrane⁹ substitutus, & vxor relicta domina & vsumfructuaria, & hr̄ditas deueniat ad substitutum, secundum Bar. vbi sup. si loquamur in substitutione vulgari, mulier debet habere vsumfructū, cum a substituto cę perit habere vires, vt l. qui fundum, §. qui filium, ff.ad l.Fal. & in persona substituti, qui est extraneus, cessat interpretatio consuetudinis & videtur casus in l.si contra ff.de vulg. & pupil. Sed in substituto pupillariter, ad quem hæreditas deuenit, dubium est, quid debeat vxor ista habere, tamen videtur, quod alimenta: qa filius fuit hæres patris, & sic iam legatum ex persona filij cæpit vires habere, & consequenter substitutus non potest teneri in plus quā pupillus d.§.qui filium. Et idem videtur tenere. Imo in d.l. & si contra. ¶Octauum. Si autē maritus in testamento omnino exprimeret se velle eam habere vsumfructum, dicendo. Et quia illud verbum vsufructuaria, habet habitationem, declaro meæ voluntatis esse, vt habeat non solum alimenta etiam extantibus filijs, sed etiam vsumfructum omnium bonorū meorum, tunc deducto vsufructu legitimę filiorum habebit vsumfructum aliorum bonorum, pro quo videtur text.in authen. de triē. & simi.§.prohibimus. & in l.vxori meæ, ff. de vsufruct.leg. & idem si dicat., relinquo vxori meæ verum, & plenum vsufructum sicut hodie cauti notarij stipulantur. ¶Nonum. Si autem dicatur, relinquo vxorem meam vsufructuariam omnium bonorum extantib.filijs, si filij præmoriantur habebit vsumfructum omnium bonorum, imo secundum Bar.Cepo. est proprietaria. Ad quod allegat in l.sicut in annos, ff qui.mo.vsusfr.amit.

14 Decimoqvarto † quæritur, quid si dicat testator, relinquo Titio feudum ad vsumfructuandum? Et dicit Bar.Cep.in tra.de serui, q relicta est proprietas. Similiter quando dicit relinquo fundum ad gaudimentum. per l.Proculus.ff.eo. & ibi do.Flo. qui hoc dicit verum, si extranei sunt instituti, non autem si filij, & placet, licet alij illud velint indistincte.

15 Decimoqvinto † quæritur, vtrum legās habitationem seu vsumfructum habitationis domus suæ vxori, quod idem est.l. cum antiquitas.C.de vsu. & habi. & in eodem testamento legans dictam domū, alteri, ademerit vxori dictum legatum? Et dicit Bart.in l.Sempronio, ff.de vsufru.leg. quod non, per tex. illum, vbi habetur, quod legato generali habitationis vel vsusfructus non derogatur per legatū proprietatis. Et addit, quod in legato habitationis concurrant ambo, vt l.si alij.ff. eodem quod notandum est, quia quotidie relinquūt, vt prædicta pluribus, & postea dicit testator vxori se legare vsumfructum, quia in vsufructu omnes concurrunt. Hæc ex illo, & idem Ludo.de Ro. dicens per d.l.si alij, quod si testator legauit vni fundum, & alteri vsumfructū fundi, intelligitur legasse vnicuique ipsorum dimidium vsusfructus dicti fundi, secus tamē dicit in iudicis sententia, vt l.puto.ff. famil.erciscun. quod verum est, si aliud de mente non constet.

DE VXORE.

1 *Vxor an sit in potestate mariti.*
2 *Vxor an cedat lucro viri.*
3 *Maritus an habeat in vxorem potestatem ordinariam eam puniendi, verberandi, aut vinculandi.*
4 *Adulterantem vxorem an possit vir occidere.*
5 *Vxor an agere possit ad restitutionem dotis viuente viro.*
6 *Vxor habens virum prodigum an possit aliqua bona eo inuito abscondere.*
7 *Vxor an possit de rebus viri prouedere filijs primi matrimonij.*
8 *Vxor an teneatur virum sequi quocunque ierit.*

VXOR in fauorabilibus dicitur ea mulier, quæ contraxit per verba de præsenti, licet nondum consummatum sit matrimoniũ in odiosis verò est illa sola, quæ illud consummauit, vt in l. non fine, C. de bo. quæ lib. & no. Panor. in cap. tertio loco, de præsum. Vide sup. Sponsalia.

1 PRIMO † verò quæritur, vtrum vxor sit in potestate mariti? Et dicit Bald. de consuet. feu. tit. an maritus suc. vxo. in bonis, quòd nõ, iure Romano, nisi quo ad debitum carnis, & operandum, vt no. gl. C. de cond. inser. l. vxo. & not. Inst. ad tertullia. §. 1. in fi. C. de ser. fug. l fin. & adde quod not. Insti. de pa. pote. in gl. ord. & est tex. in l. 1. §. fi. ff. de iniu. & ibi gl. & in l. 15 cuius ope. §. fin. de adul. vnde erit sub potestate patris, d. l. si vxorem, & l. sicut, ff. de oper. lib. Sed iure Lombardo erit sub potestate viri, sed apud nos vacat. Aliqui tamen tenent, quòd de iure canonico est sub potestate viri, arg. capit. mulieres, de senten. excom. Sed de his vide Panorm. in cap. literas. de restit. spol.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum vxor cedat lucro viri? Et dicit Panor. vbi sup. quòd sic quã tum ad operandũ, allegat l. sicut patronus, ff. de ope. li & facit l sed si vir, in prin. ff. de dol. inter vir. & vxo. Sed quia hoc videtur contra ea, quæ dicta sunt supr. Eleemosyna, §. 5. ideo melius alii distinguunt. Nam si operatur in bonis viri pro suo vsu, puta in lana, ut sibi faciat uestimentum, vel in lino, vt sibi faciat linteamina pro vsu, cedit lucro viri, quia nõ minus tale vestimentum erit viri, q̃ si nihil operis in eo fecisset: nec pretiũ laboris poterit in hoc casu petere a viro, & sic loquitur d. l. sed vir. & idem dic de re hæredis viri, apud quẽ aliméta tur. Si vero operatur in rebus uiri, vt inde lucretur, vel in aliis locis quibuscunq; puta quia est textrix, uel filat, aut negotiatur, & huiusmodi nõ cedit lucro viri, sed acquirit sibi, nisi in casu, qñ non hẽt dotem sufficientem ad alẽdũ, se, & cões liberos cum marito, vbi maritus non habet alia bona sufficientia: sed si hẽt dotẽ sufficientem ad alendũ se & cões liberos, vel saltem se. & maritus habet alia bona sufficientia, nõ tenetur cedere lucro mariti, sed potest in eius bonis, vel aliis laborare, vt lucretur, & hoc vr sequi Bart & sic limitare gl. in d. l. sicut patronus, in l. Caio. ff. de alimen. leg. & facit l. & si de pecunia tua, C. de don. inter vir. & vx. Et probatur ẽt, quia uxor nõ tenetur laborare pro viro, si hẽt sufficientem dotẽ pro parte onerum supportãda, vt patet art. per vestras. de do. inter vir. & vx. & in l. si cum dote. ff. sol. ma. & no. idem Panor. in c. literas, de rest. spol. vbi determinat, ꝙ nec ẽt causatiue potest vir eã compellere ad laborandum, s. subtrahẽdo alimenta, vnde consequẽter sibi poterit laborare, de ductis tñ obsequiis cõibus pertinentibus ad gubernationem domus. Vnde secundũ Io. And. tenetur ad oĩa obsequia mariti, puta custodiendo res eius, parando comestionẽ, lauando pedes, & caput, & similia. Quod intellige nisi mulieris conditioni, & notabilitati repugnent. Si tamen dotem sic sufficientem non habet, laborare debet pro oneribus supportandis, & si non vult, potest ille vir denegare alimenta, & sic tene. Nec obstant iura, q̃ uidentur dicere, quòd simpliciter cedat lucro viri, quia d. l. sicut quæ dicit, quòd debet esse ĩ officio viri, debet intelligi ad debitum reddẽdum, & operandũ pro gubernatione domus, & gl. ibidem intelligẽda est dum laborat in re uiri ꝓ suo vsu, siue domus gubernatione alias non habet veritatem, nec iure probatur. Et similiter c. hæc imago, & c. mulierem, in quibus dicitur, ꝙ est pene famula viri, & de eius dominio intelligitur non simpliciter, sed secundum quid, inquantum est sub eius cura & regimine, & quo ad debitum coniugale, & cõmunia obsequia, alias non, quia non transit in uiri potestatem, vt dictum est.

3 TERTIO † quæritur, vtrum maritus habeat in vxorem potestatem ordinariam eam puniendi, verberãdi, aut vinculãdi? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Pan. in c. cum contingat. de for. compe. maritus non habet in vxorem potestatem ordinariam. s. puniendi, nec habet eã in potestate, sicut pater filium, vt in l. si vxor, C. de cond. inser. ¶ Secundum. Potest tamen eam castigare, & verberare moderate. sm eum, & Doct. in c. quemadmodum, de iureiur. quod Host. & Gofre. ibi limitant ex magna causa, & verberatione leui, art. in l. præceptoris. ff. ad l. Aqui. de homi. ad audientiã. Sine causa autem uel grauiter verberans vir punitur ad dandum ei tertiam partem donationis propter nuptias: ut in authen. ut liceat ma. & aui. §. si quis aũt propriam, & C. de re apud. auth. sed de nouo iure. Nec obst. l. cõsensu. C. de rep. verbera ingenuis aliena, esse, quia debet intelligi sine causa, vel enormiter facta. ¶ Tertium. Sicut autẽ patet ex tex. cum glo. in c. placuit 33. qu. 2. laicus vxorem suam ligare non potest, secus de vxore clerici, quã ipse custodire & ligare põt in domo sua, pter necẽ ad ieiunia salutifera, non mortifera eã cogẽs.

Et idem dico in parte respectu filij, s. quòd nõ
habet in eo potestatem ordinariam, licet pos-
sit leuiter corrigere eius delicta, & etiam tra-
dere iudici, l.3. C. de pat. pot. & in domino re-
spectu mercenariorum, licet possit eos leui-
ter castigare, 7. quæst. 1. sicut alterius, in glos.
& idem in domino respectu serui, quem casti
gare & vinculare potest, non tamen in eum
sæuire, aut iudicialiter cognoscere, C. de cri.
ser. l. vnica.

4 QVARTO † quæritur, vtrum vir occidere
possit vxorem adulterantem? Et dico, ꝙ lex ci
uilis pęnam non imponit, si eam inuenit in a-
ctu adulterii, l. Grachus, C. de adult. 33. q. 2. in
ter hæc sed lex. diuina dicit. Non occides, vi-
de sup. Lex, §. 10.

5 QVINTO † quæritur, vtrum vxor possit a-
gere ad restitutionem dotis viuente viro? Et
dico secundum Pan. in cap. ex literis, de pig. ꝙ
sic, si vir exulat propter maleficium suum,
maxime cum peruenitur ad distrationem bo
norum, & vbi matrimonium venit separan-
dum quo ad thorum, vt in cap. 1. de dote post
diuor. re. vide sup. Dos, § 16.

6 SEXTO † quæritur, vtrum vxor habens vi-
rum prodigum, licite possit aliqua bona eius
eo inuito abscondere? Et dico, ꝙ sic, bona fi-
de faciendo: nec tenetur obedire viro præci-
pienti in contrarium, de quo sup. Furtum, §. x

7 SEPTIMO † quæritur, vtrum vxor possit de
reb. viri prouidere filiis primi matrimonii? Et
dico, ꝙ non, nisi eo modo quo potest eleemo-
synam facere, de quo sup. Eleemosyna. §. 5. De
rebus vero communibus dicit Gul. similiter.
ꝙ contra prohibitionem mariti nihil põt eis
dare, si illi non habent aliquam actionem con
tra matrem. Si vero habent actionem cõtra
matrem, vt qa obligata erat eos alere cũ sint
impuberes, vel ambo coniuges possidẽt bona
eorum, vel alia iusta causa, maritus quidem te
netur eos alere; quia mater cum suis onerib.
ad maritum transiuit, sm̃ aliquorum cõsuetu
dinem, quia tamen maritus habet administra-
tionem, vxor contra filius prohibitionem nõ
debet eos alere, nisi extrema necessitate, licet
possit procurare, ꝙ ad hoc maritus per iudicẽ
compellatur. Hæc ex illo. Vbi tamen nõ esset
consuetudo, ꝙ maritus habeat cõmunium re-
rum administrationẽ, posset dare vxor sicut
maritus, cum in re communi quilibet habeat
ius æquale, ff. pro soc. per totum.

8 OCTAVO † quæritur, vtrum vxor teneatur
virum sequi quocunque ierit? Et dico quantũ
colligit ex no. in c. si quis necessitate. 34. q. 2.
ꝙ si vir transfert domicilium, tenetur eum se
qui nisi fuisset pactum, quod nõ transferet, qa
sic non tenetur nisi, post pactum aliqua neces
sitas aduenerit, quæ impediret maritum ibi
manere, puta infirmitas, vel capitalis inimici-
tia, quo casu sequi tenetur pacto nõ obstãte,
arg. c. vna quaq; 13. q. 2. Si uero non transfert
domicilium, sic eum sequi non tenetur scd̃m
Host. Similiter non tenetur si est vagabũdus,
secundum gl. in c. vnaquaque nisi sciens eum
vagabundum, cum eo contraxerit, quia sic te
netur. Hoc tamen totum limitandum est, quã
do ex causa honesta transfert domiciliũ, vel
est vagabundus. Secus si ex causa inhonesta,
vel si vellet eam trahere ad peccatum, vel im
mineret sibi periculum vitæ, quia sic eum se-
qui non teneretur, ut sentit gl. in d. c. si quis, &
facit l. quod nisi, ff. de ope. lib. quia cum vagãs
sic peccet, non est illi consentiendum in pec-
cato. Vide in c. de illis, de spon.

ZELVS dupliciter sumitur. Primo pro in-
tensione amoris, & sic est amor inten-
sus non patiens consortium in re amata. 1. 2. q.
28. ar. 4. & 3. dist. 26. q. 1. art. 1. & sic in se non
sonat peccatum mortale, est tamen causa fre
quenter mortalium peccatorum. Secundo ꝓ
quadam passione pertinente ad genus inuidię,
secũdum scilicet quod quis de bono alterius
tristitiam sumit, non quia displiceat ei bonum
proximi, sed quia dolet se non habere quod
proximus habet, de quo vide sup. in verbo In
uidia. circa prin.

XYSTVS Episcopus &c. Ad futuram, rei
memoriam, & inf. Ex præmissis & aliis
rationabilibus causis animũ nostrum mouen
tibus motu proprio, non ad alicuius nobis su
per hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de
nostra mera uoluntate, & deliberatione, au-
thoritate apostolica tenore præsentiũ statui-
mus, & ordinamus, quòd de cętero prætextu
facultatum huiusmodi concessarum a nobis,
vel authoritate nostra, & quas concedi quoli
bet contingit in posterum verbo, literis, aut
quauis alia scriptura, etiam cum clausula,
quòd sola signatura sufficiat, etiam in fauo-
rem fidei, & cruciatæ, nullius confesso-
rum eorundem quempiam cuiusuis status,
gradus, ordinis, vel conditionis existat, &
quacunque ecclesiastica etiam episcopali, vel
maiori, aut mundana etiam regal. & maiori
dignitate præfulgeat, qui offensæ ecclesiasti-
cæ libertatis, violationis, interdicti ab eadem
sede impositi, seu hæresis, postquam fuerint
de ea sententialiter condemnati, delati seu

publicæ

publicæ diff mati, conſpirationis in perſonā aut ſtatum Romani Ponti.ſeu cuiuſuis offenſę inobadientia, aut rebellionis eiuſdem Ponti. vel dictæ ſedis, mutilationis membrorum, vel occiſionis cuiuſcunque ſacris ordinibus conſtituti, offenſæ perſonalis in epiſcopum, ſeu alium prælatum, inuaſionis, depredationis, occupationis, aut deuaſtationis terrarum Rom. eccle, mediate, vel immediate ſubiectarum, ac etiam inuaſionis Romipetarum, ſeu quorun cunque ad Romanam curiam veniētiū, prohibitionem deuolutionum cauſarum ad dictam curiam delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium impoſitionis nouorum onerum realium, vel perſonalium eccleſiis, vel eccleſiaſticis perſonis, ſimoniæ ſuper ordinibus, vel beneficijs conſequendis in dicta curia, vel extra eam contractæ criminum quomodolibet reus foret, & generaliter in caſibus contentis in literis, quæ conſueuerunt in die cęnæ domini publicari, prætextu huiuſmodi facultatū abſoluere, & ꝑ eos emiſſa peregrinationis vltra marinæ, & viſitationis liminū Apoſtolorū Petri, & Pauli, & Iacobi in Cōpoſtella, & caſtitatis, ac religionis vota, niſi ſpeciali licentia, & certa ſententia noſtra, de qua demum conſtare cenſeatur, cum in ſignatura noſtra deſuper manu noſtra ſcriptū, aut ī literis noſtris expreſſum fuerit, nos ex certa ſciētia, & de ſpeciali gratia id concedere cū derogatione præſentis cōſtitutionis, illius de verbo ad verbum inſerto tenore, nō autem per clauſulas importātes, vel in articulo mortis conſtitutum, & tunc in caſibus, in quibus ſatisfactio fuerit impendenda facta ſatisfactione, vel idonea præſtita cautione commutare, præſumant, & ſi aliqui confeſſorum prædictorum contra præſentem cōſtitutionē quemquā abſoluere, aut excepta vota prædicta commutare, a tentauerint, abſolutio, & cōmutatio huiuſmodi nullius ſit roboris, vel momenti. Et contra facientes eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrāt, à qua niſi in mortis articulo conſtituti ab aliquo, quam a Romano Pontifice abſolui nō poſſint. Non obſtātibus literis, & cōſtitutionibus huiuſmodi, ac ordinationibus, &c. Et ne aliquis de præſentib. ignorantiā valeat allegare, mādamus eas in Cancellaria Apoſtolica, & audientialiter literarum contra dictarum legi, & publicari, ac inter extrauagantes alias apoſtolicas cōſtitutiones, in quaterno dictæ Cancellariæ deſcribi, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ, Milleſimo, 479. tertio Calend. Ianuarij, pōtificatus noſtri, anno 9.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam Ambitioſæ cupiditati illorum ꝓcipuè, qui diuinis, & humanis affectari damnatione, poſtpoſita, immobilia, & pretioſa mobilia Deo dicata, ex quibus eecleſiæ monaſteria, & pia loca tegūtur, illuſtranturque, & eorum miniſtri ſi ſibi alimoniam uendicant, profanis vſibus applicare aut cum maximo, illarum, ac diuini cultus detrimento exquiſitus mediis vſurpare pręſumūt, occurrere cupiētes, omnium rerū, & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominiū conceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticū præterquā in caſibus a iure præmiſſis, ac de rebus & bonis in emphyteuſim ab antiquo cocedi ſolitis, & tunc eccleſiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ ſeruando, ſeruari non poſſunt, pro inſtantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura conſtitutione fieri de præſenti prohibemus, prędeceſſorum noſtrorum cōſtitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis ſuper hoc editis, quæ tenore præſentium innouamus, in ſuo nihilominus robore permanſuris. Si quis autem contra huius noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis, & rebus eiuſdem quicquam alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, cōceſſio, locatio, conductio, infeudatio huiuſmodi nullius omnino ſint roboris, vel momenti: & tam qui aliena, quam is, qui alienatas res, & bona prædicta receperit, ſententiam excommunicationis incurrat. Alienanti verò bona eccleſiarum, monaſteriorum, locorumque Piorum quorumlibet in conſulto Romano pontifice, aut contra præſentis conſtitutionis tenorem, ſi pontificali, vel abbatiali præfulgeāt dignitate, ingreſſus eccleſiæ ſit penitus interdictus. Et per ſex menſes immediate, ſequentes ſub interdicto huiuſmodi animo, quod abſit, perſeuerauerit indurato, lapſis menſibus eiſdem regimine, & adminiſtratione ſuæ eccleſiæ, vel monaſterii, cui præſidet in ſpiritualibus, & temporalibus, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Inferiores vero prælati cōmendatarij, & aliarum eccleſiarum rectores, beneficia, ve. adminiſtrationem quomodolibet obtinētes, prioratibus, præpoſituris, adminiſtrationibus, officiis, & canonicatibus, præbendis, alijſque eccleſiaſticis, cum cura, & ſine

cura,

cura, & secularibus, & regularibus beneficijs quorum res, & bona alienarunt duntaxat, ipso facto priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, possintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos, eorum collatio pertinet, personis idoneis, illis exceptis, quæ propterea priuatæ fuerint liberè de iure conferri, nisi alias depositioni apostolicæ sedis sint specialiter, aut generaliter reseruata, nihilominus alienatæ res, & bona huiusmodi ad ecclesias monasteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, liberè reuertantur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, & innouationis infringere, vel ei ausu temerario contrahire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno dominicæ incarnationis, 1468. Calendæ Martij, pontificatus nostri anno 4.

Explicit Summa Syluestrina, cui titulus est Summa Summarum, de casibus conscientiæ, à proprio originali excepta:

DE QVARTA FVNERALIVM TRACTATVS

REGVLARIBVS LAICISQVE maximè vtilis, ac necessarius.

AVCTORE R. P. F. ARCHANGELO CARACIA Ripaltense Ord. Præd. Sac. Theol. Magistro.

SVMMA HVIVS OPERIS.

CAPVT PRIMVM.

AN *Regulares qui in suis Ecclesijs corpora alterius Parochiæ Sepulturæ tradunt, teneantur soluere Quartam Funeralium Parochis.*

CAPVT SECVNDVM.

AN *Regulares teneantur soluere Parochis Quartam, vel aliam portionem de legatis, vel relictis ipsis per defunctos dum viuerent.*

CAPVT TERTIVM.

AN *quarta funeralium comprehendat omnes expensas, quæ ratione funeris fiunt, vestium scilicet eleemosynarum, & luminarium qui super Cathaphalcos in die obitus, vel septimi vel trigesimi ponuntur, & quid propriè sibi vendicet Quartæ nomen.*

CAPVT QVARTVM.

AN *à secularibus defunctorum hæredibus iure funerali (dempta Quarta explicatâ) aliquid exigere Parochi poßint.*

ADMODVM REVERENDIS PATRIBVS, ET FRATRIBVS REGVLARIBVS OMNIVM ORDINVM.

FR. ARCHANGELVS DE RIPALTA SACRAE Theologiæ Lector Ordinis Prædicatorum. S. P. D.

EA est ingenui animi propensio & pondus, vt in aliorum commodũ naturæ ductu quam facillimè trahatur Hinc Titi Vespasiani præclara vox, dum diem vnam absque officio claudere contingeret; Amici (inquit) perdidimus diem, Equidem si diuinæ huius bonitatis radios homines agnoscerent quæ solem suum super bonos & malos oriri facit alterius commodi desiderio maiore flagrarent. Hac de ratione & ego excitatus vt & amicis obtemperarem & vobis prodesse videar: cum mihi delatum esset elapsis diebus de quarta funeralium inter Parochos & Regulares exorta quædam dissidia vt è Christi grege hæc radicitus euellerentur, licet adhuc aduersa valetudine laborarem, omnia iura Regularium ad tractatuli formam redigere curaui. Ceterum, quoniam ex inopia codicis Priuilegiorum, iurium vestrorum inscitia accidit & obliuio, ex sacris Canonum auctoritatibus, priuilegijsque a Summis Pontificibus Regularibus concessis Sacri Conc Trid. decretis, Sanctæ & Illustrissimæ in Vrbe Regularium Congregationis decisione, & denique Synodorum Prouincialium Mediolanensis Ecclesiæ ordinationibus iura vestra collecta, & in vnum hic redacta, vobis quoque dicanda animo duxi; addereque curaui Sacræ Trident Synodi loca, quæ Regulares tangunt, vt statim vnusquisque vestrum sibi parata inueniat necessaria, vna cum aliquibus Sacræ Episcoporum & Regularium Congregationis decretis, quæ haberi potuerunt. Vos igitur eo animo quo offeruntur accipite. Interim precor immortalem Deum, vt sublatis discordiæ seminibus veluti pacifica huius mystici corporis membra summo capiti Christo iungamur in cælis. Amen.

DE QVARTA FVNERALIVM.

PROEMIVM.

CVM de Genere aliquo (iuxta Dialecticos Canones) per differẽtiã ad speciem contracto pertractari contingit, superflua ibidem de genere secundum suam naturam abstractam consideratio censeretur: presertim vero si quid generis importet nomẽ omnibus compertum sit. Hinc fit, vt de Quarta Funeralium tractaturus, quæ genus Quartæ hac specifica differentia (Funeralium) contractum designat, iure optimo, ne tempus, & opus conterere videar, relictis omnibus Quartæ acceptionibus quæ apud Bartolum, Petrum de Perusio, ac alios iuristas diffuse habẽtur resoluti ad Quartam Funeraliũ explicandam me conferam. Et primo: Quæro an Regulares qui in suis Ecclesijs corpora alterius Parochiæ Sepulturæ tradũt teneãt soluere Quartã Funeraliũ Parochis.

CAPVT PRIMVM.

AN Regulares qui in suis Ecclesijs &c. Prima fronte videtur quod sic. Etenim sunt quamplurimę sacrorum Canonũ auctoritates. Extra de Sepul. Pluribus capitulis, & Clem. Dudum de sepul. & quod magis premere videtur, est decretum Sacro Sancti Conc. Trid. Sess. 25. de Reform. c. 13. quo in loco (iuxta quorũdam sententiam) Decernit Sancta Synodus Quartã Parochiali Ecclesiæ soluẽdam fore. Quare iuxta præfata, clara videtur ista pars: nempe Regulares ad similem soluendam Quartam teneri. Imo secũdum aliquos Canones, ad medietatẽ: sed Sacrum Conc. Trid. cui standũ est tantũmodo Quartam decernit. His insuper videtur fauere vbique obseruata consuetudo. Præfatis tñ omnibus non obstantibus, oppositam partẽ esse sustinendã probare contendã. Nempe Mẽdicantes, & Regulares omnes Mendicãtium Priuilegijs gaudentes, nequaquã ad hmói Quartã soluendam teneri: nisi vt infra dicemus. Nec super arenam meum erigo ædificium, sed super firmissimam, ac stabilissimam petram Decisionum, & auctoritatum summorum Pontificum. Et verbis Sac. Conc. Trid. innixus.

In lib. Priuilegiorum fol. 218.

Iulius Papa II in Priuilegio ordini Minimorum cõcesso, omnibus postea cõmunicato. Ad perpetuam rei memoriam. Dum ad sacrũ ordinem minimorũ &c. (Infra) Pro parte præfati Francisci de Paula nob: fuit humiliter supplicatũ, vt tã sibi quã dicti ordinis fratres pro tẽpore existentes &c. (Infra) vel Quartam ex funeralibus soluere minime teneãtur cõcedere, & indulgere. (Infra) Nos igitur qui regularem obseruantiam &c. (Infra) vel Quartam ex funeralibus soluere minime teneãtur, nec ad id a quoquã cuiuscunque nobilitatis, aut dignitatis existat, valeat quomodolibet coarctari. Nulli ergo hominum &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę Millesimo Quingentesimo Sexto Pontif. nostri anno tertio.

fol. 239. in lib. priuileg.

Iulius II. in Priuilegio Ord. Minorum de obseruantia cõcesso huius tenoris. Iulius Papa II. Dilectis Filijs vniuersis fratribus ord. Minorũ de obseruantia salutem, & Apostolicã benedictionem. Sacræ Religionis &c. (& infra) Vobis vt de cætero omnibus, & singulis gratijs &c. ẽt per literas apostolicas, mare magnum nũcupatas, etiam quo ad exemptionẽ a solutione quartæ, locorum ordinarijs, & parochialium Ecclesiarũ rectoribus debitæ, a qua vos pro potiori cautela eximimus &c. (infra) ordinarijs locorũ rectoribusq; antedictis sub suspensionis a diuinis, interdicti ingressus Ecclesiæ, & excõic. latæ sent. pœnis mandãtes ne vos, aut quẽquã vestrum ad solutionẽ huiusmodi quartæ cõtra huius cõcessionis nostræ formã cogere, aut illius causa molestare p̃sumant &c. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 6. Nouembris M.D.XI. Pont. nostri anno VIII.

256. in lib. Priuileg.

Paulus III. in priuilegio ord. Fratrum Minorum de obseruantia concesso. Ad perpetuã rei memoriã. Honestis petẽtium votis &c. (infra) exponi siquidẽ nobis nuper fecerũt dilecti filij Generalis, & ministri Prouincialis ord. fratrũ minorum de obseruãtia nũcupatorum &c. (& infra) nos igitur eosdẽ generalẽ, & ministros, ac abbatissas, & priorissas, nec nõ moniales, & sorores, specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volẽtes, huiusmodi supplicationibus inclinati. eisdem omnibus quod ipsi de cætero, de & super legatis, & alijs relictis eis per quoscũque quomodolibet pro tpē factis prætextu quartarum, seu quintarum huiusmodi ab eisdem seu quibusuis alijs quæstoribus, seu cõmissarijs ẽt pro Sãcta Cruciata, aut alias quomodolibet deputatis vexari seu molestari aut alias quouismodo perturbari nõ possunt, nec qcq̃ ab ipsis peti valeat, auctoritatẽ apostolica tenore præsentium

tium perpetuo concedimus, ac eisdem quibuscunque aliis quæstoribus, & cõmissarijs cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, & quacũque iurisdictione, & facultate fungantur, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, ne Generalem, & ministros, Abbatissas, & Priorissas, ac moniales & sorores præfatos occasione quartarum, seu quintarũ, legatorum, seu relictorum, huiusmodi, directe, vel indirecte aut alias quomodolibet, vexare seu molestare, perturbare, seu quicquam ab ipsis petere possint, sub excommunicationis, & alijs sententijs, & pœnis Ecclesiasticis districtius inhibemus, decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, & ignoranter contigerit attemptari &c. Dat. Perusiæ sub annulo Piscatoris. Die 12. Septembris M. D. XLIIII. Pontif. nostri anno X.

258. in lib. priuileg.

Paulus IIII. in priuilegio Ordin. Prædicatorum concesso. Ad perpetuam rei memoriam. Ex apostolicæ Sedis prouida dispositione &c. (Infra.) Nos igitur qui vberes fructus quos in agro Dominico personæ fratrum Prædicatorum huiusmodi iugiter producunt, semper singulari & paterno sumus affectu prosequuti. (Confirmat omnium prædecessorum priuilegia. & infra) ab ipsis impositionibus grauaminibus oneribus, decimis, Quarta, & Quinta etiã funeralium, & aliorum quorumcunque etiam legatorum, & oblatorum & concessorum pro tempore nec non pedagijs, & gabellis, ac omnibus, & singulis alijs supradictis libera penitus immunia, & exempta sint, & esse censeantur. (Infra) Ac præmissa omnia, & singula, modo & forma præmissis, ac sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis de nouo obseruari debere mandamus, & inhibemus, ac statuimus, & ordinamus decernentes quod litteris præfatorum prędecessorum, & pręsentibus nostris ac in eis contentis quibuscunque per quascunque litteras apostolicas, & quascunq; clausulas generales, vel speciales, etiã derogatoriarum derogatorias, efficaciores & insolitas, ac irritantia decreta in se continentes, nullatenus derogari possit, & si derogatum extiterit, derogationes nemini suffragentur &c. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris Die IX. Martij M.D.LVI. Pont. nostri anno primo.

Huiusmodi vero Priuilegia & si alicui particulari Ord. sint primo concessa, sunt inde postea per extensionem omnibus Regularibus cõmunicata, vt præcipue habetur in Bulla Pij Papæ Quinti, quam infra adducemus in medium. Cum igitur priuilegium communes leges perstringat, (Nam priuilegium secundum Canones est lex priuata qua aliquid conceditur contra iura, vt patet, dist. 3. cap. Priuilegia) hinc claret virtute Canonum supra citatorum non teneri Regulares ad Quartam Funeralium, vt in principio Capituli annuebamus.

Nec Sacri Cõc. Trid. Decretum huic nostræ obstat sententiæ vti nonnulli autumant, immo potius eam corroborat, si bene eius verba pensentur. Verba siquidem Sac. Conc sunt ista: De reform. cap. 13. Sess. 25. Decernit S. Synodus vt quibuscunque in locis iam antea annos quadraginta. Quarta quæ Funeralium dicitur Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocunque Priuilegio alijs Monasterijs, Hospitalibus, aut quibuscunque locis pijs concessa, eadem post hac integro iure, & eadem portione quæ antea solebat, Cathedrali, seu Parochiali Ecclesiæ persoluatur. Non obstantibus concessionibus gratijs, Priuilegijs, etiam Mari magno nuncupatis, aut alijs quibuscunque. Hæc sunt ipsissima Sac. Conc. verba. Ex quibus cum explicatione Pij Papæ Quinti in quadam sua Cõstitutione, vt infra dicemus. Duo præcipua elicio. Primũ est: Quod Monasteria, & loca quæ a quadraginta annis circa fundata existunt quartam soluere non tenentur, postquam ipsum Concilium loquitur tantum de Monasterijs ante annos quadraginta fundatis, vt egregie explicat Pius Papa Quintus.

Secundum est quod etiam Monasteria ante annos quadraginta fundata, quæ non solebant soluere quartam sine ratione Priuilegij, seu ratione consuetudinis obseruatæ ad eam soluendam nequaquam astringi possunt, cum exprimat Conc. Quartam quæ solita erat persolui, vt etiam deducit Pius Papa Quintus in sua constitutione sic dicens.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Et si Mendicantium ordines &c. (post multo) Quartam autem funeralium de qua Sess. 25. capit. 13. nequaquam soluere teneantur monasteria quæ, a, quadraginta annis citra fundata existunt, postquam ipsum Conc. loquitur tantum de Monast. ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere consueuerunt, & vbi solui consueuit id tantum ceræ, & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturã deferũtur. Non autem de missis seu legatis, vel alijs fra-

tribus

tribus ipsis, seu monialibus relictis, aut alias quomodolibet donatis, solui debet. Sicq; intelligi Conc. Decre., quo ad Quartam huiusmodi soluendā debere decernimus. Vbi vero non est consnetudo soluendi Quartam huiusmodi, de nullo suprascriptorũ solui debere declaramus. Nec ad Quartam, seu aliam partem omnium eorum quæ etiam pro ornamēto Ecclesię, palliorum cortinarum, pānorum, & aliorum quæ dictis Ecclesijs, relinqui, vel dari contigerit, etiam si pro victu fratrum, aut alias relinquantur, aliquid contribuere teneantur &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXVII. XVI. kal. Iulij Pont. nostri anno secundo.

His sic dispositis, attendendum est si monasteria sunt ante annos quadraginta à tempore Conc. fundata. Hæc 25. Sessio facta fuit anno Domini 1563. si desumantur quadraginta anni vt desumit Conc. erit annus 1523. quare si ante annum 1523. erunt fundata si solebant soluere quartam tenentur & nunc, sin autem minimè, & si Monasteria ab eo ann. 1523. citra sunt fundata, nullatenus ex vi ipsius Conc. ad eam soluendam sunt astringenda.

Nec mihi opponas Const. illam Pij Papæ Quinti fuisse per Greg. xiij. reuocatam, vt nōnulli ad pauca respicientes de facili enunciant. In primis falsum est Const. illam reuocatam esse. Equidem fateor eam per Greg. XIII. ad terminos Conc. Trid. reductam fuisse, vt habetur ex Decisione Sacræ cōgregationis Concilij in urbe, quæ decernit non reuocatam, sed ad terminos Conc. Trid. reductam fuisse. Die 10. Octobris 1586. Quam in fine tractatus apponi curabo. Nunc verò inspiciantur Sac. Cō. verba, an isti opponantur explicationi, vel ne, liquet etenim, & sine Pij Quinti explicatione præfatum habere sensum illud Conc. Decretũ, si literalis perquiratur intelligentia. Et quod magis nostri fauet sententiæ, est Diploma Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Hieronymi Mattheij Generalis Cameræ Apostolicæ auditoris, Dat. Romæ sub die 14. Martij. anni 1584. Pont. Greg. XIII. anni 12. in quo præcipit omnibus sub pęna ducatorum mille, & in subsidiũ sub pęna excommunicationis, executionem literarum apostolicarum in fauorem mendicantium, & pręcipuè Sancti mem. Pij Papæ V. Sub Datum Romæ 17. cal. Iulij. 1567. & sub datum Romæ, 23. Septembris. 1571. Quod quidē factum est postquam Greg. XIII. reduxit Pij. V. literas ad terminos Concilij Trid. cum illa emanauerit anno primo sui Pontificatui, & istud anno 12. Quare non est vsq; adeo determinandum ab aliquo Consultore, sic absq; exceptione; deberi Quartam Funeralium Parochis, persistendo in Sac. Conc. Decretis.

Hęc sit Conclusio quę finem imponat dicendis in hoc primo cap. Dummodo non superueniat alia Summi Pont. vel ab eo auctoritatem habentis supra Concilium Declaratio, Monasteria quæ à 1523. citra sunt fundata non tenētur soluere Quartam Funeralium, ea vero quę ante præfatum annum fundata existunt, si solebant soluere Quartam etiam nunc tenentur sin autem, nequaquam. Hæc etenim omnia ex dictis sunt manifestissima. Hæc de primo Cap.

CAPVT II.

TEnentur ne regulares soluere Parochis Quartam, vel aliam portionem, de Legatis, & relictis ipsis, per defunctos dum viuerēt?

Non desunt qui affirmatiuā istius quæsiti partem tueri contendunt, videlicet, Regulares teneri ad soluendam Quartam legatorum &c. eamq; confirmant validissimis sacrorum canonum auctoritatibus. Extra de Sepult. Cap. eos instituta, Cap. Relatum. Cap. De his, & Clemēt. Dudum de Sepult. Vbi Canones isti, & strictius Clement. Dudum decernunt Quartam, & aliqui medietatem omnium vt supra. Hinc pro comperto tenēt de legatis etiam Quartam soluendam fore, quod quidem verissimum dicerē si his tantum standum esset. Verum enimuero, hæc non adeo compertam secũ fuerunt veritatem, quin oppositam statuam sententiam, scilicet: Regulares minimè ad Quartam legatorum & relictorum astringi posse.

Nec abs re hanc amplexus sum partem, sed optimis iuribus commitatus. In primis huiusmodi Canones, sic & alij quam plurimi, nunquam fuere executioni mandati, nec accepta, quæ inibi ordinantur, vt est videre vbique locorum.

Sed dato quod p̄fati Canones essēt recepti, & executioni mandati, alio est nobis calle incedendũ. Quandoquidem per priuilegia ordinibus Mendicantium à summis Pontificibus concessa moderantur, & restringuntur, præsertim vbi de legatorum, & relictorum Quarta Sermonem faciunt, vt apparet in libro priuilegiorum Fratrum Ord. Prædicatorum.

fol. 37. in lib priuileg.

Alexander IIII. in Priuilegio Ord. Prædi. concesso. Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus vniuersis

Archiepiſcopis, Epiſcopis &c. (Infra) De pia, & Santa conuerſatione dilectorum filiorum fratrum de Ord. Prædic. frequenter euenire percepimus quòd quando aliqui fideles ſeculũ relinquentes, bona ſua pijs locis, & pauperibus deputant, aliqua de bonis ipſis, prædictis fratribus, pro edificijs. libris, &c. (Infra) conantur aliquando mediam quandoq; tertiam, vel quartam partẽ de bonis ipſis prætextu portionis Canonicæ ab eiſdem fratribus, vel vltimarum executoribus voluntatum, aut decedẽtium hæredibus, extorquere, in graue ipſorum præiudicium, & ſcandalum fidelium prędictorum. Nos itaq; miſericorditer attendentes ꝙ non ſolum indecẽs, & indignum, immo eſt penitus ab omni humanitate remotũ, aliquid de præmiſſis ab eiſdem fratribus exigi, qui ſub extrema paupertate viuentes, de prælatorum & Eccleſiarum eleemoſynis, deberent penitùs ſuſtentari vniuerſitatem veſtram per Dei miſericordiam obſecramus, & in remiſſionem vobis iniungimus peccatorum ac per Apoſtolica ſcripta diſtricte pręcipiendo mandamus quatenus circa perſonas dictorum fratrum, affectum beniuolum, pro noſtra & diuina reuerentia dirigentes, nihil ab eis, vel prædictis executoribus, aut hæredib. de bonis huiuſmodi vlterius exigatis &c. Dat. Laterani XV. Kal. Februarij. 258. Pont. noſtri anno tertio.

fol. 43.

Idem Alexander in alio Priuilegio. Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod nonulli Prælati, & Rectores Eccleſiarum, de his quæ a fidelibus, in ornamentis vel pro eis, ſeu fabrica luminaribus, anniuerſarij ſeptimo, trigeſimo, ſeu alijs ad perpetuum cultum diuinum, vobis legantur, quandoque tertiam, interdum quartam partem, & frequenter medietatem a vobis, ſeu vltimarũ executoribus voluntatum, aut decedentiũ hæredibus, exigunt, & extorquent, nomine canonicæ portionis, & niſi eis pars, quam de prædictis legatis exigunt concedatur, in vos, vel executores teſtamentorũ huiuſmodi, aut benefactores veſtros, excommunicationis, vel interdicti, ſeu ſuſpenſionis præſumunt ſentẽtias fulminare. Super his igitur vobis ꝓuidere volentes, vniuerſis Prælatis, & Rectoribus Eccleſiarum, ne de præmiſſis a vobis, aut dictis executoribus decedẽtium, vel hæredibus, portionem aliquam, cõ tra conſtitutiones noſtras exigere, vel extorquere præſumãt, aut in vos, ſeu executores, vel hæredes prædictos, ſeu benefactores veſtros, aut loca veſtra ſententias aliquas, hac occaſione proferre, auctoritate præſentis diſtrictius inhibemus, decernentes irritum, & innane quicquid contra huiuſmodi inhibitionem noſtram ſuper his, per quemcũque contigerit de cætero attemptari. Nulli ergo hominum &c. Dat. Viterbij Idibus Iulij Põtific. noſtri anno tertio.

Fol. 50. in lib priuil.

Idem Alexander IIII. in alio priuilegio Ord. Prædicatorum conceſſo. Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro, & fratribus Ord. Prædicat. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Pium eſt conſonum æquitati. (Infra) Hic eſt quòd nos, neceſſitatibus veſtris paterno compatientes affectu vt de his quæ in ornamentis, aut pro eis, aut libris, ſeu fabrica, luminaribus, anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, ſeu alijs ad perpetuum cultum diuinum, ſeu pro pictantijs ad ſuſtẽtationem veſtram, aut indumentis veſtris vobis legantur, nulli canonicam iuſtitiam, aut portionem aliquã teneamini exhibere. Deuotioni veſtræ auctoritate præſentium indulgemus diſtrictius inhibentes, ne quis à vobis de præmiſſis aliquid exigere, vel extorquere præſumat, & ſententias excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, ſi quas in vos vel aliquem veſtrum, ſeu executores teſtamentorũ, vel hæredes decedentium, ſeu benefactores veſtros, communiter vel diuiſim per quoſcunq; contra huiuſmodi conceſſionem, vel inhibitionem noſtram contigerit promulgari decernẽtes irritas, & innanes. Nulli ergo hominum &c. Dat. Later. Tertio Non. Ianuarij 1262. Põt. noſtri anno Septimo.

fol. 62. in lib. priuil.

Benedictus XI. in Priuilegio Ord. Prædicat. & Minorum conceſſo. Benedictus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inter cunctas ſolicitudines noſtras & cæt. (Infra) De quibuſcunque verò relictis prætactis fratribus in communi, vel ſingulis, in vltimis decedentium volũtatibus, ſiue apud eos ſepeliendi ſint, ſiue alibi, nulla per Parochiales Sacerdotes morientium (à quã fratres ipſos liberos eſſe volum⁹) canonica portio, & multos minus ꝑ Epiſcopos, Epiſcopalis Quarta (cùm eis, tanquam exempti nõ ſubſint) nec etiam debita iura Parochiæ (ſi forſitan Cathedralis defunctorum eſſet Parochialis Eccleſia) detrahatur. (Infra) De candelis tamẽ quas fratres

tres portat portio non petatur, (& infra) Ad hoc nô murmuret quæsumus secularis clerus, non gerant moleste prælati, quod circa præmissa sic duximus prouidendum, Attendant quanta ex ipsis salus animarum proueniat. Nulli ergo omnino hominum &c. Dat. Later. XIII. Kal. Martij 1303. Pont. nostri anno primo.

fol. 149. in lib. priuil.

Greg. XI. (& recitatur in mari magno Sixti IIII.) Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dilectis filijs Magistro priori-bus, & fratribus vniuersis Ordinis Prædicatorum, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Virtute conspicuos Sacri vestri Ordinis professores &c. (& infra) Concedimus quoq; vobis vt de illis, quę in ornamentis vel pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniuersario, septimo, vigesimo, trigesimo, siue alijs ad perpetuũ cultum diuinum, seu pro pictantijs, aut victu ad sustentationem vestram vel indumentis, nec non pro annuis cẽsibus redimendis ad quarum solutionem aliquæ domus vestri Ordinis obligari noscũtur, vel de domibus prædijs, & hortis alijsq; locis vobis secundum instituta vestri Ordinis opportunis, aut de his quæ pro huiusmodi domibus &c. (& infra) nulli canonicam portionem aliquam teneamini exhibere, & ne quis a vobis, vel vltimarum executoribus voluntatum, seu decedentium hæredibus de præmissis, aut de his quæ vobis in vltimis voluntatibus absolute legantur, vel alias pro vestris necessitatibus conferuntur, aliquid exigere, vel extorquere præsumat districtius inhibemus &c. Nulli ergo hominum &c. Dat. Auinioni Secundo nonas Martij Pont. nostri anno quarto. Anno Domini 1367.

fol. 109.

Eugenius IIII. in Priuilegio Ord. Prædicatorum cõcesso. Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad statum dilectorum filiorum vniuersorum Ord. Fratrum Prædicatorum (& infra) cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Leonardi Mag. Generalis dicti ordinis, & eorundem Fratrum petitis cõtinebat licet literæ præmissæ per nos, qui etiam sacra constant approbante Synodo, vni toti concessis ordini, detrahere non censuimus (& infra) Nos itaque Magistri eiusdẽ in hac parte supplicationibus inclinati, Bonifacij, ac Martini literas huiusmodi harum serie approbantes iuxta earum & quarumlibet ipsarum continentiã atq; formã plenarij roboris firmitate subsistere, & subnixas fore auctoritate Apostolica, ex certa scientia decernimus per præsentes. Nulli ergo hominum &c. Dat. Florentiæ Anno incarnationis Dominicæ 1440. tertio Idus Aprilis Pont. nostri anno decimo.

107.

Est aliud priuilegium eiusmet Pont. Sacræ Religionis sinceritas. Vbi declarat nullas literas Apostolicas esse contra nostrum ordinem nisi de ordine, & fratribus expressam faciat mentionem. Dat. Florentiæ anno incarn. Dominicæ 1439. quinto calen. Aprilis Pont. nostri anno nono.

Fol. 110. in lib. Priuileg.

Nicolaus Quintus in priuilegio ordinis Prædicat. concesso omnia præfata confirmat. Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam Licet ex debito &c. Hinc est quod nos dilecti filii Bartholomei Texerii Generalis totius ordinis prędicti magistri &c. omnia, & singula Immunitates, exemptiones libertates, gratias, & indulta a felic. record. Martino Quinto, & Eugenio IIII. ac alijs Summis Pontificibus prædecessoribus nostris ord. præfato, eiusque pro tempore generali superioribus, & fratribus, hactenus cõcessa atq; facta, nec non illorum apostolicas confirmationes, & validationes, ac quascunque Martini, Eugenij, & aliorum prædecessorum prædictorum confecta, & emanata literas, ac priuilegia, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbũ inserti forent prẹsentibus haberi volumus pro expressis, auctoritate apostolica, tenore præsentium, ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, illaque plenariam roboris firmitatem eadem auctoritate decernimus &c. Nulli ergo omnino hominum &c. Dat. Romæ apud S. Petrum Oct. Idus Aprilis 1447. Pont. nostri anno primo.

Est quoq; alia eiusdem Summi Pont. Nicolai V. ampla omnium priuilegiorum confirmatio per hæc verba. Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Licet ex debito Summi Pontificatus officij &c. Nulli ergo omnino hominum &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1448. Pridie nonas Decembris Pontificatus nostri anno secundo.

Fol. 148. in lib. priuileg.

Sixtus Quartus in mari magno. Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regimini vniuersalis Ecclesiæ &c. (infra) verũ ne dubitationes ac controuersiæ, quæ alias vos pluribus laboribus, & expensis vexauerunt de cętero vobis fiant, ex certa sciẽ

tia decernimus, vt dictum priuilegium Greg. XI. in iudicio, & extra in qualibet sua dispositione inuiolabiliter obseruetur. Non obstantibus cõstitutionibus apostolicis, illa præsertim feli. record. Clementis Papæ V. prædecessoris nostri edita in Conc. Viẽnensi quę incipit, Dudũ, nec non priuilegijs, gratijs, & concessionibus Apostolicis, in genere, vel specie quibusuis ecclesiis, personis, seu locis, sub quauis forma, vel expressione verborum, etiam si de his habẽda esset in præsentibus mentio spetialis &c. & alijs contrarijs quibuscunq; &c. (infra.) Eam vero partem literarum eiusdem Greg. prędicti in qua sepulturam in ecclesiis fratrum dicti ordinis liberam esse voluit (salua iustitia illarum ecclesiarum a quibus corpora assumunt) declarantes libertatem huiusmodi intelligi debere ẽt quo ad hoc, vt fratres ipsi nullius petita licẽtia, parochias in quib. corpora prædicta forẽt, cũ cruce processionaliter ingredi, & corpora ipsa leuare, & ad eorum ecclesias sepeliẽda deferre possint, fratres ipsi ab huiusmodi solutione quartæ sunt exempti, nec in aliquo casu, de candelis quæ admanus fratrum dantur. Quarta aliqua quomodolibet detrahatur. (& infra) Et si forte per nos, vel sedem apostolicam de pijs legatis dispositis, & relictis, in genere, vel in specie, decima, seu alia portio, vel quota altera piæ, vel non piæ causæ, ex quauis causa hactenus concessa foret, aut in futurũ concedi, & solui, aut dari, mandari contigerit, fratres prædictos, ac illorum domos, & eis legata, & relicta, aut alias in eorũ fauorem exposita, in concessionibus, & mandatis huiusmodi, decernimus, ac volumus non includi, nisi de ipsis fratribus, ac præsenti decreto, ac volũtate nostra, nõ per generales clausulas, quæ etiam spetialẽ mentionem importare viderentur, sed vera, & specifica mentio fiat in eisdem. (infra.) Districtius inhibentes eisdem locorũ ordinarijs, sub interdicti ingressus ecclesiæ, & suspẽsionis à regimine, & administratione suarum ecclesiarũ, & Parochialium ecclesiarũ rectoribus, & alijs quibuscunq; sub excommunicationis latæ sẽt. & priuationis earundem Parochialium ecclesiarum, ac omnium aliorum beneficiorũ ecclesiasticorum, quæ obtinent, nec non inhabilitationis ad illa, & alia in posterum obtinẽda pœnis eo ipso per eos qđ contrafecerint incurrendis, ne ordines prędictos fratrum Prædicat. & Minorum, ac illorum domos, & professores, præter, aut contra, Martini Gregorii, & Eugenij, aut aliorum quorumcunq; prædecessorũ nostrorum, & præsentium nostrarum literarũ tenorem, inquietare, seu molestare, & eos aut testamentorum vltimarumq; voluntatum executores, & hæredes prædictos, seu quoscunq; alios, directè, vel indirectè ad solutionem alicuius Quartæ Parochialis, seu Canonicæ, vel alterius portionis &c. (& infra) nec etiam ad præmissa, seu aliquid præmissorum auxiliũ, consilium, vel fauorem directè, vel indirectè quoquomodo præsumant (Quamplurima alia fauorabilia in hoc priuilegio continentur quæ breuitati studens dimitto.) Nulli ergo omnino hominum &c. Dat. Romæ apud San. Petrum, anno Incarn. Domin. 1474. Pontif. nostri anno quarto.

fol. 183. in lib. priuileg.

Leo X. in priuileg. ord. Prædi. concesso huius tenoris. Leo Papa X. vniuersis, & singulis venerab. Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis &c. Exponi nobis fecerunt dilecti filij Generalis Magister, & Priores Prouin. ordin. Predicatorum quod licet &c. (& repetit quodammodo verba supra citata, ex mari magno desumpta Sixti Quarti) infra, & de funeralibus, ac mortuariis, pro corporibus quæ in ecclesijs dictorum fratrum sepeliũtur dimidiam, de omnibus autem legatis, & obligationibus quartã partẽ contra diũ obseruatam consuetudinẽ habere contendunt. Ac super præmissis, & plerisq. alijs varias dictis fratribus molestias, & iniurias inferunt, ac iacturas, quibus eorum quies turbatẽ diuinus cultus minuitur, & inter Christi fideles scãdala passim oriuntur nõ sine diuinæ maiestatis offensa, & apostolicę auctoritatis contemptu. Quamobrem nos qui prædictorum fratrum quietem, & tranquillũ statum intensis desideramus affectibus &c. Vobis & cuilibet vestrum, per præsentes districtè vobis præcipiendo mandamus sub dictis censuris (.s. in mari magno explicatis) vt, & vos ab omni molestia, & omni inquietudine pęnitus abstineatis, & quoties nomine dictorum fratrum, fueritis super hoc requisiti omnes, & singulos Parochialium ecclesiarum in vestris respectiuè Ciuitatibus, & Diœcesibus existẽtes rectores, seu Vicarios ad desistendum post hac ab huiusmodi molestijs, & grauaminibus, constitutionesq. prædictus, & dictorum fratrum priuilegia in eisdem inuiolabiliter obseruãda sub pœnis, & censuris in dicti Sixti prędecessoris inhibitione contentis, moneatis, & eis præcipiatis &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 25. Iunij, 1518. Pontificatus nostri anno sexto.

Iulius II. in priuilegio ord. Minorum concesso.

cesso. Iulius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dum ad sacrum ord. &c. Nos igitur quod regularem obseruantiam in locis Religiosis vigere, & augere desideramus &c. (& infra ipsiusque ord. minimorum fratres pro tempore existentes, de hortis, ac virgultis, & alijs quibuscunq; bonis ord. Minimorum domibus, & illarum ecclesijs huiusmodi pro tempore relictis, & legatis, ac super luminaribus, & alijs rebus, diuino cultui pro tempore dedicatis, decimas aut oblationes aliquas, etiam ex noualibus, vel Quartam ex funeralibus soluere minimè teneantur. Nec ad id a quoquam cuiuscunque nobilitatis, aut dignitatis existat valeat quomodolibet coarctari. Nulli ergo omnino hominum &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dominicæ 1506. quinto Calen. Augusti, Pontifi. nostri anno tertio.

Paulus III. in priuilegio ord. Minorum de obseruantia concesso supra citato ca. 1. fol. 16. vide ibidem.

fol. 208. in lib. priuileg.

Iulius III. in priuilegio ord. Prædic. concesso. Iulius Papa III. Ad perpetuam rei memoriam In sacra B. Petri sede &c. Sanè pro parte dilecti filij Francisci Romei de Castiglione Mag. Generalis ord. Prædicatorum nobis nuper exhibita petitio cōtinebat, quod alias ipsi ord. &c. tam per felic. recordat. Sixtum quartum, Leonem decimum, Clementem septimum, & Paulum tertium, quam alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam quamplura, & diuersa priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam ab ordinariorum locorum, & eiusdem Sedis legatorum, etiam de latere iurisdictione, visitatione, & correctione, quam etiam ab omni impositione collecta, Decima, etiam Episcopali, subsidio, Quarta, & Quinta funeralium, & legatorum partibus &c. (& infra.) Nos igitur ad fructus vberes quos dictus ordo fratrum Prædica. in agro Dominico iugiter producit, paterna meditatione attendentes &c. huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam ab ordinariorum locorum, & legatorum etiā de latere iurisdictione (& infra) tenore præsentium, ex certa scientia approbamus, & innouamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus & ea inuiolabiliter obseruari debere decernimus &c. Mandantes nihilominus in virtute S. Obedientiæ vniuersis locorum ordinarijs; & alijs ecclesiarum. Prælatis, sub interdicti ingressus ecclesiarum, & suspensionis, a diuinis, alijs vero inferioribus quibuscunq; cuiuscūq; dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existen. & quacunque auctoritate, & potestate fungen. sub maioris excommunicationis eo ipso incuren. latæ sententiæ pœnis quatenus præsentes literas, & in eis contenta quæcunq; nec non omnia, & singula priuilegia, immunitates &c. inuiolabiliter obseruent, & obseruari faciant, nec cōtra tenorem ipsarum, aliquid attemptare præsumant &c. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 10. Iulij 1551. Pontif. nostri anno secundo.

Paulus IIII. in priuilegio ordin. Prædicat. cōcesso præfata omnia confirmat, & innouat. Paulus Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam. Ex Apostolicæ Sedis prouida dispositione &c. Sanè pro parte dilecti filij Stephani Vsusmaris Ianuen. Generalis Magi. Ordin. fratrum Prædicato. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias ipsi ord. &c. tam per felic. recordat. Benedictum XI. Gregor. etiam XI. Mart. V. Eugenium IIII. Nicol. V. Six. IIII. Leonem X. Clement. VII. Paul. III. & Iulium etiam III. quam alios Romanos Pontifices, &c. (sequuntur eadem verba quæ in anteriori priuilegio dicta fuere.) Nos igitur &c. præmissa, ac omnia, & singula alia priuilegia immunitates &c. sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, nec non cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, & decretis literas huiusmodi, ac inde secuta quæcunq; &c. auctoritate Apostolica tenore præsentium, ex certa scientia, approbamus, & confirmamus, ac innouamus. Nec non omnes, & singulos iuris, & facti defectus (si qui forsan interuenerint in eisdem) supplemus. Illaque omnia, & singula perpetuæ, & validæ firmitatis robur obtinere, & firmiter obseruari debere decernimus Et nihilominus pro potiori cautela (& infra) ac ab ipsis impositionibus, grauaminibus, oneribus, decimis, quarta, & quinta etiam funeralium, & aliorum quorumcunque etiam legatorum, & oblatorum &c. Ac præmissa omnia, & singula, modo, & forma præmissis, ac sub cēsuris, & pœnis ecclesiasticis, de nouo obseruari debere mandamus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 9. Martij 1556. Pontif. nostri anno primo.

Pius Quintus in priuilegio Mendicantium supra cap. 1. citato omnia præfata confirmat, & innouat. Vide supra fol. 20.

Præfata etenim priuilegia, & si alicui particulari ordini sint concessa omnibus tamen Regularibus sunt communicata præcipuè per Con-

stit.

stit. Pij Papæ Quinti supra citatam.

Cum ergo tot Summorũ Pontificum extant decreta, tot censuris, & pœnis comminatis, & latis roborata, ignoro qua fronte aliqui ad huc petere audeant Quartam legatorum, & re lictorum fratribus? & magis stupeo, cum edictum quoddam prælo mandatum cuiusdã Domini N. ad manus habui Reuerendissimi Episcopi N. Vicarij, hæc sequentia continens.

Et se ben potremo in conformità de Sacri canoni, dir che questa Canonica, o Quarta Parochiale si debba pagar ancor de i legati pij, & di tutte l'elemosine che lasciò il defunto ꝑ l'anima sua, nondimeno volendo noi procedere con minor danno de i laici che sia possibile ordiniamo &c. Enim vero si antedicta vidisset certe non talem de legatis protulisset sententiam.

Attendant quæso præfata priuilegia aliqua comminatam excommunicationem continere alia autem præcipue Sixti IIII. Leonis X. & Iulij III. etiam latæ sententiæ, & priuationum, ne incidant in laqueos diaboli, Hactenus enim ha rum non vidi reuocationem Censurarum.

Nullam ergo prætensionem habere possunt circa legata, & relicta fratribus.

Muniant forsan propriam sententiam, (vt nonnulli buccinant) fratrum priuilegia fuisse per Sacr. Conc. Trid. reuocata, & Mare Magnũ euasisse riuulum paruulum? legant isti Sess. 25. cap. 20. de Regular. & in fine capitis hæc eadem reperient verba: In cęteris omnibus (quæ Sacri Concilij decretis non contrariantur vt habetur ex Bulla Gregorij XIII.) Præfatorum ordinum priuilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & iura concernunt firma sint, & illæsa. sunt ne reuocatoria, an confirmatoria præfata verba? Est insuper Cõstitutio Pij Quinti ante citata quæ omnia confirmat, & est post Concilium Tridentinum quæ non est reuocata ab aliquo vt supra ostensum est.

Claudamus ergo dicenda in hoc secundo Capitulo hac negatiua conclusione: Non tenentur Regulares aliquã portionem de legatis, & relictis ipsis, Parochis soluere. Hæc de præsenti capite dicta sufficiant.

CAPVT III.

CVM igitur enixe supra probatum fuerit nihil de legatis parochis deberi, cęterum ostendendum est an eis debeatur (quibus quarta debetur) pars omnium expensarum quæ ratione funeris fiunt, siue in vestibus, siue eleemosynis, siue in luminaribus quæ ponuntur super cenotaphia (quæ vulgo dicuntur cathafalphi) & tandẽ quid quarta funeralium (quæ solummodo illis debetur, quibus debetur) comprehendat, an omnia prædicta, vel quid eorum.

Non desunt affirmatiuæ partis assertores, nempè quartam funeralium in se cõtinere omnes expensas ratione funeris quomodocunq; factas, siue in vestibus, siue in eleemosynis &c. & hanc suam opinionem, vel potius prætensionem muniunt auctoritatibus sacrorum Canonum antecitatis in secundo capitulo sed eorũ Achilles est Clement. Dudum. de sepultu. vbi Pontifex ille decernit portionem quartã omniũ expensarum quæ ratione funeris fiunt, etiã de candelis quæ dantur ad manus fratrum. Hinc Dominus N. alias Episc. N. Vicarius supra 2. cap. nominatus, Decretum iuxta præfatam Clement. & Canones promulgauit in Ciuitate N. & determinauit quartam funeralium omnia præfata continere, & hæc sunt ipsissima sui edicti verba.

Et se ben potremo in conformità de Sacri Canoni, dir che questa Canonica, ò Quarta Parochiale si debba pagar ancor de i legati pij, & di tutte l'elemosine che lasciò il defunto ꝑ l'anima sua, nondimeno volẽdo noi proceder con minor danno de i laici che sia possibile, ordiniamo che solamẽte si paghi la quarta parte di tutto quello, che come è detto si spende per pompa, & honor del defonto, cioè di tutta la cera, che per questa occasione si cõpra, & fra tutti si distribuisce, delle vesti negre che sono intorno al corpo, pãni che per questa occasione si comprano, & elemosine che in quel giorno, à questo effetto si dispensano. Hæc ille.

Quare iuxta hunc virum, funeralium Quarta hæc omnia simul annectit. Quæ quidem quomodo a veritate aliena sint, nuncnunc commõstrare contendam.

Pro istius difficultatis explicatione, supposito Parochis tãtummodo deberi quartam funeralium (modo supra explicato) vt in vltimo capite ad lõgum efficaciter ostendam, duo manifestanda propono. Primo Manifestabo præfatam sententiam nulli vero inniti fundamento, consequenter tale erit ædificium quale fundamentum. Secundo Apertissimè omnibus notum faciam quid funeralium quarta secum ferat.

Quo ad primum explicandum, videlicet sententiam illam non habere fundamenta vera facillimè hoc comprobabo. Quandoquidem ipse loqui debet iuxta sacros Canones, vt etiã ipsemet fatetur dum dicit: & se ben potremo in con-

conformità de sacri Canoni; Atqui inprimis non reperiuntur canones qui nec quidem minimum verbum de huiusmodi expensis funeralibus mentionem faciant, & si de legatis, & relictis per defunctum in sua vltima voluntate, loquantur. vt patet extra de sepult. pluribus capitulis. Non autem si filius amoris paterni gratia aliquas in funere velit expensas facere. Immo oppositum habetur Cau. xiij. quæstio. secunda cap. 15. Præcipiendum est &c. aut etiam post mortem ipsius illi quibus commissum est eius eleemosynā facere de rebus illius aliquid sponte dare voluerit: & tamen nullatenus a presbyteris ecclesiæ illius aliquid exigatur. Vide ergo quomodo sit secundum Sacrorum Canonum conformitatem cogere ad soluēdam quartam expensarum, si Sacri Canones inhibent ne exigi possint etiam spontè oblata?

Insuper Canones illi qui ista videntur tangere quamuis non tangant vt dictum est, itidem Clem. Dudum. nunquam fuerunt in vsu, nec recepta quæ inibi ordinantur. Quare cum iam per tot lustra lex illa facta fuerit, & non vsui mandata videtur per Consuetudinem abolita. vt Egregie D. Th. pri. sec. quæst. 97. art. 3. in corpore deducit, & in calce concludit: & secundū hoc consuetudo, & habet vim legis, & legem abolet, & est legum interpretatrix, & ratio potissima est etiam, quia lex non præcipit habitum, sed actum.

Amplius per Regularium Priuilegia (vt supra ostensum est) restringuntur Canones illi. Quare nihil officiunt. Clemē. quoque Dudum. fuit per Sixt. IIII. reuocata, (vt apparet superiori cap. in Bulla præfati Sixti) & per omnes subsequentes nominatos Pontifices vsque ad Pium V. inclusiue reuocatio confirmata. Quamobrem non sunt ista pro fundamento illius decisionis assumenda, cum vel non reperiantur, & si reperiuntur, nullius sint roboris, vt manifestauimus.

Forsan illis Concilium Triden. suffragatur? Absit. Ex Concil. namque Tridentino Sess. 25. ca. 13. de reform. hoc tantummodo habetur. s. quod quarta funeralium quæ alijs erat applicata ecclesijs Parochiali reddatur, modo supra primo cap. exposito. quid vero quarta funeralium comprehendat, nec minimum quidem facit verbum. Quare (cum interpretari Sac. Concil. Triden. Decreta soli Summo Pont. sit reseruatum (& merito) vt est videre in Bulla confirmationis Concilij, edita per Pium IIII Dat. Romæ 7. Kal. Februarij 1563. Pont. anno quinto. Immo sub pœna interdicti ingressus ecclesiæ Prælatis, & alijs sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præcipit, ne quis sine ipsius Summi Pontif. auctoritate, vllum omnino interpretationis genus super ipsius Concilij Decretis quocunque modo edere audeat) nescio quo ausu posuerit falcem in messem alienam interpretando quartam funeralium (nam quarta Parochialis est quarta funeralium, cum parochis alia non debeatur quarta) comprehendere omnia, & legata, & expensas ratione funeris factas. Ad summum spectat Pontificem hoc explicare, vel ab ipso specialiter facultatem habentem. Quinimmo explicatio, nec est ad mentem Summorum Pontificum, Benedicti XI. explicantis (vt infra dicemus) funeralia vero hoc casu intelligantur, quæ cum funere deferuntur, & Pij V. in sua Const. sic declarantis: & vbi solui consueuit (scilicet Quarta funeralium) id tantum ceræ, & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur. Attendat si his verbis exprimunt legata, & omnes expensas vt supra. Idcirco consideret an in censuram inciderit.

Liquet ergo illius fabricati Decreti nullum esse fundamentum quare decretum quoq; nullum in hac parte censendum est, & sic factum est satis illi priori parti.

Restat modo vt secundum ad claritatem perducam scilicet quid quarta funeralium cōprehendat, & hanc non mea, sed Summorum Pontificum, & Conciliorum auctoritatibus explicare conabor.

Quid concernit Quarta funeralium? Respōdeat Summus Pontifex D. Bened. XI. qui in Bulla supra secundo capit. citata sic dicit: Funeralia vero intelligantur hoc casu, quæ cum funere deferuntur. Cognito quid funerale importet, manifestum erit quid quarta funeralium designet. Funerale igitur iuxta istius Summi Pont. explicationem, designat ea quæ cum funere deferuntur. huic sententiæ subscribit (licet alijs vtatur verbis idem tamen significantibus) Sanct. ss. Pius V. in supra citata Constit. vbi de solutione quartæ loquitur, sic dicit: Et vbi solui consueuit, id tantum ceræ, & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur.

Sed vlterius procedamus. Quæ sunt illa quæ cum funere deferuntur? Candele, vel in tortitia, quæ clericis omnibus (siue sint seculares, siue regulare) ad manus dantur. Secundo in tortitia accensa circa crucem, & cadauer. Tertio

tio indumenta nigra quibus pauperes deferentes accensos cereos teguntur. Quarto vestimenta quibus cadauer est vestitum, vel Palliũ, vbi cadauera in capsis ligneis reponũtur, quo coo peritur capsa illa. Quinto libri si sint Doctores, vel arma si sunt milites, & huius generis. Sexto in aliquibus partibus, vt Bononiæ nobiles aliqui faciunt deferre modia quamplurima frumenti, pro Monasterijs egenis, & alijs locis pijs, Alexandriæ vero, & his in partibus deferunt modium frumenti pro capite domus. Hæc sunt quæ, vt potui videre, cum funere deferuntur.

Omnia ista sunt ne partitioni subiecta? Minime. In primis candelæ, seu in tortitia, quæ ad manus fratrum dantur nulli sunt portioni subiecta. Nam idem Papa Bened. XI, illico vt explicauit funeralia comprehendere, quæ cũ funere deferuntur, subdit: de candelis tamen quas fratres portant, portio non petatur, & Sixtus IIII. in Mari Magno similiter eximit fratres, his verbis: nec in aliquo casu de candelis quæ ad manus fratribus dantur, quarta aliqua quomodolibet detrahatur. Hoc idem deducitur ex Constit. Pij V. dum quæ fratribus donantur a præfata liberat solutione. Amplius Concilium Prouinc. Ecclesiæ Mediolan. parte 2. de Funer. & exequijs eandem affirmat sententiam.

Est denique consuetudo immemorabilis vbique locorum, & consuetudini standum est. extra de sepult. cap. Certificari. Non est igitur de his cum funere delatis detrahenda quarta.

Insuper cum funere deferuntur indumenta nigra quibus pauperes sunt induti. Impium etenim esset de his petere partem. quandoquidẽ ait D. Benedict. XI. vbi supra. Quæ pauperibus dantur non patiuntur falcidiam.

Adsunt indumenta mortui, libri arma, & similia. nec ista sunt diuidẽda, quod per pulchrè ex eodem Conc. Prouinc. vbi supra ostenditur his verbis. Clerici Ecclesiæ in qua mortuus humatur eius vestes hæredibus inuisis ne sumãt, sed his ad quos pertinent reddant, ꝙ etiam intelligẽdum est de libris &c. Minusue de Pallio nigro est detrahenda pars aliqua. Quandoquidem Pallium illud, vel est communibus Parochiæ sumptibus constructum, iuxta ordinationem eiusdem Cõc. Prouincialis ibidem, vbi sic statuitur: Dent operam Episcopi diligenti cohortatione, vt in singulis Parochijs communibus eorum sumptibus, qui sunt in Parochia, cõparetur Palliũ quod mortuo imponi solet. Hoc clarum est non esse alicui portioni obnoxium. Vel est expensis mortui fabricatum, de hoc quoque non est desumenda nec quarta, nec alia pars. In eodem enim Concil. Prouin. vbi supra aliter statuitur, his verbis: Si autem nobiles homines aureo, vel serico, vel omnino pretioso pallio vti voluerint, pecunia sua faciendum curent, & illi ecclesiæ in qua mortuus sepultus fuerit, illico post funus acquisitũ sit. Idem dicendum censeo de quocunque pallio expensis proprijs facto, & si non tam pretioso. Nam magis pretiosum remanet Ecclesiæ, ergo & minus pretiosum iuxta Reg. Iur. 53. Cui licet quòd est plus, licet, vtique quod est minus.

Sed & Const. Sanctiss. Pij Papæ V. nostratis ista omnia explicat his verbis: Nec ad quartã, seu aliam partem omnium eorum quæ etiam pro ornamento Ecclesiæ Planetarum, Palliorum, Cortinarum, Pannorum, & aliorum quæ dictis ecclesijs relinqui, vel dari contigerit, etiam si pro victu fratrum, aut alias relinquantur, aliquid contribuere teneantur.

Liquido ergo apparet de præfatis nullam partem demendam fore, sed libra ab omni diuisione permanere.

De frumento vero illo quod, vt dixi, præcipue Bononiæ, deferre faciunt Nobiles aliqui *pro monast. egentibus, & alijs locis pijs* rubore afficior præuerecundia, audire talia esse partienda. Nam vt supra dixi quæ pauperibus relinquuntur non patiuntur falcidiam. De Modio autem frumenti quod pro capite domus in his partibus ad ecclesiam cum funere defertur, hactenus non inueni cur Parocho non debeatur quarta, vel consuetum est solui quarta.

Præfata etenim omnia eximuntur a solutione quartæ vt dictum est. Restant tantummodo, Intortitia illa quæ circum crucem, & cadauer deferuntur accensa, equidem ista sunt diuidenda, & eis quarta portio debetur, vti fit vbique locorum. Ex quibus omnibus deducere possumus quartam Parochi debitam ratione funeris comprehendere solummodo illa. Intortitia accensa quæ cum cadauere ad ecclesiam adferuntur; Cum eximantur candelæ, & cerei qui fratribus dantur, indumenta pauperum, vestimenta mortui, libri, arma, & Pallium nigrum, similiter frumentum locis pijs oblatum, quæ omnia cum funere deferuntur.

Hinc magis patet quantum a veritate distet Decretum illud supracitatum. Domini. N. volentis quartam funeralium comprehendere omnes expẽsas in funere factas: scilicet totius

cerae

ceræ, & hoc est contra statuta Conc. Prouincialis vbi supra sic determinantis: candelæ omnes, cerei, & quæ Intortitia vocantur, quæ circum crucem, & cadauer, ad Ecclesiam adferuntur, & alia quæ circa feretrum, & in altaribus, ac reliquis in locis &c. Ita Deo oblata esse intelligantur, vt eius Ecclesiæ Sacristiæ, in qua mortui corpus humãdum erit continuò addicta sint. Excipimus autem ea quæ funeralium nomine cathedralibus, & Parochialibus Ecclesijs &c. Si excepta quarta præfata omnia illi ecclesiæ addicta sunt, non ergo desumenda est quarta, neque quinta &c. De vestimentis quoque, & Pannis diffuse ostensum est non teneri. de eo autem, quòd addit, e di tutte l'elemosine, ch'in quel giorno a questo effetto si dispensano, nempe ex his deberi quarta Parochiali Ecclesiæ, tanquam indignum fidelium auribus silentio inuoluam.

Concludamus ergo: quarta funeralium cõprehendit solummodo Intortitia quæ circum cadauer adferuntur ad Ecclesiam:

Prob. Funerale comprehendit ea quæ cum funere deferuntur iuxta præfata, sed demptis quæ supra (rationabiliter) dempta sunt, remanent tantum Intortitia illa ergo de illis tantũ est detrahenda quarta.

Et denique. In his standum est Decisioni a Sacra, & Illustriss. Regularium in vrbe congregatione, editę tempore Sixti Papę V. sub die x. Octob. 1586. Vbi sacra illa congregatio decernit in materia quartę, standũ esse Decreto Sac. Conc. Trid. Sess. 25. de reformatione capit. 13. sed iuxta Sac. Con. non tenentur Regulares ad aliquid soluẽdum, nisi vt supra explicatum est. Quandoquidem (& Sanctissimè) noluit os bouis triturantis alligare, nec eos subtractis alimentis necare, hinc amplissimè (quibusdam extractis) omnia Regularium Priuilegia in pristino firmauit robore, vt supra ostendebamus, & in Mari magno tantum pelagus reliquit, vt enutrire valeat famosissimos piscatoris, & pisces innumerabiles, ac Sanctos Dei, & iustos persequentes in profundum quasi plumbum demergere.

Ex his omnibus colligam primo quartam non deberi parochis nisi modo supra exposito in primo capite. nempe a Monasterijs quæ ante annos quadraginta a tempore Concilij soluere consueuerant; ea autem quæ a quadraginta annis vt supra sunt fundata, nequaquam soluere tenentur. Si decreta Sac. Conc. Trid. recipere volumus.

Colligam secundo quartam non comprehẽdere legata, & relicta fratribus per defunctum vt in secundo cap. ostensum est, neque omnes expensas ratione funeris factas, sed tantummodo quartam portionem illius accensæ ceræ quæ circum corpus adfertur, vt perlepidè in hoc capite ostendebamus.

Et vt omnino ab omnino vexatione, consuetudinis præcipuè liberi euadamus: restat vt tãdem Eugen. IIII. Priuilegium, quo decernit nullam consuetudinem præiudicium nostris priuileg. afferre, in medium producamus, sub his verbis.

In lib priuileg fol. 200.

Eugenius Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam; Et si quaslibet personas &c. (infra) Adijcientes etiam, quod si quãdoque cõtigerit per aliquem, vel plures actus cõtra huiusmodi, aut alia quæcunque decreta, priuilegia, indulta, gratias, immunitates, & ordinationes præfatę congregationi cõcessa, aut illorum aliquod a quocunq; cuiuscunque conditionis, dignitatis, gradus, seu status existat, ex negligentia, vel ignorantia, præsentium, vel futurorum quibus hęc conceduntur, aut alia quauis causa propter quam fuerit aliter attentatum, vel pro tempore obseruatum ignoranter, vel scienter; nullum tamen præiudicium decreti priuilegijs, indultis, gratijs, immunitatibus, & ordinationibus huiusmodi volumus generari, sed in suo vigore atq; robore permanere. Non obstantibus &c. Nulli ergo hominum &c. Dat. Bononiæ Anno incarnationis Dominicæ 1436. pridie kalen. Iulij. Pont. nostri Anno 6.

A. de Florentia.

Verum quia fortasse posset Dominus N. supra nominatus se eximere ab omnibus his, & respondere, se decreuisse quartam præfatam vti supra fore soluendam, non per fratres, sed per laicos defunctorum hæredes, prout explicare videtur ipsemet in suo Decreto sic statuens: Nondimeno volendo noi procedere con minor danno de i laici che sia possibile, ordiniamo che solamente &c. Quare in cassum, & extra propositum tot fuere verba conscripta. Ideo quartum caput addendum censui in quo manifestissimè explicabo neque per laicos ista esse soluenda. Hæc de tertio Capite.

CAPVT IIII.

SCopus meus in tractatulo hoc erat solummodo Patribus, ac fratribus Regularibus omnibus ordinum aliquid vtilitatis,ac commodi afferre, verùm & in fauorem laicorum hoc quartum caput adiûgere decreui, non vna motus occasione, primo vt explere valerem promissum in calce Capitis præcedentis, in super nè amplius querimoniæ audiantur, vt a quodam paupere diebus elapsis audiui dolente de mortua filia sæpulturæ tradita pluris quodam modo expendisse,quã si viro vxorem dedisset, Rursus,vt omnibus emolumentum afferam,diuitibus, pauperibus, ac religiosis, & quo ad spirituale,& quo ad temporale bonum. Diuitibus spirituale emolumentum erit, qui tot extorsionibus visis retrahuntur (& de facili) a consuetis,& deliberatis expensis,ac eleemosynis pro funeribus faciendis, vt in ciuitate N. quamplures hoc decreuerunt, & in aliquibus iam opere completum est,inde spirituale commodum eleemosynis subtractis non consequũtur. Hinc etiam, nec Religiosi,nec alij pauperes habent temporale emolumentum non dispensatis solitò dispensandis. Aliud quoq; tradam pauperibus commodum, quid quandoq; pro filij,vel filiæ,patris, vel matris mortuæ nõ habent vnde tot, & tanta Parochis soluant. Hęc omnia in simul me ad hoc quartum caput adiungendum astringunt. In quo resolute iuribus commitatus pertractabo. An a secularibus defunctorum hęredibus iure funerali, dẽpta quarta supra explicata aliquid exigere Parochi possint.

Pro euidentia explicandorum in hoc Capite duo declarabo. Primo ostendam quid de hoc iudicio meo sentiendum sit. Secundo commostrabo promissum in fine capituli præcedentis.

Non desunt qui affirmatiuam tueri conantur partem. Asserentes seculares mortuorum hæredes Parochiali ecclesiæ soluere debere quartã partem omnium expẽsarum in funere factarum siue ratione pannorũ, vestimentorũ, ceræ,ac eleemosynarũ vt supra estendebamus in edicto illius Domini N. Itaque si Petrus in morte Patris faciat expensas ducentorum aureorum prætendunt quartam partem quæ est quinquaginta,& ne terreant hæredes hanc magnam exigendo summam cum ipsis conuentiones faciũt de trium quatuor,& amplius aureorum (si possunt) solutione, ratione illius quartæ. Quapropter præfatus Dominus N. cũ esset Episcopi N. Vicarius edictum suprapositum publicauit.

Basis autem sententiæ istius vt colligere potui, sunt quædam extra de Sepult. Cap. Relatum. Mandamus vt quicunque amodo in Monasterio conuerti voluerit, siue in morte, siue in vita, omniũ rerum, & possessionũ quas pro salute animæ suæ decreuerit disponere,medietatem Ecclesiæ ad quã dignoscitur pertinere, relinquat Item cap.De his. Hoc tuæ prodẽtiæ volumus innotescere,quòd si in ęgritudine ipsa ad religionem transeant,dummodo de ægritudine illa decedant, de bonis suis,ipsis ecclesijs a quibus assumpti fuerint canonica debet portio exhiberi, & si alia in iure reperiantur erunt eiusdem tenoris.

Quæ tamen haud faciunt ad propositum. Nam tunc temporis eis nõ soluebatur quarta funeralium, & particeps laborum debet,& cõsolationum particeps esse dignum igitur, & iustum erat vt sic decernerent Põtifices, tũ quia etiam tunc Parochi non habebant redditus, & si habebant nõ erant ita pingues vt nunc sunt. Nunc autem habent redditus abundantes, & per subsequentes Summos Pontifices,est eis determinata pro suorum laborum recognitione quarta funeraliũ modo supra explicato. Quare iura ista non sunt sic accipienda. Sed quid? Non sunt ad propositum. Sermo noster est de expensis ab hærede ratione funeris factis, loca supra citata loquuntur de legatis, & relictis per defunctum, & iam millies de legatis quid agendum sit demostraui.

Hæc sit mea sententia. Non tenentur mortui hæredes soluere aliquid Parochis ratione funeris, & hanc optimis iuribus comprobare conabor.

Quo iure ista ab hæredibus exigunt? Dicent pro administratione Sacramentorum,quia qui sentit onus,& commodum sentire debet. equidem iustum est, sed hac de causa habent redditus Parochiales,vbi non sunt redditus recipiũt a populo primitias omnium, in super hac de causa recipiunt quartam funeralium, pro suorum laborum recognitione.

Dicant fortasse pro sepultura? Videant Cau. xiij. quæst 2. cap. 12. Questa est nobis Nereida fęmina clarissima quod ab ea centum solidos pro filiæ suæ sepultura fraternitas vestra velit exigere. (& infra) hoc autem vitium, & nos postquam Deo auctore ad Episcopatus honorẽ accessimus, de Ecclesia nostra omnino vetuimus, & prauam denuo consutudinem, nequaquam

quaquam vsurpare permitimus memores &c. (infra) Peti vero aliquid, aut exigi omnino prohibemus, ne (quod valde irreligiosum est) aut venialis fortasse (quod absit) dicatur Ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si eorum cadaueribus studeatis quærere &c.

Causa eadem Capit. 14. In Ecclesiastico. Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare, nisi forte proximi vel amici defuncti propter nomen, & redemptionem animæ viri, gratis aliquid dare velint.

Ibidem Capit. 15. Præcipiendum est secundum Canonum auctoritatem, vt de sepulchris, & hominibus sepeliendis, nihil muneris exigant: nisi forte qui sepelitur, viuens iusserit Ecclesiæ in cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere, aut etiam post mortem ipsius illi quibus commissum est eius eleemosynam facere, de rebus illius, aliquid sponte dare voluerint: & tamen nullatenus a presbyteris Ecclesiæ illius aliquid exigatur. Nota hic quòd nec sponte oblata exigi possunt.

Amplius extra de simonia Cap. Non satis. Pro sepultura quoque &c. Nulla cuiusquam pretij exactio attentetur.

Et capit. Cum in Ecclesiæ. Ne igitur de cætero fiant &c. aut sepeliendis mortuis aliquid exigatur, districtius prohibemus (Audi sententiam) si quis autem contra hoc venire præsumpserit, portionem cum Giezi se nouerit habiturum.

Nec mihi opponat quis. hos Canones de sepultura loqui: quia equidem verum est quod pro ea non est aliquid exigendum, Parochi autem non exigunt ista hac ratione, sed alia quare &c. Sumant sepulturam iuxta Glos. ibidem. Quadrupliciter sumitur sepultura. Primo pro terra in qua fit sepultura antequam fit Sacra. Secundo dicitur sepultura facta, & Cœmeteriata. Tertio dicitur ius inferendi in sepulchrum. Quarto dicitur actus, vel officium sepulturæ: primo modo vendi potest, & pro ea aliquid exigi, nullo autem aliorum modorum est venalis, nec pro ea aliquid exigi debet, & præcipuè quarto modo ab eo qui habet beneficium ratione cuius tenetur, immo simoniam committeret.

Non valet ergo tergiuersatio illa.

Est quoque Concil. Prouinciale Med. part. 2. de exeq. & fun. Exequiarum sepulturæ, & anniuersariorum causa, nemini quidquam pacisci, aut exigere liceat, neque etiam petere, vel quid aliud committere, quòd simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ suspitionem habeat.

Liquet igitur ratione sepulturæ hæc nullatenus soluenda fore. Fortasse hæc licita redduntur ex consuetudine. Si qua est dummodo sit pia seruanda est. Nam in secundo Prouinc. Concil. Mediol. Decret. xvij. sic statuitur: Quare Episcopus habita, & locorum, & personarum ratione, in funeribus, & exequiis, quæ pia instituta, & consuetudines laudabiles, &c. seruari iubeat. Est nè laudabilis consuetudo, pacisci, extorquere, velle etiam ante funus (ni soluant) ab hæredibus pro funere syngrapham? Piæ etenim consuetudines equidem seruandæ sunt. sin autem seruetur quod in antecitato Capit. Non satis. extra de Simo. legitur: Nec sub obtentu cuiusquam consuetudinis reatum suum quis tueatur: quia diuturnitas temporis, non diminuit peccata, sed auget, & Cap. Cum in ecclesiæ: ibidem. Putant autem plures ex hoc licere, quia legem mortis de longa inualuisse consuetudine arbitrantur: non attendentes quòd tanto grauiora sunt crimina, quanto diutius infelicem animam tenuerunt alligatam.

Quare non video quo iure similia ab hæredibus extorquere possint. Apparet quoque nulli vero inniti fundamento decretum supra citatum. Vnde etenim deduci potest hoc scilicet si Petrus in die funeris patris sui pauperibus dispensat aureos quadraginta, quod teneatur addere decem pro Ecclesia Parochiali? iam non sunt detrahendi ex datis pauperibus, nec religiosis, vt ipse exprimit, super addendi ergo sunt, & sic non potest expendere in eleemosynas quadraginta nisi exponat quinquaginta. Hoc esset retrahere omnes ab eleemosynis, & pijs operibus. Adeo irrationabilia mihi videntur ista ut tanquam silentio digna obmutescere me faciant.

Nouitates etenim omnes sunt euitandæ iuxta Diui Pauli ad Timotheum, præceptum, pariunt namque admirationes, scandala, dissensiones, & hæreses præcipue quando sunt de rebus fidei. Viam regiam incedamuus, nec declinemus ad dexteram neque ad sinistram.

Hæc de quartæ funeralium solutiones scribere volui, quæ iudicio meo (quod semper saniori subiicere statuo) videntur veritati ipsi arridere, ac per optimè conquadrare non quidem

dem vt aliquos carperem, sed solummodo vt aliquibus commodum aliquod afferrem, non fuco Rhetorico exornata, sed familiari solummodo explicata sermone.

Reminiscamur ergo omnes nos vnius corporis esse mystica membra, vnique subesse capiti. Vnum enim corpus (inquit Beat. Ambrosius) Ecclesiæ, & in diuersa membra alteram altero eget. Nam, & si alia principalia, alia tamen necessaria. Quomodo stabit corpus si membra interesse dissidium patiantur? Certè breui in tempore deficiet: elidamus ergo omnia ista dissidia, & Deus pacis sit nobiscum, qui sic nos faciat per temporalia ista transire, ne æterna emittamus. Sed magis secum perenniter viuamus. Amen.

FINIS.

ADDITIONES AD SECVNDAM PARTEM SVMMAE SYLVESTRINAE:

EX SACRO CONCILIO TRIDENTINO,

Et Bullis Summorum Pontificum, necnon Compendijs diuersorum priuilegiorum diligenter decerptæ.

NVMERIS PRAEPOSITIS QVIBVS LOCA insinuantur ad quæ dictæ additiones applicantur.

Cum origine omnium Religionum tam in Italia quàm extra Italiam degentium.

Omnibus regularibus, & sæcularibus ad curam animarum incumbentibus non solum vtiles, sed etiam maximè necessariæ.

R. D. LAZARO DE LANCELLOTTIS
PRESB. VERONENSE, DE MINERBIO, AVCTORE.

Superiorum permissu, & Priuilegio.



VENETIIS, M D C XII.
Apud Ioannem Guerilium.

IACTANTIA Est vitium inclinans ad declarandam inordinatè verbo propriam excellentiã.sic Nau. cap.23.num.11. Est autem mortalis quando aliquis se,vel suos laudat cum notabili irreuerentia Dei, aut scandalo proximi,vel cum notabili eius damno.Vnde asserens se, vel aliquem suorum, magnum esse legis peritum, cum notabili damno aliorum,est peccatum mortale. De Iactantia egregie Chrys. Hom.27.in Genes.hom.2.ad Timotheum,& alijs.Ant.par.2.tit.3.c.1.& 2. Greg. lib.14.Moral.cap. 23.

*IDOLATRIA. Oblatio turis quæ per manum violenter ab alio ad id adactam fit idolo,est actus omnino violentus, ac proinde nõ est peccatum.Qui autem ob metum, aut alias causas turificat idolo,aut consensit in aliquod opus infidelitatis exterius,est peccatum mortale:Sed nõ est censendus hæreticus,aut Apostata,nec est excommunicatus peccat item qui facit,aut reficit idola, aut idolorum fana. vel qui deliberate credit, quemcũque infidelẽ si bene moraliter uixerit,posse in sua secta saluari,aut cęli planetas,& gentilium idola habere aliquid diuinitatis,aut in cęlis regnare.

IEIVNIVM. De ieiunio Cõcilium Trid.pag. 309.vbi agit de delectu ciborum, & ieiuniis seruandis.

Additio ad num.10. De collatione serotina quoad quantitatem,tres, aut quattuor vnciarum,non improbat Auctor. quoad qualitatem concedit herbas, & fructus, non autem legumina,aut pisces.ego puto seruandã esse consuetudinem.vnde si consuetudo obtineret, ut comederentur etiam pisces,non esset improbandum, dummodo non excederet quantitas. An autem liceat collationem mane facere, & postea cenare ea hora,qua alii refectiunculam sumunt:non conueniunt Doctores;negat Nauar.cum alijs; affirmat Angles in 4.ar.2.diff.4. de ieiunio. probabiliorẽ puto esse sententiam Nauarræ quia hoc quod dicit non est cõsuetudine receptum, quæ plurimum valet in ieiunio, sicut,& in alijs omnibus.

IESVITAE originem trahunt ab Ignatio de Loyola Hispano, qui sibi adiunctis nonnullis alijs Iesu Christi commilitonibus in Italiam uenit;anno Domini 1537.vbi mirabilia per illos commilitones Deo operante fecit. Congregationem erexit quam appellauit Societatem Iesu Christi. Hanc congregationem confirmauit Paulus III. anno 1554. fuit denuo per multos Pontifices confirmata, innumerisque condecorata gratijs.

IGNORANTIA. Vt pertinet ad ingenij humani vitium,est quando quis non satis intelligit quid faciat, aut dicat. rectè distinguit auctor de ignorantia.Vt autem vno intuitu intelligatur quid dicendum de hac materia,ponam nonnullas Cõclusiones.Prima Conclusio est. Ignorãtia crassa, vel affectata sicut non excusat a culpa mortali, ita neque ab excommunicationis pęna pro culpa à iure,vel homine imposita excusat. Secunda Conclusio. Ignorantia inuincibilis, seu probabilis facti aut iuris sicut à peccato,ita etiam ab excommunicatione incurrenda excusat. Tertio. Ignorantia inuincibilis, seu probabilis circunstantiæ, vel qualitatis eius quæ speciem peccati constituit, aut grauiorem reddit, sicut excusat à culpa, sic excusat ab excommunicationis pœna, lata contra tale peccatum, ratione talis circunstantiæ. Quarta conclusio. Ignorantia inuincibilis Canonis,aut Statuti, aut Mandati pœnam excommunicationis inferentis, pro actu alioqui iure diuino minimè damnato, sed solum iure positiuo, à peccato, & à pęna excommunicationis excusat:& hoc siue sint Canones, & Statuta Episcopi, siue Papæ. Quinta. Ignorans inuincibiliter Statuta, & Canones Ordinariorum, seu inferiorum Romano Pontifice,quibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, aliquid iure Diuino, Naturali, aut Humano communi damnatum prohibetur, si contrafecerit, excommunicationis vinculo non innodatur. Sexta. Conclusio. Ignorans inuincibiliter Canonem Papæ excommunicationis pęnam imponentem pro delicto,lege alioquin Diuina damnato,quamuis sciat factum aliàs esse illicitum, malum, & damnatum, excommunicationem non incurrit si delectum illud commiserit.

ILLEGITIMVS. Illegitimi filij diuiduntur in quattuor species, ex Glos. in cap. Nisi cum pridem, §.personæ. In Naturales,sunt autem qui ex viro soluto & concubina vnica domi retenta nascuntur. Dicuntur autem Naturales, quod sola natura eos genuit, non honestas coniugij, ex Isidoro lib.6. Etymol.cap.5. in Nothos,sic dictos à nota,idest infamia,quia multum infamat hominem. Sunt autem qui nati sunt ex uiro coniugato, & quacunque alia concubina, aut femina soluta. Id autem discriminis est in Iure Ciuili inter hos duos, quod Naturalis potest succedere in bonis patris ab intestato, si alij non extent, nec coniunx legitima. C. de natur. libr. Authent. No-

thus

thus autem non succedit, ex Glos. & Panorm. in d.c. Nisi cum pridem, §. personæ, de renunciat. In Spurios; dicuntur autem Spurij à spurcitia incontinentiæ. Sunt qui incertum partũ habent, vel vt alii volunt ij dicuntur Spurii, qui ex coitu damnato nascuntur. Damnatus verò coitus dicitur, quotiescunque femina punitur aliqua lege humana propter coitum, ut sunt nati ex stupro, ex Sacrilegio, & Spurios nõ tenetur pater alere quantum ad Ius Ciuile spectat, secus vero de æquitate Iuris Canonici, cui standum, ex Glos. & Panorm. in d. cap. Romani Hyeroglificè Spurios duabus litteris significabant. S.P. idest sine patre. Manzeres vero dicuntur, qui ex viro soluto & scorto seu meretrice, vel alia quacunque femina fornicaria nascuntur. Meretrix autem dicitur, quæ palam libidinem exercens quæstum facit, cuiusque turpitudo publicè venalis est. c. Meretrices, dist. 32. q 4. de quibus omnibus reperiuntur hi uersus.

Manzeribus Scortum, sed mæcha Nothis dedit ortum,
Vt seges à spica, Spurius sic est ab amica,
Sunt naturales, qui nobis sunt speciales.

Hi omnes prohibiti sunt ordinari. Caussas affert Gregorius Sayrus de Censuris lib. 5. c. 10. in principio.

Additio ad num. 5. Circa illegitimos videnda est Constitutio Clementis VII. quæ incipit. Ad Canonum conditorem. & Concilium Tridentinum. Sess. 23. cap. 15. vbi filij illegitimi excluduntur à beneficijs, tam mediatè, quam immediatè. Vnde supra verbo, beneficium. Quãtum verò ad successionem Pius V. per Constitutionem declarauit, illegitimos inhabiles & prorsus incapaces. Quoniam verò inerat aliqua difficultas quo ad bona patrimonialia, Rota declarauit Constitutionem illam comprehendere non solum Clericos disponentes de bonis quæsitis ex fructibus beneficiorum, seu etiam de bonis patrimonialibus. Item laicos disponentes de bonis ab Ecclesia profectis, vt sunt emphyteusis & feuda Ecclesiastica, & bona quæsita ex pensionibus, quas laici aliquando obtinent ex priuilegio.

IMAGO. De Imaginibus definiuit Concil. Trid. Sess. 23. hæreticum esse qui dixerit sanctos non esse à nobis inuocandos, aut eorum preces apud Deum nobis non prodesse. Aut qui dixerit, Sanctorum reliquias, & imagines, non esse à nobis venerandas. Declarauit etiã, quod sicut honestum est, Sanctorum imagines. & maximè Domini nostri, eiusque matris habere & colere, ita etiam peccatum illas precari non honesta forma donare. Item, idolatriam esse, credere illis imaginibus inesse aliquam Diuinitatem, aut uirtutem, aut colere eas sicut tales, præter quam ad ea quorum imagines sunt repræsentandæ. Denique quod imagines inusitatæ non sunt in Ecclesia, nec domi habendæ sine approbatione Episcopi. De imaginibus vide Cath. Non habebis Deos alienos. Et in Oratione Dominica, §. Ne quis orandũ, num. 3. Ne agnus Dei minio inficiantur, nec venales proponantur, cauetur per Constitutionem Greg. XIII. publicatã die 11. Iunij 1577. De significatu, & eorum benedictione, habetur in lib. Cærimoniarum. Vrbanus V. misit ad Imperatorem Græcorum Agnus Dei his versibus additis.

Balsamus, & munda cera cum Chrismatis vnda.
Conficiunt Agnum, quod munus do tibi magnum.
Fonte velut natũ, per mystica Sanctificatũ.
Fulgura de sursum depellit, & omne malignum.
Peccatũ frangit, vt Christi sãguis, & angit.
Prægnans seruatur, simul & partus liberat.
Munera fert dignis, virtutem destruit ignis.
Portatus mundè, de fluctibus eripit undæ.
Morte repentina seruat: Satanæque ruina.
Si quis honoret eum, retinet super hoste trophæum.
Parsque minor tantum tota valet integra quantum.
Agnus Dei misere mei.
Qui crimina tollis miserere nobis. Amen.

IMMVNITAS. Quæ de immunitate Ecclesiastica tradita, & præcepta sunt à Sacris Canonibus in fauorem omnium personarum Ecclesiasticarum, innouat Concil. Trid. Sess. 25. cap. 20. mandatque exactè ab omnibus obseruanda.

IMMVNITAS III. num. 4. Quæritur. Circa immunitatem Ecclesiæ seruanda est Constitutio Gregor. XIII. in qua habetur, ne itnant Religiosi malefactores capi à ministris iustitiæ, nisi particularem afferant Episcopi, siue eius officialis licentiam. Violare immunitatem Ecclesiasticam, est peccatum mortale. & violatores Ecclesiasticæ libertatis, sunt excommunicati in Bulla Cenæ. Disputant Doctores, an gaudeant infideles immunitate Ecclesiastica. Nau. cap. 25. ait, non gaudere, nisi confugiant vt fiant fideles. Vide Couar. lib. var. resol. cap, 20.

Impvbes, etiam doli capax, licet in excommunication em iuris incidat argum. cap. 1. & cap. fin. & ibi, Glos. in verbo, pueris, de sentẽtia excom. à iudice tamen propter contumaciam excommunicari nequit: quia nec vim verborum præcepti iudicis, nec iudiciarium ordinem intelligere censetur: ideo neque de iure citari ad defendendum se, aut ad agendũ potest, ex Glossa loco citato.

Incendiarivs, dicĩt qui propria auctoritate ciuitatem, aut villam, domum, segetes, & similia aliena incẽdit, malo studio, ut odio, vel vindicta, vel animo iniuriandi, cap. pessimam, 23. q. 2. cap. si quis domum, Circa excommunicationem incendiarij nota quod licet Glos. in cap. Tua nos, in verbo, publicati, & ibi Panormit. de sententia excommunicationis, num. 2. Sylu. verbo, excommunicatio, 7. num. 13. §. Septima, cum multis alijs citatis à Sayro lib. 3. de censuris cap. 29. num. 8. dicant, incendiarios loci sacri ipso iure excommunicatos esse; incendiarios autem aliorum profanorũ locorum, excommunicandos per Episcopos, & postquam per Episcopum excõmunicati fuerint, non posse absolui nisi a Sede Apostolica. Mihi tamen placet opinio Nauar. cap. 27. num. 94. dicentis, nullibi excommunicari de facto incendiarios Ecclesiarum, sed solum in d. c. Tua nos, habetur, quod incendiarius excommunicatus & denunciatus ab Ordinario, non nisi à Papa potest absolui.

Incorrigibilis. Ad cognoscẽdum quis dicatur incorrigibilis, uarios modos tradunt Doctores. Et Primò, si reuertitur ad priora delicta, & in eis perseuerat, vel in aliis æquè grauibus. Secundò, est incorrigibilis si assignatũ locum pęnitentiæ deserat fugiendo. Tertio, si quis ter monitus, nõ desistat à criminibus pręteritis, vel etiam aliis similibus. Quarto, etiam in modo cõfitendi delictum suum, potest reus talia verba dicere per quæ appareat eum esse incorrigibilem: quia fortè non ostendit esse pęnitere de delicto, sed potius delere quod non fuerit perfectius perpetratum. Hæc colliguntur ex Panor. in cap. Cum non ab homine, num. 29. & Decio ibidem, columna vlt. & Maiolo lib. 5. de irregul. c. 16. num. 4. & alijs.

Indicivm, Secundum aliquos dr̃ signum alicuius maleficij commissi, vel notabile signum maleficij, vel alterius rei ad ueritatẽ habendã.

Num. 5. vt notat glos. in l. si quis. C. ad legẽ Iul. maiest. l. maritus, ff. de quæstion.

Indicium probatur etiam per unum testẽ omni exceptione maiorem, quando aliæ circumstantiæ non resistunt. Qualia autem debeant esse indicia, per quæ deueniri valeat ad torturam, Doctores omnes dicunt de hoc non posse dari certam doctrinam, sed committi Iudicis arbitrio. Vnde, malè faciunt nonnulli, dum iudices reprehendunt, quod sine sufficientibus indicijs, reos torqueri mandent. De indicijs & torturis locupletissimum Tractatum fecit Franciscus Brunus, & nonnulla scripsit Casonius, & Guido de Suzaria.

Indvlgentia. De Indulgentijs hæc definiuit Concilium Tridentinum, Decreto de Indulgentijs. I. declarat potestatem conferendi Indulgentias à Christo Ecclesiæ traditam. II. Damnat sub anathemate, dicentes Indulgentias aut esse inutiles, vel in Ecclesia non esse potestatem eas concedendi. III. In concedendis ipsis moderationem adhiberi cupit. IIII. Ad abusus omnes tollendos prauos quæstus pro his consequendis statuit omnino esse abolendos, cæteros, qui iam irrepserunt, statuit ab Episcopis colligendos, & ad Romanum Pontificem deferendos, cuius auctoritate statuatur, quod Ecclesiæ vniuersali expedire maxime videatur.

Additio ad num. 22. Cum in Indulgentia mãdatur, vt ieunent, & confiteantur peccata tua fideles, infra hebdomadam, vt die Dominico sequente immediatè communicent, satis erit confiteri die Dominico, & statim sumere Eucharistiam. Sic declarauit Pius V. viuæ vocis oraculo. Quando etiam in Indulgentia mandatur, vt tribus diebus ieiunetur, & fiat eleemosyna, satis erit facere eleemosynam ante communionem. Sic declarauit Greg. XIII.

Num. 24. Nau. Tol. lib. 6. cap. 25. Sotus in 4. q. 1. art. 4. asserunt etiam Concilium generale posse dare Indulgentiam plenariam Card. Bellar. li. 1. de Indulgentiis, c. 11. col. 2. hoc negat.

Infamia. Num. 2. Recte distinguit auctor infamiam in triplex genus; in infamiam iuris, facti, & iuris Canonici. Infamia iuris dicitur, cum quis committit delictum cui à iure imposita est infamia, & per sententiam condemnatur, aut in iudicio reus ipse crimen illud fuerit confessus. cap. qui in aliquo, dist. 51. Infamia facti est, cum quis committit delictum, vel factum, ita manifestum, ut apud homines bonos & graues reputetur infámis, cap. omnipotens, de accusat. Infamia iuris requirit sententiam condemnationis; Ad infamiam vero facti, satis est, vt delictum sit notorium. Infamia Canonica, incurritur

ob quodcunque crimen mortale argumento c. omnes vero, 6. quæst. 1. & 32. quæst. 5. cap. præceptum. Hæc infamia tollitur per cordis contritionem, & pœnitentiam absque vlla dispensatione. Infames Iuris Ciuilis, nisi in integrum restituti fuerint ab illo qui potest, sunt ipse iure irregulares, & priuati actibus legitimis. Infames iuris Canonici, sunt pariter irregulares, & pari ratione repelluntur ab ordinibus. Nota hic, quod aliquando non solum fit infamis ex proprio delicto, sed etiam ex alieno, vt filius, & nepos per lineam masculinam heretici damnati. Aliquando etiam fit infamis ex offō, vt sūt Mimi, Histriones, Ioculatores, Carnifices, Macellarij, Tabernarij, Caupones, Aurigæ. Sciendū preterea, aliud esse infamandum, aliud esse infamem: nam infamis dicitur, qui confessus fuit crimen, vel de eo cōuictus est in iudicio; vel cuius delictum notorium est in Ciuitate; infamatus autem dicitur, qui est publicè accusatus de aliquo crimine infami, sed nondum est vel conuictus illius criminis, vel crimen illud confessus, nec crimen illud notorium est notorietate facti.

An infamare seipsum sit peccatū mortale, quæri solet? Sunt Doctores pro vtraque parte. Hoc certū est, non esse in hominis potestate seipsum infamare, quando id vergit in damnū aliorum. Vnde prælatus, & alius quicunque, qui ex officio aliorum salutem procurare debet, peccat, si famam suam seu bonam existimationem non defendat.

REVELARE defectum naturalem, quidam aiunt esse peccatum mortale infamiæ, quidā negant, certè si defectus reuelatio grauem inferat infamiam, erit peccatū mortale. Prodere alibi publicè, & iuridicè infamatum, nō est peccatum mortale, nec ad vllam restitutionem teneris. infamato teneris restituere si sine tuo damno possis.

INFIDELES conuersi eorum locorum in quibus baptizantur ciues fiunt, retinentq; bona iustè possessa ex Paulo III.

INFIRMVS qui respuit remedium, solique prouidentiæ Diuinæ se committit, peccat mortaliter. Non peccat tamen, si se abstineat ob summam difficultatem edendi & sumendi pharmacum. Femina potest medico pudenda non ostendere ob amorem pudicitiæ, etiamsi hoc videatur ad sanitatem recuperandam necessarium. Nec tenetur infirmus ad aliam ciuitatē salubrē migrare, vel pharmaca emere pretiosa, satis .n. est, vti remedijs communibus.

INGRATITVDO. De ingratitudine illud benè notādum, quod ait auctor hic, num. 5. quod pauci aduertunt, quod. s. ingratitudo magni beneficij, ex contemptu, est graue peccatum.

INIVRIA. Num. 7. non tenetur quis remittere debitam sibi pro iniuria satisfactionem, immo vxor, filiusfamilias non emancipatus, seruus, & Religiosus, non possunt remittere satisfactionem iniuriæ sibi illatæ, ex Nauar. cap. 14. num. 25. Ad discernendum autem quænam iniuria sit peccatum mortale, nota, quod illa iniuria verborum omnis, & sola, est peccatum mortale, quæ fit animo notabiliter nocendi, quamuis non noceat, vel quæ notabiliter nocet, etiam sine tali animo: aduertendo vel aduertere debendo etiam notabiliter nocere. Vnde contumelia inter feminas, & viles personas raro erit mortalis, quando non nocent, & sæpe non intendunt nocere.

INOBEDIENTIA est speciale vitium inclinans ad non faciendum quod iubetur, eo principaliter quod iubetur. Vnde qui omittit facere id quod ad veniale solum obligat principaliter, eo quod iubetur, peccat mortaliter.

INQVISITIO, ex Soto est inuestigatio aut criminis, aut peccatoris occulti, quæ fit à prelato. Inquisitio est duplex, Generalis, qua prelati visitant prouinciam, aut Conuentum; Specialis, qua in particulari inquiritur vita, persona, aut de certo crimine. Ad id ergo quod quærit auctor, num. 10. an inquisitionem præcedere debeat infamia. Respondetur breuiter, & dilucidè quattuor Conclusionibus, quibus clarissima fiet tota hæc quæstio.

INQVISITIO specialis qua intenditur pœna delinquentis, fieri nequit, nisi infamia, & clamorosa insinuatione præcedente. Hæc Conclusio ab omnibus tamen Theologis, quam Iuris vtriusque peritis est receptissima. Quænam autem infamia sit sufficiens ad procedendum via inquisitionis, discrepant inter se Doctores. Placet opinio Soti, dicentis, infamiæ sufficientis indicium, sumendum esse ad arbitrium boni viri.

Secunda Conclusio. Inquisitio generalis iure fieri potest absque præuia infamia, aut auctore aliquo, aut denunciatore, quia hoc fit non ad petitionē partis, sed ex mero officio Iudicis: tenentur. n. magistratus & prælati Ecclesiastici statis tēporibus visitare prouinciā, aut Diœcesim. In illa autem inquisitione generali, solum potest cōpellere subditos ad denunciādum crimina in illis casibus, & eo ordine, quo ipsi tenentur extra visitationem.

Tertia

Tertia cóclusio. Inquisitio specialis in quibusdam casibus potest fieri absque infamia & clamorosa insinuatione præcedente, & absq; indicijs delinquentis.

Primus est quando in inquisitione non intéditur condemnatio aut pœna inquisiti, sed euitatio erroris aut damni: vt cum inquiruntur merita alicuius, antequam assumatur ad dignitatem; aut, cum inquiruntur impedimenta matrimonij.

Secundus casus est, quando quis publicè cófessus est crimen proprium extra ordinem iuris: nam propria confessio abunde suppetit pro infamia inducenda.

Tertius est, quando publicus officialis denunciat de crimine Reipublicæ periculoso, aut de crimine notorio, tunc denunciatio valet pro accusatione, & potest sine infamia fieri inquisitio.

Quartus est, cum iudex inquirendo vnum crimen, detegit aliud & vnum nó potest perfectè cognosci sine alio, tunc potest inquirere de illo, nam si sint omninò disparata, tunc incidens cognitio occulti criminis non dat inquirendi facultatem: nam si inquiritur de cócubinatu, & inueniatur occultus homicida, non potest de homicidio fieri inquisitio absque infamia & indicijs.

Quintum casum ponit Bart. & est, quando iudex in inquisitione generali comperit aliqué deliquisse, potest tunc ad specialem inquisitionem descendere, si crimen sit in perniciem publicam, aut in præiudicium tertij.

Sextus casus est, propter atrocitatem criminis, vt in crimine læsæ maiestatis.

Septimus & vltimus est, quando crimen cómissum esset in iudicio, aut in conspectu iudicis, vt de falso teste, & iniquo tutore, & calumniatore, quia huiusmodi crimina sunt in præiudicium tertij, quæ omninò sunt inquirenda & coercenda. Prima autem conclusio intelligitur de criminibus priuatis, & quæ non sunt in præiudicium tertij, vnde non contrariatur.

Quarta conclusio. Nullus conuictus de proprio crimine, debet interrogari de occultis socijs, quorum nulla est infamia, aut adsunt indicia manifesta. Hęc Conclusio est determinata in Iure Canonico. c. Cum monasteriú, de confess. & in Iure Ciuili, C. de accus. l. fi. ff. de quæstion. l. recepti, excipiuntur à Bartol. super dictam legem, nonnulli casus. Primus est, de latronibus, & furibus, quos licet interrogare de socijs. Secundò, qui monetam adulterant, aut falsam cudunt, de socijs interrogari debét. Ijdem etiam casus quos diximus supra excipi, excipiuntur etiam ab hac Conclusione. Imò quamuis non interrogetur, admonendus esset à Confessore, vt prodat socios, & si graue malum immineret in futurum nisi illos proderet, non esset absoluendus nisi illos manifestaret.

INSTITVTIO in beneficijs iuris patronatus, Episcopo reseruatur, ex Concil. Trid. Sess. 14. cap. 12. & sequenti; & Sess. 24. cap. 18. vbi habetur, quomodo ad alios aliquádo spectet: quomodoque facienda.

INTENTIO. num. 1. duplex est, actualis, & virtualis. Intentio virtualis, sufficit ad conficienda Sacramenta, & ad officium diuinum, & ad opus morale. Diuiditur etiam intentio in primariam & secundariam; Intentio secundaria non facit simoniacum, nec vsurarium, Nauar. cap. 17. n. 71.

INTERDICTVM II. num. 1. Interdictú quádo promulgatum est. Primo personæ illi subiectæ à quo latum est ad illud obseruandum obligantur.

Secundò obseruari debet etiam ab eo, qui illud tulit, si in eo loco reperiatur; & violando illud, grauiter peccat.

Tertiò debet etiá obseruari à personis qui eo conueniunt, vt habetur *in cap. licet, versic. ad ea tamen, de priuil. lib. 6.*

Quarto obseruari debet, nó solum à laicis, virum etiam à Clericis, argumento cap. nó est vobis, de sponsal. & c. quod in te, de pœnit. & remiss. Dubium est de religiosis, & ijs qui per priuilegia Apostolica sunt exempti ab Ordinarijs. Nihilominus dicendum est, etiam istos teneri ad obseruandum huismodi interdictú; & hoc habetur exprese in Concil. Trid. Sess. 25. de Regularib. cap. 12. & derogat priuilegijs religiosorú quoad hæc, & ét Mari magno, & in particulari meminit militię Hierosolymitanæ.

Interdictum III. num. 8. Interdictum tribus præcipuè modis suspendi potest. Primò generali priuilegio. Secundò, priuilegio speciali, seu particulari. Tertiò, Sententia iudicis Ecclesiastici. Primò modo suspenditur in Natiuitate Domini, Resurrectione, Pentecoste, & Assumptione B. M. Virginis, quibus festiuitatibus omnia Diuina officia apertis ianuis celebrantur. Intellige tamen, de interdicto generali: ná interdictum particulare his diebus non suspenditur, ex Nauar. cap. 27. nu. 173. Notat Palud. in 4. sent. dis. 18. q. 8. art. 2. Concl. 7. ꝙ licet officium solemnitatis communiter incipiat à primis Vesperis, in festis tamen Resurrectionis, Natiuitatis, & Pentecostes, officium inchoari putat

putat à Missa Vigiliæ. Sic etiam Tabiena interdictum 5. nu. 2. §. Primo Alphonsus Viuald. rationabile, & iuri consonum esse arbitratur. Sayro lib. 5. de Censur. cap. 13. probabile videtur, de festis Pentecostes & Natiuitatis, nõ sic autem de festo Paschatis. Generali etiam priuilegio suspenditur interdictum in festiuitate Corporis Christi, & per totam octauam, & in festo Conceptionis B. Mariæ Virginis, & per eius octauam, per Bullam Leonis X. Nauar. & Toletus docent, solum valere in illis Ecclesijs, in quibus dicitur officium Conceptionis ordinatum per protonotarium Leonardum Nogarolam. Tamen cum textus dicat, vt Missę celebrẽtur, & alia officia Diuina, sicuti prius, poterit celebrari etiam si alia Missa dicatur. Vide Henriquez lib. 13. de excom. & Interd. cap. 47.

Secundo suspenditur Interdictum, siue sit ab homine, siue à iure, speciali priuilegio; hoc autem priuilegium communiter concedi solet per Sedem Apostolicam, vt multa fuerunt cõcessa priuilegia Religiosis & Episcopis, circa celebrationem tempore interdicti. Vide Compendium Priuilegiorum, verbo, Interdictum, & Sayrum libro 5. cap. 8. Maxima difficultas est, an priuilegia religiosorũ quibus nonnulli Religiosi possunt in festis sanctorum sui ordinis, & eorum octauis in suis Ecclesijs & Oratorijs Diuina officia celebrare tempore Interdicti reuocata sint per Conc. Trid. Sess. 25. de Regularibus, cap. 12. Nau. tenet reuocata esse. Med. lib. 1. Instruct. Confess. cap. 11. §. 13. Henriquez loco cit. Emanuel Rodriquez in expositione Bullæ Cruciatæ, §. 5. num. 16. & Sorbus Cappucinus docent, reuocata non esse, nec esse contra concil. Trid. & Greg. XIII. solum reuocasse concessiones Pij V. quæ erant contra concilium, & non erant in vsu. Concilium autem Trid. non reuocat eo loci priuilegia specialia, sed generalia, quæ à nonnullis Religionibus prætendebantur se nullatenus scilicet teneri ad seruãdum interdictum etiam quod à matrice Ecclesia seruetur vt erant fratres Militię Ordinis S. Ioan. Hierosolymitani, ex cuiusdam priuilegij concessione; & fratres Minimi, ex concessione Leonis X.

Tertio suspenditur Interdictum per iudicis sententiam, vt Summi Pontificis, & etiam Legati Sedis Apostolicæ.

INTERDICTVM VI. nn. 7. Qualiter peccent laici transgrediendo interdictum, non conueniunt Doctores. Sayrus l. 5. de Censur. cap. 14. in his casibus putat laicos peccare mortaliter.

Primo, si sint aliqua causa celebrationis, scilicet præcepto, exhortatione, aut alio simili modo, tunc enim peccat mortaliter etiam si ipse non interesset.

Secũdo, si laicus sua præsentia esset fomentum clericis ad celebrandum, vt quando ex hoc quod laici concurrant ad officia Diuina, Clerici mouerentur ad ea celebranda.

Tertio, si ipsi laici in Ecclesia vel suis Oratorijs tempore interdicti localis, celebrent illa officia quæ Clericis sunt prohibita, vt si publicè in Choro dicant horas, &c. imo, hoc casu peccatum laici puniri potest à Iudice Ecclesiastico, vt notat Nau. cap. 27. num. 157.

Quarto, si ingrediantur ad interessendum diuinis, mentiendo se esse Clericos, aut priuilegiatos.

Quinto, etiam peccant mortaliter in quattuor casibus positis in Clem. Grauis.

Sexto quotiescunque excommunicatio lata est contra violantes interdictum, vel violari facientes, illud violando mortaliter peccãt. Quod etiam procedit in eo, qui sententiam contemnit, ratione scandali quod alijs prębet. De interdicto vide Sayrum toto lib. 5.

INTERPRETATIO. Ad coercendam ingeniorum petulantiam, Sancta Synodus Sess. 4. decreto de edit. & vsu Sacrorum librorum. Vt nemo suæ prudentię innixus in rebus fidei & morum ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium sacram scripturam, ad suos sensus contorquens contra eum sensum quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu Scripturarum Sanctarum, aut etiam contra vnanimen consensum Patrum, ipsam Scripturam interpretari audeat.

*INTERROGATIO. Pęnitens non est damnandus, eo quod malit de peccatis interrogari quam ipse referre. De peccatis carnalibus interrogationes debent esse moderatæ, ne pęnitentes doceantur ea, quæ nesciunt, sic Nau. cap. 6. num. 10.

INVENTA. Accipere res communes vt notat auctor num. 3. & 4. vt auis ferens lapides preciosos è littore maris, & thesauros & habitum pro derelicto, nõ est peccatum mortale. Illud addendum, quod ex coniecturis præsumitur aliquid esse derelictum, vt quando dominus tacet, & nõ quærit, vel iacet liber apertus in mari, in fluuio, tempore tempestatis, secus, si iaceat clausus etiam tempore tempestatis.

INVENTARIVM. Ne Sede vacante acta causarum

rum criminalium occupentur. Pius V. per constitutionem mãdauit omnibus Episcopis vtriusque Siciliæ, vt conficiant quotannis inuentarium actorum criminalium suæ curiæ.

INVIDIA est vitium inclinans ad tristandũ inordinatè de bono alieno, eo quod minuit suam excellentiam. Tristari eo quod Deus largiatur bona malis, est peccatum mortale, si fiat incusando Diuinam prouidentiam. Et similiter peccat mortaliter qui hac de causa proponit imitari malos, vt similis ei fortunarum copia eueniat.

INVOCATIO Dæmonum est duplex; Expressa, quando verbo vel opere imploratur auxilium Dæmonum. Tacita, quando quis enititur facere aliquid per caussas quæ nec suapte natura, nec ex dispositione Diuina aut Ecclesiastica possunt illud efficere, vel quando tales causæ tamquam necessariæ adiunguntur alijs quæ possunt talem effectum producere; exempla vide apud Nau. cap.11. numero 22.& num.25.30.& 34.

Ira est vitium inclinans animum ad appetitum inordinatum vindictæ. Peccat Ira qui deliberate vult vindictam notabile immeritã, vel maiorem merita, vel meritam auctoritate propria; vel cõtra iuris ordinem; vel principaliter in malum proximi, non in bonum iustitiæ.Nau.cap.23.num.115.

IRREGVLARITAS. num.7.Inter alia multa delicta, quibus iure Canonico irregularitas imposita est, merito annumeratur homicidiũ,& sui mutilatio,illicita.De quo homicidio hæc breuiter dicenda sunt. Primo,Quicunq. occidit vel membrum abscindit homini viuenti,est irrigularis. Secundo,Quicunque ad homicidium iniustum vel iniustam mẽbri abscissionem concurrit vt causa propinqua, irregularis erit causa propinqua ex Nau.cap.27.nu. 220. dictum vel factum alicuius, sufficienter directum in tales effectus inde sequutos, vel vt saltem actus sequatur. Tertio,Iudices,Prętores,& alij ministri & officiales iustitiæ,concurrentes ad homicidium. Quarto,qui percussit mulierem prægnantem, & est causa vt faciat abortum, irregularis est, si tamen fetus erat animatus.

Quoad irregularitates ex mandato prouenientes, Primo est irregularis præcipiens, aut mandans alicui vt alium occidat, vel etiã seipsum,vel mutilet, vel alio quouis modo deturpet. sic Maiol.lib.5.cap.48.§.2.num.7. Secundo præcipiens aliquem verberari, vel percuti illicitè,quamuis expresse inhibeat ne occidat, vel mutilet, irregularis est,si mandatarius excedens mandatum, illum mutilet,aut occidat. Vtrum autem idem dicendũ sit de eo qui mandat alium licitè percuti, vel verberari, vt pater,Auctor, verbo,Homicidium,1.q.7.ait esse irregularem.Contraria opinio est communis, scilicet in hoc casu nõ esse irregularem.& Nauar.cap.27.num.233.ait, Syluestri opinionem esse periculosam. Tertio non solum est irregularis præcipiens expresse sed etiam tacitè aliquem occidi. sic Nauar. loco citato.Maiol.loco item supra citato,Tabiena,verbo, irregularitas,2.§.tertio. Ludouic. Carrer.in pract.crimin.tit.de Homicidio, §.circa, nu.37. Marian. Socin.in cap.Ad audientiam,num.74.de mandante fieri homicidium ei cui erat facturus. Vide Sylu.verbo,homicidiũ,3.q.5.vers. Quartum. Irregularitas etiam incurritur ex cõsilio iniusto, & illicito. & ex promissione de qua tamen certa regula tradi non potest. Sayrus tamen lib.5.de Censur. cap.4. dat hanc regulam, vt quotiescunque omissio seu permissio est solum contra charitatem, non contra iustitiã,non incurratur irregularitas,licet omissio peccatum sit. Sin verò omissio sit cõtra iustitiam,qua quis vel ex officio,vel ratione obligationis, alium ex iuramento facto, à morte, vel mutilatione defendere tenetur,tunc incurritur irregularitas. Vide D.Thomam 2.2.q.62. art.7.ad 3.Sum. Confess.lib.2. tit.1.q.32. & q. 33.& Specul.tit.de dispens.§.iuxta vers.quid si potui.Sum.Corona tit.de irregul.num.14.Toletum lib.1.cap.29.Nau.cap.27.num.231.

Papa potest dispensare in omnibus irregularitatibus quomodolibet incursis. Episcopus vero in omnibus ex delicto occulto prouenientibus, ex concil.Trid. Sessione 24. de refor.cap.6.& Sess.14.cap.7.præterquam in homicidio voluntario; & Papa etiam difficile dispensat.Diximus præterquã in homicidio voluntario: nam Episcopus dispensare potest in irregularitate proueniente ex homicidio casuali,nondum deducto ad forũ contentiosum. Sic Nauar. cap.27. num.24. & cons.27.de homicidio.Poterit etiam dispensare cum illo,qui se defendens alium occidit,excedendo moderamen inculpatæ tutelæ. Sic Nau. locis cit. & Greg.de Valentia, tomo 4.disput.7.q.19.puncto 3.§.5. Et sic ferunt decisum in Sacra Pęnitentiaria.Maiolus,lib.5.cap.48. §.3.num.18. limitat de homicidio casuali occulto; non in casuali manifesto, quantumuis careat culpa, semper egebit declaratoria per commissionẽ Papæ committendam Episcopo, vel alteri delegato

legato, cum plena causæ cognitione. sic etiam Cosmus Philiarchus lib.4.cap.11.§.8.Ioannes Capanillus, De Casibus reseruatis.cap.3.q.3.§.2.& cap.10.q.3.

Difficultas est, an superiores seu Prælati Religiosorum dispensare possint cum suis subditis Regularibus in homicidio casuali, virtute suorum priuilegiorum. Petrus de Aragona, 2.2.q.64.art.8.in fine, & Salon ibidem, controuersia 4. inclinant in partem negatiuam. Contrarium tamen est dicendum cum Corduba, q.34.Alphon.Viuald.tract.Irreg.num.329. vbi citat etiam Didacum de Perez in Rubr.de Homicidio, tit.3.lib.8. & Henriquez, lib.14.cap.9.§.3.littera A.ait Regulares ita in Hispania practicare. Vide etiam Compẽdium Priuileg. Mendicãt.in verbo, Absolutio ordinaria, quoad fratres, num.40. vbi videbis varias concessiones Summorum Pontificum, concessas Regularibus, quibus possunt dispensare in irregularitate. De irregularitate, vide Sayr.lib.5. vbi locupletissimè tractat hanc materiam.

IVDEI. num. 2. Si cesset periculum non est mortale conuersari cum Iudæo; non licet tamen vti opera suorum medicorum iuxta constitutionem Greg.XIV.

Num.4. Zabarella tenet, quod nutrix Christiana, extra Iudæorum domos possit nutrire eorum infantes. Hoc negãt Ant.de Butr.Ioan. Andr.Abbas, & Azor.lib.8.cap.22.q.9.

Addit. num.9. Prohibendum illis est, vt omninò caueant, ne habeant rem cum muliere Christiana, quod si habeant, quæritur, qua pęna puniendi sint? Nonnulli tenent puniendos esse pęna mortis. Oldr.in cons.337.consuluit in fauorem Iudæi, non esse scilicet puniẽdũ pęna mortis, sed alia graui pęna citra mortem, testatur ipse, se vidisse in Ciuitate Auenionis, amputari virilia Hebræo pro isto crimine. Paulus Grillandus ait, attendendũ esse cõditionem personæ, maximè mulieris: nam si ista esset nobilis matrona, aut mulier honestæ conditionis, subornata ab ipso Iudæo, iste Iudæus deberet puniri pœna mortis, vel alia æquipollenti. Si autem mulier erat meretricula, non est puniendus tam graui pœna, sed pecuniaria, vel alia ad iudicis arbitrium.

Cæterũ, quare cum Iudæi sint peiores omnium infidelium, magis tolerantur eorum ritus, quam aliorum infidelium? Respond. quia in eis olim præfigurabatur veritas fidei quam tenemus; vnde prouenit hoc bonum, quod testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in figura repræsentantur nobis quæ credimus; quod in aliis infidelibus non contingit, vt benè dicit D.Thom.2.2.q.10.art.11.

IVDEX.I. Iudices & conseruatores à Sede Apostolica deputati, si in altero Iurium graduati non fuerint, assessorem partibus non suspectum ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti, assument, & secundum eius relationẽ iudicare tenentur, ex Leonis X. Decreto. Vide in Bullario, fol.188.

Addit.num.17. Iudex qui vt malè iudicet, accipit pecuniam, non tenetur restituere, ex Nauar.cap.17.num.28. sed tenetur restituere si accepit vt iustè iudicet. Iudex indebitè inquirens, tenetur ad omnes expensas, & interesse partis indebitè vexatæ, & maximè quando apparet de culpa iudicum, l. filiusfam. ff. de iud. De peccatis Iudicis vide Nau.cap.25.num.12. vsque ad num.27.

IVDEX.II.num.5. Omnino tenenda est sententia auctoris, quod scilicet Iudex potest & debet iudicare secundum allegata & probata. Ratio est, & efficacissima, quia Iudex gerit publicam personam, & secundum scientiam publicam debet iudicare. Quod si quis obiiciat quod iudex videatur peccare cum faciat contra propriam conscientiam, iuxta illud Pauli ad Rom.14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. idest, omne quod est contra conscientiam peccatum est, vt exponunt D.Th.Ambr. & alij. Respõd. illud intelligendum esse de conscientia practica, non de speculatiua, ut tradit Sotus, & Couar. Regula, peccatũ, tertia parte in initio, num.4.& Medi.de restitutione. q. 10. Quod si iudex habeat illam conscientiam practicam, tenetur deponere, alioquin peccaret. Quod si quis quærat, an quẽadmodum iudex inferior non potest iudicare secundum scientiam priuatam, sed debet sequi scientiam publicam, ita etiam princeps teneatur sequi sciẽtiam publicam. Respondeo, non esse eandem rationem. Vnde princeps potuit secundum priuatam scientiam liberare innocentem: cũ enim princeps sit solutus legibus, & recta ratio & ius directiua potius conueniat, vt innocentem liberet, licitè id faciet. Ita Alciatus c.1. num.89. de officio Ordinar. Couar.lib.1.variarum resolut c.1.num.7. debet tamen Princeps vt scandalo occurrat, publicè asserere se esse certum de innocentia rei, sic Caiet. 2. 2.q.67. art.2.& in Summa, verbo, Homicidium.

IVDICIVM. Præter significata iudicij allata ab auctore, dicitur etiam iudicium temerariũ, cum vel iudicatur ex actu bono, malum, vt si quis v.g. iudicaret religiosum toties peccasse

mortaliter quoties confitetur; vel cum in actu indifferenti suspicatur malum, vt si quis virum bonæ famæ videns loquentem cum muliere secreto, damnaret illum statim peccati mortalis, est peccatum mortale. non semper tamen suspicari erit peccatum mortale: nam in signis probabilibus malum iudicare peccatum mortale non est. erit autem peccatum mortale, si ex leuibus iudices malum grãde de proximo, Sic Bannes, & si iudicium temerarium verbis explicatur, restituenda fama.

IVRAMENTVM I. num. 1. & 2. Ad rationem iuramenti non requiritur ut fiat tactis Euangeliis, aut aliis scripturis, aut alia re sacra, ex Alciato, in Rubrica de iureiurando, num. 19. est tamen congruum ut hoc modo fiat ad hominum terrorẽ, qui temerè iuramenta violare non erubescunt, & tunc grauius erit periuriũ si non obseruetur factum cum tali solemnitate, ratione scandali; Vnde Augustinus epist. ad Publicolam, 154. quanto id per quod iuratur maius est, tanto maior est pęnale periuriũ.

IVRAMENTVM II. num. 1. Non solum est licitum iurare, sed aliquando tenetur aliquis iurare ad liberandum innocentem à morte, vel pro aliquo magno publico bono; Ita Sotus lib. 8. de iustitia, & iure, cap. 20. q. 1. art. 2. Couar. 1. parte, §. 6. num. 3.

Additio ad num. 3. periurus nõ potest repelli à iuramento nisi sit denunciatus in iudicio de periurio. Periurus autem in vno loco, potest iurare ĩ alio. Nota quod auctor affert multa alia genera personarum quibus iurare licitum non est, quod hoc intelligendum est de iuramento solemni ad publicum testimonium.

IVRAMENTVM IIII. num. 2. Iuramentũ promissorium potest esse inualidum quattuor modis. Primo, quando fit de re impossibili. Secundo rõne difficultatis in eo explicando. Tertio Quando fuit factum sine deliberatione. Quarto, Quando non fuit cum debita maturitate factum. Iuramentum ergo de re impossibili non obligat. Secundo modo obligat, sed est sufficiens causa ad petendam relaxationem, & ille ad quem spectat relaxatio non debet esse difficilis ad concedendam talem relaxationẽ. Tertio modo, non obligat quando ille non est actus moralis, cum non adfuerit deliberatio. Quarto modo obligat, sed habet iustam causam petendi relaxationem.

IVRAMENTVM. V. num. 3. Episcopus potest tantum relaxare illa iuramenta in quibus si fieret uotum, posset dispensare. Ex quo fit, ut non possit relaxare iuramenta Religiosorum, & priuilegiatorum, quia nec etiam habet ius dispensandi in uotis.

Num. 7. Parẽtes possunt relaxare iuramẽta filiorũ in illis casib. in quib. si filij contraxissẽt, aut si vouissent parẽtes possẽt irritũ facere talẽ cõtractum. Hinc & quod iuramẽta facta à filiis de ingrediendo Religionem ante 14. annũ, possunt relaxare, 22. q. 5. Canone, Pueri, ex quo infertur, dominos respectu seruorum, maritum respectu vxoris, posse relaxare iuramenta quæ ad ipsos pertinent. Aliæ autem personæ possunt relaxare iuramenta quæ sunt in proprium fauorem facta. Quicunque etiã potest relaxare iuramenta promissoria, potest etiam illa commutare, ratio est: quia qui potest minus, potest etiam & maius.

Contra iurare facientes illicita, aut impossibilia, aut Ecclesiasticæ libertati, aut Concilij Triden. Decretis contraria, est excommunicatio Greg. XIII. Vide Sayrum lib. 3. de Censur. cap. 3. num. 9.

IVRISDICTIO. nu. 2. Alijs etiam modis acquiritur iurisdictio. Et primo, ipsa electione ad aliquam prælaturam, cui annexa est iurisdictio spiritualis in foro exteriori, & tunc cum ipsa prælatura acquiritur iurisdictio ordinaria in subditos.

Secundo per superioris delegationem iurisdictio excommunicandi, aliasque censuras ferendi acquiritur: hæc autem iurisdictio nec ordinaria est, nec ita late patet, sicut illa, sed in ordine ad illos solum est quos respicit ipsa delegatio.

Tertio iurisdictio acquiri potest prescriptione, vt colligitur ex c. Duo simul, & ibi Panor. num. 2. de offic. iud. ordin. cap. cum contingat. ad quam tamen præscriptionem faciendam requiritur vt eis aliqua ratione præsit in quos hanc potestatem præscribit.

Quarto acquiritur consuetudine ex cap. Dudum, §. sed cum in iure, de elect.

Quinto acquiritur priuilegio, vt habetur. c. cum contingat, & ibi Panormitanus. num. 4. de præscript.

Sexto comparatur iurisdictio ratione delicti in suo territorio commissi. c. postulasti, & ibi glos.

Septimo comparatur iurisdictio subiectione, si quis enim se alicui iurisdictionem ecclesiasticam excommunicandi habenti subijciat ratione spontaneæ subiectionis, ab eo excommunicari potest: & sicut limitata est iurisdictio quantum ad personas vt non possit excõmunicare non subditum: ita etiam quantum ad ter-

territoriũ suæ Diocesis, vt nõ possit in subditũ in loco nõ subdito exercere suam iurisdictionem. Sunt tamen etiam aliqui casus, in quibus ẽt extra diœcesim potest exerceri iurisdictio.

Primus est, quando crimen inchoatur, vel completur intra territorium excõmunicãtis.

Secundus est, quando reus, licet delictum commisit extra territorium excommunicantis, conuenitur coram suo prælato intra territorium.

Tertius est, quando subditus cõmisit delictũ in suo territorio, & postea in aliud fugit, si citatus per iudicem vbi degit, comparere recusat per iudicem in cuius territorio delictum commissum est excommunicari potest.

Quartus est, vt si statuto caueatur, vt quicũque delictum fecerit, vbicunque illud fecerit nisi infra mensem a die criminis commissi coram iudice delicti compareat, vel corã notis sit excommunicatus; talis delinquens licet nõ ligetur ratione furti non committendi, quia est factum negatiuum in territorio alieno, ligatur tamen excõmunicatione: quia non comparuit. vide Marcum Statorium Marscotum in repet. c. vt animarum statuto nu. 16. de consti.

IVS PATRONATVS. num. 1. Ius patronatus esse quid spirituale alij aiunt, alij negant. alij esse partim temporale, partim spirituale. gl. 1. quæst. Quod autem, & 16. q. 7. & cap. 16. de iure patron.

De iure patronatus multa statuit concilium Trid. Sess. 14. cap. 12. & Sess. 25. cap. 9. vbi habetur ius patronatum ex fundatione, vel dotatione esse debere, probandum authentico documento, & in alios non transferendum. Insuper statuit quod abrogatum esse censeatur: & a quibus, & qualiter præsentatio, & eius institutio fieri debeat.

Additio ad nu. 8. præsentatus si non est idoneus, potest ab episcopo repelli ex concilio Sess. 24. quod si laicus nõ præsentet intra quattuor menses, aut clericus intra sex menses, c. si laicus, de iure patron. lib. 6. a vacatione, Episcopus prouidet. Iuri patronatus nõ derogatur nisi specialiter dicatur & si est Rex: Dux, aut Marchio, horum mentio facienda est.

* Ius prout hoc loco accipitur, est quædã facultas quam quisq. habet ad aliquã rem acquirendam, & est duplex in re perfecte, & est illa quæ acquisita est per dispositionẽ inter viuos, vel vltimam voluntatem, collationem, confirmationem & aliũm modum legitimum. secundo in re imperfecte, & est illa quæ habetur per promissionem iustam, emptionem, stipulationẽ, oppositionẽ, cõcursum, expectatiuã, primogenituram, legitimam, vel alium titulũ legitimũ, qui non dat ius perfectũ per quod acquiritur bonum, sed quoddam imperfectũ per quod acquiritur aliqua actio, vel officium iudicis ad iure petendum. Ius in re, nec ad rem in officijs, & beneficijs publicis, nõ acquiritur regulariter loquendo ex iustitia distributiua. Nau. c. 17. num. 67. & 73.

IVSTITIA ex sexto Eth. est habitus quo iusta operamur, & volumus. vnde quotiescunq. iniuste aliquid agitur, & peccatur mortaliter, & oritur obligatio restituẽdi. ratio est: quia restitutionis necessitas nascitur ex violatione legum iustitiæ veræ, & specialis, quæ transgressio per se ordinatur ad obligationẽ rei alienæ.

LAICVS. De laicis statuit concilium Trid. Sessione 21. c. 1. illos nullo diuino præcepto, sicut nec clericos non consecrãtes obligari ad Eucharistiæ sacramentum sub vtraque specie sumendum: neque vllo pacto salua fide dubitari posse, quin illis alterius speciei cõmunio ad salutem sufficiat. & Sess. 23. cap. damnat dicentes semel rite ordinatos, iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministeriũ non exerceãt.

LATRIA. n. 11. §. 6. cõc. Trid. Sess. 13. de adoratione quæ sanctissimo Eucharist. Sacramẽto debetur, hæc declarat cap. 6. Si quis dixerit in sancto Eucharistiæ sacramento Christum vnigenitum Dei filium non esse cultu latriæ adorandum: atque adeo nec festiua peculiari celebritate venerandum, neque in processionibus secundum laudabilem, & vniuersalem Ecclesiæ sanctæ ritum, & consuetudinem solemniter circumgestandũ, vel non publice vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores esse idolatras: anathema sit.

Additio ad num. 4. non solum sancti viri, sed etiam mali honorari debent dulia. non quando in actu sũt peccati, quia apparet aliquid in eis honori contrarium: sed ante, vel post illis debet dulia exhiberi, quia nescitur in quo statu sint. vide D. Tho. in 3. distinctione 9. art. 4.

LATRO. De latrone, & fure vide Nau. c. 15. num. 2. cap. 23. num. 58. alijsque numeris.

LAVDEMIVM non tenetur soluere donans, sed solum vendens. sic Nau. cap. 23 num. 26.

Laus est sermo elucidans magnitudinem alicuius virtutis. Honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ absolute. Fama est attestatio popularis de re aliqua. Gloria uero est clara cum laude notitia. Reuerentia est animi reputatio qua bonitas alterius magni fit. Appetitus horũ suapte natura ne-

neque est bonus, neque vitiosus, sed indifferens, erit autem mortalis ex Nauar. cap.23. nu.9. vel cũ contẽnitur laus de gratia Dei gratũ faciente manans, vel in eo finis vltimus cõstituitur, vel in finẽ mortaliter malũ refertur.

Legatvm. Concilium Trid. Seff.25. cap.4. dat auctoritatem Episcopis in Synodo diœcesana, Abbatibus, & Generalibus ordinum, in Capitulo generali statuendi circa legata quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire.

Additio ad num.4. Nicolaus III. declarauit legata quæ fratribus Minoribus in pecunia relinquuntur, valere, modo per amicos spirituales in fratrum necessitates cõuertantur, & sint in quantitate moderata, & non in fraudẽ paupertatis. quantitas autẽ moderata a ministris, & custodibus cum discretione diudicanda. quod si aliquid supra moderatam quantitatem relictum fuerit, fratres tale residuum nec petere, nec exigere debent, donec alia superuenerit necessitas. quod si legatum fuerit eis relictum ad certam causam, si aliquid supersit, non debet accrescere hæredi, sed pro defuncti anima in aliam fratrũ necessitatẽ cõuerti debet. sic Anchar. in Clem. Exiui. Idem dicendum est si legãtur fratribus res immobiles, vt domus, ager, vinea. possunt enim ea acceptare eo modo quo & pecuniaria legata. Annui etiam redditus cum inter immobilia computentur, non interdicuntur fratribus, debet tamen talis redditus simpliciter legari, absq. eo quod annuatim soluatur. Sed quod si aliquid annuum non in perpetuũ, (nam perpetuũ interdicitur fratribus,) sed ad certum tempus legetur, Bart. ait debere fratres abstinere, quia repugnat eorũ mendicitati. Corduba q.11. in exposit.6. cap. Reg. dicit fratres esse capaces huius legati, si sit ad modicum tempus: modicum autem tempus erit, si nõ fiat legatum vltra decem annos. Idem dicas de anniuersarijs defunctorum: si enim detur eleemosyna pro dicẽdis missis, poterũt illam recipere si sit ad breue tempus, & quid exiguum. Federicus de Senis consi.22. & alij, tenent quod si quid annuũ in perpetuum ad diuinum cultum sit relictum, vt vinum pro sacrastia, farina pro hostijs &c. a fratribus recipi posse. ratio est: quia non prouidetur Fratrum necessitati, sed Ecclesię. Vide Cappucini annotationes ad Compendium Priuil. verbo, Legatum.

Legatum. IV. n.1. Adde quod legata pia facta tantum corã duobus testibus, valida sunt, nec statutũ in contrariũ validũ erit: quia prę-iudicat libertati Ecclesiæ. sic Nauar. cap.17. num.117.

Legatum. IV. nu.12. Legatũ profanum princeps non habens superiorẽ in temporalibus, potest in alium profanum vel pium vsum conuertere.

Quæritur hic quid dicendum, si factum fuerit legatũ Beatæ Mariæ? & in eo loco sint plures Ecclesiæ B. Mariæ Respon. in hoc casu Episcopus diudicabit. Sic gl. Ioan. An. in c. iudicante, de test. Host. in Summa, eo. tit. §. fin. Si vero legatum sit factum simpliciter, debetur parochiali.

* Legatus. In conc. Trid. Seff.24. c.20. Legatis etiã a latere Nuncijs, Gubernatoribus, Ecclesijs, aut alijs quarumcunque facultatum vigore mandatur, vt non solum Episcopos in causis criminalibus, aut matrimonialibus impedire, aut aliquo modo eorum iurisdictionem ijs præripere, aut turbare non præsumãt; sed ne cõtra clericos, etiã aliasue ẽt personas Ecclesiasticas nisi epo prius cõmonefacto, eoque negligente procedãt, aliàs eorũ processus ordinationesq. nullius momẽti sint, atq. damni satisfactionem partibus illati, dare teneantur. In admittendis autem tam appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus post appellationes, seruare tenentur formam, & tenorem sacrarum cõstitutionum, & præsertim Innoc. IV. quę incipit: Romana. quacunq. consuetudine etiam immemorabili, aut stylo, vel priuilegio in contrarium non obstantibus, aliter inhibitiones, & processus, & inde secuta quæcunque, sint ipso iure nulla sunt. Seff.22. cap.7.

Legitimvs. vide verbo, Illegitimus.

Legitima portio num.2. In legitimam imputatur donatio facta filio propter nuptias, et patrimoniũ, vt sacerdos fiat. Couar. in c. Raynaldus, de testam. §.2. num.7.

Additio ad num.5. filius non perdit legitimam ob crimen patris læsæ maiestatis, sed perdit eam ob hæresim patris dãnati. Nec filia dotata, si non renunciauit expresse, potest petere supplementum legitimæ. quo casu cõputanda erũt omnia ei a patre data occasione matrimonij, exceptis ad vsum quotidianum necessarijs, quod si renũciauit legitimę; eamque renunciationem firmauit iuramento, tenetur iuramentum seruare, nec potest quicquam amplius petere. De hac re multa Mol. dist.177.

Lepra. nu.6. Leprosus nullo modo ordinari debet, nec quidẽ vt inter leprosos celebret. Quid

quod si promotus fuerit non debet coram sanis celebrare, quamuis non sit nimia deformitas; posset tamen in occulto celebrare. sic Say. de Censuris lib.6.num.7.

Sed quid de ijs qui morbo Gallico laborát? ego dicerem cum Say.li. eod. quod cum de ijs nihil sit expressum in iure, hoc Episcopi arbitrio relinquendum, qui diudicare debebit vtrum morbus ille tantam causauerit deformitatem, quæ vel promotionem, vel executionem ordinum impediat.

Lex.q.5.Bullam pontificiam in Romana curia promulgatam etiam antequam in prouincijs promulgetur legis vim habere, asserũt hoc loco Syl. Nau.conf.1. de const.q.4. Azor. q.3. Negát Butrius, Ioan.de Ligna.Zabar.in c. cognoscẽtes, de Constit.Sotus lib.1. quæst.1. artic.4. Prima sententia videtur probabilior, tum per rationes Syluestri, tum quia consuetudine receptum videtur, vt sine vlla in prouincijs promulgatione sufficiat Bullam in curia Romana promulgatam esse. ignorantes tamen eam inuicibiliter, excusantur à peccato.

Additio ad num.6. Bene dicit auctor, quod lex vt obliget debet esse approbata, & suscepta. cui adde, quod tũc lex dicitur approbata, cum maior pars populi illam acceptauit. vnde si maior pars obediat, minor peccat infringendo legem.

Additio ad num.5. Bene dicit auctor, quod ad iustitiam legis requiritur iustitia secundum omnes causas. Vnde potest dici, quod illa lex erit iusta, quæ lata fuerit ab habente potestatem, & ob vtilitatem publicam, non contraria diuinæ, & naturali, seu supernaturali legi, & ecclesiasticæ, & sit subditis æqualis. Iniusta autem erit, lata a non habente potestatem, & quæ principaliter est facta in vtilitatem priuatam; aut est inæqualis subditis; aut deniq. contraria legi diuinæ, naturali, siue ecclesiasticæ.

Num.7. Leges ciuiles non obligant nisi post duos mẽses integros a promulgatione. Auctor tenet obligare etiam ante duos menses in foro conscientiæ scientes talem legem. contrariam sententiam puto veriorem, quæ est etiam Nau. cap.23.num.44.

Num.8. sententia Syluestri hoc loco videtur nimis dura, & rigida, quare ab omnibus merito reijcitur, dum ait omnem transgressionem præcepti siue humani, siue canonici, siue ciuilis, esse peccatum mortale; si tamen velimus ipsũ excusare, possumus dicere, sumpsisse prę- ceptũ antonomasticè, more D. Thomę, vt tantum significet obligationem in re graui.

Quæritur hic, quomodo cohæreãt inter se ea quæ diximus. s. legem post promulgationẽ sufficientem obligare, & tamen transgressores à culpa si ignorát inuincibiliter excusari. Respon. id facile potest intelligi hoc exemplo. Sit lex, vt nullus audeat accipere beneficium hoc modo, aliter ipsa collatio sit nulla. si quis, verbi gratia in Hispania acciperet beneficium illo modo prohibito, non peccaret, quia excusaretur ignorantia inuincibili, tamẽ illa collatio esset nulla, quod nõ potest aliunde cõtingere, nisi quia lex obligat. Hoc quod diximus, intelligendum est de legibus positiuis: nam transgressio legis diuinæ, & naturalis, nõ excusabit transgressores, quia non potest prętendi ignorantia. vnde ignorantia rerum fidei, est vincibilis, & proinde peccatum mortale.

* Libri prohibiti. Extat index librorum prohibitorum cum regulis confectis per Patres a Trident. Syn. delectos, auctoritate Pij IV. primum editus, quem Sixtus V.P.M. auxit, & nunc demum fuit Clemen. VIII. iussu recognitus, & publicatus, adiecta instructione de prohibitione exequenda, deque sinceritate emendandi, & imprimendi libros.

* Litaniae. De Litanijs obseruandum est Decretum Papæ Clementis VIII. vide Summam bullarum verbo, Litaniæ.

Lis. Peccat mortaliter qui paciscitur, vel transigit in causa criminali; secus si cessat scandalum. Item peccat mortaliter, cum obligatione restituendi, qui accipit aliquid vt discedat à lite iniusta. vti autem instrumentis falsis in causa iusta, est pecatum, sed nulla nascitur obligatio restituendi.

Litterae. Litteras alienas aperire non licet, & eas legere mortale est, nisi sit scribẽtis superior, aut faciat scribẽtis ratihabitione, aut inaduertẽter, aut si cõtineant res parui momenti, aut habeantur pro derelictis aut sint inimici a quo possit timeri aliquod malũ; aut illæ referẽtur ob curiositatem; sine intentione lædendi notabiliter, aut sine probabili periculo mittentis. Qui autem inuenit aliquã schedulam cuius initium scriptum est, memoria peccatorum, vel aliquid simile, peccat mortaliter si eam legat. De litteris Apostolicis vide Nauarr. capitulo vigesimoseptimo, numero 62.

Locvs. Vide, verbo, ecclesiæ immunitas. Dormitorium religiosorum est locus sacer quoad immunitatem: sed non est locus sacer ita vt fornicatio in eo facta sit sacrilegium.

Lo-

LOCATIO, Num.2. Beneficiarius non potest fructus sui beneficij in plures quam in tres annos locare, aut in emphyteusim dare, alioquin peccat & est excommunicatus per Extrauag. Pauli II. Nauar. cap.25.num.130.& cap.27.num.149. unde non est tenēdum quod ait Syluester hoc loco, beneficiarium posse locare fructus beneficii nouem annis.

Addit. Num. 2.§. Quintum, cum non liceat locare domum alicui si credatur ea principaliter vsurum ad peccatū mortale, sequitur nullum esse peccatum locare domum meretrici non eo fine vt meretricetur, sed eo fine ut in ea viuat.

LVDVS. Ludum agitationis taurorum non obstante motu Pij V. putat Nauar. esse licitū, si fiat sine probabili periculo, quia tūc inquit cessat ratio legis. Greg. XIII. ad instantiam Philippi II. Regis Hispaniarum abstulit censuras contra permitentes, aut aggredientes.

Addit. ad num.4. putat Syl. ludere aleis causa lucri magni, etiam laicis esse peccatum mortale. Nauar. de solis clericis censet affirmandū, etiam si exponant bona patrimonialia, & hoc dicitur probabilius. An autem qui perdit ludēdo, data fide desoluendo, teneatur soluere, nō conueniunt Doctores. ait Med. q.22. Alphon. de Castro lib. 2. de lege pœnali. c. 1. Bannes, & alij, negāt. Sotus Couar. Mol. d.515. num.5. cū allijs multis. ego nisi iurasset se soluturum, dicerem fortassis non obligari ad soluendum.

LVXVRIA, est vitium inclinans ad inordinatum appetitum vsus venereorū, & est peccatū capitale, & contrarium asserere est hæreticū.

Addit. ad num.6. Raptor est qui extrahit feminam inuitam de domo patris, vel qui violēter extorquet copulam siue sit virgo vel non. Contra raptorem statuit Concil. Trident. sequens decretum.

Decernit sancta synodus inter raptorem, & raptam quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta a raptore separata, & in alio loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorē habeat: nihilominus raptor ipse, ac omnes cōsilium, & fauorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatū incapaces, & si clerici fuerint, de proprio gradu decidāt. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, siue eam vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

Addit. ad num. 7. contra Clericos nefandi criminis reos, præterea quæ statuta sunt in Cōcilio Lateranensi sub Alexandro III. in c. Clerici, de excessibus prælatorum, grauatæ sunt etiam pœnæ per duas Constitutiones Pij V. in quibus habetur. Omnes, & quoscunque Presbyteros, & alios Clericos seculares, & Regulares cuiuscunque gradus, & dignitatis, prædictum crimen exercentes, omni priuilegio clericali, & omni dignitate, & beneficio ecclesiastico præsentis Canonis auctoritate priuari: Ita vt per iudicem ecclesiasticum degradati, potestati sæculari statim tradi debeant. vbi notat Sayrus, de Censur. lib. 7. c. 12. num. 23. hanc constitutionem nō intelligi de laicis. Secundo non intelligi de eo qui semel aut bis, aut ter in prædictum crimen inciderit, sed de eo qui cum vsu quodam continuato prædictū crimen exercet. Quod si quis quærat ab ipso, quisnam dicendus sit hoc crimen exercere? hoc arbitrio boni, & prudentis viri relinquendum putat. Notat tertio, intelligi de coitu siue cum masculo siue cum femina fiat extra vas naturale, quia ex communi sentētia Doctorū, siue cum masculo siue cum femina fiat, dicitur Sodomia.

Dubium graue est inter Doctores, an pœnæ huius Constitutionis incurantur ipso facto, in foro conscientiæ, ante vllam sententiam a iudice latam. Nauar. cap.27. nu.250. dubius est, & inclinat in partem affirmatiuam: contrariā sententiam secutus est Henriquez lib. 14. c. 5. §.1. Toletus in Sum. lib.1. cap. 74. Graf. par.1. lib.2. decis. aurear. decis. 90. num.5. quia hęc cōstitutio recepta in foro interiori non videtur. Hæc sententia probatur Sayro, & inquit sententiam Nau. esse nimis rigidam, & rigorosā, sed dato quod dicta constitutio esset recepta in foro etiam interiori, tenetur ne Clericus tali vitio irretitus, statim commissa culpa dimittere beneficia, officia, & dignitates ecclesiasticas absque eo quod præcedat Iudicis sententia? Respond. non teneri: quia non tenetur esse executor dictarum pœnarum contra seipsum, ex communi sententia, ut per Symanc. de Cathol. instit. cap.9. num.209. Nauar. in commēt. de dat. & promis. notabili 31. nu.52. in fine. Molina in tract. de iustit. disp. 96. Gutier, lib.1. can. 9. cap.1. sub num.12. concludit, quod sententia tenentium contrarium est a communi Theologorum, & Canonistarum explosa.

Magister. De magistris nihil tangit author. vnde addendum, quod Concil. Trident. Sess.5. cap.4. de refor. statuit hæc primo, quod habens beneficium cui annexum onus est prælegendi

sacram Scripturam cogatur, legere per se si est idoneus, alioquin per alium eligendum ab Ordinario, & quod posthac non conferatur nisi idoneo ad id faciendum pure. Secundo, quod in omnibus Ecclesijs cathedralibus, & collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, in Monasterijs quoque Monachorum, & conuentibus mēdicantium, sacræ Scripturę lectio habeatur; in ecclesijs uero tenuioris prouentus, sit saltem magister qui gratis grammaticā doceat. Tertio, quod docentes sacrā Theologiam, & in publicis scholis eam discentes, priuilegiis omnibus de quinquennali fructuum in absentia perceptione a iure communi concessis gaudeant; quod idem dicendum est de eo qui legit Canones, & de eo qui eos audit, ut cēset Nau. cap. 25. num. 38. Quarto, quod nemo ad huiusmodi lectionis officiū admittatur, qui nō prius ab Episcopo loci de vita, & moribus, & scientia fuerit approbatus, & examinatus.

Sed quæret quis, quot modis potest peccare magister? Respond. multis modis potest peccare. Primo, cum petit aut accipit lauream Theologiæ, Canonū, & facultatum aliarum, & nō meretur. Secundo peccat, cum sit professor legum aut medicinæ. Admittit religiosos, & sacerdotes ad suam lectionem, aut clericum habentem aliquam dignitatem ecclesiasticam, & est excommunicatus. cap. 2. ne Clerici vel Monachi. Tertio peccat magister cuiuscunque facultatis etiam Theologiæ, qui admittit aliquem religiosum in suo habitu sine licentia superioris, aut cum licentia, sine suo habitu, & est excommunicatus ob participationem in crimine, secundum sententiam D. Anton. 3. p. tit. 14. Quarto peccat qui docet principaliter ob humanam gloriam, id quod principaliter institutum est ad diuinam gloriam. vel qui docet in scholis in peccato mortali notorio, secundum Sanctum Anton. par. 3. tit. 5. c. 2. §. 10. quod forte dictum D. Anton. limitandum esset ad eum qui legit sacram Scripturam, quia ibi est magnum scandalum. & ita sentit D. Th. quoad sacram Scripturam in 4. d. 19. q. 2. art. 2. ad quartum, & Nau. cap. 25. Quinto peccat, qui docet falsa in notabile damnum temporale, aut spirituale auditorum. Sexto peccat, qui docens subtilia, magis quam vtilia nocet notabiliter auditoribus. Septimo peccat, qui docet male sine mortali. Octauo peccat, qui statuta a se iurata non seruat. Nono peccat qui cum sit examinator, indignum laurea probat, aut dignum reprobat, aut alio modo illicito quempiam ad consequendam lauream impedit, cū obligatione restituēdi. Decimo qui per se aut per alios inducit auditores alterius Doctoris, vt eum non audiant, cum notabili damno profectus eorum, vel honoris Doctoris, cum obligatione restituendi. sic D. Anton. p. 2. tit. 2. c. 2. §. 1. Vndecimo peccat, qui crudeliter discipulos castigat, cum solum leuis castigatio sit permissa. can. Presbyterum, de homicidio. Duodecimo peccat, qui habet stipendium publicū, vel beneficium ad id collatum, & exigit aliquid ab auditoribus etiam prætextu cuiuscunque consuetudinis. Decimotertio peccat, qui canonicatum, aut præbendam, aut aliud beneficiū cum pacto docendi in scholis suscipit, & est Simoniacus. Nau. c. 23. nu. 100. Decimoquarto, qui tamdiu festis diebus legit, ut probabiliter credat auditores ob id Missam omissuros. Decimoquinto, qui facit seruari festum nō seruandum, cum damno auditorum. Decimosexto peccat, qui legit scientias reprobatas, ut Necromantiam, & alias similes, & qui legit scholaribus libros ex professo tractantes de rebus lasciuis. alij vero libri, qui quamuis turpia habeant admixta, etiam habent plurimam vtilitatem, legi possunt, dummodo omittantur ea quæ turpia sunt, aut ita obscuere tangantur, ut uix ea Auditores percipiant. nec arbitror huic quod diximus esse contrarium Cōcilium Trident. reg. 7. de lib. prohib. nam si res turpes demantur, non video vllum inconueniens quin legi possint.

MALEFICIVM quoad cōiugatos, vide matrimonium, & quoad maleficos uide tit. superstitio.

MANDATVM. De mandatis Euāgelii & Decalogi statuit hic Concil. Trid. sess. 6. de iustificatione, quod si quis dixerit Dei præcepta homini etiam iustificato, & sub gratia constituto, esse ad obseruandū impossibilia: anathema sit.

Secundo quod si quis dixerit nihil præceptum esse in Euangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera; aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos: anathema sit.

MANDATA vero de prouidendo, tolluntur ab eodem Consil. Sess. 24. de refor. cap. 19. hoc Decreto, decernit sācta Synodus mandata de prouidendo, & gratias quæ expectatiuę dicūtur, nemini amplius, etiam Collegiis, Vniuersitatibus, Senatibus, & aliis singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio quouis colore concedi, nec hactenus cōcessis, cuiquam vti licere. Sed nec reseruationes mentales, nec aliæ quæcunque

gratiæ

gratiæ ad vacatura beneficia, nec indulta ad alienas ecclesias, vel monasteria alicui etiam ex S.R.E. Cardinalibus cócedantur, & hactenus concessæ, abrogatæ esse censeantur.

Maritvs, vsurpans bona paraphernalia vxoris, & peccat mortaliter, & tenetur restituere. nō tñ quæ bene, vel male consumpsit de lucris communibus, quoniam illa sola quæ tempore diuortij inueniuntur, lucrifacta censentur. Lucra reliqua licet pro dimidio in lucrū cesserint vxori, tñ lucro cedunt reuocabiliter. Nau.c.17.nu 153.&155. peccat etiam mortaliter, si sine iusta causa prohibet vxorem audire missam, vel ieiunare diebus de præcepto, vel si atrociter eam percutiat vel dicit ei conuitia notabilia, aut aliquod verbum licet non iniuriosum, animo tamen conuiciandi notabiliter. Nau.cap.14.num.19. De donatione a marito facta de bonis immobilibus sine consensu vxoris, vide Nau. loco cit.

Martyrivm. Adde, quod martyrem tenetur eripere qui potest, & carnifices qui martyres occidebāt non excusabātur a peccato mortali, quia apparebat iniustitia manifesta. Proles occisa ī vtero matris, saluat illo martyrio.

Matrimonivm, I. est Sacramētum quo fit maris, & feminæ coniunctio indiuiduam retinens cōsuetudinem. Circa matrimonium definiuit sub anathemate Conc. Trid. Sess. 24. hæc sequentia. I. quod matrimonium est proprie, ac uere Sacramentū a Christo Domino institutum. II. quod confert gratiam. III. quod non licet Christiano habere plures vxores, quia prohibitum est per legem Diuinam. IV. quod non solum gradus consanguinitatis, & affinitatis in Leuitici cap. 18. expressi possunt impedire matrimonium, & dirimere contractum: sed etiam alia impedimenta ab ecclesia statuta. V. quod potest Ecclesia in aliquibus illorū graduū Leuitici dispēsare. VI. qđ potuit ecclesia cōstituere impedimēta dirimētia matrimonium, & quod nullatenus errauit in hoc. VII. quod matrimonium non potest dissolui, neque dissoluitur propter hæresim, vel molestā cohabitationem, vel absentiam affectatam. VIII. quod matrimonium ratum nō consummatum potest dirimi per solemnem professionem religionis alterius coniugum. IX. quod nō errat Ecclesia, docendo matrimonij uinculum non dissolui per adulterium, & neutrum etiam innocentem, posse altero viuente matrimonium contrahere. mœchariq; eum qui dimissa adultera aliam duxerit, & eam quæ dimisso adultero alii nupserit. X. quod non errat Ecclesia quæ propter aliquas causas separat coniuges quoad torum, vel cohabitationem ad tempus certum, vel incertū. XI. quod Clerici sacris initiati, vel regulares post solemnē professionem castitatis, non possunt contrahere matrimonium, & si contrahant, non tenet: quia obstat eis lex Ecclesiastica & uotum solemne emissum: neque per hoc vllo modo damnatur matrimonium. XII. quod non possunt omnes contrahere matrimonium qui castitatem vouerunt, etiamsi non sentiant se eius donum habere. XIII. quod status coniugalis nō est anteponendus statui virginitatis, vel cęlibatus. XIV. quod prohibitio solemnitatis nuptiarum, certis anni temporibus non est superstitiosa nec tyrannica. XV. quod non sint damnandæ benedictiones, nec aliæ cærimoniæ quibus Ecclesia vtitur in matrimoniis. XVI. quod causę matrimoniales spectant ad iudices Ecclesiasticos. Hæc non credens, peccat mortal. & est hæreticus.

Num. 3. Nunc ex Conc. Trid. requiritur præsentia parochi, & duorum vel triū testium alioquin nihil fit.

Matrimonivm. II. nu. 2. Adde quod diximus iam quod causæ matrimoniales, &c.

Num. 3. Nunc filij duorum compatrum possunt liberè contrahere. vnde discursus auctoris alio exemplo probandus. Circa autem matrimonia clandestina statuit Concil. Trid. Sess. 24. cap. 1. errare dicentes quod matrimonia clandestina ante Concil. Tridentinum non erant valida; vel quod filius non potest sine cōsensu parentum contrahere; vel quod parentes possunt illud irritare. II. quod matrimonia clandestinè contracta quamuis valida fuerint ante ipsum concilium, tamen contrahere illa semper fuit detestabile. III. Præcipit sācta Synodus ut in posterum antequam matrimoniū contrahatur, ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesijs inter missarum solemnia publice denūcietur inter quos sit matrimonium cōtrahendū: quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur, vbi parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: (Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij & Spiritussancti, Amē.) vel aliis vtatur verbis iuxta receptum vniuscuiusque prouinciæ ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiose impediri posse, si tot præcesserint denunciatio-

ciationes: tunc vel vna tantum denunciatio fiat, vel saltem parocho, & duobus vel tribus testibus præsentibus, matrimonium celebretur; deinde denunciationes ante consumationem in ecclesia fiant, vt si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit ut prædictæ denunciationes remittantur: quod illius prudentiæ, & iudicio sancta Synodus relinquit. Qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, vel ordinarii licentia, & duobus, uel tribus testibus matrimonium contrahere attẽtauerint, eos sancta Synodus ad sic cõtrahendum omnino reddit inhabiles, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, et annullat. IV. Quod quicunque sacerdos sine licentia parochi coniunxerit matrimonio aliquos, maneat suspensus, donec ab ordinario, qui coniungere debebat, absoluatur. V. Parochus contrahentium, & testium nomina, & matrimonij cõtracti locum describat, & librum apud se custodiat. VI. Quod contrahentes antequam contrahant, vel triduo ante consumationem matrimonij confiteantur, & communicent. VII. Quod laudabiles consuetudines, & cærimonias quas vltra prædictas circa hæc quæque prouincia habeat, adhuc seruent, & retineant.

Num. 6. Iure antiquo verum erat accedente consensu per verba de præsenti inter præsentes, vel per procuratorem inter absentes, matrimonium, & sacramentum, nunc per Conc. Trident. non erit matrimonium.

MATRIMONIVM, II. num. 15. nunc per Concil. Trident. loco cit. quocunque affectu sequatur copula, non erit matrimonium.

MATRIMONIVM III. nu. 9. ista quæstio post concilium non habet amplius locum: nam si millies præstetur consensus, non erit matrimonium absque requisitis ab eodem conc. loc. cit.

MATRIMONIVN IV. num. 9. consiliũ quod traditur hic ab authore nihil prodest: cum contrahere clandestinè sit omnino prohibitum, & huiusmodi contractus sint annullati per Concil. Trid. loco cit.

MATRIMONIVM. VII. nu. 2. Impedimentũ feriarum mutatum est & restrictum a Concil. Trident. Sess. 14. cap. 10. ab aduentu ergo Domini nostri Iesu Christi vsque in diẽ Epiphaniæ, & a feria quarta cinerum vsque ad octauam paschatis inclusiuè, antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari præcipit. sancta Synodus: in aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit.

MATRIMONIVM, num. 3. §. limita. si liber, cõtraxit cum serua, & postea sciens conditionem seruilem, consentit verbo vel copula carnali, est matrimonium. Hoc dictum Sylu. uerũ erat ante Concil. Trid. post vero falsum, nisi primo contraxerunt cum præsentia parochi, & testiũ: Nam si quis contraxit matrimonium cum prædicta solemnitate, postea animaduertat per aliquod impedimentum non fuisse matrimonium, satis erit vt ablato impedimento, priuate requirat denuo consensum mulieris, simulque ipse consentiat. sic declarauit Pius V.

Num. 7. tota cognatio spiritualis redacta est per Concil. Trident. ad solam eam quæ est inter patrinum, & baptizatum, patrem, & matrem baptizati, & inter baptizantem, & baptizatũ, & patrẽ, & matrẽ baptizati vnde cessat iã fraternitas, & cõpaternitas inter baptizãtẽ, & patrinos, & reliqua omnia. Hæc cognationis spiritualis restrictio intelligenda est etiã in ea quæ oritur ex Cõfirmatione, & cathechismo.

Num. 11. Vis, & violentia impedit matrimonium, & licet postea cesset uiolentia, & consensus liber sit, non erit matrimonium, etiam si millies cõsentiat, nisi adsit præsentia parochi, & testium.

Num. 15. Recte dicit Syl. quod affinitas contrahitur tam per copulam licitam, quam per copulam illicitam. Notandum tamen est quod affinitas orta ex copula illicita, ut diximus, verbo, affinitas, non extenditur ultra secundum gradum, vnde reliqui, tertius scilicet & quartus, nullo modo impediũt, unde in his potest liberè contrahi. sic declarauit Pius V.

MEDICVS, num. 3. Vltra decretum Concilij Lateranensis relati in c. cum infirmitas, de pœnit. & remis. adest Constitutio Pij V. Romæ publicata die 11. Mar. 1566. de admonendo statim ęgro, ut idoneo confessori omnia peccata sua iuxta ritum S.R.E. confiteatur. Quod si non faciat, tertio die elapso amplius eum non uisitet nisi differat confessionem de consilio confessoris. quod non habet locum ex Nau. cap. 25. num. 60. quando manifestum est morbum nõ esse periculosum, imò quamuis sit periculosus, si moneat parochum, vel infirmi curam gerentes, quia credit infirmo nociturum si ipse id ei dicat.

Præter hanc constitutionem de medicorum officio, extat altera Greg. XIII. quod medici Hæbrei, vel infideles ad christianam curam nõ admittantur.

Num.4.putat Syl.hoc numero,nō licere medico dare medicinam matri,ut eius vitam seruet, si ex illa medicina secuturus sit abortus. Hanc sententiam sequitur etiam Nau.c.25.nu.62.Hæc sententia licet communior,nō placet, nam licet non possit propinare pharmacum per quod directe excludatur,aut occidatur fętus,quia est intrinsece malū,vbi occisio est innocentis,est tamen licitum & ab omni scrupulo liberum, agere ad salutem matris pro se, & directe,etiamsi inde sciatur futura fœtus suffocatio, & mors:quia mater non potest aliter vitam seruare.probatur hęc sententia.Primo:q͂a si matri prægnanti occurrat taurus,aut aliqua fera,licet illi currere velociter,etiamsi euidenter sciret statim secuturum abortum;quod si illi licet fugere,potuit etiā sumere pharmacū, & medicus porrigere.Secūdo, certum est licere innocentes etiam cognitos occidere, cum immixti sunt nocentibus, ad uictoriam consequendā;ergo multo magis licebit ad seruandam vitam pharmacum prægnanti propinare quia utrumq.est per accidēs. Legatur Bannes, 2.2.q.44.art.1.dub.11.in medio,& q.64.art. 2. de Homicidio,sub finem.

Petrus de Aragonia.2.2.q.64.art.7. Lopez cap.17.casu ultimo.Ad ratione quæ solet afferri ex.D.Paulo,quod non sunt facienda mala, ut eueniant bona.Respond.quod non licet facere malum,ut eueniat bonum: licet tamen facere bonum,quamuis sequatur malum,ut hoc casu fit.

MENDACIVM.nu.3. de re leui, etiam in iudicio,est solum peccatū veniale. sic Sotus, de ratione tegendi secreti.Nau.cap.25.num.3.

MENDACIVM de veniali in confessione, vel de mortali aliàs legitimè confesso,non est peccatum mortale.tamen,si nullum aliam prębet materiam absolutioni,nisi mēdacium,erit peccatum mortale.

MENDICANTES possunt habere bona immobilia,exceptis illis qui dicuntur Fratres Minores Sancti Francisci de obseruantia, & Capucini ex Concil.Trid.Sess.25.de Regularibus cap.3.

*MENSA qualis debeat esse sobrietas, & frugalitas mensæ Episcoporum, vide Concil. Trid.Sess.25. de reform.cap.1.& Sessione 2.

MENSIS.Dissentiunt inter se Doctores qualiter numerari debeat mensis,si cępto iā mense quis in censuram incidat; & quot dies pro mense computari debeant;alij enim triginta, & vnum diem,alij triginta,alij viginti,& octo pro mense numerandos censent. Auctores numerantur à Baldo,in l.101.§.si autem,nu.9. communior, & receptior sententia est,ex Sayro,de Censuris,lib.4.cap.8.in huiusmodi casibus computandum mensem secundum popularem modum computandi. Vnde,si quis v.g. suspendatur per mensem, computabitur à die in quo lata est suspensio, vsque ad eundem diē in ordine mensis sequentis.Idem etiam dicendum est de computatione anni.

*MERCENARIVS dicitur, qui mercede conductus est. Peccat qui non soluit mercenario diarium suum in ea re quam debet. Suscipiens autem mercenarium nullo statuto pretio,tenetur tantum soluere,quāti alium similē conduceret. Conductus diario, tenetur laborare fideliter,& si non laborat ob quod conductor damnificatur notabiliter, tenetur restituere damnum ad arbitrium boni viri. Nau.cap.17. num.197.

MERETRIX. Non solum meretrix non tenetur restituere ea quæ etiam per blanditias obtinuit sine fraude ab amico potente donare,sed nec etiam quæuis alia mulier,etiam religiosa.Promissio facta meretrici de dando pretio pro actu turpi,non est valida in foro interiori,bene tamen in foro exteriori.

MERITVM duplex est, de condigno, & est *actus humanus bonus*, factus ab eo qui habet gratiam Dei gratum facientem, & meretur gratiam,& gloriam æternam.Meritum de congruo, est actus humanus bonus, factus ab aliquo extra gratiam Dei existente, cui de quadā congruitate,& secūdum quid, debetur aliqua merces spiritualis,vel temporalis. Nauar. Pręlu.7.num.3.

METVS, num.1.Metus iustus,est metus cadens in virum constantem, & est ille quo eligitur minus malum causa vitandi maius.

Num.8.§.secundo. Metum qui cadit in constantem virum,irritare matrimonium certum est. Dubium est, an metus reuerentialis sicut annullat professionem pueri,irritet etiam matrimonium. Asserit Nauarrus, cons.10. De ijs quæ vi.&c.negat Couar.§.6.num.358.nisi metus cadens in constantem virum cum eo coniunctus sit.

MILES. Non tenetur abstinere miles a militia,quamuis sit ei occasio peccandi tenentur autem milites restituere damnum hostibus datum sine voluntate præsumpta principis. Miles fidelis,infideli Principi in bello iuste seruire potest. Sic Nauar. cons.3. de Iud.num.3. ex cap.Iulianus.

*MIRACVLA. Nulla noua miracula admittenda

cenda sunt; nec nouæ reliquiæ recipiendæ, nisi prius fuerint ab Episcopo approbatæ ex concil. Trid. Sess. 25. cap. Mandato. §. illud verò, in fine.

Missa est actio qua ex institutione Christi Domini nostri in memoriam passionis eius, panis, & vinum in eiusdem Corpus, & Sanguinem consecrantur, & sub eorundem specie Deo offeruntur. Circa Missam definiuit Conc. Trid. sub anathemate ex sequentia.

Scilicet hæreticum esse dicere, non offerri in Missa idē Sacrificium incruentū quod in cruce fuit oblatum incruentū. Aut in Missa non offerri verum, & proprium sacrificium; Aut quod offerri in ea sacrificium, nō est aliud quam nobis Christum dari ad manducandum. Vel, Christum non fecisse Sacerdotes Apostolos per illa verba: Hoc facite, &c. Aut, Missæ Sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis; vel nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium; vel solum prodesse sumenti; neque pro viuis, & defunctis pro peccatis, pęnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus offerri debere. Aut, blasphemiā irrogari Christi sacrificio in cruce peracto, per Missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari. Aut, imposturam esse Missas celebrare in honorem Sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda. Aut, Canonem Missæ errores continere. Aut, cęrimonias, & vestes esse malas; Aut, Missas in quibus solus Sacerdos communicat, illicitas esse. Aut, quod nihil submissa voce dicendum sit in Missa. Aut, lingua tantum vulgari celebrari debere. Aut, aquam non miscendam esse vino in calice offerendo. Aut, non esse optimū omnium pro animabus Purgatorij suffragiū.

Num. 5. Quod dicit Sylu. hic, firmatur Decreto Concil. Trid. quod scilicet nulla Missa dicatur extra Ecclesiam, aut Oratorium, quod non subiaceat visitationi Epi, vel Ordinarij.

Num. 6. In Concilio Trid. cauetur, ne Sacerdotes alijs quàm debitis horis celebrent, neue ritus alios vel cęrimonias, aut preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas quæ ab Ecclesia approbatæ ac frequenti vsu, & laudabili receptæ sint, Ac quarumdam Missarum, ac candelarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quam à vera religione inuentus est, omnino ab Ecclesia remoueant. Multa Priuilegia de hora dicendarum Missarum concessa sunt Religionibus, vide in Compendio priuilegiorum, verbo, Missa.

§. Quartum. Celebrare ante matutinas horas, non esse mortale, putant viri docti; tamen quod sit peccatum, vrget auctoritas Innocentij IV. qui litteris seu Bullis ad Tusculanū Apostolicæ Sedis legatum in Regno Cypri, inquit Sacerdotes autē dicant horas Canonicas more suo, sed Missam celebrare priusquam matutinale officium compleuerint non præsumāt.

Additio ad num. 7. Nonnulli casus enumerati ab auctore iam cessant, maximè de habente duas Ecclesias, quod non licet, post Concilium Trid. Pręcdicti autem casus omnes intelliguntur semper, dummodo purificationem calicis non sumpserint.

Missa II. num. 5. Iam consuetudo obtinuit, vt quisque audiat Missam vbi magis sibi libuerit; Immò Episcopus non potest cogere ad audiendam Missam in parochia, vel Concionē, ex Congregatione Concilij. Et Leo X. statuit sequens Decretum. Auctoritate Apostolica tenore præsentium notum facimus, omnes Christi fideles vtriusque sexus, qui non contempto proprio parocho in Ecclesijs Ordinū Mendicantium Dominicis, & alijs festiuis diebus, audierint Missas, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missa audienda, nec aliquam labem peccati mortalis, pœnamve propterea incurrere.

Misericordia est virtus moralis, inclinans ad miserendū ordinatè patientis aliquod malum, vel defectum, & ei subueniendum. Misericordiæ opera sunt septem corporalia, contenta in illo versu declarato per D. Tho. 1.2.q.31. art.2. Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Et septem spiritualia contenta in altero versic. Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora.

Mollities prout est species luxuriæ, est grauissimum peccatum, & vt Card. Toletus ait in Sūma, maior pars hominum damnatur propter hoc peccatum. Ad vitandum hoc vitium nullum maius remedium quam otium fugere, & honestis incumbere exercitationibus; Multam enim malitiam docuit otiositas. Hinc illud tritissimum Nasonis. Quæritur Ægistus, quare sit factus adulter. In promptu causa est, desidiosus erat.

Monachus. Exempti omnes, tā Clerici sęculares, quam regulares quicunque etiam monachi ad publicas processiones vocati accedere debent, ijs tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt ex Conc. Trid. sess. 25. cap. 13.

Monasterium. Pius V. per suam Regularium Constitutionem, reuocauit omnes licen-

tias ingrediendi Monasteria quorumcunque Regularium Ordinum, etiam Mendicantium quibusuis mulieribus concessas. Vide eam in Bullar. fo.952. Huius Constitutionis declarationem habes apud R.P.F. Hieronymũ a Sorbo, Ordinis Cappucinorum, in Compendio Priuileg. Fratrum Minorum, & aliorum, in verbo, ingredi Monasteria.

MONASTERIA Monialium. Quantum attinet ad clausuram Monialium, vltra Constitutionem Bonifacij VIII. in cap. vnico, de statu Regularium in 6. & Concilio Triden. Sess. 25. cap. 5. de Regular. extat etiam Constitutio Pij V. Romę publicata de qua vide fol. 930. in Bullario. In prædictę Constit. maiorem declarationem aliam Constit. edidit Greg. XIII. in Bullario, fol. 1205. Hæ duæ Constitutiones cum aliquorum dubiorum discussione, & resolutione declarantur à Nauar. in cap. Statuimus, nu. 54. & ab Emanuele Roderic. tomo 1. Regular. q. 44. art. 3. & 4. Decreto insuper Cõcil. Trid. Sess. 25. de Regul. cap. 5 prouisum est his verbis. Ingredi intra septa Monasterij nemini liceat, cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus, vel Superior licentiã debet in casibus necessarijs, neque alius vllo modo possit, etiam vigore cuiuscunque facultatis, vel indulti hactenus cõcessi, vel in posterum concedendi. Per Decretum autem & Constitutionem Greg. XIII. nec ipsi Superiores possunt ingredi monasteria extra casus necessarios; nec licentiam habentes ingrediendi monasteria, ingredi possunt extra casus necessarios; Quod si ingrediantur, incurrunt excommunicationẽ latæ sententiæ, Summo pontifici reseruatam, cum priuatione & inhabilitate; & extenditur etiam ad moniales admittentes, per alteram Constitutionem Greg. XIII. publicatam Romæ, die 24. Iunij, 1576. in Bullar. fol. 1229.

De puellis autem quæ educationis causa solent introduci in Monasteria, extat declaratio Congreg. Concilij, non prohiberi nimirum Decreto Concilij Trid. quo minus puellæ in Monasterijs Monialium educentur, si tamen eadem Monasteria ante Concilium consueuerint huiusmodi puellas recipere. In Monasteria vero eo vestitu intromitti debent, qui virginali pudori, ac modestiæ conueniat, nullamq; famulam secum adducere. In eis manere possunt vsque ad ætatis suæ annum 25. nec vltra. In eis, dum erunt, eandem tenentur seruare clausuram, quam Moniales ipsæ: & si semel exierint, nullam habent ad ea reuertendi facultatem. In Monialibus autem Minimorum, non possunt recipi, nisi ibi tradantur educandæ, & instituendæ, vt in eis fiant Monachæ, modo habitum non induant ante annum 12. expletum, secundum Conc. Triden. Sess. vltima, de Regul. cap. 17.

MONETA prout est quædam merx vendibilis est, non tamen vt pretium est. Vna autẽ moneta potest septem de causis vendi pluris, vel minoris, quam alia. I. ob Diuersitatẽ metalli. II. ob Diuersitatem bonitatis eiusdem metalli. III. ob Diuersitatem formæ, ac ponderis. IV. ob Diuersitatem locorum. V. ob Reprobationem totalis, vel partialis. VI. ob Temporis, diuersitatem. VII. ob Copiam, vel defectum. Absentia tamen vel præsentia copia vel defectus sunt, non sufficiens causa, q᷈d citius, vel tardius danda sit, vel accipiẽda.

MONITIO. In cap. Sacro, de sent. excom. Simpliciter prohibitum est ne feratur excommunicatio sine præuia monitione vel citatione. Felinus tamen, & alij, nonnullos casus ponunt in quibus licitè, & impune omitti poterit admonitio.

Primus est, quando excommunicatio fertur pro delictis notorijs. Secundus est, quando est periculum in mora, quia tunc quis poterit excommunicari sine monitione. Tertius, quãdo fertur excommunicatio generalis pro futuris culpis, quod locum habet, quãdo fertur per modum Statuti, vel iuris. Quintus est, quando delictum commissum in pręsentia Iudicis, tunc enim opus non est admonitione. Sextus est, quando is qui excommunicat, aut censuram fert, merus, & simplex executor est. Septimus est, quando Iudex excommunicat, excommunicatum a iure, propter idem delictum. Vide Sayrum lib. 1. de Censur. c. 12. n. 16.

MONOPOLIVM faciens, peccat mortaliter, vt & impetrans à Principe priuilegiũ ne certi generis merces vendantur ab alio quam ab ipso, in notabile damnum, & detrimentum populi, ex Nauar. c. 23. num. 92.

MORA. Additio ad nu. 1. Qui mala fide retinet rem alienam, semper est in mora. Nauar. c. 17. nu. 10. Vnde qui sine causa non restituit statuto die, vel cum primum scit, vel scire debet, rem esse alienam, dicitur esse in mora restituendi, ibidem nu. 80.

MONS pietatis. Montes pietatis liciti sunt, & contrarium prædicantes, excommunicationis

nis latæ sententiæ pœnam incurrunt, per Constitutionem Leonis X. vt in Bullario fol. 189. Hanc Constitutionem declarat Nauar. in Manuali Confess. cap. 17. nu. 213. & Ioan. Lup. in Repetit. c. Nauiganti, Commentario 3. §. 3. de Vsuris fol. 117. extat etiam Tractatus Cardin. Caiet. de Monte Pietatis.

MORTVORVM commemoratio. Defunctorum commemorationem semper fieri præcipit Sancta Synodus Sess. 25. cap. 4. pro ijs qui pro suarum animarum salute legata ad pios vsus reliquerunt.

MORTIS artic. Vide in 1. par. Artic. mortis.

MVLIER nō peccat mortaliter quæ se ornat ob solam vanam gloriam, sine alio malo fine, quamuis credat aliquem ob id concupiscentiam mortalem concepturum. Secùs si se ornat per contemptum salutis animæ proximi, ex Nauar. cap. 24. in fine.

Mulieres ob Clerici percussionem excommunicatæ cuiuscunque conditionis sint, ab Episcopo absolui possunt. Huius rei caussam. vide apud Sayrum lib. 3. de Censuris. cap. 28. nume. 18.

Multitudo. Multitudini secundum iura condonatur delictum. Hoc fallit in septem casib. Primò, nisi multitudo defenderet ex quadam auctoritate delictum suum, vt tenet glos. in c. Commessationes, 44. dist. Secundò, nisi esset delictum maximum, vt voluit Archid. Tertiò, nisi esset multitudo Religiosorum, vt tenet Host. in c. Ea quæ, de statu Monach. Quartò, nisi loquamur de pœna æterna, Glos. in c. Denique. Quintò, nisi esset non commissum, sed committendum, vt voluit Bart. in §. nonnumquam. Sextò nisi cessaret scandalum, quia illo cessante potest puniri. Gloss. in c. Latores. Septimò, nisi in multitudine essent aliqui principaliores, quia illi poterunt, secundū Glos. in d. c. Latores, puniri.

MVNVS. Papa Clemens VIII. per suam Constitutionem interdixit largitionem munerum Regularibus vtriusque sexus, in Summa Bullar. verbo, Munerum largitio. In Concil. Trid. Sess. 24. c... mandatur visitatoribus ne in visitationibus munus accipiant.

MVTILARE. Mutilatio propriè, & strictè sumpta est amputatio membri, vt tenet Glos. in c. accusasti, in verbo, debilitatus, nō inutile reddere, vt tenet Sylu. hoc verbo, alioquin secundum eius opinionem nullus per mutilationem incidet in irregularitatem: quia ad eā incurrendam non satis est membrum inutile reddere, quia membrum debilitatum non definit esse membrum. argum. c. sicut vrgeri. q. 1. & licet membrum debilitatum sit quasi inutile, quoad operationem, valet tamen ad decorem, & ornatum corporis. Hanc sententiam tenet Panormit. sibi contrarius in c. De Diacono, num. 9. qui Clerici vel vouent. & c. Gasp. vt etiam. Felinus, in capitulo. Inter cætera, col. 5. ver. Aduerte, quia hæc, de Rescript. Calderin. Cardin. in d. c. De Diacono, Cardin. in Clem. Si furiosus, q. 31. de homicid. Gonsal. à Villadiego, tract. de irreg. cap. de percussore, colum. 1. Stephan. Aufrer. in Capel. Tholosana 207. Tabiena, verbo, irregularitas 3. num. 27. §. 26. ante finem. Sotus lib. 5. de Iust. & iure. q. 2. art. 1. conclus. 3. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 207. Toletus lib. 1. c. 27. §. Mutilans. Cosmus Philiarchus de officio Sacerdotis, p. i. li. 4. cap. 8. §. 4. in fine. & alij.

MVTVVM. Qui misit mutuum, veluti panē, vinum, quæ vsu consumuntur per nuncium fidelem, si non perueniat ad dominum, tenetur restituere; secùs si nuncius fuit electus à mutuante, Nauar. cap. 17. num. 186.

NAVFRAGIVM. Addit. ad num. 1. Præterquā quod raptores prædictorum bonorum tenentur restituere, sunt etiam excommunicati, & absolutio est reseruata Papæ in Bulla Cenæ Domini. Limita tamen primo, vt non incurratur hæc excommunicatio, quando nō essent bona Christianorum. Secundo, vt hæc excommunicatio non extendatur ad tertiam personam, tam per Bullam Sixti V. quam Cle. VIII. licet per Bullam Greg. XIII. relatam à Nauar. ex verbis secus colligatur; illa verò tertia persona cognito domino tenetur restituere. Tertio, nec incurritur ex solo actu acceptionis talium bonorum, animo conseruandi, & tradendi vero domino, illius habita notitia, modo non adsit mora restituendi. Quarto limita, quando dominus pro derelictis habuerit illa bona amissa, omni spe ea recuperandi. l. falsus, §. si iactum, de furt. Quod non erit dicendum, si ad exonerandam nauem, vt periculum euadat merces in mare proijciat. Quinto, per hanc Bullam, non intelliguntur excommunicari putantes propter ignorantiam illa nō esse bona naufragorum, sed aliorum, licet nolint restituere. Sic Nauar. in cōs. 1. nu. 2. de pœnit. & remiss. in antiquis. Idem erit dicendum de rapientibus per simplicitatem, putantibus id sibi licere. Sexto limita, ne Bulla procedat in eo, qui pro recuperandis ijs, periculo mortis vitam suam exposuit, & dominus verisimiliter dicta bona per aliud mediū

vel

vel viam non erat rehabiturus. Sic Vgolinus, ex Nauarro, potuit sibi retinere in hoc casu quicquid saluauit.

Necessitas. Ad extremam patris necessitatem subleuandam, debere filium etiam superioribus inuitis Religiosum Ordinē deserere, certum putat Gregor. de Valentia, p. 2. col. 2. Idem sentit Caiet. 2. 2. q. 122. art. 5. quia Diuinum, & Naturale ius, quod filium cogit ad alimenta præstanda patri, præstantius est obligatione voti. Obserua tamen quod patris necessitas debet esse certa. Quæ autem huiusmodi sit, prudentis iudiciū declarabit, & nullum periculum sit quod filius aliquod damnū salutis spiritualis egrediendo passurus sit: nam tunc non potest egredi, bonum enim animæ propriū, bono alterius corporeo anteponendum est.

Necromantiam addiscēs, vel ea vtens, peccat mortaliter, & nolēs comburere libros huius facultatis, non est absoluendus ex Nauar. cap. 12. num. 28.

Negotivm. num. 1. §. Negotiator qui promisit negotium se gratis acturum non potest clam recipere pretium pro stipendio, colligitur ex Nauar. cap. 23. num. 97.

Nominatio. De nominatione Conc. Tri. Sess. 17. cap. 14. vbi habetur, ne nominati admittantur ad beneficia sine preuio examine.

Notarivs. De Notarijs nonnulla præcipit Concil. Trid. & 1. Sess. 21. de Reform. cap. 1. docet, quantum, & quando pro litteris dimissorijs accipere debeant. Secundo, Sess. 22. de Reform. cap. 10. tradit, quomodo non idonei, vel delinquentes in causis Ecclesiasticis corrigendi sint. Tertio, Sessione 24. de Reform. cap. 2. declarat, illos intra mensem, congrua mercede accepta, teneri ad exhibenda acta appellantibus; simulque statuit, fraudem facientes duplici pœna puniendos. Quarto cum ex Notariorum imperitia plurima damna, & multarū occasio litium oriatur, concedit facultatem Episcopis, vt possint quoscunque Notarios, etiam si Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint, etiam tamquam delegati Sedis Apostolicæ, examinatione adhibita eorum sufficientiam scrutari, illisque non idoneis repertis, aut quandocunque in officio delinquentib. officij eius in negotijs, litibus, &c. exercendi vsum perpetuo, aut ad tempus prohibere, neque eorum appellatio interdictionem Ordinarij suspendat.

2. Novitivs. Super forma recipiendi Nouitios Regularium ad habitum, & professionē, extat Decretum S.D.N. Clem. Papæ VIII. Extant etiam institutiones super receptione, & educatione Nouitiorum Religiosorum in Monasterijs, & Conuentibus designatis, vel designandis, in Summa Bullar. verbo, Monasteria, & Conuentus.

1. Notorivm dicitur, quod est manifestū per sententiam, vel confessionem in iure, vel per euidentiam facti, quæ nulla tergiuersatione celari potest.

Numerus peccatorum necessariò est confitendus, et si non confitentur propter obliuionem prouenietem ex culpa lata, confessio est nulla, ex Nauar. cap.....nu. 13. 14. Si quis autem nequit exprimere numerum peccatorum, satis erit confiteri statum suum.

Numerus peccatorum toties augetur, quoties voluntas peccandi, quæ fuerat intercisa renouatur; secùs est in actibus exterioribus. loco citato Nauar.

Nvptiae. In Summa verbo Matrimonium.

Obedientia. Additio ad num. 1. Superiori obediendum est, cūm non est certum præcipi malum; in dubio autem an malum sit, excusat obedientia credentem sibi licere obedire.

Additio ad num. 6. De obedientia quæ est præstanda Papæ, & Rom. Ecclesiæ, vide Conc. Trid. Sess. 24. de Refor. cap. 12. & Sess. 25. de Refor. cap. 2. & Sess. 14. de refor. c. 1.

Additio ad num. 8. quæ hic notanda essent diximus in prima parte, verbo, Exemptio, vide ibi.

Oblatio inter Missarum solemnia in die festo tunc est facienda sub præcepto, quando viget consuetudo antiqua; & si omittatur, datur scandalum, vel occasione maior pars populi offerat. ex Nau. cap 13. num. 19.

Obligatio. Additio ad num. 7. Verum est, quod dicit Sylu. hic, quod is pro quo quis agit negotia eius vtiliter, obligatur. Adde nisi contrarium sit protestatus.

*Obstetrix, peccat mortaliter, ignorans formam baptismi, ex Nauar. in Man. cap. 22. num. 6.

Occasio est duplex, propinqua, & remota. Occasio propinqua peccati mortalis, est omnis, & sola, quæ est peccatum mortale; vel est talis occasio peculiaris, qua credit homo, vel credere debet, numquam, vel raro se vsurum illa sine mortali. ex Nauar. cap. 3. num. 5. nolentem relinquere talem occasionem, Confessarius non debet absoluere. Quod si tales concurrant circumstantiæ, quæ persuadeant quod numquam, vel raro peccabit mortaliter,

ter, propter eam, poterit absolui, quamuis nō abstineat ab ea. Quænam autem sint hæ circūstantiæ, vide Nauar. loco citato.

Occvltvm. Quod quinque sciunt occultum dicitur, ex Glossa.

Occultum, de quo in Conc. Trid. Sess. 24. de iure communi, notorio, & manifesto opponitur; quare delicta non notoria, neque ad iudicium exposita, multis licet cognita, occulta sunt. Maiol. lib. 5. de irregula. c. fi. num. 4.

Oeconomi institutio Sede Episcopali vacante, ad quem pertineat, vide Concil. Trid. Sess. 24. de reform. cap. 16.

Opinio. In eligenda opinione, hoc modo procedendum est. Primo, recipienda est illa opinio, quæ consuetudine recepta est, modo ne sit contra legem Diuinam, vel Naturalem, contra quas consuetudo nihil potest. Secundo, cessante consuetudine, eligenda est ea, quæ nititur alicui textui, vel argumento cui aptè responderi non potest à contraria, licet sit communis. Tertio, cessantibus his, eligenda communis, si scitur esse talis. Quarto, cessante communi, eligenda, quæ pluribus fundamentis, & rationibus nititur, quæ æquè benè dissolui non possint; quod si omnia prædicta cessent, eligenda est quæ benignior, & fauorabilior erit, l. semper in dubijs, ff. de Regul. iur. qualis erit quæ priuato contra fiscum fauet; quod si nullo modo horum prædictorum vna opinio aliam superet, considerandа erit materia de qua agitur; quia si sit materia de Theologia, potius credendum est Theologis, quam Canonistis: si Pontificia, magis Canonistis, quam Legistis. Nauar. cap. 27. in Miscellania 6.

Oratio. De oratione legendus est Catechismus qui copiosissimè tractat de hac materia, ibi enim agit de necessitate orationis, de vtilitate, de partibus, & gradibus orationis, de ijs quæ petenda sunt, pro quibus orandū, & quis orandis sit; agit etiam de præparatione adhibenda, quæ ratio in orando requiratur; prosequitur alia multa ex quorum lectione fructus capies vberrimos.

Oratorivm. Oratoria ad Diuinum cultum dedicata, ab Ordinario sunt designanda & visitanda, ex conc. Trid. Sess. 22. Decreto de obseru. & vit. in celebr. Missar.

* Ordinarivs. De Ordinario multa præcipit Concilium Trident. & primo Sess. 7. de Reform. cap. 3. declarat Ordinarios locorum beneficia conferentes inhabilibus, incidere in pœnas c. Graue nimis. Secundo, ipsos, & alios quoscunque iudices studere debere, vt causæ quam breuiter fieri potest terminentur, ac litigantium versutijs occurratur. Sess. 2. de Reform. cap. 10. Tertio, compellere debent quoscunque obtinentes plura beneficia curata, aut incompatibilia, ad exhibendum suas dispensationes. Sess. 7. de Reform. capit. 4. Quarto, quascunque Ecclesias singulis annis etiam exemptas visitare, loco cit. cap. 8. Quinto, curare debent, vt Hospitalia à suis ministris diligenter gubernentur. ibidem, cap. 25. Sexto, illis curæ esse debet, vt in Ecclesijs parochialibus suarum Diæcesum publicentur præcepta, & Decreta super matrimonijs contrahendis. Sess. 24. de Reform. matrim. cap. 1. Septimo, ordinantes Clericos, non sibi subditos, absque illorum Ordinarij licentia, & approbatione, ab Ordinum collatione per annum suspenduntur, Sessione 23. de Reform. cap. 8. Octauo, omnem diligentiam adhibere debent, vt ijs quæ ad Dei cultum spectant vt æquum est, prouideatur.

Ordo, I. Syluester hic, iuxta sententiam Thologorum facit septem Ordines. Canonistæ nouem. Addunt primam tonsuram, & Episcopatum. Conc. Trid. quoad Episcopatum videtur fauere Canonistis.

Tres maiores Ordines, & Episcopatus, sunt propriè Sacramentum, & imprimunt characterem, habentque ex statuto Ecclesiæ votum solemne castitatis sibi annexum. Concilium Trid. Sessione 25. cap. 2. definiuit hæc. I. Quod in Nouo Testamento est Sacerdotium visibile, vel externum. II. Sacerdotium esse potestatem consecrandi, & offerendi corpus verum, & sanguinem Domini, & peccata remittendi: non tamen esse officium tantum, aut nudum ministerium prædicandi Euangelium. III. Quod Sacerdotes qui non prædicant, sunt etiam veri Sacerdotes. IV. Præter Sacerdotium, esse in Ecclesia Catholica alios Ordines maiores, & minores, per quos velut per gradus quosdam tenditur ad Sacerdotium. V. Ordinem siue sacram ordinationem esse verè, & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum, non tamen esse figmentum à viris rerum Ecclesiasticarum imperitis excogitatum; neque esse tantum ritum quemdam eligendi ministros verbi Dei, & Sacramentorū. VI. Quod per sacram ordinationem datur Spiritus sanctus, ac proinde optimè dicunt Episcopi, (Accipe Spiritum sanctum.) VII. Quod per eum imprimitur character vnde qui Sacerdos semel fuit, non potest fieri laicus. VIII. Sacram Vnctionem, qua Ecclesia vtitur in sacra

sta ordinatione, non tantum requiri sed esse salutarem, & in veneratione habendam, similiter & alias ordinis cęrimonias. IX. Esse in Catholica Ecclesia Hierarchiam. Diuina ordinatione institutam, quæ constat Episcopis, presbyteris, & ministris. X. Episcopos esse presbyteris superiores, habereque potestatē confirmandi, & ordinandi: atque eum quam habent, non esse illis communē, cũ presbyteris. XI. Ordines ab Episcopis sine populi, vel potestatis sæcularis consensu, aut vocatione collatos, non esse irritos, sed legitimos, & veros. XII. Eos qui nec ab Ecclesiastica potestate ordinati, nec missi sunt: sed aliunde veniunt, non esse legitimos verbi, & Sacramenti ministros. XIII. Episcopos, auctoritate Romani Pontificis assumptos, esse legitimos, ac veros Episcopos, non esse figmentum humanũ.

Ordo. II. Additio ad num. 1. Ex Concilio Trid. Sess. 23. cap. 4. Nemo initiari potest prima tonsura, nisi fuerit confirmatus Sacramento Confirmationis; & nisi fuerit edoctus fidei rudimenta; & nisi sciat legere & scribere; & nisi intelligatur quod in obsequium Dei vult ordinari, & non vt brachiũ sæculare effugiat.

Additio ad num. 2. Ex eodem Concilio loco citato. I. Ordinibus Minoribus ordinãdus, habere debet testimonium bonum a suo Parocho, & a suo magistro scholæ: callereque linguam Latinam. II. Minoribus ordinatus, non debet ascendere ad Subdiaconatum nisi post annũ à postremi gradus susceptione, nisi aliud iudicauerit Episcopus. III. Statuit vt minoribus initiati, ante sacros ordines per annum versentur in Ecclesia, sint exemplares maximæ continentiæ, & Dominicis aut solemnib. diebus communicent. IV. Vt maioribus ordinandi maius habeant testimonium, idq; fiat publicè iussu Episcopi de eorum natalibus, ætate, & moribus, monitionibus in Ecclesia præmissis. V. Quod ordinandi ad presbyteratum, in minoribus sint probati, & bonum habeant testimonium; anno integro Diaconatui seruiant, intellige Ecclesiast. ex Congreg. Conc. ministeria populum docendi, & Sacramenta administrandi prius sciant, & ab eis castitatis, & bonæ vitæ habeatur expectatio. VI. Quod nemo ordinetur prætextu cuiusuis rescripti, vel priuilegij, nisi eius probitas, & mores testimonio Ordinarij commendentur. VII. Quod nullus ordinetur qui non ascribatur illi Ecclesiæ, aut pio loco, pro cuius necessitate aut utilitate ordinatur. Quod si eum locum inconsulto Episcopo deserat, ei sacrorum vsus interdicatur. VIII. Quod si fieri posset, minores ordines exercentibus stipendia assignentur: atque minoribus ordinati, suis officijs inseruiant, cæteri qui minoribus carent non exerceant.

Additio ad nu. 7. §. Tertium. Per Conciliũ Trid. loco citato, minores cõferri debent per temporis interstitia, nisi aliud iudicauerit Episcopus. Abbas mitratus potest conferre ordines minores solis subditis tantum, sic declarauit Sacra Congregatio.

Ordo. III. Addit. ad num. 3. Concil. Trid. Sess. 14. cap. 2. de Reform. circa suscipientem ordines statuit hæc sequentia. I. Qui procurat ordinari ab Episcopo titulari, absque sui Episcopi licentia, etiam si sit illius familiaris, & continuus commensalis, & in loco nullius Diœcesis, vel exempto, suspensus sit ab executione ordinum, quousque suo Prælato visum fuerit; Episcopus vero titularis ab exercitio Põtificalium per annum sit suspensus. II. Quod Episcopus ordinare potest familiarem suum per triennium ei seruientem, si beneficium statim reipsa, & sine fraude illi conferat. III. Nemo ordinetur contra voluntatem sui Prælati, etiam si prohibeatur promoueri ob occultum crimē, & *extraiudicialiter*, & quod ei *qui à suis ordinibus*, gradibus, & dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspensus, non suffragetur vlla licentia de promouendo, aut ad priores gradus, ordines, aut dignitates antea consecutas restitutio, cõtra proprij prælati voluntatem. IV. Quod Episcopus potest suspendere ad tempus, si ei visum fuerit, suum subditũ ordinatum quacunque auctoritate, absque suo præcedenti examine, si eum inueniat inhabilem. V. Quod Episcopus, aut alij sui ministri, pro collatione quorumcunque ordinũ, aut pro litteris dimissorijs, aut pro sigillo, nihil quicquam etiã sponte oblatum, accipiant. Et notarij pro scriptura, si eis nullum salarium pro officio exercendo sit constitutum, decimam tantum vnius aurei partem accipere possint. VI. Quod non concedat dimissorias, nisi prius examinatis, & approbatis. VII. Quod nemo ordinetur nisi prius legitimè constet eum beneficium Ecclesiasticum ad victũ sufficiens pacificè possidere: & quod illud beneficium resignare nequeat, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, eaq. resignatio non admittatur, nisi constet aliunde posse commode viuere, & aliter facta sit nulla. VIII. Quod patrimonium vel pensionem obtinentes promoueri post

hac

hac nequeant, nisi quos Episcopus iudicauerit necessarios, vel vtiles, constetque prius quod patrimonium illud vel pensio sint eis ad vitam sustentandam, & illa sine Episcopi licentia alienare nequeant, donec beneficium sufficiens adipiscantur, aut aliunde habeant vnde viuant.

ORNATVS. Vide Mulier, Femina.

PACTVM. Obligatus pacto seruiendi per annum, si ægritudine per tempus aliquod impeditur, non tenetur supplere, sed stipendium minuere.

PAPA. Additio ad num.4. Papam Hæreticum ipso facto depositum esse putat hoc loco Syl. & Caiet. de auctoritate Papæ, Contrariã sententiam defendit Card. Bellarminus.

Papæ electio simoniaca ipso facto est nulla ex Concil. Lateranensi. Quidam tamen aiunt opus esse sententia cõdemnatoria. ex Pio IV. Nulla excommunicatio aut censura impedit Papæ electionem.

PARAPHERNVM. Vide Bona.

PARENTES. Quidam valde probabiliter affirmant peccare mortaliter parentes, si negligentes sint in docendo filios orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum, decẽ Dei præcepta. In rebus grauioribus in quibus filius patri subditur, potest ei pater aliquid sub mortali præcipere, & vir vxori. Sic Lopez. Dominus autem super reliquam familiam hanc vim non habet.

PAROCHVS. De parochis multa pręcipit Concilium Trid. Et. I. Sess.5. de Reform. cap.2. docet officium parochi esse, prædicare verbũ Dei, & exponere ea quæ in Missa leguntur. Sess.22. de Reform. cap.4. II. Debet fidei rudimenta, & obedientiam pueros docere. Sess.24. cap.4. III. Vim, & vsum Sacramentorum explanare, eadem Sess. cap.3. IV. Ieiunia, dies festos, & obedientiam commendare. Sess.25. de deleũtu cibor. &c. V. Oues suas agnoscere, & pro his sacrificium offerre, Sacramenta administrare, & bono exemplo pascere, paupertatique quantum in se erit succurrere, Sess.5. §.23. de Reform. cap.1. & Sess. 21. cap.4. Vnde colligi potest quod si magna negligentia fit in docendo hæc, mortale erit peccatum.

PARTICIPATIO. Aliquis dicitur participare alterius peccato his nouem modis, iubendo, consulendo, consentiendo, laudando, recipiendo, adiuuando, non impediendo, occultando, non manifestando. Nauar. cap.11. num.13.

PATER. Vide Parens.

*PARVVLI. Circa paruulos determinat Concilium Trid. Sess.7. Canon.13. I. Paruulos baptizatos in fide ecclesiæ, cum adoleuerint amplius non esse interrogandos, vt ratum habeant quod patrini eorum nomine dum baptizarentur polliciti sunt, & contrarium asseuerans excommunicatur. II Paruulos etiam recenter ex vteris matrum nascentes, baptizandos esse in remissionem peccati originalis. III. Paruulos rationis vsu carentes nulla necessitate obligari ad Sacramentalem Eucharistiæ communionem. Sess. 21. cap.4. & qui contrarium dixerit, excommunicatur.

PAVPERTAS. Pauper fictus tenetur restituere eleemosynam acceptam, non danti, sed pauperibus, ex Nau. cap.17. num.104.

PECCATVM est duplex, Originale & actuale. Originale est, carentia iustitiæ originalis transfusa ab Adam per virtutem seminalem. Eius effectus sunt, rebellio quædam virium inferiorum contra superiores. Eius pœna est exclusio à vita æterna. Actuale est, dictum, factum, vel concupitum, contra legem æternam. Lex autem æterna est summa Dei ratio, qua iam inde ab æterno cuncta ordinauit, & post mundum creatum gubernat. De peccato statuit Concilium Trid. Sess.7. Cano.10. de Baptismo. Peccata omnia post baptismum perpetrata, sola recordatione, & fide suscepti baptismi, non remitti, nec venialia fieri, & qui contrarium dixerit, excommunicatur. II. Peccata mortalia etiam cogitationis, facere homines iræ filios, & inimicos Dei. Sess.14. cap.5. III. Peccata mortalia quæ diligenter cogitanti in confessione non occurrunt, in vniuersum remissa censeri. ibidem. IV. Peccata venialia nos a Dei gratia non excludere, loco cit. V. Peccata venialia citra culpam in confessione taceri posse, & multis alijs remedijs expiari; Asserit tamen licere illa confiteri, & qui contrarium dixerit excommunicatur. VI. Peccata publicè quemque posse confiteri. VII. Peccata remittendi potestatem Episcopis vel Sacerdotibus etiam peccato mortali detentis, datam esse in ordinatione non cuiuis, & qui contrarium dixerit, excommunicatur. VIII. Peccata tacentes scienter, nihil per Sacerdotem remittendũ proponere, Sess. 14. cap.5. IX. Peccantes publicè, esse publica pęnitentia corrigendos. Episcopus tamen cõmutare potest, eadem Sess. cap.8.

PENSIO est ius spirituale, aut illi annexum non antecedenter, & iuspatronatus, sed dependenter, uel consequenter, ad instar beneficij, ex Nauar. cap.23. num.111.

Pensio non potest redimi sine auctoritate Papæ. De pensione vide quædam apud Card. Tolet. lib. 5. cap. 82. Sot. lib. 9. quæst. 7. art. 2. Nauar. loco cit. Lælium Zoccum de beneficijs, & pensionibus. Concil. Trid. nihil aliud quam quod pensiones seu fructum reseruatio nes fieri non possunt in Ecclesijs cathedralibus, quarum redditus sunt ducatorum mille, nec in parochijs, quæ summam centum secun dum communem valorem non excedunt. Sess 24. de Reform. cap. 13.

Pensionarius personaliter consentiens constitutioni pensionis, si non soluit eam statuto die, incidit in censuram, etiam ante litterarum intimationem: secùs, si consentiat per procuratorem. cap. 27. nu. 278.

Percussio clerici est triplex, Enormis, Mediocris, & Leuis. De percussione mediocri, & leui est Extrauagans Ioannis XXII. cuius tenor hic est. Perlectis, &c.

Percussio leuis est pugni, palmæ manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullã maculam, neque suggillationem carnium relinquit, neque abscindit membrum, sine effractione dentium, sine euulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere, quod huiusmodi leuis percussio, vt pugni, aut laceratio vnguis, fiat atrox, ob multi sanguinis effusionem. Ad iudicandum tamen, quæ sit leuis, mediocris, aut enormis percussio, volumus diligenter perpendi, non solum factum, sed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi, & lædendi, cum omnibus suis circũstantijs loci, & alijs, personæ, si est magister, Iudex, Prælatus, pater patronus, aut dignitate in aliqua cõstitut. per cussus iustè à subdito, aut ab alio se viliore, quia ex hoc interdum censentur graues oriri iniuriæ, quæ tamen ex se sunt leues, aut mediocres, & quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares quæ sit leuis, aut enormis iniuria: admonentes, vt potius declares in dubio esse percussionem grauem, & ab ea non posse absoluere; quam declaran do leuem, occasionem præbeas lædendi statũ Ecclesiasticum. Nota, quod persona cuius arbitrio relinquitur harum percussionum censu ra a Concilio potest esse non solum Episcopus, sed etiam Confessarius. Sic Nauar.

Peregrinus Clericus ex Concilio Trid. non debet admitti ad Diuina officia sine litteris commendatitijs sui Ordinarij.

Periurium. De periurio vide Nauar. c. 12. num. 1. vsque ad numerum 23. Catech. in præcepto, Nõ loqueris contra proximũ tuũ, &c.

Permutatio II. Addit. ad num. 1. 2. 3. 4. & 5. Permutationes beneficiorum, & officiorum admittere possunt Ordinarij, vt patet ex Constitutione Pij V. & iuxta Constitutionem Greg. XIII. debet fieri publicatio permutationis beneficiorum. Requisita in permutatio ne ponit Rebuff. in praxi Beneficiorum, De permutatione, parte tertia. Extat etiam Petri Vbaldi tractatus de permutatione beneficiorum.

Pignus. Addit. ad num. 6. Pactum legis Commissoriæ positum in pœnam sine fraude vsurarum, licitum est. Idem, si ponatur, vt elapso die soluendi, pignus esset venditum iusto pretio. Nau. cap. 17. nu. 213.

Addit. ad num. 11. Verum dicit Sylu. hoc loco, quod creditor tenetur computare fructus pignoris in sortem. Fallit tamen in domino directo prædij accipiente in pignus.

Pirata. Qui sint piratæ non conueniunt auctores: nam Summa Angelica in verbo, *Pirata*, docet, omnes prædantes in mari, vel in flumine, esse piratas: qui autem deprædantur in fluminibus, non vult esse excommunicatos in Bulla Cenæ, propter particulam illam ap*positam in ipsa Bulla (Maritimi.)* Alii verò docent, non esse simpliciter dicendum piratam, qui deprædatur in mari, sed necessarias esse tres conditiones, vt quis propriè pirata dicatur. Prima est, in differentia in spoliando. Secunda, est, vt habeant principalem intentionem deprædandi. Tertia, vt non sit bellum indictum. Vide Sayrum de Censuris, lib. 3. cap. 7. has conditiones explicantem, num. 2.

Piscatio. Quinque conditiones requiruntur vt quis licite possit & iuste venantem, aut piscantem prohibere. I. Auctoritas Regia iusta; Vel consensus populi liber à metu; Vel præscriptio Canonica sine vi, & metu introducta. II. Vt ob occasionem feriarum extra loca prohibita, non puniat eos qui non procurant dolis eas è prohibito loco extrahere vt extra illa eos capiãt, aliàs enim puniri possent. III. Vt prohibeat in suis proprijs prædijs, quamuis sufficiat vt domini aliorum suorum sponte in id consentiant IV. Vt restituant omne damnum quod illæ feræ alienis prædijs faciunt, quorum Domini in damnum eorum nõ consentiunt, quamuis in aliorum damnum consentiant. V. Vt caueat prohibens, ne subditi timentes vim, & ministros eius, & fugientes odium, & indignationem, & minas eorum,

quia

quia eis sæpe opus habeant, petere non audeant, qui peterent ab alijs sibi paribus, quia eiusmodi metus, etiamsi alioquin non esset omnino iustus, inducit, tamen obligationem restituendi. Vide Nauar.d.cap.17. num.120.& 121. vnde hæc desumpsimus.

POENA. Additio ad num.6. Pro homicidio potest reponi pęna pecuniaria.sic Alex.in l.1.quod quisq. iur. vbi plura scripsit,& Barb. in c.fi.in 6.col.de cõsuetudinib.Et nunc sic practicatur. Vnde non adeo absolutè dicendum est illicitum esse, vt hic auctor.

Additio ad num.13. Si lex priuet aliquem beneficio, ipso iure, aut facto, ob crimen, Nauar.cap.23. num.67. ait, non requiri Iudicis executionem, Molina d.95. dicit non teneri reum beneficium relinquere ante executionem. Ego dico, quod cum pęna priuationis beneficiorum est ipso iure imposita, non erit quidem necessaria sententia priuatoria, & sic feratur super pęnam quæ longe distat à declaratoria, in qua per simplicem criminis declarationem, venit ipso iure priuatio. Sot.li.1. de iust.& iure, q.6.art.6.Concl.3. Rota diuers. Decis.728.parte 3.sub nu.2.sed requiritur declaratoria tantum ad factum, non autem ad ius. Achil. de Grass. decis. vnica, sub titulo, De pœnis.

Addit. ad 16. Quod possit Episcopus vel alius iudex Ecclesiasticus correctionis zelo, Clericos pro delicto pęna pecuniaria punire, communis est sententia Doctorum, in cap. vt Clericorum, de vita & honest.cleric.sed illam pęnam ad effugiendam auaritiæ suspicionem, non debet Episcopus sibi retinere, sed in pios vsus erogare. & id expresse præcipitur Decreto Concil.Trident. Sess.25.de Refor.cap.3. dum ait, quod multæ pecuniariæ, eo ipso quod exactæ fuerint, pijs locis asignentur. & Sacra Congregatio censuit, nec posse Episcopum ex multis, & pœnis, quas exigi contigerit in eius Curia, aliquam portionem Vicario assignare pro eius mercede. Concilium etiam Tolet.actio.2.cap.14. disposuit, vt pęnę pecuniariæ si quando à Iudicibus Ordinarijs, iuxta rationem delicti, vel delinquentis qualitatem, eas imponi contigerit in pios tantum vsus & pro executione iustitiæ, non pro priuata Episcoporum vtilitate expendantur arbitrio Episcopi, vel eius vicarij, deputeturque ab eodem Episcopo, qui easdem pęnas exigere debeat, earumque rationem reddere.

POENITENTIA. Est Sacramentum absolutionis, quo Sacerdos sibi confitentem rite, & legitimè absoluit. De Pænitentia definiuit Concil.Trid.Sess.14.

I. Quod pænitentia semper fuit necessaria ad veniam peccati mortalis. II. Quod Sacramentum pænitentiæ numquam fuit, ante aduentum Christi, neque ante eius mortem, & resurrectionem. III. Quod postea nihil prodest non baptizato. IV. Quod fuit institutum à Christo Domino per illa verba Ioann.20. (Quorum remiseritis peccata, &c.) V. Quod fuit constitutum ad reconciliandum Deo peccantes mortaliter post Baptismum. VI. Quod est verè, & propriè Sacramentum, & est distinctum à Sacramento Baptismi; & ideo vocatur secunda tabula post naufragium. VII. Quod verba illa (quorum remiseritis, &c.) intelligenda sunt de potestate remittendi peccata. VIII. Quod ad veram pęnitentiam requiritur contritio, confessio & satisfactio, tamquam eius materia, & parte. IX. Quod solus Episcopus, & presbyter habeant potestatem absoluendi, & non alij, & licet sint mali, non tamen perdunt eam. X. Quod sunt Iudices ad verè absoluendum.

POLLICITATIO. Vide inf. promissio.

POLLVTIONEM cœptam in somno non tenetur euigilans reprimere, sufficit enim non cõplacere. sic Sot. Optare vt accidat in somnis pollutio ob aliquam honestam causam licitũ est, vt ad mitigationem libidinis, modo non detur ei causa, non licet autem vnquam illam procurare. Sic Antoninus 2.p.tit.6.cap.5.Tol. lib.5.Nauar.cap.16.num.7.& 9.

* PORTIO Canonica. Vide Canonicus.

POSTVLATIO. Additio ad num 3. Excommunicatus nõ potest postulari ad beneficium Sayr.lib.2.cap.5.de Censuris.

POTESTAS. Impedientes Prælatos ne iurisdictionem suam Ecclesiasticam exerceant, incidunt in Excommunicationem Bullæ Cenæ.

PRAEBENDAE quibus, & quomodo conferendæ, & quomodo tenues augendæ, habetur in Concilio Trid. Sess.24. cap.12. & Sess.25. cap.3.

PRAECEDENTIA. Greg.XIII edidit Constitutionem de præcedentia Mendicantium, & Confraternitatum laicorum in processionibus, & quoniam post dictam Constitutionem ortæ fuerunt multæ lites, Sacra Congreg.edidit nonnullas declarationes. Vide eas in Priuilegijs Ordinum Camaldulensium, fol.218.& in Collectione Priuilegiorum Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium Ioan.Bapt.Confer.fol.188.De præcedentia in

processionibus inter Regulares, & Clericos sæculares, plura tradit Præposit. in cap. Concilia, §. Episcopus. 27. dist. Hodie per Concil. Trid. sancitum est, vt exempi omnes, tam Clerici sæculares, quam Regulares, etiam Monachi, ad publicas processiones vocati, accedere compellantur, ijs tamen exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt. Publicæ autem processiones dicuntur, quę pro bono publico indictæ sunt, vel aliàs consuetæ. Sic declarauit Sacra Congregat.

Quæritur An in casu quo Regulares exempti tenentur accedere ad processiones publicas si citati, venire renuerent, possit Episcopus contra eos per censuras procedere, Respondeo, non posse, ex Gambar. in Tract. de potest. Legati à latere, lib. 8. cap fin. num. 77. & Henriq. in Sum. lib. 7. de Indul. c. 25.

PRAECEPTA. Concilium Trid. Sess. 6. excommunicat dicentes præcepta Dei impossibilia esse ad obseruandum.

PRAEDICATIO. Quoad prædicatores statuit Concil. Trid. Sess. 5 cap. 2. vt nullus Regularis prædicet in Ecclesijs sui Ordinis, nisi prius examinatus, & approbatus à suo superiore de uita & moribus, & scientia, obtẽtaq; ab eo licentia, quem Epõ præsentare dẽt benedictionem ab eo petendo. In Ecclesiis vero quæ sui Ordinis non sunt, etiam licentia Episcopalis necessaria erit. Episcopi etiam neminem regularem extra claustra viuentem, nec sæcularem Sacerdotem prædicare sinant, nisi prius examinati sint, & moribus, & doctrina probati, etiam cuiuscunque priuilegij prætextu. Nullus sæcularis, nec Regularis, etiã in Ecclesijs sui Ordinis prædicet contradicente Episcopo.

Multa priuilegia circa prædicationem concessa sunt Religiosis tam Ordinis Sancti Dominici, quam Ordinis Sancti Francisci, quæ omnia annullata sunt per Gregor. XIII. quatenus contrariantur Decretis Concilij Trid.

Additio ad num. 6. Leo X. excommunicauit Prædicatores, qui vt placerent laicis, nominatim detrahebant Prælatis, & Sacerdotibus.

PRAEDICARE in statu peccati mortalis, si absit scandalum, non videtur esse peccatum mortale, quia non est actus Ordinis.

Mendicantes semel examinati in vna Diecesi ad prædicandum, non possunt in ea amplius examinari. sic Pius V.

PRAELATVS. Additio ad num. 2. Prælati Religiosorum quales sunt Guardiani, & Priores, cũ habeant Iurisdictionem quasi Episcopalẽ, licitè, & securè dispensare possunt cum suis subditis in ieiunio; non tamen debent relinquere conscientiæ subditorum petentiũ dispensationem. Nauar. cap. 21. num. 2.

PRINCEPS. Principes à Deo cõstituti sunt fidei, & Ecclesiæ protectores, quod eorũ officium in Ecclesia, Sessione 25. capit. 20. clare explicatur.

Vsurpatores bonorum & fructuum Ecclesiasticorum, piorũq; locorum, vel impedientes, ne ab ijs ad quos iure pertinẽt percipiantur, anathemati subijciuntur, Sessione 22. cap. 11.

PRIVILEGIA Regularium fuerunt moderata per Concilium Lateranense sub Leone X. Deinde per Concilium Trident. & per eius Sacram declarationem fuerunt factæ nonnullæ declarationes; ac postremo constitutiones præsertim a Pio IV. Gregor XIII. Vide Summam Bullarij, verbo, priuilegia Regularium.

PROMISSIO ad mortale obligans est vera, deliberata, volontaria, nuda, rei licitæ, possibilis, & notabilis, quam mutatio rerum non eneruauit.

PROXENETA recipiens aliquid ad vendendum, & retinens sibi partem pretij, peccat mortaliter cum obligatione restituendi: nisi *accipiat pro iusto stipendio.*

PVRGATORIVM. De Purgatorio præcipit Sancta Synodus Episcopis, vt sanam de eodem doctrinam à Sanctis Patribus, & Sacris Concilijs traditam, à Christi fidelibus credi, & teneri, docere, & vbique prædicare diligentur studeant. doceantque Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs potissimum verò acceptabili Altaris sacrificio iuuari. Quæstuarij eleemosynarum nullibi admittendi ex Concilio Trid. Sess. 21. cap. 9.

Rapina. Additio ad num. 1. Contra raptorem statuit Concilium Trid. sequens Decretum. Decernit Sancta Synodus, inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium; Quod si rapta à raptore separata: & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat: nihilominus ipso, ac omnes illi, consilium, auxilium, fauorem, præbentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor, mulierem raptam siue eam vxorem duxerit, siue non, decenter arbitrio Iudicis dotare.

Ratihabitio, & mandatum æquiparantur quoad peccatum, sed non quoad irregularitatem: nam ex mandato contrahitur irregularitas quod non est dicendum de irregularitate cum hoc non sit in iure expressum. Vnde fallitur Sylu. putans satis ipse ad incurrendã irregularitatem ratum habere homicidium suo nomine factum solo actu interiori, scilicet consentiendo, vel delectationem capiendo quod factum sit. De ratihabitione vide Nauar.cap.17.num.133.& cap.27.nu.233. Graff. lib.2.c.127.nu.7.p.1.

Religio. I. Additio ad num.2. Contra eos qui cogunt alios ingredi Religionem, vel retinent ab ea, statuit Concilium Trid. sequens Decretum.

Anathemati Sancta Synodus subiicit omnes & singulas personas, cuiuscunque qualitatis, vel conditionis fuerint, tàm clericos, quàm laicos, tam sæculares, quam Regulares, atque etiam qualibet dignitate fulgentes, si quomodocunque coegerint aliquam virginẽ, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, præterquam in casibus a iure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscunque Religionis, vel ad emittendam professionem, quique consilium, auxilium, vel fauorem, dederint; quique scientis eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionẽ emittere, quoquomodo eidem actui, vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemate subijcit eos, qui sanctam virginum, vel aliorum mulierum, voluntatem vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine iusta causa impedierint.

Religio. II. Additio ad nu.2. Etsi olim iuxta Authent. Aere alieno, supra facultatem obstrictus, Religionem ingredi poterat, & sic quasi cedere bonis. Nunc tamen nõ põt admitti, nisi prius satisfaciat creditoribus ex noua Constitutione Sixti V. addita moderatione Gregor. XIII.

Additio, ad num. 16. Qui vouit Religionẽ certam, debet quærere aliquot eius Monasteria, vt recipiatur. Qui autem vouit Religionem in communi, debet quærere aliquot diuersarum Religionũ monasteria in prouincia.

Additio ad num.20. Tenet Syluest. per c. de voto &c. per tuas, quod qui ante Episcopatũ votũ fecit Religionem ingrediendi, maneat obligatus ad ingrediendum prius ipsam, Nõnulli tamen hoc negant, & dicunt, casum illius Capituli fuisse particularem nec cæteros obligare.

Religio. III. Additio ad num.2.3.& 4. Nunc per Conc. Trident. professio facta ante 16. annum completum, & annum probationis nullam inducit obligationem potest quidem fieri nouitius ante decimum sextum, modo illo expleto fiat professio. Vnde Sylu. non est amplius tenenda opinio, dum dicit, vt in c. de re li.6. quod masculus potest profiteri completo anno, & mulier completo 12. & quod licet irregulariter professio fieri non debeat ante annum probationis, tamen si fiat, tenet. Potest tamen nouitio concedi dilatio ad professionem post annum Nouitiatus, etiam post Concilium Trident.

Additio ad num.12. Si quis vouit Religionẽ in communi nõ satisfacit voto per ingressum religionis laxæ, & si talem laxam vouit, non tenetur ingredi eam dum non est spes reformationis. vnde male faciunt qui persuadent alicui talium religionum ingressum. Nauar. cap.12.nu.46.

Religio. V. Quantum ad nouitios de quibus agit hic Sylu. videndæ sunt Constitutiones Clementis VIII. quæ extant in Summa Bullarij verbo, Monasterium.

Circa professos autem volentes egredi, statuit Concilium Trid. sequẽs Decretum; quod nullus Regularis prætendens professionem fuisse nullam, volensq; habitum dimittere, vel etiam cum illo sine licentia discedere, audiatur, nisi intra quinquennium a die professionis, & tunc non aliter quam causa cognita coram superiore, & ordinario. Quod si ante habitum dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcunque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur, & nullo priuilegio suæ religionis gaudeat. Nullus etiam Regularis, cuiusuis facultatis vigore transferatur ad laxiorem Ordinem, neque detur cuicunque Regulari facultas occultè ferendi habitum suæ Religionis.

Religiosorvm Sancti Hieronymi Iesuatorũ author fuit B. Ioan. Colombinus, Anno salutis 1355. Hunc ordinem approbauit Vrbanus V. anno D.1367. Dicuntur Iesuati, vel ob frequentiam qua hoc nomen Iesus habebant in ore; vel quia ex ore infantium fuit hoc nomen ijs impositum. Paulus V. concessit illis, ut ordinari, sacrumque facere possent, cum antea illis non liceret.

Religiosorum Minimorũ fuit caput, & fundator Sanctus Franciscus a Paula, anno Domi

ni 1450. hic ſanctus vir três Regulas inſtituit: Vnam pro Fratribus. Aliam pro Monialibus. Tertiam pro Mantellatis. Hæ regulæ approbatæ fuerunt a Sixto IV. Innoc. III. Alex.VI.

RELIQVIAE. Vt reliquijs Sanctorum maximus honor debetur. ſic nouæ in Eccleſia recipi non debent, niſi prius ab Epiſcopo cum Concilio Theologorum fuerint approbatæ. Concil.Trid.Seſſ.25.

Reliquias falſas pro veris penas adorandas, peccat mortaliter. Idem de eo qui ponit falſas pro veris, vel veras pro turpi quæſtu.

RENVNCIATIO. Addit. ad num.3. Poterat olim renunciari beneficium ſimpliciter in manibus collatoris, c.admonet, de renunc.Gloſ. in Clemen. vnica, in verbo, manibus, eod.tit. & in c.de Regularibus in verbo, dimittant, de Simon.Mandoſ.in Praxi. ſignat.gratiæ, in verbo, reſignatio, non tamen ad fauorem quia eſſet Simonia. Gloſ.& Abbas, in cap. Ex parte, num.4.de off.deleg. & in c.cum vniuerſorum, nu.5. de rerum permut. niſi fieret in manibus Papæ ſecundum ſtylum Curiæ. Gregor.XIII. permiſit vt vna cũ renunciatione vnius, præſentetur petitio alterius cui renunciare vellet conferri. Sed poſtea Pius V. ſuſpendit facultates, & auctoritates conferendi beneficia per reſignationem, ſeu permutationem vacantia, in manibus quorumcunque Ordinariorũ, vt patet ex eius Conſtitutione in Bullar. fol. 992. Idem Pius V. deinde relaxauit ſupradictã prohibitionem de non admittendis reſignationibus per Ordinarios, cum modificationibus, vt ex altera eius Conſtitutione videre eſt in Bullar. fol.1014. Vndecim ſunt cauſæ, propter quas poſſunt Ordinarij admittere reſignationes beneficiorum. I.eſt, Quando beneficiatus eſt ſenex. II. Quando eſt infirmus. III. Quando beneficiatus eſt corpore impeditus, & impedimentum, eſt tale, vt non poſſit præſtare id ad quod tenetur. IV. Quando beneficiatus eſt corpore vitiatus. V. Si eſt crimini obnoxius. VI. eſt, Si beneficiatus eſſet cenſuris Eccleſiaſticis irretitus. VII. Quando nequit Eccleſię ſiue beneficio inſeruire. VIII. eſt quando beneficiatus vnum aliud, aut plura obtinuerit beneficia, quod prohibetur per deciſionem Concilij Trid. Seſſ.24. de Refor. c.17. modo vnum ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem. IX. Cauſa eſt, quando contigerit beneficiatum ad aliud beneficium promoueri, quo caſu, talis reſignatio non tam dicitur fieri propria voluntate, quam ex neceſſitate, per text.in cap.de mal.de præb. X. Cauſa eſt, quando Clericus beneficiatus vellet ingredi Religionem, aut matrimonium contrahere. XI. Cauſa & vltima eſt, quando beneficiatus, nequit, aut non audet propter capitales inimicitias in loco beneficij ſecurus reſidere. Not. tamen, quod ex relatis cauſis ab ipſis Ordinarijs admitti poterit renunciatio, ſi reſignans in Sacris conſtitutus, habeat aliunde vnde viuere commode poſſit. Quoad publicationem autem reſignatorum beneficiorum, hodie attenditur Conſtitutio Gregor.XIII. vt in Bullar. fol.1324.

REPRAESALIAE. Additio ad num.8. contra perſonas, & res Eccleſiaſticas repræſaliæ concedi non poſſunt, vt dicit Sylu. Cui adde, quod concedentes, vel extendentes repræſalias ad Eccleſiaſticos, ſunt excommunicati, niſi caſu mentem reuocauerint: nulli tamen excommunicatio eſt reſeruata.

RESCRIPTVM dicitur mandatum Principis faciens ius ſpeciale in aliquo negotio. Item commiſſio cauſæ alicuius, & priuilegium. Reſcriptum poſterius non tollit prius, niſi hoc expreſsè caueatur in eo, & ſi dicat Reſcriptũ, non obſtantibus quibuſcunque.

Reſcriptum impetratum in cauſa appellationis à correctione, non valet, niſi fiat nota cauſa propter quam fit correctio. Sic Innocentius, in c. Ad noſtram, de Appellat. Ratio eſt: quia non expreſſa cauſa non poteſt cognoſci an modum excedat, & ſic, an appellatio ſit friuola, vel non. Idem tenent Siculus, & Baldus, in cap.de Reſcriptis.

RESIDENTIA. Circa reſidentiam ſtatuit Concilium Trid. Epiſcopus vel eo ſuperior, ſine iuſta cauſa ſex menſes abſens ab Epiſcopatu amittat quartam partẽ; ſi alios ſex menſes, alteram quartam partem; Si vltra, denuncietur Papæ. Beneficiarij coguntur reſidere, ſi requiritur eorum præſentia perſonalis. Priuilegium in abſentia percipiendi fructus, nulli proſit, niſi de rationabili cauſa ab Ordinario approbanda, fuerit conceſſum: & tunc pro illius abſentia alius ab Epiſcopo ſubſtituatur cum ſtipendio aſſignato fructuum. Cauſa licita abſentis Epiſcopi approbetur à Papa, vel à Metropolitano, vel ab Epiſcopo antiquiori, à quo etiam Metropolitani approbetur abſentia. Itẽ abſentia per duos, aut tres menſes Epiſcopi relinquitur cõſcientiæ. Vltra hos abſens, non retinet bona conſcientia fructus, nec debet frui eis. Quod etiam procedit ad beneficiarios curatos: qui ſi licitè, & cum licentia Epiſcopi abfuerint prouideatur pro

eis de alijs substitutis cum debita mercede. Licentia absentiæ vltra bimestre, nisi ex graui causa, & gratis non detur.

Additio ad num. 1. Sacra Congregatio censuit, non excusari curatum à non residendo propter seruitium Episcopi, aut Cathedralis Ecclesiæ, aut propter officiũ Inquisitoris, aut domus suæ. Episcopus item non potest vti opera parochi in visitatione, vel alia operatione suæ Diœcesis, nisi pro tempore duorum mensium à Concilio permisso.

Additio ad num. 2. Quænam sint iustæ causæ excusantes à parochiali residentia enumerantur à Ioan. de Sylu. in tract. de benef. 1. parte, quæst. 6. potissima autem & rationabilis reputatur, quando graues superueniunt inimicitiæ, ita vt non possit Parochus sine vitæ periculo in beneficio residere; hac de causa de licentia Episcopi poterit abesse per annum.

Capellani coadiutores Rectorum parochialium instituti auctoritate Apostolica, tenentur ad personalem residentiam vt rectores ipsi. Sic censuit Sacra Congr. Quod idem credo dicendum de ijs qui habent beneficia simplicia cum onere curam exercendi. Vnde, non arbitror illos tuta conscientia posse obtinere beneficium curatum cum ijs beneficijs simplicibus. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 17.

Clericis absentibus iusta de causa debentur fructus Ecclesiastici, quia censentur vt præsentes, cap. de cætero, & c. ad audientiam, de cler. non resid. cap. 1. eod tit. lib. 6. Sed non debētur distributiones quotidianæ quæ nō dantur nisi interessentibus horis Canonicis, & Diuinis officijs. Quod intelligendum est de distributionibus proprijs, quæ actu distribuuntur interessentibus, aliæ enim quæ non actu distribuuntur, sed in fine anni solum, non dicuntur propriæ distributiones, quare has possunt tuta conscientia percipere.

Restitutio. Additio ad num. 2. Breuis, & certa videtur Regula Nauar. cap. 17. quod omnis, & solus ille ad restitutionem tenetur, qui aliquam rem alienam tenet, vel aliquid lege iustitiæ specialis verè debet. Quę regula videtur continere decem, & septem dicta, quæ enumerat hic Syluester.

Restitutio. III. Additio ad nu. 1. qui retraxit profiteri volentem, vi, aut fraude, tenetur ad boni viri arbitrium restituere commodum quod ex eo accepisset Religio, curareq; debet, vt ille denuo Religionem amplectatur, vel alius hoc faciat; quod si neutrum efficere potest, disputant Doctores an teneatur ipse ingredi Religionem. Ego crediderim non teneri cum Soto, Salon, Val. & alijs.

Additio ad num. 4. Damnificatus per bruta alterius, potest illa retinere donec sibi damnum saluatur. Non potest tamen illa occidere; quod si autem occidat, tenetur domino restituere damnum; etsi mutilet solum, tenetur restituere quanto minoris valent propter illam deformitatem.

Restitutio VII. Additio ad num. 2. 3. 4. Multæ causæ excusant a restituendo. I. excusat ignorantia probabilis iuris, vel facti. II. Volōtaria dilatio creditoris, vel dilatio parum illi recens. III. Impotentia restituendi. impotentia autem dicitur, etiam eius, qui non potest commodè, hoc est, sine iactura, vitæ, famæ, vel cum damno notabili suæ substantiæ. habet que locum hoc in debitis, tam ex contractu, quam ex furto, vel alio delicto, ortis. IV. Excusat simpliciter debiti condonatio, vel remissio liberalis, vel si res quæ in specie restituenda erat, perijt sine dolo, vel culpa eius qui restituere tenebatur, modo non fuerit in mora.

Revelatio. An sit peccatũ mortale reuelare secretum, quando quis non potest id contegere, nisi cum dispendio vitæ, grauis est quæstio. Vide Sot. lib. de tegend. secret. q. 4. hoc declarantem decem Conclusionibus.

Reus. Interrogatus secundum iuris ordinem tenetur confiteri sua delicta grauia secreta. Dicitur autem interrogatus secundum iuris ordinem, quando tria concurrunt. I. Quod sit Iudex competens. II. Quod delictum sit probatum plenè, vel semiplenè. III. Quod huiusmodi probatio sit illi notificata.

Reus non potest detegere socios occultos, nisi in casu criminis falsæ monetæ, maleficij, proditionis, læsæ maiestatis, & heresis. Vide Nauar. cap. 12. nu. 9. & nu. 87. cap. 25. num. 36. cap. 18. n. 57. Card. Tol. lib. 5. c. 58.

Rex. De peccatis Regum, vide Nauar. c. 25. a num. 1. vsque ad num. 9.

Sacerdos. Circa Sacerdotē statuit Concil. Trid. vt nullus Sacerdos peregrinus sine commendatitijs litteris sui Ordinarij ad Diuina officia admittatur.

Sacerdos debet scire legere, scribere cantare, & construere linguam Latinam, & scire formam, & materiam cuiusque Sacramenti, & modum administrandi.

Nullus Sacerdos sine iurisdictione actuali collata ab Ecclesia, potest esse idoneus confessor. Quocirca Concil. Trid. Sess. 23. c. 15. statuit

tuit sequens Decretum.

Quamuis presbyteri in sua ordinatione a peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus nullum, etiam Regularium posse confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur id necessarium, aut alios idoneos iudicetur, & approbationem (quæ gratis detur) obtineat.

SACRAMENTVM. Circa sacramenta definiuit Conc. Trid. sub anathemate, hæc. I. Sacramenta nouæ legis sunt septem, & non plura, neque pauciora, & quodlibet eorum est propriè Sacramentum. II. Differunt a Sacramentis legis antiquæ, tam in cærimonijs, quam in collatione gratiæ: hanc enim noua conferunt, & illa antiqua non conferebant. III. Inter ipsa nouæ legis Sacramenta, est aliqua ratione aliud alio dignius. IV. Omnia septem sunt necessaria, & nullum eorum superfluum, quamuis omnia singulis necessaria non sint. V. Continent gratiam, eamque ritè accipientibus, semper conferunt ex opere operato. VI. Baptismus, Confirmatio, & Ordo, imprimunt characterem in anima, & signum indelebile quoddam, propter quod illa reiterari nequeunt. VII. Non possunt ab omnibus Christianis administrari, nisi a legitimis Ecclesiæ ministris tantum. VIII. In conficiendis sacramentis requiritur intentio faciendi quod facit Ecclesia. IX. Sacramenti confectio, aut collatio a ministro in mortali existente facta, est valida. X. Ritus Ecclesiæ omitti, aut mutari per quemlibet Prælatum non possunt. XI. Omnia Sacramenta nouæ legis, sunt a Christo Domino instituta. Conc. Trid. Sess. 7. Can. 1. Vnde reprobatur opinio illorum, qui dicebant Sacramentum Pænitentiæ fuisse ab vniuersa li Ecclesia in Concilio Niceno institutum. Cōdemnatur etiam opinio aliorū, qui dicebant, Sacramentum Extremæ Vnctionis fuisse a D. Iacobo institutum.

SACRILEGIVM est furari rem sacram ex loco sacro, vel non sacro, vel rem non sacram, in loco sacro; quam vltimam negat auctor, sed melius fortasse alij aiunt, si Sacrilegio additur effractio foriũ, vel fenestrarum incurritur excommunicatio ipso facto.

SATISFACTIO Sacramentalis. Concilium Trid. definiuit sub anathemate, quod non semper remissa culpa, remittitur tota pęna: & quod nos pro pœna temporali, per merita Christi, satisfacimus pœnis à Deo inflictis, & patienter toleratis, vel a sacerdote iniunctis, vel sponte acceptis; Et quod satisfactiones, quibus pænitentes amore Christi sua peccata redimunt, sunt verus Dei cultus. Quod nostra satisfactio non habet vim, nisi ex meritis Christi.

Additio ad num. 3. Confessor potest pęnitenti imponere duplicem satisfactionem. Vnam in pœnam, & satisfactionem pro peccatis præteritis; Alteram, in satisfactionem iniuriæ alteri illatæ, vel in remedium, vel in medicinam profuturis. Secundam satisfactionem, absque vllo dubio debet pænitens per scriptum facere. De prima est dubium, non tamen in articulo mortis: nam in illo casu potest vnicuique suam committere satisfactionem, absque vlla auctoritate: extra articulũ autem mortis, si confessor dixerit, & possit adimplere per se, vel per alium, potest per alium adimplere. Si dixit per se tantum, non poterit per aliũ. Sed quid si nihil dixerit. putat Sotus, in 4. dist. 20. quæst. 2. artic. 4. illum posse satisfacere.

Pulchra quęstio an pęnitens teneatur acceptare pęnitentiam iniunctam sibi à confessario. Respondeo, quod tenetur acceptare pænitentiam restitutoriam, & eam omnem quæ *spectat ad omittendas occasiones peccatorũ*, & si noluerit acceptare, non est absoluendus. Pænitentiam autem satisfactoriam non tenetur acceptare, sufficit enim vt habeat verum propositum satisfaciendi Deo hic per bona opera, indulgentias, vel post mortem in purgatorio. sic Nauar. cap. 21. num. 43. Ego, si adeo esset obstinatus, vt nec modicam vellet acceptare pænitentiam, vt vnum Pater & aut, illũ existimarem non absolutum, quia non est paratus ad parendum Iudici, qualis est Sacerdos. Accepta autem pęnitentia, à pęnitente est adimplenda sub mortali. In imponendis pęnitentijs octo consideranda sunt ex Nau. c. 16. num. 15. vide ipsum.

Pęnitentia iniuncta & acceptata, potest mutari ab alio Confessario, dummodo qui commutat auctoritatem habeat absoluendi a peccatis, pro quibus est imposita.

SCANDALVM. Circunstantia scandali in duobus casibus est confitenda. I. Quando est formale, & tunc etiam est confitenda species peccati ad quam intendit inducere. II. Quando per opus de se bonum, secundam tamen apparentiam malum, datur aliis occasio peccandi. Nauar. cap. 6. num. 9.

Prætextu scandali non est absoluendus indispo-

dispositus. sic Nauar.cap.10.num.4.

SCHISMATICORVM quanta sit inanis fiducia, declaratur a Conc.Trid.Sess.6.c.9.

SCHOLARES qui in scholis publice student, priuilegijs omnibus de perceptione fructuũ præbendarum, & beneficiorum suorũ in absentia à iure communi concessis, plenè gaudent, & fruuntur. Concil.Trid.Sess.5.cap.1.

SCRVPVLVS est cognitio argumenti apparentis, contra scientiam, vel fidem, vel opinionem, vel dubitationem, Differtque à conscientia, quæ est actus animæ testificans, iudicans, vel accusans, vel excusans factum, vel non factum, vel factum benè, vel malè. Item dictans faciendum, vel non faciendum. De Scrupulo Nauar.cap.27.num.282.

SECRETVM. De secreto videndus Dominicus Sotus in lib.de ratione tegendi & detegendi secreti.

SEDITIO, De Seditione vide Nicolaũ Boerium, qui fecit iustum de hac re Tractatum.

SEMINARIVM pręcipit erigendum Concil. Trid.Sess.23.cap.8.per totum.

SEPVLTVRA. Additio ad num.2. Beneficiarius inducens aliquem ad promittendum, vel iurandum, se accepturum sepulturam in sua Ecclesia, vel iam acceptam non mutaturum, peccat, & est excommunicatus.

SEQVESTRVM. Pius IV. tradidit facultatem iudicibus lite pendente, decernendi sequestra super fructibus beneficiorum sedi Apostolicæ reseruatorum, siue affectorum, & ordinaria, vel alia auctoritate nulliter collatorum, adijciendo pęnas desuper litigantium, vt per eius Constitutionem patet in Bullar.896.

SERVITAE à septem nobilissimis viris Florentinis originem traxerunt anno Domini 1233.sub Greg IX. Virgineo monitu hunc habitum, & regulam obseruandam acceperunt à D Aug. Fuit confirmatus ab Alex. IV. anno 1255. hic Ordo, sicut & multi alij; Diuiditur in Conuentuales, & Obseruantes. Hoc nomine fuerunt insigniti ab infantium vocibus, qui videntes aliquos ex septem eleemosynam per ciuitatem quærentes, clamabant en serui B.M. date eleemosynam, tantamque vim habuit hæc vox, vt in posterum serui vocati fuerint.

SIMONIAM. Additio ad num.3. Ex motu Pij V. colliguntur octo coniecturæ ad præsumendam simoniam confidentialem in foro exteriori. I. Probatio intentionis etiam tantum vnius partis. II. Quod collator ita conferat, vel patronus præsentet, vt postea de beneficio eius, sic vel sic disponatur, vel etiam de fructib. III. Quod exemptus à solutione iurium Curiæ, beneficium acceptum per resignationem alicuius, etiam post litteras expeditas, & possessione adepta retrocesserit in eũdem, reseruato sibi aliquo infra spatium duorum aut trium mensium. IV. Quod absolutus à delicto, vel irregularitate, denuo accepit beneficium quod renunciauit ante vel post delictum, vel incursam irregularitatem. V. quod post cessum beneficium, & publicata cessione, & capta possessione, a cessionario se in illud per se, vel alium ingerit, & fructus, vel partim eorum accerit, aut successor ipsi vel propinquis eius aliquos fructus remiserit. VI. Si recipiens beneficium constituit dimittentem, vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad præcipiendum, vel locandum fructus beneficij dimissi, & illi, vel illis, de fructibus perceptis, aut percipiendis, donationẽ fecerit. VII. Si vel sola procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis expeditio, quæ personam recipientis concernit persequuta sit, simulque expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. VIII. Denique si quis pro concessione alicui facta, quacunque auctoritate, de beneficio Ecclesiastico, per se vel alium, seu alios, intercesserit, vel aliàs in negotio concessionis sese immiscuerit, quoquomodo; deinde aliquid de fructibus Beneficij de facto etiam per manus possessoris, & etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quandocunque. Nauar.cap.23.nu.111.

Additio ad num.4. Papa potest committere Simoniam iure Diuino prohibitam, non tamẽ iure humano tantum. Simonia iure Diuino prohibita, est voluntas emendi vel vendendi verè spiritualia, vel à Deo solo instituta, vel ab Ecclesia per potestatem diuinitus acceptã constituta. Simonia iure humano prohibita, est voluntas faciendi collationes, renũciationes, vel recipiendi eas factas, cum conditionibus, modis, vel pactis, aliàs licitis, nisi ab Ecclesia prohiberentur.

SIMVLATIO. Additio ad num.2. Fingere se talem genere, vel gradu, &c. qualem requirit optio ad collegia, vel alia munera peccatũ est.

Additio ad num.5. Tacere aliquid quo quis appareat bonus, cum non sit, quamuis id faciat ad ædificationem proximi, peccatum veniale est, modo sit sine damno alterius notabili, si enim fiat cum tali damno, erit mortale.

So-

Societas. De Societate, quæ est conuentio plurium suam pecuniam industriam, vel laborem conferentium ad lucrandum, vide Bullam, Sixti V. Detestabilis, quam refert etiã Philip. 2.

Sodomia. Vide verbo, Luxuria.

Solvtiones quæ ex praua consuetudine in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione siue admissione ad possessionem alicuius Cathedralis Ecclesię, &c. fieri solebãt prohibentur à Concilio Trid. Sess. 14. cap. 14.

Sponsalia. De Sponsalibus illud addendum, quod licet olim multis de causis quas refert Sylu. & alij, Sponsalia præsumpta per verba de futuro per copulam sequutam affectu maritali, transeant in matrimonium, hodie tamen post Concilium Trid. verum non est.

Stabvlarivs. Tenetur Stabularius pro deposito perdito etiam ex culpa leuissima, secundum quosdam; Secundum alios etiam de leui. Depositum censetur quod in eius, vel domesticorum ad id deputatorum præsentia ponitur.

Statvtvm. Statuta quædam Ecclesiarum approbantur in nullorum fructuum perceptione, vel minus tertia parte, Sess. 21. cap. 3. Item, vt dignitates in Ecclesijs, vel collegiatis, non seruientes, aliquid amittant, *Sess. 22. c. 3.* nonnulla etiam vide *Sess. 25. cap. 5. & Sess. 14. cap. 24.*

Stipvlatio, fit interueniente interrogatione, & responsione, Eius materia est consensus, forma sunt verba, quæ semper ad stipulationem requiruntur; nec sufficiũt nutus, signa, aut scriptura.

Svbditvs peccat mortaliter contemnens notabiliter superiores, vel illis debitum honorem denegans, vel eorum leges violans.

Svbornatio, qua fit, vt indignus eligatur in Cathedram, est peccatum mortale; & si suffragium dat non candidato, & ob id candidatus perdit cathedram, tenetur restituere.

Svccessor. Successoris in præiudicium locationes anticipatis solutionibus factæ, validę nullatenus intelliguntur. Sess. 25. cap. 11.

Svffragivm. Animas in Purgatorio detentas fidelium suffragijs, potissimum verò acceptabili Altaris sacrificio iuuare, docet Sancta Synodus; & Ecclesia Catholica à Spiritu sancto edocta ex sacris litteris, & antiqua Patrum traditione in Sacris Concilijs hoc semper tradidit. Concil. Trid. Sess. 12.

Svperstitio. De Superstitione, vide Repertor. Inquisitorum.

Svspensio. Suspenso ab Ordinibus & Gradibus, an suffragetur restituto, vide Concilium Trid. Sess. 14. cap. 1.

Tabellio. Vide Notarius.

Testamentvm vetus, & nouum quot libros contineant, Concilium Trid. Sess. 5. c. 9.

*Testatorvm voluntas conseruanda est Sess. 25. cap.... quomodo autem aliquando commutanda, traditur Sess. 22. cap. 3.

Testes contra Episcopos in causa criminali deponentes, debent esse omni exceptione maiores, & contestes, Sess. 13. & si reperiantur malignè contra ipsos deponere, sunt grauiter puniendi.

Tyrannvs. Quæritur hic, an liceat occidere Tyrannũ priuata auctoritate. Resp. quod Tyrannus est duplex, quidam est qui iustum titulum habet, sed tamen male gubernat, Tyrannicè se gerens in gubernatione. Alter est qui tyrannice oppressit Rempublicam, cum ad illam nullum iustum titulum haberet. Tyrannum ergo primo modo nulli licet occidere: quia est verè dominus, quia non debet esse peioris conditionis quam alius malefactor; Tyrannum secundo modo, licitum est occidere, patet: quia cum Respublica sit tunc in extrema necessitate, *quilibet ex illa potest eã liberare a tali necessitate;* immò aliquando potest esse obligatorium, vt quia Tyrannus peruerteret Rempublicam quoad fidem, & religionem. Licet tamen hoc verum sit in rigore, tamen rarissimè solet vtile esse aut expediens; ideo maxima cautela procedendum, legatur D. Thom. 2. Sent. d. 44. & Opusc. 10. de Regimine Principum.

Vicarivs perpetuus. Ad declarationem portionum assignandarum Vicarijs perpetuis parochialium à pijs locis vnitarum, emanauit Constitutio Pij V. publicatę Romæ die 15. Nouembris 1567. in Bullar. fol. *999.*

Visitatio. Singulis annis debet Episcopus visitare Diœcesim suam.

Vnctio est verè & propriè Sacramentum noui testamenti; Ex Concil. Trid.

Votvm. Vota à Regulari fideliter obseruanda sunt ex Concil. Trid. Sess. 25.

*Vota facta post baptismum, non sunt irrita. *Sess. 7. can. 9.*

Vsvra. I. Additio ad num. *9.* Qui vendit aliquid vno mense maiori pretio quo valiturum est in alio, ad quem vsque non erat conseruaturus, peccat cum obligatione restituendi, vt dicit Sylu. Adde, quod debent tria cõcurrere, ex

ex Nauar.cap.17.num.239. I. Ne accipiat pretium ſummum, ſed medium. II. Vt de proprio deducat tantum,quantum ſeruãdo diminuendum eſſet. III. Vt deducat expenſas in ſeruando faciendas.

Vſura.II.§.Et ſi quis.Opinio auctoris in hoc loco videtur dare occaſionem vſuras palliandi,ideo melius fortaſſis erit cauere ab iſta opinione.

Vſura. VIII. De annuis redditibus ſiue cenſibus,extat Extrauagans Pij V.quæ in his contractibus ſeruanda eſt. Vide eam apud Nauar. cap.17.num.234.

Vſura.IX. De Vſura circa cambia,eſt Extrauagans Pij V.relata à Nauarro.

VXOR. Additio ad num.1. eſt in poteſtate mariti, vnde non poteſt mutare habitum ſine licentia ipſius mariti, in habitum religioſorum Tertij Ordinis, ex Nauar. cap.12.nu.62. & ſi notabiliter eſt inobediens circa ea quæ pertinent ad regimen domus, & bonos mores,peccat mortaliter.

Additio ad num.7. Rectè dicit auctor,quod poteſt prouidere filijs matrimonij, eo modo quo poteſt eleemoſynam facere. Adde, quod vxor poteſt facere eleemoſynam. Primò,extremè indigenti. Secundò,vbi conſuetudo habet quod paruas poſſit facere, & hoc etiam, quamuis maritus expreſsè contradicat. Tertiò, ad euitandum graue malum temporale, vel ſpirituale mariti. Quartò, ſi maritus eſt amens.Quintò,ſi eſt abſens,ſed his duobus caſibus non poteſt dare amplius quam id quod maritus ſanus, vel præſens, dare ſolitus erat. Sextò, quando maritus pro eius victu illi deſignat aliquod certum, & ea cum paucis viuendo adimit aliquid erogandum in pauperes. Septimò, ſi habet bona paraphernalia. Octauò, quando propria arte lucratur aliquid, dummodo lucra non ſint communia, vt contingit in Hiſpania. Et hæc dicta ſint ſatis. Quæ omnia iudicio, & cenſuræ Sacroſanctæ M. E. R. omni qua par eſt humilitate, & reuerentia ſubmittimus.

Laus Deo & B Mariæ ſemper virgini,atque B. Antonio de Padua.

GLi Eccellentissimi Signori Capi dell'Eccelso conseglio di X. hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua, per relatione a loro fatta dalli due à questo deputati, cioè dal Reuerendo padre Inquisitor, & dal circ. & fedelissimo Secretario del Senato Gio. Maraueglia con giuramento, che nel libro intitolato Additiones ad Primam, & Secundam partem Summæ Syluestrinæ auctore Lazaro de Lancelottis presbytero Veronense; & nel Trattato de Quarta Funeralium auctore Archangelo Caracia Ripaltensi, &c. Et nel libro intitolato Consiliorum siue Responsorum Iuris D. Guidi Panciroli Liber Secundus, & Tertius; Et nel libro intitolato Consilia D. Caroli Bardeloni Mantuani, &c. non si troua cosa contra le leggi, & sono degni di stampa, concedono licentia che possino essere stampati in questa Città. Dat. die 12. Septembris 1611.

D. Costantin Renier
D. Michiel Priuli } Capi dell'Eccelso Conseglio di X.
D. Lorenzo Gabriel

Illustrissimi Consilij X. Secretarius.
Barth. Cominus.

1611. adì 13. Settemb.
Registrato in libro a carte 83.

Ioan. Baptista Breatto Officij contra Blasph.

ignori Re-
o deputati,
enato Gio.
Secundam
se; & nel
t nel libro
Tertius,
sa contra
in questa